






JULII CAPONI

JURISC. NEAPOLITANI,
THEOLOGI, PHILOSOPHI,
ac Comitis Palatini;

DISCEPTATIONUM FORENSIUM,

ECCLESIASTICARUM, CIVILIUM, ET MORALIUM
pluribus in Casibus decisarum,

TOMUS TERTIUS.

CUM INDICIBUS ARGUMENTORUM,
ac Rerum Notabilium.



VENETIIS, M.DCCV.
Apud Paulum Balleonium.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



INDEX ARGUMENTORUM DISCEPTATIONUM,

Quæ in hoc Tertio Tomo continentur.

DIS-



JULII CAPONI DISCEPTATIONUM FORENSIUM

Ecclesiasticarum, Civilium, & Moralium, Tomus Tertius.

DISCEPTATIO CXXXII.

SUMMARIUM.

1 *Laudemium an debeatur, vendita re emphyteutica, si aderat in prima concessione pactum affrancandi in pecunia, vel in simili, aut meliori.*
2 *Laudemium qualiter appelletur in aliis Regionibus.*
3 *Laudemium cur debeatur, & qua actione.*
4 *Laudemium à Relevio differt, & qualiter.*
5 *Laudemium qualiter differat à Gabella.*
6 *Laudemium solvitur ab emptore, nisi statutum, vel consuetudo aliter disponat.*
7 *Laudemium qualiter differat à Relevio, & Adoha.*
8 *Laudemium debetur in contractu emphyteutico affrancabili.*
9 *Laudemium debetur ex venditione rei emphyteuticæ facta solo verbo sine scriptura.*
10 *Laudemium debetur ex venditione cum pacto de retrovendendo.*
11 *Laudemium an debeatur ex venditione cum pacto redimendi intra certum tumpus.*
12 *Laudemium debetur ex contractu locationis factæ ad longum tempus.*
13 *Laudemium debetur ex concessione cum potestate renovandi.*
14 *Laudemium an debeatur ex renovatione contractus.*
15 *Laudemium debetur ratione novæ personæ, & novæ possessionis.*
16 *Laudemium an debeatur ex re emphyteutica data in dotem.*
17 *Venditio cum pacto de retrovendendo est vera, & pura venditio, non conditionalis.*
18 *Gabella solvi debet ex venditione facta cum pacto de retrovendendo.*
19 *Laudemium an debeatur ex divisione hæreditatis.*
20 *Laudemium an debeatur ex assignatione legitimæ vel Trebellianicæ.*
21 *Laudemium an debeatur ex dissolutione contractus, partium consensu.*
22 *Laudemium solutum repeti debet ex resolutione contractus.*
23 *Laudemium an debeatur ex contractu permutationis.*
24 *Laudemium an debeatur ex donatione rei emphyteuticæ facta à patre filio.*
25 *Laudemium an debeatur ex venditione nulla, & quid de jure congrui.*
26 *Laudemium an debeatur ex contractu nullo rei Ecclesiæ ob defectum assensus.*
27 *Dominus Marcellus Marcianus senior cons.37. pro nostra conclusione adducitur.*
28 *Prælatio an detur domino directo, si laudemium receperit.*
29 *Assensus non requiritur in re solita concedi in emphyteusim.*
30 *Solita concedi, quando dicatur res emphyteutica.*
31 *Abbatissa quando recipiendo laudemium præjudicet Monasterio.*
32 *Regens Marcianus disput.98. adducitur, & reprobatur.*
33 *Laudemium debetur ex venditione facta cum pacto de retrovendendo, pendente affrancabilitate.*
34 *Dotis æstimatio quandonam faciat emptionem.*
35 *Laudemium an debeatur usufructuario.*
36 *Laudemium an debeatur ex censu redimibili in pecunia.*
37 *Catalani doctrina reprobatur in hac materia.*
38 *Catalanus est sibi contrarius in materia, de qua agimus.*
39 *Verba contractus qualiter sint attendenda.*
40 *Domini Marciani authoritas, ejusque dictum qualiter procedat.*
41 *Laudemium an debeatur ex venditione sub hasta.*
42 *Laudemium an debeatur Domino directo, an utili.*
43 *Domini Marciani dictum disp.98. num.26. refellitur.*
44 *Pactum de affrancando idem est ac pactum de vendendo.*
45 *Pactum affrancandi an sit voluntarium, an necessarium.*

ARGUMENTUM.

Laudemium qualiter appelletur in aliis Regionibus? cur debeatur, & qualiter differat laudemium à Relevio, ab Adoha, & Gabella: est solvendum ab emptore, nisi aliter statutum, vel consuetudo disponat, & debetur ex locatione ad longum tempus, ex dotatione æstimata, & an ex renovatione, vel divisione hæreditatis, ex legitimæ, vel Trebellianicæ alienatione, & an ex solutione contractus, & ex venditione cum pacto de retrovendendo, & an ex contractu nullo, &an posita affrancabilitate debeatur laudemium: & quid si in simili, vel meliori fiat affrancatio? & adducitur D. Marcianus disp.98. contrarius patri suo in cons.37. D. Staibanus adducitur, & improbatur, unà cum Catalano, Gratiano, & Tonduto; adducuntur tamen decisiones sacri Consilii, Magnæ Curiæ Vicariæ, Reverendæ Nunciaturæ Apostolicæ Regni Neapolis, & Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ pro nostra sententia.

JURIS RESPONSUM,

Super articulo, an ex censu affrancabili debeatur laudemium, sequuta alienatione, &c.

Pluribus in casibus fuit apud nostra Tribunalia disputatum, an in concessione rei emphyteuticæ, cum pacto tamen affrancandi Canonem ad rationem quinque, vel quatuor, aut sex pro centenario, vel affrancandi in similem, vel meliorem, si contingat deinde rem illam vendi, debeatur Domino directo laudemium? & licet aliqui scripserint, vel in causa propria, vel perfunctoriè, vel indecisum reliquerint articulum, an debeatur, imò inclinaverint ad oppositum, scilicet non deberi in tali concessione laudemium, ergo tamen firmiter assero deberi, & decisiones adduxi punctuales pro tali debito, quod sanè antequam probaverim. 1

Supponendum est primò, laudemium, sive landemium, in aliis Quartariam dici, alibi Tertiariam, & in aliquibus Regionibus Pennam auream appellari, ex Freccia *de subfeudis lib.2. auth. 1. qu.2. num.83.* & in aliquibus Provinciis appellatur Jus degradans, teste Capiblanco *de Baronibus, pragm.11. num.66.* Frequentius tamen appellatur laudeminm, & originem habet ex causa assensus præstiti, ejusque rei emphyteuticæ recognitione, Capiblancus ubi supra, diciturque à laudando, quia laudatur Dominus, qui præstat consensum in venditione, & sic quia per assensum videtur approbare translationem Dominii ipse directus Dominus, idcirco debetur laudemium, quod à laudando dictum est, ita Glossa *in cap. Imperialem, §. præterea de prohibita feudi alienatione* per Federicum Danza *tom.3. de pugna Doctorum, cap.1. de laudemio*, Marta *de Jurisdictione, part.4. casu 17. num.24.* quia ergo consensum præstat, & laborem patitur, ut novus possessor, mittatur in possessionem, ideo consequitur laudemium, ut benè Amadeus de Ponte *de laudemio, quæst.1.* Camill. de Medices *cons.153. n.8. 24. & 35.* Maceratensis *lib.2. var. resol.60. casu 30.* Niger *de laudemio in princ.* & Franzius *de laudemio per totum.* 2 3

Suppono secundò, quod relevium, & laudemium, idem videntur; differunt tamen in multis, teste Capono *de Relevio, quæst.10.* Primò differunt, quia Relevium debetur per hæredem, pro confirmatione feudi, mortuo Vassallo, laudemium verò pro consensu, quem Dominus præstat in venditione, Amadeus de Ponte *de laudemio, qu.2. num.6.* Secundò quia pro Relevio debetur medietas fructuum, qui percipiuntur ex feudo, in eo anno, quo moritur feudatarius ad notata per Barbatum *de assistentia gloss.12. num.116.* & laudemium debetur propter assensum, quem Dominus præstat, ut dicebamus, Capiblancus *in pragm.11. num. 66.* de Laudemio verò ad gabellam validum est argumentum, teste Rovito *dec.73. num.12.* licèt sit aliqua differentia, nam laudemium de natura contractus alienationis rei emphyteuticæ, spectat non ad venditorem, sed ad ipsum emptorem, ut probat Glossa interlinearis *in l. finali, in verbo accipere, C. de jure emphyteutico*, & alii relati per Julium Clarum *in §. Emphyteusis, quæst.23. num.4.* ubi dicit ita servari, & ideo non auget pretium rei emphyteuticæ laudemium, sed gabella spectat ad venditorem, & ex pacto contrahentium transfertur ad emptorem, dixi laudemium esse solvendum ab emptore, nisi aliter consuetudine servetur, quia tunc talis consuetudo servanda est, Borrellus *in summa in tit. de laudemio num.33. & seq.* ubi varias refert consuetudines, Intrigliolus *singulari 96. lib.3.* Ripolla *variarum cap.7. de Iure emphyteutico nu. 257. & seq.* Paulus Christineus *ad consuetudines Meclinenses tit.10. art.50. num.12.* Niger *de laudemio part.1. quæst.12. num.28.* Sed in Italia viget Jus commune, & sic non existente statuto, vel consuetudine contraria spectat Jus solvendi laudemium ad emptorem, qui laudare debet, de Ponte *de laudemio, quæst.9.* Peregrinus *de Iure Fisci lib.8.* 4 5 6

Differunt verò laudemium, Relevium, & adoha, quia laudemium, & Relevium sunt in fructu, sed adoha est servitium personale, Caponus *de Adoha, quæst.58. num.38.* licèt Camillus de Medices *cons.18. num.6.* Laudemium æquiparet adohæ, sed revera adoha est servitium personale feudi, & quod laudemium solvatur ab emptore, id est ab eo, qui posses- 7

possessionem rei venditæ apprehendit, dicunt communiter cum Franco *dec.*430. & 659. & 201. Regens Rovitus *dicta decis.*73. *num.*12. de Ponte *de laudemio*, *quæst.*1. & *quæst.*9. de Petris *cons.*45. *num.*8. Barbatus *de Assistentia gloss.*13. *num.*110. Verùm emptor deducit id, quod solvit à pretio venditori solvendo, posset tamen pacisci, ut solvatur à venditore, ut in simili dicimus de omnibus aliis solutionibus similibus Rovitus *in pragm.*5. *de censibus*, *numer.*94. 96. & 106. & est servanda consuetudo, ad notata per Fecciam *ubi suprà*, *num.*84. & per alios citatos *suprà*. His positis.

8 Conclusio ponitur generalis, laudemium deberi ex venditione rei emphyteuticæ, licèt in concessione sit appositum pactum affrancandi in pecunia, vel alio simili, aut meliori corpore; quæ conclusio fuit in celebri casu decisa per S. C. in facto, quod *infrà in fine* demonstrabo, & aliis authoritatibus corroboratur infra citandis, sed antequam adducam.

9 Probatur primò, quia laudemium debetur quoties res venditur, & transfertur possessio, sive vendatur sola voce sine scriptura Franciscus Marcus *decis.* 570. etiamsi fiat fraus in pretio, puta in contractu, in possessione, vel alio modo, Franciscus Marcus *decis.*573. & etiam ex venditione sub hasta, Thesaur. *decis.*139. Gratian. *tom.*3. *cap.*544. *num.*181. Francus *decis.*277. Arena *cons.*70. D. Hodierna ad Surdum *dec.*31. *nu.*4. ex venditione necessaria an debeatur dicemus infrà, sed in venditione cum pacto affrancandi datur novus possessor, qui laudare debet Dominum directum: ergo debet in tali contractu quando deinde transfertur res in alium, solvi laudemium per novam possessionem captam à tertio.

10 Probatur secundò, quia si fiat concessio cum pacto de retrovendendo tunc debetur laudemium, si à concessionario in alium transferatur, ut contra Boerium *decis.*182. *nu.* 9. & 234. *in fine*, Hodierna ad Surdum *decis.*321. *num.*20. Regentem de Marinis *cap.*235. *numer.* 4. & *seq.* docet communis opinio, quia est contractus emptionis, & venditionis, ex quo transfertur Dominium, tum quia est attendenda substantia contractus, non autem verba, tum quia plures dicunt in venditione cum pacto retrovendendi, sive affrancandi, deberi duplex laudemium, unum tempore venditionis, aliud tempore affrancationis, nisi consuetudo sit contraria: ergo de contractu concessionis rei emphyteuticæ cum pacto affrancandi debetur laudemium, si fiat in alium translatio, ut benè Molfesius *p.*2. *in tit. de Bonis*, *q.*8. *num.*9. Freccia *de author. Baronum* 2. *part. quæst.*17. *num.*7. Amendola ad Francum *decis.*437. *num.*50. Franciscus de Petris *cons.*45. *nu.*4. & *seq.* Thesaurus *decis.* 75. Franciscus Marcus *decis.*571. *num.*4. Maceratensis *lib.* 1. *var. resol.*99. Danza *de laudemio*, *cap.*50. Ratio est, quia laudemium exigitur ratione novæ possessionis, ergo ille, qui possidet rem, cum pacto de retrovendendo, si alteri vendat, tenetur emptor solvere, Cancerius *lib.* 2. *cap.*
11 11. *num.*80. & si fieret venditio cum pacto, ut infra tale tempus redimatur res, & interim non dicatur res empta, debetur etiam laudemium, licet apponatur pactum de restituenda re eodem pretio ad notata per Regentem de Marinis *cap.*235. ergo posito, quòd res non sit affrancata, debetur laudemium Domino directo si vendatur res, pendente affrancatione.

12 Probatur tertiò, quia laudemium debetur ex contractu locationis factæ de re emphyteutica ad longum tempus, quod decennium arbitratur, Dominus Hodierna ad Surdum *decis.*198. *num.*3. Novarius *lib.* 1. *quæst. forens. quæst.*92. *num.*12. Franch. *decis.*277. Costa *de portione Ratæ*, *qu.*112. de Ponte *de laudemio*, *quæst.*34. Thesaurus *decis.*75. & 139. Intrigliol. *cons.*29. *num.*33. de Petris *cons.*45. *num.*4. Thorus *part.*2. *in verbo laudemium fol.*8. Sed si locatio fiat ad modicum tempus, etiam si adsit pactum de retrovendendo, non debetur laudemium, quia ex tali alienatione ad modicum tempus non acquiritur Jus in re, Cancerius *ubi suprà*, *cap.*11. *num.*79. Quòd si fuerit facta donatio, vel alienatio ad vitam alicujus, disputant nostri, an debeatur laudemium, de qua re Cancer. *dict. cap.*11. *num.*83. & 89. & *tom.*2. *cap.* 11. *numer.* 81. Franz. *de Laudemio cap.*15. *per totum*.

13 Probatur quartò, quia si fiat concessio rerum Ecclesiæ ad aliquod tempus, puta novennii, vigennii vel viginti novem annorum, cum potestate renovandi, finito illo tempore fit renovatio, & dubitantibus Doctoribus, an pro hoc secundo contractu renovationis debeatur laudemium, dicunt aliqui duplex deberi, unum ex contractu veteri, aliud ex contractu novo, Thorus ad Salernitanum *decis.* 36. *num.* 1. sed idem Thorus *tom.* 1. *in verbo laudemium*, ait in renovatione non deberi, quia hic secundus contractus 14
renovationis est dependens à primo concessionis, pro quo laudemium fuit solutum, ut benè Cancerius *p.*1. *var. c.*11. *n.*68. dummodò in hoc secundo contractu nihil fuerit auctum, vel additum in pretio Cancerius *ibid.* ergo si ex contractu locationis ad longum tempus debetur laudemium, multò magis deberi debet ex venditione cum pacto de affrancando, pendente affrancatione pacta.

Probatur quintò, quia laudemium debetur ratione no- 15
væ personæ, & novæ possessionis, ergo cum persona cui renovatur concessio sit nova, & non adjecta primo contractui, per consequens ex dicta nova persona, ad laudemium tenetur, ut de hac renovatione agit Paris. de Puteo *de reintegratione feudi*, & *renovatione ejusdem*, *cap.*122. *num.* 10. Qui dicit, quòd si fiat concessio ad viginti novem annos ad renovandum, quando deinde fit renovatio, debet integrum solvi laudemium, prout in simili quando aliquod Jus imponitur sine Gabella super aliqua re, nempè super oleo, frumento, vel simili, si fiat ex olea diversa species, & ex frumento panis, debetur Gabella, ut in puncto Camillus de Medices *cons.*97. *nu.*10. quia hoc est extractum ex oleo, & frumento, ut ait Thorus ad Salernitanum *dec.*36. *num.* 20. *qui num.*3. affert Danzam *cap.*5. *num.* 15. Franzius *de laudemio*, *cap.*50. *per totum*, ergo etiamsi fiat concessio cum facultate affrancandi, affrancatione pendente si sequatur alienatio debetur laudemium Domino directo, quia nova persona intervenit, qui laudare debet Dominum 16
principalem. Sic de re emphyteutica data in dotem deberi laudemium, decisum refert Thorus *in Compendio part.*2. *in verbo laudemium fol.*50. Fontanella *claus.*5. *gloss.*8. *par.*13. *num.*22. *tom.*2. quando fuit data æstimata, secus si inæstimata, ut latè Castillus *decis.*127. *numer.*24. *tom.*2. & *decis.* 134. *n.*3. & 2. Thesaurus *decis.*118. Caponus *de Relevio*, *part.*4. *quæst.*12. *num.*9. Cancerius *tom.*1. *c.*11. *num.*72. & si postea res æstimata data in dotem restituatur mulieri, matrimonio constante debetur laudemium, ut benè Fontanella *tom.*2. *clausul.*5. *gloss.*8. *part.*13. *num.*22. *in fine*, & quando ab initio matrimonii fuit in dotem pecunia constituta, & deinde fuerit fundus assignatus, pro tali actu debetur laudemium, quia novus contractus est, & nova persona intervenit, quæ laudare debet Dominum directum, ad notata per Fontanell. *ubi suprà*, *num.*42. ergo ex concessione facta cum pacto affrancandi, si pendente affrancatione alteri concedatur, vel quomodolibet alienetur per illam alienationem, in qua debetur laudemium, solvi illud debet Domino directo, quia novus contractus intercedit, & nova persona.

Probatur sextò, cum Nigro de Laudemio *q.*5. *art.*1. *n.*27. 17
quod venditio cum pacto de retrovendendo, vel de affrancando, est vera venditio, & pura ex *l. si in res*, *ff. de contrah. empt. l. quoties fundus*, *ff. de in diem adjectione*, *l.*2. *C. de pactis inter emptorem*, Thesaurus *decis.*140. *num.*50. & talis emptor cum pacto donec resolvatur venditio activè, & passivè, Jura, & actiones, quæ perpetuo, & vero Domino competunt, habet, & in eum exerceri possunt: nam facit fructus suos, & illos resoluta venditione non tenetur restituere ex *l.*2. *C. de pactis inter emptorem*, ubi Baldus *n.*8. Cagnolus *numer.*7. & *seq.* quod non ita est in pacto legis Commissoriæ, vel adjectionis in diem, ut latè Niger *tom.* 2. *quæst.*5. *art.*1. *num.*41. & *seq.* & quòd in tali venditione cum prædicto pacto solvi debeat Gabella æquè, ac si 18
purè esset facta alienatio, & contra talem emptorem agitur Jure congrui æquè, ac si perpetuò emeret, Afflictus *decis.*238. *num.*9. ubi Ursillus *num.*1. & communiter DD. apud Franchum *decis.*506. & talem rem cum dicto pacto emptor vendere, donare, pignorare, & quomodocumque distrahere poterit, Niger post alios *num.*45. quod secus est si fiat venditio, cum pacto legis Commissoriæ, ex notatis à Camillo Salerno, & aliis *ubi suprà*, quod dixerat Petrus de Gregorio *lib.*6. *syntagm. c.*16. *num.*7. nec debetur si hæredes 19
dividant inter se hæreditatem, quia talis divisio, dicitur alienatio necessaria, ex qua non debetur laudemium, Ludovicus Belli *consil.*133. Fontanella *claus.*4. *gloss.*9. *part.*2. *num.*70. Quod limitatur, quando tali divisione tota hæreditas ad unum perveniret, quia tunc deberetur laudemium, ut ex multis fuisse decisum refert Maceratensis *lib.*1.

*lib.*1. *var. resol.*32. Cancerius *dict. cap.*11. *num.*75. etiamsi
Pater instituat, atque substituat filios, & an debeatur lau-
demium pro legitimæ assignatione, vel Trebellianicæ lega-
20 tur Cancerius *d.cap.*15. *n.*167. *& seq.* Neque debetur si dis-
21 solvatur contractus partium consensu, ut in exemplis, quæ
affert Caponus *de Relevio part.*4. *quæst.*12. *num.* 28. neque
debetur quando transfertur possessio per Constitutum, Bar-
22 batus *de assistentia*, *Gloss.*7. *numer.*13. & si solvatur laude-
mium, & deinde Investitura, sive contractus non habuit
effectum, debet repeti quod solutum est, Ludovicus Belli
*cons.*97. *n.*4. Fontanella *claus.* 4. *Gloss.*9. *part.*5. *numer.* 134.
Danza sic decisum referens de Laudemio *cap.*50. *numer.*50.
23 Neque debetur in contractu permutationis, dummodò
nullum interveniat pretium ex communi opinione apud
Guidonem Papam *decis.*92. apud Petrum de Gregorio *lib.*
25. *cap.*16. *num.*9. licèt contrarium dicat Cancerius *part.*1.
*variar. dict. cap.*11. *num.*76. ubi ait ex permutatione debe-
ri laudemium, Danza *ubi suprà*, *num.*7. neque debetur,
quando Pater donat rem emphyteuticam filio, quia filius
24 est immediatè successurus, ut fuisse decisum refert Capo-
nus *de Relevio*, *par.*4. *quæst.*17. *art.*13. nam non dicitur alie-
natio, sed continuatio, Antoninus de Amato *res.*84. *nu.*39.
*tom.*2. Cancer. *tom.*1. *cap.*11. *num.*82. nec in pura donatio-
ne venit æstimatio Regens Tappia *decis.*5. *num.*23. *Con-*
25 *silii Neapolitani*; Neque debetur quando venditio est nul-
la, quo casu neque Jus congrui debetur, nec emphyteuta
cadit à Jure suo, Anna *singular.*56. Petra ad Grammaticum
*decis.*27. *num.*10. Ludovicus Belli *dict. cons.*97. *num.*50. &
26 iterum Petra ad Grammaticum *decis.*76. *num.*24. licèt alii
dicant ex contractu nullo deberi laudemium, Francus *dec.*
296. ubi emphyteuta Ecclesiæ tenetur ad solutionem Ca-
nonis, si contractus emphyteuticus sit nullus ex defectu
assensus Apostolici, ac si contractus fuisset validus, per
textum *in* §. *si vero*, *Auth. de non alien. reb. Eccles.* ubi An-
gelus *in principio*, quem refert, & sequitur Jason *in l.*2. *C.*
de Iure emphyt. Rodoanus *de rebus Ecclesiæ non alienandis*,
*quæst.*36. *num.*16. *& quæst.*58. *num.*44. Corbulus *de Iure em-*
*phyt. de causa privationis ob solutionem Canonis ampliat.*13.
per totam, Fulgineus *de Iure emphyt. quæst.*21. *num.*20. *&*
de solutione Canonis quæst. 1. *num.* 120. D. Hodierna *ad*
*Franch. decis.*6. *num.*6. quod limitatur quando alienans
esset bonus vir, & diceret adesse essensum, quia tunc non
debetur laudemium ex contractu nullo Francus *dict. decis.*
296. *in fine*, de qua re legatur additio ad eundem novissi-
ma, & Genuensis *pract. quæst. q.*104.

27 Probatur septimò, ex facto, de quo D. Marcellus Mar-
cianus *cons.*37. ubi Ecclesia S. Claræ hujus civitatis conces-
sit Alonso de Vargas Duci Cagnani sub annuo Canone to-
tum quod tunc possidebat propè illam, cum facultate
affrancandi, & aliis pactis emphyteuticis, & erat facultas
affrancandi concessa in simili, vel meliori vendidit Alon-
sus quasdam apothecas; petebat Monasterium sanctæ Cla-
ræ Jure Prælationis, & fuit dictum esse concedendas Mo-
nasterio Jure Prælationis, quia tale pactum est impræscri-
ptibile, etiam si essent elapsi centum anni, & emphyteuta
illa facultate usus non esset, Decius, Cravetta, Tiraquel-
lus, & alii apud Menochium *cons.*1147. de quibus Marcia-
nus *d. cons.*37. & tale pactum respicere rem ipsam, unde
transit ad quemcumque res ipsa transit, non solum ad
hæredes extraneos, sed etiam ad Concessionarios, & singu-
larem successorem, Gratianus *cap.*477. *num.*16. Marcianus
*num.*3. *in fine*, quod adeo verum est, ut sive pactum affran-
candi sit in simili, sive in meliori, sive in pecunia, sem-
28 per idem judicari debet, ut benè Marcian. *dict. cons.*37.
*num.*4. Neque excluditur Dominus directus à prælatione
etiamsi receperit laudemium, dummodò illud non reci-
piat persona, quæ non sit legitima, puta Abbatissa sine
consensu Capituli, seu Monialium, quia licèt Abbatissa
habeat liberam administrationem, tamen quoad validita-
tem concessionis faciendæ, debet intervenire consensus
Capituli, & sic solus Prælatus, vel Abbatissa non potest lo-
care prædia Ecclesiæ, cum potestate affrancandi, nec sola
Abbatissa potest recipere laudemium, ut benè post alios D.
Marcian. *cons.*37. *num.*10. nisi esset res solita concedi absque
29 alia solemnitate, & consensu Capituli, Glossa *in Clem. Fre-*
quens, *in verbo emens*, *de excessibus Prælatorum*, latè Tren-
tacinq. *lib.*3. *var. de Iur. emphyt. resol.*6. *n.*7. & tunc res di-
citur solita concedi, quando fuerit primo loco solemniter
30 concessa cum omnibus requisitis *c.*2. ubi Doctores *de Feu-*
dis, Calderin. *cons. ult. de consuetudine*, Capyc. *in Investitu-*
ra in verbo feudum, *vers.*4. *concl.* Rodoan. *de reb. Eccl. alien.*
*quæst.*65. Marcianus *dict. cons.*37. *numer.*12. & in hoc casu 31
poterit sola Abbatissa recipiendo laudemium Monasterio
præjudicare, ut idem Marcianus *num.* 13. ex quo facto
per D. Marcellum Marcianum ponderato, arguo ego ibi:
fuit contractus emphyteuticus celebratus cum pacto af-
francandi, & fuit dictum competere laudemii solutionem,
& prælationem, non recepto laudemio, vel eo recepto, sed
non à persona legitima, & ibi etiam dictum fuit compete-
re prælationem Domino directo, ergo res in emphyteusim
concessa, cum pacto affrancandi, adhuc est obnoxia so- 32
lutioni laudemii suo tempore, & contractu debitam, er-
go male dicit D. Marcianus Filius *in disp.*98. ex contractu
emphyteutico cum potestate affrancandi, non deberi postea
laudemium, quia non emphyteusis, sed emptio, & vendi-
tio, ut infra dicemus.

Probatur ultimò, quia laudemium debetur ex venditio- 33
ne, & concessione facta cum pacto de retrovendendo, ip-
so pacto pendente, ut decisum refert Thesaurus *decis.*75.
dicens ita judicatum per Senatum Pedemontanum, ad
quod citat eumdem Burgos *par.*2. *de Laudemio inspect.*5. &
dicit D. Paulus Staibanus *resol.*49. *in addit. n.*38. *&* 39. &
videatur Thesaurus *dict. decis.*75. qui ait quòd pendente
termino luendi, debeatur laudemium: nam est venditio
perfecta, & disputat, an sequuta luitione debeatur aliud
laudemium, vel medietas secundum consuetudines Barci-
nonæ, & in hoc videatur idem D. Paulus Staiban. quia est
sibi contrarius ab eo, quod dixit non deberi, posito pacto
affrancandi, ut infrà, sic debetur laudemium, ut suprà
dixi in datione rei emphyteuticæ in dotem æstimatam, ex 34
Castillo *decis.*21. Mastrillo *decis.*149. & quando faciat em-
ptionem talis æstimatio, latè tradit Castillus *dict. decis.* 21.
*num.*3. *& seq.* qui ait nunquam æstimationem facere em-
ptionem, quando eo tempore maritus non habet bona, ex
quibus possit existimationem solvere, ut latè tradit D. Stai-
banus *resol.*156. *à num.*53. *usque ad num.*62. *tom.*2. Idem
Castillus *decis.*214. & licèt aliqui dicant deberi laudemium 35
usufructuario, ut dicunt Oldradus *cons.* 24. & post eum
Castillus *de usufructu c.*36. *num.*45. Cyriacus *cap.*97. *nu.*7.
*lib.*2. tamen alii dicunt spectare ad proprietarium cum Pau-
lo Staibano *in addit. ad resol.*49. *à numer.*29. *cum seq.* ergo
solvi debet laudemium in concessione facta in emphyteu-
sim cum pacto affrancandi, si sequatur deinde, quòd talis
res vendatur, &c.

Dices primò, pro parte contraria ex censu redimibili 36
mediante pecunia, non potest oriri obligatio solvendi lau-
demium, sic enim dicunt Doctores plures, ut Aloysius
Catalanus *de indultu*, *ampliat.*8. *cap.*13. *num.*46. *& seq.* Re-
gens Marcianus *disp.*98. *per totam*, & D. Staibanus *tom.*1.
*resol.*49. *num.*15. *& seq.* Gratianus *cap.*745. *nu.*80. & Ton-
dutus *resol.*25. *num.*4. *&* 6. ex aliquibus antiquis, quos
referunt, & licèt isti Doctores pauci videantur ad hanc
conclusionem tenendam, tamen nullus contradicit, ergo
indubitatum est unius Authoris decisionem in terminis es-
se attendendam, etiam sine lege, ad tradita per Gomesium
de act. §. *neque*, *num.*14. per Menochium *cons.* 73. *nu.*17. &
latè per Bossium *tom.*1. *var. part.*1. *tit.*1. §.16. *n.*87. ergo fal-
sa nostra conclusio.

Respondeo, ad has authoritates, ad primam Catalani 37
*d. ampliat.*8. *c.*13. *n.*46. ubi dicit, quòd laudemium debea-
tur pro re censuali perpetua, & non pro re concessa cum fa-
cultate redimendi, dicens *n.*48. rationem esse disparitatis,
quia quando contractus est perpetuus; tunc est verè contra-
ctus emphyteuticus, & quia per concedentem retinetur di-
rectum dominium, & utile in Concessionarium transfertur,
propterea subest causa cognitionis & recognitionis ejus in
Dominum directum, & sic debetur laudemium pro Domi-
no directo, sed quando concessio fit cum facultate redimen-
di, & sic cum pacto de retrovendendo, tum quia talis con-
tractus est emptioni, & venditioni similis, ideo non debe-
tur laudemium, si deinde vendatur res, nam causa solven-
di laudemium est directum Dominium, quod cessat in con-
tractu emptionis, & venditionis, & addit Catalanus *nu.*52.
id procedere etiamsi fieret mentio de contractu emphyteu-
tico, nam non verba, sed substantia contractus est inspi-
cienda, *l.*1. *ubi glossa*, *ff. de superficiebus*, Baldus *in l. æde*, *vers.*
sed quid eo, *qui emit*, *Cod. locati*, *& in l. licet*, *C. eodem*, & ad
notata per Afflictum *dec.*65. *& dec.*68. *n.*20. *& in dec.*72. *in*
fine, *&* 90. *num.*8. ubi Ursillus *n.*6. Guido papa *dec.*92. ubi
addentes.

Sed

38 Sed contra Catalanum dico primò esse legendum eundem sibi contrarium *num.56.* qui ait, quòd census est perpetuus, licè sit ex pacto redimibilis, semper enim perpetuus est judicandus, ut probat textus *in l. sufficit*, ubi Jas. *ff. de condit. indebiti*, & voluit Glossa *in cap. finali de solut. l. Iurisperitos, ff. de excusat. Tutor. cap. si gratiosè, & cap. finali*, ubi Glossa *in vers. per tuas de rescriptis in 6.* Quia sufficit ut ipsa, & habitu perpetuum esse, licèt habeat incertum resolutionis eventum, & propterea exceptio dicitur perpetua, licet causa sit dubia in eventu, *d. l. sufficit*, & notat Catalanus *ubi suprà*, ergo si concessio cum pacto redimendi, vel affrancandi dicitur perpetua, & tamen non transfert, nisi Dominium utile, per consequens solvi debet laudemium.

39 Contra secundò, quia si verba sunt attendenda, ut Catalanus dicebat, cur non sunt attendenda alia verba concessionis emphyteuticæ, dicitur locaverunt titulo locationis in perpetuum in emphyteusim, cum pactis emphyteuticis, cum facultate, & pacto, ut non possit alienari, inconsulto Domino directo, necnon ut in casu non solutionis Canonis pro debito tempore, ut res cedat in commissum, quæ pacta non faciunt emptionem, sed veram constituunt emphyteusim perpetuam: ergo si idem Catalanus, ut suprà dicebam, non appellat emptionem, sed verum contractum emphyteuticum, licèt sit pactum de retrovendendo, cur ipse dicit esse emptionem concessionem in emphyteusim cum pacto affrancandi, si ergo congruenter loqui voluisset, debebat nobiscum dicere esse verum emphyteusim cum pacto affrancandi, & ob alia pacta, quæ suprà diximus.

40 Ad authoritatem Domini Martiani dico, egisse ibi de causa propria: emerat enim Marcellus Marcianus, Pater Francisci, qui fuit Regius Consiliarius, domum palatiatam, nunc suorum Pronepotum propositis 13500. cum onere solvendi ducatos 31. Camillo Stramboni annui census emphyteutici, quæ fuit illorum de Castrolucco prætendebat Camillus Strambonus, uti Cessionarius Fabii Jordani sibi deberi laudemium, ex quo erat concessa primo loco cum pacto affrancandi à quibusdam Ecclesiis, contra Strambonem cessionarium se defendebat Franciscus Marcianus Filius, & hæres Marcelli emptoris, non deberi laudemium, ex quo erat celebrata emptio per eundem Marcellum sub hasta Senatusconsulti, ad notata per Fran-
41 cum *decis.277.* 488. & per Thesaurum *decis.* 139. & sic dicebat Marcianus Jun. non teneri solvere laudemium, quia Camillus non erat Dominus directus, sed Cessionarius Domini subalterni, at laudemium solum debetur Domino directo, non verò Domino subalterno, ad notata per Francum *decis.437.* ubi sic pluries fuisse decisum testa-
42 tur, & per Amicum *de emphyteusis, quæst.83.* & Regentem de Marinis *lib.1. quotid. cap. 232.* Capycium Latro *decis.46. in 2. dubio, num.24. & seq.* Thorus *tom.3. par.2. in verbo prælatio fol.310.* D. Marcian. Junior *disp.97. num.21. & num.30.* refert decisum deberi Domino directo, non verò subalterno, Camill. Borrellus *in summa decisionum in tit. de laudemio num.100.* Thorus *in 1. parte Compendii, in verbo laudemium fol.306. colum.2.* latè Episcop. Riccius ad Francum *dec.437.*

43 Secundò dico ad authoritatem ejusdem Domini Martiani *d. resol.98. ad n.26.* ubi restringere videtur negotium, quo ipse movetur ad suam opinionem fundandam, ex eo quòd attendenda est substantia contractus, non verba, & quòd contractus emphyteuticus cum facultate affrancandi sit potiùs emptio, & venditio non emphyteusis, & quòd licet dicatur emphyteusis, tamen dicitur contractus transfusus in emptionem, & venditionem cum dominii translatione, ex Cephalo *cons.324. num.55. lib.3. & consil. 703. num.12. & 13. vol.5.* & notat Gratianus *cap.477. numer.10. & 11.* Benidell. *de Iure prothomiseos in §. emphyteusim num.9.* de
44 Franchis *decis.* 267. & hoc dicebat Menochius *consil.* 1147. *num.* 26. quod pactum de affrancando idem est, quod de vendendo. Quæ tamen Marciani doctrina procederet, quando in concessione emphyteusi non adessent alia pacta, quæ conservant, & retinent contractum in puris terminis emphyteuticis, non si adsit pactum affrancandi in pecunia, tamen adest pactum commissi, ut non soluto Canone pro tali tempore cedat in commissum, adest iterùm pactum, ut non possit alienari sine consensu Domini directi, dicitur in vim locationis perpetuæ, quæ pacta conservant naturam emphyteuticam, nam repugnat cum emptione, ut non possit vendere irrequisito Domino directo, repugnat eidem, ut cadat in commissum, scilicet, ut iterum ad Dominum directum revertatur ob Canonem non solutum: ergo si illud pactum affrancandi, ut dicit pars facit in emptionem transire, cur tot pacta contraria non faciunt in emphyteusim remanere.

Neque dicatur cum Marciano *num.26.* quòd pactum affrancandi, licèt sit voluntarium respectu Concessionarii, tamen respectu concedentis est necessarium, quia cogitur ad omnem requisitionem concessionarii admittere affrancationem, imò stante oblatione pretii pro affrancatione, hoc sufficit ad hoc, ut ipso jure dicatur facta affrancatio ex Bartolo *in l. si fidejussor, §. meminisse, ff. de leg. 3.* & Deciano *cons.48. num.9. vol.1.* 45

Respondeo primo cum Domino de Franchis *decis.610.* quod interim affrancatione pendente, licèt dicatur emptio, & venditio respectu concessionarii, & vicini, & per hoc conceditur Jus congruum, tamen non potest dici emptio, & venditio respectu concedentis, sed dominium directum remanet penes ipsum concedentem, unde ei competit Jus prælationis, commissi, & laudemii, & licèt Marcianus dicat *num.37.* quòd Præses de Franchis nulla fundatur ratione in suo dicto: tamen defendendo Franchum dico fundari in pactis apponi solitis in instrumento concessionis emphyteuticis, & dum subdit *numer.38.* esse correlativos concedentem, & concessionarium, & ad paria judicandos ex *l. finali, ff. de acceptilation.* dico non esse ad paria judicandos, quando pactum affrancandi, vel de retrovendendo, quod poterat apponi favore utriusque, apponitur tantum favore unius, scilicet concessionarii, tunc enim pendente affrancatione, non præjudicat Dominus directus in laudemii præjudicio, & idem Marcianus *num.39.* ait quòd in vera concessione emphyteutica pactum prælationis Domini directi non solet exprimi, sed venit de jure, ergo si est vera emphyteusis, cur vocatur deinde emptio, & venditio? 46

Neque dicas cum Marciano *disp.98. num.30.* quòd ex pacto affrancandi, videtur noluisse Contrahentes directum dominium perfectè remanere penes ipsum concedentem, prout de substantia emphyteusis est, cum non dicatur perfectè haberi, quod à nobis avocari potest, *l. omnes, §. 1. ff. de reg. juris.* 47

Respondeo enim, quòd si hoc esset, neque venditio cum pacto de retrovendendo esset vera, & propria emptio, quia potest auferri res, & tamen est perpetuus contractus, & ut diximus suprà, Catalanus ipse appellat veram emphyteusim, licet sit pactum de retrovendendo, quia census est perpetuus, licèt sit ex pacto redimibilis ex *l. sufficit, ff. de condit. indebiti*, quia sufficit vi ipsa, & habitu perpetuum esse, licè habeat incertum resolutionis eventum, ut suprà dixi.

Tandem dico ad D. Marciani authoritatem, quòd ipse causam suam defendendo, decisum non refert, sed quod pars acquievit, & depositum pretii recipiendo affrancavit, sed rogo videri Marcianum seniorem *dict. cons.37.* qui nobiscum sentit, & decisum refert.

Ad auctoritatem verò Domini Staibani *resolut.49. tom.1.* miror eum allegari ad hoc, quia ibi erat sequuta affrancatio, & petebatur laudemium pro donatione facta cujusdam domus Ecclesiæ Monialium sanctæ Mariæ Jesu, at ex donatione non debetur Neapoli laudemium, ex Franc. *decis.201.* solvitur enim ubi est consuetudo, & notat Thorus *in verbo laudemium, tom.1.* & in illa donatione donans sibi reservaverat usumfructum, & tandem concludit fuisse contractum cum potestate affrancandi, & allegat Catalanum, qui, ut suprà adduximus, est sibi contrarius, neque Dominus Staibanus adducit ibi decisionem causæ, sed solùm, quòd Vicarius Eminentissimi quondam Cardinalis Boncompagni persuasit partibus, ut se transigerent, & quod pejus in causa Domini Staibani erat sequuta affrancatio, ut ipsemet refert *num.19.* ibi: (Quod maximè procedit, stante affrancatione facta per dictum Monasterium integri Canonis) nullus autem dubitabit ex re affrancabili emphyteutica vendita, non deberi laudemium, sequuta affrancatione. 48

Ad authoritatem Gratiani *cap.745. num.70. cum seqq.* videatur idem *à num.73.* qui se declarando dicit, quòd pactum affrancandi potest dupliciter apponi, primò in ipso contractu concessionis: Secundò, ex post facto; si apponatur ex post facto nihil ad nos, sed si apponatur in ipsa con- 49

concessione emphyteusis tale pactum, tunc emphyteusi finita ob caducitatem non datur amplius pactum affrancandi: ergo supponit Gratianus dari caducitatem cum tali pacto affrancandi; caducitas autem non potest dari in pura, & vera emptione, sed in emphyteusi: ergo Gratianus, vel est sibi contrarius, vel loquitur quando pactum affrancandi est appositum in alio Instrumento post concessionem factam; & in casu Gratiani non constabat de reservatione dominii directi penes Ecclesiam, quod non est in facto, quod supponimus, & per hoc rogo eumdem Gratianum videri.

50 Ad auctoritatem Tonduti *lib.2. quæstionum civilium, cap.* 75. Respondeo, Tondutum dixisse non deberi laudemium ex venditione Jurisdictionis factam per emptorem ipsimet Baroni primo concedenti, quia posita facultate affrancandi, nullum remanserat dominium penes primum concedentem, sed idem Tondutus loquitur quandò prima concessio esset per veram venditionem, sed suprà diximus remansisse directum apud concedentem, quia remansit commissi pœna, & alia pacta emphyteuta, quæ non possunt stare cum vera venditione, sed erit emphyteusis celebrata cum tali pacto, sicuti potest celebrari cum pacto de retrovendendo: addo quod in casu Tonduti pactum erat appositum favore venditoris primo loco vendentis, seu concedentis, & sic non potest ad pactum affrancandi afferri: præterea non videtur assignari posse disparitatem, cur in concessione cum pacto de retrovendendo laudemium debeatur, & non in concessione cum pacto affrancandi.

51 Dices secundò. Concessio facta cum potestate affrancandi est vera venditio, & non emphyteusis, ergo non debetur deinde laudemium sequuta alienatione ejusdem rei: consequentia patet, quia laudemium non debetur, ex venditione rei emptæ. Antecedens probatur ex auctoritate Feliciani *lib.1. de censibus, cap.*10. *num.*16. (Censum non esse dico verius, sed emptionem, & venditionem cum pacto, *l.curabit, Cod. de act. empti,*) & ante dixerat Covarr. *lib.*3. *var. cap.*11. *à num.*50. ubi etiam latè probat, & loquitur in difficilioribus terminis, scilicet ubi adest reservatio dominii directi, translato tantum utili, & ad idem adest auctoritas Mattiensis *tit.*11. *novæ recopilationis, glossa* 5. *num.*25. Marciani *dict. disp.*98. *n.*39. Afflict. *dec.*75. *nu.*9. *&* 10. ubi Ursill. Molfes. *part.*12. *q.*14. *n.*18. Menoch. *cons.*444. *nu.*12. & ex Theologis Dian. *part.*3. *tract.*1. *resol.*24. & Navarr. *cons.*50. *de censibus*: & alios adducunt Gratianus *cap.*477. *num.*11. *&* 12. Muta *ad consuetudines Panormitan. cap.*28. *in nova declaratione, n.*27.

52 Confirmatur à contrario, quia si contractus celebretur à partibus cum appellantibus emptionem, & venditionem, & tamen transferatur utile dominium retento directo, tunc erit realis emphyteusis, ut probat de Claperiis *causa* 15. *quæst.*1. *num.*8. quia error in nomine contractus illum non mutat, *l. Insulam, ff. de præscriptis verbis*, nam verba impropriantur, ut sit substantia contractus incolumis, *l. si uno, ff. locat.*

Respondeo primò, non posse dici emptionem, & venditionem, quando ultra pactum affrancandi adest pactum commissi in casu non solutionis Canonis, unà cum aliis pactis emphyteuticis, quo casu non potest dici emptio, sed erit vera emphyteusis cum facultate affrancandi, sicuti est vera venditio cum potestate redimendi, & licèt sit venditio, potest stare cum tali facultate, sic licèt sit vera emphyteusis, poterit tamen stare cum potestate affrancandi.

Respondeo secundò, cum Præside de Franchis *dec.*610. emphyteusim cum pacto affrancandi esse emptionem, ut respicit recipientem, non verò ut respicit dantem, & licèt Marcianus *dict. disp.*98. *à num.*37. *& seq.* contra eum insurgat, nihil tamen dicit substantiale, & sic dici poterit, & erit emptio, ut respicit accipientem, at ut respicit dantem, esse concessionem emphyteuticam, reservando sibi dominium directum, cujus causa debetur laudemium.

53 Neque dicas nullum dominium remansisse apud concedentem, sed solus habendi annuam pensionem, pro qua non debetur laudemium, quando res alienatur, ad notata per Felicianum *tom.*2. *de censibus lib.*1. *in appendice*, & dominium omne transferri ad concessionarium, ad notata per Dianam *dict. part.*3. *tract.*1. *resol.*24. & ad notata per Tondutum *dict. cap.*75. Respondeo enim dici non posse transferri omne dominium in concessionarium, quando adest pactum commissi, quod non potest in emptione verificari, & est ejus destructivum: ergo posito pacto commissi, positisque pactis emphyteuticis, quæ important prælationem, est videndum quis contractus magis resultare poterit, an emptio, vel emphyteusis? appellatur emphyteusis, sunt pacta talia, & nunc ex solo pacto affrancaudi, dici debet emptio: benè dicebat Francus, quòd licèt ex parte concessionarii similis sit emptioni, tamen ex parte concedentis est vera emphyteusis, & dominium directum apud concedentem remanet, ergo non transit utrumque dominium, ergo debetur laudemium in casibus suis.

Dices tertiò, obstant verba concessionis ibi: (Itaque 54
ex nunc in antea dictum Territorium transeat in pleno dominio, actione, & propria potestate D. Domini Comitis, & ejus hæredum, & successorum, ad habendum, &c. Cedentes, &c. Ponentes, &c. Constituentes eum Procuratorem, &c. & constituerunt se precario nomine tenere, &c. cum potestate capiendi, &c.) quibus verbis apertè colligitur non esse contractum emphyteusis, quia nihil magis repugnat emphyteutico contractui quam translatio utriusque dominii, quia debet reservari apud concedentem dominium directum, ut ait Rolandinus Rodulphus *in summa artis Notariatus, p.*1. *cap.*1. *in titulo de contractibus emphyteuticis*, in Instrumento concessionis in emphyteusim factæ à Monasterio post initium ibi, (salvo Jure dominii, & proprietatis,) & hoc est primum, & essentiale pactum veræ emphyteusis, ut scilicet solum utile dominium transferatur, non directum, & plenum; ut ex Doctoribus ait Ognatte *de contractib. tom.*3. *p.*2. *disp.*111. *num.*5.9. *&* 22. ex Sylvestro *in verbo emphyteusis, num.*2. *&* 3. *ex textu, in cap. constitutus de Religiosis domibus*, & Jure civili constat verum dominium idem esse ac directum, & utile, seu proprietatis, & ususfructus, ut *ex l.*4. *ff. de adim. legatis*, & aliis, de quibus Schaderius *in Lexicon Iuridicum, in verbo plena proprietas*, & notat de Castillo *tom.*1. *de Iustitia, lib.*2. *tract.* 1. *disp.*7. *num.*27. ergo si fuit translatum plenum dominium, utrumque censetur translatum, ergo non habet locum laudemii solutio.

Respondeo, quod in illa verba in plenum dominium non 55
concludunt utrumque transferri; nam licèt dominii appellatione propriè veniat directum ex *l.*1. §. *qui in perpetuum, ff. si ager vectigalis, &c.* Dionysius Paulus *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, cap.*17. *num.*13. & lato modo tam utile, quàm directum veniat, Menochius *cons.* 226. *num.*276. *& cons.*116. *num.*10. Surdus *decis.*288. *num.* 28. Bartolus *cons.*243. *num.*6. *lib.*6. Card. Tuschus *pract. conclus. tom.* 8. *litt. V. conclus.* 291. *num.* 8. Card. Mantica *decis.*59. *num.*1. ubi ait, quòd quælibet perpetua utilitas dominium dicitur: tamen ut actus sustineatur secundùm propriam naturam, tunc si fiat mentio de dominio, 56
intelligitur de utili, non de directo, ut benè Alex. *cons.*86. *col.*2. *lib.*1. quem refert Card. Tuschus *litt.V. concl.* 101. *num.*26. Barbosa *de appellativa verborum appell.*69. *in verbo dominium*, ergo cum tractetur de salvando contractu emphyteutico magis utili concedenti, quam sit emptio, 57
& venditio, per consequens dominium, de quo in Instrumento, importat dominium utile non directum, & illud in plenum dominium importat proprietatem cum usufructu, & sic dominium utile cum utilitate fructuum: & patet, quia dominium utile emphyteutæ Ecclesiæ, dicitur merè laicale, & profanum, atque subjectum statutis, & legibus Principum sæcularium ex citatis à Barbosa *in remissionibus ordinamenti, lib.*2. *tit.*1. §.6. *num.*2. *& lib.*4. *tit.* 36. §.2. *num.*2. quibus addo Gabrielem Pereyram *dec.*31. *n.*50. Grat. *cap.*447. *n.*18. *cum seqq.* Barbos. *in cap. Si clericus laicum, de foro competenti, n.*6.

Dices quartò, Emphyteusis Ecclesiæ conceditur cum assensu Apostolico, modo cedat in evidentem utilitatem 58
ejusdem, & non est verus contractus emphyteuticus, ad notata per Francum *decis.*235. quia in ipso constituitur earum æquivalens fructibus, imò major fructibus, & propriè res non transit ad hæredes extraneos ex Afflicto *decis.*386. & præsertim, ait Francus, non est propriè emphyteusis, quando concessio est facta pro se, hæredibus, & successoribus, qualiter regulariter conceditur: ergo posita tali concessione non est emphyteusis, nec debetur laudemium.

Respondeo ad argumentum fuisse apud de Franchis controversum, num emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se 59
& hæredibus sit hæreditaria, quia emphyteusis Ecclesiastica non transit regulariter ad hæredes extraneos, etiam si stipulata sit pro se, & hæredibus, ac successoribus, Jul. Clarus

Clarus *in §. em phyteusis*, *quæst.28.* Gama *decis.72.* Surdus *dec.11. num.8.* Merlinus *decis.583.* & post alios Andreolus *controvers.378.* qui ampliat, etiamsi sit apposita clausula *ad habendum*, Ro ta *dec.21. par.6. recentiorum*, ubi agitur de emphyteusi pro se, hæredibus & successoribus, Carena *resol.152. num.2.* nisi sit apposita clausula *in perpetuum*, in parte substantiali, Rota apud Cavalerium *dec.290.* Rota *dec.294. part.2. recentiorum*, Soccin. senior *cons.266. vol. 2. num.3.* quidquid dicant Genuensis *in practicabilibus*, *qu. 98.* Mantica *lib.22. de tacitis*, *tit.9.* Verallus *decis. 304.* & alii.

60 Quia verò in causa Domini de Franchis pensio correspondebat fructibus, visa fuit magis locatio perpetua, quæ transit ad hæredes extraneos, quàm emphyteusis, ex consilio Collegii Mediolani, ut testatur Cumanus apud Alexandrum *in l. Interdum*, *§. quod ex naufragio*, *ff. de acquir. possess. num.7.* Surdus *decis.198. num.3.* Beltraminus ad Ludovisium *decis.524. num.21.* Burattus *decis.334.* Carena *ubi suprà*, *num.7.* semper enim quòd dictum est pro hæredibus, & successoribus quibuscumque, vel si adsit clausula *ad habendum*, &c. tunc continentur hæredes extranei, Mantica *ubi suprà*, *num.25.* Altograd. *cons.22. n.7.* vel si res concessa indigebat maxima reparatione, nam tunc transit ad hæredes ex natura ipsius rei, quamvis non ex verbis ipsius Investituræ, Berous *cons.98. vol.1.* Borellus *in summa decisionum*, *tit.33. de emphyteusi*, *n.21.*

61 Quòd si dicas obstare textum *in l. §. empyteusis*, *Auth. de non alienandis rebus Ecclesiæ*, ubi habetur non posse concedi rem Ecclesiæ in emphyteusim perpetuam, pro extraneis hæredibus.

Respondetur cum Altogrado *dict. cons.22. num.10.* procedere in emphyteusi Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Respondeo ego intelligi non posse concedi sine authoritate Summi Pontificis, at regulariter Papa consentiente fiunt tales concessiones rerum Ecclesiæ, ut liquidò constat apud omnes.

62 Ut autem cognoscatur an concessio facta sit locatio, vel emphyteusis, tradunt Doctores aliqui hanc regulam, ut si pensio sit magna, & fructibus correspondeat, tunc est contractus locationis; si autem non correspondeat, & sit tenuis pensio, tunc est contractus emphyteuticus, Bart. *in l.1. C. de Iure emphyt.* Clarus *in §. emphyteusis*, *q.1. n.50.* Francus *dict.dec.235.* Surdus *decis.198.* Thesaurus *decis.120. nu. 1. in fine*, etiam in Ecclesia, quæ est cultrix Justitiæ, & propterea Senatus Pedemontanus subvenit Ecclesiæ propter læsionem in censu, quamvis non esset ultra dimidiam, & quia Ecclesia non potest vacare culturæ prædiorum, propterea semper videtur in ejus utilitatem cedere concessionem in emphyteusim, sed verius dicunt alii, quòd in emphyteusi Ecclesiæ pensio justa sit, etiam ea, quæ æquivalet fructibus, alias non diceretur facta in evidentem Ecclesiæ utilitatem, quod præcisè requiritur in talibus concessionibus, Franc. *dec.235. numer.2.* Surdus *ubi supra*, *num.21.* Fontanella *de pactis nupt. claus.4. Glossa 14. part.1. num.29. & seq.*

63 Dices quintò, cum Deciano *cons.48. num.12. & seq. vol. 1.* de quo Marcianus *disp.98. num.30.* ex tali pacto redimendi, vel affrancandi apparet, noluisse contrahentes directum dominium perfectè permanere penes ipsum concedentem (quod est de natura emphyteusis,) cum non dicatur perfectè nostrum, quod nobis auferri potest, *l. omnes*, *§.1. ff. de reg. Iuris*, & per hoc subdit Marcianus *num.31.* talem contractum licèt sub nomine emphyteusis, semper judicari, ac si esset emptio, & venditio, ergo ex tali contractu sequuta deinde alienatione nullum debetur laudemium.

64 Confirmatur primò, quia laudemium non debetur, nisi alienetur res, quæ sit verè, & propriè emphyteutica, & non solùm abusivè, & impropriè, Manentus *de contractu libellario*, *quæst.1. part.9. num.7.* Marcianus *disp.98. num. 33.* Sed emphyteusis cum potestate redimendi, præsertim in pecunia, non est vera, & propria emphyteusis, sed abusiva, Barbatia *cons.51. num.17. vol.1.* Marta *de clausulis*, *part.1. claus.248.* Marcianus *disput. 98. num.32.* ergo in casu nostro cessat laudemium, quia dato, quod contractus, ex quo petitur, non esset rigorosa venditio, certè quod neque est propriè emphyteusis, ex qua sola, & propria debetur laudemium.

65 Confirmatur secundò, quia prædicta pacta reddunt rem dubiam, an sit emphyteusis, an emptio, & venditio, sed laudemii præstatio est onus odiosum, ut dicit Burg. quem citat, & sequitur Thorus *in Codice rerum Iudicatarum*, *casu 49. num.7.* & esse præstationem valdè crudam dicit Cassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ de censibus*, *§.7. num.11.* & in dubio quia odia sunt restringenda, *cap. odia de reg. Iur. in 6.* per consequens remanet dubia obligatio laudemii, ergo est restringenda.

Respondeo ad argumentum, non esse verum, ac gratis asseri per talem concessionem cum pacto affrancandi non remanere dominium directum penes concedentem, sequeretur enim contractum emphyteusis non posse fieri cum pacto de retrovendendo, quod falsum est, & ut supra probavimus perpetuum dicitur, quod à nobis ex parte nostra evelli non potest, sic census perpetuus dicitur licèt pactum de retrovendendo sit ex parte debitoris, sic venditio perpetua dicitur, licèt pactum de retrovendendo, vel affrancandi sit ex parte emptoris tantum, ut suprà dicebamus, ergo concessio facta ex parte concedentis est perpetua, licèt concessionario competat pactum affrancandi in pecunia, &c.

Ad primam confirmationem respondeo partem vocare abusivam emphyteusim, ubi est concessio facta cum pacto affrancandi, & potuisset dicere esse abusivam emptionem, & veram emphyteusim pluribus de causis, primo ob pacta emphyteutica, quæ continet; Secundo ob pactum commissi, prælationis, &c. quæ pacta sunt contraria veræ emptioni, & connaturalia, imò substantialia in emphyteusi, ergo si solum pactum affrancandi facit abusivam emphyteusim secundùm partem, cur dicere non debemus pacta supradicta non facere veram emphyteusim, & pactum de affrancando abusivam emptionem, & sic apparet nihil probari ex tali argumento. 66

Ad secundam confirmationem respondeo prædicta pacta non reddere negotium dubium, sed veram facere emphyteusim, ut suprà dicebamus; & sic nihil ad nos.

Dices sextò, Emphyteuta Ecclesiæ est immunis à laica potestate, in illis quæ pertinent ad emphyteusim Ecclesiasticam, ex notatis à Thoma del Bene *tom.2. de Immunit. c. 10. dub.15. num.55.* à Sperello *decis.121.* tamen id non obtinet, ubi census appellatus emphyteuticus esset pecunia redimibilis ex Feliciano, & aliis apud Dianam *p.3. tr.1. resol. 24. in fine*, quia talis contractus diceretur emptio, & venditio ex notatis à Feliciano *tom.1. lib.2. n.37.* 67

Respondeo primò, negando antecedens, quia dominium utile emphyteusis Ecclesiasticæ est merè laicum, & profanum, & subjectum statutis, & legibus Principum sæcularium, ex notatis à Barbosa *in remiss. ad ordinament. lib.2. tit.1. §.6. num.2. & lib.4. tit.36. §.2. num.2.* per Gabrielem Pereyram *decis.31. numer.50.* per Gratianum *cap. 447. num.18. cum seqq.* & per alium Barbosam *in cap. Clericus laicum 5. de foro competenti*, *nu.6.* & notat idem Barbosa *in repert. in verbo dominium*, licèt quoad portionem dominicam pertinentem ad Ecclesiam subjiciatur Juribus Ecclesiæ ad notata per DD. apud Sperellum *ubi suprà*, & si dicatur quòd census redimibilis dicitur emptio, hoc procedit secundùm de Franchis *dec.610.* ex parte concessionarii, non ex parte concedentis, ut pluries diximus. 68

Dices septimò, quando ex statuto debetur Gabella pro contractu emptionis, & venditionis, & non pro contractu emphyteutico, si sit concessa potestas redimendi, pro certa quantitate pecuniæ ex Avendanno *respons.29.* & per Guttierez *de Gabellis*, *qu.58.* ubi talem contractum vocat veram venditionem, quando conceditur fundus ad pensionem redimibilem, certo pretio designato, quia tunc fundus datur principaliter pro pretio, quo redimi potest, quamvis secundario solvatur pensio. 69

Confirmatur, quia domino directo debetur prælatio in contractu emphyteutico, quando emphyteuta vult alienare suum dominium utile, quæ prælatio cessat, ubi emphyteusis conceditur cum pacto redemptionis in pecunia ex notatis per Dominum de Franchis *decis.267.* & per Marcianum *d. disp.98. n.34.*

Respondeo, simplicem concessionem cum pacto affrancandi, dici posse venditionem, sed non quando cum aliis pactis emphyteuticis conceditur, & in specie cum pacto commissi prælationis, &c. ut in casu nostro, & in omnibus aliis concessionibus fieri solitis de re in emphyteusim, propterea, ut suprà diximus talia pacta repugnant emptioni, & sunt connaturalia, & substantialia emphyteusis, undè potiùs abusiva erit venditio, sed substantialis emphyteusis, ut diximus suprà.

70 Ad confirmationem respondeo rogando videri, D. de Franchis *dict. decis.267.* ubi fuerat facta concessio quarundam domorum in emphyteusim, cum pactis solitis devolutionis, & prælationis, data tamen potestate affrancandi annuum censum in pecunia numerata infra annos decem, & quia vendiderat Dominus utilis domos prædictas, salvo assensu Domini directi, & tradidit veram possessionem, agebat Dominus directus contra emptorem super devolutione, & quando illa non habebat locum super prælatione, vigore *l. final. C. de Iure emphyt.* & vigore pacti appositi in contractu, & fuit dictum quòd non competebat prælatio, quia primus concessionarius poterat affrancare, unde licèt amiserit rem ob devolutionem, quia fuerat facta venditio, salvo assensu Domini, & tradita possessione, quo casu est locus devolutioni prædictæ, tamen quia aderat pactum affrancandi, & concessionarius primus illud cesserat emptori, fuit causa decisa pro emptore, quia pendente pacto affrancandi non habet locum devolutio, & sic est decisio ad favorem nostræ sententiæ, ubi est emphyteusis propria, & vera, cum pacto affrancandi, & fuit primus concedens exclusus à prælatione, non quia non esset emphyteusis, sed emptio, sed quia durabat pactum affrancandi, quòd primus concessionarius cesserat emptori emphyteusis, quia quando quis amittit rem ob devolutionem non cadit à jure affrancandi, ergo potiùs corroboratur nostra opinio, quod sint compatibilia esse emphyteusim cum pacto affrancandi, & per consequens pendente affrancabilitate, si contingat alienari debetur laudemium, quia est vera emphyteusis, & posita affrancatione, atque depositata pecunia pro illa facienda evitabitur commissum, ergo apparet evidenter remanere dominium directum apud concedentem, in contractu emphyteutico, cum facultate affrancandi, ergo debebitur laudemium pendente affrancabilitate.

71 Et notat D. Amendola ad Francum *ubi suprà*, quòd licèt tertius non potest Canonem solvere pro emphyteuta invito Domino directo, quia solutio Canonis non est simplex solutio, sed recognitio directi dominii, tamen si tertius esset Creditor emphyteutæ, quo casu si emphyteuta caderet à melioramentis, non haberet postea, unde posset sibi satisfacere, tunc posset etiam invito directo Domino solvere, sicut etiam invito Creditore, quilibet pro debitore solvere potest, Marsilius *singul.368.* & notat Amendola ad Francum *dict. decis.267.* qui etiam addit, quòd licèt in emphy-
72 teusi non divisa, & quæ habet plures obligatos insolidum, uno non solvente rigor caducitatis in omnes intrat, ut ait Anna *cons.83. vol.1.* Facchineus *lib.1. cap.97.* id tamen limitat Costa *de portione ratæ, q.96.* & est decisio Siciliæ 13. *lib.2.* Et eodem modo respondetur ad allegata per Ursillum ad Afflictum *decis.72. numer.10.* per Molfesium, & alios apud Marcianum *disput.80. numer.26.* dicentes, jus congrui dari emptione, & venditione non in emphyteusi, in Civitate Neapolitana, nisi esset emphyteusis cum pacto affrancandi in pecunia, etenim supponitur esse emphyteusim solum nomine; non autem adesse illa pacta emphyteutica destructiva emptionis, & venditionis, ut pactum commissi cum aliis, de quibus *suprà*.

73 Quæ cum ita sint, nil mirum est, quod Magna Curia Vicariæ, Sacrum Regium Consilium, & Tribunal Nunciaturæ Neapolitanæ, ac Curiæ Archiepiscopalis Neapolis, talem articulum deciderint, ad favorem Domini directi pro solutione laudemii.

Unde in causâ Venerabilis Monasterii S. Mariæ Veritatis Ordinis Discalceatorum D. Augustini, cum Creditoribus quondam Caroli Carpinelli, ubi agebatur de concessione emphyteusis affrancabili in pecunia, ut in processu Creditorum Caroli Carpinelli *fol.294. cum seq.* in Banca Albani M.C.V. ad relationem Judicis de Luca fuit decisum *fol.408.* hoc modo.

Die 17. Decembris 1671. Neap. facto verbo.

Per M. C. V. provisum, & decretum est, quòd condemnetur Conventi nomine, quo in actis ad solvendum Venerabili Monasterio S. Mariæ Veritatis laudemium liquidandum.

In Sacro Consilio deindè cum fuisset per Patres S. Martini concessio facta in emphyteusim cujusdam ruris Comiti Cariati, cum potestate affrancandi, & ab eodem fuissent factæ plures subconcessiones illi omnes à S. C. fuerunt condemnati ad laudemium, ut ex instrumento concessionis, & sententiæ ejusdem, nunc referendo, cum qua sententia se confirmavit Tribunal Reverend. Nunciaturæ Neapolitanæ contra Patres Jesuitas S. Francisci Xaverii de Neapoli, ad favorem Patrum Carthusianorum, ut in scriptis Patris Antonii Rossi, qui pro suis scripsit, & sanè doctissimè, causam tamen amisit, & damus etiam scriptum Patris Antonii Jesuitæ viri nostri Juris prudentiæ ornatissimi.

Instrumentum adducitur concessionis emphyteutæ affrancabilis, & sententia pro laudemio.

Die quartodecimo mensis Maji 12. indict. Neapol. 1509. eodem die ejusdem ibidem ad preces, & requisitionis instantiam nobis Judici notario, & infrascriptis testibus factas pro parte subscriptum partium personaliter ad Venerabile Monasterium S. Martini de Neap. Ordinis Carthusiensis; Et dum essemus ibidem in loco capitulari dicti Monasterii inventisque per nos, & in nostri præsentia personaliter constitutis venerabilibus, & religiosis Domno Berardino de Nola Priore dicti Monasterii, Domno Hieronymo de Cordua Vicario, Domno Angelo, Domno Dionysio de Mediolano, D. Martino Fransigena, D. Joanne Fransigena, Domno Marco Antonio de Milano, Domno Francisco de Padula, & Domno Leonardo de Neap. Sacrista, Monachis dicti Monasterii congregatis, & coadunatis in unum ad sonum Campanelli loco, & more solitis agentibus ad infrascripta nomine, & pro parte dicti Monasterii, & pro eorum successoribus in Monasterio prædicto, & pro utili causa ipsius ex una parte, & excellente Domino Joan. Baptista Spinello de Neapol. Comite Cariati, &c. similiter agente ad infrascripta omnia pro se ejusque hæredibus, & successoribus ex parte altera præfati quidem prior, & Monachi quibus supra nominibus sponte asseruerunt, & in veritatis testimonio legitimè recognoverunt coram nobis, & dicto Domino Comite præsente audiente, & intelligente se ipsos Priorem, & Monachos quibus supra nominibus, ac dictum Monasterium habere, tenere, & possidere, per seipsos, vel alium, seu alios eorum nomine tenentes, & possidentes alias justè, & rationabiliter, &c. justo titulo, pleno jure, & bona fide tanquam rem propriam dicti Monasterii quoddam jardenum, sive territorium modiorum sexdecim vel circa, & usque ad mœnia Civitatis Neap. situm, & positum in pertinentiis Civitatis Neapolis in loco ubi dicitur in pede lopendino de S. Martino, juxta bona Domini Pauli Tolosæ, juxta bona Monasterii S. Claræ de Neap. juxta bona hæredum quondam Domini Antonii de Alexandro, juxta bona Domini Francisci Surii, juxta bona Venerabilis Abbatiæ S. Petri de Schifato, juxta Mœnia Civitatis Neap. juxta viam publicam, & alios confines franchum, &c. nemini venditum deliberasseque se ipsos Priorem, & Monachos quibus supra nominibus dictum hortum, sive territorium alicui in emphyteusim perpetuam cum potestate affrancandi locare, & concedere, & habuissent colloquium, & tractatum cum diversis hominibus, & personis, & signanter cum dicto Domino Comite super concessione prædicta, & quia nullus comparuit qui plus, seu tantum dare vellet, quantum, & prout dictus Dominus Comes qui obtulit velle conducere dictum hortum, sive territorium ad censum in emphyteusim perpetuam cum potestate affrancandi, & solvere quolibet anno pro censu dicti territorii ducatos quinquaginta de carolenis argenteis, &c. & ipsum territorium cultivari facere, & ad bonam, & debitam culturam reduci facere, & videntes, & agnoscentes dicti Prior, & Monachi quibus supra nominibus conditionem dicti territorii, & quod concessio ipsa fienda de dicto territorio, dicto D. Comiti cedebat in evidens commodum, & utilitatem dicti Monasterii, ea propter deliberasse sibi locare, & concedere sub annuo Canone redditu, sive censu prædicto dictorum ducatorum quinquaginta de carolenis prædictis, & facta assertione prædicta, &c. præfati Prior, & Monachi quibus supra nominibus volentes deliberationem, & ordinationem prædictas realiter ducere ad effectum sponte prædicto die coram nobis nō vi, dolo, &c. in nostrum qui supra Judicis Notarii, & infrascriptorum testium præsentia ex nunc libere assensu Summi Pontificis quatenus opus est salvo semper reservato obtinendo, & impetrando per ipsum Dominum Comitem ejus sumptibus laboribus, & expensis, locaverunt, & titulo locationis in emphyteusim perpetuam cum potestate affran-

affrancandi dederunt, & concesserunt dicto Domino Comiti ibidem præsenti, & conducenti pro se suisque hæredibus, & successoribus prædictum hortum, sive territorium præmissis loco, & finibus designatum cum juribus rationibus, actionibus, & pertinentiis ejus omnibus & cum integro ejus statu sub dicto annuo canone redditu, sive censu dictorum ducatorum quinquaginta de carolenis prædictis solvendorum per ipsum Dominum Comitem, & ejus hæredes, & successores dicto Monasterio, vel ejus successoribus in quinto decimo die mensis Augusti in fine cujuslibet anni cum pactis subscriptis 23. & cum omnibus aliis pactis, & conventionibus in similibus contractibus emphyteoticis, tam de jure, quàm de consuetudine apponi solitis, & consuetis, & signanter, quod dictus Dominus Comes teneatur, &c. & promisit dictis Priori, & Monachis quibus supranominibus præsentibus, &c. dictum hortum, sive territorium, ut suprà locatum, & concessum cum juribus, &c. ex nunc in antea sub dicto annuo Canone redditu, sive censu d. duc. quinquaginta à dicto Monasterio, & ejus successoribus tenere, ipsumque temporibus congruis, & opportunis cultivari facere, & ad bonam, & debitam culturam reduci facere, ita quod magis augeatur in fructibus, & valore, quam pereat. Nec non dictos ducatos quinquaginta de carolenis prædictis ad rationem prædictam integrè, & ad plenum, & in omnem eventum, & casum & in omni successu temporis dare solvere, & assignare, sive dari solvi, & assignari facere dictis Priori, & Monachis quibus supra nominibus, vel eorum successoribus, aut procuratori legitimo nomine dicti Monasterii in quinto decimo die mensis Augusti in fine cujuslibet anni incipiendo solutionem ipsam à quinto decimo die mensis Augusti secundi venturi anni 13. indict. Neapol. in pace, &c. Tali quidem declaratione, & pacto quod ubi, & in casu quo dictus Dominus Comes, aut ejus hæredes, & successores aliqua ratione, vel causa non solverint dictum annuum Canonem redditum, sive censum dictorum ducatorum quinquaginta per biennium continuum, aut promissa per eum in præsenti instrumento non adimpleverint, quod in unoquoque casuum prædictorum incidat in commissum, ac privetur ab omni jure eis forte competente super territorio prædicto, ut supra concesso, & in casu promisso dictum territorium, ut supra concessum revertatur ad dictum Monasterium, & tunc liceat, & licitum sit dictis Priori, & Monachis, quibus supra nominibus, & eorum successoribus dictum territorium, ut supra locatum, & concessum cum juribus, & pertinentiis suis omnibus, & cum omni argumento, & ædificiis in eo factis solum præsentis instrumenti, & pacti vigore capere, & apprehendere, locare, & dislocare, & alteri concedere pro eorum arbitrio voluntatis locationem, & concessionem prædictas quomodolibet non obstantibus; quia sic, &c. cum pacto etiam quod quandocumque dictus Dominus Comes, aut ejus hæredes, & successores voluerint dictum territorium, ut supra locatum, & concessum cum omni augmento, & ædificiis in eo fiendis affrancare, eximere, & liberare à solutione dictorum ducatorum quinquaginta, & dabunt, & assignabunt dictis Priori, & Monachis quibus supra nominibus, vel eorum successoribus similem annuum Canonem, redditum, sive censum dictorum ducatorum quinquaginta in simili, vel meliori situ, aut intus Civitatem Neapol. à pendinis deorsum in una, vel duabus, aut tribus possessionibus, sive domibus, & in una vel duabus, aut tribus vicibus, unde dictum Monasterium possit annuatim percipere dictos duc. quinquaginta, quod eo casu dicti Prior, & Monachi quibus supra nominibus teneantur, & sic sponte coram nobis promiserunt dicto Domino Comiti præsenti, &c. dictam ricompensam, sive scambium recipere, & dictum hortum, sive territorium, ut supra locatum, & concessum, & cum omnibus ædificiis in eo fiendis affrancare, eximere, & liberare à solutione dictorum ducatorum quinquaginta, & à qualibet alia natura emphyteotica per instrumentum publicum, &c. vallandum, & roborandum ad consilium sapientis dict. Domini Comitis, & ejus hæredes & successores, quia sic similiter actum, &c. itaque ex nunc in antea dictum territorium, ut supra locatum, & concessum cum juribus, &c. sic transeat in pleno dominio actione, & propria potestate dicti Domini Comitis, & ejus hæredum, & successorum ad habendum, &c. cedentes, &c. ponentes, &c. constituentes eum procuratorem, &c. & constituerunt se precario nomine teneri, &c. quam capiendi, &c. cum pacto etiam habito, & expresse firmato inter partes ipsas quibus supra nominibus quod ubi, & in casu quo dictum Monasterium infra annum unum à præsenti die in antea numerandum voluerit emere aliqua bona stabilia quod dictus Dominus Comes teneatur, & sic sponte coram nobis promisit dictis Priori, & Monachis quibus supra nominibus præsentibus solvere ducatos mille de carolenis argenteis pro pretio dicti territorii ad rationem ducatorum quinque per centum ad omnem dicti Monasterii requisitionem, &c. convertendos per ipsos Priorem, & Monachos in dictis bonis, & elapso dicto anno sit ad arbitrium ipsius Domini Comitis si voluerit solvere dictum censum, aut dictos ducatos mille, quia sic similiter actum, &c. & promiserunt, & convenerunt dicti Prior, & Monachi quibus supra nominibus solemni stipulatione legitimè interveniente dicto Domino Comiti præsenti, &c. concessionem ipsam modo præmisso factam, ac omnia prædicta, & subscripta alia & eorum singula semper, & omni futuro tempore habere, & tenere ratas gratas, & firmas, ac rata grata, & firma, &c. Nec non dictum hortum sive territorium, ut supra locatum, & concessum cum juribus, &c. & possessionem illius eidem Domino Comiti, & suis hæredibus, & successoribus in judicio, & extra defendere, & antestare, disbrigare, excalumniare, ac semper de evictione teneri pro dictis modiis sexdecim tantum, & non usque ad mœnia Civitatis prædictæ ab omnibus hominibus, & personis, &c. omnemque litem, &c. quibus omnibus, & eorum singulis firmiter per ambas partes ipsas, & quamlibet ipsarum quibus omnibus supra nominibus, & eorum hæredibus, & successoribus attendendis, &c. prout ad unamquamque ipsarum partium quibus supra nominibus spectat, & pertinet ambæ partes ipsæ, & quælibet ipsarum sponte, &c. obligaverunt se ipsas, & quamlibet ipsarum quibus supra nominibus dictumque Monasterium, ac earum, & cujuslibet ipsarum, & dicti Monasterii hæredes successores, & bona omnia mobilia, & stabilia burgensatica, & feudalia, &c. regio beneplacito, & assensu in quantum bona feudalia tanguntur salvo semper, & reservato una pars alteri, & altera alteri præsenti, &c. ad pœnam ducatorum mille, &c. mediante cum potestate capiendi constitutione precarii, &c. renunciaverunt, & juraverunt, & continuatis actibus ipsis, & non divertendo ad alios actus extraneos accessimus ad dictum territorium, sive hortum, & dum essemus præfatus D. Comes ex potestate sibi tradita, & concessa in dicto instrumento dictum precarium revocavit, & ad se advocavit, & de dicto territorio cepit, & apprehendit corporalem possessionem per frascas arborum, & pugillum terrarum, ac aperiendo, & claudendo portam ipsius pacificè, & quietè nemine contradicente, &c.

Præsentibus opportunis.

Præsens copia extracta est à Protocollo, & actis quondam egregii Notarii Francisci Cæsaris de Neapol. quæ conservantur per me Notarium Bartholomæum de privato de Neapol. & in fidem prædictorum in ea me subscripsi, & meo signo signavi salva meliori collatione cum suo originali. Locus signi †

In Dei nomine Amen.

Visa supplicatione olim Majestati nostræ nostræque S.C. oblata pro parte Prioris, & Monachorum Venerabilis Monasterii S.Martini supra Neapolim contra infrascriptos possessores domorum sitarum intus territorium olim concessum Comiti Cariati fol.106. cujus tenor talis est viii.

Visis Videndis, &c.

Per hanc nostram definitivam sententiam dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus Jacobum Focitum, Joann. Donatum, & Joannem Morrone Victoriam Locti, Not. Aloysium Signorile Tiberium Ventre, Lucam Antonium Porcella, Tiberium de Rosa, Cæsarem de Acampora, Joannem Dominicum de Hyppolito, Hieronymum de Mactia, Oratium Ventura N. Dionysium de Maria, Franciscum Genuinum, Joannem Baptistam de Maffæo, Joann. Hieronymum Pascalem, Octavium

vium Riccium, Josephum de Fullis, Theodoram Vagale, Antonium Galeota, Isabellam Crispum, Joann. Dominicum de Actanasio, Decium Guarna, Josephum Palmiero, Virgiliam de Brindisi, Joann. Andream de Franco, Vincentium Canone, Philippum Troisum, Lucam Ricciutum, Andream Chesta, Georgium Fornarium, principales conventos, & Franciscum de Luca, Franciscum Lacedonium, & Alphonsum della Musica eorum procuratores uti procuratores fore condemnandos, & condemnari debere, prout ipsos præsenti definitiva sententia condemnamus ad dandum, solvendum, & assignandum prædictis Priori, & Monachis Venerabilis Monasterii Sancti Martini petita laudemia pro omnibus alienationibus factis, sive ex contractibus inter vivos, sive ex dispositionibus ex ultima voluntate salva provisione facienda respectu contractuum ex causa dotium, ac respectu aliorum instructo processu. Hanc eamdem.

Cæsar Alderisius.

Lecta lata die 21. Junii 1617. Registrata in sententiarum, primo anni prædicti 1616. fol.25. De Mercatis Secr.

De Scacciamento A. M.

DE EADEM RE.

NEAPOLITANA LAUDEMII,

PRO

Vener. Collegio S. Francisci Xaverii Societ. JESU.

CONTRA

Vener. Monasterium S. Martini.

CORAM REV. VICAR. GEN. NEAPOL.

Reverendissimo Dom. Ex censu appellato emphyteutico, redimibili tamen pecunia, oriri non potest jus laudemiorum in casibus alienationum rerum hujusmodi censui subjectarum.

Authores hujus sententiæ sunt,

Joann. Aloys. Catal. *tract. de indultis, ampliat.8. capit.* 13. *num.*46. *& seq.* Reg. Marcian. *disput.*98. *per tot.* & præsertim, *num.*35. & initio disputationis, ibi: *Ex alio etiam argumento prætensionem laudemii evanescere dicebam. Indubitatum enim erat in facto, adesse in concessionis instrumento pactum affrancandi censum emphyteuticum quandocumque ipsi concessionario placeret in pecunia, ad rationem sex pro centenario*, Burg. *tract. de laudem. part.*1. *inspect.*5. *num.*25. *in edit. noviss. in additionibus*. Dom. Reg. Consil. Paulus Staib. *tom.*1. *resol.*49. *numer.*15. *& seq.* ibi. *Quartò advertatur, quod dicta concessio facta per D. Vivaldum dict. Domino Lucæ Antonio ad annuum Canonem, sive censum ducat.*24. *fuit cum potestate affrancandi dictum censum ad rationem duc.*8. *pro centenario, quo casu nullo modo laudemium debetur, cum laudemium debeatur pro re censuali perpetua, non autem pro re concessa cum potestate affrancandi, seu redimendi censum*. Addo Gratian. *cap.*745. *numer.* 80. omnino legendum, Tondutum *resolut. civil. capit.*75. *num.*4. *&* 6. qui solius Burgii meminit, ante alios Joann. Faber. *l. fin. num.*10. *C. communia de leg.* Cassan. *in consuet. vet. Burg. rubr.*11. *des censes*, §.7. *num.*5. *fol.*2433. *&* §.1. *num.*15. *fol.*1370. apud Catalanum *loc. cit.*

Nec verò est, ut hi authores pauci videantur, tum quia, ob eximiam authoritatem, sunt pro plurimis; tum maximè, quia nullum, quem legerim in terminis contradicit, quo casu indubitatum est, unius authoris decisione in terminis, & si sine lege sit, omnem tolli difficultatem, ad tradita per Gomez. *de act.* §. *neque, numer.*14. Menoch. *cons.* 73. *num.*17. & latè per Bossium *tom.*1. *varior. moral. part.*1. *tit.*1. §.18. *num.*87.

Rationes sunt.

Prima, quia hujusmodi contractus re vera est emptio, & venditio (constat autem, laudemium non deberi ex alienatione rei emptæ) ita expressè tradunt ex Hispanis Felician. *de censibus, lib.*1. *cap.*10. *num.*16. ibi, *Censum non esse duco verius, sed emptionem, & venditionem cum pacto, l. curabit, Cod. de act. empt.* ante ipsum Covarruv. 3. *variar. cap.*11. *à num.*5. ubi eam latissimè probat, & loquitur etiam in difficilioribus terminis, scilicet, ubi reservatio adsit dominii directi, translato tantùm utili, idem scribit Mattienzo *in l.*7. *tit.*11. *lib.*5. *novæ compilationis, gloss.* 5. *num.*25. & deinceps, ex Gallis Tondut. *resolut. civil. cap.*75. *num.*4. *&* 6. ex nostris Marcian. *disput.*98. *num.*38. Afflict. *decis.*72. *num.*9. *&* 10. ibi: *Nec est in consideratione, quod partes appellent eum contractum emphyteuticum; quia attenditur id, quod est in veritate*, ibidem, Ursillus *num.*9. *&* 10. & alii apud Molfes. *part.*12. *quæst.*14. *num.*18. addo Menoch. *cons.*444. *num.*12. post Afflict. *loc. citato*, ex Theologis Anton. Diana *part.*3. *tract.*1. *resolut.*24. Navarr. *cons.*5. *sub tit. de censibus*, apud Felic. *cit. num.*16. alios refert, & sequitur Gratian. *cap.*477. *num.*11. *&* 12. optimè Muta *in consuet. Panormitan. capit.* 28. *in nova declar. num.*27.

Quod etiam confirmatur ex diverso, quia si contractus ineatur à partibus eum appellantibus emptionem, & venditionem, si tamen transferatur utile dominium, retento directo, erit realis emphyteusis, ut eleganter prosequitur de Clapperii *causa* 15. *quæst.*1. *num.*8. error enim in nomine contractus, eum non immutat, *l. Insulam, ff. de præscr. verbis*; verba etiam impropriantur, ut sit substantia contractus incolumis, *l. si uno, ff. locati*.

Neque hanc probationem ullo pacto infringeret, qui assereret, hujusmodi contractum esse quidem emptionem, ut respicit accipientem, non verò, ut respicit dantem, ut significare videtur de Franchis *decis.*610. propè initium; nam contra eum nominatim validè pugnat Reg. Marcian. *cit. disut.*98. *à num.*37. *& seq.* omninò legendus, cujus oppugnationibus adversus de Franchis addo, fieri non posse, sed neque intelligi, ut ego emam à non vendente; id enim perinde esset, ac esse servum, & nullius Domini, aut contra, esse filium, & nullius patris, aut contra: dum ergo admittit de Franchis, & DD. communiter, contractum de quo agimus, emptionem esse, ut respicit accipientem, non potest non admitti, venditionem esse, ut dantem respicit; nemo enim sani capitis asseret, emere aliquem posse à non vendente, aut vendere non ementi.

Altera ratio, quæ ex præcedente descendit, est, nam dato, quod hujusmodi contractus sit emptio & venditio, non verò emphyteusis realis, sed solùm nominalis, utique dominium tam directum, quàm utile transfertur in acquirentem, & antiquo Domino nihil aliud superest, quam jus petendi annuam pensionem, donec ea pecunia solvatur, pro qua ipsa annua pensio redimibilis est constituta: ita in terminis Felicianus *de censibus, tom.*2. *lib.*1. *in appendice ex præfatione, num.*4. ibi: *Quoniam in hac forma conventionis nullum dominium remaneret penes Ecclesiam*, consentit Dianam *part.*3. *tract.*1. *resolut.*24. ibi: *Nullum dominium remaneret:* cum ergo certum sit, laudemium non deberi non habenti directum dominium, Rota *decis.* 168. *numer.*1. *&* 4. *part.*2. Viv. *decis.*496. *numer.*12. Burg. *part.*1. *insp.*4. *num.*69. *in addit.* nullo modo debebitur dicto Monasterio carenti directo dominio, atque hac ratione in individuo negandi laudemii utuntur authores à nobis citati, & præsertim Tondutus *cit. capit.*75. *num.*4. *resolut. civilium*, & Dom. Staib. *cit. resolut.*49. *num.*16. ibi: *Quia quando contractus est perpetuum, tunc dicitur verè contractus emphyteuticus, & quia per concedentem retinetur dominium directum, utile autem transfertur in concessionarium, ideò debetur laudemium, quia subest causa cognitionis, & recognitionis ejus in dominum directum, sed quando concessio fit cum facultate redimendi censum, tunc quia talis contractus est simili emptioni, & venditioni, laudemium non debetur; quia causa cognitionis, & recognitionis solvendi laudemium procedens à directi dominii retentione per concedentem, cessat in contractu emptionis, & venditionis; quia in concessionarium transit directum, & utile dominium, etiamsi fieret mentio de contractu emphyteutico, cum non verba, sed substantia contractus sit consideranda*. Itaille,

ille, & optime ex Catal. superius citato, cujus verba descripsit, & probavit.

Atque hæc quidem ratio validissima est in specie nostra concessionis factæ à Venerabil. Monasterio Sancti Martini, quia non oportet ex conjecturis emendicatis deducere translationem dominii directi in concessionarium, cum in ipso hujusmodi concessionis instrumento à parte adversa exhibito, translatio dominii pleni rotundis verbis legatur, ut fol...... ibi: *Itaque ex nunc in antea dictum territorium transeat in pleno dominio, actione, & propria potestate dict. Dom. Comitis, & ejus hæredum, & successorum, ad habendum, &c. cedentes, &c. ponentes, &c. & constituentes eum procuratorem &c. & constituerunt se precario nomine tenere &c. cum potestate capiendi, &c.* quibus quidem verbis nihil est magis contrarium essentiæ, ac naturæ contractus emphyteutici, in quo debet apponi expressa reservatio dominii, & proprietatis, ut videre est apud Rolandin. Rodulph. *in summa artis notariæ, part.*1. *cap.*1. *tit. de contr. emphyteuticis, in instrumento concessionis in emphyteusim facto à Monasterio,* post initium, ibi, *Salvo jure dominii, & proprietatis:* & hoc est primum, & essentialissimum pactum veræ emphyteusis, ut scilicet solum utile dominium transferatur, non verò directum, & plenum, ita ex omnium sententia Petrus Ognatt. *de contr. tom.*3. *part.*2. *disput.*111. *num.*5. 9. & 22. optimè Sylvest. *v. emphytheusis, num.*2. & 3. ubi, quod non sit contractus emphyteuticus, licèt talis sit appellatus, si concessum sit plenum jus super re, idque ex textu clarissimo, *in capit. constitutus*, ubi gloss. omnino legenda, *verbo, juxta ratam, de relig. domibus*. Jure etiam civili constat, plenum dominium idem esse, ac directum, atque utile, seu proprietatis, & ususfructus, ut ex *l.*4. *ff. de alim. leg.* & aliis juribus deducit Schardus *in Lexic. jurid. vers. plena proprietas*, optimè Dicast. *de just. tom.*1. *l.*2. *tract.*1. *d.*1. *num.*27. fuit ergo hujusmodi contractus vera emptio, & venditio, quia ab initio concessa fuit potestas redimendi pro 1000. aureis, quo casu cessat omnis controversia, nec dubitari potest, quin sit emptio, & venditio, ad tradita per Afflict. cit. *decis.*72. *ad finem*, & Molfes. cit. *num.* 18. Guttier. *de Gab. quæst.*58. *num.*7. Mutam *dict. cap.*28. *in nova declaratione, num.*27. *vers. addere possum, & alium casum:* idque eo magis in specie nostra, quia pluris concessus fundus non valebat, ut ex assensu super illa concessione expedito, fol...... ubi probatum dicitur, contractum illum cedere in evidentem dicti Monasterii utilitatem, quod omnino falsum esset, si pluris valuisset, cum potuisset, & possit quandocumque concessionarius, solutis mille, ab omni pensione, & jure se eximere, & potuisset etiam intra annum dict. Monasterium cogere dict. Comitem ad solvendos dictos duct. mille, ut fol...... quæ omnia ostendunt veram venditionem justo pretio factam, atque adeo pleni dominii translatione: & in puncto, istas concessiones appellatas in emphyteusim, quæ fiunt in Regno, prævia commissione Sedis Apostolicæ, modo cedant in evidentem utilitatem, non esse veros contractus emphyteuticos, tradit de Franch. *decis.*235. quia in ipsis constituitur redditus æquivalens, immò major fructibus; ubi, quod propterea transit res etiam ad hæredes extraneos, ex Afflict. *decis.*386. & præsertim id procedit, teste eodem de Franch. *ibid. numer.*3. quando concessio est facta pro se, hæredibus, & successoribus, qualis est nostra, fol...... ibi, *& ejus hæredum, & successorum*, atque ex his etiam patet efficacia primæ rationis applicatæ ad nostrum contractum.

Tertiam rationem excogitavit Decianus *consil.*48. *num.* 12. & *seq. vol.*1. & amplexus est Marcianus cit. *disput.*98. *numer.*30. quia scilicet, ut mitissimè loquamur, ex hoc redimendi pacto constat, noluisse contrahentes directum dominium perfectè remanere penes ipsum concedentem (id quod de substantia, & natura emphyteusis est) cum non dicatur perfectè nostrum, quod auferri à nobis potest, *leg. omnes*, §.1. *de reg. juris*, cum similibus: hinc subdit Marcianus *numer.*31. de hujusmodi contractu, licèt sub nomine emphyteusis, semper judicari, ac si esset emptionis, ac venditionis, *non enim* (inquit) *attenditur nomen sed quod verè fit*. Ita ille, qui nuncupatim hæc omnia tradit ad excludendam laudemii petitionem.

Ratio quarta sit, qua magis explicantur aliæ adductæ, quia laudemium non debetur, nisi alienetur res, quæ sit verè, & propriè emphyteutica, & non solum abusivè, & impropriè, Manent. *de contr. Livell. quæst.*1. *punct.*9. *num.* 7. Marcian. *disput.*78. *numer.*23. Sed emphyteusis cum potestate redimendi, præsertim in pecunia, non est vera, & propria emphyteusis, sed abusiva, Barbat. *consil.*51. *numer.* 17. *sub versic. & plus, vol.*1. Marta seu potiùs Costa *in tract. de clausulis, part.*1. *claus.*248. *numer.*1. Marcian. *d. disp.*98. *num.*32. igitur in casu nostro cessat laudemium, quia dato, quod contractus, ex quo petitur, non esset rigorosa venditio, certè neque est propria emphyteusis, ex qua sola vera, & propria laudemium debetur.

Ultima denique ratio conficitur, ex prædictis quatuor rationibus: illæ enim, ut minimum, reddunt rem dubiam; sed laudemii præstatio est onus odiosum, Andr. de Isern. Amedæus de Ponte, Burgius, quos citat, & sequitur Thorus *in Cod. rerum judicatarum, casu* 49. *num.*27. & esse præstationem valdè crudam scribit Cassan. *in consuet. Burg. tract. des censes*, §.7. *num.*11. constat autem in dubio odia esse restringenda, *cap. odia, de reg. in* 6. igitur dum in casu nostro, saltem remanet dubia obligatio laudemii est omninò rejicienda.

Similia sunt plura.

Primum simile est, quia licèt sit sententia receptissima, veros emphyteutas Ecclesiæ esse immunes à laica potestate in his quæ ad emphyteusim Ecclesiasticam pertinent, ad tradita per Thomas del Bene *de immunit. Eccles. tom.*2. *capit.*10. *dubit.*15. *numer.*55. Sperell. *decis.*121. id tamen non obtinet, ubi census appellatus emphyteuticus, esset pecunia redimibilis, Felic. *de cens. tom.*2. *l.*1. *in append. ex præfat. numer.*4. omnino legendus, Diana *part.*3. *tract.* 1. *resolut.*24. idque ea ratione, quia talis contractus utcumque dictus, re vera est emptio, & venditio ipsius rei, ut optimè, & clarius idem Felic. tradit *tom.*2. *lib.*1. *numer.* 37. post alios plures.

Alterum simile est, quod si ex statuto debeatur Gabella pro emptionis, & venditionis contractu, non verò pro contractu emphyteutico, adhuc tamen Gabella debetur pro contractu appellato à partibus emphyteutico, si concessa sit redimendi potestas pro certa pecuniæ quantitate, Avendanus *respons.*29. Felic. proximè cit. *num.*37. latissimè, & optimè idem comprobat Guttierez *de Gabellis, quæst.*58. qui legatur per totam, sed præcipuè *num.* 4. 7. 11. & 6. ubi, quod talis contractus sit vera venditio, & *numer.*7. quod res careat difficultate, cum ab initio conceditur fundus ad pensionem redimibilem, certo pretio designato, *tunc namque*, inquit, *fundus ille datur, & conceditur principaliter pro pretio, quo redimi potest, quamvis secundariò solvatur pensio, & id quod interest, interim, dum pretium non solvitur, & ab initio fit venditio illo pretio:* ita ille.

Tertium est in prælatione, quæ conceditur Domino directo, quando emphyteuta vult alienare suum dominium utile, quæ prælatio cessat, ubi emphyteusis est cum pacto redemptionis in pecunia, de Franch. *decis.*267. *per totam*, Marcian. *disp.*98. *num.*34.

Quartum simile sit, omissis aliis, in jure nostro consuetudinario, quo præfertur vicinus jure congrui super re vendita, non tamen in emphyteusim concessa; & nihilominus, ubi res fuerit in emphyteusim concessa pro pensione annua redimibili ab initio certa pecuniæ designata quantitate, prælatio conceditur, non obstante nominali emphyteusi, cum censeatur realis venditio, Ursill. ad Afflict. *cit. decis.*72. *num.*10. ubi pluries ita decisum in S. C. & alii plures indubitanter idem tradunt, quos citatos sequitur Molfes. *cit. part.*12. *qu.*14. *num.*17. & 18. addo Marcianum *disp.*80. *num.*26.

Quæ cum ita sint, cur etiam relatè ad laudemium excludendum, judicandus non sit re ipsa hujusmodi contractus, emptio, & venditio, & non vera emphyteusis, planè non video? præsertim, cum in omnibus militet æqua ratio, & individuæ pro laudemii exclusione non desint authoritates, nec ullus ab adversario allatus sit, nec à me inventus, contradictor.

Nec negotium facessit, quod per S. C. ex hujusmodi contractu oriri obligationem laudemii anno 1617. decretum sit; nam esto, non semel tantùm, atque iterum, sed millies ita fuerit pronunciatum per S. C. nihil est, quod ita etiam pronuntiare debeat Archiepiscopalis Curia. Sed demus ultrò, ita pluries pronuntiatum per ipsam Curiam Archie-

Archiepiscopalem, immò, & inter easdem personas, & eodem judicio, & eodem agendi modo, quæ omnia hic desunt, & omnino requiruntur, ut res judicata obstet, ad text. *in l. cum quæritur*, *cum ll. seq. ff. de except. rei judic.* Mut. *decis.*21. *numer.*9. Intrigliol. *decis.*3. *num.*157. & alios passim; adhuc tamen aliunde sententiæ illæ S. C. aut cujuscumque Curiæ nihil obstarent, quia scilicet exceptio ista, quàm evidenter, nisi fallimur, obstare actori ostendimus, non solùm non fuit discussa, & latè discussa in illo judicio, sed neque proposita; quo casu mille sententiæ inanes sunt; optimè Regens Carolus de Tappia *decis. S. C.* 36. *numer.*1. ibi, *in illo namque nihil fuerat oppositum*, ubi in fine ita decisum, & *num.*3 refert singularia verba Sesse *decis.*187. *num.*81. docentis, non satis esse, ut obstet exceptio rei judicatæ, propositam fuisse exceptionem, de qua præsens est disceptatio, sed etiam requiri, ut de illo articulo, & exceptione sit habita principalis, & lata discussio, quam doctrinam uti magistralem valdè commendat, vir & ipse omni commendatione dignissimus, Tappia.

Accedit originalis theorica Baldi *in leg. receptitia*, *num.* 5. *Cod. de constitut. pecunia*, quod decisum non dicitur, quod non fuit discussum, ibi, *non obstat sententia, quia in primo judicio non potuit discuti ista negativa, & istud; quod est indiscussum, non potest dici sententialiter terminatum, quod tene menti;* & Baldus valdè commendat in hoc puncto Præses S. C. de Franch. *decis.*278. *numer.*6. ubi propterea decisum in S. C. refert contra plurimas decis. ipsius S. C. antiquas, quia in illis exceptio non apparebat opposita, nec discussa; similia tradit idem de Franchis *decis.*510. *numer.*8. concinit recentior Præs. S. C. Merlin. *tom.*1. *controvers. cap.*86. *numer.*17. ibi, *non facta discussione, non dicitur aliquid judicatum, & tom.*2. *cap.*72. *numer.* 20. idem repetit.

At demus etiam, exceptionem redimibilitatis in pecunia in eo judicio fuisse oppositam, & rejectam (quod falsissimum est) non proinde illo exemplo est judicandum, nec quid factum sit, sed quid fieri debeat, est spectandum, *cap. cum causam* 27. *de electione*, *leg. sed licet*, *ff. de offic. præsidis;* neque exempla, nisi bona sequenda, eleganter Gell. 10. *Attic. c.*27. & sana ratio exemplis anteponenda est, ex D. August. 1. *de Civit. c.*23.

Hinc de decis. quadam S. C. Reg. ipse Consil. doctissimus Carleval. *de judic. tom.*1. *l.*1. *tit.*1. *disput.*2. *num.*967. ita scribit: *Quod vero attinet ad decisionem S. C. à me relatam, ideò ejus mentionem feci, ut ab ea caveas, non ut eam sequaris;* acriùs loquitur *tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *disp.*29. ante *num.*12. *Oportet itaque*, inquit, *discernere decisiones ex rationum vi, & non eas sequi clausis oculis, ne cœci cœcos ducant, & ambo in foveam inferni cadant, tam ducentes, quàm sequentes:* hæc ille, ubi alia optima ad rem nostram omnino legenda; concinit alius doctiss. *Reg. Consil.* & deinde Regens, Capyc. Latro *decis.*91. *num.*14. rectè advertens, authoritatem decis. S. C. non esse tantam, ut semper sit sequenda, sed tantùm ubi est rationabilis, quod de decis. Rotæ etiam Romanæ ante istos scripserunt Alex. *in l. si cum dotem*, §. *eo autem*, *num.*4. *ff. solut. matrim.* Cagnolus *in rubr. de reg. juris*, *numer.*26. & Camer. *in cap. Imperialem*, *pag.*89. *litt. Q*, & de utrisque omnino videndus celeberrimus vir Constantinus Cafarus *in spec. peregr. q.*22. *numer.*18. & *quæst.*44. *numer.*3. qui est omnino legendus *qu.* 19. ubi *numer.*12. & 13. refert, se obtinuisse in M. C. V. & S. C. ut Sacerdos removeretur à munere tutoris, quia Sacerdos, licet ante ipsum, sine discussione articuli, semper fuisset decisum, & suppositum oppositum in d. M. C. V. & S. C.

Jam verò, dum ipsi Regii Consiliarii, immò Præsides S. C. ita loquuntur, & sentiunt de S. C. decisionibus (cujus tamen authoritatem tuentur pro viribus,) ut eas revocent, & revocandas asserant, ubi vel articulus non fuit discussus; vel ubi discussus quidem fuit, sed oppositis rationibus non est satisfactum; & tamen nulla hinc perturbatio judiciorum, nullum incommodum ortum est; consideret quæso Sanctissima Curia Archiepiscopalis, quæ unam veritatem sequitur, an sequi debeat decisionem illam S. C. prolatam sine ulla oppositione, defensione (erant enim permulti rei, & ideo, dum alter in alterum defensionis onus, ut in more est, rejecit, causa remansit indefensa) discussione; & contra tot authores, tot rationes, tot similia, &, quod caput est, contra instrumenti verba dominii directi translativa.

Ut autem pateat, eam sententiam sine discussione prolatam, adverto, quod unus *Ioan. Bapt. della Campana* non fuit condemnatus, quia solus opposuit, se possidere titulo hæreditario, ut fol.

Atque ex his absolvendos esse PP. Coll. Sancti Francisci Xaverii certò nobis pollicemur, quamvis hæc nostra necessaria non sunt, ubi ex aliis facti, & juris articulis causam peroravit perdoctus Collega.

Antonius de Rossi S. I.

DISCEPTATIO CXXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Tridentini decretum sess.*25. *de reform. cap.*15. *explicatur.*
2 *Tridentini locum, de quo suprà qui DD. exornent?*
3 *Cappellanus major Regni Neapolitani an possit Confessarios approbare pro triremibus.*
4 *Nullus Sacerdos potest audire Confessiones secularium sine approbatione Episcopi.*
5 *Doctores, Licentiati & aliunde idonei sunt approbandi ad audiendas Confessiones secularium.*
6 *Sacerdos, non approbatus legitimè Confessiones secularium invalidè audit.*
7 *Confessiones factæ coram Sacerdote, non approbato legitimè, an excusent quoad Deum.*
8 *Regulares pro audiendis Confessionibus secularium, an, & qualiter sint approbandi.*
9 *Regulares, ut approbentur, debent præsentari a suis superioribus.*
10 *Iesuitæ, an, & qualiter approbandi sint, ut audiant Confessiones Regularium.*
11 *Regulares respectu Regularium suorum, qualiter approbentur ad Confessiones.*
12 *Milites sancti Ioannis, quos habeant Confessarios approbatos.*
13 *Familiares Militum S. Ioannis qualiter, & cum quibus confiteri debeant.*
14 *Doctores, quamvis graduati debent approbari ad audiendas Confessiones, &c.*
15 *Presbyteri habentes Parœciales, non approbantur aliunde.*
16 *Beneficii nomine quid veniat ad tollendas approbationes Confessariorum.*
17 *Parœcus vigore Parœciæ, in quibus locis censeatur approbatus.*
18 *Parœcus, an possit audire Confessiones suorum subditorum extra Parœciam.*
19 *Parœcus dimissa Parœcia, non amplius audit Confessiones.*
20 *Intrusus in beneficio, qualiter audiat Confessiones secularium.*
21 *Confessarii approbatio à nullo alio fieri potest, nisi ab Episcopo.*
22 *Prælatorum exemptorum subditi à quibus, & cum quibus confitendi.*
23 *Abbates nullius, an dent approbationem, & quando.*
24 *Abbates nullius, & Abbates exempti qui sint.*
25 *Episcopo competit manutentio, ex sola assistentia juris positivi in approbatione Confessariorum respectu secularium.*
26 *Textus in cap. cum Ecclesia de causa possess. & propriet. adducitur.*
27 *Tridentinum Decretum, qualiter derogaverit consuetudini.*
28 *Decisio* 51. *apud Tamburinum explicatur.*
29 *Vicarius Episcopi, ex vi generalis concessionis, an possit approbare Confessarios.*
30 *Vicarius Capitularis, an possit approbare Confessarios.*
31 *Abbates nullius, Priores magni, & similes, an possint approbare.*
32 *Confessarii à quo Episcopo sunt approbandi.*
33 *Patres Oratorii Romæ approbati, non indigent alia approbatione.*
34 *Licentia, & approbatio petita, & denegata Confessario quid agendum.*

35 Re-

35 *Regulares semel approbati non reprobantur.*
36 *Approbatio Confessariorum, qualiter remittatur Ordinariis.*
37 *Approbatio Confessariorum, an sit danda in scriptis.*
38 *Sacerdos approbatus ad cætera Sacramenta, censetur approbatus ad Confessiones audiendas.*
39 *Sacerdos non idoneus, si judicetur idoneus, an valeat Confessio.*
40 *Episcopus etiam excommunicatus, an possit approbare Sacerdotes.*
41 *Approbatio Sacerdotis qualiter sit conferenda signo externo.*
42 *Licentia delegata audiendi Confessiones, non expirat morte delegantis.*
43 *Religiosus semel approbatus, si à Diœcesi recedat, & deinde iterum revertatur, an sit iterum approbandus.*
44 *Regularis veniens ab aliena Diœcesi, ubi erat approbatus, an sit iterum approbandus.*
45 *Confessarii, non examinati possunt suspendi ab Episcopo.*
46 *Episcopus, an possit suspendere Confessarios Regulares.*
47 *Confessarii approbati ad tempus, an elapso tempore sint suspensi.*
48 *Regulares, an, & quando suspendendi à Confessione.*
49 *Episcopus, an possit Regularibus limitare licentias confitendi.*
50 *Episcopus, an possit suspendere omnes Confessarios Monasterii.*
51 *Episcopus qualiter procedat, cum Confessariis Regularibus.*
52 *Confessariis licentia gratis est concedenda.*
53 *Consuetudo contra Concilium Tridentinum reprobata.*
54 *Parœci hodie non possunt delegare Confessarios.*
55 *Consuetudo reprobata quæ, & qualis sit.*
56 *Error communis facit jus, & quando.*
57 *Capellanus major Regni, an possit approbare Confessarios.*
58 *Cappellani majoris origo quæ, & qualis sit.*
59 *Cappellanus major Regni, cognoscit Cappellanos Regios.*
60 *Palatia Regia, quales habeant Cappellanos.*
61 *Cappellani Regii, ratione beneficiorum subjiciuntur Episcopo.*
62 *Cappellani sunt exempti ab Ordinario, quando actu serviunt.*
63 *Episcopus, quid possit in exemptos.*
64 *Princeps, si in proprio Palatio non habeat Cappellam, cui confiteri debeat.*
65 *Cappellani majores Regnorum plures, & à quibus constant.*
66 *Exemptiones Cappellanorum à quibus concessæ.*
67 *Cappellanus major Galliæ, Sabaudiæ, Hispaniæ, &c. à quibus creati.*
68 *Cappellani, an possint visitari ab Ordinario.*
69 *Triremes in portu sub cujus sint Iurisdictione.*
70 *Cappellanus major in Regno, quam habeat jurisdictionem.*
71 *Appellatio Cappellani majoris datur ad Proregem.*
72 *Cappellanus major stat sub alternativa.*
73 *Cappellanus Regius ob assassinium, à quo conventus.*
74 *Cappellani majoris jurisdictio.*
75 *Rescriptum Regalis Archivii adducitur, & explicatur.*
76 *Regentis de Ponte discursus qualiter explicetur.*
77 *Observantia in jurisdictione, quando sit utilis.*
78 *Possidens contra formam Tridentini, non est manutenendus.*
79 *Cappellanus major Regiarum Triremium, an, & qualem habeat jurisdictionem.*
80 *Iurisdictio in subditos, an sit necesse, ut conferatur.*

ARGUMENTUM.

Tridentini Decretum sess. 25. de reformat. cap. 15. generaliter disponit, ut nullus præter Episcopum approbet Confessarios ad audiendas Confessiones fidelium, quamvis Sacerdos sit in dignitate cónstitutus, & aliunde idoneus, si Episcopo ita videbitur expedire, & licèt sub nomine Episcopi veniat Vicarius Generalis, Capitularis, Apostolicus, & Abbas nullius, non tamen continetur Prælatus exemptus, neque Cappellanus major Regiæ Cappellæ, quocumque privilegio, & consuetudine non obstante; Regulares verò pro audiendis Confessionibus aliorum Regularium approbantur ab eorum Prælatis Regularibus. Parœcus ob beneficium Parœciæ nullam aliam requirit approbationem ad audiendas Confessiones Christi Fidelium, & sub nomine Parœci qui contineantur. Cappellani majoris origo traditur, & privilegia concessa, ac de ejus Tribunali, ac de Cappellano majore Classis maritimæ qualem habeat facultatem.

NEAPOLITANA

Approbationis Confessariorum, an pertineat ad Ordinarium loci, an verò ad Cappellanum majorem Regiæ Cappellæ Neapolitanæ.

Tridentini Decretum *sess. 23. de reformat. cap. 15.* dicit, 1
quod quamvis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus nullum etiam regularem posse Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parœciale beneficium (aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur) & approbationem, quæ gratis detur obtineat, Privilegiis, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili non obstantibus.

Quem textum sic accipiunt Ric. in decisionibus Curiæ 2
Archiepiscopalis Neapolitanæ *part. 2. decis. 146. & part. 4. decis. 22.* Novar. *in singularibus Canonicis, singulari 68. & 69.* Macado *en el Perfetto Confessore y Cura de Alma, lib. 1. part. 2. tract. 1. documento 3. cum seqq. & tract. 3. docum. 1. cum seqq.* Barbosa *de potestate Episcopi, part. 2. allegat. 25.* & in Tridentin. *in dicta sess. 23. cap. 15. num. 1.* ubi plures adducit; quapropter videndum est, utrum Cap- 3
pellanus Major Regni Neapolis possit simplices Sacerdotes approbare ad Confessiones audiendas pro Christi fidelibus, qui existunt in Classi Maritima nostri Regis Catholici, vel potius sufficiat, si Excellentissimus Dux Ferrandinæ, & Marchio Franchæ Villæ nunc dignissimus Generalis dict. Classis sine licentia Cappellani Majoris Regni Neapolis, sufficiet si approbatos ab Ordinariis deputet Confessarios pro Christi fidelibus dictæ Classis, pro cujus dubii solutione sunt aliquæ conclusiones statuendæ.

Prima conclusio est nullum Sacerdotem posse audire 4
Confessione secularium, nisi approbatum ab Ordinario, scilicet ab Episcopo loci, ut in Tridentino loco supra citato. Quod adeò verum est etiamsi sit Doctor, Lector, licentia- 5
tus in Sacris Canonibus, Theologia, & in Jure Canonico Doctor, aut famosus Prædicator, de cujus scientia per publicam famam, per doctrinæ evidentiam constiterit: nam adhuc comprehenditur sub decreto *sess. 23. cap. 15.* ut teneatur ab Episcopo approbationem habere, ut post alios P. Suarez *de pœnitentia, disp. 28. sess. 4. n. 7.* Bossius *de pœnitentia, sess. 7. c. 2. §. 1. n. 32.* Solorzan. *de jure Indiarum, tom. 2. lib. 3. c. 18. numer. 29.* Barbosa *allegat. 25. num. 14.* Bartol. de S. Fausto *lib. 6. de pœnit. quæst. 53.* ac proinde non approbatus legi- 6
timo modo, ut Tridentinum præcipit ubi suprà, invalidè Confessiones audit Torreblanca *de jure spirituali, lib. 14. cap. 1. numer. 11.* Lauretus de Franchis *in controversiis inter Episcopos Regulares, pag. 28.* Macado *d. lib. 1. part. 2. tract. 2. docum. 2. num. 4.* 7

7 Ille verò, qui Confessario non approbato, ignoranter confessus fuerit ob fidem, quam habuit in Sacramento, est absolutus quoad Deum, sed si deinde sciverit illum non esse approbatum, vel requiri approbationem, tenetur reiterare Confessionem, ut bene Molfesius *in summa lib.7. capit.*13. *numer.*10. & decisum refert Joannes Valerus *in differentiis utriusque fori in verbo nullitas differentia* 5. *num.*2.

8 Quod adeo verum est, ut regulares indigeant approbatione Episcopi illius Diœcesis, quam habeant cum secularium tantùm, quamvis Sacerdotum peccata audire cupiunt, tenentur recipere, & habere approbationem ab ordinariis locorum, etiamsi sint Prælati Religionum, quia non poterunt Confessiones secularium audire sine approbatione ordinariorum, Suarez *de pœnitentia tom.*4. *disput.* 28. *sect.*4. *num.*21. & Barthol. à sancto Fausto *lib.*6. *de pœ-*
9 *nitentia, quæst.*52. verum Episcopus non approbabit Confessarios respectu secularium, nisi illis exponuntur à suis Prælatis, & præsententur per textum *in Clementina dudum*, §. *statuimus de sepulturis*, quæ Clementina quoad præsentationem prædictam cum respectu Prædicatorum, tum etiam respectu Fratrum Minorum non esse sublatam per Decretum Concilii *dicto cap.*15. post alios dicit Barbos. *in allegat.*25. *num.*47. *in fine*; & hoc procedit etiam
10 in Jesuitis, qui non poterunt audire Confessiones secularium, nisi ab Episcopo per examen fuerint approbati, si illis videbitur necessarium, seu alias idonei judicentur, & approbationes obtineant, ut decisum refert Barbos. in Trident. *d. sess.*23. *c.*15. *num.*8.

11 Quæ quidem conclusio limitatur respectu regularium, quia possunt regulares approbari à suis Superioribus regularibus ad audiendas Confessiones eorumdem regularium, & sic nullus poterit audire Confessionem regularium, nisi sit approbatus à Superiore eorumdem fratrum, quia mens Concilii fuit circa regularium Confessiones nihil in hoc innovare, sed eos relinquere Curæ suorum Prælatorum regularium, ita Navarr. Suarez, Henriquez, Vasquez, & alii apud Barbos. *d. alleg.*25. *num.*45. & 64.

12 Circa verò milites sancti Joannis Hierosolymitani cum sint verè Religiosi possunt confiteri coram Sacerdote regulari approbato à Superioribus regularibus pro audiendis Confessionibus eorum regularium. Ita Novarius *de erectione fori, quæst.*69. *num.*23. *sect.*2. Ricc. *in praxi, part.* 4. *resolut.*170. Joann. Sancius *in selectis, disput.*49. *numer.*
13 10. & possunt etiam regulares audire Confessiones secularium, qui sunt de familia, & continui commensales, non tamen illorum, qui tantum deserviunt in Monasteriis decisum refert Barbos. in Trident. *in d. cap.*15. *n.*11. Verùm Confessiones Tertiariorum audire non possunt Confessores regulares, nisi fuerint approbati ab Ordinario ad Confessiones personarum secularium audiendas, ut decisum refert in S. Congregatione Barbos. *in d. sess.*23. *de reformat. c.*15. *num.*15.

14 Declaratur etiam Conclusio in Lectoribus, & Graduatis in Sacra Theologia, quia non debent se reputare idoneos, sed tenentur se præsentare coram Ordinarii locorum, & ab iisdem possunt subjici examini, ut etiam ultra scientiam de eorum prudentia constet, ita Guttierez, Suarez, Henriq. Rodrig. Konincus, Fagundez & alii, apud Barbos. *d. alleg.*25. *num.*47.

15 Limitatur autem Conclusio suprà tradita, quando Presbyter habet Parœciale Beneficium, quia Beneficium Parœciale obtinentes, statim censentur approbati ad audiendas Confessiones secularium, si illud actu habeant, undè non sufficit habuisse Suar. Henriq. & alii, apud Torreblancam *lib.*14. *de Iure spiritual. cap.*2. *numer.*18. *cum seq.* & appellatione Beneficii Parœcialis venit omne illud,
16 quod habet curam animarum, ut sunt Archiepiscopatus, & Episcopatus, sicuti sunt etiam aliqui Abbates, Archipresbyteri, & Archidiaconi, qui habent Curam Animarum, quia de his omnibus eadem est ratio, immò major Suar. Fagundez, & alii apud Barbos. *dict. allegat.*25. *numer.*19. & *de potestate Parœci, cap.*19. *num.*10. Diana 1. *par. tract. de Bulla Cruciatæ, resolut.*8. *in fin.* Boss. *de Iubilæo, sect.*3. *casu* 2. *num.*51. ubi *num.*52. limitat in Prælatis Religionum, qui ex vi Regulæ, seu suæ dignitatis non habent jurisdictionem ordinariam in seculares DD. ubi suprà. Ve-
17 rum censetur Parœcus approbatus ad audiendas Confessiones in ea Civitate, vel Oppido, ubi sita est Parœcia Squill. *de privileg. Clericorum, cap.*1. *num.*71. Barbos. *d. allegat.*25. *num.*18. & *d. c.*19. *num.*3. poterit tamen Parœcus Confes- 18
siones audire suorum subditorum in aliena Parœcia, & ut ipsi videbitur, quod limitatur post dimissum beneficium, quia non poterit ampliùs Parœcus, sine nova approbatione Confessiones audire, nec censetur sufficienter idoneus, 19
& approbatus ad illas audiendas tempore Jubilæi, Diana ubi suprà, *resolut.*8. Barbos. *de Officio Parœci, dict. capit.* 19. *num.*6.

Intrusus de facto in Parœciali Beneficio, vel nullum ti- 20
tulum à superiore habens bonum, vel malum, invalidè Confessiones audit Valer. *in differentiis utriusque fori in verbo nullitas, diff.*7. *num.*5. Sanchez *de matrim. lib.*3. *disput.*22. *num.*49. ubi declarat, nisi cum communi errore fuisset, pro vero Parœco habitus titulum habens putativum à legitimo superiore, & addit non satis esse commune errorem, sed necessarium esse titulum collatum à Superiore, quamvis invalidum ob aliquod vitium latens.

Secunda Conclusio, nullus præter Episcopum se intro- 21
mittere debet in illis, quæ spectant ad approbandos Sacerdotes in Confessionis Ministerio, ut decisum refert Armendariz *in additionibus ad leg. Navarr. lib.*4. *tit.*29. *l.*1. §. 1. *de confitendo semel in anno, numer.*15. & in una nullius, seu Conversani 26. Junii 20. Augusti 1627. ubi dicitur approbationem Confessariorum ad Episcopos spectare, donec per alium prætendentem adducatur immemorabilis, ut refert Stephanus de Alvino *de potestate Episcopi, cap.*19. *numer.*6. *fol.*105. qui etiam dicit subditos inferio- 22
rum Prælatorum etiam exemptorum licentiam audiendi Confessiones secularium debere petere ab Episcopo, ab eoque approbationem obtinere, & offerri debere Episcopo à Superiore illarum Ecclesiarum, & in una Toletana, subdit Sacra Congregatio, hoc decretum habere locum etiam in Presbyteris secularibus subjectis Prælatis etiam exemptis, dummodò sint in Diœcesi, & in alia foro Sempronianensi declarasse Sacram Congregationem, nullum Confessarium posse audire Confessionem secularium, etiam Sacerdotum (ut sequitur Concilium,) nisi prius fuerit approbatus ab Episcopo, etiam si esset in Oppidis exemptis, dummodò illa sint intra limites Diœcesis, & quod nullus Abbas, qui non sit nullius possit approbare 23
Confessarios ad secularium Confessiones audiendas; sed quod id spectat ad Episcopum intra Diœcesis fines existit, ut latè fuit in Rota resolutum, apud Tambur. *decis.*45. 46. & 47. ubi, *decis.*50. resolvit Episcopo dari manutentionem, quoad approbationes hujusmodi ex sola assistentia juris privativa quoad alios inferiores.

Abbates verò, qui sunt nullius possunt concedere licen- 24
tiam Sacerdotibus audiendis Confessiones secularium Rota apud Tamburin. *de Iure Abbatum, decis.* 46. & locus quando dicatur exemptus & quando nullius Diœcesis, & quando dicatur esse in Diœcesi, latè tradit Rota, apud Tamburin. *decis.*47. propterea dixit eadem Rota de anno 1615. Coram Ubaldo, apud Tamburin. *decis.* 50. dandam esse manutentionem Episcopo, quoad appro- 25
bationem Confessariorum ad secularium Confessiones audiendas, ex sola assistentia juris privativè quoad alios inferiores, non obstante Privilegio quolibet, vel consuetudine immemorabili, & hoc Episcopo competere, absque alia probatione possessionis, juxta text. *in cap. Cum personæ, de privileg. in* 6. Verall. *decis.*706. *part.*1. & *decis.* 101. & *seq. part.*2. & data probatione immemorabilis Rota dicit, quod talis fuit à Concil. Tridentin. *sess.*23. *capit.* 25. abrogata, & licèt per Cappellanum majorem Regni probaretur Confessarios approbatos habuisse à se licentiam, tamen non poterit probari de tali possessione sciente, & patiente Episcopo, juxtà text. *in l.*2. ubi Gloss. *Cod. de servitutibus, & aqua, cap. cum Ecclesiastica, num......* ubi Ripa *num.*64. *de causa possessionis, & proprietatis*, Cardin. Puteus *decis.*360. *num.*10. *lib.*1. Rota in una Sipontina 26
Jurisdictionis 14. Martii 1614. coram Damasceno, & licèt probetur Confessarios habuisse licentiam à Cappellano Majore, non tamen inde infertur, quod non habuerit etiam ab Episcopo, ut ait Rota apud Tamburin. *d. decis.*50. *num.*7. omninò videnda.

Neque obstat Sacr. Concil. Tridentin. derogasse consue- 27
tudini memorabili, non tamen videtur sustulisse, jus quæsitum Cappellano Majori, quia respondetur omnem consuetudinem immemorabilem fuisse sublatam, & omne privilegium, ut benè Rota *dict. decis.*50. *num.*9. nec pro-

probatur Cappellanum Majorem Regni habere Privilegium Apostolicum.

28 Neque obstat decisio, coram Joann. Baptista Pamphilio, de anno 1605. apud Tambur. *decis.*51. ubi datur manutentio in exercitio jurisdictionis inferiori Prælato, qui docet de quasi possessione acquisita, non autem Episcopo habenti solum juris assistentiam, Respondeo enim dari manutentionem capitulo contra Episcopum in jure visitandi, & conferendi Beneficio, in quo stabat ab annis quinquaginta, quia non derogatur à Concilio talis quasi possessio, sed in casu numero expresse derogatur ex *dict. capit.*15. & sic est *decis.*52. ejusdem Tamburin. 53. *&* 54. *cum seqq.* & in jure approbandi Confessarios habemus expressam prohibitionem cujuscumque Privilegii, & immemorabilis præscriptionis, ut ibi in Trident. *sess.*23. *c.*15. habetur.

29 Circa verò personam Vicarii Episcopi ex vi generalis concessionis habet facultatem approbandi Confessarios respectu secularium, nisi esset Vicarius Foraneus, Pellegrin. *in praxi de Vicario, cap.*4. *& seq.* sic poterit Archiepiscopus cum actu visitat absolvere subditos suorum suffraganeorum, tam per se, quàm per alios, ita
30 post alios Barbos. *allegat.*25. *numer.*7. sicuti post Vicarius Capitularis approbare Confessarios pro audiendis Confessionibus secularium, & multò magis Vicarius Apostolicus DD. ubi suprà, cum Pellegrin. *de Vicario Apostolico, per tot.*

31 Illi verò, qui sunt Abbates nullius Diœcesis, ut sunt plures Abbates seculares, & Priores Magni exempti nullius Diœcesis, qui habent in suos subditos jurisdictionem quasi Episcopalem, ut in Lusitania est Prælatus Samariensis, & Prior, seu Vicarius Generalis Prioris Cratensis, & in Castella Abbas Compluti, Regii, & similes sub nomine Episcopi continentur, Ricc. *p.*4.*decis.*22.*num.*4. *& in praxi resol.*301.Tambur.*de jure Abb.tom.*2. *disp.*6. *q.*11. Novarius *concl.*68.& dicit Rota *decis.*322.*p.*2.*recent.* Barb.in Trident. *sess.*23.*c.*15. *n.*28.

32 Tertia conclusio Confessarii sunt approbandi ab Episcopo illius loci, ubi fiunt Confessiones; sicque Confessarii prædicti, sive Regulares, sive seculares ab Episcopo approbati ad subditos suos illos non possunt audire extra Diœcesim Episcopi approbantis, quamvis Confessarii sint ejusdem Episcopi subditi. Verùm ex Privilegio concesso
33 à sancta Sede Apostolica Patribus Congregationis Oratorii fuit dictum, ut Patres Oratorii approbati Romæ à Vicario Urbis extra eamdem Urbem absque ullo examine, de licentia tamen Ordinariorum locorum Confessiones liberè poterunt audire, & ab omnibus Ordinarii tale privilegium esse observandum dicit Garzia *in additionibus ad suum tractatum de beneficiis, part.*4. *num.*5. *num.*31. putant alii sufficere cujuscumque Episcopi approbationem, ut possint Confessarii audire Confessiones secularium subditorum Diana *tract. de Bulla Cruciatæ, resolut.*7. *& tom.*2. *tract.*4. *de Sacram. resolut.*110. contra alios dicentes requiri approbationem Episcopi proprii ipsius pœnitentis, & contra alios dicentes requiri approbationem Episcopi ipsius Confessarii, de quibus DD. ubi suprà.

Quia verò Concilium *dicta sess.*23. *cap.*15. vult exa-
34 men in Confessario, idcircò ut supra diximus, nullus quamvis insignis Doctor poterit audire Confessiones, nisi approbetur ab Ordinario, quod si petat Confessarius approbationem ab Ordinario, & illi denegetur, tunc si sit Sacerdos secularis non poterit audire Confessiones, dicunt verò alii, quod petita, & non obtenta à talibus Personis approbatio, censeatur concessa à lege, quos refert Diana *part.*3. *tract.*2. *resolut.*24. sed alii dicunt, quod hoc
35 Privilegium solum habent Sacerdotes regulares, qui si fuerint præsentati Ordinarii locorum, juxta Clementinam, dudum, de sepulturis, & sint capaces, & idonei ad audiendas Confessiones secularium, & Episcopus noluerit illos approbare absque rationabili causa, quod tunc possunt regulares audire Confessiones, ut post alios Diana *part.*5. *tract.*13. *resol.*45.

36 Quia verò Concilium Tridentinum *dicta sess.*23. *cap.*15. dicit (si illis videbitur esse necessarium) propterea concludunt communiter Doctores Episcopum posse dare licentiam Sacerdotibus audiendi Confessiones secularium, etiam si non exponantur examini, ita Ricc. *in praxi aurea, resolut.*21. Fagundez *lib.*7. *de præceptis, c.*2. *num.*70.

Et quia Tridentinum ubi suprà; dixit approbationem 37
esse dandam, & non dicit in scriptis, propterea concludunt DD. non esse necessariam dare in scriptis, advertit tamen Homobonus de Bonis *in examine Ecclesiastico, tract.*5. *cap.*2. *quæst.*10. consultius esse dari in scriptis, ut ipsimet Episcopo exhibeatur, quoties videbitur expedire Diana *part. tract.*14. *resolut.*41. Barbos. *dicta allegat.*25. *numer.*22. & eo ipso, quod aliquis Sacerdos approbatur ad 38
administranda Sacramenta, censetur approbatus ad audiendas Confessiones per Henriquez *in summa, lib.*11. *cap.*3. §.5. Sanchez *de matrim. lib.*3. *disput.*35. *lib.*8. quos refert, & sequitur Fagundez *lib.*7. *cap.*3. *num.*6. valebit tamen approbatio quando Episcopus judicat, & approbet aliquem tamquam idoneum, sed reipsa non est idoneus Bartol. à S. Fausto *lib.*4. *de Iubilæo, quæst.*79. *&* 80. quod 39
si approbet contra judicium suum, putà sciens non esse idoneum non censetur approbasse, quia per decretum Concilii *dicta sess.*23. *cap.*15. requiritur, qui non habet Parœciale beneficium judicetur idoneus ad quando revera non judicatur idoneus, sed fictè ut puta, si Episcopus aliter sentiat, & judicat & non valebit approbatio facta, ita Suarez, Valentia, & alii, de quibus à Sancto Fausto *dicta quæst.*79. *&* 80. & non solùm Episcopus debet Confessarium interius judicare idoneum; verùm etiam est ejus approbare, & jurisdictionem concedere Coninchus *tom.*2. *disp.*8. *num.*49.

Poterit etiam Episcopus denuntiatus nominatim ex- 40
communicatus validè approbare Sacerdotes ad audiendas Confessiones, ita Sanchez *lib.*3. *de matrimonio, disput.*21. *num.*7. Fagundez *lib.*7. *cap.*21. *num.*5. quia talis approbatio non est actus jurisdictionis, sed tantum testimonium approbativum sufficientiæ Sacerdotis, sine quo non potest Sacerdos licitè, vel validè Confessiones audire post alios Guttierez *lib.*1. *Canonicarum qq. cap.*9.*num.*89. Verùm 41
tamen est, quod Sacerdos invalidè administrat Sacramentum pœnitentiæ, si credat Superiorem ratam habere solutionem de futuro, nisi eam ratam habeat de præsenti signo aliquo externo, Navarrus, Nunnius, Pesantius, Henriquez, Sotus, Suarez, Coninchus, & alii, de quibus Bossius *de Iubilæo, sess.*3. *cas.*2. *num.*195.

In quo tamen observo Primò, quod licentia delegata au- 42
diendi Confessiones non expirat mortuo, vel amoto delegante, quia est quædam gratia, quæ non expirat per mortem concedentis, ita Homobonus de Bonis *de examine Ecclesiastico, part.*1. *tract.*5. *cap.*3. *quæsito* 17. Lezzana *in summa, c.*18. *numer.*10.

Secundò observo quod Religiosus, qui semel fuit ap- 43
probatus, si recedat à Diœcesi, in qua fuit simpliciter approbatus, & posteà iterum redeat non tenetur novam quærere approbationem, & licentiam, etiamsi interim mutati fuerint Episcopi in illa Diœcesi Barbosa *dicta allegat.*25. *num.*44. Bartholomæus à Sancto Fausto *lib.*6. *de pœnitentia, quæst.*54. quod si fuisset semel approbatus à proprio 44
Episcopo, & postea mutet Diœcesim, & accedat ad aliam, tunc indiget nova approbatione alterius Episcopi, in cujus Diœcesi modo versatur, quia usu receptum est, & à Sacra Congregatione decisum, ut qui fuit in uno Episcopatu approbatus, si ad alium Episcopatum transeat, ut iterum approbetur ab Episcopo loci, in cujus territorium transfertur, ita Zerola, Ugolinus, Beja, Graffius, & alii apud Barthol. à S. Fausto *lib.*6. *q.*54.

Tertiò observo, quod si Confessarii non fuissent exami- 45
nati, quando approbati fuerunt, tunc possunt ab Episcopo suspendi, & examinari, ut decisum fuisse per Sacram Congregationem refert Barbosa in Tridentin. *dicto capit.*15. *numer.*40. sicuti possunt Ordinarii revocare quascumque approbationes factas Confessariis ad audiendas Confessiones ad beneplacitum Barbos. *numer.*41. & poterit Episco- 46
pus approbationem datam Sacerdotibus regularibus, vel secularibus ad Confessiones audiendas per suum antecessorem suspendere pro suæ conscientiæ securitate usque ad novum examen, ut decisum refert idem Barbos. *numer.*43. & poterit reprobare si minus idonei reperti fuerint declaravit S. Congregatio ubi suprà.

Qui verò obtinuerit approbationem ad tempus, eo elap- 47
so, censetur suspensus, quod si fuerit approbatus sine ulla temporis præfinitione sine nova causa, potest ab eodem Episcopo reprobari, & non tenetur Episcopus causam reprobationis declarare, neque regularibus Confessariis, etiam si ipsi postulaverint Episcopum, ut causam declaret,

48 ret, ita Urbanus VIII. per suas litteras in forma Brevis directas Cardinali de sancto Valle 30. Januarii 1629. & per alias litteras directas Episcopo Cordubensi, ut refert Torreblanca *de jure spirituali*, *lib.*14. *cap.*3. *num.*23. *& seq.* Nam Episcopus potest tales licentias limitare ad certum
49 tempus, locum, & personas, ut ait Sacra Congregatio in anno 1625. de qua Barbos. in Trident. *cap.*15. *num.*45. Faustus *lib.6. quæst.*10. cum multis sequentibus ubi latè de approbatione, & reprobatione Confessariorum regularium, & secularium & posse Episcopum regularem suspendere à Confessionibus audiendis, ut refert Sacra Congregatio ubi suprà, ob aliquod delictum, vel causam, in quo sua tantum conscientia oneratur, verùm non poterit omnibus simul regularibus Conventus prohibere, ne audiant Con-
50 fessiones inconsulta Sacra Congregatione, sic poterit approbare ad viros tantùm, Barbos. ubi suprà, *numer.*47. *&*
51 48. & Pater Generalis potest suos subditos ex quacumque causa etiam ob occultum crimen quomodolibet extrajudicialiter etiam suspendere à Confessionibus audiendis, Peregrin. *ad constitut. regulares p.*1. *c.*5. *litt. D*, & ita fuisse decisum sub die 2. Junii 1627.
52 Tamdem observo licentias cnnfitendi gratis esse concedendas, ut in d. loco Tridentini, *seß.*23. *c.*15. neque sub prætextu taxæ etiam antiquæ, licitum est percipere aliquid pro approbatione Confessariorum, ut notat Barbosa *in d. c.*15. *num.*52.
53 Quarta conclusio, quia in Trident. *seß.*23. *de reformat. cap.*15. *in fine*, dicitur (non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, &c.) propterea nullus admitti potest ad audiendas Confessiones sæcularium, nisi sit approbatus ab Episcopo quocumque Privilegio, & consuetudine immemorabili non obstante, quod corroboratur ex his, quæ decidit Rota Farinacium *part.*1. *decis.*655. ubi dicitur Concilium sustulisse jus quæsitum Prælatis inferioribus vigore concordiæ, vel alicujus sententiæ à Sede Apostolica ex certa scientia confirmatæ, quod etiam dicit Rota apud Tamburin. *tom.*3. *de jure Abb. decis.*49. ubi similiter asserit abrogatam esse antiquam illam consuetudinem, qua olim solebant Parœci committere suas vices cuicum-
54 que Sacerdoti: nam hodie post Trident. non possunt Parœci tales licentias dare suis Parœcianis ad confitendum aliis, nisi sint approbati ab Ordinariis, & post alios Squillante *de privileg. Clericorum*, *c.*1. *num.*2. Diana *tom.*1. *tract.* 4. *de Sacram. resol.*46. Bart. *de offic. Parœci*, *c.*19. *num.*17.
55 Putant aliqui tolli consuetudines præcedentes, & non futuras, ut notat Anguianus *lib.*2. *de legibus*, *controvers.*20 *num.*21. *&* 22.
56 Quia verò suprà diximus, quod error communis facit jus per Textum *in l. Barbarius, ff. de offic. Prætoris*, inde fit, quod gesta per eum, qui non erat Vicarius Episcopi valent, si communiter judicetur talis Bellamera *decis.*402. *de offic. legati*, quem text. in spiritualibus procedere, nisi repugnet jus divinum, vel naturale tradunt communiter Doctores, cum Episcopo Sperello *tom.*1. *decis.*30.
57 Sed quia tota nostra Controversia est, ut videamus an Cappellano Majori Regni competat approbatio Confessariorum respectu Christi fidelium, qui in triremibus confitentur; ideo
58 Suppono primò Cappellani Majoris originem fuisse in hoc Regno tempore Imperatoris Federici, & successivè Regis Caroli Primi, qui specialem licentiam à Summo Pontifice habuerunt de uno judice deputando super Clericos Cappellæ Regiæ, & inde ab Alfonso Primo Arragoneo fuit deputatus, & primo loco vocatus Cappellanus Major, ut refert Freccia *lib.*1. *de offic. Magni Cancellarii*, *numer.* 28. fol.53. dicunt alii originem habuisse tempore Magni Comitis Rogerii Normanni de anno 1094. dum Universali Monasterio Sancti Stephani, & Bruni de Nemore tradit bona ejus Cappellæ Regiæ Sanctæ Mariæ de Arsasia, ut ex Privilegio, de quo Taxonus *versic.*4. *observat.*5. *in fine*, *num.*47. Cujus Cappellani Majoris jurisdictio ordinaria est in Castris, & in Cappella Regia, & in Cappellanis, *cap. cum Cappella*, *de privilegiis*, ut latè Regens Constantius *in leg. unica*, *num.*12. *Cod. de Palatiis*, *& Domibus Domi-*
59 *nicis*, *lib.*11. *fol.*240. & Cappellanus Major procedit inter Cappellanos Regios conventos de Jure congrui Franc. *decis.*285. *numer.*2. non obstante, quod ex speciali Ritu Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ denegetur petitio juris congrui contra Clericos, quod in aliis Curiis Episcopalibus conceditur, ex quo fit in hac Civitate, ne Clerico contra laicum jus congrui detur ait Abb. *in cap. cum Cappella*, *de privileg. numer.*5.

Suppono secundò, Palatia Regia habere Cappellas 60
exemptas, & Regios Cappellanos *in dict. Capit. cum Cappella*. Concil. Tridentin. *seß.*24. *de reformat. cap.*11. ubi habetur Episcoporum juribus nihil fuisse derogatum ob honorarios titulos, & privilegia particularia, nisi expresè exceptuentur, &c. de qua re Paulus Fuscus *de Visitatione*, *lib.*2. *cap.*11. Zerola *in praxi Episcopali*, *part.*1. *in verbo exempti*, Ricc. *in praxi part.*4. *resolut.* 443. Stephanus Vveimesius *in constitut.*11. *numer.*16. ubi post Concilium dicit Cappellanos Regios, tunc demum uti posse exemptione ab Ordinaria jurisdictione, si fuerint actu servientes in Cappellis Regiis, non etiam si extra illas degant Erasmus Acochier *de jurisdict. exemptorum*, *part.*1. *quæst.* 32. *num.*9. ubi dicit, quod isti Cappellani ratione benefi- 61
ciorum, quæ alibi obtinent subsunt Episcopo, & citat Mandozium *de Signatura gratiæ*, *in titulo de exemptione in fine*, Zerola *in praxi Episcoporum*, *part.*1. *in verbo exemptio*, §.2. de exemptione verò, per Summos Pontifices concessa Cappellanis Regiæ Cappellæ Ulisponensis, latè agit Gabedus *de patronatu Regiæ Coronæ*, *cap.*43. Barbosa in Trident. *seß.*24. *cap.*11. *in fine*, & subdit Reg. Constantius *in dict. l. unica*, *Cod. de Palatiis*, *& domibus Augustæ*, *lib.* 11. *num.*21. quod sunt exempti ab Ordinarii jurisdictione, 62
dummodò actu serviant, & quæ Privilegia sint concessa Cappellæ prædictæ, non potest satis certè definiri, quia tenor Privilegii exemptionis inspiciendus est, *capit. per exemptionem in fine*, *de privileg. in* 6. *Capit. recepimus in eodem titulo*. Ideò enim, quod non reperiuntur privilegiatæ Cappellæ prædictæ, & ejus Cappellani sunt sub Ordinarii jurisdictione, *capit. omnes Principes*, *capit. solitæ*, *de majoritate*, *& obedientia*: possit Prælatus exemptus exercere tradit Glossa *in Clement.*1. *in verbo proprii*, *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, & ibi Cardinalis, 63
idem Abbas *in capit.*1. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Navarrus *conf.*23. *de Privilegiis*, at quando exemptio est data Cappellæ, non solum locus ipsius, sed omnes Cappellani censetur exempti, secus si exemptio detur Cappellanis, quia tunc locus Cappellæ non erit exemptus *dict. capit. per exemptionem de privileg. in* 6. DD. omnes *d. c. cum Cappella*. 64

Quod si Princeps in proprio Palatio, non haberet Cappellam, tunc disputant Canonistæ, cui confiteri debeat, & dico omnes Principes in spiritualibus subesse Ordinario Prælato *dict. capit. omnes Principes*, *capit. Solitæ*, *de majoritate & obedientia*, *capit. omnes Basilicæ* 16. *quæst.*7. *capit. cum Episcopis*, *de Officio ordinarii*, Abbas *in dict. capit. cum Cappella*, *num.*3. & sic confiteri tenetur suo Parœco, in cujus finibus Palatium positum est; & ab eo recipere Sacramenta, & si plura Palatia in diversis Parœciis illi Parœco subjicitur; in cujus Parœcia frequentiùs habitat, & decimas solvit, sed dividet proportionabiliter, ubi magis frequentat Divina Officia Præpositus *in capit. duo sunt 96. dist.* Reg. Constantius *in titulo de Palatio*, *& domibus Augustis*, *numer.*28. Sic plura indulta, & exempla tradit Emmanuel Rodriguez *tom.*2. *quæst.*64. *artic.*4. pluraque rescripta à Sede Apostolica emanarunt, 65
quibus Cappellani aliquorum Principum à jurisdictione suorum Prælatorum erant exempti, & ibi refert Miranda plura alia exempla, seu similia privilegia per Concilium Tridentinum *seß.*24. *de reformat. cap.*11. sublata esse, quia Privilegia, ac exemptiones, quæ variis titulis conceduntur perturbationem excitant jurisdictionis Episcopalis, & præbent exemptis occasionem laxioris vitæ, quod idem dicit Miranda *quæst.*28. *art.*1. Zerola *in praxi Episcopali*, *part.*1. *in verbo exemptio*, *vers.*2. ubi refert Concil. Trident. *c.*11. non derogare Privilegiis Regiorum Cappellanorum.

Hinc plures exemptiones concessas Cappellani Regiæ 66
Cappellæ Ulisponensis, refert Gabedus *de patronatu Regiæ Coronæ*, *capit.*43. ubi refert Bullam Leonis X. sub data 26. Junii 1515. qua indultum est, ut Cappella Regia, & Cappellani subjiciantur jurisdictioni solius Majoris Cappellani, & Legati Apostolici, & aliam Bullam ejusdem Leonis X. Clem. VII. Julii III. Pii IV. de quibus Vincentius Turturetus *in tract. de Cappellis*, *& Cappellanis Regiis in fine operis*, idem Pontifex Leo X. petente Carolo V. Cappellam Neapolitanam, & ejusdem Cappellanos adversus jurisdictionem Ordinariam munivit, simili diplomate,

plomate, die 20. Novembr. 1519. quam subjecit Cappellano Majori præter alias facultates, eidem quas concessit, & idem Turturetus adducit Privilegia concessa, per Sixtum Quartum, Innoc. VIII. Alexandrum Sextum, Julium II. & tandem per Paulum Quintum, in sua constitutione, quæ incipit Piis Catholicorum votis, sub die Februarii 1614.

67 Quam etiam exemptionem habet Cappella, & Cappellani Regis Gallorum, à potestate ordinaria Archiepiscopi Parisiensis, & Archiepiscopi Senonensis, ex Privilegio Joannis XXII. de anno 1317. de qua Renatus Choppin. *l.* 2. *de S. Policia*, *tit.* 5. *numer.* 5. quapropter Cappellani, & Regum Cappellæ subjiciuntur, in omnibus Regiis Cappellanis Majoribus, ex Privilegiis concessis Regibus Lusitanorum, Gallorum, & Neapolitanorum, Covar. *pract. cap.* 11. *numer.* 5. Turtur. *cap.* 4. *numer.* 41. Barbos. *in dict. c. cum Cappella*, *de Privilegiis*, ubi latè: unde Fagnanus *in d. cap. cum Cappella*, *numer.* 6. dicit, quod Cappellani Regii subjiciuntur Episcopis, constito tamen de privilegiis exemptionis, servari debet dispositio dicti Capituli cum Cappella, nec Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 11. sustulit text. *in d. c. cum Cappella*, excepta visitatione, quem præservavit tibi, (& quoad Cappellanos Regios juxtà constitutionem Innocentii III. quæ incipit *cum Cappella*,) unde Cappellæ, & Cappellani Regii quantumvis exempti poterunt visitari ab Episcopis loci, ex decretis Tridentini *sess.* 25. *capit.* 6. *& sess.* 6. *cap.* 4. undè refert Fagnanus *numer.* 9.

68 quod poterunt visitari, non obstante, quod habeant privilegium, ne possint visitari ab Ordinariis, quia Trident. *in d. cap.* 6. derogat etiam fundationi, & immemorabili, & censetur derogasse dictis Privilegiis, neque obstat, quòd privilegia Regia, non censentur derogata, nisi in specie dicatur, quia fallit in lege generali, & quando Concilium voluit exprimere, tunc expressit, dictum verò Concilii decretum *c.* 11. non procedit in actu visitationis, sed extra visitationem.

69 Unde Regens Constantius *in tit. de Classicis*, *numer.* 16. dicit, quod Prælatus Ordinarius, illius Civitatis in cujus portu triremes stationem agunt, visitat Cappellanos ipsarum Triremium, nisi ex privilegio alteri Prælato subjiciantur, & addit Cons. Navarri 1. *in tit. de Clerico Peregrino*, *in antiquis*, & alios *cons.* 4. *in tit. de foro compet. in novis*, adducit etiam Sayrum in *dec.* 1. *in tit. de Cler. Peregrino*, ut si in aliquibus Regnis talem jurisdictionem S. Pontifex committeret Regiis Cappellanis Majoribus, Regiarum Cappellarum, benè Reg. Constantius *ubi suprà*, *numer.* 16.

70 Suppono tertiò, de Tribunali Cappellani Majoris, plura egisse Tassonum *de antefato*, *versic.* 3. *observ.* 3. *numer.* 276. Castill. *decis.* 140. *volum.* 2. ubi refert decisum Cappellanum Majorem habere jurisdictionem in musicos, & organistas Cappellæ Realis Palatii, ubi multa de musica reportat, & quod pro debitis civilibus gaudent fori privilegio, tamquam de familia Regii Palatii, dummodò actu serviant Regens Constantius *in leg. unica*, *numer.* 21. *Cod. de Palatiis*, *& domibus Augustæ*, *lib.* 11. ubi de jurisdictio-

71 ne Cappellani Majoris plura dicit, & ab ejusdem decretis appellatur ad Proregem, qui alium destinat judicem cum voto, hujus revidetur causa ab ipsomet Cappellano Majore, & isti judices possunt recusari sine ullo deposito pœnæ statutæ in Regiis Pragmaticis, quoniam etiam DD. privati possunt recusari judices Gipz. *decis.* 69. Rovit. *in Pragm.* 5. *de suspicionibus officialium*, Novar. *lib. primo*, *quæst.* 160.

72 Qui Cappellanus Major alternis vicibus exterus, & Regnicola, ut *in cap. Carol.* 5. 35. de anno 1554. in privilegiis, & Capitulis Regni Neapolis, *fol.* 156. Tassonus *ubi suprà*, *numer.* 272. undè nota quòd Cappellani Regii, pro delictis remittuntur ad cappellanum Majorem juxtà practicam traditam per de Franch. *dec.* 189. & quid si Cap-

73 pellanus Regius, inquisitus esset de assassinio, & captus à judice laico, utrùm possit Caopellanus Major petere remissionem, latè agit Tasson. *ubi sup. contr.* 3. *vers.* 3. *à num.* 273. *cum seqq.*

74 Unde colligitur jurisdictionem Cappellani Majoris, neque jure Communi, neque jure Privilegii se extendere circa approbationem Confessariorum sæcularium fidelium, in Classe Regiarum Triremium, ut supra, fundavimus.

75 Neque obstat, quod habemus in manuscriptis Regii Archivii jurisdictionis Realis, ubi apparet differentiam fuisse inter Cardinalem Boncompagnum Archiepiscopum Neapolitanum, & Cappellanum Majorem prætendentem Archiepiscopum administrationem Sacramentorum Eucharistiæ, pro viatico infirmis Triremium pertinere ad suos Parœcos, & non ad Curator Castrinovi, & hoc attentis verbis Brevis, & in omnibus litteris, gratiis, & privilegiis diversis temporibus concessis Regiæ Cappellæ, & Cappellanis; Respondeo enim, quod numquam circa facultatem approbandi Confessarios apparet concessionem fuisse factam, ut à *folio* 12. *cum seqq.* quia dicta approbatio juxta formam Concilii sufficit, si fiat ab Ordinario, & Cappellanus Major Regiarum Triremium sive generalis dictarum Triremium sufficit, ut recipiat approbatum ab Ordinario, ut supra dicebamus.

Neque obstat discursus Regentis de Ponte manuscriptus 76
à *folio* 93. ubi de Cappellano Majore agens in fine paginæ dicit, quod Cappellanus Major jurisdictionem habet in omnibus Cappellis Castrorum Regni, & in omnibus Triremibus, ac militibus in Regno existentibus, quia ab immemorabili tempore dicuntur Cappellani Majores, veluti Ordinarii locorum, unde Archiepiscopus numquam se intromisit.

Respondeo enim hoc operari, ut non possit Archiepi- 77
scopus vitare Cappellanos, vel Confessarios approbatos, per eundem in Regiis Triremibus, nullibi verò reperitur concessum, ut idem Cappellanus Major Confessarios approbet pro Regiis Triremibus, quia in hoc Concilium derogat cuicumque privilegio, sive cuicumque præscriptioni, licèt immemorabili.

Neque obstant tertiò, allegata per Magistrum Acto- 77
rum Cappellani Majoris Regni, de modo eligendi Cappellanos Triremium, ab ann. 1606. tempore etiam sui Prædecessoris, ubi ait solitum fuisse Cappellanum eligi prævia approbatione ad Sacramenta per Theologum ejusdem cappellani Majoris, & in hanc conformitatem plures provisiones adducit.

Respondetur enim hoc nihil probasse, quia per Concilium denegatur omnis consuetudo, præscriptio, & privilegium, & de facto, quia cum Episcopus habeat per se juris assistentiam privativè quoad alios vigore Concilii *sess.* 23. *capit.* 15. Propereà non poterit aliis prætendere oppositum, etiamsi esset immemorabilis consuetudo, utpotè sublata per Concilium, ut benè Rota *decis.* 49. *numer.* 31. apud Tambur. *tom.* 3. *de Iure Abbatum*, quando verò Cappellanus Major esset nullius Diœcesis, tunc posset approbare ad Confessiones audiendas, sed quando est exemptus tunc tenetur illos approbatos recipere ab Episcopo, ait Rota *ubi supra*, *numer.* 3. Neque dici potest pro Cappellano Majore Castrorum, & Cappellæ Realis, quod stat in quasi possessione id faciendi, ut ex fide Magistri actorum, ergo quousque probetur contrarium debet manuteneri, in sua quasi possessione, quia respondeo, cum 78
eadem Rota *ubi supr.* quod stans in quasi possessione Concilio Tridentino refragante, ac in specie repugnante, non est manutenendus, sed statim, quod constat de veritate, quod non habet titulum desistere, & manuteneri debet authoritas, & approbatio Episcopi, ut in simili videtur in Triremibus Siciliæ, Sardiniæ, & in Classe, quæ dicitur Ducis Tursi, etiam Regis Catholici, in quibus approbatio Sacerdotum ad audiendas Confessiones eorum, qui sunt in Triremibus fit ab Ordinariis locorum, unde recipiuntur approbati ad Confessiones audiendas, illi qui sunt per suos Episcopos approbati, & eadem Rota, coram Ubaldo apud Tambur. *decis.* 50. *numer.* 3. ait, quod post Concil. *dict. sessione* 23. *cap.* 15. nullus admitti potest ad Confessiones sæcularium audiendas, nisi sit approbatus ab Episcopo quocumque privilegio, & consuetudine etiam immemorabili non obstante, ut fuit declaratum per S. Cong. Conc. Trid. & fuit dictum in causa de qua Tambur. *ubi suprà*, *dec.* 50. in qua plures adducuntur decisiones Rotales.

Neque tandem obstat, quod Cappellanus Major Trire- 79
mium Classis Neapolitanæ, nullam habeat authoritatem, sed videatur simplex Sacrista.

Resp. enim, id dici non posse si considerentur verba, quibus Imperator Carolus V. & cæteri Catholici Reges concesserunt facultatem Generali Triremium eligendi Cappellanum Majorem in Triremibus, præsertim illa, quæ

quæ dicitur *la Reale*, ubi expresè disponitur cum facultate superintendendi super alios Cappellanos Triremium, utrùm Christi Fideles, ibi existentes blasphemaverint, renegaverint, &c. pro quibus superintendentem vocat Cappellanum Triremis ex vi Generalis, quod quidem verbum superintendere, tum apud Latinos, tum apud Legistas jurisdictionem significat, Tiraquell. *de utroque retractu tit.*1. §.2. *gloss.*11. *numer.*77. & 78. Bertazzol. *clausul.* 26. *gloss.* 5. *in princ.* Laurentius Valla *lib.*2. *elegantiar. capit.*91. relatus à Jasone *in authentic. Sacramenta puberum, Cod. si adversus venditionem*, quia prædicta dictio super importat aliquam competentiam, seu contingentiam, ut si dicamus *sedet super lapidem*, vel supra nos *l.*1. §. *videamus*, & §. *sed si sup. ff. uti possidetis*, uti etiam dicimus superficies supra faciem *l. peregrè, ff. de acquirenda possess.* Barbos. *de dictionibus, dictione* 395. *per tot.* quæ quidem clausula dat jurisdictionem executori juxta notata per Barbos. *clausur.*650.

Neque dicatur quod hoc intelligitur, quando essemus
80 in subdito, sed in præsenti Rex loquitur cum Clerico, qui non est subditus. Respondeo enim, quod solutio hujus difficultatis dependet ab ea quæstione, utrum sit differentia inter jurisdictionem dare, & judicem delegare? Dico differre inter se, in ordinariis judicibus mandare jurisdictionem, seu dare, & judicem delegare; differunt verò Primò, quia qui mandat jurisdictionem obmittit vices suas in jure dicendo *l.*3. *ff. de off. ejus, l. solet*, 16. *ff. de jurisdict. omnium Iudicem*, Bellonus *de mandata jurisdictione, qu. prima, n.*2. & transfert in mandatarium officium suum id est, officium juris dicundi *leg.*1. §. *domus, ff. de suspectis tutoribus*. Secundò, quia ille cui mandata est jurisdictione utitur *leg. prima*, §. *qui mandata, ff. de offic. ejus*, quamobrem nec proprio nomine jus dicit, sed nomine tantum mandatis *l. & si Prætor, ff. de offic. ejus*, & Judex datus propriam notionem habet Bellon. *cap.*9. *quæst.* 6. *numer.* 1. pluribus autem differentiis adductis dicit Bellon. *ubi suprà, differentia* 6. quod jurisdictio potest etiam illis mandari, qui nostræ jurisdictioni suppositi non sunt; Judex verò dari non potest, nisi subditus, cui possit imperari, ita Camillus Pautieus *lib.*1. *cap.*14. *de offic. ejus, n.*6. & 15. Bellonus *cap.*7. *quæst.*1. *numer.*26. & *capit.* 1. *quæst.*5. *numer.*16.

DISCEPTATIO CXXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Loca Pia subsunt Episcopo loci in cujus territorio sunt.*
3 *Loca Pia subjiciuntur Episcopo, etiam nolente fundatore.*
4 *Hospitale merè sæculare, quando non subjiciatur Episcopo.*
5 *Locus destinatus authoritate Episcopi ad usum pauperum, non debet deputari ad usus mundanos.*
6 *Hospitale, quod non est erectum, nec approbatum authoritate Episcopi, non est locus Religiosus.*
7 *Episcopus de jure habet fundatam intentionem super administratione locorum piorum.*
8 *Trident.* sess.22. c.8. de reform. *adducitur, & explicatur.*
9 *Hospitale Papiæ exemptum per privilegium Nicolai V. qualiter subjiciatur Episcopo.*
10 *Episcopus qualiter visitat Hospitalia contra legem fundationis.*
11 *Loca pia sub manu Episcopi, & ad illius dispositionem qualiter pertineant.*
12 *Hospitalia, & alia loca pia quando dicantur fundata authoritate Episcopi.*
13 *Locus pius patrono mortuo qualiter, & quomodo visitetur ab Episcopo.*
14 *Rationes reddere qualiter teneantur Administratores locorum piorum.*
15 *Hospitalia sub immediata Regia protectione, an & quando visitentur ab Episcopo.*
16 *Differentia existit inter jus visitandi, & jus exigendi rationes.*
17 *Hospitale incurabilium, vel ejus Ecclesia, an unquam fuerit subjectum Episcopo.*
18 *Hospitalia existentia Mediolani, sub immediata Regia Protectione, utrum subjiciantur Episcopo.*
19 *Episcopus judicat qualiter locus sit exemptus.*
20 *Hospitale Deme erectum pro natione Hispanica, utrum sit sub immediata Regia Protectione.*
21 *Hospitalia, & loca pia qualiter visitentur ab Episcopo Diœcesano.*
22 *Confraternitas S. Michaelis Diœcesis Lucensis, an subjiciatur Episcopo.*
23 *Confraternitas Mediolanensis, an potuerit ab Ordinario visitari.*
24 *Hospitalia, & loca Pia visitantur ab Episcopo licet Gubernatores constituantur à Principibus sæcularibus.*
25 *Hospitale Civitatis Eurbii, an & qualiter subjiciatur Episcopo.*
26 *Hospitalia, & alia loca sub cura Universitatis, an visitentur ab Episcopis.*
27 *Episcopus utrum visitet loca pia, positâ exemptione per Pontificem.*
28 *Consuetudo immemorabilis, vel statutum qualem præbeat exemptionem.*
29 *Episcopus curare debet, ut loca pia benè & fideliter administrentur.*
30 *Episcopus singulis annis potest visitare loca pia.*
31 *Episcopus in quo loco recipiat redditiones rationum.*
32 *Episcopus rationes exigit ab administratoribus non obstante consuetudine immemorabili.*
33 *Rationes reddendæ sunt Episcopo in propria domo.*
34 *Hospitale erectum sub immediata Regum protectione non visitatur ab Episcopo.*
35 *Hospitale, & alia loca pia militum, & aliorum Religiosorum qualiter sunt visitanda.*
36 *Hospitale B. Ioannis Dei an teneatur reddere rationem, & visitari possit ab Episcopo, & quid de Brevi quod Fagn. ait esse subreptitium.*
37 *Hospitale ordinatum sine authoritate Episcopi, an sit religiosum.*
38 *Loca deputata pro miserabilibus personis qualiter visitet Episcopus.*
39 *Loca privata non Religiosa sunt obligata reddere rationem administrationis.*
40 *Episcopus exclusus à fundatione à facultate exigendi rationes illas non petit.*
41 *Administratores Hospitalis, vel alterius pii loci si sint negligentes in exequenda pia voluntate, potest Episcopus administrationes recipere.*
42 *Administratores Hospitalium, vel locorum piorum, quam pœnam incurrant si ad alios usus convertant.*
43 *Monasteria Regularium sine Sede Apostolica, non possunt reduci ad Arces & Castra.*
44 *Administratores locorum Piorum tenentur ad ea omnia, ad quæ tenentur Tutores, & Curatores.*
45 *Administratores locorum piorum rationes reddunt Episcopo.*
46 *Capitulum, & Canonici, imò & Episcopus quando, & qualiter teneantur reddere rationem fabricæ Ecclesiæ Cathedralis.*
47 *Episcopus, quando possit visitare, & corrigere loca Pia.*
48 *Montes Pietatis, an, & qualiter possint visitari ab Episcopis.*
49 *Episcopus, an extra visitationem possit tangere eleemosynas Montis Pietatis.*
50 *Pecuniæ Montis Pietatis, an possint ad alios usus converti.*
51 *Administratores qualiter teneantur computa exhibere.*
52 *Episcopus potest exigere computa eorum locorum, quæ non sunt sub immediata Regia protectione.*
53 *Redditio rationum fieri debet singulis annis ab administratoribus.*

54 *Red-*

ARGUMENTUM.

Laicos Administratores bonorum Ecclesiæ, servata forma Concilii Tridentini *sessione* 22. *capit.* 8. & 9. ab Episcopis, & Ordinariis locorum debere conveniri, certum est; Neapol. tamen justis ex causis ad plura tollenda inconvenientia, non ita practicatur, & datur alius modus suavior, pro utraque jurisdictione tuenda, &c.

PRO VERITATE
INTER
Episcopum Puteolanum,
ET
Laicos Magistros Sancti Vitalis pro redditione rationum.

CUm Ecclesia Sancti Vitalis Puteolanæ Diœcesis posita extra scripta fuerit administrata per quosdam laicos Ministros illius, idque per plures annos, prætendit nunc Episcopus Puteolanus computa reddi per eosdem Ministros laicos, idque coram se, è contra verò comparuerunt tales Ministri laici coram Domino Regente Capiblanco Commissario Generali Realis jurisdictionis, dicentes, illos cogi non posse computa reddere coram Episcopo, sed coram Ministris laicis, à quibus deinde expediuntur significatoriæ, & exequuntur in bonis pro indemnitate ipsius Ecclesiæ, unde per eundem Commissarium Regentem Capiblancum fuerunt expeditæ literæ hortatoriales ad eumdem Episcopum, ut scilicet non turbaret jurisdictionem laicalem, quæ controversia pluribus mensibus coram eodem Domino Capiblanco, & in Collaterali Consilio est disputata; pro veritate tamen quid esset dicendum consultus ego, plures articulos distinguendos esse dixi. Primum quidem quomodo, & qualiter loca pia subjiciantur Episcopo: Secundum quomodo, & qualiter per laicos sint reddendæ rationes, & coram quo judice: Tertium quid in hoc Regno existentibus pluribus rescriptis potentissimi Regis Catholici, unde sit 1

ARTICULUS I.

An, & quomodo loca pia subjiciantur Ordinario.

PRima conclusio omnia loca pia subsunt Episcopo loci, & ad ejus solicitudinem debent ordinari ad usum destinatum, & per hoc Episcopus de jure communi intentionem habet fundatam super subjectione, administratione, & ordinatione Hospitalium, & omnium piorum locorum suæ Diœcesis, *ut in c. de Xenodochiis* 3. *de Religiosis dom.* quam conclusionem ex dict. Text. desumit Valasc. *concl.*105. *n.*25. *ubi n.*28. intelligit de Xenodochiis authoritate Episcopi institutis, & sic etiam quaslibet Ecclesias alicubi constitutas ad Episcopum loci pertinere, dicitur *in dicto capite de Xenodochiis*, nisi probetur eas esse 2

exemptas, benè Azor. *p.*1. *mor. l.*12. *c.*19. Caval. *dec.* 306. & plura alia ad dictum Text. conducentia tractat Carolus Episcopus Novariensis in commentariis ad illa, quæ habentur inter allegationes varias pro Ecclesia S. Carolo dicatas.

3 Quæ quidem conclusio ampliatur etiam nolente fundatore, ut per Caldarin. *consil.*1. *&* 4. *sub tit. de Religiosis domibus*, & observat Erasm. à Cochier. *de jurisdictione Ordinarii, in exemptos, p.*4. *quæst.* 57. pro quo faciunt per Mandosium *de signatura gratiæ, in titul. exemptiones, col.* 2. *vers. amplio etiam, & col.*5. *vers. exemptio ab Ordina-*
4 *rio*, ubi dicit Episcopum non posse hoc concedere Patrono in fundatione. Quod limita si Hospitale sit merè sæculare, tunc enim testatore nolente Episcopo non subjicietur, ita Loppus *in allegat.*42. quæ incipit *quæritur de tribus*, Cardin. *consil.*11. incipiente *quædam societas pro Hospitali*.

5 Ampliatur secundò, ut locus destinatus authoritate Episcopi ad usum Hospitalitatis, & pauperum non debeat deputari mundanis usibus, quia est Religiosus, sicuti nec vestes, & alia utensilia ad cultum Religionis per Pontificem deputata possunt ad alium usum deputari *cap.*4. *de Religiosis Domibus*, ubi ponderando illa verba authoritate Pontific. destinatas) dicit Barbosa, quod Hospitalia erecta authoritate Episcopi sunt loca pia, & Religiosa, & gaudent omnibus privilegiis piæ causæ ut dicunt Tiraquel. *de pia causa in præfatio.* Gabriel *de pia causa, conclus.* 2. Paulus Fuscus *de visitat. lib.*2. *cap.*13. *numer.* 10. Maceratensis *lib.*1. *variarum resolut.*14. Zerola *in praxi Episcopali in verbo Hospitale*, §.3. *dub.*2. Cardin. Mantica *de tacit. lib.*25. *tit.*6. *numer.*69. Genuensis *in praxi, cap.*17. Benedictus Ægidius *in l.* 1. *Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, part.*1. *in principio, numer.*54. Antonius Fabricius *in praxi beneficiali, in tit. de Xenodochiis, & locis Piis, à numero* 16. Sebastianus Cæsar *de Ecclesiastica Hierarchia, part.* 4. *disput.*12. §.4. *à principio*, præcipuè *à numer.*3. In quo notan-
6 dum est, quod non est erectum, nec approbatum authoritate Episcopi locus Religiosus & sacer non sit, tamen videtur locus Pius de jurisdictione Ecclesiastica, & gaudebit privilegiis Ecclesiæ cum causa pietatis sit institutum ex *dict. cap. de Xenodochiis, de Religiosis domibus*, dicunt communiter Doctores cum Gratiano *cap.*34. Card. Tusch. *tom.*4. *litt. H, conclus.*158. *&* 163. *& tom.*6. *litter. P, concl.*338. Unde relicta talibus Hospitalibus, quia sunt per Barbosam *in cap. ad hæc, numer.*3. *de Religiosis domibus*, & præsumitur authoritas Pontificis, & etiam Episcopi, quanpo locus ab antiquo sit ad formam Ecclesiæ, & in eo fuerit erectum Campanile, & ibi per Sacerdotem celebretur, & alias præsumptiones, & signa, quibus locus dignoscitur Pius proponit Menoch. *lib.* 3. *præsumption.* 132. *& præsumption.* 76. Mascardus *de probation. conclusione* 583. 623. *&* 869. Barbos. *in dict. cap. ad hæc, in fine*.

7 Ampliatur tertiò, ut Episcopus habeat fundatam intentionem de jure communi super subjectione, administratione, & ordinatione Hospitalium, & omnium piorum locorum suæ Diœcesis, ut *in cap. de Religiosis domib. c. si quis Episcoporum* 16. *q.*5. *c.*2. *q.*3. *c. omnes Basilicæ, q.* 7. *c. constitutus, cum duobus sequentibus, de Relig. domibus, c.*1. *cum multis sequentibus* 10. *q.*1. Gloss. *in d. c. de Xenodochiis*, ubi Hostiens. *n.*6. *in verbo per solicitudinem*, Zabarella *in* 2. *notab.* ubi Ant. de Butreo *in* 1. *&* 2. *notab.* & Joa. de Anan. *n.*4. qui dicit Hospitale, vel locum pium exemptum probare debere statutum in limine fundationis, vel legitima præscriptione, vel privilegio Apostolico, *ut in Clem. quia contingit in* 1. *responso de Relig. dom.* ubi Gloss. *in verbo (de jure)* quod notat Fagn. *in d.c. de Xenodochiis, numer.* 3.

8 Quia verò per Trid. *sess.*22. *c.*8. statutum est, ut Episcopi habeant jus visitandi Hospitalia, Collegia quæcunque, & Confraternitates laicorum, &c. & eleemosynas Montis Pietatis, & pia loca omnia etiamsi prædictorum locorum curam ad laicos pertineret, vel eadem pia loca exemptionis privilegio munita sint non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili privilegio vel statuto, quod idem *d. sess.*7. *c.*15. ex hoc

9 Infertur primò ad casum, de quo S. Concil. cum enim administratores Hospitalis Papiæ exempti per privilegium Nicolai Quinti à visitatione Ordinarii prætenderent ab eo post Concilium visitari non posse, nec coram eo teneri reddere rationem administrationis, Sacra Congregatio, non obstantibus allegatis per administratores Hospitalis, ait jus visitandi dictum Hospitale, & ratione exigendi redditiones competere Episcopo tanquam Sedi Apostolicæ delegato, qua de re Tridentin. *sessione* 22. *cap.* 8. *&* 9. quia Text. Tridentin. *dict. capit.* 8. tollit privilegium Nicolai Quinti, quoad visitationem, & licet dicat in casibus à jure concessis, tamen hoc non impedit cum de jure communi Episcopus possit visitare Hospitalia sublata privilegio dicti Capituli *de Xenodochiis, de Religios. domibus, & Clementina, quia contingit, eodem tit.* Quod verò attinet ad redditionem rationum de qua suprà, *d. cap.*9. solus casus est acceptus quando in fundatione cautum est ne reddantur Ordinario, sed in Bulla Nicolai V. in qua fit fundamentum, nulla mens habetur, cui sit reddenda ratio vel non.

Infertur secundò, quod nisi aliquid cautum sit in lege 10
fundationis Hospitalia subjiciuntur visitationi, & dispositioni Episcopi, & omnia comprehenduntur sub ditione Xenodochii, & Hostiens. *in d. cap. de Xenodoch.* sed propriè Xenodochium dicitur locus, in quo Peregrini suscipiuntur licet alii dicant Xenodochium dici locum senum, & debilium, ut verbum sonat, argumento Text. *in capit. Oratorium* 42. *distinct.* Orphanotrophium verò dicitur locus, in quo pueri orbati utroque parente educantur; Nosocomium, ubi ægroti tenentur, & curantur, Gerontocomium, in quo senes valetudinarii sustentantur, de quibus *in cap. si quis omnem prima q.*7. *l. illud*, ubi Gloss. singula dicta nomina explicat, *& in l. fin. Cod. de sacrosanct. Ecclesiis, & leg. Orphanotrophos, & l. omnia oratoria, C. de Episcopis, & Clericis*, ubi latè Barb. *& in c. tributum*, §. *quamvis* 23. *quæst.*8. *& in authent. de rebus Eccl. non alienandis*, §.1. *collat.*9. *& de Eccles. tit.* §. *final. eadem collatione*.

Infertur tertiò, omnia loca supradicta esse sub manu 11
Episcopi & ad illius dispositionem pertinere, ut *in dict. c. de Xenodoch.* non quidem ut ad ipsum Episcopum spectat dominium redditũum: nam non subjiciuntur talia Episcopo quoad temporalia, ut possit ea sibi applicare *c. cum venerabilis, de exceptione, capite quia* 10. *quæstion.*3. *cap. cum vos, de offic. Ordinarii*, sed ut illorum redditus curet expendendos in usus, ad quos sunt deputati, ut *in d. Clem. quia contingit*, & sic Episcopus compellet habentem Parœcialem ut observet Hospitalitatem, & Hospitalarios domorum pauperum, ut recipiant pauperes, & idem in similibus ut notant Jo. Andreas *in d. c. de Xenodoch. nu.* 3. Butreus *n.*4. Card. *in* 3. *notab.* & per hoc in Trid. *sess.* 22. *c.* 8. *de reform.* dicitur (ac omnia quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos sunt instituta ipsi, id est, Episcopi ex officio suo juxta sacrorum Canonum statuta cognoscant, & exequantur) quod idem habetur *in sess.*7. *c.*15. ubi curant Ordinarii Hospitalia quæcunque à suis administratoribus quocumque illi nomine censeantur etiam quomodolibet exempta, & fideliter, ac diligenter gubernentur servata forma Concilii Viennensis, quod incipit, *quia contingit*, & administratores tenentur singulis annis reddere rationem administrationis, propterea pertinet ad Episcopum providere, ut eleemosynæ pro fabrica relictæ expendantur omnia fideliter, & ne fraus committatur in illis expendeneis, ut benè Fagn. *n.* 4. *in d. c. de Xenodoch.*

Infertur quartò, Hospitalia, & alia loca subjici Episco- 12
po ut dicebamus quando sunt fundata ejusdem authoritate, aliàs non poterit Diœcesanus se ingerere, sed Patronus Hospitalis ad libitum disponit ut in *cap. inter dilectos*, ubi Innocent. *de donationibus*, dicit Abbas *in d. c. de Xenodoch. numer.*3. quia licet quilibet possit fundare Hospitale in domibus propriis, tamen non erit locus Religiosus, nec immunitate gaudebit, nisi accesserit Episcopi authoritas, neque aliquid innovat Trid. *ubi sup. sess.* 22. *cap.* 8. imò restringitur ad limites juris: patet ibi (in casibus) à jure concessis, ergo sicut jure communi Hospitalia non Religiosa visitationi, & jurisdictioni Episcopi non subjiciuntur, ita 13
neque post Concilium. Hoc tamen fallit primo mortuo patrono, quia tunc licet locus non sit Religiosus, tamen spectat ad curam, & solicitudinem Episcopi, ut pia voluntas defuncti executioni demandetur, cum locus pius sit, ut post Abbas *in dict. cap. de Xenodoch. numer.*3. dicit Fagn. *ibi numer.*12. Secundo limitatur posito, quod exequutores esse negligentes adimplere voluntatem defuncti, quia

quia tunc devolvitur ad Episcopum potestas illos compellendi post legitimam admonitionem *c. tua nobis*, ubi DD. *de testam.*

14 Fallit tertiò, quoad rationes exigendas ab administratoribus, quia licet Hospitalia, & loca prædicta sint erecta authoritate Episcopi, tamen cum ad usum sint destinata dicuntur pia, & potest Episcopus compellere administratores ad reddendum computa, nisi aliter in eorum ordinatione dictum fuerit, ut in Trident. *sess.* 22. *cap.* 9. quod Sac. Congreg. declaravit etiam in Hospitalibus laicalibus, ita Fagnanus *capit. ad hæc*, *numer.* 10. *de Religiosis domibus*.

15 Infertur quintò, ad quæstionem an posita Concilii dispositione *sess.* 22. *cap.* 8. & 9. Hospitalia sub immediata Regum protectione existentia, quæ ex lege fundationis, aut privilegio Apostolico, vel consuetudine, non probantur exempta à visitatione, & jurisdictione Episcopi Diœcesani, possit idem Episcopus visitare, & ab illorum administratoribus rationes exigere, & hic fuit casus disputatus Neapoli, in Ecclesia Hospitalis Sancti Honuphrii senum; cujus Civitatis etenim fuit tale Hospitale erectum Episcopi authoritate, & volens illud visitare Cardinalis Acquaviva Archiepiscopus Neapolitanus illud visitavit, & nonnullo decreto statuit pro gubernio Hospitalis, posteà habuit Hospitale Commissarium delegatum pro causis, scilicet Consiliarium Palernum; contingit quod Hospitale non habebat Ecclesiam, quæ fuit fundata sub titulo S. Honuphrii ex eleemosynis quæstuatis cum licentia Archiepiscopi Neapolitani, & cum deinde Cardinalis Carafa vellet Hospitale visitare, & ab eisdem administratoribus petere rationes objiciebant se non teneri ex decreto Conc. *sess.* 22. *cap.* 8. quia Hospitale erat sub immediata Regum protectione, de qua re consulta est Sac. Congregatio Concilii, & fuit dictum posse Cardinalem Archiepiscopum dict. Hospitale visitare, & ab administratoribus petere rationes, quia quoad jus exigendi rationes, quamvis Hospitale esset sub immediata Regum protectione, tamen hoc constabit quoad visitationem, non autem quoad redditionem rationum, quia exemptio locorum sub immediata Regum protectione, solùm legitur *in cap.* 8. ubi agitur de visitatione, sed *in cap.* 9. ubi agitur de rationibus Ordinario reddendis talis exceptio non reperitur, imò ibi excipitur unus tantùm casus, id est, cùm secus expresse cautum fuit in fundatione, quæ exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, *leg. nam quod liquide*, *§. final. ff. de penu legata*, *capitit.* 2. *de conjugio leprosorum*, *cum similibus*.

16 Quod patet, quia Concilium Tridentinum magnam constituit differentiam inter jus visitandi, & jus exigendi rationes, nam *in c.* 8. ubi agit de jure visitandi, restringit se in dispositione juris communis, ut patet ibi (in casibus à jure concessis) sed in *cap.* 9. ubi tractat de jure exigendi rationes indistinctè, & generaliter loquimur, & per hoc S. Congreg. Concilii ait Ordinarium non habere authoritatem visitandi Hospitalia in casibus à jure expressis, at verò rationes administrationis licere illis exigere nulla habita ratione juris communis, sicque patet Concilium ampliorem facultatem tribuisse Episcopis in rationibus exigendis, quàm in visitatione piorum locorum, ergo nil mirum, si quoad visitationem exceperit loca sub Regia protectione existentia, sed illa non excipit, quoad reddendas rationes declaravit Sacra Congregatio apud Fagnan. *in capit.* 1. *de Xenodoch. num.* 18. ubi idem Fagn. *nu.* 19. *cum seqq. usque ad nu.* 27. ubi agit latè de dicta Ecclesia Sancti Honuphrii, quam scio stetisse interdictam usque ad tempus Popularium revolutionum quo tempóre ab eisdem Popularibus fuit aperta.

17 Infertur sextò, ad casum qui contingit Neapoli, ubi Archiepiscopus petebat visitare Monasterium Sanctæ Mariæ unitum, & commendatum Hospitalium incurabilium, & providere ne Monasterium in temporalibus, & spiritualibus detrimentum patiatur cum Hospitale prædictum sub immediata Regis protectione existens visitari non possit, at locus unitus assumit naturam, & privilegia illius, cui facta est unio, & proposito dubio in S. Congr. censuit posse visitare, quia per unionem non fit præjudicium Diœcesano, in cujus Diœcesi erat Ecclesia unita juxta tex. *in c. cum dilecta*, *de confirmatione utili*, *vel inutili*, *c. quia Monast. de Relig. domib.* Fagnan. *ubi sup. in d. c. de Xenodoch. n.* 28. & 29.

Infertur septimò, ad quæstionem an decretum Concilium Tridentinum *dicta sessione* 22. *capite octavo*, excipiens à visitatione Episcoporum Hospitalia sub immediata protectione Regum existentia comprehendat ea, quæ sunt in statu Mediolani subjecta Regi Catholico, & petentibus Regiis Ministris à Sacra Congregatione, fuit responsum non comprehendere, nisi expresse reperiuntur sub Regia protectione, & de auditu ab illis Prioribus, qui interfuerunt Concilio, sic dicit Fagnanus *ubi suprà*, *numer.* 30. 18

Infertur octavò, quod si Episcopo visitare volenti Hospitale, opponatur exceptio, quod existat sub immediata Regum protectione non ad sæcularem judicem, sed ad ipsum Episcopum spectabit talis & exceptionis cognitio, & causæ definitio, ut ait S. Congreg. apud Fagn. *ubi suprà*, *numer.* 31. 19

Infertur ultimò, ad dubium Romæ propositum, & decisum cum voto auditoris Rotæ Mansanedii, de quo Fagnanus *ubi sup. numer.* 31. *versic. in confirmatione*, ubi fuit dubium propositum an Hospitale Sancti Jacobi Nationis Hispanorum Romæ existens potuisset visitari per visitatores Apostolicos cum esset immediatè sub Regia protectione, fuit responsum posse visitari, quia licet sit sub Regia protectione, non tamen est sub speciali Regis protectione, sed sub generali, quæ non eximit personas, nec res à potestate Ordinarii *capit. ex parte*, *il secundo de Privilegiis*, ubi omnes, & est casus singularis apud Gemin. *consil.* 81. & hoc casu videtur potius recommendatio, quam protectio, & *in dicto cap. ex parte*, dicitur, quod recommendatus sub generali protectione, non est exemptus à potestate Ordinarii. 20

Secunda conclusio Hospitalia, & loca pia visitari possunt ab Episcopo Diœcesano, colligitur hæc conclusio ex Tex. *in dict. cap. de Xenodochiis*, *de Religiosis domibus*, ubi Fagnan. *in* 1. *notabili* colligitur etiam ex Trid. *sess.* 22. *capite* 8. *de reformatione*, unde dicitur Episcopos habere jus visitandi non solùm Hospitale, sed etiam Collegia quæcumque, & Confraternitates laicorum, etiam quas scholas sive alio nomine vocati eleemosynas Montis pietatis, sive charitatis, & pia loca omnia quomodocumque nuncupentur, quæ loca poterit visitare, non solùm per se ipsum, sed etiam per aliam personam per Tex. *in Clementina*, *quia contingit in primo responso*, ibi (per se ipsos, vel alios impleant) *de Relig. dom.* & hoc sive, quia Cura Hospitalium pertineat ad laicos, sive ad Clericos, Tridentin. *ubi sup. dicta sess.* 22. *cap.* 8. & si laicis Ministris competat, non prohibetur à Concilio, sed Curam permittitur habere Episcopus visitandi, ut benè Fagnan. *in d. cap. ad hæc*, *de Relig. domib. numer.* 12. qui dicit fuisse decisum per Sacram Congregationem non prohiberi judicibus sæcularibus visitare loca pia, Hospitalia, &c. quando id habent ex permissione. 21

Unde cum Episcopus Lucensis prætenderet visitare Confraternitatem Sancti Michaelis ejusdem Civitatis administratam per laicos, fuit dictum per Sacram Congregationem posse, circa verò redditus, & eleemosynas si in certos usus sunt destinatæ non debet, nec potest Episcopus in alios usus convertere, si verò distributio est arbitraria Confraternitati, & benè utatur Confraternitas suo arbitrio permitti debet ab Episcopo, ut benè Fagn. *ubi sup. numer.* 13. 22

Quod ipsum dictum fuit in una Mediolanensi, ubi confratres Hospitalis Sanctæ Mariæ Mediolanensis Civitatis prætendebant se non posse ab Ordinario visitari, nec ei teneri reddere suæ administrationis rationes allegantes scholam, seriò domum dicti Hospitalis, nullum Altare, vel Campanile habere, nullam Ecclesiasticam immunitatem, ejus bona habere pro ejus litibus judices laicos addit, Officiales ab ipsis Confratribus deputari in alienarionibus bonorum, & Contractibus Hospitalis nullam solemnitatem adhiberi, quæ adhibenda est cum bona Ecclesiastica distrahuntur. Fuisse à principio fundatam à laicis, & à tempore innumerabili esse eos in quasi possessione omnes actus exercendi sine Episcopi authoritate, ideòque prætendebant nullo modo ejus jurisdictioni subjacere Archiepiscopus illud visitare prætendens, ac sibi reddi administrationis rationem, allegabat omnes d. Hospitalis redditus consistere hepatis per testatorum relictis cum onere distribuendi pauperibus, & missis celebrandis, idcircò à se esse visitandum, ut videret num testatorem voluntates in aliquo frau- 23

fraudarentur, & S. Congregatio censuit Archiepiscopum posse visitare, & exigere rationes administrationis certis personis deputatis illius Hospitalis, & præsupposito reddi rationes certis personis deputatis Archiepiscopus unà cum ejusmodi personis auctoritatem habere exigendi hanc redditionem rationis, & suam sententiam dicendi.

24 Ampliatur primò conclusio: Hospitalia, & loca pia possunt ab Episcopo visitari, etiamsi illorum administratores, & Ministri laici à Principe deputentur, vel confirmentur, quia decretum Tridentin. *sessione 22. capit.8.* excipit à visitatione Episcopi illa tantùm loca, quæ sunt sub immediata Regum protectione, quæ exceptio firmat regulam in contrarium in aliis Principibus, in quibus non viget tanta ratio, quanta in ipsis Regibus propter sublimitatem dignitatis ex Text. *in capit. final. de offic. delegati in sexto*, ibi Regibus, & Reginis *capit. ne aliqui versic. illis quæ Regibus, de Privilegiis in sexto, & in extravaganti execrabilis*, §. *nos itaque de præbendis*, & quando Concilium voluit præservare jura aliorum Principum expressit, ut fecit *in sess.25. cap.9.* ibi expressis aliis, quæ ad Imperatores, seu Regna possidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes jure Imperii in dominiis suis habentes pertinent.

25 Quare cum Cives Eubini obtinuissent à Sede Apostolica gubernium Hospitalis, ut per septem Cives fieret eligendos singulis annis, & confirmandos à Duce Urbini, petiit Episcopus Eubinus sibi licere d. Hospitale libere visitare, & sub ejus nomine ea ordinare, etiam puniendo, quæ ad ejus utilitatem necessaria viderentur Sacra Congregatio respondit ex *dict. sess.22. cap.8.* licere Episcopo visitare, & ea cognoscere, & exequi, quæ judicaret necessaria, ut benè Fagnan. *in dict. cap. ad hæc, numer. 17. de Religiosis domibus*.

26 Ampliatur secundò, ut etiamsi Hospitalia, & alia loca sint sub Cura Universitatis visitari possint ab Episcopis, & ideò est Apocripha decisio Sacræ Congregationis, quando in contrarium allegat August. Barbos. quia Concilium *in dict. capit. octavo*, excipit Hospitalia sub Regia protectione, ergo includit etiam Hospitalia Universitatum, & poterit Episcopus cogere Magistros artium ad exhibenda Testamenta, in quibus sunt legata pia ab ipso solvenda, & eosdem compellere ad exequutionem, ut ait Sacr. Congregatio apud Fagnanum *in dict. capit. ad hæc, numer.19.*

27 Ampliatur tertiò, etiamsi Hospitalia, & loca pia essent munita privilegio exemptionis tamen adhuc Episcopus poterit illa visitare, & alia facere, quæ habentur *in dict. cap. 8. sess.22.* ut patet *in dict. Clementina, quia contingit*, ibi (etiam si pia loca exemptionis privilegio munita consistant) *de Relig. domib.* renovata à Trident. *sess.7. cap.15.* Fagnan. *numer.20. in dict. cap. ad hæc*, & practicatum refert cum Episcopo Pactensi, idem Fagnan. *num. 21. & 22.* & cum Rectores Hospitalis Sancti Angeli ad Nidum Neapoli peterent committi causam super visitatione ipsius Hospitalis, cum ipsi prætenderent ab Ordinario visitari non posse, à cujus visitatione, & Jurisdictione à Sede Apostolica fuerat exemptum ad petitionem Cardin. Brancaccii, qui illud reædificaverat S. Congreg. censuit causam committendam in Rota cum clausula sine retardatione visitationis ordinarii.

28 Ampliatur quartò, ut Episcopus possit visitare, non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili, vel statuto, quia in his sicut, & privilegiis expresse derogat tex. *in d.c.8.* Conc. Trid *d. sess.22.* unde procedit hoc teste Fagn. *ubi sup. n.14. in fin.* licet concurrat privilegium, & immemorabilis consuetudinis virtus, vel sententia declaratoria.

29 Ampliatur quintò conclusio, ut Episcopus sicuti habet jus visitandi Hospitalia, & loca pia, ita habet potestatem curandi, ut à suis administratoribus fideliter, & diligenter gubernentur servata forma *d. Clem. quia contingit*, & ita Trid. *sess.7. c.15.* habetur, & cognoscendi, ac exequendi omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperum sustentationem instituta sunt, ut habetur *in d.c. 8.* ex quo orta lite inter Episcopum Harnensem, & administratoris Hospitalis Sanctiss. Trinitatis super visitatione; ac statutorum reformatione, quam Episcopus facere prætendebat: S. Cong. dixit posse Episcopum visitare, & visitando statuere, quæ ad bonam administrationem pertinent, maximè quia ipsi deputati negligentes fuerant in providendis abusibus, ut benè Fagnanus *ubi suprà, numer.25. & 26.*

Ampliatur sextò, ut Episcopus possit talia loca visitare 30
singulis annis, & rationes exigere ab administratoribus talium locorum Trid. *sess.22. c.9.* quas rationes administrationis petere poterit Episcopus, non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili, quia etsi Conc. Trid. *sess.22. c.9.* simpliciter tollat consuetudinem, tamen eo decreto etiam immemorabilem sublatam esse optimis rationibus declarat S. Cong. *in una Cremonensi*, nam cum administratores fabricæ Majoris Ecclesiæ Cremonæ petiissent, an possit visitari ab Ordinario, eique rationem reddere tenerentur eorum administrationis, S. Cong. censuit, quoad caput visitationis attinet, de quo in Trid. *d. sess.22. c. 8. n...* expedire nunc procedere ad ulteriorem declarationem, quasi quod sufficiat alias falsas esse declarationes. Quod verò spectat ad caput redditionis, rationes administrationis fabricæ locum habere ultimam partem *d. sess.22. c.9.* cum
interpretatione superius data, ut Episcopus adhibitis aliis 31
deputatis, habeat votum decisivum, ut possit in sua domo jubere, reddi rationes, & convocare deputatos, ut latè Fagn. *n.34. in d.c. ad hæc*, ubi notat quod licet Concilium tollat consuetudines, non tamen tollit immemorabilem, ut *in d.c.8.* & quia *in c.9.* de reddendis rationibus dicit, quod reddantur rationes Ordinario, excepto uno tantum casu, nisi in instrumento secus expresse cautum esset.

Ampliatur septimò, ut possit Episcopus rationes exige- 32
re ab administratoribus etiamsi simul concurrant privilegium, & contrarium consuetudo etiam immemorabilis, & sententia declaratoria super ipsam lata, ut ait Sacra Congregatio inter Episcopum Cordubensem, & administratores Fabricæ ejusdem Ecclesiæ Cordubensis: ibi enim ait Sacra Congregatio, licere Episcopis non obstante consuetudine memorabili, privilegio, & sententia dict. Hospitale visitare, nam privilegium est sublatum per Concilium, sententia verò est declaratoria, quo nullum jus tribuit, quia cum simplici consuetudine à 30. annorum non possant laici administratores eximere se à redditione rationum, per tex. *in dict. Clem. quia contingit*, quæ illas tollit, sequitur Concilium *d. sess.22. c.9.* derogans consuetudini, quæ verba, ut aliqui operentur sunt intelligenda de consuetudine memorabili, ut benè Fagnan. *in d. cap. ad hæc numer.36.*

Ampliatur octavò, ut administratores teneantur librum 33
rationum deferre ad Episcopum, & in domo ejus rationes reddere, ut censuit Sacra Congregatio in causa Hospitalis Civitatis Sarzanensis, necnon in causa fabricæ Cremonensis, de qua suprà, & ibi consulta, an Ordinarius ad exactionem rationis debeat intervenire simul cum aliis deputatis solitis intervenire, S. Congregatio censuit 5. Februarii 1575. rescribens Sancto Carolo Boromeo, Episcopum cumulativè cum illis deputatis intervenire debere in computis exigendis Fagnan. *numer.40.* & sicuti cum deputatis intervenire debet Episcopus in exigendis computis ab administratoribus, ubi ita consuetudine, vel privilegio receptum est, ita in liberatione facienda de eisdem intervenire debet Episcopus, ut *in d. Cremonensi*, fuit rescriptum teste Fagnan. *in dict. cap. ad hæc, num.41.* ubi Episcopus habet votum, quod debet numerari cum votis cæterorum.

Conclusio verò suprà posita, limitatur multipliciter.

Primò limitatur in Hospitalibus erectis, vel in aliis piis lo- 34
cis, quæ sub immediata Regum protectione existunt, quia ista non possunt visitari ab Episcopo, sine illorum licentia, Tridentinum *dicta session.22. capite 8.* vel si in fundatione dictum sit locus pius non subsit Episcopo, quia tunc non poterit se intromittere Episcopus *Clementin. quia contingit de Religios. domibus*, Tridentin. *dicta sessione 22. capite nono*, & per hoc cum administratores Hospitalis Jesu Christi oppidi de Utrera Hispalensis Diœcesis à jurisdictione Ordinarii exempti, tam ex tenore fundationis, quàm ex privilegiis, & confirmationibus Sedis Apostolicæ, & cum fuisset quæsitum an dictum Hospitale ab Episcopo visitari potuisset vigore Tridentin. Sac. Congregatio censuit quod si expressum fuerit in fundatione, ne visitet Ordinarius, & id firmatum sit authoritate Apostolica, tunc non poterit ab Episcopo visitari, quia talis locus non subjicitur Concilio, ut notat Fagnan. *ubi suprà, numer.44.* verum non obstante prohibitione prædicta, si laici vel Cle-

Clerici deputati malè uterentur redditibus & eleemosynis, & id contra voluntatem fundatoris, tunc poterit Episcopus rationes exigere, & administratores compellere ad piam voluntatem testatoris exequendam, non obstante lege contraria fundatoris per Textum *in c. tua nobis, de testamentis*.

35 Limitatur secundò, in Hospitalibus, & aliis locis piis Militum, & aliorum Religiosorum, quia talia loca, neque poterit Episcopus visitare, nec rationes petere ab administratoribus tum ex jure communi, ut *in d. Clem. quia contingit, de Religiosis domibus*, tum ex Trid. *sessione 22. c.9.* quod de sæcularibus non de regularibus loquimur, & ita in una Burgensi fuit resolutum, ubi cum fuisset quæsitum an Text. Conc. *d.c.9.* comprehenderet Abbates, Abbatissas, &c. quæ monasteria sua in titulum obtinent, S.Congr. ait non comprehendi, quia Trid. loquitur in sæcularibus non regularibus, & consulta S. Congregatio an Abbates, & Abbatissæ & Præpositi Regulares, qui habent liberam administrationem suarum Ecclesiarum ex immemorabili consuetudine tenerentur reddere rationes fabricarum suarum Ecclesiarum Episcopo vigore decreti *sess.22. c.9.* respondit non teneri, de qua re D. Fagn. *in d.c. ad hæc, numer.48.*

36 Verùm hoc non procedit in Hospitalibus Religionis B. Joannis Dei, quia non solùm Hospitalia, sed etiam Religio ipsa, tum ex lege fundationis, tum ex Apostolicis constitutionibus subjicitur jurisdictioni Ordinarii loci, & fratres tenentur singulis annis eidem Ordinario reddere rationem administrationis Hospitalium, ut benè Fagn. in *cap. tuarum, numer.25. de Privileg.* ubi latè agit de exemptione Regularium à jurisdictione Ordinariorum, & cum proposuisset subjici Ordinario Fratres Joannis Dei, & teneri reddere rationem Hospilitatis, subdit tamen *in vers. novissimè*, quod fratres prædicti jactant se obtinuisse responsum quod Fagn. putat subreptitium à Sac. Congregatione Regularium, sub die prima Octobris 1637. in quo responso habetur non posse Ordinarios locorum procedere contra Fratres prædictos, degentes intra claustra, vel extra ita notorios delinquentes, ut populo scandalosi sint, de qua re videatur Fagnanus *in d. c. tuarum, numero 33. & 26.*

37 Tertia conclusio: Hospitale ædificatum, vel ordinatum sine authoritate Episcopi non efficitur Religiosum, vel Ecclesiasticum, & sic non subjicitur visitationi, & jurisdictioni Episcopi Diœcesani, sic colligitur ex Text. *in dicto cap. ad hæc de Religios. domibus*, à contrario sensu, & sic Hospitale fundatum sine authoritate Episcopi, est merè profanum Bald. *consil.319. lib.5. & l.3. consil.50.* Gab. *consil.121.* Paulo de Castro *consil.351. lib. 1.* Romanus *consil. 477. ubi numer.15.* infert Cons. Calder. 23. *sub titulo de testament.* Rota apud Farinacium *decis.30. part. 2.* Fagnanus *in dicto capite ad hæc, de Religios. domibus, numer. 51.* qui ampliat etiamsi talia loca, & Hospitalia sint cum Oratorio, & licet possit aliquis in sua domo eligere Hospitale etiam sine authoritate Episcopi, dummodò ibi non erigat Capellam cum Missa, &c. & possit etiam deinde sua authoritate, sicuti erexit ita destruere, & ad alium usum convertere, tamen eo mortuo, non poterit hæres, vel alius res illas ad usum pium destinatas ad profanos convertere ex regula Text. *in auth. de Eccles. titulis, §. si quis ædificationem*, & ita ait S. Congregatio apud Fagnan. *ubi supra, numer.53.*

38 Ampliatur conclusio, ut ad solicitudinem Episcopi pertineat videre, inquirere, & visitare ne bona Hospitalis, vel loci pii deputata ad usum miserabilium, consumantur; cum præsertim bona præsumantur provenisse ex eleemosynis fidelium, ita Federicus de Sen. *cons.11.* unde cum quidam testator jussisset, ut ex suis bonis erigeretur Hospitale, in quo exerceretur pauperum Hospitalitas à duobus hominibus de dicta Universitate, huic administrationi præficiendis, & cum prætendisset Cardinalis Boromeus illud visitare, transmisit Monitor. Administratoribus, ac recusantes, & appellantes ab excommunicatione, & scripturarum sequestratione, quibus propositis in S. Congr. fuit responsum, Hospitale illud esse privatum, posse tamen ex decreto Conc. *in d. sess.22. c.8.* visitari ab Episcopo, corrigi, & reformari in illis tantùm, quæ ad observandam voluntatem fundatoris pertinent, ut benè Fagn. *in d.c. ad hæc, n.56.*

39 Limitatur tertiò, quoad rationes administrationis exigendas, quia licet Hospitalia, & alia loca pia sine authoritate Episcopi construantur, quo casu sunt privata non autem Religiosa, seu Ecclesiastica, tamen quia sunt loca pia, potest Episcopus ab illorum administratoribus rationes administrationis exigere, non quidem de jure communi, sed ex Conc. Trid. *sess.22. c.9.* ubi generaliter loquitur, & excipit tantùm casum, cum in fundatione cautum est, ut Episcopus non possit rationes administrationis exigere, & ita S.Congr. rescripsit apud Fagn. *n.57.*

Limitatur secundò, non procedere quando ex lege fundationis Episcopus esset exclusus à facultate exigendi rationes, quia talem fundationem Concil. *d. sess.22. cap.6.* non exclusit, ut ait S. Cong. apud Fagn. *n.58.* 40

Limitatur tertiò, ut si administratores Hospitalis, vel alterius pii loci etiam fundati sine authoritate Episcopi, essent negligentes in exequenda pia voluntate fundatoris, aut infideliter administrarent, possit Episcopus administratores exigere, eosque compellere ad exequendam voluntatem testatoris, etiamsi fundator hoc prohibuisset, ut *in c. tua nobis de test. & in auth. de Ecclesiast. tit. §. si quis autem pro redemptione*, & ita sæpius declaravit S. Congreg. apud Fagn. *ubi sup. n.59.* 41

Quod si peras quam pœnam incurrant administratores, qui Ecclesiarum, Hospitalium aliorumque locorum piorum redditus, convertendos in pauperum alimenta expendunt in usus proprios, & subripiunt? Resp. incurrere in excommunicationem, quamdiù redditus quos occupaverint integrè restituerint, & deindè à S. Pontifice absolutionem obtinuerint, ut habetur in Trid. *sess.22. c. 11.* & si fuerit patronus, qui usurpat fructus jurispatronatus ultra pœnas prædictas privabitur jure patronatus, & Clericus, quia ad hoc consenserit eisdem pœnis subjicitur, & quibuscumque beneficiis privabitur, & inhabilis fit ad alia beneficia obtinenda, & à suorum ordinum executione suspendi debet, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem arbitrio sui ordinarii, & tales usurpantes fructus bonorum Ecclesiæ in suos usus convertentes incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Barb. in Trid. *d.c.11. ubi n.3.* ait, usurpantem jurisdictionem uti sibi propriam incurrere has pœnas. Secundò, ait etiamsi beneficium sit vacans occupantem fructû illius has pœnas incurrere. Tertiò usurpatum distributiones etiam hanc pœnam incurrere. Quartò usurpantem glandes, olivas, silvas, cæduas, uvas, decimas, pensiones, &c. incurrere in censuram Trid. *d. c.11.* & Bullam Cœnæ, non ita si quis usurpet fructus bonorum, ad quorum titulum Clericus sit ordinatus, quia cum isti fructus non competant ratione beneficiorum, dici non potest in hanc excommunicationem incidere, ut benè Barb. *ibi.* Quod si Rectores Hospitalis, vel alterius Pii loci tales fructus bonorum Ecclesiæ expenderint pro emenda Annona universitatis, tunc erunt admonendi, ut de cætero cautiùs agant, & à similibus se abstineant, non verò ut incurrant hanc excommunicationem, ut benè Fagn. *in d.c. ad hæc, n.61. usq. ad fin.* 42

Quod si monasteria Regularium ad statum sæcularem putà ad Arces, Castra, &c. reducantur sine authoritate Sedis Apostolicæ, ut pluries contigisse refert Fagn. *in c. inter quatuor de Relig. domib. & in c. relatum, ne Clerici vel Monachi, à n.21. usq. ad n.42.* tunc possunt declarari excommunicati, imò refert ibi Fagn. Bullam Innoc. X. supprimentis plura Monasteria Regularium, & totam suppressionis Historiam ad quam se remittit, idem Fagn. *in d. c. inter quatuor in fin. de Relig. domib.* 43

Tandem observo, quod administratores locorum piorum, ad ea etiam tenentur ad quæ tenentur tutores, quia isti tutoribus, & curatoribus æquiparantur, ut ait text. in *Clem. quia contingit de Relig. dom.* & tales administratores piorum locorum tenentur reddere rationem Episcopis suis, nisi vigeat consuetudo contra Grat. *c.395. n.3.* de qua re Ursill. *in verb. administratores, concl.56. à n.35.* Primò obligatus ad redendum rationes ante illum redditum, si ad Ecclesiam confugiat ab ea extrahi poterit, nec prætextu immunitatis defendi poterit Muñoz de Escob. *in tract. de Ratiociniis c.4. n.6.* ubi hoc tam de publicis, quàm de aliis administratoribus statuit, quod sequitur David Doring. *in Biblioth. Jurecons. in verb. administrator fol.607. in fin.* 44

ARTICULUS II.

Coram quo judice administratores piorum locorum teneantur reddere rationes suæ administrationis.

45 RESpondeo hujus Articuli decisionem dependere à Tridentino *sess.22. de reformat. cap.9.* ubi habetur administratores, tam Ecclesiasticos, quàm laicos Fabricæ cujuscumque Ecclesiæ etiam Cathedralis, & Hospitalis, confraternitatis, eleemosynæ, Montis Pietatis, &c. & quorumcumque locorum piorum teneri singulis annis reddere rationem administrationum Ordinariis suis, consuetudinibus quibuscumque in contrarium sublatis, nisi tamen contrarium dispositum fuisset in fundatione dicti loci pii; quod si ex consuetudine, aut privilegio sit dispositum aliis reddendam esse rationem, tunc cum illis debet adhiberi Ordinarius, alias factæ liberationes dictis administratoribus minimè suffragantur, ita Paulus Fusc. *lib.3. de visitat. cap.13. numer.27.* Guttierez *Canonic. qq. lib.1. cap.35. num. 19. cum seqq.* Flores de Mena *l.2. quæst.21. numer. 180. cum pluribus seqq.* Ricc. *collect.714.* Grat. *cap.395.* Gonzalez *in regula octava Cancellariæ* Glossa *5. numer.45.* & Gloss. *29. numer.3.* Marta *de jurisd. part.2. cap.18. numero 8. 9. & 10.* Salgad. *de protect. Regia, tom.1. part.2. cap.11. per totum,* Rota *decis.355.* Barb. *de potest. Episcopi, part. 3. alleg. 75. numero 57. cum seqq.* & in Trid. *sess.22. de reform. c.8.* aliter verò practicatur Neapoli ad vitandas inconvenientias, & absurda quod non esset dicendum: absurdum esset, quia Episcopus si cogeret ad solvendum laicos non posset molestare.

46 Quod ampliatur, ut etiam Episcopis capitulum atque Canonici teneantur reddere rationem administrationis Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, nisi constiterit ex institutis, & ordinationibus, non posse ordinarium se intromittere, ut refert decisum Armendar. *in additionibus ad leges Navarræ, lib.1. tit.17. l.7. de Episcopo, numer.78. vers. item, & rationem,* imò visitare Fabricam Ecclesiæ posse solum Episcopum dicit fuisse decisum Garsia *de Beneficiis, par.3. cap.3. numer.198.* & Fabricarum redditus posse Episcopum expendere pro suo arbitrio dicit Garsia *dict. part.3. capit. 4. numer.198.* idem notat Vvamesius *in constit. 16. numer. 19.* ex antiquo jure desumpta, & per Conc. Trident. innovata, ubi etiam affirmat illa verba (*donec coram Ordinario eodem, &c.*) non eò tendere, ut semper removeri possit Ordinarius quoties fundator expressim vetuit Episcopum se intromittere, quia efficere non potest testator, vel fundator, ut leges in suam dispositionem influant, & locum obtineant *l. nemo potest, ff. de legat.1.*

47 Notat benè idem Stephanus Vvamesius *dicto loco, num. 23.* competere generaliter Episcopis jus visitandi, corrigendi, & rationes audiendi ab administratoribus Ecclesiarum & piorum locorum, & hoc omni casu, tribus tamen exceptis.

Primus est quando Hospitalia, & loca pia sunt immediatè subjecta protectioni Regum Barbos. in Tridentin. *session.22. capite octavo, de reformatione, numer. 27. cum sequent.*

Secundus casus est quando in ipsa fundatione per ipsos fundatores laicos ex consensu Episcopi, vel alterius Superioris Ecclesiastici expresse cautum est ne Episcopus interveniat, vel ne administratores teneantur suas rationes Episcopo dare, de quo idem Barbos. *numer.27.* & in hoc sensu interrogatur Sacra Congregatio an stante prohibitione in fundatione Hospitalis, quod Ordinarius non possit se intromittere in illius visitatione, nihil possit Ordinarius visitare, censuit non posse Barbos. *dicto capite 9. numer. 8.*

Tertius est casus, quando fundator laicus adhuc vivit, & suæ fundationi authoritatem Episcopi, vel alius Superioris non adhibuit, quia tùnc nihil potest Episcopus prætendere, quia negotium est in manibus Episcopi, seu fundatoris Barb. *d.c.9. n.8.*

Sic posse Episcopos, & ejus Visitatores recognoscere horrea publica, quando sæcularium Magistratuum magna est negligentia in administratione, ut dicunt Guttierez *Canonic. lib. primo, capite 37. numer. 38.* Parlador. *different. 9. §. tertio, numer. septimo,* Escobar *de ratiociniis, p.1. cap.7. numer.51.* Cevall. *q.897. numer. 588. cum seq.*

Unde infertur Montes Pietatis, Confraternitates, &c. posse Episcopos visitare, dicunt Doctores cum Gaetano in *Opusculo, de Monte Pietatis,* Bernard. Busto *in defensor. Montis Pietatis,* Sotus *de justitia, lib.6. quæst. 1. artic. 6.* Ludovic. Lopez *in instructione cas. conscientiæ, part.2. capit.59.* Medin. *in Cod. de restitut. cap. de casu simili, quæst. 10.* Petrus Gregorius *de Republ. lib.13. cap. 16. à numer. 9.* Bañez *2. 2. quæst.78. artic.4.* Salon. *2. 2. quæst.78. articul. 2.* Nav. *in titul. de usuris, numer.19. & in Manual. capit.17. numer.213.* Card. Toletus *in summa, lib.5. cap.38.* Perez *de Capellaniis, lib.1. capit. 13. 40. in verb. Montes Pietatis,* Ugolinus *de potestate Episcopi, capit.24. §.1. numer. 4.* Salas *de contract. in titulo de usuris, dub.33. numer. 3.* Bonacina *de contract. disput.3. quæst.3. puncto 12.* Molina *de justitia, tract.2. disput.325.* Lessius *lib. 2. de justitia, capite 2. dubio 23.* Rebell. *de obligat. justit. part.2. lib.8. quæst.23.* Paulus Comitulus *lib. 3. responsorum, quæst. 35.* Bartol. à Sancto Fausto *parte 1. disputat.7. de Monte Pietatis,* Pasqualigus *resolut. moral. de Monte Pietatis,* per plures resolutiones. 48

Infertur secundò, quod Episcopus etiam extra visitationem, & in casibus à jure non expressis potest eleemosynas Montis Pietatis, sive charitatis, & loca omnia quomodocunque nuncupentur etiamsi cura illorum ad laicos pertineat, & etiamsi sint exempta ex officio suo cognoscere, & exequi, prout ea omnia quæ ad Dei Cultum, & animarum salutem, seu pauperes sustentandos sunt instituta, necnon Episcopo licitum est exigere rationes ab administratoribus eorum locorum merè laicorum, & privatorum generaliter absque ulla distinctione, & quando ex privilegio, vel consuetudine, vel aliqua alia constitutione, aliis reddenda esset ratio, eisdem reddenda est adhibito cum illis Ordinario, nisi in fundatione cautum esset aliter, nempè quòd rationes, nec Ordinario reddendæ essent Barb. in Trident. *sess.22. de ref. c.9. n.10.* 49

Infertur tertiò, benè fuisse dispositum per Pauli Quinti Constitutionem, dispositionem pecuniæ Montis Pietatis non posse in alios usus fieri, quàm in usus pauperum in ipsorum Montium erectione præscriptos, absque Sedis Apostolicæ licentia, sicut etiam dispositio frumenti, vel quæcumque alia fieri non debet, nisi servata forma erectionis; declaravit Sac. Congregatio sub die 14. Februarii 1631. 50

Infertur quartò, quod cum in Tridentin. *ubi suprà,* dicatur, & quorumcumque locorum, ideò intelligitur sive sint loca publica, sive privata, sive Ecclesiastica, sive sæcularia, ut refert decisum Armend. *in l.7. de Episcop. num. 78.* Barb. *alleg.75. numer. 58.* & sic piorum locorum etiam exemptorum administratores tenentur reddere rationes, quod reddere teneantur aliis, tunc cum illis adhiberi debet Episcopus, qui quoties in dicto actu ad rationem computorum adhibetur in condemnatione, vel absolutione unicum votum habere dicit fuisse decisum Armend. *ubi sup. numer.78. vers. item & administratur.* Quare est absolvendo vel condemnando administratores piorum locorum ordinarium habere votum sicut cæteros deputatos, & ejus votum debere numerari cum aliis, ita ut major pars votorum absolvat, vel condemnet decisum refert Armend. *ubi supra, numer.79. & lib. 4. tit.29. l. 2. §.1. de Hospitalibus, numer. 10.* 51

Ampliatur ut Episcopus possit exigere rationem administrationis ab administratoribus etiam locorum, quæ sunt sub immediata Regum protectione, vel etiam ex Apostolico privilegio etiam ante Concilium exemptorum à quacumque jurisdictione Ordinarii, quia tale decretum de reddendis talibus rationibus, non excipit loca Regiæ protectionis, sicuti illa exceperat Trid. *dicto cap.8. ejusdem sess.* in simili materia scilicet quoad visitationem, ut fuit decisum in Sacra Congregatione *in una Neapolitana 11. Augusti 1618.* 52

Amplatur, ut singulis annis sint reddendæ rationes ab administratoribus locorum piorum, imò pluries in anno possunt repeti per Episcopum præsertim, quando Episcopus noverit illas dolosè redditas fuisse, vel quando redditio non fuit finalis, & plena cum restitutione reliquorum, Ricc. *in praxi rerum Ecclesiasticarum, resol. 534. in secunda editione,* de qua Barbosa *allegatione 75. numer. 63.* 53

Limitatur: non tenetur reddere rationem, neque Episcopus, vel Capitulum illas accipere teneatur tempore 54 quo

quo recitantur divina Officia, ac horæ Canonicæ, sic decisum refert Armend. *lib.7. de Episcopis*, *numer.79.* Garsia *in additionibus*, *ad tractat. de benefic. part.3. cap.2. num.* 568. Neque tenentur reddere rationem Abbates, Præpositi, & Abbatissæ regularem vitam ducentes decisum refert Armend. *ubi suprà*, *numer.* 29. neque tenentur administratores Monaster. decisum refert Armend. *ubi sup. numer.*78.

55 Ampliatur ut hac facultate exigendi computa à talibus administratoribus succedat Capitulum, Sede vacante, ut ait Quaranta *in Summa Bullarii*, *in verb. Cap. vers.7.* Zerola *in praxi Eccles. dec.3. in verb. Capitulum*, §.9. quibus Barbos. *d.alleg.75. n.61. in fin.*

56 Ampliatur, ut exequutio adversus administratores locorum Piorum condemnatos juxta Trid. *sess.22. de ref. c.9.* competat soli Ordinario, etiamsi reddita sit ratio aliis, unà cum Ordinario, quia ad solum Ordinarium spectabit executio, ut refert decisum Armend. *dict. libr. 4. titul.* 29. §. 1. *de Hospitalibus*, *numer.4.* sed Neapoli non practicatur.

57 Ampliatur, ut Episcopus, Notarii, & alii Officiales nihil possint recipere emolumenti in receptione administrationis, quæ fit singulis annis ab illis, quibus commissa est redditio administrationis, quamvis etiam ante Concilium fuissent soliti recipere talem administrationem unà cum emolumentis prædictis, ut decisum *in una Gerundensi*, refert Barbos. *d.c.9. nu.23.*

58 Ampliatur, ut Episcopus possit excommunicare fratrem Cappellanum Religionis Jerosolymitanæ, qui administravit redditus Ecclesiæ Parœcialis sæcularis, si ab Episcopo citetur ad reddenda computa, & non compareat, ut decisum fuisse in Vulturarien. 7. Septembris 1630. refert idem Barb. *d.c.9. n.25.*

59 Ampliatur, ut exequutores ultimarum voluntatum nihil dare debeant Episcopo sive ejus Officialibus pro causa laboris in recipienda ratione administrationis bonorum testatoris, nec illi quicquam exigere possunt etiam stante consuetudine exigendi quatuor denarios pro singulo scuto, ut decisum *in una Barginonensi*, *& Gerundensi*, refert Barb. *nu.26.*

60 Limitatur, ex verbis Concil. *dict. c.9.* ibi, (*nisi secus forte in institutione*,) quando Ordinarius fuit à testatore exceptuatus putà, si dixerit testator, ut Ordinarius non possit se immiscere in reddendis rationibus ipsorum administratorum, scilicet quando id fuerit dispositum in institutione, & ordinatione loci Pii, ut benè Gonzalez *in Regula 8. Cancell. gloss.5. numer.* 35. *& gloss.29. numer.1.* Marta *de jurisdictione*, *part.2. cap.19. numer. 6.9. &* 10. Rota *dec.33. part.2. recent.* Stephanus Uveimes *constit.16. num.* 19. ubi intelligit, quando in ipsa fundatione per fundatores laicos ex consensu Episcopi, vel alterius superioris Ecclesiastici expresse cautum est ne Episcopus interveniat, vel administratores non teneantur in suis rationibus adhibere Episcopum, id enim declarant verba Concil. *dict. c.9.* quia id possunt expresse cavere fundatores ex speciali consensu Ordinarii, ne contingat laicos retrahi à fundationibus Piorum locorum, ut latè Franciscus Carpius *de exequutore testamentorum*, *lib.1. c.22. n.69.* ubi dicit, dispositionem hujus decreti in verbis, ibi non habere locum in illis casibus in quibus Episcopus se intromittere potest, veluti data negligentia exequutorum Barbos. *allegat.* 82. *numer.39.*

61 Ampliatur, ut possit Episcopus etiam extra visitationem, & in casibus à jure non expressis exigere rationem administratoris locorum Piorum, & privatorum, & generaliter sine ulla distinctione, & quando esset reddenda ratio aliis ex privilegio, vel alia constitutione, tunc reddenda etiam esset adhibito cum illis Ordinario, nisi in fundatione contrarium cautum esset, scilicet quod rationes Ordinario reddendæ non essent, ut decisum refert Marta *part.2. de jurisdictione*, *cap.18. numer.6.* Barb. *d. cap.9. numer.28.* Trident. *sess. 22. de reformatione*, *cap.* 10. ubi habetur, quod cum ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum litium occasio oriatur decrevit sancta Synodus posse Episcopos quoscumque Notarios etiamsi Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerunt, etiam tamquam Delegatos Sedis Apostolicæ examinatione adhibita eorum sufficientiam scrutari, illisque non idoneis repertis, aut quandocumque in officii delinquentibus punire, neque eorum appellationem suspendere interdictionem Ordinariorum: de qua re Barbos. *in Trid. d. sess.22. c.10. de refor.* ex quibus omnibus.

Infertur jus visitandi loca Pia competere Episcopis vigore Trident. *sess.22. c.* 8. nisi contrarium fuisset dictum in fundatione, ut Episcopus non se intromitteret in visitatione, ut decisum refert Reg. de Mar. *tom.* 1. *cap.* 339. quia locus pius non dicitur, nisi Ordinaria authoritate sit erectus Marta *part.4. centur. 2. casu* 113. *numer.* 23. à tergo, in casu nostro non intercesserit authoritas Ordinarii, sed expresse dictum sit ne se intromitteret Episcopus, ideo non erit locus Ecclesiasticus. Quod si dicas nullum posse facere, ut leges in suis dispositionibus locum non habeant, *l. nemo potest*, *ff. de legatis* 1. Reg. de Mar. *tom.1. cap.224. numer.8. cum seqq.* ubi fundat non posse patronum statuere, ut Episcopus in ejus jure patronatus non se intromittat, & adducit Rotam Romanam *in decis.4. in tit. de testament. in antiquis*, respondeo enim diversum esse in jure patronatus, in quo militat diversa ratio, cum illud sit spiritualitati annexum *cap. de jurepatronatus*, & sic uti tale non potest fundator aliquod in ejus fundatione contra jus disponere, militat ergo diversa ratio. Verum tamen est quod in casu proposito potest Episcopus Hospitale modo quo suprà erectum visitare, corrigere, & reformare saltem in illis, quæ ad fundatorum voluntatem servandam pertinent, & hoc declaravit Sac. Congregat. super decreto Tridentin. *ubi suprà*, Reg. de Marin. *ubi suprà*, qui ampliat, *ubi suprà*, *numer.7.* ut possit Episcopus visitare confraternitates laicorum in Ecclesiis regularium, quod idem dicit Reg. de Marin. *dict. cap.339. num.7.* qui *numer.8.* ait Episcopos vigore prædicti decreti posse visitare talia loca etiam extra visitationem, decrevit eadem Sac. Congregat. *apud eundem*. 62

Quod verò pertineat ad Episcopum rationem exigere administrationis locorum piorum de quibus *suprà* ultra supradicta probatur authoritate plurimorum Doctorum, jurium tum civilium, tum etiam Canonicorum. 63

Primò quidem jure civili per Text. *in auth. de Sanctissimis Episcopis*, §. *Occonomos*, *collat.9.* Oeconomos autem, & Xenodochos, Nosochomos, & aliorum venerabilium locorum Gubernatores, & alios omnes Clericos jubemus coram Episcopo conveniri ad tales rationes reddendas, quod si putaverint se gravatos post repetitionem, Metropolitanus causam examinet ubi Gl. *in verb. repetitionem*, exponit, id est redditionem, quia antequam appelletur, mandatur in exequutionem prima sententia, & facit pro Glossa Text. *in dict.* §. *Oeconomos in fine*, ut benè Maranta *part. 6. in titul. de appellat. numer.*187. ubi ait quod si administrator loci pii, fuerit condemnatus ad reddendam rationem, & appellaverit, possit interim judex constringere ad reddendas rationes, ut benè Manfredus *de attentatis*, *lib.2. pract. concl. conclus.*112. Lancellottus *de attent. limit.*19. Scaccia *de appellat. d.* 17. *limit.29.* Ruginell. *de appellat.* §.2. *cap.3. n.* 96. Barb. *in Trident. sess.22. de reformation. cap.8. num.* 12. quod idem ampliat Salgadus *de Regia protect. tom.* 1. *part.2. cap.11.* in administratoribus etiam profanarum causarum, ut sunt Tutores, Consules, Rectores Civitatum, Villarum, & similes, quia si fuerint condemnati, & appellaverint appellatione pendente contra eos exequitur Salgad. *ubi suprà*, *numer.6.* quia omnis administrator jure divino, & humano tenentur reddere rationem juxta illud Luc. c.6. *redde rationem villicationis tuæ*: cujus meminit Summus Pontifex *cum cap. qualiter*, *& quando de accusationibus*, & patet ex *cap.* 1. *de obligatis ad ratiocinia*, Menoch. *centur.2. casu* 109. Escob. *cap.3. de ratioc.* & dicunt nostri, quod etiamsi Summus Pontifex, fuisset administrator eodem jure teneretur Boerius *quæstione famil.*15. Joseph. Ludovicus *decis.* 4. *numer.4.* Romanus *consil.414.* Decius *consil.90.* qui ait quod appellatio non datur à sententia lata pro observantia, & conformitate jurium, argum. *cap. consuluit*, *il Terzo*, *de appellationibus*, quia esset appellare potius à legum dispositione, quàm à sententia Judicis, quod fieri nequit *l. fin.* ubi Bart. & alii *ff. de appellat.* & hoc est quod dici solet, durum est contra stimulum calcitrare, ut ait Christus Dominus Saulo Act. Apostolorum *cap.9.* Guttier. *pract. quæst. cap.37.* Escob. *ubi suprà*, *c.4.* Avendan. *de exequendis mandatis*, *part.2. cap.12. numer.* 37.

Scac-

Scaccia *dec.17. de appellation. limitat.29.* Cavalcan. *de tutore, numer.113. & numer. 122.* Marches. *de commiss. part.1. cap.16. numer.69.* quod limitant cum Salgado *numer.34.* quando negatur ab administratoribus se tales fuisse, quia tunc si condemnentur datur appellatio, & ea pendente suspenditur executio. Secundo limitatur in Personis, quæ accusantur ab administratione, de quibus Escobar *cap.5. numer.26.* Salgad. *num.36.* an verò detur appellatio à calculatorum sententia disputant Escobar *cap.31. de ratioc.* & Salgad. *part.2. tom.1. cap.9. numer. 37. cum seqq.* Illa verò sententia, qua Ordinarius, vel alius Judex profert adversus aliquem administratorem de reddenda ratione, definitiva non est, imò interlocutoria, ut dicit Escobar *ubi suprà, capit. 4. numer. 3.* quoniam hæc non definit negotium principale, sed solùm principiat cum alia, expectet post se, propterea non datur appellatio.

64 Probatur secundò, per Text. *in l. omnes qui 31. §. hæc nihil, Cod. de Episcopis, & Clericis*, ubi habetur Oeconomos in causa Ecclesiæ conveniendos coram Ordinario Doctores *in l.2. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis*, quis autem dicatur Oeconomus tradit Bonacossa *in verbo Oeconomus comm. opinion. libr.1. tit. de Episcopis, & Clericis, numer.10.* Barbos. *de jure Ecclesiastico, lib.1. cap.46. à num. 5.* ubi *num.8.* agit de officio Oeconom. & *numer. 9. cum seqq.* agit de Oeconomis alienantibus res Ecclesiarum in casibus prohibitis, quas pœnas incurrant, & *num.12.* ait, quod Oeconomi coram Episcopo rationem Oeconomiæ reddere debent, & per Textum de quo *suprà*, ait Gregorius Lopez *in l. 61. gloss.1. tit.5. part.1.* quod Oeconomus debet constitui ab Episcopo, sed cum consensu Capituli, quando Prælatus vellet constituere Oeconomum generalem, qui omnia negotia gerat, tam in judicio, quàm extra, quia hoc potest computari inter ardua, & Gloss. disputat an Oeconomus Ecclesiæ; & Episcopi debeat esse Clericus, & concludit quod eo casu, quod Oeconomus non habet jurisdictionem in Clericos, seu præeminentiam in rebus Ecclesiasticis, sed tantùm ad temporalia, & bona ruralia Episcopatus constitui poterit laicus, ita Barb. *tit. C. de Episc. & Clericis.*

65 Probatur tertiò, quia cum Romæ fuisset disputatum an Patres Visitatores Apostolici possint Universale Hospitale, & Ecclesiam sancti Jacobi, & Ildefonsi inclitæ Nationis Hispanorum de Urbe facultate sibi tradita, visitare; aliquibus videbatur dicendum quod non, quia est tale Hospitale sub immedita Regis protectione ex insigniis, & armis quæ continet, dicebant alii oppositum, quod possit, quia licèt sit Hospitale fundatum authoritate Regia, tamen est in Urbe Romæ, & sic in Regno Papæ, sicque Concil. *sess.22. cap.8.* loquens de Hospitalibus immediatè subjectis de illis loquitur, quæ sunt in territoriis Regiis, ut benè observat Pignatell. *contr.116.* qui *num.15.* ait idem fuisse decisum cum aliis pluribus Hospitalibus. Idem Jacobus Pignatell. *consultat. 303. per tot.* quærit an Episcopo, seu potiùs Custodibus, sive communitati sæculari liceat visitare, & administrationem revidere Montis Pietatis erecti ad effectum, ut singulis annis frumentum pauperibus, aliisque indigentibus Personis mutuo detur, cujus quidem Montis administratio consuevit dari laicis, respondit sacra Congregatio licere Episcopo visitare, & prævidere, ita tamen exclusos esse Custodes, sive Communitatem sæcularem, ita declaravit S. Congr. Concilii in una Fulginatensi 24. Febr. 1652. ad Text. *sess.22. de reform. cap.8. & 9.*

66 Probatur quartò, quia ille qui habet fori rationem non gaudet eadem in redditione rationum, & reliquorum solutione ita Escobar *de ratiociniis, c.7. numer. 56. & 57.* Gratian. *decis. Marchiæ 180. numer.6.* Idem sequitur Pasch. *part.2. de patria potestate, c.ult.* Paulum *in divers. juris communis, & Regni, gloss.16. part.2.* Capiblanc. *super Pragmatica 8. de Baronibus, cap. 44. numer.4.* Torus *in compendio juris Regni in verbo rationes, tom. 2.* Caputus *de regimine publ. cap.7. num.14.* & *cap.26. §.10.* ubi dicunt, quod variatio fori locum non habet in redditione rationum; sequitur Consiliarius Roccus *tom.1. notabil. ultim. in fine operis*, sequitur Paschal. *ubi supra, cap.2. in fine, secunda parte.* Ratio est quia propter administrationem reddendam, quis conveniri debet ubi fit administratio, quia ibi sortitum forum, ubi administravit *l. Prætor, §. is etiam, ff. de edendo*, ubi Argentarius sortitur forum in edendis rationibus in loco administrationis, & hoc procedit sive administratio sit publica, sive privata, quia ibi potest facilius, & plenius veritas inveniri, tam per testem, quàm per instrumenta *leg. prima, & secunda, C. ubi de ratiocin.* agi oporteat ubi Bart. Bald. & Salicetus, & ita in Senatu Genuensi decisum fuit, in quodam negotiorum gestore, ut ait Gratianus *decis. Marchiæ 180.* sic dicit Avendanus *de exequendis mandatis cap. 1. num. 16.* quod poterit etiam conveniri extra locum administrationis, dummodo libri, & cætera actorum instrumenta transportentur expensis, & periculo Actoris petentis rationem reddi extra locum administrationis Paulus de Castro *l. Prætor ait, §. sed hæc constit. ff. de edendo*, Simon de Petris *consil.154. n.2. l.1.* Escob. *c.7. n.5.*

Neque obstat Text. *in l. talis, §. priscus ff. de conditionib. & demonstrationibus*, ubi videtur totum judicis arbitrio relictum, ubinam sit reddenda ratio, quod sequitur Menoch. *casu 468.* Farinac. *decis.607. part.2. to.2.* 67

Respondetur enim hoc esse intelligendum in rationibus à liberto patrono præstandis de quibus Text. *in dict. §. Priscus*, ibi enim loquitur, ubi patronus, vel qui Reip. causa abest rationes reddere debet, quia reddere tenetur libertus patrono operas obsequiales, vel ei qui Reip. causa abest favore publico ne dominus, qui in Reip. negotiis est compellatus ad locum administrationis prædictæ accedere pro ratione recipienda ex quo publica utilitas lædi posset, quæ non solum privatæ Regiæ commoditati præferenda est, ut *in auth. res quæ, Cod. comm. legatis*, & *in l. fin. §. fin. Cod. de caducis tollendis*, ideoque arbitrio judicis hoc relinquitur, ut videat congruum, an incongruum sit administrationem ad domum talium dominorum pro reddenda ratione accedere; in aliis autem regulariter rationes in loco administrationis sunt præstandæ, ac defungendæ, ut in juribus supracitatis, & ita intelligitur Vulp. *in dict. §. Priscus*, quamvis dicit, quod si rationes alicui Magnati præstari debeant, administrator illa reddere tenetur in domo ipsius Magnatis, & ita tenet Otalora *de Nobilitate, part. 5. cap. ultim. numer.16.* non 68
tamen rationes præstare deberet Magnati stanti & habitanti in fortilitio, sed demum administratore petente domus Consilii Civitatis, vel Villæ, ubi Dominus esset pro ratione reddenda, & ita decisum refert per DD. supremi Cons. ut ait Avendañus *de exequendis mandatis, par.1. c. 9. numer.4.* ut latè Novarius *de electione fori, quæst. 134.* 69
sicuti videmus quod Clericus à judice laico facto depositarius, si à manu ejusdem recepit bona depositata, potest ab eodem judice cognosci, & compelli ad res depositas exhibendas ex Baldo *in l. acceptam, numer.6. Cod. de usuris*, Saliceto *in dict. l. acceptam, num.1.* Afflict. *dec.24. n. 3.* Franciſc. Marcus *dec.1069. p.1.* Maranta *in pract. par. 4. d.11. num.62.* Bobadilla *in Politica, lib.2. cap.18. num. 130. cum sequent.* quos allegat Rovit. *decis.20. à numer. 30.*
cujus ratio est, quia inter Clericum depositarium, & tutorem, vel curatorem bonorum pupilli proceditur via exequutiva contra depositarium, sed contra tutorem via ordinaria ad computa & reliquorum restitutionem Rov. *decis.20. numer.4. in fin.* sicut in simili videmus quod si Clericus sit administrator tutelæ susceptæ à manibus judicis laici conveniri debet coram judice Ecclesiastico, pro reddenda ratione computorum, & reliquorum restitutione Rovit. *decis.20.* Præs. de Marin. *lib.1. cap.53. & cap. 177. numer.8.* Bellet. *in disquisit. Clerical. p.1. tit.3. §.1. numer. 16.* Gaball. *centur.1. casu 64.* Reg. Tappia *in constit. Regni de personis, numer.6.* Giurba *consil.96. à numer.22.* Torus *in verbis remissio, tom.2. fol.579.* Ricc. *in praxi, p.3. resol. 505.* Ambrosinus *de nullitate Ecclesiæ, cap.2. nu.54.* Ansald. *de jurisdictione, part.2. tit.11. c.28. n.59.* Marta *de jurisd. p.4. casu 148.* Diana *p.1. de Immunitate, resol.18. & part.4. tract.1. resol.39.* Carp. *de executore Testamentario, c.10. nu.40.* quidquid in contrarium Reg. Cap. Latro *consult.103.* 70

Sicut in simili judex laicus pecuniam depositam apud Clericum potest eundem Clericum, compellere ad depositum illud exhibendum Faber *lib.1. Cod. tit.3. definit. 55.* Anna *consil.127.* Genedus *collect.37. part.2. num.21.* Ciarlin. *super ritibus Siciliæ, cap.19. numer.24.* & alios refert Camillus Borrellus *in summa, dec. lib.1. in tit. de Cleric. & Sacerdotibus, numer.47.* Cap. Latro *ubi suprà, numer. 10.* Barbatus *de existentia, gloss.9. num.35.* sed non desunt qui contrarium dicant, apud Dianam *resol.21. tractat.2. par.1.* 71

part.1. Squillante *de Privil. Clericorum*, *cap*.7. *num*. 82. Bonacina *tom*.3. *disp*.... *quæst*.16. *sect*.1. *punct*.5. *numer*.19. Joseph de Januario *resol*.59. *numer*.27. *in fine*, Joseph. Vela *dissert*.45. *n*.85. ubi dicit posse judicem sæcularem jubere Clericum depositarium restituere depositum, sed judex Ecclesiasticus exequitur jussa, quod idem reportat additio Rov. *dec*.20. *nu*.30.

72 Sicut in simili si Clericus falsum deposuit coram judice sæculari non potest ab illo puniri, ut contra Gloss. *l. nullum*, *Cod. de testib.* ibi communiter reprobatum tenet Afflict. *dec*.230. Diursillus Capic. *dec*.15. *numer*.13. ubi Masullus *numer*.9. Farinac. *de Inquisitione*, *d*.8. *num*.16. Follerius *in constitutione Regni de personis*, *num*.3. & ibi Regens Tapia *numer*.7. *& in l. fin. p*.1. *c*.5. *numer*.11. *&* 12. *ff. de constit. Principum*, Pegu. *dec*.79. *numer*. 5. Torus *in Compend. verbo Clericus committens falsum*, *part*. 1. Reg. de Marin. *tom*.2. *c*.177. *numer*.12. Suar. & alii cum Guttier. *pract. quæstionum ad leges Regias*, *c*.19. *numer*.76. Cap. *dec*.143. Bovadilla *in polit. lib*.2. *cap*.17. *numer*.47. *& cap*. 18. *casu* 21. *numer*.91. Gaball. *resol. crim. casu* 161. *num*. 4. Barb. *de jure Ecclesiastico*, *numer*.1. *c*.39. §.2. *numer*.90. *&* 91. Merl. *cent*.2. *cap*.71. *num*.9. Vela *lib*.2. *dissert*.44. *num*. 55. contra si laicus deponat falsum coram judice Ecclesiastico potest ab illo Muniri Ciarlin. *lib*.1. *cap*.48. Merl. *d. cap*.71. *numer*.9. nisi judex laicus prævenisset, ut ait Afflict. *decis*.219. Ricc. *collect*. 243. quod idem dicit Anna *consil*.107. *numer*.7. nam dicit idem Ciarl. *nu*.3. quod falsitas commissa per laicum coram judice Ecclesiastico cense-
73 tur maxima, & est mixti fori, unde non solum potest puniri à judice laico, imò etiam ab Ecclesiastico, & si Ecclesiasticus prævenerit, poterit judice laico inhibere, ut testatur, idem Genuensis *c*. 10.

74 Probatur quintò, quia si Clericus administraverit tutelam alicujus; pro illius administratione conveniri debet coram judice illius pupilli, quia pro ipsi conveniri videtur, itaque coram judice competente pupillo convenitur hic Clericus, cum bene Vela *tom*.2. *dissert*. 4. quod ipsum dicit Crassus *de effectibus Clericatus*, *effectu* 1. *numer*. 48. quia tunc non attenditur persona Clerici, sed illius ex cujus persona convenitur Soccin. *in rubr. de foro competenti*, *numer*.1. *&* 13. & *cap*.1. *numer*. 51. *& seq.* quod idem dicit Caracciolus *de foro compet. quæst*.24. Visconte *in commun. conclusionibus*, Suar. *in verb. Clericus*, Marcellus de Vulpe *in praxi fori Ecclesiastici*, *cap*.45. *numer*. 260. Genuens. & alii communiter cum Sciarta *de foro comp. c*.39. *numer*.9. *& cap*.36. *numer*.20. Giurb. *dec*.25. *numer*.10. ubi additio Staibanus senior *cons*.41. *numer*.5. *& q*.161. Squill. *de privil. Clericorum*, *cap*.7. *numer*.87. Colin. *de prioribus*,
75 *part*.1. *cap*.5. *numer*.12. *&* 13. sicuti ergo Clericus convenitur, pro tutela coram judice pupilli, sic laici administratores bonorum Ecclesiæ compelluntur reddere rationem coram judice eorundem bonorum, id est Ecclesiastico, quod ipsum videmus in Clerico effecto postquam exercuit aliquod officium sæculare, quia si conveniatur pro reddendis rationibus, vel ut satisfiat Episcopo, tunc dico, quod duæ fuerunt opinionet: Prima dicebat, quod non potest petere remissio à judice Ecclesiastico, sed conveniendum esse coram judice sæculari, secundum, quam opinionem cum dicit fuisse decisum in Regno præsertim in Sac. Concil. die 20. Novembris 1577. de qua re Reg. de Marinis *c*.53. *n*.11. in causa vertente inter D. Petrum, & Franciscum Borvillum, qui cum exercuisset officium vulgò nuncupatum, *Proveditore delle Galere*, & effectus postmodum Clericus fuit per dict. Scribam portionis in Regiæ Cameræ Judice competente administrationis, & apposita per ipsum fori exceptione, fuit provisum procedendum esse ad ulteriora petita remissione non obstante: Secunda opinio tenet procedendum esse ad Judicem Ecclesiasticum, ita defendit Reg. de Ponte tunc temporis Advocatus sacri Concilii, qui pro dicto patrocinia præstitit, sed D. de Mar. *dict. cap*.53. *numer*.12. juncto *cap*.177. putat utramque sententiam probabilem, sed si quis vellet adhærere primæ sententiæ, nimirum quod ubi compilato processu appareret Clericus ipse debitor, tunc Judicis sæcularis partes erunt cogere illum non absolvere, sed simpliciter declarare quantitatem, qua debitor apparet prout in Clerico depositario, dicit Marta *de jurisdictione*, *part*. 4. *cent*.2. *casu* 104. Camillus della Rata *consil*.6. & ibi Doctores citati à Reg. de Marin. *ibid*. cum *in numer*.13. declaratione facta per Judicem securem adeundus est Judex Ecclesiasticus qui vigore illius sententiæ Clericum absolvendum contendet. Sed si Clericus relinquatur & exequitur testamenti ab aliquo sæculari, adhuc coram 76
ejus Judice Ecclesiastico comparente convenitur, ut bene Ansald. *part*.1. *de jurisd. tit*.11. *cap*.25. *numer*.16. Baldass. de Angelis *in suo prato super authent. Presbyteros*, *n*. 3. *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*, & coram ipso tenetur facere inventarium, quod procedit etiam in Episcopo relicto exequutore de Grassis *effectu primo*, *nu*.961. *&* 962. Alsald. *p*.2. *tit*.11. *c*.29. *n*.15. Imò si cum Clerico fuerit relictus exequutor etiam laicus ille conveniri etiam debet coram Judice Ecclesiastico, quod sanè procedit in casibus, de quibus ibi.

Probatur septimò, ex Ansaldo *part*.2. *de jurisdictione*, 77
tit.11. *cap*.14. qui disputando articulum utrum Confraternitates laicorum, vel artium habentium Ecclesias subjiciantur foro Episcopo, & decidendo, quod non, sed quod cognosci debent coram Judice sæculari, quia cum artes exerceant possunt accedere, & recedere quando voluerint tamen *à numer*.38. limitat dicendo, quod licet Episcopus non possit visitare dictas Confraternitates etiamsi ab ea Cappellam habeant, ubi Missæ celebrantur, tamen *num*. 35. declarat, quod Episcopus possit inquirere, & cogno- 78
scere an Confratres istorum locorum exerceant pietatis, & charitatis opera, & an relicta distribuant eis, & adducit Text. *in dicto* §. *Oeconomos authent. de Ecclesiasticis titulis*, & *in cap*.1. §.1. *de censibus*, *in* 6. & facit etiam dictum Baldi *in l. si quis ad declinandum*, §. *in omnibus*, *n*. 19. *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*, ne scilicet testatores in eorum relictis non decipiantur, quod sequitur Antonius Gabriel *de causa pia*, *conclus*.1. *numer*.12. Ansald. *c*. 14. qui *num*.42. subdit, quod in casu mortis subdit, quod subjiciuntur Episcopo pro causis spiritualibus, ut si agatur de præcedentia inter ipsos per Tridentini decretum *sess*.25. *cap*. 23. quod etiam habetur per Bullam Gregorii XIII. de qua Marta *casu* 113. *num*.2. & quoad cæteros casus Ecclesiasticos, quod in talibus causis subjiciantur Ansald. *d. c*.14.

Probatur octavò, per authoritatem Gabrielis Pereira 79
(quilibet unà cum Ansaldo, de quo *suprà* sunt libri prohibiti à Sac. Congregatione indicis propterea, quod sunt multum fautores jurisdictione sæcularium) de manu regia *part*.1. *de visitatione Hospitalium*, *& Cappellarum*, *c*. 7. *fol*.172. *à tergo*, *num*. 17. *cum seqq.* proponit dubium agitatum in Senatu Lusitano, an scilicet Moniales, vel Monachi quibus concessa erat administratio Monasterii, cogi possint reddere rationem ab Ordinario loci, an à Gubernatore, seu Priore, seu Provisore laico Monasterii, ut esset apud nos delegatus respondet fuisse decisum ab Ordinario loci, quia quando administratio datur à laico, spectat ad Judicem laicum cogere, ad reddendas rationes, ergo quando institutio administratorum spectat ad Episcopum, ut ibi spectabat, quia Moniales erant ibi subjecta Ordinario loci ad eundem spectabit redditio, & coactio ad bonorum administrationem reddendam, unà cum reliquorum restitutione, & *numer*.18. dicit Pereira, quod si Cappella, vel Ecclesia sit constructa authoritate Episcopi, tunc privativè pertinet ad eum redditionem rationum exigere, sed quando instituta est Ecclesia à sæculari facultate, tunc privativè ad Judicem sæcularem, ita Pereira *ubi suprà*, *num*.18. In quo observo quod Confraternitates institutæ, & erectæ per laicos; confirmatæ verò post aliquot annos per Ordinarium, tunc dicit Themudo *decis. Portugal*.18. 1. *tom*. quod dictæ Confraternitates sunt Ecclesiasticæ, & visitantur per Episcopos qui tenentur reddere rationes, qui consensus Episcopi potest procedere, & subsequi ergo, &c. Imò dicit Themudo *decis*. 160. quod Notarius delinquens in officio possit puniri à Judice Ecclesiastico vigore Trideut. *sess*. 22. *de reform. c*.10.

Probatur nonò, per authoritatem Theodori Thenakii 80
Jureconsulti & Comitis Palatini, & Asiæ Superioris Cancellarius, qui *in suo tractat. de regim. Ecclesiastico*, *& sæcul. lib*.3. *Class*.1. *cap*.20. *numer*.23. postquam loquutus esset de bonis Ecclesiæ ad quem finem sint destinata *num*. 21. ait quod regulariter ad Episcopum Ordinarium loci, vel qui jus Episcopale habet, pertinet revidere, & ab eodem possunt peti redditiones rationum confert Matthæus Steph. *lib*.3. *de jurisdict. part*.1. *c*.14. *numer*. 128. & Nicolaus Severard. *consil*.1. *numer*.17. *& cons*. 177. *num*.279. cujus

cujus ratio est, quia jus Episcopale definitur in sacris Canonibus, ut sui potestas Episcopo legitimè, & Canonicè electo, postulato, confirmato, investito, consecrato, atque ordinato concedens cujus varia à Canonibus constituuntur capita, de quibus Laurentius Ohman *in tractatibus, de juribus Episcopatus*, §.15. quem sequitur Joannes Girard. *in loco de Ministris Ecclesiasticis*, *sect.*5. §. 108. & sanè ad duo refertur: Primò, ad ordinem: Secundò, ad dignitatem, circa primum, scilicet ordinis potestatem refertur potestas publicè cogendi, & prædicandi verbum Dei, *cap. inter cætera*, ubi Glossa *in verbo prædicat de officio Ordinarii administrandi Sacram. cap. sicut, de consecr. instit.*1. potestas Clavium, seu ligandi, & absolvendi, *c. pervenit*, 16. *qu.*1. ordinandi *cap. perlectis*, §. *ad Episcopos*, 25. *distinctione*, investiendi *cap. præterea*, *cum sequenti jurepatronatus*, & loca sacra, & religiosa erigendi, & ædificandi *cap. Ecclesiasticos*, 16. *quæst.*7. *toto tit. extra de religios. domibus*. Secundò, ad dignitatem, seu legem Diœcesanam pertinet subjectio, & reverentia quam omnes de Diœcesi præstare tenentur Episcopo *cap. comparente*, *de officio Ordinarii administrat. rerum Ecclesiæ mobilium, atque immobilium*, *cap. sic quidam*, *cum seq.*10. *qu.* 1. & domos Ecclesiasticas protegere *cap.* 1. *& tot. tit. de Religios. domibus*, decimarum perceptione, & distributione *cap. decimas*, 16. *quæst.*7. *visitatione*, *cap. relatè*, *cum sequenti* 10. *quæst.* 1. & sumptum pro hac collectione *cap. cum Apostolis*, §. *prohibemus*, *de constitut.* sic ad jurisdictionem Ordinarii pertinet causas omnium Clericorum; laicorum verò spirituales omnes audire, ac per sententiam decidere *l. cum Clericis* 25. *C. de Episcopis*, *& Cler. c. jurgantium*, *de sententia rejudicata*, pœnarum tam Canonicarum, quàm sæcularium dictamen, *cap. Presbyteri*, *de pœnis*; suspensio Clericorum ab Episcopo, & dignitate, *cap. tuarum de privileg. & excessibus Prælatorum*, absolutio à juramento illicitè extorto, *cap. si verò*, §. *cum quidam*, *de jurejurando*, & ad statum Episcopalem referuntur tituli, privilegia, immunitates, & securitates Episcopales, ut *in titul. Codic. de Episcopis*, *& Clericis*, Laurentius Oheman *de jurib. Episcopalib.* §.16.17. 18. *&* 19. Gerard. *de Ministeriis Ecclesiasticis*, §.118.119.110. *&* 111.

81 Probatur decimò, quia Imperatores semper soliti fuerunt de administrandis rebus, ac bonis Ecclesiasticis, prout est videre, *l.*22. *Cod. de sacros. Eccl. l. Iubemus* 14. *cum auth. sequenti*, *Cod. eodem tit.* Bursatus *cons.*41. Ernest. Choban. *respons.*17. Hieronymus Treuterus *cons.*85. *nu.* 2. Onded. *consil.* 85. *numer.* 20. Hieron. Scurfius *cent.*1. *cons.* 48. Curæ suæ existentibus incumbere totis viribus providere, ne cum damno Ecclesiæ distrahantur, vel ad usus profanos transferantur, ideoque administratio, dispositio, ac gubernatio rerum, & bonorum Ecclesiæ, tam mobilium, ac sese moventium, quàm immobilium ad Episcopos spectat, & *l. Diœcesanam*, veluti ex quadam Regalia Episcopi per Text. *in cap. sic quidam*, *cap. decretum*, *c. quæcumque noverint*, *cap. de his* 10. *quæst.*1. *cap. præcipimus* 12. *qu.*1. Gerard. *de Ministris Eccles. sect.* 5. §.109. ad jura etiam Episcopalia pertinet revocare bona alienata, contra Canonum licentiam, *tot. tit. de rebus Ecclesiasticis non alien. c. si Episcopus*, *c. Abbatibus* 2. *qu.*2. *l. jubemus*, §. *si quando*, *C. de Sacros. Ecclesiis*, & certis de causis permittitur in jure alienatio, *c.*1. *de pignorib. cap. sacrorum*, *cap. aurum*, *cap. sine exceptione* 12. *q.*2. *l. Sancimus cum auth. sequenti*, *Cod. de Sacros. Ecclesiis*, Carz. *in sua Iurisprudentia*, *defin.*6. *lib.*1. *tit.*1. *& part.*2. *tit.*19. ex quo ait ipse *tit.* 1. *de juribus Episcopalibus*, *num.*7. quod magna requiritur sapientia ad dispensandum bona, & redditus Ecclesiasticos, si nolumus peccare, prout dicit Origenes *in Matt.* allegatus à Christophoro Abesoldo, *de jure Majestatis*, *sect.*2. *cap.*7. circa finem, præsertim si usus ad quos mora sunt destinata in usus impios, vel superstitiosos expendantur, quo casu superstitione rejecta in alium pium usum convertantur, Zecchius *de repub. Ecclesiastica*, *lib.* 2. *capit.*26. & de Regibus Mosaicis *lib.*4. *cap.* 10. Besoldus *dict. cap.*7. Carzovius *de juribus Episcopalibus*, *definit.*6.

82 Undecimo loco audiamus impium hæreticum Gaspar. Klok *cap.*10. *de contribut. sect.*1. *numer.*100. ibi, hinc quoque administratio & procuratio bonorum Ecclesiasticorum merè profana, & plebeja esse probatur; ideo à civili duntaxat Magistratu hujusmodi piæ tutelæ rationes dispungi, & excitandæ sunt, tantùm abest ut si Episcopus, vel ævitav. sub obtenta Episcopali jurisdictione, aut visitationis eam sibi vendicare possit, scilicet Magistratus sæcularis; ita Mastrill. & alii de quibus *infra*, Marsilius Patavinus *defens. pacis*, *part.*1. *cap.*15. *& p.*2. *cap.* 17. *n.* 21. Choppinus *lib.*2. *de Sacra Politia*, *cap.*2. & ex Sacro Concil. Chalcedonen. *c.*26. ab Episcopis ad Oeconomos ea cura olim translata fuit qui de consilio Magistratuum ea bona administrabant Choppinus *loc. cit.* dicens, quod quamvis in Occidentali Ecclesia Tyrannide Romanorum Pontificum oppressa Episcopi hanc curam ad se tantùm transferri conati sunt, tamen in Orientali Ecclesia transiit ea procuratio, & revisio apud Magistratum, & Magnum Oeconomum, & Gazophylaceum, qualis fuerat ille apud Gregorium *lib.*5. de cujus dignitate, Alexius Connerus *in Novella* 4.

Duodecimo loco Flores de Mena *lib.*2. *variar. qq. quæst.* 21. *numer.*18. sic ait hodie tamen ex decreto Concil. Trid. *sess.*22. *cap.*8. *&* 9. *de reform.* Hospitalia, & loca pia subjiciuntur Episcopis pro visitatione, ex quo ad executionem voluntatis testatoris, & quoad redditiones rationum, & sic practicatur, 13. *loco*, Ricc. *collect.*714. Episcopus potest cogere administratores locorum piorum ad reddendam rationem, ex Trident. *sess.*22. *cap.*9. *de reformat.* Idque singulis annis poterit compellere, ut notat Gratian. *dec.* 188. confraternitates etiam regularium, & ita pluries declaravit Sacra Congregatio, super quo loco contingit dubitari de duobus, Primò cùm Episcopus possit pluries in anno rationes petere administrationis, cui rationi ita respondeas distinguendum, aut rationum redditio fuit finalis, & non poterit, aut verò non finalis, & poterit; ita fuisse decisum *in dict. Rota Marchiæ* testatur Grat. *decis.* 188. & eandem sententiam tenet Rota Januen. ut refert Bellonus *in dec.*30. & ita putat fuisse declaratum, per S. Congregat. habetur, ibi quod limitatur si in prima calculatione fuisset ratum, quia docto de errore potest iterum peti calculatio Joseph. Sesse *dec. Regni Aragoniæ* 38. 84
Secundo contingit dubitari, quid si laici administratores bonorum Ecclesiæ in rationibus reddendis inveniantur debitores, quis compellet eos ad solvendum: in quo dubio sunt tres decisiones; prima est, Afflict. 157. ubi refert decisum in Sac. Concil. quod ille qui obtinuit facultatem compellendi rationes reddere, & computum condemnat 85
etiam ad solvendum; Secunda est decisio Vivii 153. ubi fuit decisum, quod qui tenetur reddere rationes suæ administrationis, tenetur quatuor facere. Primò, Codices edere; Secundò, Calculum premere; Tertiò, Culpam purgare, & demum reliqua restituere, & sic coram eodem judice fit, quod idem dicit Anna *observat.*19. *numer.* 30. tertio est decis. Grat. 189. *in* 2. *dubio*, ubi fuit decisum, quod potest Episcopus compellere laicos ad executionem, quia alias parum obstaret ipsorum Episcoporum visitatio, unde cum Episcopus sit externæ visitationis piorum locorum, ut in Concil. Trident. *sess.*22. *c.*8. *de reform.* Riccius *collectan.* 714.

Probatur duodecimò, per ea, quæ notat Reg. Valenz. 86
tom. 2. *cons.* 122. *à numer.* 38. ubi sic ait, quod Episcopi munus est ab administratoribus rationes exigere de rebus Ecclesiæ administratis, sic etiam de Fabrica Ecclesiæ; singulis ergo annis Ordinario reddere tenentur rationem consuetudinibus, & privilegiis quibuscumque in contrarium sublatis, nisi contrarium dictum sit in restitutione, & ordinatione Rectoris Ecclesiæ, seu Fabricæ, & si ex consuetudine, vel privilegio, aut constitutione aliqua loci, ratio reddenda esset aliis ad id deputatis, tunc dico, quòd in simul cum Ordinario reddenda est ex Tridentino *sess.* 22. *cap.*9. *dub.*14. *numer.*36. Genuens. *in praxi*, *par.*2. *c.* 14. *numer.*24. quod idem dicitur per Valenz. *ibi numer.* 39. *cum seqq.* qui etiam dicit ad usus profanos bona Deo dicata non posse transferri, sed talia oblata, & relicta debent ad usum pium converti, *l. legatum* 16. ubi pulchrè Godofred. *ff. de usufructu legato*, *l. legatum* 4. *ff. de administratione rerum ad Civitatem pertinentium*, ubi Bart. exemplum ponit in testatore, qui pro Missis canendis centum legaverat, quæ si propter interdictum Ecclesiæ Missa non possit cantari in alium pium usum meritò convertentur *authent. cassa cum*, *l. jubemus* 14. *& authent. sequenti*, *Cod. de sacros. Ecclesiis*, Scurfius *cens.*48. *&* 90. *centur.*1. Vessembechius *cons.* 37. *numer.*6. *& seq. vol.*1. quod ita etiam intelligit Pistorius *consil.*54. *vol.* 1. Chodman. *consil.*100. *vol.*2. Borcolt. *consil.*20. *p.*2. Colerus *p.*2. *dec.*244.

*dec.*244. Nicolaus Reusneus *dec.*7. *lib.* 4. Matth. Stephanus *lib.*3. *de jurisdictione*, *part.* 2. *cap.*13. *numer.* 10. *& seq.* Scheinedin. *in §. sarca*, *numer.* 10. institutionibus de rerum divisione, unde dixit Zipellus in politica Ecclesiastiea *lib.*2. *c.*26. & de legibus Mosaicis *lib.*4. *c.* 10. Benedictus Carzovius *in jurisprudentia forensi*, *p.*2. *constit.*13. *definit.*27. *per totam*.

87 Probatur decimotertiò, per Franciscum Zipeum jureconsultum Antverpiensem *de jure Pontificio*, *lib.*1. *in tit. de constitutionibus*, *numer.*5. ubi ait, quod Piissimus, & Sanctissimus Rex D. Philippus II. per Episcopos, & Episcopos publicari jussit Tridentini decretum, & strictè observari, ut dicebat Margerita Ducissa Parmę, & Placentiæ ejus nomine Gubernatrix Flandriæ per suas litteras 24. Julii 1565. datas (quale edictum apud Matritum latum est de mense Julii 1564.) & inter novissima verba Concilii Tridentini *de recipiendis*, *& observandis decretis Concilii*, omnes Principes in Domino moneri ad operam, ita sanctam præstandam, ut decreta devotè recipiantur, & fideliter observentur, quod idem Pius IV. cum omnibus Prælatis in virtute sanctæ Obedientiæ præcepit, ut brachium etiam sæculare, pro Concilii decretis executioni mandantis in plurale possint, propterea mandat Margarita nomine Regis pro Concilii observantia, & executione, ut sæculares officiarii requisiti ab Episcopo proprio brachium auxiliare præstent, quin etsi ipsi Ecclesiastici in Conciliis exequendis omnibus decretis fuerint negligentes mandat id deferri ad Concilium Provinciale Regis ad remedium afferendum. Et notandum est, quod in dictis litteris, ut notat Zipeus, *ubi sup. num.*6. *& seqq.* Choppinus *de sacra politia*, *lib.* 2. *cap.*4. *numer.* 8. non vult aliquid mutari, aut innovari contra jura regalia, privilegia verò suæ jurisdictionis cura suorum Vassallorum statutum, aut sibi conjunctorum, & sapientiam circa jurisdictionem laicalem juspatronatus indultum, seu jus nominativum cognitionem causarum, & materiæ possessoriæ beneficiorum decimarum possessarum, aut prætensarum per laicos superintendentiam, & administrationem Hospitalium, aut aliorum piorum locorum, sicuti in simili dicebat Azorius *lib.*5. *Moralium*, *cap.*14. *numer.*3. ubi refert Carolum V. in Hispania statuisse, ne Episcopi, vel Judices sæculares permittantur per laicos, vel per regulares Apostolos derogari juripatronatus laici, sed eorum executio suspenditur, donec Summus Pontifex informetur, & hoc est quod dicimus in Regno Regium exequatur, de quo Salgadus *de retent. Bullarum*, Reg. de Ponte, & Reg. Gizzarel. *in manuscripto de jurisdictione*.

88 Difficultas autem est in hoc negotio utrum contradicat, necne illis quæ suprà diximus, id quod fundat Constantinus Cafarus *quæst.*18. *in sua semicentur.* ubi scribens contra Confraternitatem erectam in Monasterio sancti Francisci de Paula post Bald. *in l. si quis ad declinandum*, §. *in omnibus*, *numer.*19. *Cod. de Episcopis*, *& Cleric.* dixit quod talis Confraternitas licet habitet in loco sacro & Religioso, tamen eorum lites ad usum pium, & licet statutis regulentur Pontificiis, non tamen esse debent subjectæ Ecclesiasticis Personis, nec locum esse sacrum, ea ratione Baldi consequuntur communiter Doctores à Cafaro citati, licèt diversimodè eam recipientes, quia Confraternitas, sive Collegium Persona est de per se ficta; & constituta per individuos laicos, unde, & ipsa Persona resultans ex illo Collegio laica erit, ita trahentes Text. *in l. mortuo*, *ff. de fidejussoribus*, quo posito progressus est ulterius Bald. dicens tale Collegium laicum, licet materialiter sit in loco sacro, & ab eo obstaculum, & ab eo separatum, & abstratum sit, & sic laicum remanet, unde ex his concludunt Doctores, quod in Confraternitatibus laicorum, neque personæ sunt Religiosæ, aut sacræ, neque locus dicitur Confraternitatis, nihil operari finem vices suorum bonorum, ex regulari quibus regitur ab Episcopo bona Confraternitatis dici non possunt Ecclesiastica, sed merè laicalia, & profana.

Talis autem doctrina Constantini Cafari, de quo *suprà*, nihil facit contra nos, quia non dicimus, nec prætendere possumus laicos Magistros conveniendos coram Episcopo, nec civiliter, nec criminaliter cum laici sint, & sic quoad forum suum habent laicalem, sed prætendimus, & asserimus posse visitari ab Episcopo, & cogi ad redenda computa, ut benè idem Cafarus dicit *numer.* 9. *vers. Quartus est*, *fol.* 223. *col.* 1. dicens quod Episcopus potest tales Confraternitates visitare, quod non negatur dicit Cafarus, & *numer.*16. ubi refert Barbos. & ejus pręcipua verba, quibus dicit, quod laici, Magistri, & Confraternitates subjiciuntur Episcopo, ut videlicet compelli rationes reddere eidem, vel per eum agi ad recipiendum, vel rejiciendum aliquem in eorum Cœtu, item quod si agatur de ipsis rebus Universitatis, vel jure aliquo spirituali, ita quod rationi rei subjectæ jurisdictio spectat ad Episcopum, in reliquis verò, quandocunque sit affixa ecclesiis, & sint institutæ authoritate Episcopi, tamen non habent Privilegium fori, &c. ergo Cafarus non est contra nos, sed solùm quitur quando sumus in materia gravi, ut loquens *infrà*, expresse de redditione rationum, dicit coram Episcopo reddendas esse per Magistros, & Oeconomos ecclesiarum sibi subjectarum; ergo non pręjudicat meo Episcopo Puteolano, qui pro se habet titulum Concilii Tridentini, quasi possessionem antiquissimam non solùm eligendi Magistros prædictos, imò interveniendi ipse, vel ejus deputatos ad dictos creandos Magistros, libros retinendi apud se, & statuta in libris contenta faciendi, ut sui antecessores faciebant, imò Cafari decisio, ex alio capite non est applicabilis, quia scilicet loquitur in Cappella, seu Confraternitate erecta intus Ecclesiam Fratrum Minimorum Sancti Francisci, nos verò loquimus in Ecclesia Parœciali sancti Vitalis, ubi non est Confraternitas, Congregatio, vel Collegium, sed ipsi laici de per se absque ulla Congregatione, &c. accipiunt eleemosynas, oblationes à fidelibus pro illis erogandis in usus Parœciale dicitur, bene poterat Episcopus cogere eosdem ad vendendum an bene, & fideliter administraverint servata forma Concilii.

Neque valet dicere, & opponere factum, de quo Cafarus, *ubi supra*, *numer.*22. de Episcopo Bojanensi, qui excommunicavit laicos Magistros scilicet Ecclesiæ Parœcialis, Bojanensis, & per collaterale fuit eidem Episcopo transmissa hortatoria, & tandem fuerunt Episcopo servata banda. 89

Respondeo enim Episcopum Bojanensem, non fuisse coram Prorege, vel coram Commissario regalis jurisdictionis defensio, quia si defensus fuisset, allegasset utique praxim in Curia Archiepiscopali Neapolitana penes Genuensem impressum Neapoli, Romæ, & Venetiis, in quo praxi habetur in Curia Archiepiscopali Neapolitana fuisse excommunicatos Magistros ecclesiæ Spiritus sancti, per hoc quod nolebant solvere Mercedem Prædicatori, ergo si ob non solutionem Mercedis factam Prædicatori, fuerunt excommunicati Magistri laici ecclesiæ Spiritus sancti, potuerunt etiam excommunicari ab Episcopo Bojanense Magistri laici suæ Paręcialis ecclesiæ per hoc, quod non solverant Mercedem, sive eleemosynam Sacerdotibus, qui Missas celebraverant, ergo Genuens. Neapoli in praxi hoc dicit, benè ergo dixi, quod si Episcopus Bojanensis fuisset defensus utique non ita negotium fuisset, & quod dixit Genuens. *in dict. c.*40. in impressa Neapol. dixit in alia impressa Romę *c.*33. & in alia impressa Venetiis *c.*41. præter quam quod fuisse hortatorias factas refert Cafarus, sed quid postea Commissarius jurisdictionis declaraverit non apparet, & quid scit si Commissarius viso Genuense cessaverit à molestiis?

Neque tandem dicas cum Zipeo Jureconsulto Antverp. 90
dicente de jure Pontific. *lib.*1. *in tit. de constitutionibus*, *numer.* 5. quod Piissimus, & Sapientissimus ille Rex Philippus II. per Archiepiscopos, & Episcopos publicari; jussit Tridentinum, & strictè observari, ut testatur Margarita Ducissa Parmæ, & Placentiæ ejus nomine Gubernatrix Flandriæ, per suas litteras 24. Julii 1565. datas, (quale edictum apud Madritum latum est de mense Julii 1564.) & inter novissima, verba Concil. Tridentini de recipiendis, & observandis decretis Concilii omnes Principes in Domino monet ad Concilium observandum, *ut fol.*4.

Respondeo enim primò, quod si hoc esset, sequeretur, quod etiam in Regnis Hispaniæ, & in statu Mediolanensi idem esset dicendum, & tamen videmus controversias ortas in dicto statu Mediolanensi inter Cardinalem Sanctæ Praxedis, nunc sanctum Carolum Borromeum, & inter Federicum Borromeum, & alios Ministros Regios non fuisse decisas vigore Tridentini in locis citatis, & tamen vidimus suprà apud Fagnanum, tum in Hispaniis,

tum in statu Mediolanensi, tum in Regno Neapolitano jurisdictionales controversias, secundum terminos Concilii Tridentini fuisse decisas, ergo non est verum, non fuisse dict. Capitula Concilii in Regno, & in statibus Regis Catholici recepta, præter quam quod verum est non esse receptum in illis, quæ præjudicant jurisdictioni Regiæ pro Ecclesiis, sub immediata protectione Regis Catholici, ut Concilium determinat *sess.22. c.8.* & tandem quod Reg. Villanus Consiliarius Gizzarel. & Reg. de Aponte dixerint Concilium, non esse usu receptum in aliquibus casibus, non per hoc sequitur in hoc casu particulari redditionem rationum à laicis Episcopis tradendam, non è suo usu receptum posset sanè dici illas confraternitates, illosque deputatos, & Magistros non posse cogi ad reddendas rationes, qui constituuntur in Ecclesiis fundatis sub authoritate Regia, ut sunt Neapoli Ecclesiæ Aurificum, artis serici, lanæ, & aliarum Artium, quarum Magistratuum electio dependet à laicis, at in illis, quæ dependent ab Episcopo in fieri & conservari poterunt cogi Oeconomi ab Episcopis ad reddendas rationes, & sic videmus in Casalia Afragolæ, ubi Ecclesia S. Mariæ de Ajello, quia Gubernatoribus creantur à sæcularibus delegatis pro tempore Dominis Consiliariis ab eisdem coguntur computa reddere, è contra verò confraternitas sancti Caroli propè Ecclesiastica, quia suas recepit instructiones ab Ordinario Neapolitano coguntur confratres ab eodem computa reddere, sic in Civitate Aversæ cum talibus practicatur, nihil ergo argumentum concludit contra Episcopum Puteolanum, sic Ecclesiæ sub Regia protectione sancti Jacobi Incurabilium, Spiritus sancti, Montis Pietatis. A. G. P. &c. non coguntur Magistri computa reddere.

ARTICULUS ULTIM.

Ubi ponderantur literæ Catholicorum Regum Hispaniæ, pro observantia Concilii in hoc Regno.

91 PRimò loco adducuntur literæ de quibus hic: *Illustris. & Excellentis. Señor y Dueño, Quando me prometia de la suma jurisprudencia, y Religiosa piedad del V. S. I. reprehension. y orden de Obediencia à su Prelado, y Pastor haviendose servido de leer mis Motivas a la Grata de* 11. *de Iulio con el Memorial de Iuan Battista Cacciutulo Paroquial de Santa Maria de la Gracia de la Villa de Fora Gruth, sin titulo, ni color de proteccion Regia, ni essencion ni fundacion* Ecclesiæ me habeo, *con otra de V. S. I. de seis de Agosto ni à tomar las quintas de su administracion, como se acostumbra en otros lugares Pios de este Reyno; que me hà obligado à fundar en drecho Cesareo, Canonico disposiciones Apostolicas*, Concil. de Tren. præcipuè, *en lo que Manda y Ordena en el* c.9. de la sess. 22. de reformation. *Y en su esposicion las dotrinas de las primeras plumas de los Majores Doctores seculares, y Ecclesiasticos de todas naciones deste Reyno, Suplico à V. S. I. se sirua passar los ojos por el, y ponderar la Iusticia del Obispo, que solamente mora en la revision de quentas el servicio de Dios nuestro Señor, al bien y util de la Yglesia, a la Salud Espiritual de los administradores, que conoscan, y siruan à su Divina Magestad, y sean fieles à su Rey y Señor natural las limosnas de los fieles legados Pios, que los fieles difuntos han dexado se execute conforme su voluntad, no se gasten, en superfluidades, y aparencias exteriores; sino con edificacion, y buen exemplo: como parece de los libros de dichas quentas: Si Iuan Battista tuviera Cabeza agradeciera la forma e Inventario de dichos libros, con orden, y razon, que he dado para las cobrancas, nada de lo qual jamas han tenido, ni razon de quentas, que hayan dado a racional, que nunca han numerado, como es publico.*

Mas dicho Iuan Battista y Compaños, que hazen instancia no son parte legitima, pues voluntariamente han renunciado la administracion, y entregado las llaves del Caxon en que guardan la cera, y otros bienes como parece de su letra de 20. *de Iunio que conservo à Cuya denuncia se movieron como inobedientes à mis ordenes en que les mandaba celebrassen en su di a la fiesta del Sanctissimo Sacramento, que querian trasladar al Domingo*, infrà *octavo, que me obligaron à proveer de Cera y lo demas necessario para la fiesta e processhion de dicho dia, diziendo que pues enteramente renunciavan la Maestranza haviendoles ofrecido por mi persona toda assistencia, para la fiesta que pretendian.*

Secundò, in nihilo injuriam patitur administrator sæcularis fabricæ Ecclesiæ in reddenda ratione suæ administrationis coram Ordinario Ecclesiastico, ad quam vi contractus tenetur declinando forum, quia delinquit in officio, ut est praxis Hispaniæ, omnium Regnorum, & totius hujus Regni, præcipuè in hac Civitate, quemadmodum Clericus administrans rem sæcularem potest conveniri coram Judice sæculari, ratione administrationis rei sæcularis, ad quod se obligavit per contractum, & ad renuntiandum forum, ut probabilis est opinio, & infertur ex concessis, nam si ad Episcopum Puteolanum expectat Ecclesias Parœciales, & cætera loca pia, & Parœcialem sancti Vitalis extra Griphim visitare, ergo reformare, emendare, & corrigere, quod est finis & scopus visitationis, ergo videre, & petere computa, alioquin inanis esset visitatio, quia concessum censeri debet illud, sine quo concessio, & potestas non haberent effectum, accessorium sequitur principale.

La Doctrina del Conc. de Tren. del cap.9. de sess.22. de reformatione, *se firma, y corrobora cen la letra siguiente de la Magestad Catholica del Religiosissimo Rey D. Phelippe II. nuncas* satis laudatus, *que escrivio el año* 1571. *al Cardenal Grambella Virrey en aquel tiempo, sobre la consulta del Papa Pio V. propuesta à su Magestad del Cardenal Alexandrino Legado Apostolico en España sobre la execucion de los decretos del Sac. Conc. en diversas sessiones* tenoris sequentis.

D. Phelippe por la gracia de Dios Rey de las Españas, de las dos Sicilias, de Ierusalem. Muy Reverendo en Christo P. Cardenal Grambela nuestro Muy Caro y amado amigo de nuestro Convento de estado y nuestro Lugarteniente. El Cardenal Alexandrino, Legado de su santidad, que como teneis entendido vino à nos de su parte, nos hà hablado sobre los agravios, que el Cardenal Iustiniano nos represento, quando aqui estuvo, de los mismos, como de otros, que dize se hacen en este Reyno a los Prelados del en diminucion de la jurisdicion Ecclesiastica, y aunque aviendose escrito sobre los que trato el dicho Cardenal Iustiniano, Duque de Alcala, Virrey, que fue de esse Reyno, lo que alla habreis entendido de que và con esta Copia es de creer que en conformidad dello se haurà procurado dar à su santidad toda satisfacion todavia deseando, que la reciba en todo lo que fuere possible, nos hà parecido escriviros sobre los unos, y los otros, lo que abaxo vereis, lo qual seremos servidos, se effectue, y cumpla, sin que en ello aya falta. 92

Esta carta escrive su Magestad con Ciencia y conocimiento de 18. *cavos apuntados, por el Duque de Alcala que parecian perjudiciales a la Real jurisdicion contenidos en el Conc. cuya recognicion encargò al Regente Villano, la qual consulta remitio el Duque à su Magestad, y responde a lo contenido en el* c.9. de dicha sess. *se agravia el Legado ay. que no se permite à los Obispos Ordinarios, que pidan quentas a los administradores y Mayordomos legos de las Iglesias y lugares pios, aunque sean miembro de Iglesia Cathedral no les puedan compeler sino los juezes seglares, y aunque es de creer que llegando à vuestra Noticia lo habreis remediado, como se encargò al Duque de Alcala, todavia nos hà parecido aduertiros por esta para que proveais que no se les ponga en ello algun impedimento, sino que se permita a los Prelados que puedan pedir siempre que quisieran las quentas que les pareciere à los dichos Mayordomos de Iglesias, y otros lugares pios.*

La qual concluye con estas formales palabras: Y porque el legado nos hà pedido entretanto que llega la informacion, y respuesta que pido mandassemos que nuestros Ministros oficiales no perturben la jurisdicion Ecclesiastica en lo Espiritual seremos servidos quæ tengais en esta parte la mano, dando el orden, que convenga, pues conoceis la razon que hay, para que el estado Ecclesiastico sea respectado, y tenido con la veneracion, que se deve, mayormente en estos tiempos. Bargas Secr.

Lo qual el carga guarde en su governo el Conde Miranda la Christiandad de D. Phelippe III. Ad rem quid clariùs poterat demandari. *En virtud de la qual y doctrinas de dicho papel espero en la bondad y piedad de V. S. I. serà servido levantar la mano en esta causa, dando execution a la practica, en que se halla el Obispo de visitar dicha Yglesia;* Videre computa, reformare, & corrigere defectus commis-

sos

sos in administratione prædictorum Oeconomorum jure servato, *mayormente haviendo recivido los administradores de Fora Gruta, pasados sesenta anos los Capitulos, y ordenanzas de M. Señor Leonardo Vairo, mi antecessor, entre otras*, videlicet.

Item *che li Mastri vecchi siano tenuti ogni anno dar conto della loro administratione alli Mastri nuovi, & al Rev. Signore Vescovo, ò persona deputata d'esso & questo si habbia da fare al tempo, che s'eliggano, li Mastri nuovi*, hoc dicit n.10. dat formam electionis Magistrorum in quolibet anno. Cum interventu, authoritate, & confirmatione Episcopi, & condemnat novum electum renitentem administrationem in *ducati sei*, quæ consuetudo servatur, ergo ex pacto tenentur Magistri Oeconomi reddere computa. In cæteris manendo in suo foro sæculari, quod intendit Cafarus, *que me hà parecido representar; Cuya Illustrissima persona nuestro Señor*, conserve, &c.

Secundò, *si produce Copia di lettere, Copia de la que el Rey D. Phelippe II. en* 28. *de Deciembre de* 1571. *escrive al Cardenal Grambela, Virrey de Napol. en respuesta de consulta del Papa Pio V. propuesta à su Magestad del Cardenal Alexandrino legado Apostolico en España, sobre en la execucion de los decretos del Sac. C. de Tren. en diversas* sess. *y en particular sobre la execucion del* c.9. sess.22. *y respuesta a la consulta del Señor Duque de Alcala hizo à su Magestad sobre lo contenido en materia de reforma perjudicial à la jurisdicion Regia de este Reyno, que S. E. encargò al Regente Villano le hiziesse relacion.*

D. Phelippe por la gracia de Dios Rey de las Españas, de las dos Sicilias, de Ierusalem, &c. Muy Reverendo en Christo Padre Cardenal Granuela nuestro muy Caro y amado amigo, de nuestro Consejo de estado y nuestro Lugarteniente, el Cardenal Alexandrino Legado de su Santidad, que como teneis entendido, vino à nos de su parte, nos hà hablado assi sobre los agravios, que el Cardenal Iustiniano, que aqui æstuuo nos representò de los mismos, y otros que dice se hacen en este Reyno à sus Prelados en diminucion de la jurisdicion Ecclesiastica, y aunque haviendose escrito sobre lo que trajo, el dicho Cardenal Iustiniano al Duque de Alcala Virrey, que fue de esse Reyno, lo que allà havreis entendido, de que và con esta Copia, es de creer que en conformidad dello, se havrà procurado dar à su Santidad toda satisfacion, todavia deseando, que la reciva en todo lo que fuere possible, nos ha parecido escriviros sobre los unos y los otros lo que abaxo vereis lo qual seremos servidos, se efectue, y cumpla sin que en ello haya falta.

Esta carta es respuesta à 19. *cavos consultados por el Duque de Alcala sobre lo contenido con el* Sacr. Conc. de Tren. *perjudicial a la jurisdicion Regia cuya recognicion, y fatiga encargò al Regente Villano, que el Duque remitio à su Magestad responde el Cardenal Granbela sobre lo que deve observar, y guardar en lo jurisdicional de dicha Consulta*, inter alia responde videlicet.

Quanto a lo contenido en el cap.9. de la sess.22. *se agravia non se permita à los Obispos Ordinarios pidan quenta à los administradores, y Mayordomos seglares de las Yglesias, y lugares pios aunque sean Miembros de Yglesia Cathedral no les puedan compeler, sino juezes seculares; y aunque es de creer en llegando à vuestra noticia lo havreis remediado, como se encargò al Duque de Alcala, todavia nos ha parecido, advertiros por esta, para que proveais no se les ponga en ello algun impedimento, si no que se les permita a los Prelados que puedan pedir siempre que quisieren las quentas que les pareciere a los dichos Mayordomos seculares de Yglesias, y otros lugares pios.*

Concluye la carta con estas formales palabras, y porque el legado nos ha pedido, que entre tanto, que llega la respuesta, y informacion que pido mandassemos nuestros Ministros Officiales no perturben la jurisdicion Ecclesiastica, en lo Espiritual, seremos servidos, que tengan en esta parte la mano dando el orden que convenga, pues conoceis la razon, que hay para que el estado Ecclesiastico, sea respetado, y tenido en la veneracion, que se deve, mayormente con estos tiempos, Secretario Bargas.

93 Ex quibus scilicet tum ex locis, tum ex juribus communibus, tum ex Sacr. Concil. Trident. tum ex aliis DD. id affirmantibus sufficienter fuisse probatum administrationem bonorum Ecclesiæ per Oeconomos laicos tradendam esse coram Episcopo, vel aliis Ecclesiasticis Ministris, in quo bene consentio, discrepo tamen, quoad modum, seu practicam illius, quia supponamus, quod laici Oeconomi Ecclesiarum rationes reddiderint coram judice Ecclesiastico; quis erit judex ille, qui dictos Oeconomos carcerabit ut laicos? ubi in hoc Regno per Pragmaticam primam, & secundam, de jurisdictione ad invicem non turbanda, Ecclesiasticus non potest carcerare sæcularem, nisi in materia Sanctæ Fidei. Secundo supponamus, quod Oeconomi voluerint appellare à decreto judicis Ecclesiastici, per quod fuerunt condemnati ad solvendum, coram quo judice erit appellandum? Unde Credo, quod ex hac causa introducta est praxis in toto Regno, ut computa rationum reddantur per Oeconomos Ecclesiarum ipsis judicibus sæcularibus; Si verò Cappella sit fundata cum authoritate Episcopi, tunc computa possunt dari coram utroque judice, seu coram utroque Ministro, & ita pluries vidi practicatum apud Crivellam Magistrum Actorum Realis jurisdictionis.

Infertur secundò, quod Clericus poterat antiquitùs 94
commendari pro executione decretorum Sacri Concilii præcipuè contentorum *in d. c.9. sess.22.* & observatur in statu Mediolanensi, ut patet evidenter ex illis, quæ *suprà* notavimus cum Fag. & absurdum videtur dicere Mediolani observari Tridentinum ad litteram, & integrè, Neapoli verò diminutum, nec obstat, quod isti Magistri Ecclesiæ foris scriptæ recipiunt eleemosynas à laicis, ergo judici laico sunt reddendæ rationes: nam si valeret argumentum utique probaret totam Ecclesiasticam jurisdictionem, ita interitum haberet, quia Episcopus & Beneficia omnia ex prædictorum Christianorum eleemosynis fuerunt ordinata, ergo ad judicem laicum recurrendum esset, si Episcopus beneficiatus regularis, vel Abbas, vel sæcularis suæ rationis administratoris reddere teneretur, quod defendere est absurdissimum.

Infertur tertiò, quod ex facto de quo suprà habemus 95
Ecclesiam S. Vitalis esse Parœcialem eleemosynas, & præsentationes non confraternitati laicorum, sed ipsimet Ecclesiæ dandas esse, dum adsunt solum quatuor laici deputati materialiter ad exequendum, & administrandum eleemosynas in pios usus, imò ad per seipsos ipsiusmet Ecclesiæ sustentationem, nempè pro manutentione Sacri Cultus in his quæ sunt ad id necessaria pro cereis, & similibus, imò quod plus est pro manutentione vivorum lapidum sustentatione ejusdem Parœciæ, quæ sunt Sacri Ministri, hoc est Parœcus, Sacrista cum aliis Sacerdotibus celebrantibus Sacrum Missæ sacrificium, quis ergo poterit dubitare, an Parœcia subdita Episcopo & ejusdem authoritati, vel saltem comprobatione erecta, quis eleemosynam pro necessaria manutentione Ecclesiasticorum esse ipsius Ecclesiæ, vel saltem pietate fidelium ad pium usum suæ sustentationis ordinata non sit sub eadem directione, quæ est ipsa Ecclesia, dum hæc sine causis stare non potest.

Infertur quartò, posse Episcopum cogere admini- 96
stratores laicos Confraternitatis, & quorumcumque piorum locorum ad reddendam rationem suæ administrationis, quibuscumque consuetudinibus non obstantibus, ut definivit Sac. Concil. Trid. *sess.*22. *de reformatione, c.9.* & ibi Barb. *in collectaneis, numer.6.* idem Barb. *de potest. Episcopi, part.3. allegat.75. numer.57. & seq.* Gavantus *in praxi Curiæ Episcopalis*, ubi ait hoc esse sufficiens ad privandos laicos Magistros Ecclesiarum officio suo si male administrant; Ricc. *collect. part.3. collect.718.* Marta *de jurisdictione, part.2. cap.18. numer.6.* Thesaur. *part.2. fori Ecclesiastici, cap.14. numer.24.* Neapoli autem non potest Ordinarius id facere & quoties facit id, dicat ad vitanda scandala; quod sic remittitur ad judicem laicum.

Si verò in fundatione confraternitatum cautum sit, quòd administratores hujusmodi non teneantur reddere rationem suæ administrationis Episcopo, non potest Episcopus accipere rationem administrationis suæ, ut expressè Trident. *dict. sess.22. cap.9.* Barb. *in Trid. ubi suprà, numer.10. & 27.*

Quam rationem administrationis poterit petere Episcopus tam in visitatione, quàm extra, Barb. *in Trid. dict. c. 9. numer.28.* ut pluries refert & observat in Curia Episcopali Neapolit. tempore Cardinalis Filomarini & Zerola *in praxi Archiepiscopali in verbo Hospitali, n.3. circa fin.* adducit Bullam Sixti V. in qua præcepit per suas literas Episcopo scribere, ut visitent omnia Hospitalia, DD. *ubi sup.*

In-

97 Infertur quintò, ad intelligentiam eorum, quæ dixit Constantinus Cafarus *dict. quæst.*10. dum dicit Confraternitates laicorum intra Ecclesiam Regularium conveniri debere coram Judice sæculari, id enim verum est respectu fori, sed non per hoc excluditur, quin Oeconomi prædictæ Confraternitatis non debeant reddere rationem: Respondeo enim, quod quoad forum, ad Episcopum spectat dictæ Confraternitatis visitatio, quod non negat Cafar. *q.* 18. *fol.* 123. *colum.*1. *vers. Quartus est*, Gratian. videtur Barbos. *in novissima impressione*, *de potest. Episc. alleg.*75. *numer.*30. *&* 31. quem refert Cafarus *dicta q.*18. *numer.*16. ubi subjiciuntur potestati Episcopi, ut videlit possint compelli rationem reddere, vel per eum cogi ad recipiendum, vel rejiciendum aliquem ex eorum cœtu. Item si agatur de ipsis rebus Universitatis, vel jure aliquo spirituali, ita quod ratione rei subjectæ jurisdictio spectet ad Episcopum, in reliquis verò quantumvis sint bona Ecclesiis, & sint ita instituta authoritate Episcopi non habent Privilegium fori Cafarus *nu.*10.

98 Unde concludendum est cum Doctiss. Davide Origio *in sua Bibliotheca Iurisconsultorum*, *in verbo administratores*, ubi latè agit de administratoribus bonorum Ecclesię, qui *fol.*624. *col.*2. dicit, quod administratores bonorum Ecclesiasticorum ad Episcopos spectant inspectio, & administratio, & titulus ad eosdem pertinent, quod ipsum dicit Matthæus Lancebranus *de jurisdictione*, *lib.*3. *par.*1. *cap.*14. sic dicitur *in cap. decretum*, *cap. noverint*, *cap. de his*, 10.*quæ.*1. *Novella* 135. *l. Iubemus* 14. *l. omnes*, *qui ubique* 35. §. *hoc nihilominus*, *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*, sequitur Laurentius Omen *de jurisdictione Episcopali*, *lib.* 18. *littera G*, *& F*, ubi addit ad hos administratores è proprio Clero esse eligendos non à laicis *cap. in nova*, 16. *quæst.*7. *cap. quia in quibus* 4. *distinct.*49. Idem dicendum est, quod provisiones, & directiones Religiosarum ædium *cap. de Xenodochiis*, *de Religiosis domibus*, Matthæus Stephanus *de jurisdictione*, *per totum*, & hoc procedit dicit David Origius *dicto fol.*624. *numer.*70. in spiritualibus, & Ecclesiasticis, quæ si constituta sunt authoritate Episcopi secus sine hujus authoritate structura, fundatioque fuit facta *c. inter dilect. de donat.* Joachinus Steph. *l.*4. *de jurisdictione Ecclesiast. c.*9. *n.*20. Matt. Stephanus *ubi supra*, David Origius *fol.*624. *colum.*2. *numer.* 70. & addit Origius *numer.*624. *colum.*2. quod ipsi administratores rationem reddere administrationis prædictæ, quod ipsum dixerunt Sebastianus Ernoldus *in repertorio sententiarum in verbo*, *administratio fol.*56. Joannes Bardachinus *in suo repertorio in verbo administrator fol.* 66. *& seq.* præsertim *numer.*29. *fol.*68. *à tergo*, quia administratores justum & æquum est, ut si reddant rationem suæ administrationis coram suo Judice reddere debeant prout Vesembechius consuluit *cons.*47. *p.*1. Alexander de Imola *cons.*61. *volum.*4. *per leg.*1. *ff. de tutelis*; quod etiam procedit in fratre qui stetit cum fratribus in communione, & communia bona fratrum administravit Reiger *in suo Thesauro juris*, *in verbo administrator*, *f.*50. *col.*2. *numer.*1. *&* 7. Petrus Brissiensis *in repertorio antiquo*, *in verbo administrator*, *per totam*, quod adeo verum est, ut administratores locorum Ecclesiæ præstare debeant juramentum de de bene, & fideliter administrando coram Episcopo, sive Ordinario loci, ut refert practicatum Novar. *dec.*166. non obstante quacunque consuetudine in contrarium, quia ad inducendam consuetudinem contra Ecclesiam, non solùm debet intervenire tempus immemorabile etiam patientia, & scientia Papæ, alias non suffragaretur, ut post alios Novar. *dec.*166. *numer.*3. ergo Episcopi habent pro se intentionem fundatam ad tale juramentum pręstandum ex Text. *in Clement. quia contingit*, *de Roligiosis domibus*, *in* §. *ut autem permissis*, ubi Glossa *in verbo juramentum*, Novar. *loc. cit.* qui concordantes adducit, poteritque Episcopus cogere tales administratores, ut ibi reddant rationes ubi administrarunt Ricc. *collect.*714. quam refert, &

99 sequitur Joannes Jacobus Spaidel *in syllogismo quæstionum juridicarum*, *litt. A*, *fol.*25. *colum.*1. qui ex communi refert, quod administrans quomodolibet bona alterius administrationis rationem reddere tenetur, & allegat Augustinum Beroum *qq. familiar. quæst.*15.21. *&* 32. Petrus Federicus de Minnano *lib.*2. *cap.*41. Berlicchius *part.*2. *conclus.*124. *tom.* 1. *compilationum*, *in verbo administratio*, *cap.*7. *&* 20. Quod adeo verum est, ut habentes Privile-

100 gium electionis fori illo non gaudeo in redditione rationum, & reliquorum restitutione, ut bene Escobar *de ratiocin. cap.*7. *numer.*56. *&* 57. Gratian. *in additionibus ad decis. Rotæ Marchiæ*, *dec.* 180. *numer.* 6. ubi eandem opinionem sequitur, quod idem dicit Paschalis *de patria potestate*, *part.*2. *cap. ult. in fine*, Palma *in diversorio juris Regni*, *gloss.*16. *part.*2. Capiblancus *in dicta Pragmatica* 8. *cap.*14. Torus *in verbo rationes*, *numer.*8. sequitur Caputus *de regimine publ. cap.*7. *numer.*14. *& cap.*26. §.10. ubi ait quod electio fori, seu variatio ejusdem non operatur circa redditionem rationum ex Paschali *de Patria potest. cap.*2. *p.*2. quia ratione administrationis qui sortitur forum, ubi administratio gesta est *l. Prætor*, §. *his etiam*, *ff. de edendo*, ubi argentarius sortitur forum in reddendis rationibus in loco administrationis, sive administratio sit publica, sive privata, quia ibi potest faciliùs, & plenius veritatis inveniri, tam per testes, quàm per instrumento *l.*1. *&* 2. *Cod. ubi de crimine agi oportet*, & sic Genuæ decisum videre est *in decisionibus Rotæ Marchiæ* 180. sic Custodes publici tenentur reddere rationem in illis locis in quibus exercuerunt custodiam, ut latè Novarius *ubi sup. qu.*34. videatur Julius Chartarius *dec.*89. ubi ait posse Episcopum punire quæstuantes laicos, qui usurpant eleemosynas ad usus suos proprios, & ait etiam sic practicari Mediolani, necnon tales quæstuantes juramentum præstare in Curia Ecclesiastica de fideliter utendo eleemosynis quæstuatis, & ratione perjurii fieri illius fori, scilicet Ecclesiastci, & ibi dicitur fuisse exiliatos quosdam laicos, & cum aggratiati essent à laicis, fuerunt iterum castigati ab Ecclesiasticis.

In hac causa ne fieret præjudicium Jurisdictioni Potentissimi nostri Regis, & observantiæ hujus Regni, quæ posset esse, quando Episcopus V. E. significaret laicum in centum, & laicus vellet appellare, teneretur prosequi appellationem ad ordinarium Episcopi, & si cogeretur ad solvendum per capturam personæ, cogeretur ab Episcopo, quod non potest pati Regalis jurisdictio; laici enim à Clericis non cognoscuntur, sed proposui Episcopo, ut contentaretur videri computa per Ministros laicos, interveniente Episcopo, ut coactio per Episcopum non fieret, sed per laicos, & proposito hoc temperamento, noluit Episcopus Puteolanus stare tractatui, at alii plures Episcopi ad talem tractatum steterunt, ut in actis apud Crivellam.

DISCEPTATIO CXXXV.

SUMMARIUM.

1 *Factum proponitur in Nunciatura disputandum.*
2 *Absolutus semel, & processatus non potest amplius molestari.*
3 *Iudicium divinum bis in idipsum non datur.*
4 *Exceptio re judicatæ habetur pro veritate.*
5 *Exceptio rei judicatæ est peremptoria.*
6 *Exceptio peremptoria est ab omnibus approbata.*
7 *Absolutus etiam ob non probatum delictum, non potest amplius puniri.*
8 *Decretum, de quo in præsenti, an fuerit factum audito fisco.*
9 *Causa prius decisa, de qua in præsenti qualiter fuerit finita.*
10 *Indicia extincta qualiter reviviscant.*
11 *Indiciis pinguius probatis, an uniantur cum primis.*
12 *Absolutus definitivè, an possit denuo inquiri.*
13 *Absolutus nequit denuo inquiri, etiamsi Princeps voluerit.*

ARGUMENTUM.

Absolutus semel, an possit iterum inquiri pro eodem delicto, exceptio rei judicatæ qualiter habeatur pro veritate, & sit peremptoria, & quid si fuisset absolutus ob non probatum delictum. Indicia extincte quatenus, & qualiter reviviscant.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. DOM.
Nuncio Apostolico Neapolitano.

Sive Perillustrissimo & Reverendissimo Domino
Josepho Planecto ejus Auditore.

NEAPOLITANA SPOLII,

PRO

Venerabili Conventu D. Joannis ad Carbonariam
Civitatis Neapol.

CONTRA

Fiscum Rever. C. A. illique adhærentes, &c.

1 ILlustrissime, & Reverendissime Domine, Restringendo difficultatem super motivo ultimo loco excitato; an processus formatus contra R. P. Fratrem Joann. Baptistam de Anchora, Congregationis Divi Joannis ad Carbonariam Ordinis Eremitarum Divi Augustini, hujus Civitatis Neapolis de anno 1652. in Tribunali R. N. Apostolicæ super illicitis, aliisque pro quibus fuit absolutus, ut ex decreto diffinitivo, quod exhibetur, possit nunc denuo, secuta ejus morte super eisdem novus confici, aut primus, impinguari processus; & pro negativa respondere me multa suadent.

2 Cum in jure certissima constituta sit regula ab omnibus, indifferenter acceptata, semel quem absolutum, amplius pro eisdem, pro quibus fuit inquisitus, & processatus aut vexandum, aut molestandum esse, *l. penult. §. fin. nau. cap. stab. l. si cui, §. iisdem*, ubi Bart. *ff. de accusat.* Cephal. *cons.* 39. *num.* 14. *vot.* 1. latissimè Farinac. *quæst.* 1. *num.* 51. *& seqq. & quæst.* 4. *à numer.* 1. *& cons.* 108. *num.* 17. *vol.* 2. Tum quia de delicto nemo bis, quis queri potest, Castrens. *cons.* 18. *vol.* 1. Alex. *cons.* 11. *col. pen. vol.* 1. Bald. *cons.* 31. Clar. *qu.* 57.
3 *in princip.* Farinac. *dict. quæst.* 1. *num.* 51. cùm nec etiam Deus judicet bis in idipsum, *cap. quæsitum in fin.* 13. *quæst.* 2. Ciazz. *ad defens. defens.* 9. *num.* 135. tum quia obstat exceptio rei judicatæ, qua quisque tutus redditur, *l.* 2. *Cod. de except. rei jud. l.* 1. *Cod. quan. prov. est nec. cap. ult. de except.*
4 *in* 6. quæ pro veritate habetur, *l. Ingenuum, ff. de stat. hom. l. res judicata*, ubi Cagn. *num.* 7. *ff. de reg. jur.* Bald. *in cap. nosti de elect.* Roman. *cons.* 41. *numer.* 4. cum aliis congestis
5 per Farinac. *dict. cons.* 108. *num.* 20. cumque sit peremptoria judicii impedit litis ingressum, ut de communi testatur, Angel. *de malef. in verbo, & ad querelam, numer.* 99. &
6 quod sit approbata ab omnibus Canonistis, & legistis affirmat Bertazzol. *cons.* 129. *num.* 1. *& cons.* 171. *num.* 2. *& cons.* 396. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. Brun. à Sol. *in suis quæst. legal. qu.* 17. *num.* 1. juncto *num.* 5. *in fin.* Andr. Gail. *de pac. pub. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 24. Farinac. *d. q.* 4. *per tot. numer.* 1.

7 Quæ sic, ut supra fundata conclusio, etiam militat, quando absolutio secuta fuisset ob non probata delicta, Gloss. Bart. & Abb. *in dict. cap. de his de accusat.* Angel. *in l. si cui, §.* 1. *Cod. eodem*, hosque enim casus parificat, Butr. *in dict. cap. in his*, si non fuit probatum, vel constitit de innocentia, *in* 2. *col. versic. octavo casu*, cui adstipulantur Boss. *in tit. de sent. num.* 77. Didac. *in cap.* 10. *num.* 1. *lib.* 2. *suorum resol.* Navarr. *cons.* 225. *in princ.* Bero. *cons.* 166. *num.* 1. *& numer.* 3. *vol.* 3. Bertazzol. *dict. cons. crim.* 396. *numer.* 4. *& num.* 5. Bajard. *ad Clar. quæst.* 57. *num.* 5. & Farinac. *dict. cons.* 108. *num.* 17. *in fin.*

8 Nec dicatur, quod supradictum decretum fuerit pronunciatum, aut fisco inaudito aut in processu, non ad ejus instantiam, sed aliorum formato; cùm ex facto apertissimè contrarium appareat, ex toto processu, & pariter in supradicto decreto absolutorio, in principio, *ibi*: In causa Inquisitionis formatæ ad instantiam Mag. & R. D. Procuratoris Fiscalis sive illi adhæreat: Et in corpore dicti decreti, *ibi*: Visis videndis, & consideratis omnibus de jure considerandis, auditoque desuper dicto Magistro, & R. Procuratore Fiscali, in plena Congregatione, &c. cumque *in dict. decreto*, impositum fuerit perpetuum silentium, *ibi*: Sed causæ Inquisitionis prædictæ in futurum perpetuum silentium imponendum, primo præsenti decreto amplius non molestari, & in futurum perpetuum silentium imponi, modo quo supra mandavit; Non potest amplius nec Fiscus, nec illi adhærentes super eisdem audiri, aut ab eisdem absolutus accusari, aut inquiri, ut probat Text. (secundùm unum intellectum) *in cap. licet de accusat.* & in propriis nostris terminis Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 20.

Et equidem frustratoria redderetur præsens nova inquisitio, quandoquidem, in processu formato contra supradictum R. P. de Aruhoja, tempore, quo erat in vivis, ne dum illicita, verum etiam usuræ aliaque deducebantur, ad instantiam fisci, & adhærentium sacris Canonibus (ut prætendebatur adversantia) & tamen acerrimè discussa, ac ruminata causa in plena Congregatione auditoque fisco, in juribus suis dict. R. P. Anchora diffinitivè fuit absolutus; modo, cùm eadem per fiscum adducantur, nulla poterit cadere dubitatio, quin pariter absolutioni locus esset, ex certissima regula, quod ubi eodem rationis identitas reperitur eamdem juris dispositionem constituit *l. illud* 32. *ff. ad l. Aquil.* ratioque consideratur in parte quotitativa, est eadem, quam in tota, sicque idem jus observandum communiter Doctores *in cap. Pastoralis, §. item, cùm totum, de offic. deleg.* 9

Nec ex qualibet nova causa possunt judicia in processu, 10 aliàs per absolutionem extincta reviviscere, quia, & si absolutus ab observatione judicii, vel ex actis deductis possit iterum reaccusari, processari, & inquiri, ut ostendit Farinac. *d. quæst.* 4. *in* 5. *limit. num.* 23. *& num.* 24. desiderentur tamen, nedum urgentiora, & fortiora prioribus; verùm etiam specie, vel substantia, à primis distincta, Boss. *tit. de tort. sub num.* 42. Clar. *quæst.* 64. *numer.* 46. Caball. *cas.* 93. *numer.* 43. Guazzin. *defens.* 2. *cap.* 7. *numer.* 18. *& defens.* 30. *cap.* 23. *num.* 8. Farinac. *d. cons.* 108. *num.* 19. Sed nullo modo poterunt acquiri judicia, vel specie, vel substantia à primis diversa, cùm semper coinciderent ad primævum fisci prætensum, ergo.

Nec relevaret, si fortasse hoc secundo loco pinguius essent probatæ, quia nova veteris judicii probatio, & si 11 pinguior, nullam constituere possit differentiam vel speciei, vel substantia, inter eadem indicia, quia eadem non essent; ita in individuo affirmat Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tort. num.* 57. *versic. Sed pone*, Brun. *de indic. part.* 2. *quæst.* 5. *num.* 63. *vers. Sed cùm hic fiat*, Caball. *d. cas.* 93. *num.*....

At in casu nostro, supradcta considerari nullo modo possunt, cùm R. P. de Anchora non fuerit absolutus ab observatione judicii, vel ex actis deductis, sed diffinitivè, unde irrefragabiliter intrant doctrinæ superiùs cumulatæ.

Et in tantùm veræ sunt, ut si quis fuerit absolutus dif- 12 finitivè, & adhuc post absolutionem duraret diffamatio, quod talia commisisset; non per hoc super eisdem posset denuo contra ipsum formari processus, Abbas *in cap. licet, de accusat. & commendat.* ibi Joann. de Anan. *in cap. fin. de offic. deleg.* Lancell. Dec. *in leg. transigere, Cod. de trans. col. penult. versic. & in quantum*, Bart. Decian. *dict. lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 21.

Esto quod Princeps mandaret, quod non obstante sen- 13 tentia absolutoria, iterum contra absolutum fieret processus, ut in individuo affirmant Silvan. *consil.* 75. *n.* 17. Buratt. *consil.* 34. *n.* 12. Giurb. *consil.* 52. *n.* 17. *in fine.*

Et ex his, &c.

DISCEPTATIO CXXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Lucrum ex emptionibus perceptum, ultra summam veri pretii soluti præciso lucro cessante, vel damno emergente, est species usuræ.*
3 *Credita matura emi posse minus quàm valeant sine labe peccati, probatur.*
4 *Emptor potest creditum vilius emere anticipata solutione.*
5 *Creditor minus accipit pignus in riguardo, quàm valeat.*
6 *Venditor minus potest actionem ad rem vendere, quàm valeat res.*
7 *Pecunia præsenti emitur res minus quàm valeat.*
8 *Fiscus sua credita exigit ante tempus, dimisso interusurio medii temporis.*
9 *Contractus factus secundùm consuetudinem Regionis præsumitur validus.*

10 *Pretium justum cujuscumque rei quodnam præsumatur.*
11 *Usura palliata quænam sit, & quando committatur.*
12 *Nomen debitoris potest emi minus quàm valeat, & quando.*
13 *Lucrum cessans qualiter debeatur.*
14 *Emptio rei vilescit, quando emptor rogatur, & pro qua parte vilescat.*
15 *Clericis qualiter negotiatio interdicatur, & quid in Religiosis.*
16 *Religiosi, & Clerici emere quando possint validè, & licitè.*
17 *Religiosus an possit ad nutum superioris habere peculium.*
18 *Peculium ad nutum amovibile potest habere Religiosus, & quando.*
19 *Peculii concessi revocatio quando fieri non possit per superiorem.*
20 *Licentia habendi peculium quando prosit Regulari, & qualis esse debeat.*
21 *Regulares Prælati quando possint secum dispensare.*

ARGUMENTUM.

Emere credita in tempus exigibilia, pro pecunia præsenti minus quàm valeant non esse in jure prohibitum, ostenditur: Idque tum secularibus, tum Ecclesiasticis, & Regularibus, quibus permissum etiam est habere peculium ad nutum amovibilem à Superioribus, qui tamen non semper poterunt licentiam datam revocare. Licentia prædicta qualis esse debeat. Et hanc licentiam posse Prælatum sibi ipsi impartiri, probatur.

IURA

Adm. Rever. Patris Fr. Joann. Baptistæ de Anchora Ordinis Sancti Patris Augustini, Vicarii Generalis Congregationis S. Joannis ad Carbonariam,

In Tribunali Illustriss. & Reverendiss. Domini Nuntii Apostolici in Regno Neapolis.

1 Admodum Reverendiss. Pater Frater Joann. Baptista de Anchora Neapolitanus, Religionis S. Patris Augustini, Vicarius Generalis Congregationis S. Joannis ad Carbonetum, cùm ex debito ejus officii nonnullos Fratres ejusdem Conventus animadvertere voluisset, ut secundùm Constitutiones Ordinis, & prædicti Monasterii institutum, ad nocturnas horas canonicas accedere deberent, ac à gravioribus peccatis desistant; isti tales communicato consilio, conspiraverunt contra Patrem Vicarium; duasque pessimas imposturas falsò contra eum proposuerunt. Primò, de hæresi coram Ordinario. Secundò, de usuris, & illicita negotiatione in Tribunali Nuntiaturæ Apostolicæ. Advocata priori querela à Sacra Congregatione Sancti Officii Universalis Inquisitionis totius Orbis, datur intelligi, Eminentissimos illos Dominos, ac Patres, scientia, integritate, charitate, circumspectione, ac omni virtutum genere suffultos, agnovisse calumniam.

Meum erit de asserta usuraria pravitate, ac illicita negotiatione differere. Dicunt impostores.

2 Patrem Fratrem Joann. Baptistam, sive sub nomine Monasterii Sancti Joannis ad Carbonetum, sive ejus proprio, sive alterius personæ à diversis, variisque personis emisse tertias, illi à Regia Curia super Arrendamentis venditas, nondum maturatas, sed acerbas, exigendas ab emptore post duos, tres, vel plures annos, & quantitatem sibi cessam, non integram, sed in minori summa, præsenti pecunia cedentibus exbursasse.

Asserunt, creditum cessum, sive venditum esse liquidum, solvendum certò infra tot annos, diversis tamen tandis, ac solutionibus; recuperatu non difficile, quia ad præsens in Civitate Neapol. redditus perveniendi ex Regiis Arrendamentis distribuuntur inter Assignatarios, per æs, & libram, & æqua lance, & adveniente tempore solutionis, sine ullo periculo, impensis, vel labore, per medium publici Banci faciendam esse exactionem; ejusdemque valoris esse ducatos centum, consequendos post tres annos, cujus sunt ducati centum, ad præsens soluti, ex quibus colligunt, Fratrem Joannem Baptistam in effectu mutuasse pecuniam venditoribus tertiarum, consequendam tamen post aliquot annos, sub fœnore, & fœnus, atque usuram esse, illud pluris, quod ceditur à venditore, ultra summam ab emptore numeratam.

Et quòd cessante ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, vel ambiguitate crediti venditi, vel risico perdendi pecuniam solutam, vel difficultate in exigendo, totum, quod emptor percipit à venditore ultra summam effectivè solutam sit usura, & turpiter receptum, tenent.

Joann. Baptista Lupus *in cap. naviganti, de usuris, comment. 3. §. 5. num. 27.*

Lessius *lib. 2. cap. 21. dub. 8. num. 71.*

Sotus *de just. & jure, lib. 6. q. 4. art. 1. ad 3.*

Sylvester *in summa, in verb. usura.*

Rebellius *lib. 9. q. 13. p. 2.*

Molina *de contract. tract. 2. disp. 361. num. 4. & 5.*

Salas *de usuris, dub. 27. numer. 4.*

Ferdinandus de Castro Palao *de justit. & jure, tom. 2. disp. 5. num. 6. vers. cæterum.*

Petrus de Arag. *2. 2. q. 77. art. 4. in fine.*

Alii licet hanc teneant opinionem, affirmant tamen, contrariam esse valde probabilem, & multorum gravium Virorum testimonio, auctoritateque suffultam, quorum numero sunt.

Azorius *institution. moral. part. 3. lib. 8. capit. 10. quæst. 95. de empt. & vendit. litt. F, vers. in hac controversia.*

Fagundez *de justit. & jure, lib. 5. de translat. domin. per empt. & vend. cap. 16. ex num. 9. vers. Quarta, & vers. Secunda sententia verior.*

Paulus Layman *de justit. & jure, lib. 3. tract. 4. cap. 18. §. 5. numer. 33.*

Malderus *in 2. 2. D. Th. tract. 5. c. 2. dub. 5.*

Philiarcus *de offic. Sacerdotis, p. 2. lib. 5. c. 13.*

Pater Andreas Lanfrancus Theatinus *tom. 2. moral. par. 2. opusc. 18. c. 2. n. 5. & per tot.*

Filliuccius *tom. 2. tract. 35. de contract. c. 5. numer. 105.*

Ex quo fit, quòd si quis sequutus sententiam Cajetani, & aliorum Doctorum affirmantium, licere minori pretio emere solutionem acerbam pretio anticipato, non peccaret, neque teneretur ad restitutionem, & Parœcus audita ejus confessione teneretur illum absolvere, ita Pater Salas adversæ opinionis acerrimus propugnator *de usuris, dub. 27. n. 6. vers. propter hæc*, quem referendo sequitur Lanfrancus *opusc. 18. num. 17. p. 2. tom. 2.*

Contrariam tamen opinionem, scilicet, licitè, & sine labe usuræ posse tertium emere creditum ematurum, minori pretio anticipato, promptè soluto, esto nullum cesset lucrum, vel damnum emergat emptori, dubitumque sit liquidum, & in futurum sine expensis consequendum tenent.

Cajetanus *in summa, in verb. usura, in ult. sess. sub tit. pagas certas Montis Genuensis.*

Summa Rosella *in verb. usura, numer. 51. vers. Sed Panormitanus.*

Summa Armill. *in simili verb. usura, numer. 50.*

Navarr. *in manual. de sept. præcept. decalog. c. 17. num. 81.* qui clarissimè loquitur pro hac opinione, ut ponderat Andr. Lanfranc. *in opusc. moral. p. 2. opusc. 18. c. 2. n. 2.*

Emmanuel Sà *in verb. debitum, n. 2.* qui contractum similem faciendum non probaret, sed factum non improbat.

Diana *p. 1. tract. 8. de contract. resol. 49. vers. at licet*, & clariùs iterum *vers. Sed si hæc est sententia.*

P. Petrus Vvadingus *de contract. disput. 7. dub. 15. §. 1. numer. 1. & 2.* qui hanc vocat communem esse sententiam apud Jureconsultos, hanc opinionem docuit Eminentissimus, ac Sanctæ Memoriæ Cardinalis Bellarminus publicè docens Lovanii, & Rever. Pater Petrus Parra docens Romæ, ut refert Lessius (qui contrariam tenet opinionem) *lib. 2. cap. 21. dub. 8. num. 66.* quod etiam affirmat Diana, & Lanfrancus *loc. cit. numer. 5.* & alii.

Et probabilius esse, licere vilius emere anticipata solutione, quando communis emendi modus est hujusmodi, 4 docet Sanchez *lib. 1. consil. moral. cap. 7. dub. 16. num. 4.* & di-

& disputato articulo, de quo agimus, concludit *num.*5. per hæc verba, sit conclusio: Utraque sententia est satis probabilis: at secunda (quæ est affirmativa) videtur mihi probabilior, quam tenent Sà, Azorius cum multis aliis.

Franciscus Niger Syriacus *controvers. forens. capit.*169. *numer.*27. *vol.*1. qui sub *númer.*35. affirmat, quòd multi Theologi approbarunt ejus scripta, & inquisiti fuerunt absoluti, & iterùm *capit.*170. *numer.*16. *eodem vol.* concludit, quòd qui secus dixerunt, valdè errarunt, & eorum opinio non potest procedere, Scaccia *de commerc. & camb.* §.1. *quæst.*1. *num.*432. *& eod.* §.1. *qu.*7. *part.*2. *ampl.* 3. *num.*13.

Honoratus Leotardus *de usuris*, *quæst.* 39. *numer.* 9. *&* 10.

Eminentissimus, ac Doctissimus Cardinalis de Lugo *de just. & jure*, *tom.*2. *disp.*26. *sess.*7. §.2. *n.*100. *vers. secunda verò pars*.

Illustriss. Carolus Maranta Episcopus Juvenacensis *controv. juris*, *p.*5. *respons.*65. *ex n.*2.

Petrus Diez de Noguerol. *alleg.*18. *num.*78. *& allegat.*37. *num.*67.

Maceratensis *variarum resolut. lib.*2. *capit.*57. *numer.*58. nisi deceptio interveniat ultra dimidiam justi pretii, quia tunc locum haberet dispositio *l.*2. *Cod. de rescind. vend.* idem *n.*69.

5 Quam opinionem verissimam esse censeo, & apud nostrum Sacrum Consilium in dies in praxi receptam, absque ulla hæsitatione videmus. Siquidem est indubitatum, nomina debitorum, credita & actiones vendi posse, *l.*1. *& toto tit. Cod. de hæredit. & actione vendita*; etiam si dies solutionis adhuc non venerit, *leg. nomina eorum* 17. *ff. eod.* & in pignus dari, sicuti fit communiter Neapol. quando credita capitalium empta à Regia Curia, etiam prævia cessione juris luendi pro securitate majoris creditoris à debitore assignantur (ut dicunt) *in riguardo*, in puncto Altogradus *cons.*37. *n.*18.

Et creditum si minus justo pretio venditum sit, nulla usuræ ratio intelligi potest, nam ex injustitia pretii venditio non erit irrita, vel transiret in aliam speciem contractus, cum res etiam vilissimo pretio vendi possit, *l. in causa*, §. *idem Pomponius*, *ff. locat.*

Et in hoc casu P. Fr. Joannes Baptistæ non emit pecuniam futuram, & post duos, vel tres annos exigendam, sed jus, actionemque, quam venditor habebat consequendi hoc creditum, quod jus licet non valeat minùs, quam pecunia de præsenti solvenda, ut dicunt Patres Theologi (sed Jureconsulti expressè negant) re tamen vera nullum mutuum intercedit, & sic nullo modo potest hic contractus dici usurarius, cùm usura sit lucrum de mutuo, Rota apud Farinac. *decis.*572. *num.*2. *vol.*1. *in posthum.* & apud Eminentiss. Cardin. Merlinum *decis.*380. *num.*3. & si solùm attendatur lucrum ex emptione prædicta viliori pretio, non dabitur mutuum formale, nec virtuale, sed emptio injusta obligans ad restitutionem. Nec ex intentione implicita contrahentium apparet, aliquod mutuum intercessisse, immò constat, esse meram venditionem, quæ ex parte utriusque absque ulla dilatione fuit perfecta, tam quoad solutionem pretii nunc soluti, quàm per traditionem crediti, quod nunc cedit, ita ut consummatus fuit emptionis, & venditionis contractus, nam emptor solum integrum pretium, & venditor statim cessit integrum jus, quod ad ipsum spectabat pro exigendis illis tertiis, hæc Eminentiss. Lugo doctè considerat; exploratum enim est, quòd cessio in rebus incorporalibus obtinet vim veræ traditionis, ex adductis per Menoch. *de retinend. possess. remed.*3. *num.* 259. Gratian. *discept. forens. tom.*2. *discept.*310. *n.*1. *&* 2. Cavaler. *decis. Rotæ* 319. *n.*5. Post. *de manutenend. observ.*55. *tom.* 1. qui alios allegat.

6 Non injustitia considerari potest in hoc contractu; cùm minus sit habere actionem, quàm rem ipsam, *leg. minus* 205. *ff. de regul. jur.* & non dubitandum, quòd venditor vendidit actionem pro consequendis centum, non autem centum; centum enim non sunt adhuc, nisi in spe, quia adhuc solutionis dies non cessit, nec exigi possunt: jus ad rem consequendam distinguitur ab ipsa re, & sic non est verum, quod Theologi dicunt, quòd jus consequendi centum ab arrendamento, post tot annos, sint ipsa centum, quæ præsenti pecunia fuerunt persoluta: cùm certum sit, quòd aliquo modo distinguatur ab ipsa re, ut doctè affirmat Joann. Ægid. Trullench. *ad præcept. Decalog. lib.*7. *cap.*1. *dub.*10. *num.*3. *ver. nihilominus prima probabilis est*, *in fine numeri*.

Qui enim emit centum exigendos post tres annos, & solvit ad præsens pretium anticipata solutione, plus solvit, quàm in futurum percipere posset; nam qui prætmaturè petit plus videtur petere, §. *plus autem*, *institut. de actionibus capit.*1. *de plus petitionibus*, cùm mora solutionis sit quædam diminutio pretii, *leg. circa legem* 66. *ff. ad leg. falcid.* & interusurium hujus temporis spatii minorem facit quantitatem solutum, *leg. in quantitate* 73. §. *in diem*, *leg. qui quadraginta* 87. §. *fin. ff. eod.* medii namque temporis commodum computatur, *l. si mandavero tibi*, *ut pro me* 22. *ff. mandat.* cùm tempus pars summè sit, *l.*1. §. *editiones*, *vers. nam ut dies*, *ff. de edendo*, *l. solidum* 88. *ff. de solut.* Surd. *decis.*114. *num.*7. *&* 120. *numer.*2. Pyrrus Maur. Aret. *de solut. cap.*42. *num.*1. *&* 2. *& cap.*56. *per totum*, ex quibus, & aliis sequitur, quòd qui vendidit rem, non præsenti pecunia, sed solutione pretii in tempus dilata, est vendere minori pretio, post Bart. Bald. & alios plenè Tiraquel. *de retract. consanguinit.* §.1. *gloss.*18. ex *num.*34. *cum seq.*

Jus illud consequendi centum post duos annos inutile 7
est, & ad nihilum deseruit; centum autem ad præsens soluti, ex nunc utiles sunt, ergo pluris æstimationis sunt centum ad præsens soluti, quàm jus pro exixendis centum post annos duos, Sanchez *cons. moral. lib.*1. *capit.*7. *dub.*17. *n.*4. pecuniam namque præsentem possum convertere in proprium usum, extinguere debitum, cum ea lucrari, & similia, quæ commoda, jura, & actiones emptæ nullo modo præstant, & sic nulla videtur usura, & neque injustitia, si jus ad centum post aliquot annos recipienda minori pretio, quàm centum fuerit emptum.

Nemo enim reperiretur, qui è marsupio numeraret centum pro habendo credito aliorum centum post plures annos, etiam si nullus futurus esset labor, nisi in eundo ad accipiendum illa centum à debitore; plus enim quil[illegible] [illegible]mabit pecuniam, quam habet in crumena, quà[illegible] actionem, ut considerat Cyriac. *locis allatis* co[illegible]. *n.*28. *&* 150. *n.*16. *vol.*1.

Hinc est, quòd etsi Fiscus ob publicas, ac urgentes ne- 8
cessitates ex privilegio particulari possit à debitore Fiscali suum creditum exigere ante tempus, *l.*1. *C. de condit. ex lege*; debet tamen dimittere debitori interusurium medii temporis, ne plus debito exigat, Accurs. *in ead. leg. in verb. exolvatur*, Suar. *in l. post rem judicatam* 7. *limit. n.*5. plenè Intrigliol. *sing.*89. *lib.*2.

Idcircò satis justè per nostrum Sacrum Consilium fuit judicatum, quòd in liquidatione onerum hæreditariorum, quæ non debentur incontinenti, sed est data defuncto dilatio ad solvendum, & dies nondum cesserat tempore ejus mortis; habenda est ratio commodi medii temporis, intra quod solvi debeat. Verba sunt propria Dom. Præs. de Franc. *decis.*186. *n.*9.

Et cùm hic contractus in hac Civitate Neapolis sit fre- 9
quenti omnium usu approbatus, & apud Cives optimæ, & probatæ opinionis, ac timoratæ conscientiæ, ac etiam cum Ecclesiasticis frequentissimus; ex hac consuetudine contrahendi præcluditur omnis altercatio inter discrepantes Doctorum opiniones, & taliter contrahentes, nedum excusantur à pœna usurariæ pravitatis, sed etiam ab actus nullitate, Natt. *cons.*498. *numer.*26. *volum.*3. Scacc. *de com. & camb.* §.6. *gloss.*1. ex *num.*45. Franc. Castracan. *de societ. super officiis*, *cap.*4. *num.*20. Cardinal. Mantica *de tacit. & ambigu. convent. lib.*8. *tit.*25. *num.*20. Ciarlin. plenè *controvers. forens. cap.*29. *numer.*38. *&* 39. *tom.*1. facit text. *in l. quid sit fugitivus*, §. *apud Labeonem*, *ff. de ædilit. edict.* ibi, *ex more regionis*, *leg. in contraria* 37. ibi, *Usuras venire ex more regionis*, *ff. de usur.*

Neque in hoc emptionis, & venditionis contractu fraus, 10
læsio, deceptio, seu injustitia intervenit, cùm nomen debitoris fuerit venditum pretio solito, ac currenti, quo apud omnes probos viros, & communi æstimatione conveniens, atque congruum fuerit æstimatum, & hoc dicitur justum, ac legitimum rei pretium, quod communis, ac prudens hominum æstimatio ponit, Divuus Thomas *tom.*2. *quæst.*77. *artic.*2. *controvers.*3. Salon. 2. 2. D. Thom. *art.*1. *controvers.*3. Covarruv. *variarum resolut. lib.*2. *capit.* 3. *numer.*4. *in princ.* Reginald. *in praxi*, *lib.*25. *à num.*269. Pinell. *in l.*2. *Cod. de rescind. vendit. part.*3. *capit. fin. numer.*17. Mascardus *de probation. volum.*3. *conclus.*1396.

*num.*25. Alvar. Valasc. *consult.*43. *numer.*1. *tom.*1. & quod absque fraude potest illo modo vendendi obtineri, Salas *de empt. & vendit. dub.*2. *numer.*4. *vers. Confirmatur*; res enim tantum valet, quanti vendi potest, plures allegat Menoch. *cons.*137. *numer.*4. *vol.*2.

11 Non nego tamen, quod si Fratre Joanne Baptista habuisset intentionem implicitam faciendi mutuum virtuale; putà si habuisset animum mutuandi quantitatem illam pro pretio crediti solutam, illamque sibi restituendam fore infra tot annos, recepta certa quantitate pro usuris medii temporis, commisisset usuram palliatam, quia nimirum in diminutione pretii intenditur lucrum, propter temporis anticipationem, ut concludit Eminentiss. Cardinalis de Lugo *de justit. & jur. tom.*2. *disput.*26. *sess.*7. §.1. *numer.*98. *vers. Dixi tamen*, de quo nulla adest probabilis præsumptio, sed quatenus in hoc peccasset, quod non credo, tunc solùm Deum haberet ultorem, cùm tamquam usurarius mentalis non posset in foro exteriori puniri, *cap. in civitate, de usur. cap. consuluit*, juncta gloss. *in verb. malè agere, eod. tit.* Joann. Valer. *de differ. inter utrumque for. in verb. usura, differ.*8.

12 Omnes Doctores, qui hanc disputant quæstionem, nemine dissentiente, communi ore concludunt, quod si periculum sit, ne debitum emptum integrè solvatur, aut ne solvatur sine labore, aut expensis, vel si propter hujus crediti emptionem, ipsi emptori lucrum cessaret; his vel unum ex ipsis concurrentibus, certum esse, ac indubitatum, nomen debitoris minori pretio emi posse, præter Doctores suprà citatos Salgado *in labyrinth. creditor. part.*1. *capit.*13. §.2. ex *numer.*28. qui omnes cumulat, P. Angelus Maria Verricell. Theatin. *in quæst. mor. tract.*3. *quæst.*7. *numer.*3. hæc omnia satis cumulatè copulativè concurrunt in emptionibus tertiarum, quas fecit R.P.F. Joann. Baptista.

Adest periculum amittendi pretium solutum, vel partem i[illegible]am antequam cedat dies solutionis, & sint cum [illegible]tiæ venditæ, per emptorem exactæ, hæ tertiæ p[illegible] creditoribus anterioribus, vel potioribus venden[illegible]equestrari, de ordine Judicis vendi; possunt capitalia, ex quibus dependent tertiæ venditæ esse dotalia, & per obitum viri venditoris ab uxore vidua reivendicari, vel ob vergentiam viri ad inopiam super eis assecurari, possunt esse obnoxia vinculo, & fideicommisso, & per mortem gravati à vocatis in fideicommisso à posse emptoris repeti, ex his, & similibus, quæ de facili succedere possunt, quorum certa cognitio tempore emptionis nullo modo dari potest, quis negare poterit, quòd in istis tertiis emendis, quamvis non possunt dici litigiosæ, adest tamen periculum amittendi integram quantitatem ab emptore solutam, vel ipsius partem, & pro iis explicandis pernecesse esse posset, expendere, laborare, & litibus, earumque molestiis vexari. Cùm explorati juris sit, quòd quomodocumque nomen debitoris non sit exactum, semper dicatur esse in bonis cedentis, & existat hypotheca creditoris anterioris, cujus virtute potest delegationem impedire, exigendo suum creditum, excluso delegatario, Surd. *consil.*436. *numer.*11. *vol.*3. Giurba *decis.*4. *num.*4. Castillus *tom.*4. *c.*61. *num.*88. Noguerol. *allegat.*35. *num.*11.

Non adest certitudo, quando solutio re vera sit facienda, ut plurimum, namque tandæ, & ratæ illorum tertiarum, quæ certo tempore solvendæ erant, differuntur, & major dilatio intercedit pro exigenda quantitate cessa, quàm tempore initæ venditionis poterat excogitari.

13 Adest lucrum cessans, nam pecuniam, quam R. P. Fr. Joann. Baptista de Anchora applicavit in emendo tertias acerbas, & immaturas, persolvendas per Regiam Curiam post duos, vel plures annos, paratam habebat pro emendis annuis redditibus, unà cum eorum capitali ab eadem Reg. Curia super Arrendamentis, vel functionibus fiscalibus, prævia cessione juris luendi, à qua emptione, computato alagio currenti perciperet annuos ducatos duodecim, vel quatuordecim, ad minus pro quolibet centenario, ad rationem anni, fueratque tutus, & immunis à quolibet sequestro, lite, & vexatione, nam ex effectu juris luendi resolvuntur omnes hypothecæ super dictis annuis redditibus, contractæ à cedente, ejusque prædecessoribus, Reg. de Ponte *decis.*28. *num.*18. *consiliar.* Carleval. *de judiciis, tom.*2. *lib.*1. *tit.*3. *disp.*35. *n.*45.

Vel emere posset annuos introitus ad usum Bullæ Papæ Nicolai V. quam servamus in hoc Regno, à particularibus tutis, ac omni ævo solvendo, ad rationem septem, vel octo, aut decem pro quolibet centenario.

Cùm ergo Pater Fr. Joannes Baptista pecuniam hanc paratam pro emendis annuis redditibus, sive à Regia Curia, sive à particularibus, requisitus ab amicis, & præsertim ab admodum Reverendis Patribus Theatinis Sanctorum Apostolorum, ut consulendo ipsorum necessitatibus emeret tertias non maturas, ipsis per Regiam Curiam, debitas, eorumque obtemperando precibus emit tertias prædictas acerbas, præsentique pecunia pretium exolvit, se privando beneficio illo annuo, quod posset consequi ab emptionibus per eum faciendis tot annorum introituum, sive à Regia Curia, sive à particularibus, omnis ratio exposcit, ut tantundem lucri ultrà quantitatem exbursatam in annis singulis pro quolibet centenario, sine ullo scrupulo percipere posset.

Et cùm in hac Civitate Neap. semper adsint paratæ emptiones prædictorum annuorum introituum, etiam in non solito negotiari, sine probatione lucri cessantis, vel damni emergentis, ex stylo Sacri Concilii interesse taxari solet ad rationem novem pro quolibet centenario, refert judicatum Anna *allegat.*42. *num.*14. vel ad rationem septem, vel octo pro centenario, Scipio Theodorus *allegat.*89. *num.*8. & 9. ex Alexand. *consil.*172. *numer.*20. *vol.*6. notorium enim non indiget probatione, ut in materia, de qua agimus affirmat Reg. Lanarius *cons.*79. *n.*9.

Adde, quod cùm Pater Frater Joannes Baptista de Anchora rogatus à venditoribus & potiùs in eorum gratiam, 14
quàm sui, emisset has tertias immaturas, hoc casu jure licito poterat illas minori pretio emere, quàm cùm effectu valerent; ex modo hoc vendendi, & per accidens, quatenus emptor rogatus emit, pretium vilescit pro tertia parte, vel, ut alii dicunt, pro medietate, Cajetanus 2. 2. *qu.* 77. *art.*1. Lessius *lib.*2. *cap.*21. *dub.*4. *numer.*33. Salas *de empt. & vendit. dub.*25. *numer.*3. *in fine numeri, & numer.*4. Diana *tom.*1. *tract.*8. *resolut.*22. *vers. quintò, quia communis indigentia*, Eminentiss. Cardinalis de Lugo *de just. & jure, disput.*26. *num.*4. quos referendo sequitur P. Maria Verricelli Theatinus *in quæst. moral. tract.*3. *quæst.*7. *num.*6. qui in casu nostro simili loquitur, ex quorum, & aliis authoritatibus P. Diana *allegato tom.*1. *tract.*8. *de contract. resolut.* 78. *per tot.* firmat conclusionem, licitam esse, & absque labe usuræ emptionem mercium, anticipata solutione, minus justo pretio, quando venditor rogat emptorem, ut emat, non propter solutionem anticipatam, quia hoc esset committere usuram, sed ex modo vendendi, cùm venditor rogat emptorem, quia tunc merces vilescunt, ex qua conclusione idem Diana deducit posse aliquem emere rem vilius ab illo, qui necessitate compulsus vendit, quia tunc minuitur pretium rei venditæ.

Nec valet opponere, quòd hæc procedunt quoad laicas 15
personas, sed respectu Religiosi, & ex Ordine Mendicantium diversa viget ratio, cùm Clericis, ac Religiosis negotiatio sit interdicta, ex Concilio Carthaginensi *c.*1. *& c. Cyprianus* 21. *qu.*3. *cap. final. de vita, & honest. cleric. & tot. tit. ne Clerici, vel Monachi.*

Siquidem certum est, quòd negotiatio Religiosis, & Clericis est prohibita, sed nullo modo negotiator potest dici Frat. Joann. Baptista, tali modo contrahendo; ille namque dicitur negotiator, qui rem emit, eo fine, ut illam eamdem rem immutatam carius vendat, post Joann. Andream, & alios Joann. Antonius de Nigris *in clement. unica, de vita, & honestate cleric. in verb. privilegio, num.*282. *fol. mihi* 33. Redoanus *in tract. de spoliis, quæst.*2. *num.*38. de Grassis *de effect. cleric. effect.*3. *numer.*181. Guttierez *de Gabell. quæst.*93. *num.*47. aliosque cumulat Illustriss. Dom. Episcopus Maranta *respons.*73. *num.*22. & 24. *vol.*3. vilius emere, carius vendere, turpe lucrum est, *cap. quicumque* 14. *quæst.*4. prohibitum namque est Religiosis, & Clericis emere, eo fine, ut carius, & cum lucro vendant, Eminentiss. Cardinalis de Lugo post Molin. Fillincc. & alios *de just. & jure, tit. de empt. & vendit. disput.*26. *sess.*3. *num.* 31. & ut sit illa negotiatio, quæ est Religiosis prohibita, requiritur necessariò, ut rem eo fine Religiosus emat, ut carius revenderet, *cap. ejiciens* 88. *dist.* satis doctè Illustrissimus Dominus Alexander Sperellus, Dignissimus in hoc Regno Apostolicus Nuntius *in decis.*49. *fori Ecclesiastici, n.*24. *vol.*1.

Negotiatio enim nil aliud est, quàm solertia quædam vilius emendi, & carius vendendi, rerum non mutata forma,

forma, sic illam describunt Natta *consil.*139. *incip.* Andr. Siculus *numer.*2. *vol.*1. Bursatus *cons.*42. *num.*9. *vol.*1. Franc. Ansald. *de jurisd. part.*2.*tit.*11. *c.*34. ex *num.*33.*& part.*5.*tit.*4.*c.*3.*& ult. numer.*10.

16 Religiosus verò, emere bona, sive immobilia, sive mobilia non prohibetur, dum modò emat, non eo animo, ut sibi applicet, & acquirat empta, sed ut appropriet, & acquirat Monasterio, sibi autem simplicem, & purum usum, & non continuum, sed quousque Superiori placebit, Navarr. *in comm.*1. *de usuris*, *cap.*1. *num.*23. Fr. Laurent. de Peyrinis *de Subdito*, *tom.*2. *quæst.*2. *cap.*2. §.5. *vers. dico*, *fol. mihi* 173. ex vi enim voti paupertatis Religiosus non obligatur ad non acquirendum, sed benè ad non alienandum, Pater Marcus Vidal. Theatinus *de pauper. Religiosa*, *num.*75. *vers. ratio est*.

Lites emere Religiosis, & Clericis est prohibitum, nam cùm negotiari sit eis interdictum, multò magis erit eis prohibitum emere lites, *cap.*2. *de alien. judicii mutandi causa facta*, *cap.*1. *ne Cleric. vel Monachi*, ibi contentiones, vel lites amare, Belletus *disquis. cleric.* §.21. 1.*part. numer.*20. Natta *cons.*430. *num.*13. *vol.*3. Ansaldus *de jurisdict. part.*2. *tit.*11. *cap.*34. *num.*16. In hac facti specie, tertiæ virides, & non maturæ emptæ, venditionis tempore non sunt vitio litigiosi affectæ, quia venditor est in possessiones illas etiam pro præterito exigendi, sine lite, & molestia, sunt tamen ex accidenti subjectæ litigiis, ac difficultatibus, quæ nullo pacto prævideri possunt, ideòque non potest dici emere lites, & Fratrem Joann. Baptistam esse litium redemptorem, benè tamen verum est, nomen debitoris emptum esse sub periculo, & poterit esse sub litigio.

Non potest dici, Fratrem Joann. Baptistam de Anchora ad præsens Vicarium Generalem Congregationis S. Joann. ad Carbonetum peccasse contra votum Paupertatis, siquidem, etsi verissimum sit, Regulares Professos, dominium, sive proprietatem bonorum nullo modo habere posse, *c.*2. *de Regul. cum concord.* & per Concilium Tridentinum satis strictè fuit hoc declaratum *sess.*25. *capit.*2. *de Regular. & Monial.* plenissimè Barbos. *de potestate Episcopi alleg.*103. *numer.*2.

17 Nam & si indubitatum sit, & juxta fidem certum, nullum Religiosum posse habere proprium, stricto modo sumptum, & quoad veram bonorum proprietatem, *c. cum ad Monasterium*, *de stat. Monachor.* D. Barthol. à S. Fausto *in Thesaur. Religiosor. lib.*8. *de voto paupertatis*, *q.*20. Bordon. *variar. resolut. Regular. resolut.*43. *ex num.*20. de Peyrin. *tom.*1. *de subdito*, *q.*3. *c.*2. *vers. noto quintò*, potest tamen Religiosus habere proprium, largo modo acceptum, prout continet solam detentionem, usum, administrationem, & possessionem facti, cum facultate disponendi de eo in usus honestos, & pios, amovibile tamen ad nutum Superioris, idem de S. Fausto *loc. cit. q.*68. *num.*3. & est conclusio apud gravissimos Doctores recepta, Religiosos Professos posse habere peculium, scilicet fundum, domum, annuos redditus per ipsos administrandos, quoad usus licitos, & honestos etiam indeterminatos, ad nutum Superioris amovibiles, non solùm de jure antiquo, verùm etiam post Concilium Tridentinum, & non peccare contra Religiosæ paupertatis votum, ita Sanchez *in summ. tom.*2. *lib.*7. *c.*22. *num.*11. Graff. *in decis. cas. conscient. part.*1. *lib.*3. *de Regul. cap.*5. *num.*53. Fagund. *de præcept. tract.*2. *lib.*8. *cap.*6. *num.*13. Pater Emman. Sà *in verb. Religionum* 48. Rodriq. *quæst. Regular. quæst.*29. *art.*8. *per totum*, Barbos. *de potest. Episc. in addit. ad allegat.*103. *vers. sed dubium remanet*, Bordon. *resolut.*43. *numer.*48. de Peyrin. *tract.*1. *de subdito*, *quæst.*2. §.1. *in princ.* Vidal. *in moral. de paupert. religios.* ex *num.*29. *cum seq.* hancque opinionem probabilem, & tutam in praxi esse æstimandam, judicat Diana *part.*1. *tract.*6. *de paupert. relig. resol.*32. *vers. Sed ego*, *& tom.*5. *tract.*8. *resolut.*32. *vers. Quintò, quando Religioso*, & quòd ex generali consuetudine Fratres Mendicantes possint retinere pecuniam particularem, dummodo habeant intentionem parendi ordinibus Superioris, quando aliter disponeret, affirmat Consil. Paschal. *in tractatu de viribus patr. potest. cap.*3. *num.*76. hoc videtur expresè declaratum à Summo Pontifice Clemente VIII. *in Bulla de largitione munerum, in d.* §. *id autem, in fine*, ibi, *Eique, ut ad libitum de eis disponat, per Superiores concessa fuerint*.

Vetat enim, ne Regulares quidquam possint donare de eleemosynis, ipsis à Prælatis concessis, ad suum libitum expendendis.

Concilium enim Tridentinum *in allegat. cap.*2. *sess.*25. *de Regular.* nihil novi juris induxit, sed solùm confirmavit statuta antiqua; unde quando prohibet, ut Religiosi in particulari non habeant bona immobilia, vel mobilia, neque ad usumfructum, vel usum, aut administrationem, intelligendum est de usu quoad jus administrandi nomine proprio, & ad tollendam proprietatem, quod cessat, cùm Religiosi detineant peculia, & annuos redditus ad nutum Superioris, & præter DD. allegatos hoc affirmat Episcop. Ricc. *in decis.*340. Cur. Archiep. Neap. *numer.*12. *vol.*4.

Vel quatenus novum jus per Concilium Tridentinum fuisset inductum, prohibens Religiosis, ut particulari neque de Superioris licentia possint detinere peculia, & annuos redditus, per non usum, & consuetudinem introductam in contrarium, illud decretum Concilii censetur abrogatum, quam consuetudinem Summi Pontifices sciunt, & non contradicunt, cùm de facili possent, sed illam tolerant, & consentiunt, teste praxi, sic dixit Vidal. *de pauper. relig. num.*46.

Non repugnat ergo voto paupertatis, habere peculium ex permissu Superioris, & ad nutum amovibile, & qui illud obtinet, semper sit paratus dimittere, quando Superior voluerit, Domini de Rota *decis.*772. *numer.*2. *divers. vol.*1. cùm tunc privatus Religiosus non habeat peculii dominium, sed illud remaneat penes Superiorem Monasterii, ex cujus licentia subditus detinet tantùm administrationem, & usum Navar. *in cap. nullum* 18. *quæst.*2. *nu.*28. *& *29. Iidem Domini de Rota apud Rubeum *decis.*414. *numer.*37. *part.*1. neque ad alium usum uti possunt aliter, quàm regula permittit, scilicet pro ejus victu, ad opera pia, & remuneratoria, eadem *decis.*414. *numer.*36. & ratio est, quia Canones non concedunt administrationem peculii Regularibus, nisi ad usus necessarios, pios, ac honestos, D. Barthol. à S. Fausto *de tribus votis*, *q.*60. *num.*11. & iterùm *q.*94. *num.*1. 18

Bene tamen verum est, quòd tale peculium concessum ad usum Religioso, debet esse revocabile ad nutum Superioris, & hoc animo illud detineri debeat à subdito, ita ut si Religiosus, Superiore volente, concessum sibi peculium resistat, aut non paratus sit, à se ad ejus nutum revocare, committeret peccatum proprietatis, Rodriquez *quæst. Regular. tom.*3. *art.*12. Graffius *de casib. reservatis*, *cap.*4. *num.*51. *in fin.* de Peyrin. *tom.*1. *de subdito*, *quæst.*2. *cap.*2. §.4. *vers. Ex quibus colligitur*, D. Barthol. à Sancto Fausto *de voto paupert. quæst.*18. *num.*3. *vers. Secundò, & sit paratus*. 19

Sed hæc regula limitatur. Primò, dummodò illi Religioso aliunde satis provideatur; nec enim Superiore jubente tenetur dimittere, nisi constaret alia ratione, ex communi penu, illi prospectum fore, ex Less. *lib.*2. *de institut. c.*4. *dub.*5. *num.*31. *& *32. Sanchez *de præcept. decalog. tom.*2. *lib.*7. *c.*22. *num.*15. de Peyrin. *tom.*1. *de subd. q.*2. *c.*2. §.1. *colum.*4. *vers. Colligitur quartò*.

Limitatur secundò, ut Religiosus non teneatur Superiori obedire, si auferat peculium, ut sibi retineat, vel particulari, sed non omnibus Fratribus illud auferat, idem de Peyrin. *loc. cit. vers. Tamdem nota*.

Hæc Prælati Regularis licentia habendi peculium ad usum tantùm, non requiritur necessariò, quòd expresè à Superiore subdito concedatur, sed sufficit tacita, sive præsumpta, ex D. Thom. 2.2. *quæst.*32. *art.*8. *ad* 1. & aliis, quos refert Sanchez *in summa*, *lib.*7. *cap.*19. ex *num.*4. Rodriq. *quæst. regul. tom.*2. *quæst.*57. *art.*2. *in princ.* D. Barthol. à Sancto Fausto *de trib. vot. lib.*8. *quæst.*159. *num.*1. Eminentiss. Cardin. de Lugo *de justitia & jure*, *tom.*1. *disp.*3. *sect.*7. *num.*123. Vidal. *in oper. moral. de paupert. religios. num.*161. & ut Religiosus possit præsumere, se habere licentiam, non est necesse, ut intelligat, quod Prælatus non ægrè ferat, illam concedere, sed satis est, ut intelligat, quod si expresè petiisset licentiam, illam concessisset, ita tenet de Peyrin. *loc. pluries allegato*, *de subdito*, *tom.*1. *quæst.*2. *cap.*2. §.3. *vers. Noto secundò*. Sed nedum P. Joannes Baptista, verùm omnes Religiosi Congregationis hujusmodi, pro certo, & indubitabili habent, quòd non solùm Superior requisitus à Religiosis de licentia pro habendo peculio, illam promptè, & de facili cuicumque ex Fratribus concederet, sed quòd non habet voluntatem repugnandi, & denegandi licentiam, & velle obligare subditum ad grave peccatum, quoties licentia non fuisset petita, quod necessariò requiritur, ut locum habeat licentia præsumpta, & ego 20

credo verum eſſe, ita firmat Eminentiſſ. de Lugo *loc. proximè cit. num.*125. *verſ. Voluntas ergo præſumpta*, potiſſimùm in hac Auguſtiniana Religione, in qua ad præſens viget hæc conſuetudo detinendi uſum peculii, cenſus, & redditus, & in praxi ſic obſervari ſæpè ſæpiùs à Religioſis, etiam ſcrupuloſæ conſcientiæ, refert Vidal. *de paupert. relig. num.*16. *&* 17. ſed in illis Religionibus, in quibus Religioſa paupertas ſtrictè obſervatur, videretur eſſe Prælatorum voluntas, quòd requirantur pro licentia obtinenda, ne pateat aditus ad enervandam obſervantiam paupertatis Religioſæ, ut obſervat idem Dom. Cardinalis de Lugo *ibid. numer.*125. *circa medium num.* ita ut à contrario ſenſu aliter præſumi videretur in Religionibus, in quibus votum paupertatis eſt de obſervantia de ſolo titulo.

Habuit peculii uſum Frater Joann. Baptiſta, videntibus, & non contradicentibus, ſed laudantibus, & approbantibus, nedum Prioribus, & Fratribus omnibus Conventus Sancti Joannis ad Carbonetum, & Vicariis Generalibus Congregationis pro tempore, ſed etiam Reverendiſſimis Patribus Generalibus totius Religionis, & ſignanter Reverendiſſimo Patre Philippo Vicecomite, totius Ordinis S. Auguſtini Priore Generali ad præſens digniſſimo, qui per plures menſes moram fecit Neap. & in Conventu Sancti Joannis ad Carbonetum, & cùm poterat prohibere, & nullo modo, nec cum Fr. Joanne Baptiſta, neque cum aliis Religioſis ejuſdem Conventus fecerunt, per conſequens aſſenſum, ac licentiam præſtiterunt, quòd Religioſi detinere poſſent peculii adminiſtrationem, ad beneplacitum tamen Religionis, Sanchez *in ſumma, lib.*7. *capit.* 19. *numer.*11. *&* 12. Navarrus *in comm.*2. *de regularibus*, *numer.*22. Rodriq. *quæſt. regul. tom.*3. *quæſt.*29. *art.*11. *in princ.* de Peyrinis *tom.*1. *de ſubdito*, *quæſt.*2. *cap.*2. §.3. *verſ. Nota* 3.

Nec dubitari ullo modo poterat, quòd Superiores, ſive mediati, ſive immediati, ſi de licentia obtinenda à P. Fr. Joann. Baptiſta fuiſſent requiſiti, illam denegaſſent, tum ex uſu, & permiſſa in hac Congregatione conſuetudine, tum ex qualitate hujus Religioſi, qui tot gradus, & majores ſine querela, & cum multo publicæ Communitatis, ac Monaſterii beneficio, per annos decem continuos ſe geſſit, majoremque peculii partem expendit, ac applicavit in beneficium Conventus; ut ex ponderatis in nota facti, in hac eadem cauſa exarata pleniſſimè conſtat. Iſtis, ac ſimilibus cauſis concurrentibus ſubditus licitè poteſt habere adminiſtrationem peculii cum tacita Superioris licentia Diana *part.*1. *reſolut.*31. Vidal. *de paupert. Religioſa numer.*8.

21 Item cùm ad præſens Fr. Joann. Baptiſta de Anchora ſit Vicarius Generalis Congregationis S. Joannis ad Carbonetum, licentiam habendi peculium, quam expreſsè aliis Religioſis concedere poteſt, poteſt ſecum ea licentia uti, & ſic communi Religionum uſu receptum eſt, quòd poſſint Prælati ſecum diſpenſare, niſi in Regula aliter fuerit ſancitum, ne ſint pejoris conditionis, quàm ſubditi, ut docet, ac fundat Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſput.*3. *num.* 10. nullus enim Religioſus poteſt eſſe executor teſtamenti, ſive ad cauſas pias, ſive profanas, ſine ſui Superioris licentia, *capit.*2. *de teſtam. in* 6. Superiores tamen ſine alia licentia poſſunt eo munere fungi, Sanchez *in ſumma, lib.* 6. *capit.*11. *numer.*5. Franc. Carpius *in tract. de execut. teſtam. lib.*1. *capit.*4. *num.*8. Ita pariter Superior non indiget licentia, ut ſit arbiter, idem Sanchez *in ſumma, eodem lib.*6. *cap.*13. *num.*58. Provincialis autem facultatem obtinet hanc concedendi licentiam, ut poſt Cordub. Ludovic. Lopez, & Navarr. affirmat Sanchez *in ſumma, lib.*7. *cap.* 19. *numer.*42. Peyrin. *de ſubdito*, *tom.*1. *quæſt.*2. *cap.*2. §.3. *notabili* 4. *verſic. quis autem*, Vidal. *de pauper. Relig. num.* 123. & licitè poteſt concedere talem licentiam Superior immediatus Monaſterii, putà Prior, ut poſt Sanchez, de Peyrinis, & Bordonium affirmat Vidal. *de paupert. Relig. num.*122.

Et tandem ſi dicunt inimici Fratrem Joannem Baptiſtam magnum habere peculium, & licèt de licentia Superioris multa ſuperflua reſpectu ſui ſtatus poſſidere, qua de re peccare mortaliter, vel peccato proprietatis, ex adductis per D. Bartholomæus à Sancto Fauſto *de tribus votis*, *quæſt.* 95. *numer.*5. vel peccato avaritiæ, ex allegatis per eumdem *quæſt.*96. ex *num.*10. ſumptus enim ſuperflui, etiam cum licentia, ſunt contra paupertatem in Religione, in qua paupertatis votum cum rigore obſervatur Eminentiſs. Cardinalis de Lugo *loco pluries citato*, *numer.*131. *verſ. Fatendum ergo mihi videtur*. Reſponſio eſt evidens: nam divitiæ ab allegante ſunt probandæ, Maſcard. *de probat. concluſ.*526. ex *num.*1. *volum.*1.

Deinde conſiderari debet qualitas Fratris Joannis Baptiſtæ, ampliùs, quòd regula certo modo eſt relaxata, ejuſque vetus obſervantia non viget, omneſque Religioſi Auguſtiniani habent bona immobilia, & maxima peculia, & quòd regula hoc modo reperitur intellecta, accedat, quòd ipſe Frater Joann. Baptiſta majorem partem peculii, immò totum peculium expendit in beneficium Monaſterii Sancti Joannis ad Carbonetum, ejuſque Religionis, & tamdem, quòd multa bona ſua induſtria prædicto Monaſterio acquiſivit, ut hæc, & alia plura in nota facti patent, ita ut ex prædictis, ſi utinam verum eſſet, quòd ipſe Frater Joann. Baptiſta detineret ampliſſimos redditus, quos re vera non habet, poſſet ex iis hac ſuperfluitatis culpa liberari, ita Sanchez *in ſumm. lib.*7. *cap.*22. *num.*18. de Peyrin. *de ſubdito*, *tom.*1. *q.*2. *c.*2. §.1. *circa fin. verſ. Colligitur decimò*, Vidal. *de paup. Religioſa*, *num.*112.

Hæc pro tuenda veritate, ac bona opinione, & fama optimi Religioſi, & ſanguine ſatis mihi conjuncti cumulavi, quæ omnia, & ſingula Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ judicio, & cenſuræ omninò ſubjicio. Die 11. Octobris 1653.

IN cauſa Inquiſitionis formatæ ad inſtantiam Magnifici, & Reverendi Domini Procuratoris Fiſcali Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, ſive illi adhærentium, contra, & adverſus Rever. Patrem Fratrem Joannem Baptiſtam de Anchora Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, Congregationis Sancti Joannis ad Carbonariam, Vicarium Generalem Congregationis prædictæ, de, & ſuper prætenſa illicita Negotiatione, ut ex actis.

Die 29. menſis Octobris 1653. Neapol. in Palatio Apoſtolico Nuntiaturæ, inſtante prædicto Rever. P. F. Joannes Baptiſta Principali, ſive, &c. & petente, &c.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domino Alexander Sperellus Epiſcopus Eugubinus, & Nuntius Apoſtolicus, de conſilio etiam ſubſcripti Reverendiſſimi Domini Auditoris. Viſis actis, ac toto proceſſu inquiſitionis formatæ contra, & adverſus prædictum Reverendiſſimus Patrem Fratrem Joannem Baptiſtam de Anchora, de, & ſuper prædicta prætenſa illicita negotiatione, Viſiſque Videndis & Conſideratis omnibus de jure conſiderandis, auditoque deſuper prædicto Magnifico, & Reverendo Procuratore Fiſcali prædictæ Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, in plena Congregatione habita coram Dominatione Sua Illuſtriſſima in Venerabili Monaſterio Montis Oliveti, loco ſolitæ Reſidentiæ ejuſdem, ſub die 27. inſtantis Menſis, providit, atque decrevit, prædictum Reverendiſs. Patrem Fratrem Joannem Baptiſtam de Anchora, ut ſupra inquiſitum, & proceſſatum pro cauſa, & cauſis prædictis, & in proceſſu deductis, non fore, nec eſſe moleſtandum, ſed cauſæ inquiſitionis prædictæ in futurum perpetuum ſilentium imponendum, prout præſenti Decreto ampliùs non moleſtari, & in futurum perpetuum ſilentium imponi, modo, quo ſupra mandavit. Salvis tamen juribus, prædicto Fiſco Apoſtolico competentibus contra alios inquiſitos, in proceſſu nominatos, & ita, &c. omni, &c.

Alexander Epiſcopus Eugubinus Nuntius Apoſtolicus.

Gaſpar Fonſeca Auditor.

Angelus Gharito Actorum Magiſt.

Lucas Antonius de Martino Scriba.

DISCEPTATIO CXXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Testium depositiones referuntur.*
3 *Testes in præsenti nihil probant.*
4 *Socii criminis nihil probant & quando.*
5 *Socii criminis præsertim varii nihil probant.*
6 *Testes deponentes sub spe impunitatis nihil probant.*
7 *Ludus in dubio intelligitur de licito.*
8 *Falsitatis præsumptio arguitur in præsenti.*
9 *Bullæ Pontificiæ loquentes de spoliis afferuntur.*
10 *Canones ludum Clericis prohibentes intelliguntur de constitutis in sacris.*
11 *Verba Bullarum in præsenti qualiter explicantur per Doctores.*
12 *Illicitè acquisitum tripliciter dicitur & quod cadat sub spolio.*
13 *Spolium non comprehendit quod est restituendum.*
14 *Quod acquiritur per Barattariam non venit sub spolio.*
15 *Clericus negotiando, vel ludum per alios exercendo non subjicitur spolio.*
16 *Fiscus pro spolio faciendo quid teneatur probare.*

ARGUMENTUM.

Socii criminis qualem probationem contra criminosum faciant, & quid mortuo criminoso? Testes deponentes sub spe impunitatis an probent. Ludo quæsita à Clericis cadunt sub spolio, & quid si à Clericis in minoribus. Illicitè quæsita, quæ dicantur, & quid de quæsitis per Barattariam, & quid si ludat Clericus per alium, vel per alium negotietur.

FACTUM, ET JUS
PRO
Reverend. Patribus Ecclesiæ Sancti Nicolai in Platea Toleti,
CUM
Reverendo Fisco Cameræ Apostolicæ.
Commissarius Reverendiss. Lundei.

1 Reverendissime Pater, supponitur in facto, quod in mense Julii præteriti anni 1656. mortuus fuit Carolus Starnella, alias Imparato, qui reliquit mobilium, & pecuniæ numeratæ quantitatem quamdam Patribus Congregationis piorum operariorum intus Ecclesiam Sancti Nicolai in platea Toleti existentibus, pro exequendis quibusdam suis piis dispositionibus, necnon pro solvendis debitis, tum ducatorum sexcentorum cuidam suæ familiæ pro dote, tum etiam ducatorum 36. annorum cuidam suæ sorori relictorum, bona fuerunt Patribus consignata ab executore testamentario, ut adimplerent patres quod erat in quadam schedula relictum onus; Fiscus Cameræ Apostolicæ prætendit talia bona esse incameranda, sub quibusdam, nescio qua veritate, juridicis assertionibus; unde Patres sub pœna censurando coegit ad bona tenenda nomine Cameræ, in grave damnum tum animæ illius defuncti, tum in grave præjudicium publicum, quia Patres S. Nicolai sunt in procinctu dimittere Ecclesiam prædictam cum non habeant, unde vivant, nisi ex tali eleemosyna remanente, deductis oneribus eis succurratur; ideo proponunt coram Dominatione sua Reverendiss. has rationes, tum ex facto resultantes, & ex processu collectas; tum ex Doctoribus Pontificias Bullas de spoliis tractantes, fideliter interpretantibus: sunt ergo.

2 Primò, testes examinati pro Fisco, sunt in primis Clericus Antonius de Rinaldo sic in citatione vocatus fol.2. qui deponit de clericatu, qui vidit in habitu, deponit fuisse pauperem fol.3. & quod à 25. annis tenuit Barattariam, eodem fol.3. deponit *de ludo dadi, & carte*, dicit quod ab aliis sublocaverat, sed non dicit à quo, & quando, & pro quantitate fol.3. à tergo circa lucrum quod potuit facere Starnella deponit fol.4. ducatos mille, vel mille, & bis centum in anno, & quod spatio 20. annorum quo eum cognovit lucratus fuerit ducatos 20. vel 25. mille, deponit reliquisse ducatos decem mille circiter, scit quia socius in Barattaria, & interveniebat fol.5.

Secundus testis D. Joseph Ricca fol.6. ludens cum eodem in eadem domo fol.6. professio erat ludi alearum fol.7. & quod ex Cotto Ludorum lucrabatur 15. 20. & 30. ducatos qualibet die, & quod per 20. annos circiter potuerit lucrari 40. mille ducatos fol.8. socius in Barattaria eodem fol.8. de lucro habito & relicto patrimonio post mortem, decem mille ducatos circiter, & hoc deponit ex causa scientiæ, quia interveniebat ipse ad Barattariam fol.9.

Tertius testis Clericus Jacob. Alfanus fol.9. dicit quod potuerit lucrari ducatos 7. mille, & fol.9. à tergo, dicit ab annis 15. in circa, deponens de lucro alearum ducatos 7. mille circiter, quia interveniebat in Barattaria.

Quartus testis Nardis Pascolius servus ejusdem quondam Starnellæ, non deponit de qualitate ludi fol.11. & nescit quantitatem præcisam fol.12. à tergo.

Quintus testis Anellus Pascolinus fol.14. deponit de affectu ludorum, sed non dicit de quibus ludis, de lucro deponit quod poterit lucrari ducatos 30. 40. vel 50. in singulis mensibus fol.15. à tergo.

Posito hoc facto Reverendissime Domine firmiter spero 3
fore ordinandum non molestari patres tenentes talia bona; etenim omissa probatione Clericatus, quæ in processu non adest, & adesse debebat ad fundandam intentionem Fisci, ut Bullis Pontificiis subjiciatur delinquens, dico de testibus prædictis nullam esse habendam rationem, ac proinde nihil probatum ad Fisci favorem, nam Rinaldus, Ricca, & Alfanus sunt omnes Clerici socii criminis communicantes in crimine criminoso, prout ex eorum depositionibus clarè patet, cum sint socii criminis nullam faciunt probationem: si enim prohibetur Starnellæ, prohibetur omnibus prædictis testibus ludum exercere, ergo 4
sunt socii criminis communicantes in crimine criminoso, quod verò socii criminis, licèt plures sint, non probant delictum nec nocent socio criminis, patet ex *l. fin.* ubi DD. *cap. de accusationibus*, Clarus *in §. fin. quæst.21.* quia in delictis probandis debent esse probationes omnis exceptionis majores *dict. leg. fin.* sed Socius criminis non est omni exceptione major, ergo &c. & sic concludit Additio ad Alexandrum *cons.566. in fine, lib.7.* Cardinalis Tuschus *practic. concl. litt. V. concl.315. per totam*, latè Intrigliolus 386. 385. & 384. & tantum probant socii criminis, quantum unus Mascardus *conclus.1317. numer.18. vol.1.* & multò magis, quando essent singulares, Grammaticus *consil.65.* præsertim in criminibus non exceptis, & multò fortiùs quando essent varii, vel quando animosè deponerent, vel si sperarent à tali depositione liberationem, ut latè Guazzin. *defensione 32. capit.8.* & Grammatic. *in constitut. Regni*, Frequens *numer.7. & 9.* ubi testatur sic pluries vidisse practicatum in M. C. V. Francus *decis.459.* Gabellus *resolution. criminal. casu 29.* Riccius *part.1. decis.38.* Capibl. *de Baronibus in pragm.6. num.7.* Paschalis *part.4. de patria potestate, capit.3. numer.7.* Thorus *in compendio 1. fol.513.*

In præsenti verò facto quantum illi socii criminis 5
narraverunt clarè patet, nam Rinaldus dicit quod lucrabatur Starnella mille, vel mille & bis centum in anno, & facto calculo bene recordatus, per 20. annos quod eum cognovit potuit lucrari 20. vel 25. mille ducatos, Ricca verò deponit quod lucrabatur 15. 20. vel 30. in quolibet die, accipiamus 20. faciunt summa ducatorum sex centum quolibet mense, & sic 7. mille in anno deponens per 20. annos de tota quantitate lucrari dicit supra 40. mille ducatos, cum ex suo dicto debuisset dicere fuisse lucratum ducatos centum quadraginta quatuor mille circiter, & ipse se restrinxit ad 40. mille, ergo testes varii socii criminis nihil probant contra Starnellam, ac Fiscus nihil habet pro se, & Alfanus ad lucrum deponens, dicit ducatos 7. mille circiter, ergo Fiscus nihil habet pro se in probatis, quia deponunt variè, etiam contra sua dicta, socii criminis &c. & quis scit si deposuerunt 6
isti clerici sub spe consequendi impunitatem, qui non nocent Bossius *de examine reorum, num.15.* Guazzinus *tom.1. cap.24. num.2.*

cogeret debitores ad faciendum depositum, &c. Intendam ergo probare nullum jus in tali pecunia transactario competere, & per consequens pecuniam prædictam esse Clerico Marcello liberandam, & duobus articulis totam explicabo controversiam, unde sit Articulus primus, ubi quid sint spolia, & quid veniat nomine ipsorum, & an Clericus sit Dominus fructuum beneficii, & quorum.

Pro hujus veritatis indagine suppono gravissimam esse controversiam inter Canonistas, an Clericus Beneficiatus sit usurarius fructuum Beneficii, itaut non faciat fructus suos, nisi pro ea parte, pro qua in proprios usus convertit, an verò usufructuarius, & Dominus eorumdem.

2 Prima opinio dicit esse usuarium, ita Archidiaconus *in cap. statutum*, §. *assessorem, de rescriptis in 6.* qui dicit contrarium asserere, esse hæreticum, sequitur Jason *consil.75. numer.7. volum.3.* & est textus *in cap. Episcopus* 12. *quæst.*1. ubi dicitur Canonicum non habere bona Canonicatus uti sua, sed ad dispensandum, dumtaxat, quem ad hoc citat Covar. *in cap. cum in officiis*, *num.*50. *de testam.* Navarrus *de redditibus*, *quæst.*3. *Monitor.*4. *& de spoliis*, §.6. *num.*50. Garzia *de beneficiis*, *part.*2. *cap.*1. *num.*8. Lelius Zecchius *de privilegiis Ecclesiæ privil.*116. *num.*13. Barbatia *cons.*33. *vol.*1.

3 Secunda opinio est, Beneficiatum esse verum Dominum, tam in vita, quàm in morte, itaut de fructibus beneficii, tam in vita, quàm in morte possit disponere, ut ex pluribus S. Concil. Trident. locis fundat Marsilius *par.*1. *de redditibus*, *cap.*15. *& cap.*35. qui refert quinquaginta Canonistas, & sexdecim Theologos, sequitur Sarmientus *part.*2. *de redditibus*, *cap.*1. *&* 2. ubi specificè refert S.Thomam 2. 2. *quæst.*185. *artic.*7. *& in quodlib.*6. *art.*12. *quæst.*8. qui ait posse Beneficiatum de fructibus Beneficii disponere ad sui libitum: ut de fructibus patrimonialibus, quod etiam tenet Bensarius *de fuga in Bello, peste & fame*, *lib.*2. *quæst.*2. *artic.*3. & hanc esse communem sententiam dicit Clarus *in* §. *testamentum*, *quæst.*27. Molina *lib.*2. *de primogenitura*, *cap.*10. *num.*33. ubi addentes, qui dicit hanc esse communem quoad forum exterius, Clericum tamen Deum habere Judicem, si Beneficii fructus malè dispenset ex S.Toma.

4 Sunt alii qui dicunt Beneficiatum cum administratione esse usuarium, sed sine administratione Dominum, cum administratione dicunt Episcopum, sine administratione Canonicum, ita Rodoanus *de spoliis*, *quæst.*1. *num.*15. Surdus *cons.*333. *vol.*3. quam opinionem receptam dicit Joseph Ludovicus *decis. Perusina* 33. *num.*15. Rota apud Marchesanum *par.*1. *fol.*424. ubi dicit Beneficium administrationem habere, cui certa dos assignata fuit, quod aliis non placet.

5 Alii tandem dicunt quemcumque Beneficiatum, sive habeat, sive non habeat, administrationem in vita æquiparari usufructuario, in morte verò usuario, ita gloss. *in cap. fin. de offic. Ordinarii in 6.* Covar. *in d. cap. cum in officiis*, *num.*6. Surdus *dict. consil.*333. *num.*9. *lib.*3. Card. Puteus *decis.*317. *lib.*2. Seraphinus *dec.*594. *nu.*7. *& dec.*761. *&* 809. *part.*1. *divers.* ergo Beneficiatus vita durante potest de fructibus Beneficii etiam actualiter non perceptis, ad instar usufructuarii, ad libitum disponere, sed ipso decedente servandæ sunt leges loquentes de usuario, quæ prohibent ipsum locationum mercedes, aliosve fructus inexactos ad hæredes transmittere, ex *l. plenum*, §.1. *&* §. *operas*, *ff. de usu, & habitatione*, sed illos tantùm, quos cum effectu percepit, & inter cætera sua bona immiscuit, sive horreo recondidit suos facit, ita gloss. *in d. cap. præsenti*, *in verbo reservari*, *de officio Ordinarii*, Rodoanus *de spoliis*, §.9. *num.*52. Marescottus *variar. c.*2. *num.*9. *p.*2. Surdus *ubi suprà*, *num.*7. Cavalc. *decis.*44. *par.*1. Seraphin. *dec.* 594. Marches. *part.*1. *fol.*424. & est originale Consilium Calderini secundum de peculio Clericorum, & pluries de-
6 cidit Rota, teste Sperello *decis.*82. *num.*10. Hæc sunt de
jure communi, Bullis verò SS. Pontificum attentis, & præsertim Julii III. in Bulla, de qua *tom.*1. *Bullarum fol.* 697. fuit determinata controversia Canonistarum, & dispositum fructus, & affictus inexactos spectare ad successorem in Beneficio, sed etiamsi defunctus omnem adhibuerit diligentiam, illos consequendi, & ita practicari docent Joseph Ludovicus *decis.*33. Cavalcanus *ubi supra*, Surdus *loco citato*, Leon. *part.*3. *Thesauri Ecclesiastici*, *cap.*3. *nu.*43. *&* 44. Thesaur. *decis.*143. Marchesanus *de appellat. ab executione Brevis num.*132. *fol.*419. & ejusdem Julii III. atten-
ta declaratione, de qua in Bullario *tom.*1. *fol.*698. supra-
dicta constitutio restringitur ad loca tantùm, in quibus
non sunt, nec deputari solent Collectores spoliorum Eccle-
siasticorum, & sic in locis ubi sunt Collectores, fructus
inexacti, neque ad hæredes, neque ad successores, sed ad
Cameram Apostolicam spectant, Rodoan. *de Spoliis quæst.*
5. & sic non obstat authoritas Surdi *dict. cons.*333. *n.*14. ubi
ait Cameram Apostolicam in dictis fructibus inexactis, nul- 7
lum habere jus; quia Surdus scripsit, juxta terminos dictæ
constitutionis 7. Julii III. nulla facta mentione præfatæ de-
clarationis, & per quam, & per constitutionem Pii IV. &
alias Summorum Pontificum constitutiones: hodie Ca-
mera Apostolica, quod tales fructus inexactos subrogata, 8
& suffecta est in locum Ecclesiæ, & successorum, ut latè
Rodoanus *quæst.*5. *de Spoliis*, *num.*50. Navarrus §.60. *num.*
6. *&* 7. *&* §.7. & ex notoria consuetudine fructus inexactos
accipit Camera: Zerola *in verbo*, *Beneficium*, *qu.*6. Qua-
ranta *in verbo spolia*, Bellettus §.15. *num.*12. Marta *voto* 180.
*num.*3. *&* 214. *num.*15. Seraphin. *dec.*594. *numer.*14. *&* 16.
ex quibus colligo Bullas Summorum Pontificum Pauli III. 9
& aliorum de quibus D. Quaranta *in Summa Bullarii*, *in
verbo Spolia Clericorum fol.*608. deponere fructus Benefi-
ciorum inexactos ad Cameram spectare, & ex motu pro-
prio Sixti V. fructus maturati, & non exacti, nec à solo se-
parati, in vita, ad Cameram maturati; deinde usque ad
adventum successoris, & possessionem acquisitam per suc-
cessorem ad Cameram etiam spectare, unde in hoc corri-
gitur Textus *in cap. fin. de offic. Ordin. in 6. & cap. fin. de of-
fic. Ordin. in 6. & cap. Quia sæpè de elect. in 6. & cap. Cum
vos, de offic. Ordinarii*, ubi debebant reservari Ecclesiis
vacantibus, eorum successoribus, ut latè Quaranta *in Sum-
ma Bullarii*, *in verbo Spolia Clericorum fol.*608. *& fol.*621.
in fine, & habetur in instructionibus Commissariorum Ca-
meræ Apostolicæ, ubi dicitur, ut percipiant fructus matu-
ratos, & non exactos, sic habetur ex Bulla Pii V. quæ
incipit *Romani Pontificis providentia*, edita de anno 1567.
de qua Rodoanus *de Spoliis in principio*, Riccius *part.*3. *re-
sol.*415. *cum pluribus seqq.* & est Bulla Sanctissimi Domini
Nostri Urbani VIII. quæ est octogesima *in Ordine*, *tom.*4.
*Bullarii fol.*394. in qua cavetur, facultates testandi etiam 10
titulo oneroso concessas, & concedendas non extendi ad
fructus, & emolumenta quæcumque inexacta, etiamsi
debeantur ratione fructuum recollectorum, & in horreo
reconditorum, ac etiam consumptorum, sed ea ad Ca-
meram Apostolicam spectare, & pertinere, quod fuit de
anno 1628. ab eodem Sanctissimo Domino factum.

Habetur ergo ex Bullis prædictis, Clericum, sive Præla-
tum de bonis acquisitis, sive mobilibus, sive stabilibus, 11
ex hæreditate, artificio, vel doctrina ad libitum testari, &
de illis disponere posse, & in illis habet hæredem ab intesta-
to, non secus ac laicus *cap.*1. *&* 2. 12. *quæst.*3. *cap. Quia nos,
cap. Relatum il* 2. *cap. Requisisti de testam.* Alexander *consil.*
101. *vol.*7. de acquisitis verò per Ecclesiam, seu Ecclesiæ
intuitu, de jure testari non potest *dict. cap.*1. *& cap. Cum in
Officiis*, *dict. cap. Quia nos*, *& dict. cap. Relatum*, & in 12
his succedit Camera Apostolica, Seraphin. *dec.*13. in bonis
verò per Ecclesiasticos ante Clericatum, non succedit Ca-
mera, sed ejus parentes, Rot. *decis. divers.*16. *part.*2. & fa-
cit textus *in cap. Quia ingredientibus* 11. *quæst.*3. in bonis
quæsitis ab Episcopo intuitu Ecclesiæ succedit Camera
Apostolica, sed in bonis quæsitis ex bonis patrimonialibus
nullum jus habet Camera Apostolica, ut decisum refert 13
Pereyra *dec. Lusitana* 95. in dubio verò præsumuntur quæ-
sita bona intuitu Ecclesiæ, *cap.*1. *de peculio Clericorum*, &
ideo Maurus *alleg.*5. refert decisum in bonis Prælati, Se- 14
dem Apostolicam habere intentionem fundatam, & idem
dicit *in alleg.*15. Barbosa *de potest. Episcopi p.*2. *c.*11. in Scan- 15
nis verò, & paramentis Ecclesiæ non spolium, Rot. *part.*
3. *divers. decis.*40. nec fit spolium quando Clericus nullum 16
habet Beneficium, Sayrus *dec.*3. *de success. ab intestato*, nec
locum habet spolium in dispositis inter vivos, Navarrus
*cons.*59. *de regularibus*, nec fit spolium, nisi deductis ex-
pensis, Navarrus *cons.*18. *de Regularibus*, nec procedit Spo-
lium, quando Beneficium non excedit ducatos 30. de Ca-
mera, ut in d. Bulla Pii V. de qua Rodoanus *quæst.*1. *de spo-
liis*, *num.*53. nec fit Spolium, quando quis habebat pensio-
nem Ecclesiasticam non excedentem sexaginta ducatos de 17
Camera, Gonzalez *in regul.*8. *Cancellariæ*, *num.* 22. nec
fit Spolium quandò persona Ecclesiastica moritur in Ur- 18
be, vel intra decem milliaria, Bulla Pii V.13. Sixti IV.4. Leo-
nis X.

nis X. 13. Pauli V. quæ incipit *in imminenti* Sayrus *dec.19. in fine*, & dum Camera succedit in Spoliis, tenetur Creditoribus defuncti, Rota *dist.14. de prob.* quia succedit, ut hæres, ut teneatur etiam ad expensas funeralium, Capycius *d.24.* Riccius *ubi suprà resol.428.*

19 Unde dicebat de Leone in Thesauro fori Ecclesiastici, *cap.34. à num.8. usque ad num.30.* plura sub nomine Spoliorum: iter alia, quæ sunt quæsita per illicitam negotiationem, ex Bulla Pii V. 19. quæ incipit *Docens*, sic Bona Regularium decedentium extra claustra quocumque titulo, aut industria quæsita, ex successione ab intestato, quia non pertinent ad Monasteria, sed ad Reverendam Cameram Apostolicam, ut in Bulla 43. quæ incipit *Officia* die 21. Januarii 1577. Bona verò Equitum Hierosolymitanorum ex illicita negotiatione quæsita, non veniunt sub Spolio, sed pertinent ad Religionem, ex Bulla Pii V. 19. incipiente Romani 24. Martii 1561. quia verò suprà dixi bona, quæ ad cultum Divinum sunt destinata non comprehendi sub Spolio, ex Bulla Pii V. de qua Novarius *tom.2. fol.569.* fuit disputatum, an illa vasa aurea vel argentea, quibus utitur Episcopus assiduè ad usum domus, verùm quandoque etiam in sacris utitur debeantur Cameræ, & fuit decisum deberi Cameræ: ut benè Episcopus Maranta *part.2. responsorum, responso 15.*

20 Infertur ex his primò, fructus inexactos pensionum decursarum, etiam non exactarum, pertinere ad hæredes Beneficiati, & jus exigendi præteritas pensiones non solutas eidem hæredi Clerici competere, cui dicta pensio erat re-
21 servata, Gigans *de pensionib. qu.52. & 53.* ubi quæstionem ponit, & examinat late; Fructus verò inexacti Beneficiorum, usque ad diem capturæ possessionis per successorem pertinere ad Cameram ex Bulla Pii V. & hoc procedit in omnibus emolumentis, quæ proveniunt ex sigillo Curiæ Ecclesiasticæ, jurisdictionis exercitio, &c. Clementina *statutum de elect. cap. Illud, cap. Non liceat 12. q.2.* ubi Glossa Hostiensis *in cap.fin. de peculio Clericorum.*

22 Infertur secundò, Spolia esse bona quæcumque à personis Ecclesiasticis, etiam Regularibus, intuitu Ecclesiæ acquisita, juraque, & actiones, ac fructus inexacti, tempore obitus eorumdem relicta à Romano Pontifice Cameræ Apostolicæ reservata, ita Rodoanus *quæst.1. à nu.7.* Bertrandus *cons.21. vol.3.* Sperellus *tom.1. decis.82. nu.15.* Navarrus *de Spoliis, num.2.* cum Corollariis, & ideo emptum ex pecunia Ecclesiæ semper fit Ecclesiæ *cap.1. cap. Inquirendum de peculio Clericorum, cap.1. 12. quæst. 3.* Rodoanus *quæst.1. num.34.* Quod verò emit, licet emat nomine suo, acquirit Ecclesiæ, ut benè Azorius *cap.3. de spoliis, nu.50. in fin.*

23 Infertur tertiò, fructus Beneficii non consumptos, posse à Clerico liberè dissipari, Covar. *in dict. cap. cum in officiis de testam.* & posita consuetudine, de qua infrà consanguinei succedunt, ut latè Baldus *cons.313. volum.2.* Rodoanus *quæst.6. à num.13. & 14.* & sic potest facere, quod velit de fructibus beneficii à solo separatis, & reconditis, sibique appropriat, & eos acquirit ad sui libitum disponendo, Rodoanus *quæst. 9. à num.55. de spoliis*, in Episcopis verò, & Archiepiscopis valet Regula, quòd de fructibus suorum beneficiorum non valeant testari, ut latè Navar. *§. 6. de spoliis, à n.6.*

24 Quia verò generali consuetudine receptum est propinquos succedere in bonis quæsitis etiam intuitu Ecclesiæ, & quod de eis possunt disponere Clerici, quod menti tenendum dicit Rodoanus *quæst.4. de spoliis, num.9.* Calderinus *consil.2. de peculio Clericorum*, Doctissimus Covarr. *in*
25 *dict. cap. cum in officiis, de testam.* ubi ait, quod Episcopi solùm sunt illi, qui debent habere à Papa licentiam testandi, quia Clerici sine licentia, ut liberè testantur de omnibus bonis, quæ eis ex redditibus Ecclesiarum sunt adepti, & in eisdem ab intestato morientes, habent Parentes hæredes, ideò videndum est, an extet talis consuetudo, & dico extare apud Gallos, & apud Hispanos jussu, & ap-
26 probatione Imperatoris Caroli V. approbata in anno 1526. & à Philippo II. in anno 1566. ut refert Covarruv. *dict. cap. cum in officiis*, & testatur Rodoanus *quæst.4. à num. 24.* & facit textus *in extravaganti, suscepti, de electione Joannis XXII.* ubi habetur, quod valet consuetudo, qua inducitur, ut fructus beneficii vacantis per aliquod tempus pertineant ad defunctum, ergo de illis poterit testari; verùm talis consuetudo respectu bonorum stabilium Ecclesiæ, non sufficit, quia illa non possunt alienari, nisi cum solemnitate, *cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* & extravagantis *ambitiosæ, eodem tit.* & hæc consuetudo est Neapoli, etiam à tempore Iserniæ, ut fundat Rodoanus *ubi suprà, num.22.* & Loffredus *cons.40.* & quod hæc consuetudo sit in toto orbe Christiano dixit Covarr. *in dict. cap. cum in officiis*, Gloss. *in pragm. sanct. in tit. de annatis, §. item quod*, Guido Papa *decis.115.* quicquid alii dicant non esse in toto orbe, ut Rodoanus *quæst.4. num.23.* & licèt Rodoanus *d. quæst.18.* dicat Imperatorem Carolum V. non potuisse hanc consuetudinem confirmare, tamen, ut benè Azorius *cap.4. de spoliis, numer.50.* talis consuetudo non est juri naturali, vel divino, sed tantùm Canonico contraria, & sic longo usu recepta; ergo non est damnanda, & pragmatica sanctio, nihil aliud disponit, nisi hanc consuetudinem antiquissimam servandam esse, imò in Regno 27
nostro sunt multæ Ecclesiæ, in quibus adest consuetudo, quod fructus inexacti per Clericum, seu Beneficiatum defunctum, & illi, qui obveniunt, & decurrunt post ejus obitum usque ad novam provisionem accrescant Capitulo, Collegio, vel Canonicis, seu Conclericis dictæ Ecclesiæ, Rodoanus *ubi supr. quæst.5. n.50.* de qua etiam consuetudine testandi in Clericis in Minoribus de fructibus beneficii latè agit Filliucius *de spoliis, cap.7. à num.11. cum seqq.* & non est mirum, quia posita opinione, quod Clericus est verè Dominus fructuum Beneficii, ut de communi Theologorum, & Canonistarum sententia fundat Garzia *part.2. de Beneficiis, cap.1. nu.4.* & Hieronymus Maynatia *de spoliis, à numer.112.* Filliucius *de spoliis, cap.4. num.7.* ideo *num.9.* ait quod empta ex redditibus beneficiorum non sunt spolia, & consuetudine potest induci, ut testentur.

Infertur quartò, fructus beneficiorum collectos (quamvis in horreo non reconditos) & etiam affictus non exactos 28
esse Rectoris mortui, sicuti sunt usufructuarii, & ejus hæredis, & venientium ab intestato, non Ecclesiæ, vel successoris in ea, & si solum sunt pro parte collecti, & pro parte colligendi, qui sunt collecti sunt sui, sed tenetur hæres solvere de illis incumbentia beneficio, usque ad novam fructuum collectionem, Cavalcanus *decis.32. part.2. n.35. addition.4. & addione 3. & 4.* unde gloss. *in cap. præsenti de offic. ordin. in 6.* in verbo servari facit differentiam inter Beneficiatum cum administratione, & Beneficiarium sine administratione, ita ut in primo casu æquiparatur usufructuario, ideò posset per actus inter vivos de fructibus beneficii disponere, quæ gloss. est recepta communiter apud Rotam Romanam: ut coram Ludovisio in una spoliorum Veneris die 13. Februarii 1609. Maynatia *de spoliis, num.260.* & ideò benè ab aliquibus, Episcopi quoad fructus assimilantur usufructuariis, & permittitur eisdem libera administratio eorumdem, Barbosa *alleg.114.* Bonacina *tom.1. tract.10. de fructibus Beneficiorum, disp.4. punct.1. num.5.* Vasquez *de redditibus Ecclesiasticis, cap.1. §.2. dub.1. num.16.* in aliis verò assimilantur usuarius, ut dictis fructibus solùm uti possint, ad congruam sustentationem, reliquo reservato ad pauperum sustentationem, juxta glossam *in dict. cap. præsenti, de offic. ordin. in 6.* & hæc fuit antiqua illa quæstio Sarmienti, & Navarri, de qua Azevedo *in l. fin. tit.8. lib.5. recompil.* Cevallos *qu.388.* Comitol. *responsorum moralium responso 70.* Hieronymus Maynatia *de spoliis, n.33. & 34. pag.652.*

Infertur quintò, quod si Episcopus ex fructibus ab Epi- 29
scopatu perceptis, emit, & acquirit stabilia, vel alterius generis bona, tunc ipso jure acquiritur Ecclesiæ irrevocabiliter dominium horum bonorum, & in ejus præjudicium Prælatus non potest alienare, vel donare, etiam ad opera pia: nam hoc operata fuit irrevocabilis acquisitio dominii facta Ecclesiæ, ita glossa *in cap.1. de testament. & in cap. inquirendum, de peculio Clericorum, in verbo comparavit*, Gloss. *in l. si ut proponis, Cod. de rei vendicat. in verbo non negavit*, Sarmientus *part.3. cap.2.* Rodoanus *qu.3. §. sed in contrarium*, Seraphinus *decis.594.* Bellettus *disquisitionum Clericalium, §.2. numer.3.* Vivius *opinione 101.* Riccius *tom.3. resolut.433.* Barbosa *allegat.114. numer.17.* quando ergo Episcopus potest donare fructus, non poterit excessivè facere, ad Textum *in cap. cum olim, el 2. §. præterea, de privileg. cap. ad hæc de testament.* Portius *cons.104.* & quando est majoris quantitatis donatio, quàm Episcopo permittatur, tunc requiritur authoritas Sedis Apostolicæ, *cap. quia Joannes 12. quæst.5.* plura allegat Nogueroll. *alleg. 26. à n.214.*

Infer-

31 Infertur sextò, Monachum factum Episcopum, totum quod acquirit intuitu Ecclesiæ, in qua est Episcopus ei acquirere *cap. statutum*, 18. *q.*1. *c. cum olim*, *el* 2. *de privilegiis*, quia dignitas facit aliquem ascendere, sed liberari à substantialibus Regulæ est descendere in deteriorem statutum, ergo &c. & sic dicunt omnes, teste Barbosa *d. alleg.*114. *num.*18. *& in collectaneis ad text. in d.cap. statutum* 18. *quæst.*1. *num.* 18. sic bona patrimonialia Episcopi, vel quæsita sua industria, legato, vel testamento alterius, non ea acquirit Ecclesia, ut Monasterium, si in eo fuisset, Trentacinq. *cons.*28. *lib.*2. Barb. *d. alleg.*114. *num.*20. *&* 28. Marta *de jurisdict. part.*4. *casu* 20. *numer.*5. *&* 6. ubi
32 extendit ad quæsita per Episcopum Regularem ex stipendiis & salariis Principum *d. c. Statutum* 18. *q.*1. Bartholom. à S. Fausto *lib.*8. *quæst.*52. *& qu.*62. pro quibus malè alienatis per Episcopum competit Ecclesiæ reivendicatio, *cap. Cum olim il* 2. *de privilegiis*, Capyc. *d.*200. Genuensis *in practicabilibus*, *quæst.*264. Thorus *part.*2. *in verbo Bona empta per Episcopum*, Pereyra *decis.*75. & dominium rerum emptarum per Prælatum remanet penes Ecclesiam, & non penes emptorem, Ricc. *tom.*3. *in praxi resol.*433. Pereyra *decis.*75.

33 Nec est vera sententia illorum, qui dicunt apud Dianam *tom.*3. *tract.*2. *resol.*50. Episcopum Regularem posse pro libito disponere: Respondeo enim cum S. P. *in d. cap. Cum olim el* 2. §. *præterea de privilegiis*, Episcopum Regularem, virtute administrationis, sibi à jure concessæ, posse modicè donare, & ad opera pia, non autem immodicè, & quia in illo textu donatio Monasterio facta fuerat immodica, & excessiva, ideo fuit revocata Regens Tappia *in auth. ingressi, in verbo, (sua) cap.*6. *num.*90. Britto *de locato*, *part.* 1. *Rubricæ*, §. 4. *num.*15. unde apud Ludovisium *decis.*401. *num.*2. Episcopus donaverat parvam quandam domum, causa dotis, & sic procedit ejusdem *decis.*276. Farinac. *dec.* 241. *&* 306. *part.*2. *in recent.*

34 Infertur septimò, Episcopum Titularem, qui scilicet, nec Episcopatum habuit, nec illius redditus, quia est in partibus infidelium, ut Episcopus Syriæ, Trojæ, Visertæ, Ephesi, &c. quos S. Pontifex solum ad honorem creat, aut ad hoc, ut sint Coadjutores Prælatorum, qui habent Episcopatus amplos, cujus bona, si erat prius Regularis talis Episcopus, redeunt ad Monasterium bona quæsita, dum erat Episcopus, ita Sotus *lib.*10. *& de just. & jure*, *quæst.*5. *art.*7. Rodriquez *tom.*3. *regularium*, *quæst.*60. *art.*4. Emmanuel Sà *in verbo Religio*, *num.*52. sed contrarium dico, quia per Episcopatum, in quo assumptus est Religiosus, est extinctum jus successoris Monasterii, & cum Cathedralem Ecclesiam propriam non habeat, quæ ei succedat, succedit Ecclesia Romana, ut est verissima opinio apud Barbosam *allegat.* 114. *numer.* 30. *&* 31. *& in cap. Statutum* 18. *quæst.*1. *numer.* 195. quòd si fuerit Episcopus titularis sæcularis, poterit disponere, cum nullam administrationem habuerit, Thomas Doccius *cons.* 53. *num.* 2. Riccius *part.* 4. *resol.* 434. *&* 433. ubi probat beneficia promoti ad Episcopatum titularem non vacare: & sic Monasterium in primo casu, non succedit: sed Ecclesia Romana.

35 Infertur octavò Episcopum Regularem habentem Ecclesiam, si ei renunciet, usque ad tempus renunciationis sunt Ecclesiæ fructus, cujus est Episcopus, *cap. Manifesta* 12. *quæst.*1. *cap. Si quis jam translatus* 21. *quæst.*1. Barbosa *in l. divortio* 2. *part. à num.*52. *usque ad num.*85. *ff. sol. matrim. cap. in Apibus*, §. *Ecclesiæ* 7. *quæst.*1. alter Barbosa *d. alleg.*114. *numer.*16. Seraphin. *decis.*594. *num.*20. *&* 21. ubi ait Episcopi factam circa translationem suorum bonorum, non posse Ecclesiæ præjudicare in dominia eorum, & in nostris terminis est decisio Capycii 200. Solorzanus
36 *de jure Indiarum lib.*3. *cap.*11. *num.*87. sicuti translatio Religiosi de una ad aliam, non est in præjudicium bonorum, quæ primæ Religioni erant acquisita, Rodriquez *tom.*3. *quæst. Regular. q.*5. *art.*50. Sanchez *in summa*, *lib.*7. *cap.*32. *num.*8. Bonacina *tom.*1. *de clausura*, *quæst.*2. *punct.*9. §.4. *difficult.*2. Diana *tom.*3. *tract. de dubiis Regularib. resol.*114. Reg. Valenzuela *cons.*190. *à n.*14. *vol.*2. *& ad consilia Navarri* 5. *&* 6. *de Regularibus*, respondit optimè Noguerol. *alleg.*26. *n.*205.

37 Sed si Regularis post dimissum Episcopatum acquirit, tunc Monasterio non acquirit, sed Cameræ, quia non est Monasterio subjectus, neque Regulæ, quia per assumptionem ad Episcopatum Monachus liberatur à jugo, & obedientia Religionis; & post renunciationem non est subjectus Monasterio, nec illius Regulæ, Navarrus, Sanch. & alii apud Barbosam *de potest. Episcopi, tit.*1. *cap.*4. *num.*18. & extendunt ad Episcopum depositum absque degradatione, Genedus *de paupertate Religiosa*, *dub.*48. *num.* 7. Capycius *d. dec.*200. Nogueroll. *alleg.* 26. *à n.*206.

Infertur nonò, jura, & actiones nomine Ecclesiæ competentia Episcopo venire sub spolio, Navarrus *de spoliis* §.1. *num.*3. Rota coram Seraphino *in Romana pecuniaria*, *numer.*4. intelligendo de juribus, & actionibus, quæ sunt Ecclesiæ, non verò in fructibus Beneficii, qui jam sunt exacti, & reducti in patrimonium Clerici, ut benè DD. citati, quia eorum est Dominus, ergo ut benè Carrocius *dec.*15. Covarr. *in cap. Cum in officiis*, *num.*1. *de testam.* Jas. *cons.*75. *vol.*3. 38

Infertur decimò donationem factam ab Episcopo in infirmitate constituto, esse nullam, & quidem est quæstio, quando infirmus dicatur constitutus in articulo mortis, Prima opinio est, quod morte sequuta, toto ægritudinis tempore dicatur infirmus in articulo mortis, ita Bald. *in cap.*1. *de pactis*, *num.*11. de Georgio *alleg.*22. *num.*18. Giurba *ad consuetudines Messanæ*, *cap.*2. *gloss.*4. *num.*3. Secunda opinio docet, quòd requiratur, ut in tali statu semper fuerit defunctus, quod de salute fuerit desperatum, ut post alios Giurba *d. gloss.*4. *num.*50. & sic talis donatio non valet, *cap. ad hæc de testamentis*: ubi duo disponit: Primum Episcopum testari non posse; Secundum, quod quando est infirmus moderatè ad opera pia donare potest, & de hoc etiam est Glossa solemnis *in cap. Præsenti de officio ordinarii in* 6. ubi quod Prælatus in infirmitate æquiparatur usuario, Rodoanus *de spoliis*, *quæst.*3. §. *Stantibus* 2. *ex cap. de his*, *de sepulturis*, ubi ingressus Religionem tempore mortis non præjudicat portioni Canonicæ debitæ Parœciæ, dummodo de ægritudine illa decedat, & sic translatio bonorum dicitur facta in articulo mortis, quando æger ex illa ægritudine decedit, & ad hoc facit Textus *in l. Alumnæ*, §. *si post apertas*, *ff. de adim. legatis*, sic quietatio facta per Abbatissam tempore infirmitatis, fuit annullata per S. Consilium, Afflict. *d.*186. Hieronymus de Laurentiis *dec. Avenionensi* 117. Amatus *lib.*1. *var. cap.*29. Riccius *decis.* 164. *part.*4. *& part.*4. *var. res.*368. *&* 369. latè Nogueroll. *alleg.*26. *à n.*244. 39

Hodie verò ad tollendas omnes difficultates est Regula Cancellariæ de viginti, per quam disponitur non valere donationem factam ab Episcopo, si decedat intra 20. dies post celebrationem actus, Regens Tappia *in auth. ingressi, in verbo (sua) c.*13. *n.*39. Filliuc. *tr.*43. *de statu Clericorum*, *c.*8. *n.*9. Nogueroll. *alleg.*26. *à n.*290.

Quæ quidem Regula licet loquatur de renuntiatione beneficii facta tali tempore, & de aliis de quibus Sarnensis in Regula prædicta per 40. *quæst.* & Mandosius *ibidem*, tamen extenditur per Camerales ad renuntiationem tali tempore factam; sed verius dicendum est hoc non ex regula Cancellariæ, sed ex Decreto Clementis VIII. fuisse dispositum; verùm procedit quando donatio esset facta, reservato usufructu; vel quando sortiretur effectum post mortem donantis; sed quando in vita fuit sortita effectum, non habet locum spolium, ut benè Rota Romana coram Ludovisio *post ultimum tractatum de spoliis*, *fol.* 437. *num.*38.

DISCEPTATIO CXXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Fructus soluti Clerico, non veniunt sub spolio, secus in Episcopo.*
2 *Obligatio transfusa in alium censetur extincta.*
3 *Transfusio primæ obligationis in aliam differt à novatione.*
4 *Fictio brevi manu, & longæ manus, quæ sit.*
5 *Fictio operatur solutionem veram, licèt modus sit fictus.*
6 *Census licèt requirat pretium in pecunia numerata, tamen poterit creari ex pecuniis antea debitis.*
7 *Dote data inextimata videtur pretium datum, non res.*
8 *Fictio brevi manu qualis sit, & ubi de ea agatur.*
9 *Contractus primus in alium transfusus omnino dicitur extinctus.*

10 *No-*

ARGUMENTUM.

Spolium non comprehendit fructus solutos, & quid si ex eis empta sint prædia, & quatenus fictio operetur veram solutionem, & contractus primus in alium transfusus, an dicatur extinctus, solutio qualiter habeatur per confusionem unius crediti in alium, & latissimè agitur de transfusione, & translatione unius actionis in aliam, qualiter prima remaneat, & quando transformatio unius actionis primam extinguat, latissimè traditur.

DE EADEM RE.

An fructus dicantur exacti si tempore solutionis faciendæ convertantur in causam mutui?

Ad intellectum Textus *in l. singularia, ff. si certum petatur.*

1 RESp. censeri exactos, solutos, & non pendentes, unde ad Cameram non spectare firmiter probabo respectu Clericorum beneficiatorum, licèt secus respectu Episcoporum, quia tunc omnia bona quæsita intuitu Ecclesiæ subjiciuntur spolio, cum non habeant licentiam testandi, quam habent beneficiati omnes.

Primò, quia licèt demus fuisse in præsenti obligatos illos de Avitaja, ad solvendum vigore afflictus territorii, tamen, quia intercessit secunda obligatio vigore instrumenti mutui transfusa fuit prima in secundam obligationem, ex qua transfusione resultant duo effectus. Primus est, quia inducitur novatio prioris obligationis, quæ nihil aliud est, quàm transfusio unius debiti in aliud, quæ semper inducitur quoties fit dicta transfusio, etiamsi non dicatur. Secundus effectus est, quia extinguitur omnino prior obligatio, & contractus, & remanet secundus, nec redditur nunquam ad primum, cum sint incompatibiles, nec possint simul stare, ita communiter Doctores *in l. singularia, ff. si certum petatur*, Cæsar Barnius *decis.20.num.8.* Mastrillus *decis.40. num.1.* Marius Muta *decis.33.* & latè Antoninus de Amato *resol.50. num.5.* Rota Romana *decis.373. nu. 42.* in posthumis Farinac. *tom.2.* qui latissimè tractat materiam, & advertit Castillus *decis.5. num.40.* quod materia *dict. l. singularia*, non est materia novationis, sed conversionis unius debiti in aliud, licet in eadem lege Doctores tractent materiam novationis, & delegationis, inter quas *num.34.* Castillus consideravit quædam discrimina, cum 3 ergo fiat transfusio prioris contractus in secundum fit novatio extinctiva, itaut prior contractus extinguatur omnino, & solùm remaneat secundus, ergo in præsenti est exacta pecunia ab illis de Avitaja, nec dicuntur fructus pendentes, sed extincti soluti, &c. ergo Camera nullum habet in eis jus, & à fortiori neque Cessionarius Reverendæ Cameræ.

Probatur secundò, quia licet fictio semper in effectu ficto fit, & sanè contra veritatem Doctores *in l. si is, qui pro emptore, ff. de usucap.* Franch. *decis.536. num.18.* qui ponit exempla in fictione legis Corneliæ, & Postliminii, & etiam fictio, quæ dicitur brevi manu, de qua in hac *l. singularia*, propriè dicitur fictio, quia per eam quod semel tantùm est traditum pro bis tradito habetur ex *l. licet, ff. de jure dotium*, ubi fit expressa mentio de fictione brevis manus (quod alibi non reperitur) ad differentiam fictionis longæ manus, qua id, quod re vera nunquam fuit traditum, pro tradito habetur, ut benè Faber *de conjecturis, lib. 19. cap.3.* & Paulus Bellonus *de potestate eorum, quæ fiunt incontinenti, lib.1. cap.84.* Ludovisius *decis.508. num.7. & 8.* talis tamen fictio operatur, ut fingat solutionem, ac illam quidem veram solutionem non fictam, quantumvis fictus sit modus, non secus, ac constitutum, quod licet sit modus fictus, ut latè Fontanell. *claus.4. gloss.27. num.5. & 6.* veram tamen transfert possessionem, Surdus *cons.162. numer.48.* Muta *decis.34. n.6.* Gratianus *cap.321. à num.13. cum seqq.* & propterea dicunt Doctores, quod licet census requirat 6 pretium in pecunia numerata, poterat tamen creari ex pecuniis antea debitis, quia lex fingit primò verè, & realiter illam esse solutam creditori, & mox per eum loco pretii traditi debitori censum vendenti, ut benè Intrigliol. ad Bullam Pii V. *quæst.7.* & ibi lata additio Muta *decis.34. num. 6.* Surdus *consil.162. numer.38. lib.2.* Mastrillus *decis.262. lib. 2.* ergo cum sit sequuta vera solutio, & extinctio primi crediti in alium transfusi, non sunt fructus pendentes, sed exacti: ergo non pertinent ad Cameram, & spolium.

Hinc videmus, quod quando dantur in dotem bona ex- 7 timata, ea extimatione, quæ facit emptionem, non censetur res data in dotem, sed pretium, & non illa, sed istud venit in restitutionem, quia in isto casu bona censentur vendita Marito ab uxore, & numerata ei fuisse pecunia censetur, & fingitur statim uxorem, eam pecuniam receptam numerasse Marito in causa dotis, duos hoc modo faciendos contractus, unum occultum, & aliud manifestum, seu unum occultando, & alium exprimendo, occultatur enim contractus emptionis, & exprimitur contractus dotis, & celeri manu transit de uno in alterum, ut benè Surdus *decis.99. num.9.* Fontanella *tom.2. claus.5. gloss.8. p.13. à n.8.* & est famosus Textus *in d. l.licet 44. ff. de jure dotium*, ubi J.C. utitur verbo brevi manu, de qua fictione brevi ma- 8 nu latè agit Paulus Bellonus *de potestate eorum, quæ fiunt in continenti, cap.84. lib.1.* solutione autem ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio, ut in principio instrumentum quibus modis tollitur obligatio, quæ solutio cum fuerit facta in extinctionem primæ obligationis, taliter dicenda est, extinxisse eam, ut nihil ex illa remaneat, ut benè Gra-

nè Gratianus *cap.962.n.31.* ubi latè agit de solutione in extinctionem prioris societatis, Amatus *resol.61. à num.13.& num.35. tom.2.*

9 Probatur tertiò, quia in terminis *d.l.singularia, ff.si certum petatur*, contractus primus resolvitur omnino, & est omnino extinctus, ac novus inde creatus ex illa transfusione, quam lex prædicta fingit, ut dicunt Decius *in d. l. singularia, num.6.* Alex. *n.7.* Cagnolus *n.29.* Bolognetus *nu.28.* Surdus *cons.62. num.38.* Milanensius *decis. 2.num.46.& seq. vol.2.* Amatus *resol.61. n.37.* unde vendens frumentum pro certo pretio solvendo tali tempore, si non consignetur pretium tempore præfixo, sed illo retento iterato eidem emptori venditur frumentum sequentis recollectionis, sive temporis, vulgariter *staggione*, vel alterius generis, compensando pretium primæ venditionis cum pretio secundæ, tunc valet contractus, & fit novatio à primo contractu, nec amplius primus attenditur, ut benè Antoninus de Amato *tom.1. resol.50.* quia licet novatio expresè fiat, *l. fin. C. de novationib.* Gabriel. *cons.170. lib.2.* Guttier. *par.1. de juram. c.63.* Franchus *decis.15.& 155.n.10.* Gabriel *de novationibus, concl.1.* Surdus *cons.145.* Menochius *lib.3. præsumpt. 134.* Mascardus *concl.1107.n.13.& seqq.* tamen si ex conjecturis, & necessariis præsumptionibus apparet partes voluisse novare; tunc expresè fieri dicitur, Afflict. *decis.44. n.15.* Franch. *dec.15.nu.2.* Menoch. *lib.3. præsumpt.134. nu. 36.& lib.1. q.45. n.6.* Fontanell. *de pactis nuptiarum,claus.4. gloss.24. n.45.* Cancerius *lib.3. var. c.17. n.281. & 282.* Facchin. *lib.3. controv. cap.92.* Trentacinq. *lib.3. var. de novat. resol.1.* Cevall. *q.754. num.10.* Rota Romana *dec.562. part. 1.* Thorus *in compendio, in verbo novatio*, Riccius *collect. 309.* Mantica *dec.36.* ergo in præsenti causa fuit sine ulla

10 difficultate facta novatio, & est notoria ex incompatibilitate contractuum, & procedit textus *in l. pacta novissima, C. de pactis*, ita Decius *in d.l. pacta,n.2.* Baldus *in l. fin. C. de novation. n.4.* Cagnol. *in d. l. singularia, n.102.* ubi Decius *n.28.* Card. Tuschus *litt.N. concl.119.* Ursill.ad Afflict. *dec. 354. n.50.* Muta *dec.33.* Mantica *de conjecturis, lib.17. tit.3. n.13.*Gratian.*cap.718. n.16.& 17.lib.4.* Riccius *collect.2481.* Mastrillus *decis.40.* ergo &c.

11 Probatur quartò, quia quando causa unius contractus in alium convertitur, & transfunditur, tunc novatione primi contractus extinguitur, & remanet secundus; unde si debitum ex causa mutui convertatur in causam depositi, vel in pretium emptionis, & venditionis, vel in causam societatis, primus contractus est resolutus,quia si primus contractus subsisteret, nihil diceretur ad venditorem pervenisse ex secundo contractu, Molina *de contractib. disp.539. n. 12.13.& 18.* Id affirmat, quando de mutuo fit contractus censualis, & de cambio, si ematur redditus, dicunt Baldus *cons.128. lib.2.* Bertrandus *cons.291. lib.3.* Lanarius *consil. 23.* & quando debitum ex una causa convertitur in causam societatis, dicit Gabriel *cons.81. lib.1. & cons.170. lib.2.* & Faber *in §. Præterea, num.3. instit. quibus modis tollitur obligatio*, id exemplificat, quando de debito fit emptio vini, & quando pro dotario fit subjugatio, sive venditio, quod non possit amplius agi ad dotarium, dicit Milanesius *dec.9. num.110. lib.2.& dec.13. num.22. part.1.* Mastrillus *dec.40.* Muta *decis.33.* Cevall. *quæst.754. & 755.* & alii apud eos.

12 Probatur quintò, quia conversio debiti habetur pro vera, & reali numeratione, & ideo dicimus, quòd licèt depositum contrahatur re, tamen si debitum ex mutuo convertatur, & transfundatur in causam depositi, non potest dici depositum simulatum, quia conversio mutui operatur veritatem depositi, & secundus contractus recipit fomentum ex veritate primæ causæ, & notarius non tenetur de falso, licèt dixerit, habuit, & recepit, quia dicitur verè ex primo contractu recepisse, nisi dicatur numeravit: ita Barthol. Alex. Decius, & Purpuratus *in d. l. Singularia, ff. Si cert. pet.* Paulus de Castro *cons.9. lib.1.* additio ad Decium *in dict. l. Singularia, num.28.* ubi Cagnolus *num.217.* Cardin. Tuschus *conclus.198. numer.16. & 17. & conclus. 199. num.5. litt. D*, & decisum refert Amatus *resol.50. num.6.*

13 Probatur sextò, quia pretium primi affictus, dicitur restitutum, & solutum ex fictione, *l. Singularia*, & receptum pro pretio mutui, de quo in secundo contractu, ergo inducitur novatio, & vera solutio, atque liberatio primi contractus, & id videtur ex quadam compensatione factum, quæ compensatio est vera solutio, licèt solvendi modus sit fictus, Baldus *in rubrica, C. de compensationib.* Grass. *de exception. except.16. num.9. 10. & 11.* Menoch. *casu 14.* Giurba *ad Consuetud. Messanæ, c.2. gloss.16. n.9.*

Probatur septimò, quia stante statuto Civitatis Lucæ, quòd Maritus de dote sibi data, & tradita ab uxore lucretur partem aliquam, fuit disputatum: D. Altogradus *cons.29. tom.2. à num.40.* (post Bart. *cons.132. lib.1.* & Fanucc. *de lucro dotis in verbo, restituenda, numer.47.*) an si Marito non fuit dos data, sed confessus fuerit se dotem recepisse per instrumentum mutuum, quo ipse Maritus Socero fingitur mutuasse: & dicit statutum habere locum, quia cum vir creditum dotis in novum creditum convertit non dotale, quod posse fieri fundavit *cons.17. vol.1.* talis prima obligatio transfunditur in secundam, ideòque respectu primæ debitum est extinctum per solutionem, quia ita etiam solutum videtur, *l. Dotem, ff. de Iure dotium*, sufficit enim viro esse satisfactum de dote quomodocumque id contingat, cum omnis satisfactio Creditore volente operetur idem quod solutio, ergo statutum loquens de dote data, locum habet in dote, quam Maritus per instrumentum mutui confitetur dedisse socero, & socerum accepisse confitetur; 14

cujus ratio est, quia debitum ex una causa voluntate debitoris potest converti in aliam causam, *l. Certi conditio, §.finali, & l. sequenti, l. Rogasti, & l.singularia, ff. si cert. petat. l. adversus, & l. generaliter, Cod. de non numer. pecunia*, & in omnibus talibus locis Gloss. & DD. Riminaldus senior *consil.291. num.10. & 11.* Surdus *cons.162. numer.42.* Abb. *cons.3. num.12.* Bertazzolus *cons.49. num.12.13.14.15. & num.25. 28. 29. & 30.* Castill. *dec.5. n.30.* & brevi manu dicitur pecunia soluta ex prima causa debita, & per occultationem actuum, retrotradita, ex nova causa, pro qua debitor se obligatum esse consentit, & ad hoc textus *in dict. l. Singularia in fine*, est singularis, ubi Gloss. *in verbo profecta*, Dec. *numer.23.* Paulus *cons.179. num.3. lib.2.* Bertazzolus *cons.49. num.18.* Castill. *d.dec.6. n.30.* tamen si pecunia non esset solutioni parata, Curtius Junior *in d.l. singularia, num.35.* & sic ex transfusione debiti ex causa emptionis, in causam dotis, censetur sublatum debitum pretii rei emptæ, adeo ut hodie remaneat tantum debitum ex causa dotis, ita Bart. *in d. l.singularia, num.20.* Castill. *num.34.* Altogradus *d.cons.17. num.50.* sic in præsenti causa debiti fructuum Beneficiorum translata in causam mutui, facit extinctam primam obligationem & causam, & remanet hodie solum debitum ex causa mutui, quod est in patrimonialibus bonis ipsius Clerici, etenim conversio fit ad obligationem de novo inducendam, & novum creandi contractum, & primus contractus tollitur jure solutionis, & secundus incipit jure conventionis factæ ex illa causa, extincto autem primo contractu, extinguuntur omnia privilegia ejus, *cap. Accessorium, de regul. jur. in 6.* & in puncto Surd. *tit.1. de aliment. qu.42. n.61. & tit.50. quæst.1. num.37.* quæ nova causa solum videtur consideranda, non illa jam extincta, & diversam qualitatem, & naturam habens, ut benè Bertazzolus *d. cons.49. num.24. & numer.28. 29.30.31. & seqq.* Riminald. Junior *cons.112. num.121. & 129.* Cagnolus *in d. l. singularia, numer.192.* Menoch. *quæst.54. nu. 42.* & Cagnolus *ubi suprà*, dixit, exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ locum habet in mutuo, non procedere, quando mutuum in aliud debitum est conversum, Castill. *decis.5. numer.30.* & è converso debitum conversum in mutuum admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ, *l. sub specie, C. de postulando*, Medices *dec.37. nu. 9.* & licèt aliqui dicant causam originalem debiti esse attendendam, ob idque transfusionem fieri, cum omnibus qualitatibus, & privilegiis primi contractus, tamen Surdus *cons.269. num.17. & cons.445. num.57.* declarat hoc procedere respectu privilegiorum competentium favore Creditoris, vel causæ, non autem quoad ea, quæ solum accidentaliter favore personæ debitoris concessa sunt, Berous *consil. 112. num.122.* Capycius *d.183. num.50.* & ideo Bartholus *in l. Si quis cum aliter, num.4. in fine, ff. de verb.* ait privilegia primæ causæ esse attendenda: nisi novatio facta fuisset animo adjiciendi privilegium: imò idem Barth. *in l.1. §. Hæc actio, ff. Si quis testa. liber esse jussus fuerit*, vult, quod si subrogatio unius actionis extinctæ, fit facta per hominem subrogata, non sapit eamdem naturam primæ, in cujus locum subrogatur, quoad exequutionem, ut si prima habebat exequutionem paratam, hoc privilegium non transit in secundam, sic è converso, si non habeat exequutionem paratam: cum contrariorum eadem sit disciplina, *l.1. ff.*

15 16 17

l.1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, & idem Bart. *in d. l. aliam, num.2. ff. de novation.* quærit, an privilegia primæ actionis intelligantur reperita in stipulatione novante, *& in d. l. Si Stichum*, §.1. *ff. de novation.* ait id verum esse, quando in sequenti stipulatione non fuit deducta quantitas: quia solum dictum fuerit, quod ex prima stipulatione debetur promisso, tunc enim censetur repetita dies, aut dilatio, sed si fuit expressa quantitas, puta, ut in casu nostro tercentum, quæ mihi debes promittis solvere infra tempus, & tunc dies non censetur repetita, ut benè Altograd. *n.1. cons.17.*

18 Dices obstat textus *in l.2. ff. de privilegiis creditorum, in vers. Parvique*, ibi Parvique referre dicamus qua actione huic sumptus repetatur, funeraria, an familiæ herciscundæ, an qua alia, dummodo sumptus funeris causa factus sit, quacumque ergo actione ob funeris sumptum utatur, etiam funerariam ei competere, quod interpretatur glossa, id est, funerariæ privilegium, *& in vers. Sequenti*, sic dicit: Quare si in stipulatum funeris impensa deducta sit, dicendum est locum esse privilegio, si modo quis non abjiciendi privilegii causa stipulatus sit.

19 Confirmatur primò, ex *l. aliam, ff. de novation.* ibi: Perit Privilegium dotis, & tutelæ, si post divortium dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem, tutelæ actio novetur, si id specialiter actum est.

20 Confirmatur secundò, ex Bart. *in l. si quis cum aliter, nu. 4. vers. Præterea, ff. de verb. obligat.* ubi sic eleganter ait: Præterea supposito, quod novaret primam, eam tamen novat cum omnibus suis qualitatibus, & privilegiis, quæ habebat prima, ex natura contractus, vel rei in obligationem deductæ, nisi animo abjiciendi privilegium sint factæ, *ut in l. aliam, ff. de novation.* in quibus locis ad amissionem privilegii requiritur animus perdendi illud, aliàs non amittitur.

21 Confirmatur tertiò, ex Antonio Fabro *in suo Cod. lib.2. tit.4. de transaction. definit.2.* ubi facit differentiam inter transactionem, & simplicem stipulationem: major enim est vis transactionis, quam stipulationis, quæ cum citra transactionem fit, licet actionem ex testamento novet, easdem tamen qualitates, & conditiones retinet, quæ actioni ex testamento inessent, ad quod allegat textum *in l.1. §. si quis sub venditione, ff. ut legator. nomine caveatur*, ubi sic J. C. ait, si quis sub conditione legatum stipulatus, pendente conditione decesserit, stipulatio evanescit, quia nec legatum transmittitur, & huic stipulationi, easdem causas, & conditiones inesse sciendum est.

22 Pro solutione argumentorum, dico esse verissimam conclusionem, non simpliciter, & absolutè omnes qualitates prioris debiti, transfundi in secundam novatam, & extinctam: unde

Primò Respond. & Bartol. pluribus in locis citatus per Surdum *consil.445. num.37.* respondendo cuidam contrario antea *num.10. lib.3.* & idem Surdus *cons.407. num.48. lib.3. & cons.269. num.17.* Capyc. *decis.183. n.50.* qui distinguit, & cum eo omnes, quod sunt quædam qualitates, & privilegia, quæ concernunt favorem personæ, & alia favorem causæ, quæ primum debitum habebat favore contractus, vel rei in obligationem deductæ, non ex dispositione hominis, sed legis. Privilegia, quæ respiciunt favorem, vel damnum personæ ex dispositione hominis, quæ habebat prima obligatio, non transeunt in secundam, sed illa, quæ respiciunt favorem causæ, quæ insunt ex natura contractus, vel rei, non ex dispositione hominis, sed legis transeunt in secundam obligationem: sic causa dotis transfusa in mutuum gaudet privilegio dotis, ut sequitur Fontanella *dec.459. n.16.* & infrà dicemus.

23 Respondeo secundò, cum eodem Surdo *consil. 385. nu. 17.* quod si secundus actus tenderet in præjudicium creditoris, non præsumitur novatio; sed si tendit in favorem, non verò in præjudicium, præsumitur novatio; quia non est verisimile, velle recedere à meliori, & tutiore obligatione: vel è contra, & sic dicit Amatus *resol.89. n.7. lib.2.* ubi dicit in dubio non præsumi novationem, nec novandi animum, in damnum creditoris, secus in ejus utile, sequitur Barnius *dec.20. n.14.* Seraph. *dec.211. n.7.* Rota Rom. *decis. 456. p.1.* Dec. *cons.400. n.2.* sequitur Octavius Zucchat. *dec. Lucens.24. nu.38.* cum multis adductis per eundem, ergo argumenta nihil probant contra nos.

24 Dices secundò, si debitor dotis faciat instrumentum census, tunc habet omnia privilegia dotis, Milanes. *decis.14. n.1. par.1. & n.21. & 22.* quia sumus in obligatione non incompatibili cum prima, ergo non datur novatio, ut benè Milanensius *ubi suprà*, & hoc est generale in omni materia, Barnius *decis.20. n.20.* Surdus *cons.385. nu.18.* Gratian. *cap.718. n.18. lib.3.* Amatus *var. resol. res.89. n.11. tom. 2.* Ludovisius *decis.76.* ubi additio *n.28.* unde Castillus *dec. 5. num.37.* ait quod licet unum debitum transfundatur in aliud, & fingatur numeratio, tamen semper dicitur deberi, ex veteri causa, & persona, & ex prima, non ex secunda, nec prima dicitur extincta, *& n.38.* ait, quòd licèt contractus transeat in alium, tamen transit cum omnibus suis qualitatibus, & privilegiis, quæ habebat primus, quod iterum repetit *decis.17. nu.33. & 34.* & adducit pro communi opinione, Barth. Corneum, Curtium, Milanes. Alexand. Cagnolum, Surdum, Capyc. Aretinum, & Magonium, & Mastrillus *dec.119. n.8. & 16.* ait, quòd dato quòd fuisset inducta aliqua novatio: tamen ex prima actione agi poterit, quia semper consideratur actus, à quo dependet negotium.

Respondeo enim quòd quando solutio fit simpliciter animo extinguendi omnia, clarum est extinxisse debitum, & cum eo omnes qualitates illius, quæ sunt accessoriæ, ex regula *cap. accessorium, de Regulis juris in 6.* sed in casu instrumenti mutui propter dotem, non fuit intentio extinguendi debitum dotis, sed ut remaneret quidem debitum, non eo modo, quo antea erat, sed transfusum in aliud, & totum solet fieri uno instanti, & uno contractu ex præcedenti pacto inter partes, ut ait Barth. *in l. si quis non aliter, num.4. ff. de verb. l. fin. Cod. de novation.* in qua transfusione non pereunt privilegia, ut ait Fontanell. *decis.459. num.7.* Et ratio est, quia licet fingantur plures contractus, unus tamen solus resultat, manente semper eodem debito, & hoc est, quod dicunt communiter Doctores de pluribus actibus, sive contractibus correspectivis, & quando unus occultatur, & alius demonstratur, ut solùm sit unus contractus, pro quo una solvi debet gabella, Monterius *decis.4. numer.9.* Fontanella *clausul.14. glossa unica part. 2. num.15.* Gizzarellus *decis.70. num.8.* Cassaneus *consil. 10. num.186.* Milanesius *decis.14. num.21.* Valascus *de jure emphyteusis, quæst.19. numer.8.* Fontanella *decis.459. num.8.* 25

Respondeo secundò, cum Fontanella *dec.460. numer.23. vers. Sed postea*, qui refert decisum, primam obligationem fuisse extinctam, & novam ortam obligationem, à quo die erat suum instrumentum anterius non à prima, quia non erat reservatio primorum jurium, & sic argumentum nihil concludit. 26

Difficultas tamen est, an stante protestatione, quæ passim opponi solet in instrumentis secundi contractus, videlicet non recedendo à primo, non novandi, nec liberandi animo personas in primo contractu obligatas, & sub aliis verbis de stylo Notariorum idem replicantibus cum clausula non aliter, nec alio modo, an tunc esse novatio. 27

Prima opinio dicit cessare novationem in tali casu; quia effectus de quibus suprà resultant, non obstantibus mille protestationibus, quia non sufficiunt ad impediendos tales juris effectus, ex quo ex necessaria juris dispositione resultant, poterunt tamen operari quoad temporis anterioritatem, seu privilegium causæ respectu Prælationis, ut benè Bart. *in l. Singularia, num.21. ff. si certum petatur*, Cagnolus *ibidem num.188. & 214.* Gabriel *de novat. conclus.1. nu. 56.* Menoch. *lib.3. præsumpt.134. num.44.* Card. Tuschus *litt.N, conclus.119. num.109.* Barnius *d.20.* Mastrillus *dec. 59. num.6.* & sic decisum refert Amatus *res.50. num.8. in fin.* & patet, tum quia datio insolutum licèt sit species solutionis, ita ut prima actio remaneat elisa re evicta, Surdus *dec.51. num.4. & decis.123. num.31. & decis.266. numer. 6.* Franchus *dec.290. num.7.* Castill. *decis.5.* Mastrillus *dec. 120. & dec.189. num.17.* Muta *decis.6.* tamen permittitur Creditori redire ad primæva jura, stante protestatione Capycius *d.43. num.50. in fine*, Boerius *dec.332.* & alii, ex *l. eleganter, ff. de pign.* ait, tum quia prorogatio termini habet vim novationis, & liberationis fidejussoris, & tamen cessat novatio, stante protestatione, ita Turrettus *cons. 41. lib.2.* Botta *cons.21.* Thesaurus *d.125. num.50.* ubi Gaspar *in addition.* Anellus de Amato *cons.45. num.8.* Jason *in l.1. Cod. de Judiciis, num.17.* Cavalcanus *decis.18. numer.7. lib.4.* tum quia novatio tollitur pro protestationem in materia investituræ, Osaschus *dec.167. num.7.* & in terminis testa-

testamenti dixit Natta *cons.627. num.3. & 4.* tum quia protestatio non facit novationem in sententia, Bald. *cons.77. lib.1.* in quibus generaliter dicitur protestationem tollere novationem, ex illa generali regula, quod protestatio conservat jura protestantis, ut tradit Jason *in l. fin. ff. de eo quod certo loco*, Maschardus *concl.*1193. *n.*36. Castillus *decis.*22. *num.*28. Cancer. *lib.*3. *var. cap.*1. *de act. & obligat.* Cevall. *quæst.*489. Secunda opinio dicit etiam posita protestatione induci novationem ex secundo contractu, ita tenent Lanarius *cons.*23. Gratianus *dec.*117. *num.*18. Milanesius *decis.*8. *num.*37. *lib.*2. Mastrillus *dec.*40. *num.*7. & bis decisum Siciliæ testatur Amatus *resol.*50. *num.* 17. tum quia protestatio non impedit, quod ex necessaria juris dispositione resultat, Gratianus *cap.*455. *num.*28. *& cap.*244. *num.*37. Seraphin. *dec.*754. *num.*2. Fontanell. *de pactis nuptiarum*, *claus.6. gloss.* 11. *part.6. numer.*39. *vol.*2. Lanarius *d. cons.*23. *num.*8. operabitur verò protestatio, quoad temporis anterioritatem, seu privilegium causæ, respectu Prælationis, Milanes. *dec.* 8. *n.*37. *lib.*2. Castill. *dec.*5. *num.*45. *& decis.*69. *nu.*11. Franchus *dec.*50. *num.*7. & 8. Fabius de Anna *cons.*35. *&* 90. cujus opinionis nonnullas declarationes refet *d. res.*50. *à num.* 17. *cum seqq.*

28 Dices tertiò, quando una causa transfertur in aliam, tunc transfertur cum suis qualitatibus, & privilegiis primi contractus, quia non amisit suam naturam, nec suum perdidit privilegium, quia prima causa originalis est attendenda, non autem secunda accidentalis, ut est Textus expressus *in l. Si filius familias*, §. *Is autem, ff. ad Macedonianum*, ubi debitum filiifam. ex causa emptionis, & vendionis, in quo non habet locum Macedonianum, licèt novo consensu fuerit transfusum in causam mutui, quia filiusfam. confessus fuerit se mutuò recepisse, & ex mutuo se debere, non tamen subjacet Macedoniano, rationem assignat, ibi Glossa *in verbo*, *Senatusconsultum*, quia scilicet inspicitur origo debiti, non causa, in quam facta est transfusio: sequitur Barth. *in l. Si quis cum aliter* 36. *num.*4. *ff. de verb.* ubi Alexander *num.*2. *&* 3. Aretinus *num.*4. Jason *num.*12. *&* 13.

29 Confirmatur primò, quia licet remedium *l.*2. *Cod. de rescind. vendi.* non habeat locum in contractibus stricti juris, sed solùm in contractibus bonæ fidei, tamen si primus contractus fuerit emptionis, & hic fuerit innovatus per stipulationem appositam, tamen poterit agi remedio *d.l.*2. quia transfusio censetur facta cum omnibus qualitatibus primi contractus, & secundus inducit naturam primi, Barth. *in l. Videamus* 38. §. *Si actionem, ff. de usur. num.*4. ubi si stipulatio, quæ est contractus stricti juris succedit in locum contractus emptionis, ejus naturam assumit, itaut in eo veniant fructus sicuti venirent in contractum emptionis, quod probat Jason *in d. l. Si quis cum aliter*, *ff. de verb.* & probat textus *in l.*1. §. *Bellissimè, ff. ut Legatorum nomine ca-*
30 *veatur*, quod tradidit Soccinus senior *cons.*143. *numer.*14. *lib.*1. qui ait, quòd si depositum descendit ex mutuo, debet sapere mutui naturam, & si depositum subrogetur in locum debiti actione ex empto, sapere debet ejus naturam, & sic sicuti in actione ex empto pretium potest retineri, eodem modo poterit retineri in deposito subrogato, quia causa originalis talis debiti fuit causa emptionis, & non depositi, igitur illa causa est attendenda, & non causa accidentalis, Decius *cons.*53. *num.*3. Cotta *in memorialibus*, *in verbo subrogatum*, ubi post Baldum ait, quod si mutuo tibi centum, & stipulor promissionem occasione depositi, licèt depositarius non possit uti retentione, *l. penult. C. depositi*, tamen propter originem mutui licita est retentio, nam causa originalis debiti est attendenda, quod idem habetur *in l. Adversus, Cod. de non num. pecunia*, ubi habetur, quod si debitum ex antecedenti causa, puta emptionis, & venditionis, transferatur in causam mutui, non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ in mutuo locum habuisset, & ibi notant Glossa, & Barthol. *in princ.* & est opinio Cyni *in d. l. Generaliter, C. de non num. pecunia*, quam sequitur Alexand. *in l.*2. §. *Appellata, ff. Si certum petatur*, de communi Laderchus *cons.*113. *num.*10. qui ait, quòd licet in deposito non habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ, tamen fallit hæc conclusio, si depositum habeat causam à mutuo, quia quando certum est depositum à mutuo pendere, semper illuc revolvimur: quod idem dicit Soccinus senior *in l. Si quis nec causam, ff. si cert. petat.* sic licet in contractu depositi periculum sit deponentis, *l. Is quoque, ff. de action. & obligat.* tamen si empturus prædium roget sibi mutuam pecuniam dari ab Amico, nec eam velit mutui nomine antequam emat, & ob id forsitan amicus discessurus apud eum deponat ea lege, ut emptis prædiis recipiens mutui nomine esset obligatus, si talis pecunia pereat, dum sic est deposita ante emptionem prædii, periculum non est deponentis, sed recipientis, cujus gratia factum est depositum, quia originalis intentio, quæ fuit contrahendi mutuum attenditur, & tale depositum fuit accidentale, solum factum gratia mutui, ut per Soccinum *ubi sup.* Mantica *lib.*8. *de tacitis tit.*3. *n.*18.

Confirmatur secundò, ex Riminaldo Juniore *cons.*505. 31
*num.*76. qui ait, quod si una actio velut ex testamento, transfundatur in aliam, velut ex stipulatu animo novandi, licet prima extinguatur, non tamen censetur extincta, ex quo remanet aliqua ejus loco subrogata, in quam fuit transfusa substantia primæ, & illud est debitum ex testamento, licet non debeatur actione ex testamento, quia non titulus actionis, sed originalis causa est inspicienda, & Decianus *consil.*11. *numer.*6. 9. *&* 10. *lib.*1. ait, quod si donavit Titio centum posteà per novum contractum constitui me debitorem ejusdem dictorum centum, licèt mutata sit forma contractus, remanet tamen prima causa donationis, & ejus natura spectanda est, constituti subsequentis, cum origo debiti sit inspicienda, Surdus *decis.*138. *num.*12. qui ait, quod novatio fit cum omnibus privilegiis, & qualitatibus, quæ competebant primæ obligationi, & Me-
nochius *consil.*702. *numer.*26. ait, quod quando transfor- 32
matum loco prioris succedit, non mutatur illius prioris natura, & effectus, Capyc. *decis.*183. *num.*3. *&* 4. ubi licet dissentiat quoad privilegia actionis novatæ inducta in odium debitoris morosi, ut sunt usuræ, quæ veniunt in contractibus bonæ fidei, quia dicit talia privilegia non intelligi repetita in actione novante, cujus opinionis fuit etiam Surdus *consil.* 269. *numer.*17. *& de alimentis*, *tit.*1. *quæst.*42. *numer.*58. 59. *&* 60. Idem tamen Capycius dicit ibi se solùm hujus opinionis fuisse, cum alii contrariam sententiam amplexati fuerint, ut patet *ibi*, *num.*3. *&* 4. Idem tamen Surdus *de alimentis*, *tit.*1. *quæst.* 42. *numer.* 62. limitat respectu privilegiorum speciali favore dotis concessorum, quia transeunt in actionem novantem, & sic Surdus dicit Capycii decisionem non esse veram, & hanc sententiam tenet Cagnolus *in l.*2. *Cod. de rescind. vendit. num.*71. & sic practicatum refert Castill. *decis.*5. *nu.*37. *&* 38.

Confirmatur tertiò, cum Paulo de Castro *consil.*164. *nu.* 33
3. *lib.*2. qui ait, quod ex transfusione unius rei in aliam non sequitur totalis extinctio: nam licet filius sit diversus à Patre, non tamen Pater censetur totaliter extinctus, quia portio substantiæ Patris conversa est in filium, sicuti si de radice vitis propagetur ramus, deinde siccatur radix, ramus propagatus videtur diversus, tamen dicitur eadem vitis cum illa, unde processit, quæ non censetur in totum extincta: sic si una actio ex testamento transfundatur in alteram puta ex stipulatu animo novandi, licet prima extinguatur, non tamen censetur extincta, quia superest alia subrogata in ejus locum, & dicitur debitum ex testamento, licet non debeatur actione ex testamento, cum non titulus actionis, sed originalis causa sit attendenda, Riminaldus Junior *consil.*595. *num.*75. 76. *&* 77. & sic privilegia originalis causæ transeunt in causam subrogatam, ut benè Surdus *tit.*1. *de alimentis*, *q.*42. *n.*61. Bertazzolus *cons.* 49. *n.*24. 25. *& seqq.*

Respondeo ad argumentum cum confirmationibus suis 34
(quia omnia unica solutione tolluntur) quod aliquando ratio diversitatis operatur, ut secunda potius, quàm prima, & originalis causa sit attendenda, ut benè Menoch. Riminal. Junior, Bertazzol. & alii suprà adducti, unde Jas. *in l. si quis cum aliter num.*13. *ff. de verb.* remittens se ad ea, quæ dixerat *in rubrica*, *ff. de verb.* dixit quod quædam sunt peculiaria, & propria ipsius stipulationis, quæ contractus firmitatem respiciunt, & hæc semper prævalet, sed quoad alia firma remanet prima, unde Oinotomus *in rubrica de verb. num.*11. ait qualitates peculiares contractuum, respicientes eorum validitatem esse præferendas, non autem alias, nisi essent expresè ea intentione, ut essent observandæ: quia tunc qualitates diversæ secundi contractus, in quem primus transfusus est, prævalerent, puta quando de illis qualitatibus, aut subrogatione, facta fuisset expressa, & specifica provisio, ita pulchrè Berous *consil.*71. *num.* 43. *lib.*1. Dynus *in regula accessorium*, *num.*2. *de reg. jur. in* 6.

in 6. & sic loquitur Rimin. Junior *cons. 112. numer. 129.* sed in casu nostro facta mentione per instrumentum mutuum, nihil de illis qualitatibus primi contractus dictum est, ergo in totum remanet extinctus, etiam quoad privilegia, si quæ habuisset.

35 Respondeo secundò, quod argumenta non procedunt, quando tanta esset diversitas, ut natura unius actus ob incompatibilitatem, omninò resisteret, ne attendi posset natura alterius, ut bene Riminald. Jun. *consil. 112. numer. 129.* ut patet exemplum in mutuo confessionato, in quo locum habet exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium, si confessio fiat sub spe futuræ numerationis, alias non, *l. adversus*, *l. in contractibus*, *Cod. de numer. pecun.* principium institutionum *de litteratum obligat.* propterea si per aliud instrumentum confiteor me recepisse tamquam ex mutuo de præterito, & ex præterita causa, talis confessio statim præjudicat, nec habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, nec expectatur biennium, quia resistit natura talis confessionis, quia non censetur facta sub spe futuræ numerationis, &c. datur aliud exemplum ex Barthol. *in d. l. si quis, nec causam, numer. 3. & 4. ff. si cert. petat.* putà si ab initio fuerit factus contractus positi pecuniæ uti speciei in sacculo obsignato gratia deponentis, & postea per alium actum facta numeratione, transfunderetur in mutuum, tunc quando pecunia remansit, ut species deposita in sacculo, periculum fuit Domini, qui deposuit, *l. qui fortuitis, & l. pignus, Cod. de pignor. act.* sed post sequutam numerationem, & celebratum mutuum, & sic post translatum dominium pecuniæ in mutuatarium, illa qualitas, quæ obstabat translationi periculi in recipientem, & incipit esse incompatibilis, quod periculum sit mutuantis, & mutuatarius sit pecuniæ Dominus, & si in hoc casu attenditur qualitas secundi contractus, quia cum primo est incompatibilis, Laderchus *consil. 113. numer. 11.* qui ait, quod si depositum transit in mutuum, quia depositarius ex consensu Domini pecunia utatur, non possunt amplius vigere privilegia depositi, Berous *consil. 43. n. 25. l. 2.* Surd. *consil. 4. numer. 10.*

36 Respondeo tertiò, cum Altogr. *consil. 17. numer. 56. vol. 1.* quod quando primus contractus continet privilegium favorabile ad publicam utilitatem concessum, reducens ad jus commune, quod continet, tunc per secundum contractum non innovatur, sed quando continet aliquid è contra tunc innovatur, & ponit ibi exemplum, milites apud Lucenses habent privilegium, ut ex omnibus contractibus personaliter nequeant carcerari, exceptis causa dotis, depositi, pensionis domus, affictus Grassię, &c. quidam miles cum deberet ex causa emptionis, novatione se obligavit ex causa dotis fuit dictum non potuisse carcerari, quia non innovatur prima obligatio in odium publicum, sic in præsenti à contrario. Prima obligatio est contra jus commune, secundùm quod bona Clericorum, & fructus maturati sunt proprii Beneficiati: Bullæ disponentes contrarium sunt in odium Beneficiati, & ad favorem Cameræ disponentes, favorem publicum nullum habent, ergo non poterit dici, per secundum contractum, utiliorem Beneficiato, & sine fraude factum non esse renovatum, ergo extincto primo, per solutionem veram, licet ficto modo factam nullus jus habet Reverenda Camera Apostolica.

37 Respondeo quartò, quod negari non potest secundam obligationem non esse propriè, & verè primam, sed secundùm quid scilicet quatenus assumit de natura præcedentis contractus ovim transfusionis, cujus respectu causa originalis sit attendenda, cum subrogatus mixtas habet qualitates, ut declarat Bolognetus *in l. 2. in principio, ff. de verb. numer. 30.* Farinac. *in fragment. part. 2. in verbo*
38 *mixtum, num. 222.* sed statutum quod loquitur de simplici non habet locum in casu mixto: Bart. *in l. Certi conditio, §. Quoniam, ff. si cert. petat.* post alios Farinac. *in fragm. 2. p. lit. M, n. 230.* quod multo magis procedit si inclusio mixti esset odiosa, ut in simili Altogr. *cons. 17. numer. 62. tom. 1.* sed in præsenti si includeretur esset contra jus commune, & odium continet Clericorum Beneficiatorum, ergo &c.

Ergo omni jure dicendum est, hos fructus à Beneficiato Sacerdote exactos vigore illius instrumenti mutui, ad suos hæredes spectare, quia de illis poterat disponere ex consuetudine, de qua supra *num.....* Quod si esset Episcopus, secus esset, quia non posset testari de fructibus etiam percetis, & à solo separatis, & sic ad Cameram spectarent, ut supra dixi in primo articulo, sed in præsenti sumus in fructibus per Clericum Beneficiatum exactis, de quibus, cum potuisset disponere; debentur successoribus ipsius; & sic est advertendum Dominis Cameralibus, ne sub una specie Beneficiatorum, ut Episcoporum, &c. confundant simplices Clericos Beneficiatos, in grave damnum, & præjudicium Vassallorum suæ Catholicæ Majestatis.

DISCEPTATIO CXL.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus, vel alius Beneficiatus, an possit testari de consuetudine.*
2 *Clericus, vel Episcopus de bonis patrimonialibus, & industrialibus testatur.*
3 *Bona quando præsumuntur quæsita intuitu Ecclesiæ.*
4 *Bona, an præsumuntur quæsita à Beneficiato intuitu Ecclesiæ, & quando.*
5 *Bona quibus indiciis præsumantur Episcopi.*
6 *Inventarium qualiter faciendum, per Episcopum.*
7 *Bona patrimonialia non subjiciuntur spolio.*
8 *Testandi licentia Episcopo concessa, an debeat præcedere testamentum, an possit subsequi.*
9 *Licentia testandi concessa Episcopo, an intelligatur pro primo tantum testamento.*
10 *Licentia testandi, an operetur posse Codicillos facere.*
11 *Licentia testandi concessa Cardinali, non comprehendit annulum Cardinalitium.*
12 *Licentia testandi, non comprehendit apparamenta Cappellæ.*
13 *Licentia testandi concessa à Papa, an duret post ejus mortem.*
14 *Licentia testandi concessa Episcopo Regulari, quando, & qualiter valeat.*
15 *Assistentes Cappellæ Pontificiæ, testantur de dutatis duobus millibus.*
16 *Assistentes Cappellæ Pontificiæ, quæ habeant privilegia.*
17 *Episcopis, aliisque scriptoribus Apostolicis data est licentia testandi, usque ad quantitatem ducatorum sex millium.*
18 *Licentia testandi datur Cardinalibus etiam pro illegitimis filiis, non sic Episcopis.*
19 *Collectores possunt bona incamerare, non obstante licentia testandi, & postea fit excameratio.*
20 *Episcoporum debita quando solvat Camera.*
21 *Licentia testandi, ut detur a Papa, qua clausula utatur.*
22 *Licentia testandi in Regno, registratur in Nunciatura Apostolica.*
23 *Inventarium ab Episcopo de bonis suis, qualiter faciendum, & cui consignandum.*
24 *Inventarium non factum juvat, si sit factum æquipollens, & quodnam sit.*
25 *Inventarium tutoris, vel hæredis potest suppleri per aliud.*
26 *Inventarium qualem certitudinem det hæredi.*

ARGUMENTUM.

Episcopus de patrimonialibus disponit ad libitum, unde ad hunc effectum facit Inventarium, & quid si illud non fecerit, sed aliunde constat de bonis, quod in Inventario tutoris etiam & hæredis asseritur, Episcopus testatur posita licentia testandi à Papa concessa, quæ debet præcedere testamentum, & in primo testamento non consummatur, & an duret post S. Pontificis mortem, & quid si licentia testandi concedatur Regulari Episcopo; Assistentes Cappellæ Pontificiæ, & Scriptores Apostolici, de qua summa testari possint, & qualiter sit licentia testandi Episcopis de Regno concessa registranda.

DE EPISCOPO HABENTE licentiam testandi,

PRO

Episcopo N.

CVM

Reverenda Nunciatura Apostolica Neapolitana.

1 CUm non possit Clericus testari de bonis, & fructibus Beneficiorum, vel ex redditibus Ecclesiasticis acquisitis, neque de bonis emptis ex pecunia, quæ fuit collecta ex eisdem redditibus, ut ait Abbas *in cap. cum in officiis*, *numer.*4. *de testamentis*, ideo controvertitur an posita consuetudine testari possit, & tres sunt Doctorum opiniones apud Sanchez *lib.*2. *opusculorum*, *cap.* 2. *dubio* 15. *numer.*7. Prima opinio dicit talem consuetudinem valere, & excusare à peccato Beneficiatos testantes, ac suis cognatis, & hæredibus relinquentes. Secunda est opinio prædictam consuetudinem non esse validam absolutè, sed ad testandum de dictis redditibus ad usus tantummodo pios, & in modica quantitate, secus verò ad usus profanos, vel in magna quantitate, quia esset Ecclesiæ valdè onerosum. Tertia opinio est concordans cum secunda, sed in praxi dicendum est Clericum nunquam posse testari de fructibus Ecclesiasticis, secus de bonis patrimonialibus, unde hæres institutus à Clerico, vel Presbytero, petit à Papa litteras Monitoriales in forma (significatoria) pro bonis ad se spectantibus ratione successionis hæreditariæ talis Clerici, seu Presbyteri, & non alias ipsæ litteræ dantur, nisi pro bonis, & rebus, de quibus Clericus, seu Presbyter testari, aut alias legitimè disponere poterat, & hæc est notoria praxis, teste Corrado *l.*10. *de dispensationibus*, *c.*1. *n.*3.

2 Prima ergo sit conclusio, Clerici, & Episcopi de bonis patrimonialibus, vel de bonis ex sua industria quæsitis, possunt testari, ad quoscumque usus, Sanchez *ubi suprà*, *dub.*51. *numer.*4. sed de redditibus Episcopatus non potest testari, etiam ad pias causas absque facultate Papæ, post alios Corradus *d.l.*10. *cap.*1. *numer.*3. sunt enim separatæ res propriæ Episcopi, & res Ecclesiæ *cap. Episcopi*, 12. *quæst.*1. *cap. sint manifestæ*, *dicta qu.*1. ubi gloss. ait, quod potest quibus voluerit relinquere bona sua, sed non de fructibus, & quæsitis ab Ecclesia, qua distinctione bonorum non facta, tenentur hæredes Episcopi probare illas res non esse Ecclesiæ, sicut uxor cogitur probare res aliquas non esse mariti, quia promiscuè utitur rebus suis, & mariti, Gloss. *in verb. probantur*. Ratio verò quare jure interdixerunt Episcopis, & Clericis, de redditibus beneficiorum testari, ea est, ut scientes in morte, non posse per testamentum disponere, invitarentur illa distribuere Pauperibus in vita, & sic effugerent avaritiam, Sanchez *lib.*2. *opusculorum*, *cap.*2. *dubio* 15. *numer.*7. ideo Barbosa *de potest. Episcop. alleg.*114. *à num.*11. distinguit tres casus.

3 Primus est quando constat Prælatum habuisse bona tempore suæ promotionis, & tunc sunt patrimonialia, non Ecclesiæ.

Secundus casus est; quando constat, quod non habebat, & tunc præsumuntur Ecclesiæ.

Tertius casus est, quando sumus in dubio, quando scilicet sint quæsita ante Episcopatum, vel post, & tunc præsumendum est pro Ecclesia, quod scilicet illius intuitu fuerint comparata, quæ distinctio desumitur ex Textu *in c.* 1. *de testam.* alia bona deferuntur consanguineis, qui ab intestato succedunt, Rota *decis.*41. *numer.*2. *de prob. in antiquis*, de Leone *par.*3. *cap.*3. *numer.*12. ubi multo magis procedit conclusio, quando Episcopus habet patrimonium: tunc enim à fortiori bona hæreditaria potius præsumuntur quæsita ex redditibus patrimonialibus Episcopi, quàm Ecclesiæ, ut tenuit Rota *in una Constantiensi bonorum* 18. Martii 1560. quæ est 582. *part.*3. *lib.*3. *divers.* & refert Corradus *lib.*10. *de dispensat. cap.*1. *numer.*6. sicu-
4 ti in dubio beneficium fundatum si dubitetur cujus bonis sit fundatum, præsumitur de bonis Ecclesiæ, ut bene Corradus *dict. lib.*10. *cap.*1. *numer.*7. & Clericis Beneficiatus, faciendo emptiones, præsumitur fecisse de fructibus Beneficii, etsi tempore collationis beneficii sibi factæ, Inventarium bonorum Ecclesiæ, & suorum, non fecerit, præsumuntur Ecclesiæ, nisi probetur bona habuisse propria, vel officium, quibus acquirere potuisset per Textum *in l. scimus*, *Codic. de jure delib. de communi*, de Georgio *allegat.*41. *nu.*6. D. Hodierna ad Surdum *dec.*339. *numer.*50.

Constito verò de divitiis Episcopi, & Ecclesiæ paupertate, si bona reperta non habent signum Ecclesiæ, præsumuntur bona propria, non Ecclesiæ, Abbas *in cap.* 3. *de peculio Clericorum*, *c. cum testes*, *de testibus*, Corneus *consil.*314. Boer. *dec.*20. *numer.*4. Covar. *in cap.*1. *de testament. numer.*7. *& seq.* & loquuntur Doctores etiamsi Ecclesia reperitur in possessione, non hæ præsumptiones prævalent, Soccinus *consil.*91. *vol.*3. Corneus *consil.*79. *numer.*3. *vol.*4. Romanus *consil.*159. Barbosa *in dict. cap.*1. *de peculio Clericorum*, imò si aliqua bona sint notata, & signata signo Ecclesiæ, tunc dicendum est, alia non esse Ecclesiæ, Rota apud Corradum *lib.*10. *de dispensat. cap.*1. *num.*6. & licet Episcopus teneatur facere Inventarium, dum fit Episcopus, illudque consignare Nuntio Regni, ut notat Barbosa *allegat.*114. *numer.*15. in quo notare debet bona omnia, quæ ipse ex patrimonio, vel alio titulo, sibi comparavit *cap. de Syracusanæ* 28. *distinct.* ubi Barbosa, tamen si Prelatus non confecerit Inventarium, tunc præsumitur contra eundem nihil habuisse, & quod omnia intuitu Ecclesiæ acquisierit, ut in simili de hærede diximus non facientè Inventarium, ut *in authent. de hæredib. & falcid.* §. *sancimus*, *col.*1. 5 6

Ergo à spolio sunt exempta vigore Bullæ Pii V. bona omnia patrimonialia, vel causa donationis, successionis, seu legatorum, aut ex fructibus eorundem bonorum patrimonialium, & donationum, vel successionum acquisita, de quibus Beneficiati omnes etiam Episcopi, possunt liberè, testamento, donatione, vel quocumque alio modo, & titulo disponere, *c. quia nos*, *c. relatum*, *il* 2. *de testam. c.*1. *de success. ab intestato*, de Leone *p.*3. *c.*3. *num.*12. Corradus *ubi sup. c.*1. *n.*6. apud quem Rota. 7

Secunda conclusio, cum Prælatus de bonis Ecclesiæ vult testari, tunc Pontificis requiritur licentia, de qua est quæstio, an debeat præcedere ad testamentum, an subsequi, puto cum Barbosa *alleg.*11. *numer.*7. qui ait sufficere postea intervenisse, quia sufficit ad valorem testamenti, si ejus habilitas sit tempore mortis, sicuti si Papa concedat licentiam testandi Monacho, vel Episcopo, talis licentia extenditur ad testamentum jam factum, quia habilitas superveniens respectu alicujus actus producendi, ita operatur cum supervenit, ac si à principio adfuisset ex *l. si quis in Senatorio*, *ff. de ritu nuptiarum*, Gloss. & Baldus *in l. si quis tutor*, *vers. Qui ergo*, *ff. eodem tit.* Secunda opinio dicit non validari testamentum ex licentia superveniente, quia initium cujuscumque rei spectari debet *l. qui id quod*, *ff. de donation. l. quod ab initio*, ubi Dynus *ff. de reg. juris*, *cap. firmatur eodem tit. in* 6. *c. dudum*, *de elect.* unde potestas superveniens non validat actum inhabilem, Felin. *in c.*2. *de constit. numer.*22. Alexand. *consil.*17. *numer.* 4. & 5. *volum.* 4. quia sumus in casu, in quo requiritur, quod præcedat licentia, & authoritas, non autem in casu, in quo sufficit consensus, qui satis est; ut post actum superveniat, *c. cura*, *c. suggestum*, *de jurepatronatus*, *l. cum vir*, *ff. de usufr.* Barth. & Jason *in l. Si quis mihi*, §. *Iustum*, *ff. de acquir. hæred.* Puteus *dec.*268. *lib.*3. Corradus *l.*10. *de dispens. c.*3. *n.*1.2. *& seqq.* 8

Difficultas tamen est, an talis licentia intelligatur pro primo testamento, an verò pro omnibus aliis usque ad mortem faciendis. 9

Respondeo intelligi de omnibus usque ad mortem, quia intelligitur privilegium, & licentia secundùm subjectam materiam, super quam conceditur, Mandosius *super Regul.*23. *quæst.*4. *numer.*50. sed natura testandi ea est, ut revocari possit, quandiu vivit testator, ergo talis facultas testandi intelligitur, ut quoties voluerit revocare illud, possit, & iterum testari: ut benè Pyrrus Corradus *l.*10. *de dispensat. c.*3. *numer.* 69. *&c.* Sanchez *lib.*8. *de Matrim. disp.*1. *numer.*38. probat Episcopum, aut Monachum, cui data est potestas testandi, posse etiam Codicillum facere, aut causa mortis donare: cum hæc sint partes ultimæ voluntatis, quæ concesso testamento conceduntur, & ibi contrarium sentientes reprobat & probatur ex *l. Marcell. ff. de Donat. causa mortis*. 10

De annulo verò Cardinalitio, non possunt Cardinales testa- 11

testari, ut in licentia testandi concessa Cardinalibus, ibi (& citra annulum Cardinalitium, seu jura illius ratione Cameræ Apostolicæ debita,) quæ jura consistunt in ducatis quingentis auri de Camera: qui post obitum singulorum Cardinalium Cameræ Apostolicæ solvuntur, ut in Bulla 7. Julii III. quæ emolumenta S.D. N. Gregorius XV. applicavit Basilicæ Sancti Joannis Lateranensis ad certum tempus, post modum Congregationi, de propaganda fide applicavit, quæ Sacra Congregatio illas exegit, & emit tot loca montium, ad effectum illas expendendi pro necessitatibus dictæ Sacræ Congregationis,& voluit S.P. quod si aliquis ex ipsis S. R. E. Cardinalibus, vita durante tradiderit ducatos 500. pro tali emolumento eidem Congregationi hæredes Cardinalis mortui, ad nihilum aliud teneantur, ut in Bulla quæ incipit *Romanum Pontificem* ann. 1622. decimo Calendas Junii.

12 Nec vigore facultatis testandi, poterunt Cardinalis hæredes, prætendere paramenta, & ornamenta Cappellæ eorumdem Cardinalium, scilicet Papalis, ubi Missæ Papales celebrantur, & etiam ornamenta, & vasa Sacra Cappellarum singulorum Cardinalium, quia ista applicantur Cappellæ Apostolicæ, solet verò S. P. concedere licentiam testandi de illis ad favorem alicujus Ecclesiæ, Cappellæ, aut loci pii ad suum arbitrium, & cum fuisset dis-
13 putatum, an facultas testandi concessa Episcopo, vel Cardinali, duret post mortem Papæ, fuit decisum affirmativè, ex Gomezii Doctrina *in l.* 43. *Tauri*, qui ait licentiam instituendi Majoratum à Rege concessam post illius obitum non expirare: quia ex *cap. Si super gratia, de offic. delegati in* 6. & *cap. Si gratiosè de rescriptis in* 6. privilegium Principis est perpetuum licet decedat re integra, antequam sit exequutioni demandatum, ut bene Molin. *tom.*1. *de just. tractat.*2. *disput.*241. Sanchez *de Matrimon. lib.*8. *disput.*29. *numer.*82. qui dicunt hanc licentiam non expirare, cum sit gratia facta: Garzia *part.* 6. *de Benefic. cap.*2. *numer.* 328. Barbosa *allegation.* 114. *numer.* 23.

14 De Religioso verò Episcopo dicendum est, quod licet S.P. eidem possit dare licentiam, seu facultatem testandi Barbosa *dict. alleg.*114. *numer.* 241. tamen teneatur dum petit licentiam utrumque impedimentum exprimere, & Papa in eo dispensare: Corradus *lib.*10. *de dispensationibus*, *cap.*4. *numer.*8. quia concurrunt in eo duo impedimenta, Bellamera *dec.*247. *sub tit. de donat.* Barbosa *dict. allegat.*114. *numer.*18. quia Episcopus Monachus est solum administrator fructuum Episcopatus, ergo non poterit de illis disponere, idem de Religioso facto Cardinale dicendum est, ac etiam Papa, quia nulla dignitas liberat aliquem à substantialibus Regulæ cum per Professionem constituatur homo in statu habente obligationem perpetuam connexam, verùm talis Episcopus Regularis facit fructus suos in vita, & de eis disponere poterit, non minus quàm sæcularis, Baldus *in cap. Clerici il* 2. *numer.* 7. *de vita*, *& honestat. Clericorum*, Ludovisius *decis.*401. *numer.*7. sed talis Episcopus simpliciter acquirendo censetur Ecclesiæ suæ acquirere: secus est ubi constat noluisse illi Ecclesiæ acquirere, sed alteri acquirere, ac proinde uti laica, & privata persona acquisitionem bonorum stipulatus fuerit, per quod ostendatur, quod in acquisitione nullam habuerit contemplationem Ecclesię, Ludovis. *dec.*476. *n.*2. *cum sequentibus*.

15 Tertia conclusio Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alii Assistentes in Cappella Romano Pontifici, ex Bulla Julii III. quæ incipit Romanus Pontifex, possunt testari pro summa ducatorum duorum millium, teste Zerola *in praxi Episcoporum*, *in verbo Assistentes*, *in Cappella Papæ*, *part.*2. sed praxis observat dari facultatem testandi pro summa ducatorum mille, Corradus *lib.*10. *c.* 4. *numer.* 16. quibus assistentibus Papa, per suas peculiares litteras concedere solet nonnulla privilegia, exemptiones, & prærogativas.

16 Primò, quia creantur nobiles, & etiam de nobili Comitum genere, etiam qui Illustres reputantur, & etiam ex utroque parente procreati, ac si de Illustri genere ex utroque parente fuerint procreati, ita ut nulla sit differentia inter eos, & ipsos Illustres quoad nobilitatem, & alia ad illam necessaria.

Secundò, dum sunt in Curia, sunt exempti à vectigali vini pro sex vegetibus, de quibus suo arbitrio disponere valeant ad instar Cameralium.

Tertiò, S. P. eis concedit unam portionem panis honoris nuncupati in Palatio Apostolico dietim habendam.

Quartò habent facultatem, ut possint creare tres viros probos, & qualitatibus debitis præditos, in Sedis Apostolicæ Notarios, qui dicuntur Protonotarii.

Quintò quia possunt creare alios octo Viros habiles, & idoneos, ac qualitatibus ad hoc requisitis præditos auratæ militiæ Equites, eisque ut torquem aureum, & ensem, ac deaurata calcaria gestare, cum omnibus privilegiis, &c. quibus alii Equites utuntur.

Sextò, ut retineant Oratorium in domibus privatis, etiam in urbe Romæ existentes, ubi dici possit una Missa pro unoquoque die per quemcumque Sacerdotem Regularem, vel secularem dicenda, exceptis diebus prohibitis.

Septimò, ut possint transferre quascumque pensiones annuas pro summa quingentorum ducatorum auri de Camera in forma consueta, &c.

Octavò, ut possint testari pro summa ducatorum mille auri de Camera, sicut supradixi, & interdum pro majori summa data fuit eisdem facultas.

Episcopis verò, Archiepiscopis, & Patriarchis, qui 17
sunt Scriptores Apostolici, per S. P. Paulum III. concessum est, ut ultra patrimonialia, & alia bona, de quibus de jure communi, ac juxta privilegia, & indulta concessa, testari poterant, de aliis quibuscumque bonis mobilibus, & immobilibus, necnon fructibus, &c. emolumentis Ecclesiarum etiam Cathedralium, Metropolitanatum, & Patriarchatum, ac de pensionibus annuis super fructibus Ecclesiarum, usque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera duntaxat testari valerent, quam facultatem Julius III. extendit, usque ad quamcumque summam. Pius verò IV. cum vidisset plures studere acquirere talia officia scriptoriæ ad finem testandi, &c. talem Julii III. determinationem, & dictam facultatem testandi ad supradictam summam sex millium ducatorum reduxit cum clausula (*sublata*) ut in Bulla ejusdem Pii IV. quæ incipit *decet Romanum Pontificem* de anno 1560.

Cardinalibus verò datur licentia testandi, etiam in fa- 18
vorem illegitimorum quovis illicito, & damnato coitu, sed in facultatibus Episcopis concessis, non datur talis licentia, quia dicitur (non tamen illegitimorum, ait alias incapacium) nam Pius V. abstulit facultatem testandi erga has personas etiam de bonis propriis, & patrimonialibus, ut in Bulla Pii V. quæ incipit, *quæ dixi*, imò etiam in facultatibus Cardinalibus concessis solet hoc dici, quo casu si aliquid relinquat Cardinalis in favorem incapacium illegitimorum &c. adhuc tamen testamenta valent, quoad legitimos, & capaces, ut bene Corradus *lib.*10. *c.* 4. *nu.*18. *& seq.*

Licèt verò Papa concedat facultatem testandi Episcopis 19
pro certa summa, & quod Collectores non ponant manus pro illa summa in spoliis prædictorum Episcoporum, tamen Collectores, & Subcollectores capiunt possessionem ipsorum bonorum, non expectata declaratione, an defunctus condiderit testamentum, & an illud condere potuerit, & disposuerit, & consanguinei si quid prætendunt, agere debent contra Cameram, quem morem esse antiquissimum dicit Zabarella *in cap. nisi notab.* 3. *de renuntiatione*, quem refert Mandosius *in praxi signaturæ*, *fol.* 88. nam alias posset Camera fraudari, & ideo fit spolium, & de bonis dantur tot hæredibus (quatenus pecunia numerata non adsit) quæ per Peritorum æstimationem constituant summam, pro qua fuit dispositum servata forma facultatis, & ideò solent officiales Datariæ in licentiis testandi, dicere etiam de mente Papæ, quod prætextu talis gratiæ Collectores, & Subcollectores Cameræ Apostolicæ impediri nequeant quominus Inventarium de rebus, & bonis defuncti facere valeant, ac possessionem eorundem capere, & deducta summa pro qua poterat disponere, reliqui applicentur Cameræ: Neque hæredes prętextu cujuscumque gravaminis, aut alias quocumque mo- 20
do poterunt adire, & recurrere ad Judices incompetentes, neque Camera tenetur ad debita contracta per Episcopum, nisi pro necessitatibus, & utilitatibus Prælati defuncti, vel Ecclesiarum sibi commissarum, ut bene Corradus *lib.*10. *c.*4. *n.* 19. Barb. *alleg.* 114. *per totam*.

Quia verò pro obtinenda licentia testandi, & ut Papa 21
illam

illam concedat, necesse est, ut derogentur plures Bullæ SS. Pontificum: ut Julii III. Pii IV. Pii V. &c. propterea sufficit, ut apponatur clausula in licentia, &c. (quorum tenores, &c.) quæ clausula operatur, ut si earumdem obstantium Constitutionum tenores de verbo ad verbum, ac in dividuo exprimerentur: ut voluit Baldus *in leg. omnes, Codic. de præscriptione*, 30. *annorum*, Franchus *in cap. præsentium, de testibus, in* 6. Corradus *d.c.*4. *num.* 20. *&* 21.

22 In quo tamen observa, quòd licentia testandi data per S. P. debet registrari in Camera Apostolica, ex Bulla Pii IV. quæ incipit *Pius Papa IV.* de qua Corradus *lib.* 10. *c.* 50. & nisi registrentur, est nulla talis licentia, ex qua registratione formatur transumptum, quod transumptum deinde præsentatur per Prælatum, in Curia Nunciaturæ Apostolicæ, in quo Tribunali recognoscitur, an alicui subreptioni, vel obreptioni subjaceat. Qui Nuntius Apostolicus suo tempore deinde mandat Subcollectori spoliorum, ut hæredibus defuncti summam in facultate testandi expressam relaxet, quatenus Prælatus, vel alius de ea in vita non disposuerit, solutis tamen prius eidem D. Nuntio quibusdam Regaliis ad rationem decem pro quolibet centenario ex motu proprio Pauli V. sub die 23. Aprilis 1610. ut bene Corradus *d.lib.*10. *c.*50. *in fin.*

23 Quia verò debent Episcopi, Archiepiscopi, & similes, Inventarium facere de bonis patrimonialibus, & alis quæsitis ex officiis, &c. antequam accedant ad Ecclesias, propterea quæritur quid si inventarium suo tempore non fecerit Episcopus, sed aliunde constet, de bonis patrimonialibus, quæ habebat, utrum hoc sufficiat. Casus accidit in Archiepiscopo Cosentino Sanfelicio, qui cum habuisset multa mobilia supellectilia, & vasa argententea, uti patrimonialia, antequam caperet possessionem Archiepiscopatus Cosentiæ, quod contigit in fine anni 1650. in quo tempore accessit ad accipiendam possessionem Ecclesiæ, & secum duxit decem, & octo collos consistentes in diversis mobilibus, necnon cassam argenteorum vasorum, & suam propriam Carrotiam, quod licèt non constet ex Inventario facto cum solemnitatibus, de quibus *suprà*, tamen constabat ex manifesto quodam dato Patrono cujusdam Felluchæ Neapolitanæ ex Regia Dohana, Neapolitana, ubi dicebatur fuisse Neapoli manifestata, ut ex libro m. Tartaglione Officialis Regiæ Dohanæ, & etiam producitur distincta certituto, ex libris Dohanæ Romæ, à quo loco bona prædicta Neapolim fuerunt translata in Regia Dohana: ut inde Cosentiam transmitterentur, ubi caperet possessionem, & ultra hoc ex testimonio trium tunc temporis famulorum Illustrissimi Archiepiscopi, qui hoc distinctè deponunt.

24 Unde dicebam ego quòd licet, non fuisset Inventarium factum eo modo, quo debebat, tamen talis manifestatio in utraque Dohana sufficiens erat pro probatione bonorum patrimonialium ad exclusionem Cameræ Apostolicæ.

Probabam primò, quia Inventarium non est ad aliud inventum, nisi ut certa habeatur notitia bonorum hæreditariorum, ne scilicet occupari valeant, ut post alios Camillus Borrellus *in summa, tom.*3. *tit.*18. *& seq.* ergo si talis præsumptio occupandi, aut fraudandi cessat, non est necesse Inventarium fieri, ut in terminis terminantibus notat Decianus *consil.*85. *numer.*53. *volum.*5. quòd si sit facta descriptio bonorum, licèt non fuerit servata forma, & solemnitas Inventarii, excusatur hæres per prædictam descriptionem à pœnis Inventari amissi, idem post alios notavit Cancerius *part.*3. *variar. cap.*2. *nu.*109. *cum seq.* Rota apud Paulum Duran. *dec.*386. *à n.*17. *cum seq.* sequitur Noguer. *alleg.*19. *n.*103. *in fin.* post alios, quos refert, & addit Cancer. *ubi sup.* illum, qui successit ei, qui cesserat bonis, & non confecit Inventarium, ultra vires non fuisse obligatum, quia certè constabat nihil in hæreditate fuisse; ergo quia in casu nostro, non una, sed duplex habetur bonorum descriptio in fundaco duplicis Dohanæ, Romæ, & Neapolis, debet præsumi pro hærede Archiepiscopi.

25 Accedit id, quod post alios fundat Ursill. ad Afflict. *dec.* 360. *in fi.* ubi ait, quod quando tutor, non confecto Inventario aliunde ostendit, quòd Pupillus non habebat, nisi talia, & talia bona, quæ expensis, & aliis necessariis non sufficerent, ad nihilum tenetur, ut post alios ponderavit Cancerarius *ubi sup. cap.*2. *n.*112. hinc etiam dicunt Doctores, quòd si testator reservavit sibi centum ad testandum, in donatione, quam fecerat, & post mortem hæres non fecit Inventarium, non tenetur ultra vires, quia licet lex fingat hæredem non conficientem Inventarium bona hæreditaria surripuisse, tamen hæc præsumptio cessat, quando certa est hæreditas, ut probat Fontan. *claus.*4. *gl.*5. *p.*2. *num.* 47. Canc. *p.*3. *c.*2. *numer.*114. *& seqq.* Hieron. de Leo *dec. Valentiæ* 107. *num.*27. & licet Præses de Franchis *dec.*536. talem casum indecisum referat, tamen juxta hanc sententiam, quòd scilicet hæres non teneatur quando aliunde constat tot bona fuisse in hæreditate, decisum refert Joa. Baptista Thorus *tom.*3. *p.*1. *fol.*514. *in fi. col.*2. ergo cum in casu nostro ex antecedenti certitudine habita in Dohana, habeatur bonorum patrimonialium identitas, non erit gravandus hæres, sed erit Camera Apostolica excludenda.

Accedit secundò, quia quando aliunde constat certitudo bonorum hæreditariorum, tunc Inventarium non conficiens, non tenetur ultra vires, Cyriacus *c.*415. *n.*78. *& c.*326. *num.*10. eo quia cessat dolus, argum. *l. servum*, 70. §. *Prætor ait, ff. de acquir. hæred.* idem Cyriacus *c.*411. *nu.*19. *cum seqq.* unde Thorus *d.tom.*3. *p.*1. *fol.*511. *col.*1. *& in verbo hæres, to.*2. ait sequestrum factum à judice de bonis defuncti ad instantiam creditoris excusasse hæredem, ne conveniatur ultra vires, licèt non confecerit Inventarium, & tandem quia si hæres non conficiat Inventarium, & certo constet de valore hæreditatis, non tenetur ultra vires, ut post alios Fulvius Lanarius *in add. ad Patruum, in c.*1. *de success. feud. n.*37. Didacus de Mari ad Gizzarel. *dec.* 56. *num.*2. sicuti tutor, contra quem ob Inventarium non confectum, non proceditur, si ostendat, quòd Pupillus non habebat, nisi talia bona, molestari non poterit, eo quòd ipsum non confecerit, & de hoc poterit Judex se informare ex officio, Jason *cons.*3. *vol.*2. Ursil. ad Affl. *d. dec.*360. & practicatum refert Joseph Mele in Gizzarel. *ubi sup. n.*14. 26

DISCEPTATIO CXLI.

SUMMARIUM.

1 *Regularis Episcopi bona qualia.*
2 *Regularis Episcopus acquirit suæ Ecclesiæ Episcopali.*
3 *Regularis Episcopus quæ patrimonialia sunt, & quæsita ex industria cui acquirat.*
4 *Regularis Episcopus an disponat de bonis, & de fructibus.*
5 *Textus* in c. cum olim, §. præterea, de peculio Clericorum, *explicatur.*
6 *Iesuita post vota simplicia factus Episcopus statim censetur liberatus à voto.*
7 *Regularis Episcopus an facere possit donationem cujuscumque quantitatis suis consanguineis.*
8 *Regularis Episcopus donat, sed statim transferre debet dominium.*
9 *Regularis Episcopus donat ad pias causas, & inter pauperes.*
10 *Regularis Episcopus in infirmitate constitutus quando dicatur, & cujus judicio,*
11 *Regularis Episcopus in infirmitate constitutus non potest donare, & quando.*
12 *Alienatio quando præsumatur in fraudem.*
13 *Fraus in quibus casibus præsumatur.*
14 *Camera solita infringere donationem factam per Episcopum Regularem.*
15 *Donatio facta ante* 40. *dies ab obitu, an valeat.*
16 *Episcopus in infirmitate donat ad pias causas.*
17 *Episcopus etiam Regularis donat ob remunerationem servitiorum, & quando.*
18 *Salaria qualiter famulis Episcoporum solvantur per Cameram.*
19 *Episcopus titularis Regularis cui acquirat.*
20 *Episcopus, qui renuntiavit Episcopatui cui acquirat.*
21 *Episcopi divortium ab Ecclesia quid operetur.*
22 *Episcopus Regularis dimisso Episcopatu, non subjacet Regulæ Religionis.*
23 *Textus* in leg. 1. ff. unde vir, & uxor, *explicatur.*

ARGUMENTUM.

Regularium Episcoporum bona cujus sint, & an in vita de fructibus Episcopatus disponat, & quid in suos consanguineos, & ad pias causas, & quid si alienet in fraudem, cujus fraudis dantur conjecturæ, & quid de donatione infra 40. dies, & an si fiat ob remunerationem. Salaria Ministris Episcoporum qualiter solvantur à Camera, & quid de Regulari ad Religionem redeunte dimisso Episcopatu.

De Spolio Episcopi Regularis,

PRO

Episcopo N. Regulari,

CVM

Reverenda Nunciatura Apostolica Neapolitana.

1 CUm bona quæsita à Prælatis Ecclesiarum converti debeant in utilitatem earumdem, fructus verò vacationis tempore obvenientes futuro successori debent reservari, *cap. Quia sæpè, de electione in 6. c. præsenti, de offic. Ordinarii in 6. Clementina statutum, de elect.* Navarr. *de Spoliis*, §.10. *num.*1. *&* 2. Surdus *dec.*333. *nu.*23. *lib.*3. Zerola *in verbo Beneficia*, Garzia *p.*2. *de Beneficiis*, *c.*1. *num.* 89. Barbos. *alleg.*114. *numer.*8. in Italia verò, Hispania, & alibi huic juri derogatum est, per Bullam Pauli III. Julii III. Pauli IV. Pii V. & aliorum Summorum Pontificum, qui talia bona Cameræ Apostolicæ applicari jusserunt, & pro hoc primo fuerunt constituti Conservatores, deinde Collectores in singulis Provinciis, de quibus latè Molina *de primogenitura*, *lib.*2. *cap.*10. *numer.*26. Genedus *collect.*11. *num.*3. Gabedus *dec.*8. *par.*1. Pereyra *dec.* 95. P. Molina *de just. & jure tract.*2. *disp.*147. *nu.*10.12. *&* 13. Gonzal. *in Regula* 8. *Cancellariæ*, *gl.*51. *nu.*72. ubi ait in Hispania ex solis bonis, & personis Episcoporum fieri spolia, Garzia *part.* 2. *cap.*1. *num.*16. *& part.*5. *cap.*1. *num.*596. Navarrus *de spoliis*, §.10. *&* 14. hoc posito videamus de Episcopo Regulari.

2 Respond. quod Episcopus Regularis quicquid acquirit intuitu Episcopatus, acquirit de jure suæ Ecclesiæ Episcopali, quia quoad hanc acquisitionem, Ecclesia censetur subrogata loco Conventus, nec Episcopus fit Dominus suorum redditum, *cap. Statutum* 18. *quæst.* 1. *cap. Cum olim* 2. §. *præterea de privilegiis*, ubi Soccinus *num.*14. Regens Tappia *in auth. ingressi*, *in verbo sua*, *cap.*6. *numer.*83. Sarmientus *lib.*1. *de redditibus*, *monitorio* 11. *&* 13. Rodriquez *tom.*2. *quæst. Regular. quæst.*58. *artic.*6. *tom.*3. *& quæst.* 69. *art.*4. Rodoanus *de spoliis*, *quæst.* 3. §. *& ex his*, *num.* 13. Menochius *casu* 436. *numer.*32. Franciscus Sousa *de obligat. Episcopi Religiosi*, *numer.*10. Sanchez *in præcepta Decalogi*, *tom.*2. *lib.*6. *cap.*6. *num.*8. Castrus Palaus *tom.*7. *tract.*6. *disp.*2. *punct.*9. *num.*2. Tamburinus *de jure Abbatum*, *tom.*2. *disp.*21. *qu.*17. Suarez *de Religione*, *tom.*4. *lib.* 3. *cap.*16. *numer.*29. ubi probat, quod si quis acquirat aliquid ab Episcopo Regulari, tenetur Ecclesię restituere, quia Episcopus alienando peccavit contra justitiam, Marta *p.* 4. *de success. quæst.*1. *art.*4. *numer.*13. Bartholomæus à S. Fausto *in Thesauro Religiosorum*, *lib.*6. *qu.*190. *& lib.*8. *qu.* 5. *&* 63. Riccius *dec.*340. *n.*10. *p.*4. Crux *de statu Religiosorum*, *lib.*1. *c.*2. *dub.*4. *concl.*2. Barb. *alleg.* 114. *n.*18. *&* 19. *& in collect. ad c. Statutum*, *n.*13. latissimè P. Bardus *lib.*3. *qu.* 10. *sect.*16.

3 In bonis verò patrimonialibus ipsius Episcopi Regularis quæsitis industria, legato, seu testamento alterius, dicendum est, quod acquiritur Ecclesiæ, sicuti si Conventui acquireretur si ibi esset: uti Monachus simplex: ita Baldus *in auth. licentiam*, *numer.*1. *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*, Bartholomæus à S. Fausto *to.*3. *quæst.* 69. *art.*4. Marta *de jurisdictione*, *par.*4. *casu* 24. *num.* 50. *cum sequentibus*, ubi ait, quod hoc extenditur etiam ad quæsita per Episcopum Regularem, ex stipendiis, & salariis Principum; Gabriel Pereyra *dec.*75. Sanchez *lib.*6. *nu.*8. ubi ait cum S. Thoma, quod Ecclesia subrogatur in locum Monasterii, & sicuti omnia Monachi acquiruntur Monasterio; ita post promotionem omnia acquiruntur Ecclesiæ, quam repræsentat uti Prælatus, Barbos. *d. alleg.*114. *nu.*20. *&* 38.

Quia ergo Episcopus Regularis non habet dominium & proprietatem bonorum, seu fructuum, propterea disputant, an de illis possit disponere: Prima opinio dicit de illis non posse disponere, quia esset auferre Ecclesiæ suę Dominium jam quæsitum, quod nullatenus permissum est tali Episcopo, ita Joan. Andreas *in cap. Cum olim*, *nu.*8. *in fine*, ubi Butreus *numer.*25. Soccinus *num.* 17. Alexander *numer.*8. Zabarella *num.*50. *de peculio Clericorum*, Capic. *dec.*200. *numer.*8. Genuensis *in pract. quæst.*204. Thorus *p.* 2. *in verbo bona empta per Episcopum*, Gabriel Pereyra *dec.*75. *numer.*3. Tappia *in auth. ingressi*, *verbo sua*, *cap.* 6. *numer.*85. Secunda opinio dicit Religiosum Episcopum ex vi tituli Episcopatus, in vita posse liberè disponere de talibus bonis, in omnem usum, alias sibi non prohibitum, & in hoc æquiparat hæc opinio Episcopum Regularem, & sæcularem, ita Navarrus *de redditibus*, *quæst.* 1. *Monitorio* 8. *numer.*2. *& cons.*6. *de donationibus*, *& in propugnaculo Apologiæ*, §.13. *numer.*12. Rodriquez *tom.* 2. *quæst. Regul. quæst.*58. *art.*8. Molina *tract.*2. *disput.*140. Franciscus Sousa *ubi suprà*, *numer.*261. Suarez *de Religione*, *lib.*3. *cap.*16. *numer.*28. Gregorius XV. *dec.*401. *n.* 7. Molfesius *cons.*1. *a numer.*6. *& num.* 35. Sotus *lib.* 10. *de just. qu.*5. *art.*7. Azor. *p.*1. *lib.*12. *c.*7. *quæsito* 20. Barb. *d. alleg.*114. *n.*22. ibi in vita tantum Religiosus Beneficiatus, aut Episcopus tam amplè potest disponere, quàm amplè potest Episcopus sæcularis. 4

Neque obstat Textus *in d. cap. Cum olim*, §. *Præterea*, ibi (quod Monasterio dederat,) quia illud verbum dederat, est generale comprehendens dispositionem testamentariam, & inter vivos, licèt Glossa ibi *in verb. dederat*, intelligat de donatione inter vivos, nec aliquid adducit, Gabr. Pereira *ubi suprà*, quia Baldus *in auth. licentiam*, *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*, *numer.*3. quoad facultatem testandi, differentiam facit inter Episcopum sæcularem, & Regularem, de quo actu testandi, loquitur etiam Jason *in auth. ingressi*, *num.* 13. *&* 14. *Cod. de Sacros. Eccles.* Covar. *in cap.*1. *de testam. numer.*18. & de testamento simplicis Religiosi, agunt Abbas *in Rubrica*, *de testamentis ad finem*, Bursat. *cons.*75. *numer.*23. *lib.*1. in eo verò Episcopo, qui ex Societate JESU, fit talis habet solum vota simplicia, si ante professionem solemnem ad Episcopatum promoveatur, dicit P. Bard. *lib.* 3. *moralium*, *qu.* 10. *sect.* 16. quòd statim censetur habere dispensationem circa votum paupertatis, quia talis non est incapax dominii, ergo respectu talium Religiosorum erit vera prima opinio. 5 6

Quæstio tamen est, an Episcopus Regularis possit facere donationem cujuscumque quantitatis, an tantùm modicæ. 7

Prima opinio dicit, quod possit modicam summam donare, ita Joannes Andreas *in d. cap. Cum olim*, *num.*8. ubi dicit, quod in dict. Textu non valuit donatio, quia fuit enormis, & ibi sequitur Abbas *nu.*8. ubi ait Episcoporum non posse magnam donationem facere, quod repetit *nu.* 15. Tappia *in d. auth. ingressi*, *in verbo (sua) cap.*6. *numer.* 90. Genuensis *q.*264. Brittus *de locato*, *par.*1. *Rubr.* §.4. *n.*11. ubi dicit Monachos factos Episcopos ex rei natura, & propter paupertatis votum, nec in vita, nec in morte posse facere magnas donationes, sed potius tantum modicas & pietatis intuitu: Franciscus Sousa *de obligat. Episcop. Regular. numer.* 27. Ratio est, quia Episcopus Regularis non eximitur à voto paupertatis, ergo non habet dominium, vel proprietatem bonorum, cum ipso jure acquirantur Ecclesiæ, *cap. Inquirendum*, *cap. Sanè*, *de peculio Clericorum*, unde dominium rei emptæ per Prælatum ex fructibus intuitu Ecclesiæ acquisitis, irrevocabiliter ipsi Ecclesiæ acquiritur; Angelus *in verbo emptio*, *n.*12. Bald. *cons.* 298. *lib.*1. Vivius *opin.*101. *n.*50. ubi emptum per Prælatum acquiritur Ecclesię, Ricc. *to.*3. *resol.*433. *n.*4. unde ait Riccius quod si mortuo Prælato, bona relicta occupentur per hæredes Prælati, vel per alium, tunc Ecclesia tamquam Domina agit actione furti, vel bonorum raptorum, rei vendicatione, vel aliis actionibus Domino competentibus, quia Ecclesia dicta bona vindicat, non tamquam hæres, sed tanquam Domina, sequitur Vasqu. *de redditib. Ecclesiasticis*, *cap.*1. §. 3. *dub.*1. *numer.* 55. ubi ait, quod dominium rei emptę per Episcopum, de redditibus Ecclesiæ, acquiritur Ecclesiæ, & quod in præjudicium ipsius,

non potest illam alienare, sequitur Barbosa *dict. alleg.* 114. *numer.*17. ubi dicit, quòd empta per Episcopum ex fructibus, vel ex pecunia Episcopatus debent remanere penes Ecclesiam.

Secunda sententia, & probabilior est, ac à modernis receptior, & in praxi admittenda, scilicet quod Episcopus Regularis in vita, tam ample possit disponere, de bonis intuitu Episcopatus quæsitis, quàm ample potest licitè Episcopus sæcularis, ita post alios Barbosa *allegat.*114. *num.* 22. Lezzana *in summa, quæst. Regularium, tom.*1. *cap.* 17. *numer.*6. Marius Cutellus *de donat. tom.*1. *tractat.*1. *discursu* 2. *par.*3. *numer.*136. Suarez *de Religione, tom.*4. *l.* 3. *cap.*16. *numer.*31. Diana *part.*5. *moralium, tract.*2. *resolut.*64. Alphonsus de Leone *de officio Capellani, quæst.*4. *numer.*6. Molfesius *consil.*1. *à numer.*18. Rota coram Gregorio XV. *dec.*401. *numer.* 7. *& p.*1. *diversf. dec.*772. *num.* 4. & alia reportata post ultimum tractatum *de spoliis diversorum, folio mihi* 437. ubi *numer.*38. ait ex Decreto Clem. VIII. donationem in vita non posse fieri ab Episcopo dummodo non sortiatur effectum in vita, etiam quod tunc valebit; illa verò non valet quando fit reservato usufructu, vel quando sortiretur effectum post mortem. Et nota quòd in decisionibus Ludovisii Rota loquitur de Episcopo Regulari, qui in vita dederat aliquas domos suis nepotibus pro dote, & fuit dictum bene egisse; ergo si Episcopus sęcularis potest in vita donare, etiam non modicè, & in profanos usus, ut bene Solorzanus *de Gubernio Indiarum, lib.*3. *cap.*10. *numer.*26. Molina *tract.*2. *disput.* 148. *numer.*3. Barbos. *ubi suprà, numer.*31. *&* 33. & alter Molina *lib.*2. *de primogenit. cap.*10. *nu.*34. poterit etiam Regularis.

8 Quæ tamen conclusio procedit, dummodo bona, eorumque possessio statim dimittatur, nullo reservato usufructu ad favorem Episcopi donantis, quia donans cum tali reservatione, dicitur donare post mortem, qua sequuta sumit effectum talis donatio, ideò non potest fieri per Prælatos, juxta *l.*2. *§.si pecuniam, ff. de donation.* Portius *consil.*104. Romanus *cons.*26. Grat. *c.*854. *n.*56. Greg.XV. *dec.*401. *num.*17. & ideò Brittus *de locato, part.*1. *Rubricæ*, §.4. *n.*15. *in fi.* ait donationes factas ab Episcopis in vita, quæ inceperunt à promissione, nec fuerunt effectum sortitæ, validas non esse, quia cum sola superfit, & nascatur personalis actio, & jus ad dominium Episcopi dantis resolvatur ipsius morte: successor non tenebitur cum hæres non sit, in quem solùm transit personalis actio, *l. hæres in omne, ff. de acquir. poss. l. cum hæres, ff. de diversis, & temporalib. præscriptionibus.*

9 Quod sine ulla difficultate procedit, quando donatio fit ab Episcopo etiam Regulari ad pias causas, vel ad Pauperum sustentationem, seu Orphanorum, ita Navarrus *de redditibus, q.*1. *n.*34. *& in Apologia, nu.*82. *& cons.*4. *de donat.* Mol. *tract.*2. *disp.*148. *n.*6.

10 Sed quæstio est, an Episcopus in infirmitate constitutus, possit donare, & quando dicatur talis.

Pro Responsione suppono primò, quod Episcopum esse infirmum, & in extremis constitutum, remittitur medicis, tamquam in arte Peritis, ex *l. semel, Cod. de re milit. lib.*12. Bart. *in l. quæsitum, num.*6. *ff. de re jud.* Turrettus *consil.*15. *n.*4. Rip. *de actis in articulo mortis, c.*61. de Georgio *alleg.*22. *num.*19. quia quælibet febricula, vel quartana sufficit, ut quis dicatur in infirmitate constitutus, Rebuffus *in praxi beneficiorum super regul. Cancellariæ in regula de infirmis, gloss.*2. *numer.*50. ubi *numer.*6. id extendit, sive febris sit continens, sive intermittens, sive interpellata, & *numer.*8. ampliat ad reincidentem, quia adhuc dicitur infirmus Mandosius *super Regul.*19. *Cancellariæ, quæst.*5. *numer.*8. ubi dicit infirmum eum esse, cui infirmitas est impedimento ad agendam aliquam actionem, Giurba *ad consuetudines Messanæ, c.*2. *gl.*5. *numer.*2. *&* 3. Azorius *par.*2. *lib.*7. *cap.*28. nam constando de principio infirmitatis, præsumitur quod fuerit continuata usque ad mortem, Abbas *in cap cum inter, num.*7. *de electione*, Mascardus *conclus.*897. Decianus *responso* 14. *num.*35. *volum.* 3. & quod fuerit mortuus ex eadem infirmitate præsumitur, nisi probetur aliam supervenisse, pejoris qualitatis, Coccherius *ad Regulam Cancellariæ de infirmis, num.*24. quando verò dicatur quis moribundus, & quando in extremis constitutus, tractat de Georgio *alleg.*22. *n.*18. Giurba *gl.*4. *n.*50. ubi ait tunc dici talem, quando de ejus salute desperatur. His positis.

Respondeo Episcopum in infirmitate constitutum donare non posse, *cap. ad hæc, de testamentis*. Ratio est, quia 11
Prælatus in infirmitate æquiparatur usuario, Glossa solemnis *in cap, præsenti, de officio Ordinarii, in* 6. Ursillus ad Afflictum, *dec.*168. *numer.*6. Rodoanus *quæst.*3. §. *stantibus istis repugnantiis, numer.*9. tum quia præsumitur in fraudem fecisse, cum disponere per ultimam voluntatem non potens moriens donaret, argum. *l. si filiæ, ff. de divortiis, & l. filiæ meæ, ff. soluto matrimonio*, ubi probatur præsumi fraude illum misisse repudium uxori mortis tempore, qui vivens mittere potuit: tum quia factum à quolibet Prælato tempore infirmitatis, Monasterio non præjudicat, si ille ex infirmitate mortuus sit, Afflict. *dec.*186. Hieronym. de Laurentiis *decis. Avenionensi* 117. Carolus de Grassis *de except. except.*25. *numer.* 74. *&* 76. Costa *de retrotract. c.*8. *casu* 19. *num.* 15. Ripa *de actis in articulo mortis, c.*49. Amatus *tom.*1. *variar. c.* 29. Riccius *p.*4. *dec.*164. *num.*3. *&* 4. & ita tenent communiter nostri scilicet donationes factas per Episcopos in infirmitate constitutos, nullas esse, ita Sarmientus *de redditibus, par.*4. *cap.*4. *num.*6. Tappia *in authentica, ingressi, in verbo sua, c.*6. *num.*91. Riccius *ubi supra*, Barbosa *alleg.* 114. *nu.*35.

Quod probatur ex similibus. Primò enim consuluit Baldus *consil.*33. *l.*1. quod uxor quædam, quæ habebat facultatem alienandi pro suo beneplacito, præsumitur fraude alienasse, si alienatio fiat tempore, quo morti erat propinqua, Ruinus *consil.*163. *libr.*3. qui loquitur in eisdem terminis, de Georgio *allegat.*22. *num.*12. *usque ad* 19. ubi alienatio præsumitur in fraudem si fiat ab Agnato Neapolitano, in extremis laborante, sic legitimatio facta in articulo mortis præsumitur in fraudem substituti, & ideo non valet Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*83. *numer.*78. *& lib.*6. 12
*præsumpt.*8. Fusarius *de substit. q.*308. *num.* 175. sic ingre- 13
diens Religionem tempore mortis, cum antea potuerit ingredi non excludit substitutum, Menoch. *d. præsumpt.* 83. *numer.* 76. & Monasterium non succedit professo in articulo mortis, Riccius *in praxi, tom.*2. *resol.*493. *num.* 10. *in fine*, sic emancipatio facta à Patre tempore infirmitatis, præsumitur fraudulenta: ut ab hæreditate filium excludat, Anchar. *cons.*430. & permutatio Beneficii pinguioris cum tenui, facta ab ægroto sene valetudinario non valet, Oldradus *cons.*324. *nu.*6. Cravetta *cons.*82. *n.*3. Riccius *to.*2. *resol.*465. *& resol.*480. *n.*2.

Dices obstat authoritas Molinæ *de primog. lib.*2. *c.*10. *n.* 14
40. *&* 41. qui ait, quod licet Camera Apostolica sæpius infringere similes donationes à Prælatis ægrotantibus factas curaverit, nunquam in ejus favorem pronunciatum est, tamen si propter opinionum varietatem, quasi semper lites hujusmodi concordi componi soleant, quod sequitur alter, Molina *de Iust. disp.*148. *nu.*3. Vasquez *in opusculo de redditib. c.*1. §.3. *n.*70.

Respondeo ad argumentum producere primò, quando donans est fide dignus, & juramento testatur, eam donationem non fictè, sed animo vero facere, ut satisfaciat obligationi, qua tenetur, & non sit eximiæ quantitatis; ut videtur dicere Navarrum *de redditibus, qu.*1. *monitorio* 35.

Respondeo secundò, quod argumentum procedit, quando donatio est facta ante viginti dies proximos morti ipsius Episcopi, cum omnes donationes intra hoc tempus factę sint nullæ, & invalidæ declaratæ à Pio IV. in quodam motu proprio, sub die 20. Junii 1560. eo quod infra illud tempus, fraudem posse versari suspicatur, cui Pontifex ille obviare solùm intendit; ergo donatio, per 40. dies ante Prælati mortem, animo sincero, & non fraude facta, valida debet censeri, nam inclusio unius, est exclusio alterius. 15

Explicatur conclusio, ut Episcopus quicumque, sive sęcularis, sive regularis possit in ægritudine constitutus donare ad pias causas, Molina *tract.*2. *disp.*148. *num.*50. Navarrus *in Apologia, quæst.*1. *monit.* 81. *&* 82. Molin. *d. lib.*2. *c.*10. *num.*24. ubi in utroque foro licere dicunt Episcopo Regulari in ægritudine constituto donare ad causas pias, sequitur Barbosa *libr.* 3. *votorum decisivorum voto* 101. *numer.*34. Verum tamen est, quod Episcopus Regularis volens testari, ad opera etiam pia, debet obtinere à Papa duplicis impedimenti dispensationem, ut licentia sit legitima, scilicet alterum se esse Religiosum, & alterum se esse Episcopum, qui duplici impedimento est inhabilis ad testandum, Henriq. *in summa l.*10. *de Sacris* 16

Or-

Ordinibus, *cap*. 33. *numer*. 4. Sanchez *tom*.2. *in præcepta Decalogi*, *lib*.6. *c*.6. *numer*.11. Alzedus *de Episcopo*, *p*.1. *cap*.14. *numer*. 25. Tappia *in auth. ingressi*, *in verb. ideoque cap*. 1. *numer*. 32. ubi ampliat in Cardinale Episcopo Barbos. *dict. alleg*.114. *numer*. 24. Lauretus de Franchis *in controversiis inter Episcopos*, *& Regulares*, *quæst*.113. *pag*.465. in parvis quod intelligit Barbos. *d. voto* 101. *num*. 35. de Episcopo Regulari, qui vult testari de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, non verò de illo, qui testari de solis patrimonialibus, vel propria industria acquisitis, quia tunc solus Religiosus status obstat.

17 Secundò explicatur conclusio, ut possit Episcopus quicumque peractus ultimę voluntatis donare ex causa remunerationis ob beneficia, & obsequia recepta, dummodò donatio correspondeat servitiis, & talia sint, quod pro eorum justo pretio obtinendo, actio competat servienti, *cap. relatum*, ibi juxta servitii merita, *de testam*. Decius *consil*.201. *num*.6. Tiraqu. *in l. si nunquam in verbo donatione largitur*, *numer*.108. *Cod. de revoc. donat*. Pinellus *in l*.1. *Cod. de bonis maternis*, *part*.3. *numer*. 59. Joannes Garzia *de conjugali acquestu*, *numer*. 54. Sanchez *de Matrim. lib*.6. *disp*.36. *numer*.4. Camillus Borrellus *in summa decisionum*, *part*.3. *tit*.9. *numer*.171. Regens de Ponte *cons*. 59. *numer*.22. *lib*.1. Ciurba *ad Consuetudines Messanæ*, *c*.1. *gloss*.10. *numer*.13. Castillus *tom*. 5. *cap*.80. *numer*.17. *& numer*.38. *&* 39. quia donationes remuneratoriæ, quæ sunt ratione præstiti obsequii & servitii, pro quo actio non competit, in nihilo à gratuitis differunt, Surd. *cons*.419. *numer*.12. *vol*.3. Regens Constantius *in l*.1. *Cod. de filiis officialium*, *numer*.40. Gabedus *dec*.36. *numer*.6. *par*. 2. & in nostra specie tradit Rodoanus *de spoliis*, *quæst*.17. *numer*.53.

18 De salariis verò per Episcopos promissis, quæ non fuerunt soluta, dum ipsi viverent, & sic tempore habili, sed in ultima infirmitate jusserunt Episcopi solvi, an debeantur, disputat Britt. *ad titulum de locato*, *part*.1. *Rubricæ*, §. 4. *numer*.16. illa verò obsequia, quæ sunt præstita alicui ob ejus servitia, sunt illi debita, nec egent, aut digna sunt aliqua remuneratione, Tiraquellus *in l. si nunquam*, *in verbo donatione largitus*, *numer*. 106. Camillus Borrellus *tom*.1. *titul*.9. *numer*.167. *& seq*. unde donatio à Rege suo Vassallo facta, vel militi ob servitia in officio præstita ex causa lucrativa, & non onerosa facta dicitur, de Georgio *de Feudis*, *cap*.33. *n*.3. *&* 4. Gabedus *dec*.36. *num*.22. Constantius *in l*.1. *n*.42. *C. de filiis officialium*, Tappia *dec*.6. *num*.26. Phæbus *dec*.184. *nu*.18. *&* 19. *part*.2. Barbos. *tom*. 2. *voto* 93.

19 Quæstio tamen est, cui acquirat Episcopus Regularis titularis, in qua quæstione tres sunt opiniones.

Prima tenet acquirere Monasterio, ex eo quod nullam sedem habet: ita Sotus *de just. & jure*, *lib*.10. *qu*.5. *art*.7. Emmanuel Sà *in verbo Religio*, *nu*.52. Rodriq. *to*.3. *qu. Regular. qu*.69. *art*.4.

Secunda sententia tenet per se, & enixi juris acquirere illi Ecclesiæ, cujus titulum habet, & quia in effectum non possunt illi talia acquiri, ideo esse dispensanda in opera pia, Suarez *tom*.4. *de Relig. tr*.8. *lib*.3. *c*.17. *n*.50. Lezana *qu. Regul. tom*.1. *cap*.17.

Tertia opinio est probabilior, quod acquirat Pontifici, & illi succedit Ecclesia Romana, ita Azorius *p*.1. *lib*.12. *cap*.10. *quæs*.7. Alzed. *part*.1. *cap*.14. *numer*.12. Sanchez *tom*.2. *Summæ*, *lib*.7. *cap*.32. *n*.68. Bonac. de *Claus*. *q*.2. *p*.9. §.4. *difficult*.2. *n*.16. Bartholomeus à S. Fausto *lib*.8. *in Thesauro Religiosor. q*.53. Laym. *l*.4. *tr*.50. *c*.7. *nu*.18. Barbos. *alleg*.114. *num*.30. *&* 31. *& in Collectaneis ad c. Statutum* 18. *q*.1.

20 Quæstio etiam est, cui acquirat Episcopus, qui renunciavit Episcopatui, & ad Religionem revertit.

Prima opinio distinguit, quod si moriatur ab intestato bona ad Monasterium spectant, quia Ecclesia subrogatur loco Monasterii, quando Monachus factus est Episcopus, & absolvitur à voto suorum Superiorum Regularium, & unitur cum sua Ecclesia, cum qua contrahit matrimonium spirituale, *c. inter corporalia*, *de translatione Episcoporum*, & dicitur sponsus Ecclesiæ, & ideo jus succedendi competit eidem Ecclesiæ, ergo dicendum est, quòd dissoluto matrimonio, & à tali vinculo absoluto Episcopo, debet in ejus bonis succedere Monasterium, cum illa bona quocumque vadit, scilicet si transferatur, vel renuntiet Episcopus, valeat ipse deferre, Calderinus *consil*.2. *de reb. Eccles. non alien*. Panvinus *de potest. capituli*, *part*.2. *qu*.8. *nu*. 28. Rota *dec*.2. *de translatione Episcopi*, *in antiquis*, Caldas Pereyra *cons*.48. *n*.25.

Eo verò casu, quo matrimonium spirituale non dissolveretur, sed cessio, vel renuntiatio Episcopatus, separationem quandam, sive divortium inter Episcopum, & Ecclesiam operatur, nihilominus, ob id solum, utique cessaret jus succedendi, ut est constitutum in matrimonio carnali, ex *l*. 1. *ff. unde vir*, *& uxor*, ibi (ut autem hęc bonorum possessio locum habeat, uxorem esse oportet mortis tempore, sed si divortium quidem sequutum sit, verumtamen jure durat matrimonium, hæc successio locum non habet) Tiraquellus *de retract. lib*.1. §.10. *gl. unica*, *n*.17. Gulielmus de Benedictis *in c. Raynutius*, *in verbo*, *& uxor. dec*. 5. *num*.238. Petrus Barbosa *in Rubrica*, *ff. solut. matrim. p*.2. *n*.56. & valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale *d. c. inter corporalia*. 21

Secunda sententia dicit, quod talia bona Episcopi translati, vel cessionem, aut renuntiationem Episcopatus facientis, spectent ad Ecclesiam, in qua fuerunt acquisita: probat idem Barbosa *in l. divortio*, *in principio*, *p*.2. *num*.55. quia translatus, vel renuntians non debet esse melioris conditionis, quàm si semper resideret in Episcopatu, vel beneficio, sed si semper resideret, illa bona, eo mortuo, sine dubio pertineret ad Ecclesiam, ergo idem à fortiori in translato, sive renuntiante dicendum est, cum hoc casu, nihil sit inductum contra jus Canonicum.

Quod confirmatur ex eo quod communiter Doctores dicunt, quòd Episcopus Regularis, dimisso Episcopatu, non subjacet Regulæ suæ Religionis, nec tenetur ad Monasterium redire, ita fundat Navarrus *consil*.6. *n*.11. *cum seqq. de donationib*. Emanuel Sà *in summa*, *in verbo Episcopus*, *n*.11. Sanch. *lib*.6. *c*.6. *n*.29. Barbos. *de potest. Episc. p*. 1. *tit*.1. *c*.4. *nu*.18. 22

Neque obstat Textus *in dict. l*. 1. *ff. unde vir*, *& uxor*, cum allegatis *suprà*, quia illa resolutio non procedit respectu conjugis, qui non fuit in culpa separationis, quia ejus respectu omnes matrimonii effectus permanent, & ideo uxor, quæ à marito propter sævitias divertit post separatum matrimonium, partem consequitur in bonis conjugalibus quæsitis, durante matrimonio, Gomez de Leone *allegat*.1. *num*.12. Mattiensis *in l*.2. *tit*.9. *lib*.5. *gloss*.1. *num*.48. Guttierez *de juramento*, *p*.1. *c*.1. *num*.61. *& canon. lib*.1. *c*.24. *num*.14. Garsia *de conjugali acquestu*, *num*. 163. Giurba *ad consuet. Messanæ*, *c*.1. *glossa* 6. *num*.61. D. Barbos. *in Rubrica*, *ff. soluto matrimonio*, *p*.2. *n*.49. *& n*. 56. ubi ait non succedere illum, qui dedit causam divortii: nam is, cum in legem deliquerit, ejus non utetur beneficio, *l. auxilium*, *ff. de minoribus*, sed alter, qui non fuit in culpa divertendi succedere poterit, quia juris interpretione videtur cohabitare cum divertente, argumento *l. Gajo*, §. *Imperator*, *ff. de alim. & cibis legatis*, ita declarat Decius *in l*.1. *n*.10. *vers. Primus casus est*, *C. unde vir*, *& uxor*, quem ibi sequitur Curtius Junior *nu*.14. Magilius *de imput. q*.188. *pag*.724. 23

DISCEPTATIO CXLII.

SUMMARIUM.

1 *Spolia Clericorum quid sint*, *& quomodo definiantur*.
2 *Spoliorum nomine*, *quæ contineantur*.
3 *Ecclesiæ bona dividuntur in quatuor species*.
4 *Spoliorum nomine an veniant ornamenta*, *& paramenta Ecclesiæ*.
5 *Spoliorum nomine non veniunt patrimonialia*.
6 *Spoliorum nomine non veniant quæsita ratione officii*, *vel industriæ*.
7 *Spoliorum nomine an veniunt quæsita parcè vivendo*.
8 *Beneficiatus an possit retinere pro expensis in Bullis*, *&c*.
9 *Spolia non dicuntur fructus ex tenuibus beneficiis percepti*.
10 *Quæsita à Clerico post Clericatum*, *qualia dicantur*.
11 *Spoliorum nomine non veniunt empta ex redditibus à Beneficiato*.
12 *Spoliorum nomine non veniunt distributiones quotidianæ*.
13 *Spolia non considerantur in incolis Vrbis Romæ eosque sequentibus*.

14 *Testandi facultas concessa Episcopo tollit spolium.*
15 *Spoliorum nomine veniunt quæsita ex illicita negotiatione.*
16 *Fructus Beneficiorum veniunt sub spolio, & qualiter.*
17 *Fructus juspatronatus an cadant sub spolio.*
18 *Fructus Beneficiorum mensium collatorum Ordinariorum qualiter cadant sub spolio.*
19 *Fructus bonorum decedentium aleatorum, concubinariorum, &c. an cadant sub spolio.*
20 *Fructus beneficiorum ob non residentiam, an cadant sub spolio.*
21 *Bona Regularium Apostatarum, an cadant sub spolio.*
22 *Pensionum fructus quando veniant sub spolio.*
23 *Bona quæsita ex industria non veniunt sub spolio.*
24 *Episcoporum consanguinei non tenentur revelare bona Episcoporum, ad finem faciendi spolia.*
25 *Excommunicatio lata contra non revelantes bona mortuorum Episcoporum non est timenda.*
26 *Sententia spolii habet paratam exequutionem, & qualiter hoc procedat.*

ARGUMENTUM.

Spolia quæ dicantur, & quæ veniant nomine spoliarum, & an paramenta Ecclesiæ, & Cappellæ, & an quæsita parcè vivendo, & an fructus percepti ex ludo, & quid possit Episcopus cum consanguineis, & an illi teneantur revelare bona subtracta Camera publicante excommunicationem.

PRO

Episcopo N.

CVM

Reverenda Nunciatura Neapolitana, &c.

1 QUia Summus Pontifex Gregorius III. relatus *in c. 1. de testament.* dixit quod Episcopus condito testamento hoc solum, quod ante Episcopatum habuisse constiterit relinquere possit quicquid verò Ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse constaret, vel in Episcopatus ordine constitutus acquisivit in ejusdem Ecclesiæ dominio conservaretur, cum eis usque ad annum 1552. tali pacto fuit practicatum, postmodum verò Paulus III. de quo in Bullario Bulla 31. Navarrus *de spoliis*, §. 50. dixit talia quæsita intuitu Ecclesiæ esse sub nomine spoliorum ad Cameram pertinentia, ideo dico quod spolia sunt bona ab Ecclesiastica persona quæsita, immediatè, vel mediatè, ex bonis Ecclesiasticis, quæ non fuerunt ante mortem ejus, justè impensa, nec facta jure patrimonialia, nec quæsita ab aliis irrevocabiliter, vel quæ sunt ex illicita negotiatione comparata, eorundem Beneficiorum fructus, seu redditus debiti, & inexacti, ut ait Navarrus
2 *de spoliis Clericorum*, §.1. *numer.*2. & §.9. *numer.* 1. videndum est cum Quaranta *in verbo spolia Clericorum*, cum Joanne Francisco de Leone *in suo Thesauro fori Ecclesiastici*, & aliis, quæ bona veniant sub spoliis, & sanè ratio introductiva spoliorum per Papam fuit, quia cum ipsi S. Pontifici pertineat administratio omnium bonorum Ecclesiasticorum de jure divino ex S. Thoma 2.2. *q.*100.*art.* 1. ex Cardinale Zabarella *in c. Perpendimus*, *de sententia excommunicat.* & ex Navarro *d.* §.9. *nu.*2. propterea ab eodem spolia fuerunt introducta.
3 Sunt autem bona Ecclesiastica in quatuor species; Primò scilicet Sacramenta; Secundò, Vasa Sacra, Tertiò, ornamenta Sacra; Quartò, bona Ecclesiastica deputata pro sustentatione hominum Sacrorum, S. Thom. 2. 2. *quæst.*99. *art.* 3. *& quodlibeto* 6. *art.*11. & 2. 2. *quæst.*185. *art.*4. Navarrus *de rebus Ecclesiæ non alien. monitorio* 18. *nu.*1. *&* 2. *q.*1.

Bona primi generis videlicet Sacramenta, non possunt applicari uti spolia Cameræ Apostolicæ, quia non sunt in bonis nostris, §. *Nullius*, *inst. de rer. divis.* Bona quarti generis, nec veniunt, quia bona Ecclesiastica pro Clericorum sustentatione deputata, non cadunt sub spolio, ut *in toto tit. de Rebus Ecclesiæ non alienandis*, Bona secundi, & tertii generis, cum dubitaretur, an venirent sub spoliis Pius V. determinavit, quæ debeant in spolio venire.

Primò, non veniunt ornamenta, & paramenta, missalia, gradualia, &c. Cruces, & aliæ res sacræ, pro ornamentis Cappellæ ipsius Prælati, sed spectant ad Ecclesias, quibus defuncti præfuerunt: ut in Bulla Pii V. in Bullario, Bulla 44. Navar. §.8. *de spoliis Clericor.* nec cadunt sub spolio, scanna, Cathedræ arcæ ligneę, vel lapideæ, etiam marmoreæ, mensę, tabulæ & quæcumque dolia, seu vasa vinaria, & alia similia supellectilia domestica; Pius V. *in eadem Bulla*, *vers. insuper*, & sic omnia alia lignaminum, mobilia, cujuscumque qualitatis existentia, quia hæc non veniunt sub nomine spolii, sed incorporata sunt Ecclesiæ, ut *in dict. Bulla*. 4

Secundò, non veniunt patrimonialia, quæsita causa donationis, successionis, vel legati, aut ex fructibus eorundem bonorum patrimonialium, & donationum, vel successionum acquisita, quia de istis beneficiati liberè testantur, donatione, vel quocumque alio modo, & titulo disponere possunt, *cap. Quia nos*, *cap. relatum*, *il* 2. *de testamentis*, *cap.*1. *de success. ab intestato*, & ab intestato, devoluuntur ad consanguineos, Rota *in antiquis*, *dec.* 41. *de prob.* & ideo de Leone *par.*3. *num.*112. ait conclusionem procedere etiam in Episcopo patrimonium habente; quia bona hæreditaria præsumuntur potiùs quæsita ex redditibus patrimonialibus Episcopi, quàm Ecclesiæ, Rota *part.*3. *divers. dec.*582. quod si decedant sine legitimis successoribus, tunc acquiruntur Ecclesiis, quibus defuncti præfuerunt, ut *in auth. de Eccles. tit.* §. *interdiximus*, *vers. si quis autem Episcopus*, *colum.*9. *cap. ultim.* 12. *quæst.*5. Glossa finalis *in cap. requisisti de testamentis*, *& in cap.*1. *de success. ab intestat.* DD. omnes *in d. cap. Cum in officiis*, *& in c.*3. *de peculio Clericorum*, Barbatia *de præstantia Cardinalium*, *p.*1. *q.*3. Bertachinus *de Episcopo*, *lib.*4. *c.* 4. *nu.*6. Covar. *in c.*1. *num.*6. *cum seqq. de testamentis*, Julius Clarus *in* §. *Testamentum*, *quæst.*27. *num.*3. Menoch. *lib.*3. *præsumpt.*53. Mascardus *concl.*202. Molina *de just. & jure*, *disp.* 147. Rota Romana *dec.*582. *p.*3. *lib.*3. *in noviss.* ubi alias cumulat. 5

Tertiò, non veniunt sub spoliis bona quasi patrimonialia quæsita ratione Ordinis Clericalis, vel officii, alia ratione, quàm juris percipiendi fructus beneficiales, ut sunt quæ Sacerdotes recipiunt, pro eleemosyna, Missas celebrando, Cappellanos agendo, Prædicatoris, vel Confessoris munus exercendo, Vicarii Generalis, vel alterius officii temporalis Ecclesiastici administrando, *d. cap. Quia nos*, *& cap. relatum*, *de testamentis*, Navar. *de redditib. qu.*1. *monitorio* 19. si vera petas curiosè, cur redditus beneficiorum cadunt sub spolio, non autem quæsita ratione Ordinis Clericalis, Respondeo eam esse differentiam, quod bona Beneficiorum habent onus dandi superflua pauperibus, ea verò quæ ratione Ordinis quęsita sunt, tribuuntur eis sine ullo onere, Navar. *d. Monitorio* 19. S. Th. 2.2. *q.*185. *art.*7. & post alios Peña *in directorio*, *p.* 3. *lib.*3. *Scholio* 154. §. *Postremo*. 6

Quartò, Beneficiati de his, quæ suo honesto victu, parcius vivendo servant, possunt licitè disponere, quia tali modo quæsita censentur patrimonialia, quæ propterea non veniunt *in spolio*, ut bene S. Thom. 2.2. *quæst.*185. *art.* 7. Major *in* 4. *dist.*24. *quæst.*17. Adrianus *in* 4. *de restitutione*, *quæst.*12. Sotus *lib.* 10. *de just. quæst.*4. *art.*3. quos sequitur Navarr. *de redditibus Ecclesiasticis monit.* 26. *to.* 1. nec veniunt quæsita alios dicendo publicè, vel privatè legendo (dummodo sine præjudicio residentiæ quoad obligatos ad eam) quia censentur quasi patrimonialia, quod multo magis procedit si ea exerceant ministeria, ob tenuitatem beneficiorum, ac necessitatem, vel inopiam, quia censentur quæsita ex legitimo artificio *d. c. relatum*, §. *cæterum*, *de testam.* 7

Quintò, Prælatus loco eorum, quæ in vita donavit Ecclesiæ sponsæ suæ: putà quæ pro expeditione Bullarum expendit, pro paramentis Ecclesiæ, vel in paranda domo, ante fructuum beneficii perceptionem, quæ non expendisset Prælatus, & tunc quia cadunt sub spolio, poterit Beneficiatus tantumdem tuta conscientia, & legitimè in vita donare, *c. injustum*, §. *item*, & *cap. seq.*12. *qu.* 2. Navarrus *de spoliis*, §.6. *num.*2. *& de redditib. qu.* 1. *Monitorio* 27. *n.*3. ac eadem ratione titulo donationis, porunt legitimè Sacerdotes fratribus, aut aliis consanguineis rusticis, aut aliàs pauperibus donare, qui labore, sudore, 8

& in-

& industria, ac expensis fratrum, vel Parentum rusticorum laborantium, in scholis ad discendum manutenerentur, quia est obligatio antidoralis: ergo, &c.

9 Sextò, non cadunt sub spolio bona eorum, qui unum, vel plura habebat beneficia, cujus vel quorum omnium fructus, redditus, & proventus, in unum computati, triginta ducatorum auri valorem non excedunt, vel qui pensiones annuas habebat ejusdem valoris, & non ultra, ex Bulla Pii V. 43. & Navarrus *de spoliis Clericorum*, §. 8. quia vix potest quis sustentari, ex talibus redditibus: unde si quis non excedens tales redditus, relinquat bona acquisita, pecunias, aut mobilia, tunc præsumuntur quæsita ratione Ordinis Clericalis, Officii Ecclesiastici, aut alterius legitimi exercitii, quia quando factum potest se habere, ad delictum, & non delictum præsumitur in meliorem partem, Barth. *in leg. non solum*, §. *sed ut probari*, *ff. de novi operis nuntiatione*, Abbas *in capit. auditis*, & ibi Felinus *numer.* 33. *de præscript.* Gabriel *consf.* 175. *volum.* 1.

10 Quod si dicas acquisita post Clericatum, præsumi acquisita de redditibus Ecclesiæ, ex dictis per Innocent. *in capit. cum in officiis*, *de testament.* ergo mala conclusio.

Respondeo dictum Innocentii procedere in bonis Prælati defuncti, qui amplos redditus habebat, sed in præsenti casu, quando Beneficiatus habet certam legem, in qua non facit spolium, si acquirit præsumitur legitimè acquisitum.

11 Septimò, non cadunt sub spolio illa, quæ dum Beneficiatus viveret, emit ex redditibus Ecclesiasticis, pro sua Ecclesia, vel ei, aut aliis Ecclesiis, vel locis piis tradidit sine fraude, ut si quis fundaret beneficium Ecclesiasticum, & emeret redditus, pro dotandis amore Dei puellis, aut ad alia opera pia erogaret, dummodò ipso in vivente, dominium fuerit translatum, quia tali casu, tempore mortis, Ecclesia, seu alia loca pia habent dominium, & possessionem, & tunc beneficiatus est eisdem bonis exutus, quæ propterea non vacant, nec in spolio cadere possunt, Navar. *de spoliis Cleric.* §. 1. *num.* 4. *&* 6. *nu.* 2. *juncto vers. Tertio noto*.

12 Octavò, non fit spolium de distributionibus quotidianis, quia efficiuntur bona propria Clericorum, & uti quæsita ratione laboris, & legitimi servitii, de illis Ecclesiastici disponere possunt, Covarruvias *in capit. cum in officiis*, *numer.* 4. *de testamentis*, Rodoanus *de spoliis Ecclesiasticis*, *quæst.* 1. *numer.* 27. Parisius *consil.* 33. *colum.* 2. *vol.* 4.

13 Nonò, non cadunt sub spolio bona à quibuscumque Urbis Incolis, Curiam Romanam sequentibus, empta, mobilia, scilicet immobilia, se moventia, pecuniæ, jocalia, sive Monilia, actiones, res, & jura quæcumque ab eisdem Incolis, & Curiam Romanam sequentibus in dicta Urbe, & in ejus districtu consistentia quomodocunque sint quæsita, dummodò eos contigerit, decedere in dicta Urbe, vel in eorum districtu, de quibus, testamento, vel alio titulo, possunt disponere, & decedentibus ab intestato succedunt agnati proximiores, ut in Bulla Pauli III. de qua Navar. *commentario* 6. quam Bullam innovavit Paulus V.

14 Decimò, non cadunt sub spolio bona Ecclesiasticorum decedentium, condito testamento, modo sint legitima facultate testandi suffulti, quæ tamen non sufficit, si illi, qui habent talem facultatem non testentur, argumento *l. hac consultissima*, *& l. ex imperfecto*, *Cod. de testam.* Navarrus *commentario* 7. *numer.* 6. nisi in eadem facultate caveatur, quod etiam ab intestato proximiores in gradu succedant, quia tunc contra Cameram Apostolicam, lata interpretatio est facienda, argumento Textus *in leg.* 3. *ff. de const. Principum*, Bart. *in l. si quando*, *Cod. de inoffic. test.* quæ facultas testandi à solo Papa concedi potest, Navar. §. 9. *numer.* 3. quia ipsi soli, uti universali bonorum Ecclesiasticorum administratori, est immediatè à Deo commissa bonorum administratio Ecclesiasticorum omnium, & omnium bonorum Ecclesiasticorum Dominum, &c. Doctores nostri dicunt de fide, non solum ex illa generali ratione: Domini est terra, & plenitudo ejus, sed etiam ex aliis rationibus, de quibus idem Navar. *de redditibus*, *qu.* 1. *Monitor.* 40. *numer.* 8. *& de spoliis*, §. 9. *numer.* 4. qui hoc dicit esse de fide, quocumque verò casu habet quis licentiam testandi, duo requiruntur, primum ut se abstinuerit ab illicita negotiatione. Secundum, ut resideat si ipsi habeant beneficia personalem residentiam requirentia, de Leone *p.* 3. *n.* 31. & dat solus Papa licentiam testandi Cardinalibus, ut post alios Pyrrus Corradus *l.* 10. *c.* 2. ubi tradit duas formulas, unam pro Cardinali, alteram pro Archiepiscopo.

Sunt ergo sub spolio comprehensa. Primò, omnia bona quæsita à Clericis ex illicita negotiatione, quia cum negotiatio sit Clericis interdicta, *cap. decrevit*, *capit. perlatum*, *cap. negotiatorem*, 88. *distinct.* quia difficile est, inter ementis, vendentisque commercium, non interveniре peccatum, *capit. qualitas*, *de pœnit. distinct.* 5. & inter alia est prohibitum Episcopis ne minus dignè loco cedant, aut Regum Ministris, Regulis, & Baronibus personaliter inserviant, ut expressè fuit prohibitum per S. Conc. Trid. *de reformat. cap.* 17. cum antiquorum Canonum renovatione, ideò quidquid pro similibus obsequiis, Principum largitione acquirunt, spolio cedit, de Leone *dict. capit.* 3. *numer.* 41. 15

Secundò, omnes fructus, redditus, & proventus, ac jura, & emolumenta quæcumque quomodolibet, & qualitercumque nuncupata, omnium, & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, & Monasteriorum, etiam Consistorialium, tam per Constitutiones Apostolicas reservatorum, quàm affectorum à die vacationis beneficiorum, pro rata temporis usque ad diem provisionis, ut in Bulla Pii IV. 7. Decembris 1560. in Bullario Pii IV. Bulla 29. de qua Navarrus *de spoliis*, §. 7. *n.* 3. ubi loquitur de beneficiis Regni Neapolitani, vacantibus quomodocumque præterquam per renunciationem, & illa obtinentium pro tempore vacantium, quæ posteà per alias Bullas Pii V. fuerunt ampliatæ, non solùm in Regno Neapolitano, sed per totam Italiam, ut in eisdem litteris sub annulo Piscatoris expeditis die 25. Aprilis 1560. in Bullario Bulla 36. quare cum regulariter omnes fructus beneficiorum reservatorum, & affectorum à die vacationis usque ad diem provisionis sint Cameræ Apostolicæ, per consequens fructus beneficiorum non reservatorum non exacti, tempore vacationis obvenientes, non sunt Sedi Apostolicæ reservati, ut benè Navarrus *dict.* §. 7. *numer.* 3. sed sunt illius, cui de jure spectant, & jure Canonico spectant ad successores beneficiatos, & hodie ad Cameram, ibi enim dicitur, quod nullus quorumcumque Beneficiatorum, sive ex testamento, sive ab intestato decedentium, fructus, &c. pecunias, & alias res per beneficiatos defunctos relictos, & ante illorum obitum non exactos, etiamsi pro tempore ante obitum hujusmodi decurso debeantur, ac eorum solutionis dies, Beneficiatis viventibus, advenerit, & per ipsos beneficiatos non steterit, quominus illos exegerint, quinimò omnem pro illorum exactione diligentiam necessariam etiam judicialiter agendo fecerint, quoquomodo exigere, aut etiam spontè oblatos percipere potest, sed successoribus in beneficiis debentur, ut *in cap. Finali*, ubi Glossa *in verbo reservari*, *de offic. Ordin. in* 6. Barth. *consil.* 138. *numer.* 6. 7. *&* 9. *volum.* 1. & in motu proprio Julii Papæ III. die 6. Junii 1550. de quo *in Bullario Iulii Bulla* 9. *pag.* 504. §. *Nos attendentes*, & §. *Volentes*, & pluries judicatum refert de Leone *part.* 3. *cap.* 3. *numer.* 43. *in fine*, etenim non potest aliter judicari, quia dictus motus proprius habet decretum irritans, &c. & clausulam sublata, &c. quæ removet aliter judicandi, vel interpretandi facultatem, *cap. Si eo tempore*, *de elect. in* 6. & infinitas lites tollit, quæ inter hæredes & successores in Beneficiis oriri solebant, quibus ut plurimum laici, in præjudicium successorum Beneficiatorum, fructus, & pecunias non exactas exigebant, ut observat Julius III. *in dicta Bulla*: Verùm nota, quod de talibus fructibus Beneficii pendentibus, ac inexactis sunt solvenda debita ipsius Beneficiati Navarrus *de reddit. quæstion.* 1. *Monitorio* 26. *& consil.* 4. *de success. ab intestato*, Rodoanus *de redditibus*, *quæst.* 10. Nav. *consil.* 14. *de Regularibus in antiquis*. 16

Tertiò, Fructus beneficiorum jurispatronatus tempore vacationis, non cadunt in spolio, quia beneficia jurispatronatus, non comprehenduntur sub reservationibus generalibus, vel specialibus, Felin. *in tractat. Quando litteræ Apostolicæ noceant*, *numer.* 11. Covarruvias *pract. quæst. cap.* 36. 17

Quartò, Neque fructus Beneficiorum vacantium in men- 18

mensibus Ordinariis Collatoribus de jure spectantibus, aut alias vigore alternativè ipsis concessis, in quibus cessat reservatio, quia cum constitutio spoliorum sit limitata pro fructibus Beneficiorum reservatorum, non potest extendi ad non reservata, quia limitata causa, limitatum parit affectum, *leg. Cancellaverat, ff. de his, quæ in testamento delentur*, Menochius *consil.24. numer.19. lib.1.* spolium enim cum sit odiosum non extenditur, *capit. Odia de Reg. juris in 6.*

19 Quæstio tamen est, an bona decedentium Beneficiatorum, qui dum in humanis agebant, fuerunt aleatores, Concubinarii, Sanguinolenti, Tabernarii, Venatores, aut aliàs lascivam, & damnatam vitam agebant, veniant in spolio. Ratio dubii est, quia acquisita per modos prohibitos, per Sacros Canones ab Ecclesiasticis cadunt sub spolio, Navarr. *de Spoliis*, §.7. *numer.* 50. tu verò dicas, quod si sint patrimonialia, vel quæsita ex donatione, testameoto, vel ab intestato, non veniunt sub spolio, quia cum prædicta sint prohibita, & criminosa, mortua persona extinguitur actio, quoniam actiones descendentes ex quasi delicto, non transeunt ad hæredes, Bart. *in leg. Si filiusfamilias Iudex, ff. de Iudiciis*, sic si beneficiatus habeat amplos redditus bonorum stabilium laicalium, & tenues Ecclesiasticos, non excedentes summam scutorum 30. tunc si bona acquisita relinquat præsumuntur quæsita ex redditibus bonorum laicorum, cùm à communiter accidentibus, aleatores, Concubinarii, Tabernas frequentantes, Venatores, aut alias vitam malè ducentes, & contra Sacros Canones bona non acquirant, sed consumant; ergo præsumuntur licitè, & non illicitè acquisita; quapropter Cameræ alleganti contrarium onus probandi incumbit, quia præsumptio transfert onus probandi in Adversarium, *l.generaliter*, §. *Si petitum, ff. de fideicommissariis libertatibus*, Menoch. *cons.* 54. *numer.* 5. *lib.1.*

20 Sextò, ob non residentiam Pius IV. sua constitutione perpetua valitura statuit, & ordinavit, quod omnia, & singula bona mobilia, immobilia, & se moventia, res, & bona, jura, & actiones cujuscumque qualitatis, & valoris, ac ubicumque locorum consistentia, ad quoscunque Ecclesiasticos quavis authoritate, dignitate, gradu, & præeminentia extra residentiam decedentes pertinentia etiamsi facultatem specialem de illis, aut earum parte testandi, & alias libere disponendi obtinuerint, ac de bonis, & rebus prædictis disposuerint, tanquam spolia ad Cameram Apostolicam legitimè pertinere, ut *in Bulla* 115. ultra alias contra non residentes à S. Conc. Trid. *c.1. & 2. de ref. sess.6.* contra ergo non residentes ultra pœnam privationis fructuum, & beneficiorum, adest d. Bulla Pii IV. & adest pœna, ut eis non prosit testandi facultas, si quam habuerint *d. Bulla Pii IV.* 115. Graffi. *dec.97. n.57. & seq. part.1. & lib.2. capit.15.* Diaz. *in Practica criminali Canonica, capit.53.* de Leone *in Thesauro juris, part.3. capit.2. numer.* 31. qui addit *numer.*33. quod Canonici absentes ultra tres menses non sunt citandi, aut monendi ad residentiam, sed ad allegandam causam legitimam absentiæ, & quare non debeant puniri, ut declaravit Sac. Congregatio, teste Barbosa in Tridentin. *session.24. capit. 12. de residentia.*

21 Septimò, subjiciuntur spolia bona Regularium Apostatarum, extra claustra degentium, ibique acquisita, sive acquisierint ex causa testamenti, sive ab intestato, nisi vigore specialis privilegii haberent facultatem testandi, alias poterunt per Cameram vindicari, ut ex Bulla Pauli III. confirmata à Gregorio XIII. de qua *in Bullario, Bulla 44.* Imò Pius V. extinxit, & abolevit Ordinem Fratrum humiliatorum, & Officium Præpositi Generalis, ac Provincialium, & quæcumque alia ministeria Ordinis sic suppressi, necnon omnia, & quæcumque statuta: consuetudines, & decreta ejusdem, etiam confirmata per Sedem Apostolicam, sustulit, & abrogavit, & voluit, ut de bonis eorum, darentur annua quinquaginta pro unoquoque, ut se alimentarent, quod & suprà, Alexan. VII. fecit cum Patribus Cruciferis, & beneficia ejusdem ordinis sic suppressi, reservavit specialiter Sedi Apostolicæ, ut in Bulla Pii V. 122. & 123. & hoc casu habiti fuerunt, ut Clerici sæculares, & subjiciebantur spoliis, sed si habuissent facultatem testandi, potuissent disponere, potuissent testari, servata facultate, ut benè Thesaurus fori Ecclesiastici *c.3. p.3. n.57.*

Ex quibus infertur primò, non venire sub spolio pensiones, quarum jus exigendi, non spectat ad pensionarium, sed ad alium, putà, quia de illis vivus pensionarius disposuit, dando illas insolutum suis creditoribus, quia spolia dicuntur illa, quæ ad beneficiatos spectant, & in eorum peculio tempore mortis reperiuntur, ut ait Seraphinus *dec.594. numer.15.* ergo hoc non potest dici spolium, cum tempore mortis Episcopi, posita dicta in solutum datione, ad ipsum spectaret, sed quoad ipsum esset consumptum, ut benè Seraphinus *d. decis.594. numero* 18. & ideò spolia non sunt, quæ non remanent in hæreditate, neque ea, de quibus Clericus in vita disposuit pertinent ad Ecclesiam, Rodoanus *de spoliis, quæst.6. numer.12.* Azorius *de spoliis, cap.3.* Vermigliolus *consil.366.* tum quia omnis constitutio deferens Cameræ Apostolicæ inexacta, intelligi debet de inexactis spectantibus ad beneficiatum, & sic in casu simplici, non autem in casu mixto, quando beneficiatus de illis vivens disposuit, alteri dando, Surdus *decision.174. numer. decimo quinto*, Rota post secundum volumen consiliorum Farinacci *decision. 130. numer. sexto*, idem Farinaceus *in fragmentis, in verbo mixtum, numer.226.* 22

Infertur secundò, non pervenire sub spoliis tamquam bona quæsita illicitè, illa quæ Clericus acquisivit, frumentum proprium vendendo carius habita fide de pretio, quando frumentum fuit collectum, ex fructibus, & bonis Canonicatus, suique beneficii, *capit. ejiciens*, 88. *distinct.* Abbas *consil. 6. lib. 1.* etiamsi esset venditio facta pro pretio valente in mense Maji, dico hoc non esse peccatum, si certioretur emptor, quod tali tempore vendere volebat venditor, Sotus, Medina, Covar. & alii, quos refert Vermigliolus *consil. 244. numer. primo, & secundo*, nec erit sub spolio, quod Clericus acquisivit, ex emptione minuti, aut minutim venditi, neque quod vendebat ex aliquibus, quia erant sororis suæ, scilicet ejusdem Clerici, vel fortius, non dicitur negotiatio si fiat à Clerico pro alenda sorore, nec talis dicitur, quando semel tantùm negotiatus est, Boerius *dec.99. n.19.* & non cadit sub spolio, negotiatione quæsitum si fuerit tale probatum per testes deponentes per unicum præmeditatum sermonem, ut post alios Vermigliolus *ubi suprà, num.4. & 6.* 23

Infertur tertiò, non teneri consanguineos Episcoporum revelare in foro externo, quæ bona reliquerint Episcopi; quia, ut contra Rodoanum ostendit Vermigliolus *consil. 326. in fine*, talis obligatio ex nulla Pontificia Bulla habetur, & de jure Canonico, vel Civili excepto crimine læsæ majestatis, in reliquis nullus tenetur revelare delicta aliorum, nec minus illis obviare, ut de communi firmat Farin. *q.51. n.7.9. & 25.* 24

Imò quando Collectores, & Nuntii Apostolici sub pœna excommunicationis præcipiunt, ut revelent, qui sciant, ubi sunt bona Episcoporum, neque peccant mortaliter non revelantes, neque censuram ullam incurrunt, ita Valerus *in diff. utriusque fori, in verbo Donatio diff.*...... 25

Nec est àdmittendum, quod licèt sententia condemnans Clericum ob illicitam negotiationem, vel alia de causa ad spolia, habent paratam exequutionem, non obstante appellatione, vigore facultatis, & privilegii D. Thesaurarii, tamen talis facultas recipit passivam interpretationem à jure communi, ut intelligatur de instrumentis, & validis sententiis, non verò nullis, & injustis, quia appellatio ad utrumque effectum datur, ubi constat de notoria nullitate, vel injustitia, Card. Puteus *dec.414. l.3.* Verallus *decis.33. p.2.* quod etiam in causis fiscalibus procedere dicit Glossa *in l. quoniam nonnulli, in verbo defecerit*, per illum Textum *Cod. de appellat.* Vermigliolus *consil.345. per tot.* & inter alias nullitates oppositas in eadem sententia, de qua ibi, *& cons.346. num.* 12. una fuit, quia processit Commissarius ad incorporationem bonorum patrimonialium, quod non poterat fieri, quia in spoliis Clericorum non veniunt bona patrimonialia, Rodoan. *de spoliis, qu.* 15. *n.15. & n.* 30. & 31. *cum seqq.* 26

DISCE-

DISCEPTATIO CXLIII.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus an possit de fructibus Beneficii subvenire consanguineis.*
2 *Mendici, & egentes ad hoc effectum, quis dicatur.*
3 *Episcopus an possit de fructibus suis consanguineis dare secundum statum præsentem, an secundum necessitatem.*
4 *Episcopi consanguinei, an mutent statum per Episcopatum scilicet parentis.*
5 *Episcopus illa bona, quæ subtrahit ex sua congrua, an dicantur patrimonialia.*

ARGUMENTUM.

Prælatus qualiter possit de fructibus Beneficii, & Episcopatus subvenire consanguineis, & quid secundùm statum præsentem etiam consanguinei Episcoporum mutent statum per assumptionem ad Episcopatum, & an bona, quæ subtrahit à congrua dicantur patrimonialia.

PRÆLATUS QUALITER subveniat consanguineis.

PRO

Episcopo N.

CUM

Reverenda Nuntiatura Neap.

1 Difficillimam aggredior quæstionem; periculosam sanè indagationem habeo præ manibus Illustriss. Prælati: attamen quantum fieri poterit conabor vos in malam non ponere fidem, sed Christianè loquendo

Respondeo ex Trident. *session.25. capit.1. de reform.* posse Prælatum quemcumque, aliumque Beneficiatum ex redditibus Ecclesiasticis, consanguineis, & suis familiaribus subvenire, & succurrere egenis, & in paupertate constitutis, eisque dare posse totum id, quod ad decentem statum congruit eorumdem, quia pauperes non solum dicuntur, qui ostiatim mendicant victum; sed omnes, qui carent rebus illis, quæ sunt necessaria ad eorum decentem statum, ut communiter docent Navarrus *in Summa, capit.17. numer.92. & in Apologia de redditibus, quæst. prima, monitorio 28. & monitorio 77. numer. 4.* Molina *tom.3. de justit. disputat.*746. post alios Barbosa *lib. 3.*
2 *de jure Eccles. capit.17. numer.23.* qui ex Graffio dicit quod si homo genere Illustris, vel eminentis scientiæ habeat victum suum, sed juxta decentiam suæ conditionis, careat indumentis, famulorumque Comitatu, cum decore sui status, hic talis deberet dici mendicus, ergo cum Concilium concedat posse ex redditibus Ecclesiasticis, conferre consanguineis id, quod requiritur ad sublevandam eorum necessitatem, titulo paupertatis merito dicimus cum communi opinione, posse Episcopos illis erogare quantum postulatur ad eos in decenti, & convenienti statu collocandos, de quo nulla est difficultas secundùm DD. apud Barbosam *ubi suprà*, quos sequitur P. Bardi *lib.3. quæstion.10. sect.15.*

3 In hoc tamen stat difficultas, utrum Episcopus possit illis erogare, de quibus suprà solum ea, quæ requiruntur, ut in eorum statu vivant, an verò possit eisdem dare juxta statum ipsius Episcopi.

Prima opinio dicit posse Episcopum dare ea, quæ sufficiunt, ut vivant secundùm eorum statum, ita aliqui antiquiores DD. apud P. Bardum *d. sess.15. nu.* 3. quia eleemosyna solùm datur ad supplendam intelligentiam illius, cui erogatur, at non diceretur eleemosyna, si constitueret donatarium in altiori statu, v. g. si erat Plebejus, & detur illi tanta pecuniarum summa, ut fiat Baro, Comes, &c. ergo cum ex Conc. Trid. solum permittatur, ut detur titulo paupertatis, seu eleemosynæ, ideò non possunt Episcopi dare nisi secundùm statum.

Secunda opinio dicit, posse dare, ut vivant secundùm altiorem statum correspondentem eisdem, uti consanguineis Episcopi, ita Navar. *de redditibus quæsit. 1. monitorio 77. & in summa, cap.25. num.*127. Sanch. *l.2. Consiliorum, cap.2. dub.*38. Molina *de just. disp.*146. P. Bardi *num.3. vers. Cæterum.*

Probatur, quia cum Episcopus per talem dignitatem sit 4
constitutus, & adeptus nobiliorem statum, talis major dignitas quodammodo videtur redundare ad cognatos ipsius Episcopi, ac proindè videtur, quod consanguinei indigent elevatione ad talem nobiliorem statum, quàm haberet frater, filius, &c. antequam pater, vel frater esset talis, intelligunt tamen DD. hanc opinionem procedere in consanguineis positis in tali statu, quod causetur existimatio in Episcopo, ut si essent filii legitimi, vel spurii, fratres, sorores, vel consobrini ex fratribus, vel sororibus, quia cum isti sint in stricto consanguinitatis gradu conjuncti cum Episcopo, si remanerent in statu pristino redundaret sors infimæ conditionis in Episcopum, & in ejus ignominiam, & talis erogatio respectu horum debet esse moderata arbitrio boni viri, & hoc non est superfluitatem amare, sed supplere defectum parentum, & consanguineorum.

Illa verò bona, quæ Episcopus subtrahit ex sua congrua 5
sustentatione, considerantur, uti bona patrimonialia, & posse consanguineis donare, vel pro illis majoratum instituere, aut aliquam primogenituram: ita Navarrus *de redditibus quæsito primo, monitorio* 29. Molina *libro secundo, de primogenit.* & alii apud Bardum *ubi supra, numero* 18.

Ratio est, quia quòd Beneficiatus parcè vivendo de sua competente sustentatione reservat non habet rationem fructuum beneficii, sed habet rationem bonorum propria industria acquisitorum, quæ sicuti alia patrimonialia ad sui libitum expendere potest, ergo non comprehenditur sub illius bonis, de quibus est sermo in decreto Concilii.

DISCEPTATIO CXLIV.

SUMMARIUM.

1 *Subhastatio, atque venditio facta sub hasta Nunciaturæ Apostolicæ, an possit rescindi per secundam adjectionem.*
2 *Fiscalia bona, an admittant adjectionem in subhastatione.*
3 *Licitator extincta candela, an sit securus ab aliis licitatoribus.*
4 *Læsione posita ultra sextam partem admittitur adjectio nova.*
5 *Adjectio nova, & licitatio admittitur posita fraude.*
6 *Candela extincta, quando admittatur nova licitatio.*
7 *Licitatio secunda, quatenus sit intimanda primo licitanti.*
8 *Textus* in leg. quinta, & final. Codic. de locatione prædiorum civilium, libro 11. *explicatur.*
9 *Textus* in l. Lutius, §. Finali, ff. ad Municipalem, *explicatur.*
10 *Textus* in leg. Congruit, Codic. de locatione prædiorum civilium, libro undecimo, *explicatur.*

ARGUMENTUM.

Licitatio nova, an admittatur venditis subhasta bonis spolii per Cameram, & quid posita læsione, & qualis esse debeat talis læsio; & quando secunda licitatio, & oblatio sit intimanda primo venienti.

Spolia venduntur licitatione, & an detur alia oblatio?

PRO

Emptoribus à Reverenda Camera.

Quid si in Tribunali Collectoris, vel Subcollectoris fuerit venditum spolium, pro quingentis, eique cessum, &c. si deindè compareat frater, vel Consanguineus

neus Episcopi, & offert bis mille, an sit adimittendus secundus offerens, & adjiciens?

Respondeo esse secundam adjectionem admittendam: probatur, quia bona spoliorum ad Papam, & Regiam Cameram Apostolicam spectantium, gaudent eisdem privilegiis; & exemptionibus, quibus potiuntur bona pertinentia ad fiscum, ut ait Abbas *in cap. quia diversitatem*, *de concess. præbendæ*, *& in Clementina 2. de hæreticis*, Petrus Gregorius *lib.31. syntagm. cap. 31. numer. 9.* Bovadilla
2 *in sua politica*, *lib. 2. cap.17. numer.199.* sed bona fiscalia adjectionem admittunt *l. 1. C. de vend. rerum Civitatis*, *l.11. l. Lucius*, *§. fin. ff. ad municipalem*, Azeved. *in Rubr. tit.13. n.5. l.9. recompilat.* Parladorus *l.2. rerum quotid. cap. fin. part.5. §.13. numer.14.* ergo idem dicendum est in bonis ad Papam, seu ad ejus Cameram Apostolicam spectantibus.

3 Dices licitator post subhastationem perfectam, & extinctam candelam à futuris licitationibus, & oblationibus etiam majoris summæ est securus, Gloss. *in leg. si tempora*, *Cod. de fide instrument. & jure hastæ fiscalis*, *lib.10.* Capyc. *decision.36. numer.* 50. Mastrillus *decision.84.* ergo in casu nostro.

4 Respondeo ad argumentum, Primò illud non procedere quando est læsio, non solùm ultra dimidiam, sed ultra sextam partem, ex Barth. *in l. si duo societatem*, *§. arbitrorum*, *ff. pro socio*, Mastrill. *d. dec.84. n.8.* Franchus *decis. 224. n.2.* Regens de Ponte *de potest. Proregis*, *tit.4. de Reg. §.5. n.8. 56. 57. & n.62.* ubi refert decisum per Regiam Cameram Summariæ, & in Collaterali Consilio Regni Neapolitani, in Arrendamento vini, plures refert, & sequitur Antonin. de Amato *res.38. n.21.* sed resultat læsio enormissima ex adjectione facta à quingentis usque ad bis mille, ergo.

5 Respondeo secundò, quod in subhastationibus si adsit fraus, & dolus, quia forsan idem secundus emere volebat, & fuit rejecta obligatio, tunc nulla est subhastatio, Gregorius Lopez *in l. secunda*, *tit.19. p.6.* qui sic decisum refert Amatus *res.38. nu.* 10. qui plures fuisse judicatum refert.

6 Resp. tertiò, quod si secundus offerens meliori oblatione offerat, putà de contanti, &c. tunc etiam candela extincta, & oblatione sequuta, melior alia oblatio admitti debet secundùm Masullum ad Capyc. *dec.36. nu. 6.* qui sic decisum refert in S.C. quem refert Ricc. *collect.1716.* Amat. *d. res.38. n.3.*

7 Dices secundò, oblatio secunda facta cum adjectione, debebat notificari legitimo tempore, & loco, quia meliore conditione oblata debet venditor notificare emptorem, ad hoc ut si nolit eam præstare, vendatur res secundo, ita Gregorius Lopez *in l.4. Glossa secunda*, *tit.50. p.5.* ergo.

Respondeo præsupponi citationem factam loco congruo, & tempore, re integra, & quatenus non fuerit per comparitionem secundi licitatoris, & comparitionem primi, illum impugnantis fuit sublata, & extincta nullitas resultans ex defectu notificationis, Gloss. *in leg. prima. ff. de feriis*, quam ibi sequuntur Baldus, Angelus, Albericus, Alexand. & Jason, idem Alexander *consil.123. vol. 2.* Boerius *decis.235. colum. penultim.* Romanus *consil.* 410. *volum.2.* Rota *decis.409. part.1. & decis. 41. part. tertia*, *recentior.*

8 Dices tertiò, obstat Textus *in leg. quinta*, *& finali*, *Codic. de locatione prædiorum Civilium*, *lib.11.* ibi (sed nec locabitur alteri) licet ingenti superari videatur argumento possessio, &c. ergo videtur dicendum posse venditionem rei subhastatæ non esse admittendam adjectionem.

Respondeo jura supra adducta procedere datis terminis habilibus, nempè transacto jam tempore concesso subhastationibus, & adjectionibus fiscalibus quod quidem tempus jure ffff. non erat certum constitutum, sed remittebatur judicis arbitrio, de jure tamen Auth. fuit præfinitum certum tempus, ut ait Glossa *in leg. locatio*, *in verbo adjecto*, *Codic. de locatione prædiorum civilium*, *lib. 11. ut ex Authent. hoc jus porrectum*, *Cod. de sacrosanct. Eccles.* & notat Azevedus *in l.3. tit.11. lib.9.* de communi Bertacch. *de Gabellis*, *part.2. numer.* 17. idem Barth. *in leg. si tempora*, *Cod. de fide instrument. lib.10.* & de jure Regio apud Hispanos est tempus adjectum trium mensium, cum ea tamen conditione, ut nulla admitteretur adjectio, minor quarta parte, nec transacto eo tempore, ut constat ex *l.6. titul.13. lib.9.* quod etiam procedit si fiscus velit ad hoc uti remedio restitutionis, ut decisum refert Azevedus *in dict. l.6. numer.4.* Parladorus *diff.109. §.50. numer.* 3. Guttierez *lib.2. practic. quæstion.* 152. ergo in præsenti nulla est difficultas.

Dices quartò, obstat Text. *in l. Lucius*, *§. fin.* ubi Bart. 9
ff. ad municipalem, ibi idem respondit si Civitas nullam propriam legem habet de adjectionibus admittendis, non posse recedi à locatione, vel venditione prædiorum publicorum, jam perfecta, &c.

Confirmatur ex *leg. congruit*, *Codic. de locatione* 10
prædiorum civilium, *lib.11.* ibi congruit æquitati, aut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus, præferantur, si facta per alios augmenta suscipiant, &c.

Respondeo ad argumentum; quod ex *d.l. Lucius*, *§. fin.* colligitur adjectionem concedendam in causis fiscalibus, ut suprà dixi.

Ad confirmationem, Respondeo Text. *in leg. congruit procedere*, & loqui in conductoribus temporalibus vectigalium tractum successivum habentibus, ex particulari ratione, *leg. Cotem ferro*, *§. qui maximos*, *ff. de publicanis*, *& vectigalibus*, ergo non habet locum in locatione, seu venditione perpetua, ut *in dict. leg. prædia*, quæ subsequitur ad Textum *in dict. leg. congruit*, dum adjectionis jus in hoc casu denegat temporali conductori, & notat Glossa *in dict. l. congruit*, textum illum loqui in conductione temporali; non autem in perpetua, & loquitur in conductore temporali, qui aliquando invitus detinetur in conductione, Antonius Gavesius *tom.2. var. cap.3. numer.50.* Cevallos *par.3. q.756. numer.* 64. Bovadilla *lib.3. Politicæ*, *part.2. cap.4. numer.21.* Curia Philippica *part.2. l.1. cap.15. numer.42.*

Quod verò Textus *in dict. l. Cotem ferro*, *§. fin.* loquatur de conductoribus temporalibus patet, quia loquitur in conductore vectigalium, ergo loquitur de conductione temporali, cum vectigalium conductiones ultra triennium fieri non permittantur, *l. penes 4. C. de vectigalibus*, & ex pluribus notat Barbos. *tom.2. votorum decisivorum*, *libro 3. voto 81.*

DISCEPTATIO CXLV.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Supellex quid sit ad* l.1. de supell. legat.
3 *Supellectili legata quæ veniant.*
4 *Supellectilis non attenditur materia, sed qualitas.*
5 *Supellectilia quare ita dicantur.*
6 *Mensa seu tabula dicitur supellectilis.*
7 *Delphicæ sunt supellectiles, & quæ sint.*
8 *Subsellia sunt supellictilia, & quæ sint.*
9 *Culcitræ sunt supellectiles.*
10 *Libri non veniunt sub nomine supellectilium, nec arma.*
11 *Vasa potoria, & escaria sunt supellectilia.*
12 *Vasa fictilia veniunt sub nomine, supellectilium.*
13 *Rhedæ sunt supellectiles, & sedularia.*
14 *Tapeta domus sunt supellectilia secus, si itineris causa sint.*
15 *Pelles quibus involvuntur vestimenta, non sunt supellectiles.*
16 *Funes non sunt in supellectili.*
17 *Toralia Imperia sunt in supellectili, & quæ sint.*
18 *Trulla quid sit, & an supellex.*
19 *Supellectilia sunt ad usum communem destinata; qui attenditur in quacumque materia.*
20 *Observantia declarat quodcumque ambiguum, & in quacunque materia.*
21 *Argentum escarium, non venit sub nomine supellectilis.*
22 *Vasa ænea salientis aquæ, non sunt supellectiles.*
23 *Habitatio in qua est supellex, non venit appellatione supellectilium.*

24 *Mas-*

24 *Massaritiæ, & supellectiles quomodo distinguantur.*
25 *Parata mobilia omnia veniunt appellatione supellectilium.*
26 *Aulæa, seu Panni* di Razza *veniunt sub appellatione supellectilium.*
27 *Ligna quibus Aulæa appenduntur veniunt sub nomine supellectilium.*
28 *Supellectili legata domus non venit illa, quæ est in rure, nec è contra.*
29 *Supellectili legata non venit habitatio domus.*
30 *Legatum domus non continet supellectilem, &c.*

ARGUMENTUM.

Supellectilem nomine quæ comprehendantur, quare ita dicantur, & singula recensentur, tam à jure, quàm à Doctoribus numerata: Patrisfamilias consuetudinem esse attendendam, clarissimè probatur.

PARAPHRASIS
ad Titulum, ff. de Supellectili legata.

1 CUm Illustr. quondam Archiepiscopus Consentinus anno præterito reliquisset N. omnia sua supellectilia, Illustris hæres dubium habet, quæ veniant appellatione eorumdem, ut possit, non defraudata mente tanti viri, legatum solvere. Ego tamen pro veritate requisitus, quid jura determinent, in præsenti explicabo.

2 Dico ergo, quòd supellex est domesticum patrisfamilias instrumentum, quod neque argento, nec auro, nec vestimentis annumeratur, teste Pomponio *in l. 1. ff. de Supellectili legata*, & sic instrumentum est domesticum, quod ipse paterfam. non annumerat argento, vel auro facto, vel vesti, id est, sunt res mobiles, paratæ ad usum
3 quotidianum patrisfam. unde animalia non sunt in supellectili, ergo supellectili legata continentur mensæ, magna tapeta, & omnia illa vasa, de quibus *in leg. 3. ff. eod. titul.* & veniunt vasa vitrea, escaria, & potaria, & vasa fictilia scilicet de terra, quæ sunt vulgaria, id est, parvi pretii vel magni, sic veniunt vasa Crystallina, quia non interest cujus materiæ sint res, quæ paterfamilias habet in supellectilem, quia omnes continentur, nec spectamus
4 materiam, sed speciem *dict. leg. Labeo*, ergo supellectilia sunt instrumenta patrisfamilias, non ipsius domus, & distinguuntur ornamenta domus ab instrumentis, sive domus, sive Domini, Barrius *in titul. de legat. de legato domus*, Menochius *lib. quarto, præsumption.* 160. Barbosa *de appellativa verborum, appellativa* 142. *per totam*.

5 Dicuntur verò supellectilia, quia olim illis, qui in legationem civitatum proficiscebantur, solebant ab aliis locare ea quæ forent usui, sub pellibus, sic dicebat Labeo *in l. 6. ff. de supellectili legata*, Tubero autem dicebat, quod supellex est quoddam instrumentum patrisfamilias rerum ad quotidianum usum paratum, quod instrumentum non caderet in aliam speciem, id est, non computaretur ab ipso patrefamilias, cadunt autem in aliam speciem ea quæ sunt in penu, & in argento, & in veste, & in ornamento, & in instrumento agri aut domus, & ideò prædicta non continentur in supellectili, & argentum escale, & potale, venit appellatione supellectilis, si usus patrisfamilias erat supellectilium nomine vocare argentum, eoque uti tanquam supellectili, *l. cum quidam, ff. de supellect. legat.*

6 Ex quo principio, & conclusione posita infertur primò, quod mensa, seu Tabula qua argentarii utuntur est sub nomine supellectilis, teste Papiniano *in l. pater filias, §. Mensæ, ff. de leg. 2.* licet alibi mensa augustata apud Macrobium sic ea quæ Augusta facta, id est, quæ consecrata est in templo, inquit, Junonis populariæ augustata mensa est, Turnebio teste *lib. 18. adversar. cap. 4.* & luxuria mensæ, non unius materiæ in supellectilem Romanam invenit, & sic mensæ argenteæ numerantur, *l. 28. ff. de auro, & argento legato*, Item citreæ, nec non eboreæ, Brissonius *in verbo mensa*: Sic Trapezophora scilicet mensa, in qua vasa potoria collocabantur supellectilis nomine continentur, *l. 3. ff. de supellect. legat.* & ibi sumitur pro pedibus quibus impositæ sustinentur mensæ: Alex. ab Alex. *l. 1. Dierum, c. 19.*

Infertur secundò, Delficas, seu Delphicas ex Paulo in 7
dict. l. 3. ff. de supellect. legat. venire sub nomine supellectilium, dicuntur verò vasa, quibus vina ministrantur, Plinius *l. 33. c. 11.* erant verò Delphica vasa, quæ ita erant fabrefacta, ut duplici facie diversis usibus inservirent, putà ut poculorum vice præstarent, & clypeorum loco usi essent, DD. *ubi sup.*

Infertur tertiò, subsellia venire nomine supellectilium 8
dict. leg. 3. sunt autem subsellia sedes judicum, qui publicis judiciis disceptandis operam dabant, Budæus *in annotationibus ad leg. primam, ff. de Iudic.* Crinitus *lib. 2. cap. 3.*

Infertur quartò, sub nomine supellectilium venire culcitras, dicuntur culcitræ ex eo quod culcentur, id est, 9
sarciantur pluma, sive tegmento, quo molliores, calidioresque sunt, Lexico juris in verbo *culcitra*.

Infertur quintò, supellectilium nomine non contineri 10
libros, nec capsas, quibus libri conservantur, nec vestimenta, nec capsæ eorum *dict. l. 3. ff. de supell. legata*, vestes stratoriæ, quæ his, quæ in supellectilem sunt, instrui solent continentur *dict. l. 3. & l. de Tapetis, eodem tit.* Cujacius ad Paulum *recept. sententiarum lib. 3. in tit. de legat. §. supellectile*, & Gallico sermone, quæ contineantur, tradit Paponius *Notatorum tit. 1. de legatis*. Vasa potoria, 11
& escaria argentea vel aurea, Alex. *lib. 7. consil. 216. numer.* 88. dicit, quod si testator, cum viveret ea haberet numero argenti, & auri potius, quam supellectilium, & si ea haberet recondita in argentario, & non ad usum supellectilium, tunc non veniunt in legatum supellectilium, idem dicit Papon. *ubi sup.* & sic vasa fictilia, sc. de terra, quæ sunt 12
vulgaria, id est, parvi pretii, vel magni, sic vasa Crystallina veniunt, quia non interest cujus materiæ sint res, quas paterfamilias habet in supellectilem, quia omnes continentur. Verùm antiquitus non continebantur, quia homines non utebantur argentea supellectili, vel alterius magni pretii sicuti nunc est: unde hodie etiam veniunt vasa pretiosa, sic candelabrum argenteum, &c. Doctorum *ubi sup.*

Infertur sextò, sub nomine supellectilium venire Rhedas, id est, rotas plaustrorum, & etiam Sedularia *leg. 4.* 13
ff. de supellect. legata, Menochius *dict. lib. 4. præsumption.* 160. *numer. 16.* ubi ex Antonio Augustino *lib. 1. emendationum juris, cap. 4.* subjungit sedularia esse, quæ in Rheda sedenti subjiciebantur, Hottomanus *in verbo Sedularia*, qui intellexit sedularia esse sedes, in quibus gestamur.

Infertur septimò, Tapeta esse in supellectili, sed Tapeta quibus paterfamilias non utitur in domo, sed in via non 14
sunt in supellectili, sed continentur appellatione instrumenti viatorii, nec lintea quibus insternunt vehicula, sicuti, nec pelles sunt in supellectili, quibus involvuntur 15
vestimenta patrisfamilias cum equitat extra domum, & sicuti non sunt in supellectili lora, id est funes, quibus dictæ pelles solent constringi; solebat enim paterfamilias 16
equitare volens involvere vestimenta sua in pellibus, & posteà cum funibus ligabat, & adstringebat pelles *dict. leg. de Tapetis, §. 1. ff. de supellect. legata*, Menochius *dict. præsumpt. 160. numer. 23.* pugillares verò, & Codices supellectilis nomine non continentur *l. supellectilis, in fine, ff. de supell. legata*, Menochius *dict. præsumpt. 160. numer. 24.* ubi *num. 25.* ait pugillares esse tabellas quasdam, in quibus scribebatur.

Infertur octavò, Toralia Imp. de quibus *in l. 3. ff. de supell. legata*, vel secundùm Ottomanum Toralia Imp. id 17
est densa, & non rara esse in supellectili, & sunt Tapetes, quæ paterfamilias sibi servat, præter ea, quæ sunt quotidiani usque, & sic paria dicuntur, quæ deserviunt usui quotidiano, Imparia quæ præter illa adhibentur, & sic J. C. Imparia vocat non solùm illa quæ in usum quotidianum insternerentur, sed etiam ea quæ aliquando ad eosdem usus depromi possunt Pratejus, Calvinus, Scarderius, & alii *in verbo Toralia*, & Toralium duo fuisse genera, Paulus J. C. ait, *in l. 5. ff. de supell. legat.* unum quod straguli nomine continetur, alterum, quod non continetur. Hoc autem plagam appellatum Honnius testatur, grande scilicet linteum tegmen ob eam causam, teste Ottomano quod

à pla-

à plagis, id est foraminibus, per viam, ac pellucidum esset Pratejus, Brissonius, Hottomanus, Scraderius, Calvinus, & alii de verbis juris.

18 Infertur nonò, Trullam esse in supellectili, est autem Trulla vas quo è Coquina in lavatorium aqua funditur, atque ad alia hujusmodi ministeria comparatum, *leg. etsi*, *ff. de auro, & argento legato*, *l. Tabernæ*, *ff. de fundo instrum.* ubi tabulas vocat Trulla est poculi genus sicuti Schyphus, Alexander *lib.* 3. *dierum*, *cap.* 10. & hoc vocabulum ducunt à transvolando, quod per eam aqua transvolet, falluntur tamen illi, qui eam vas tantum aquaticum putaruntCicero Verrina 6.erat enim vas vinarium ex una gemma pergrandi Trulla ex causa est cum manubrio aureo, Cujacius *lib.* 11. *observat. capit.* 7. Gotfredus *in dict. l. Tabernæ*.

19 Infertur decimò, Regulam esse generalem supellectilia esse quæ ad usum communem, sive quotidianum usum, quæ tunc paterfamilias solet gerere, & usui paratæ sunt, ea verò quæ non habent aliquod genus artificii, & non sunt accommodata ad communem usum, sive quotidianum non sunt supellectilia; ideò pugillares & Codices rationum testatoris non sunt in supellectili *dict. l.* 3. *cum seqq. ff. de supellect. legata*, & ideò est maximoperè attendenda consuetudo Patrisfamilias, ut videamus quid usus fuerit pro supellectili, & quid tale vocaverit, quia quæcunque dubia ex observantia interpretantur. Unde consuetudo,
20 & observantia declarat modum succedendi in primogenituris, & fideicommissis Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 50. *numer.* 39. *& lib.* 2. *cap.* 6. *numer.* 57. alter Molina *tom.* 3. *disput.* 590. Mejeres *de Majoratu*, *part.* 4. *quæst.* 20. *à numer.* 324. Card. Tuschus *tom.* 5. *conclus.* 59. *littera O*, Gabriel *consil.* 121. Fontanella *tom.* 1. *clausul.* 1. *à numer.* 33. Farinacius *decis.* 136. *part.* 1. *tom.* 1. & idem Fontanella *dict. tom.* 2. *clausul.* 6. *gloss.* 3. *part.* 2. *numer.* 14. Peregrin. *consil.* 1. *volum.* 5. Joseph Ludovicus *commun. conclus. in tit. de consuet. conclus. ultim. per totam*, *in tit. de observantia subsequuta*, *conclus.* 38. Vivius *decis.* 297. *part.* 2. Marescottus *lib.* 2. *variarum*, *capit.* 20. Flaminius Cartarius *decis.* 67. Castillus *lib.* 5. *de conjecturis*, *capit.* 93. §. 7. qui communiter dicunt quod observantia habet effectum declarativum, atq; interpretativum, vel dubii juris omissi, vel verborum dubiorum, seu ambiguorum, & omnem dispositionem declaret atque interpretatur *l. si de interpretatione*, *ubi omnes*, *ff. de legibus*, *leg. semper in stipulationibus*, *ff. de reg. jur. leg. si servus plurium*, §. *fin. ff. de leg.* 1. nulla enim melior est interpretatio, quam ea quæ ex subsequenti usu, & observantia confirmatur *l. qui aliena*, *vers. Sed si non adierit*, *ff. de acquir. hæred. l. si filius*, *Cod. de petit. hæredit. l. cum post*, *ff. de jur. dotium*, & sic verba dubia testatoris interpretantur secundùm observantiam, & practicam præcedentem, maximè quando minus corrigitur jus commune, quoniam observantia in rebus dubiis est lex non scripta, & sequi debet, latè Castillus *tom.* 5. *c.* 93. §. 7. *per totum*.

21 Infertur undecimò, supellectilis appellatione non venire argentum escarum penulas, & togas *dict. leg. Labeo*, §. *Servius*, *ff. de supellect. legata*, eo modo quo *suprà*, *coroll.* 5. Menochius *d. præsumpt.* 160. *numer.* 26. Natta *consil.* 117. *numer.* 7. nec pariter continentur argentum potorium *leg. cum quidam*, *ff. de supellect. legata*, Menochius *dict. præsumpt.* 160. *num.* 27. nec vasa ærea Saliensis aquæ
22 posita *leg. vasa*, *ff. de supellect. legata*, Menochius *dict. præsumpt.* 160. *numer.* 29. nec habitatio, in qua est ipsa supellex *leg. penultim. ff. eodem*, neque nobilium, & supel-
23 lectilium domus appellatione continentur baltheum argento infectum Natta *consil.* 117. *numer.* 50. Menochius *d. præsumpt.* 160. *numer.* 28. nam supellectilia aliquando appellantur mobilia domus, Natta *ubi suprà*, *numer.* 6. ubi subdit quod appellantur, etiam utensilia Pinell. *in l.* 1. *par.* 2. *numer.* 5. *Cod. de bonis maternis*, Petrus Pecchius *de testamentis conjugum*, *lib.* 5. *capit.* 15. *numer.* 1. & aliquando etiam continentur Massaritiæ domus, Barbos. *de appellat.*
24 *verb. appellativa* 253. & appellatione Massaritiarum continentur ea omnia, quæ veniunt appellatione supellectilis, & è contra, Massaritiæ enim idem important, quod supellectilia Abbas *consil.* 85. *lib.* 2. Decius *consil.* 492. Cardinal. Tuschus *tom.* 5. *litter. M*, *conclusion.* 105. Aretinus *de Testamentis*, *gloss.* 39. Durandus *de Arte testandi*, *in titul. de legat. cautel.* 53. Menochius *lib.* 4. *præsumpt.* 160.

Infertur duodecimò, appellatione supellectilis venire omnia parata mobilia ad usum communem patrisfamil. *leg.* 3. *cum leg. sequent. ff. de Supellectil. legat.* Abbas *dict. consil.* 88. *libro* 2. ubi ait quæ veniant, & quod nomen Massaritiarum, mobilium, & supellectilium, & fulcimentorum sint nomina appellativa collectiva Riminaldus Junior *consil.* 216. *numer.* 84. *ubi numer.* 83. subdit quod supellectilem suam appellant homines bona mobilia, Barbosa *appellat.* 142.

Infertur decimotertiò, appellatione supellectilium venire Aulæa, quæ sunt vela picturata, & versicoloris textura, spectabilia, quibus in splendido aliquo apparatu parietes obtenduntur, ut apud nos Italos sunt *li Panni di Razza*, dicuntur ab aula Attali Asiæ Regis, in qua primum inventa sunt: unde etiam Attalica Aulæa vocantur, & Plato appellavit belluata tapetia, à textura belluarum, quæ in Aulæis intexuntur, Passeratius *in verb. Aulæum*, sunt enim hæc, domus fulcimenta, & ornamenta, Alciatus *libro* 12. *Parergon*, *capit.* 10. *initio*, & lingua illa quibus appenduntur, ipsa Aulæa vulgò appellata *le Cornice*, nomine supellectilis continentur, Cephal. *consil.* 9. Menochius *dict. præsumpt.* 160. *numer.* 19. Animalia tamen non continentur, *l.* 2. *ff. de Supellect. legat. l. Si quis*, *in fundi viabulo*, *ff. de legat. primo*, Alexander *numer.* 7. Jason *num.* 27.

Tandem nota quòd legata supellectili domus, non venit illa, quæ in Rure, & è contra, *l. quemadmodum* 12. *ff. de supellect. leg.* & si maritus legat uxori supellectilem, tunc non poterit petere habitationem domus, ubi est supellectilis, *l. Nullamque*, *ff. de supell. leg.* sicuti legata domo non venit supellectilis, & legato fundo non cedit legatario instrumentum fundi, *l. Fundo legato* 14. quæ est finalis, *ff. de supell. leg.*

Hæc sint, quæ in materia tam brevi, à paucis tacta, dixisse sat habeo, pro veritate requisitus; hodie 21. Maji 1661.

Quia verò in hac materia Residentiæ, & spolii scripsit recolendæ memoriæ Regens Antonius Miroballus Doctissimus, ac Nobilissimus Iurisconsultus, ideò ponam, quod ille scripsit, ut meus Dominus, & singularis Amicus.

DISCEPTATIO CXLVI.

SUMMARIUM.

1 *Principis authoritas, non cadit in disputatione.*
2 *Status controversiæ proponitur.*
3 *Bulla Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. de residentia, an recepta in Hispaniis.*
4 *Supplicationes ad Sanctissimum, non prohibentur à Bullis suis.*
5 *Supplicationes rationabiles admittuntur, non frivolæ.*
6 *Sanctissimo Pontifici rescribitur posito scandalo, in Bullarum exequutione.*
7 *Clausula motu proprio, an habeat vim secundæ jussionis.*
8 *Supplicatio habet vim defensionis, & qualiter.*
9 *Episcopus vocatus à Rege ei tenetur obedire.*
10 *Episcopus vocatus à Rege, & non veniens apud Hispanos multatur pœna pecuniaria.*
11 *Episcopus si vocetur à Rege simul, & à Metropolitano tenetur potiùs obedire Regi.*
12 *Episcopus vocatus à Rege, an residentiam supplere possit per substitutum, scilicet per suum Vicarium.*
13 *Episcopus potest causas sæcularium ad commune bonum tendentes tractare.*
14 *Residentia Prælatorum cessat, posita gravi, & publica causa.*
15 *Episcopus tenetur ad residentiam, nisi Rex eum vocet ad Curiam.*
16 *Lex Generalis, nunquam comprehendit casum privilegiatum.*
17 *Clericus licet exemptus à potestate laicali, tamen est Principis laici districtualis, & Civis.*

18 *Epi-*

18 *Episcopi, & Cardinales qualiter benè tractentur ab Hispaniarum Monarcha, quod non fit in Gallia.*
19 *Cardinales, & Episcopi non incurrunt in pœnas non residentium, nisi posita declaratoria.*
20 *Pœna debita, & non declarata, an possit à successore declarari.*
21 *Pœna qualiter requirit declarationem, ut incurratur.*
22 *Pœna per successorem non potest declarari.*
22 *Pœna non residendi, an censeatur remissa a Papa, & quando.*
24 *Hæres defuncti, qualiter teneatur ex ejus delicto.*
25 *Pœna de jure Canonico, an transeant ad hæredes delinquentis.*
26 *Episcopi, & Cardinalis pœna ob non residentiam quæ sit.*

INNOCENTIO X.
SUMMO ROMAN. PONTIF.
Optimo Maximo
SUPPLEX LIBELLUS,
Super Intellectum Bullæ, ab Urbano Summ. Pontif. Octavo editæ die 12. Decembris 1634.
PRO
Hæredibus quondam Gasparis Cardinalis Borgiæ.

Dominus illuminatio mea.

1 SÆpenumero animo revolvi, & modò in istam, modò in illam partem me convertebam, nonnulla à scribendo me deterrebant, nec pauca ad scribendum hortabantur, videbatur quodammodo ab homine Christiano alienum, & quasi hæreticum de potestate Summi Pontificis disputare, *capit. nulli fas*, 18. *distinct. cap. si qui sunt*, 81. *distinct.* Insuper cum in jure Cæsareo parum sim versatus: in jure verò Canonico nihil, modestiæ meæ erat ad juris Pontificii Peritos materiam remittere, sicut Scævola juris civilis oraculum, quoties de jure Prætorio consulebatur, ad Furium, & Caselium huic scientiæ deditos Consultores rejiciebat; Plato Philosophiæ decus conductores Sacræ aræ de modo, & forma ædificii secum conferre volentes sermonem ad Euclidem architectorem adire jussit, cedens ejus scientiæ, & professioni; in contrariam verò partem ancipitem animum diu fluctuantem hæredis Cardinalis Borgiæ authoritas revocat; itaque illius mandatis justa, & honesta petentibus non potui justè, & honestè refragari, sicut in simili per hæc verba discurrit Curt. Sen. *consil.*20. *in princ.* ideò assertam contumaciam quondam Cardinalis Borgiæ, non parendo mandatis Urbani hujus nominis Octavi Summi Romani Pontificis editis die 12. Decembris 1634. Pontificatus verò sui 12. eum potestate testandi de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis privasset, prætendit Rever. Apostol. Cameræ fiscus, sub prætextu quod intra tempus in Bulla prædicta præfixum ad gubernandam Ecclesiam Sevilianam (cujus Præsul erat) ibi personaliter residendo se non transtulerit; sed licèt de re ad Cameram Apostolicam spectante agatur, & inter præclaras Sedis
2 Apostolicæ sublimes, & majores regalias illa inabdicabilis, & visceribus Sacræ Pontificalis diadematis affixa, & connexa, humilis nempè reverentia, & obedientia sit ab omnibus Catholicæ fidei, & Christianæ Religionis professoribus præstanda, uti jure divino inviolabiliter debita, quæ certè signum, & effectus illius Supremæ Majestatis, & potestatis Papæ est, quam sanè potestatem tunc melius cognoscimus, dum ad eam reverenter recurrimus, *Authent. ut qui provinc. hom. extra terr.* Abb. Panorm. *in capit. ex literis*, *numer.*6. *de restitut. in integr.* Marches. *de commiss. part.* 1. *capit.* 1. *numer.* 44. quia tamen digna vox est Majestate Regnantis legibus alligatum se Principem profiteri, & nil majus Christiano Imperio, quam legibus submittere Principatum: meritò non mirum si alacri animo à Sanctissimo D. Innocentio Cardin. non privatum authoritate testandi ex prædicta Bulla, & ejus bona ad suos hæredes scriptos spectare, Reverenda Camera Apostolica exclusa declarandum exoramus, cum juridicam hanc superiorem ex pluribus fundatam habeamus.

Primò, quia Bulla, de qua agimus in Regnis Hispaniarum recepta non fuit, dum ab ea S.P. Urbano supplicatum fuit, & secunda jussio visis supplicationibus ab eodem Urbano, adhuc non prodiit, ex quo desumitur, interim ejus effectus non parere, dum in ejus executione pendente supplicatione supersedetur, Pereyr. *de manu Reg.*2. *part. cap.*65. *numer.* 3. Angu. *de legibus*, *lib.*1. *cap.*5. *per totum*, latissimè post omnes Salgad. *de retent. Bull. part.*1. *per tot.* præcipuè, *cap.*3. §. *un.* Laym. *in sua Theolog. mor. de legibus*, *tract.*4. *c.*3. *numero* 7. Bonacina *de legibus*, *disp.*1. *qu.* 1. *punct.*4. *numer.*42. hæc enim supersessio, & supplicatio non aliud nisi humilitatis, & obedientiæ actum denotat, non quod S. P. potestatem intuere supplicans velit, sed ejus tantùm voluntatem scrutare, an idem S. P. disponere velit visis dubiis, quæ ei per Supremos Senatores rescribuntur, quod à Summo Pontifice permissum non dubitamus, *in cap. si quando de appell.* ibi, *aut mandatum nostrum reverenter adimpleas*, *aut per literas tuas quare adimplere non possis rationabilem causam prætendas*, *& in cap. cum teneamur*, *de præb.* idem S. P. æquanimiter supplicantem auditurum se profitemur; Summus enim Pontifex sicut peritissimus Pictor non potest imaginem egregiè in tenebris pingere, sed necessariò (dum vult pro dignitate in munere suo versari) debet lumen adhibere, quo illam possit picturam, omnesque ejus partes, & colores intueri, quid cuique parti expediat, tum oculis, tum etiam mente, & ratione præcurrere; sic ille universalis Catholicæ Ecclesiæ Pastor, quamvis ingenii acumine, prudentia, sanctitate omnes excedat omnes causas publicas privatas habebit, cum ipsa rei cognitio veluti lumen, sine quo res fieri non possit, & an hoc vel id utilitati publicæ magis conveniat animo cernere, nisi omnibus interesse habentibus auditis non poterit, prout idem S. P. testatur *in cap.*1. *de caus. poss. & prop.* benè Eman. Rodrig. *quæst. reg. tom.*1. *qu.*6. *artic.* 8. Henriquez *de Pontificis clave*, *lib.*2. *c.*19. §.3. quod etiam in Bulla Cœnæ Domini expressè admittitur *in* §.14. ubi dum expressè S. P. prohibet impedimentum executionis Bullarum sub quocunque prætextu à dicta generali prohibitione 4
excipit casum, quo supplicatur eidem Apostolicæ Sedi pro revocatione Bullæ, ibi: *Nisi supplicationes hujusmodi coram nobis*, *& Sede Apostolica legitimè prosequantur*, quem casum extra censuram Bullæ Cœnæ, & ab ea permissum, dixerunt Suarez *de censuris*, *tom.* 5. *disputat.* 21. *numer.* 75. *&* 76. Simanch. *de Cathol. instit. tit.*45. *de pœnis*, *n.*34. Filliuc. *tom.*1. *q. moral. tract.*16. *c.*10. *q.*4. *n.*258. Bonac. *super eadem Bulla*, *disp.*1. *qu.*15. *punct.*4. §. 2. Duard. *in ead. Bulla*, *d.* §.14. *concl.*3. *in fin.* Ceval. *de cogn. per viam viol. gloss.*6. *n.*62. & post omnes latè Salsed. *de leg. polit. lib.*2. *c.*4. *per tot.*

At dices hanc supplicationem à Bullis tunc à S. P. ad ipsum admitti, dum ipse supplicationes non frivolæ, sed rationabiles essent, adeò quod si quis non justa ratione motus à S.P. Bulla ad eundem supplicaverit, quia dolosè executionem illius retardat, non propterea excommunicationis pœnam evitat, quia tunc fit fraus legi, prout benè advertunt Bonacin. & Duard. *loc. cit.* Sed respondetur, hoc casu, non posse frivolam dici causam supplicationis à Bulla, & ejus retentionis executionis, siquidem Sapientissimorum Virorum congressus Regem nostrum Catholicum consuluerunt, ut S. P. supplicaretur à Bulla, & ejus interim supersederetur executio ob rationes eis benè cognitas, quo casu Principi hoc asserenti omninò standum esse in propria materia, ex Mandell. Alex. Dec. Rol. Curt. Ceph. Jas. Tiraq. Mascard. & aliis, benè fundavit idem Salgad. *loc. cit. p.*1. *c.*4. *numer.*57. *cum seqq. & ead. part. c.*3. §. *unic. à numer.* 53. Cochier. *de jurisd. in exemp. par.*1. §.3. *numer.* 35. *tom.*2. semper enim quod scandalum oriri posset, S. P. 6
est rescribendum, omni reverentia id supplicandum, & interim supersedendum, Navar. *in c. Sacerdos*, *num.*130. *cum seqq. de pœnit. dist.* 7. adeò quod S. P. rescriptum cum clausula, *non obstante scandalo*, non tenet Navar. *loc. cit. numer.*131. nec ei parendum, Abb. *in c. Cùm teneamur*, *de præb.* idem Cochier. *loc. cit. numer.*44. Salgad. *d.* §. *unic. numer.*36. quod scandalum oriri potuisse infra 2. principalia fund. probabimus, quapropter S. P. uti vir Sanctissimus, & prudentiæ plenissimus poterit mutare visis supplica-

plicationibus consilium, ut latè fundat Ceval. *de viol. part. prima, gloss. 6. numer. 62. versic. Nec obst. quod aliqui dicunt.*

7 Nec obstabit dicere Bullam, de qua agimus habere vim secundæ jussionis, quo casu non aliæ partes sunt, nisi in parendo, cum adsit clausula, *motu proprio*, notat Baldus *in l. Nec damnosa, Cod. de precibus Imper. offer.* nam clausula hæc, dum non tollit defectum intentionis, nec contra verisimilem mentem disponentis operatur, prout latè infinitis adductis fundat Anton. Gabr. *commun. conclus. lib. 6. tit. de claus. conclus. 2. numer. 20. & 21.* & post Suar. Gig. Menoch. & Mascard. Barbos. *de claus. claus. 79. numer. 49.* & in casu nostro supersedetur in executione, & rescribitur Papæ, quia non benè informatus horum, quæ in supplicatione deducuntur præsumitur, meritò hoc casu clausula, *motus proprii*, vim secundæ jussionis non habet, latè fundat Angu. *de Legibus, d. cap. 5. à numer. 22. cum seqq.* Adeò quòd si secunda, vel tertia emanaverit jussio, non tamen visis supplicationibus, quia in idem incidunt inconveniens, adhuc tamen in earum executione esse superse-

8 dendum, fundavit Salgad. *loc. citat. numer. 26. cum seqq.* & cum hæc supplicatio, & interim retentio executionis sit defensio, & exceptio de jure competens, ut supra fundatum fuit, illas clausulam, *motu proprio*, non auferre dixit Seraph. *decis. 280. numer. 5.* quem refert, & sequitur Barbos. *loc. citat. numer. 49.* ex quibus concludimus cum Bonac. *loc. cit. numer. 43.* Petr. Antib. *de mun. par. 3. numer. 54.* Pontificem præsumi revocasse Bullæ dispositionem, dum ei fuit hoc supplicatum, & ipse adhuc non respondit.

Secundò, concesso pro nunc Bullæ ipsius executionem esse in Hispania, adhuc tamen illam non habere locum in casu, de quo ad præsens agimus dicendum erit, dum accersitus fuit Card. à Catholico nostro Rege ad residendum in Regia Curia ad finem expediendi negotia Coronę pertinentia, ea propter non poterat S. P. mandatis parere, & sic à jure excusatur, quod si à jure admittitur Bullam ipsam hanc interpretationem recipere; ex jure veteri omninò concludimus, dum non est novum à lege veteri novam interpretari.

9 Et quod Episcopus à Rege vocatus, ei obedire teneatur, est Text. expressus *in Can. si Episcopus 18. dist.* ubi tenetur Episcopus ire ad requisitionem Archiepiscopi, nisi eum infirmitas, vel Regis præceptum impediat, & si vocatus fuerit ex ord. S. P. ibi, *aut ad ordinationem S. P. aut ad Synodum invitet, postpositis omnibus (excepta gravi infirmitate corporis, aut præceptione Regia)* cui concord. Text. *in auth. nullus Episcopus, de Episc. & Cler.* ibi, *nisi Princeps jubeat*, quod expresse de jure Hispan. statutum est *in l. 65. tit. 6. p. 1.* ubi statuens Legislator Episcopum non teneri ire ad judicis vocationem excipit casum, quo Rex eum vocaret ibi, *la quinta que no es tenudo de venir, ni lo pueden apremiar, que venga por su personal pleyto ante luzgador seglar, fueras ende si lo mandasse el Rey venir ante si,*

10 Imò vocatus non obediens Regis requisitioni, punitur multa pecuniaria, *in l. 8. part. 3. tit. 7.* ex quibus juribus sumptam esse in Hisp. praxim, ut Ecclesiastici vocentur ad consilium Regis, dixit Greg. Lopez *d. l. 65. verb. el Rey*, adeò enim Episcopi Regi subsunt, ut ei tributum solvere teneantur, quod licet dicat Text. *in can. tributum 23. quæst. 8.* solvitur Imperatori, ad hoc ut eos defendat, quia tamen tributum signum subjectionis, *cap. Omnis anima, de censibus*, dicit Gloss. *in d. can. tributum*, Episcopos Regi subditos esse, quam sequitur Gregor. Lopez *loc. cit.* cum quibus juribus concordant alia adducta per Bovadill. *in sua polit. lib. 2. cap. 18. numer. 61. liter. C*, quod etiam jure divino statutum erat, ut Episcopi Regibus subessent, 4. Regum *cap. 1. & 12.* Exod. *cap. 4. & 32.* obediendum est Regi, hanc autem regulam adeò veram esse dicimus, ut si Epi-

11 scopus vocatus fuerit à suo Metropolitano, & à Rege, prius Regi obedire teneatur, *d. can. si Episcopus, cap. Pastoralis, §. Cum autem, de offic. deleg.* facit Text. *in can. de rebus 12. quæst. 2.* quod apud omnes uno ore admissum videmus, prout testantur Guid. Pap. *decision. 276. & 473.* Azeved. *in lib. 4. tit. 3. l. 13. novæ recopilat.* Bovadill. *loc. cit.* Reg. Valenz. *cons. 4.* Solorz. *de Indiar. jur. lib. 3. c. 27. n. 67. tom. 2.* Oliban. *de Iure fisci, c. 10. n. 6.* & ex Felin. Abb. Bald. Joan. Andr. & aliis, benè fundat Joan. Garz. *de nobil. Hispan. gloss. 9. n. 48.* & latissimè Salsed. *de leg. Polit. lib. 2. cap. 12. à n. 1. usque ad 10.* sed quia ex figura filiorum Israel, hoc deducit Reginald. Polus *in lib. contra Henricum VIII. Britanniæ Regem pro Ecclesiæ unitatis defens. lib. 1. folio 9.* quem refert, & sequitur Azeved. *loc. cit. numer. 6.* quibus captivus sub Rege Babylonico erat non solùm ei parere jussum à Domino, sed quia parere recusarunt, grave ei supplicium irrogatum fuit, dummodo tamen præceptum Regis fines non excederet, adeò quod tres Pueri, quia Regis præcepto non paruerunt, in adorando statuam, quia illud præceptum Regis, fines excedebat, illæsos ab igne fornacis Deus servavit, sic erit in casu nostro: nam tunc Episcopus Regis præcepto obedire tenebitur, cum Papa in concursu Regis non jubeat, semper enim majori obediendum, & deferendum est, cum à duobus diversè præcipitur, *cap. Qui resistit, 2. quæst. 2. l. contra pupillum, §. Qui ad minus, ff. de re jud.* Dec. *in c. Cum parati, vers. Secundo quæro, de appell.* sic decisum testatur Guid. Pap. *loc. cit.* Bovadill. & Azeved. *eisdem locis*, ergo hoc casu non excusabit Cardin. pœnam ex sua non resid. dum ad eam ordine S. P. tenebatur, & sic Regis præcepto parere non debebat, sed S. P. pertinet enim ad illum cura, ad nos obedientia, ad illum vigilantia pastoralis, ad nos humilitas gregis, D. Augustin. *sermon. 63.* non modo enim ovium, sed & pastorum ille unus omnium Pastor, Bernard. 2. *de consid. ad Eug. cap. 8.* & latissimè de dignitate Pontificis, cujus immensitas mensura erit, Sebast. Cæsar. *de Eccl. hier. part. 1. cap. de Roman. Pontif. per tot.* eo magis dum in casu nostro tractatur de re spirituali, nempè de ipsa residentia, quo casu etiam ipsi Reges, & Imperator S. P. subest, idem Cæsar. *loc. cit. §. 5.* quod eo magis in casu nostro locum habebit, dum S. P. mandat Episcopis, ut gregem ei commissum personaliter pascant in eorum Ecclesiis residendo, quod jure divino procedere dixerunt Canonistæ, & Theologi.

Et licet cardo difficultatis hic sit, facilè tamen diluitur, siquidem Episcopus dum vocatur à Rege, & Pontifice, primo parere debet S. P. quam Regi, quia majori est obediendum, casui nostro non adaptatur dum S. P. non vocavit Card. sed tantummodò ei injunxit, ut residere teneretur in ejus Ecclesia, Rex verò suum expostulavit consilium, ut benè, & Christiano more Regna divina providentia sibi commissa gubernaret, ea propter licet Superioris ordine tenebatur residere, ut suas pasceret oves, poterat tamen per substitutum, videlicet per ejus Vicarium hoc munus explicare, prout ante Bullam practicatum, & toleratum erat, consilium verò suo Regi minimè, nisi personaliter adfuisset, quo in casu minori obediendum, dum eodem tempore non potest duobus inservire, ex Joan. Andr. *in d. c. cum parati, & c. fin. verb. comparuerint, de rescr.* tenet in propria materia, dum Episcopus vocatur à Rege, & Papa, Jacobat. *de concil. l. 2. art. 5. n. 33.* subveniendum est enim, cui major urget necessitas, Innocent. & Abb. *in d. ca. cum parati*, benè post omnes Salsed. *loc. cit. n. 16.*

Et licet jure divino Episcopi ad residentiam teneantur, non tamen adeò strictè obligatorium hoc jus permansit, quin licèt derogatione, cassatione, vel dispensatione mutari, interpretatione suspendi non valeat; illam enim longævus usus, Pontificiæ Constitutiones interpretationem dederunt, ut residere Episcopi non teneantur, quoties necessitas urget, obedientia postulat, aut Ecclesiæ, vel Reipub. utilitas requirit; his enim alternativè concurrentibus à residentia Episcopi excusantur, quæ omnia non solùm alternativè, sed cumulativè secundum ea, quæ proponuntur concurrerunt.

Concurrit utilitas Reipubl. nempè Præsidatus Supremorum Consiliorum Aragoniæ, ac Italiæ, & possunt, imo debent Episcopi jura, & causas sæculares commune bonum respicientes tractare, sic ex Cajetan. Sot. Cord. Covar. Azor. Bovadill. & aliis tenet, & fundat Salsed. *loc. citat. numer. 35.* nam licèt Clerici exempti sint ab oneribus mixtis, & personalibus *l. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. capit. 2. ne Cleric. vel Monach.* tamen quia ratione pastoralis officii Episcopis, ac Prælatis, curam gerere, ut justitia exerceatur, quia à nemine melius quam ab Ecclesiasticis ea administratur, ipsos in hac cura versandos, bene concludit infinitis adductis exemplis Salsed. *loc. citat.* adductis etiam Navar. *in manual. Hispan. cap. 27. numer. 214.* Boerius *decis. 17. numer. 2.* Bovadill. *in sua polit. lib. 2. capit. 18. numer. 31.* Vasqu. *de success. creat. lib. tertio, §. 30. numer. 304.* Salsed. *in sua praxi crimin. capit. 61. folio 219.* quod apud

apud Gallos negatur, qui diabolico inflati spiritu dicunt, compertum inter eos fuisse, nunquam damnum temporale Reipubl. afferri, nisi quando Ecclesiasticorum judicio Regnum gubernatur, teste Carolo Grassal. *lib.2. Reg. Franc. jur.* 15. Azeved. *lib.1. tit.4. lib.2. recop. n.1.* quod uti falsissimum reprobat Salzed. *loc. cit. n.44.* non enim hæc suprema officia possunt à laicis, sic benè possunt ab Episcopis, & Cardinalibus experiri, infinitis adductis fundat idem
14 Salzed. *loc. sæpius cit. num.49. vers. Quare sustinendæ*, & in puncto, ut residentiæ præceptum ex Pontificali interpretatione cesset, quando publica urget causa, ex Filliuc. *de stat. cler. tract.41. cap.6. num.29.* Corset. *de pot. Reg. par. ult. num.47.* Crass. *de effect. cler. effect.61. num.2.* Zech. *de casib. reservat. casu 3. num.2.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 53. num.16. & 17.* tenuit, & aliis adductis exemplis fundavit Salzed. *loc. cit. num.71.* & hoc munus posse per Episcopum benè administrari cum utilitate Reipubl. attestante Principe supremo sufficere, benè probavit idem Salzed. *loc. cit. à numer.74. usque ad 90.*

15 Nec obstabit dicere hoc, & si jure communi statutum, expresè tamen prohiberi, ex Trident. Concil. *de reformat. sess.23. cap.1.* ubi dum vult abesse posse Episcopos ab eorum propria residentia, ubi Reipubl. utilitas, ita suadet, subjungit tamen hanc utilitatem à S. P. declarandam, ergo in casu nostro non standum simplici dicto Regis. Sed respondetur hoc procedere, dummodò tamen Principibus à S.R.P. hæc potestas non fuisset tributa, Azor. *instit. moral. lib. 5. cap.14. in fine*, Pater Fragos. *de regim. Reipub. Christianæ, part.1. lib.2. tit. de obligat. modern. Reipubl. de brach. Reg. num.268.* & Reges nostros Catholicos hoc frui privilegio tum vigore concessionis Jona. XXII. de qua mentionem facit Salgad. *de Reg. protect. part.1. cap.1. prælud.2. num. 61.* tum etiam ex Bulla Clementis VIII. edita die 26. Februarii anni 1598. ubi S.P. stabiliens Episcoporum residentiam, & mandans ut resideant, dicit eos teneri ad residentiam, nisi Rex eos ad Curiam vocet, quo casu omisso residentiæ præcepto teneantur Curiam Regis adire, meritò Regum nostrorum mandatis Episcopos omninò parituros, concludimus, præcipuè, dum non perpetua absentia foret, prout latissimo scripto discursu not. Salzed. *loc. cit. num.95.*

16 Nec tandem obstabit dicere etiam hoc casu Episcopos à residentia non excusari, dum expresè S. P. Urbanus voluit eos etiam sub hoc prætextu non excusari in dicta Bulla §.10. nam respondetur illam legem adeò generaliter latam non derogare privilegium concessum Principi sæculari: nam concesso pro non posse privilegio laico Principi concesso derogare (quod alio forsan tempore Deo dante disputabimus, cum & si jus sit Ecclesiasticum, quia tamen sæculari Principi concessum est, sæculare fit, desinendo esse Pontificium, prout ex Grat. Anast. Germ. Bovad. Solorz. & aliis, fundat Salzed. *loc. cit. c.7. n.29.*) adhuc tamen quia Principi fuit à Sede Apostolica privilegium concessum, non censebitur Papam derogare voluisse, Pater Diana *resolut. moral. par.3. tract.1. resol.6.* idem Salzed. *loc. cit.* ratio ea aperta erit, quia in lege generali nunquam comprehenditur speciali privilegio munitum.

17 Suadebat etiam hanc absentiam obedientia debita Regi Principi naturali: nam etsi Clericus ex clericali privilegio exemptus sit à jurisdictione sæculari ex jure divino, Gloss. *in cap. si Imperator, 96. distinct.* non propterea desinit esse districtualis, & provincialis sui Principis, cujus subditus, & homo nascitur; ratione enim universalis dominii, quod Princeps in suo Regno habet, Clerici Regni dicuntur naturaliter, & originariè esse de dominio, & ditione illius Principis, Oldrad. *consf.32. quæstio est utrum Sacerdos*, est text. ubi not. communiter DD. præcipuè Joan. Andr. *in c. fin. §.1. de offic. deleg. in 6.* Gigas *de crim. læs. Majest. in rub. q.63.* hinc inolevit illa communis in toto Orbe Christiano recepta observantia Clericum teneri de crimine læsæ Majestatis sæcularis, prout not. idem Gig. *loc. cit.* & latiùs Farinac. *eod. tit. de crim. læs. Majest. q.112. inspect.7. à n.231. cum seqq.* qui si subditi ob Clericatum non remanerent Principis, cujus homines nati sunt, & reverentiam, ac illa sex, de quibus in Epist. Philiberti, suo naturali Principi laico non deberent, crimine læsæ Majestatis equidem non tenerentur, cum subditus tantùm hoc delicto teneatur. Ideò hanc obedientiam, & reverentiam Principi ab Episcopis subditis debitam noluisse S. P. Urbanum auferre ex dicta Bulla dicendum erit ex supranotatis, & sic ad residentiam non teneri, dum Rex aliter mandat, ad hoc ut ei obedientia exhibeatur dicemus, prout pluries practicatum fuisse refert Campeg. *de Concil. c.11. per tot.*

Ursit eum necessitas, nam Dominus Rex Cardin. residenti in ejus Ecclesia præcepit, ut suam Regalem Curiam adiret, dum ipse Regem suppplicaverat, ut sineret suas pascere oves, S. P. legem allegando, qua sibi hoc præcipiebatur, secunda emanavit jussio Regis ut suam adiret Curiam, ideo non aliæ remanebant Cardinalis partes, nisi in Regis parendo mandatis, *l.1. ff. de just. & jur. auth. ut omnes obediant Iud.* latè Afflict. *ubi add. decis.150.*

Nec obstabit, dicere nullum metum Regiorum ordinum in Card. cadere potuisse, dum Rex non habebat jurisdictionem in personam Card. siquidem clarè respondetur, jurisdictionem contentiosam non habere in Card. sed benè politicam: unde quia ipse inobediens erat Regi, Rex eum potuisset à suis Regnis expellere, & fructus bonorum sequestrare, prout in dies contra Episcopos inobedientes observari videmus, exemplo Salomonis, qui Abjatar Sacerdotem Regno suo exulavit, ac Summo Sacerdotio spoliavit, eo quia sibi inobediens fuit, prout latè post omnes benè fundat, & exemplis comprobat Salzed. *loc. citat. lib. 1. cap.10.* quod tantùm Rex noster Catholicus, & Christianæ fidei verus, & unicus defensor admittit, dum alias Episcopi à Galliæ Rege, qui titulo Christianissimi voce se dicit, ob spretam Majestatem in aream inferiorem Regii Palatii positi fuerunt, atque inibi omnium derisioni expositi, mitra capitibus imposita, Catamidiati, & ignominiosissimè publicè traducti fuerunt, prout referunt Pap. *arrest.27. de jurisdict. sec. lib.1. tit.5.* Luc. *lib.1. tit.4. art. 11.* Mainard. *decis.* 3. *lib.* 2. & Sleid. *de stat. Reip. sub Carolo V.* 18

Dum igitur ob publicam utilitatem, obedientiam, & necessitatem Cardinalis non resedit in sua Ecclesia, & sic non inobediens S. P. fuit; privatus non erit authoritate disponendi, qua vigore Bullæ Gregorii XIV. fruebatur, cum pœna tenere debeat suos authores, & delictum ex voluntate descendat.

Tertiò, quia dum S.P. Urbanus, sub cujus Pontificatu Card. non resedit; dato quod contra Bullam ipse non resedisset, (quod omninò à veritate ex supra positis alienum credo) sententia non declaravit, Cardinalem privatum facultate disponendi vigore dictæ Bullæ ei pœnam remissam, & à Pontifice successore declarari à jure prohibitum dico: nam etsi ipso jure incidisse in pœnam Bulla dicat, sententiam tamen declaratoriam omninò requiri, dixerunt communiter omnes, prout videmus ex Cald. *de emphyt. extinct. cap.17. num.25. cum seqq.* Amic. *de jur. emphyt. quæst.31. num.11. vers. Ratio*, Burg. *de laudem. par.1. inspect.9. num.35.* Gaill. *pract. observat. lib.2. cap.51.* Mising. *observ.77. cent.6.* Cornaz. *decis.192. num.12.* Ursel. *conclus.126. num.475. vers. sed quod plus*, ubi ita decisum per Sacram Rotam testatur Mastr. *decis.193.* Grat. *decis.54. num.12. & discept.863. num.22.* Tomat. *decis.43. numer.3. & 4.* Farinac. omninò videndo *decis. posthum. par.1. decis. 255. num.2.* Magon. *decis. Florent. 16. nu.13.* idem Farinac. *decis. 520. num.8. part.2.* Mattiens. *ad l. Hispan. tit. 9. lib.10. gloss.4. numer.1.* Hieron. de Leo *decis.62. num. 28. 29. & 30. lib.1.* Castill. *decis.74. numer. 22.* & Corb. *de privat. ob non sol. can. q.12. n.5.* & in propriis terminis Bullam ipsam, & si ipso jure Episcopum in pœnam incurrere dicat, sententiam tamen declaratoriam à S.P. proferendam requirit in dicta Bulla, §.11. ibi, *Ut nos, ac Romanus Pontif. &c.* 19

Dum ergo sententia requiritur, & Urbanus S.P. sententia non declaravit, Card. ob non residentiam, in pœnam facultate disponendi privatum, sequitur conclusio communiter ab omnibus recepta, pœnam ipsam non posse à successore declarari, quia Urbanum remisisse Cardinali pœnam jus præsumit, sic ex *gloss. magistr. in cap. Imperialem, §. insuper, de prohib. feud. alien.* per Feder. communem dicunt Molin. *de Hispan. primog. lib.1. cap.9. num.36. & 37.* ubi benè add. Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. gloss.28. num. 35.* Morquec. *de divis. bonor. lib.2. cap.6. num. 91.* Sola *ad const. Sabaud. tit. de jur. emphyt. decr. licet jur. 3. part. gloss.1. num.20.* Author. damnat. mem. *ad Consuetud. Paris. part.1. §.43. gloss.1. num.126.* omnibus melior Cald. omninò videndus materiam latissimè disputans *de emphyt. extinct. cap.18. per tot.* Honded. *consil.81. lib.1. & 80. lib.2.* Menoch. *consil.155. num.17. vol.2.* Nig. Cyriac. *controv.518. num.23.* 20

*numer.*23. & post omnes latè Berlich. *pract. concluſ. lib.*3. *concl.*37. *num.*53. ex quibus ne traducam videbis hanc communiorem, rationabiliorem, & receptiorem apud Senatus noſtram opinionem, nam dum ipſe S.P. in vita non declaravit Cardinalem, in pœnam incidiſſe, videtur illam remiſiſſe, & in puncto in S. P. loquitur Salzed. *dict. lib.*2. *cap.*4. *numer.*2. quod ſecus eſſet, ſi ex defectu voluntatis, vel cauſa non ſecuta, donatio, v. g. revocaretur, in quibus terminis locuti fuere, Bald. *in dict.* §. *Inſuper*, *num.*7. Afflict. *in cap.*1. §. *Porrò*, *quæ ſit prima cauſ. num.*54. & alii relati à Cald. *loc.cit. n.*14. *&* 15. quia tunc videtur jam concedentem revocaſſe, non mirum ſi actio tranſeat ad hæredes, Cald. *loc. cit. num.*26.

Modo non obſtant ea, quæ in contrarium adverſus hanc tertiam concluſionem adduci poſſent; Et primò non obſtat, quod in Bulla expreſsè poteſtas declarandi concedatur etiam ſucceſſori, quia reſpondetur, pœnam non ſolùm tribui à S. P. tunc tempore Bullæ exiſtentis, ſed etiam ejus ſucceſſore, non quod ipſe ſucceſſor poſſit pœnam declarare inobedientiæ commiſſæ tempore prædeceſſoris, & ſic illa clauſula naturam privationis ſequi, ſic ex not. *in l. fin. C. de non num. pecun.* dixit Cald. *loc.cit.n.*25.

21 Secundò non obſtat, quod ipſo jure pœnam Card. incurrit, & ſic ſententia non requirebatur cum ea, quæ in jure, & legibus definita ſunt in judicis poteſtate non ſint, ſed tantùm facti quæſtio in ejus arbitrio poſita ſit, *l. ordine*, *in princ. ff. ad municip. l.*1. §.4. *ff. ad Turpill.* id enim quod per *ll.* fit hominis ſcientiam non deſiderat, arg. *l. apud hoſtes*, *C. de ſuis*, *& legit. cum concord.* adductis à Vom. *de Mora*, *nu.* 19. *&* 20. ſic Arum. *de Mora*, *c.*3. *per tot.* Sed reſpondetur, nunquam jus adeò nudum in facto operari, quin aliqua ipſius facti cognitio requiratur, ſaltem ad cognoſcendum, an factum tale ſit, in quo lex loquatur, nam etſi lex ſemper loquitur, nihilominus ſententiam judicis declaratoriam factum tale eſſe, in quo lex illa loquuta ſit, communiter DD. crebriori calculo reſponderunt, prout ex dict. Chriſt. Vom. *loc. cit. quaſi per tot. d. cap. habebis*, ex Pichard. *in ſuo libello*, *de Mora*, *n.*40. & ex N. Reg. Capyc. Latr. *dec.*21. *prope fin.* ex Ant. Fabr. *in ſuo C. lib.*8. *tit.*30. *de ſolut. diff.*31. benè Eſcob. *de utroque foro*, *art.*4. *de defectu mentis Legiſlatoris*, §.2. *per tot.* unde, & ſi ipſo jure Bulla operetur, tamen ad decidendum an hoc, vel illo caſu locum habeat, ſententiam requiri, idem S. P. in eadem Bulla *d.*§.11. diſponit.

22 Tertiò, tandem adverſus hoc tertium fundamentum non obſtabit dicere, ideò ſucceſſorem non poſſe declarare pœnam commiſſam dum à prædeceſſore hoc factum non fuit, quia prædeceſſor videtur illam remiſiſſe, at hæc remiſſio non poterit ex voluntate S.P. induci, non data ejus ſcientia contraventionis, prout omnes ſupracitati Doctores *in verſ. dum ergo ſententia requiritur*, admittunt; at hoc caſu ignorantia Urbani non probata ejus ſcientia, eſt arguenda, præcipuè ex diſtantia loci, *l. verius*, *ff. de prob.* Salic. *in l. fin. n.*44. *in fin. C. de adult.* idem Cald. *loc. cit. n.*28. & Author damnat. mem. *eod. loco n.*130. Sfort. *de reſt. in integr. q.*20. *per tot.* ergo poterit à ſucceſſore Petri declarari Cardinalem incurriſſe in pœnam.

23 Sed reſpondetur, verum eſſe id, quod dicitur, ſed ſecundùm ea, quæ proponuntur præſumendum, Urbanum Summum Pontificem non fuiſſe ignarum, imò ſcientem non reſidentiæ Cardin. dum Cardinalis ipſe reſedit in Villa Madrit, ubi Nuntius Apoſtlicus manebat, & ad ejus officium incumbat omnium S.P. ſpectantium eum certiorare, & ſic S.P. Urbanum non fuiſſe ignarum, Card. Borgiam in ejus Eccleſia Seviliana non reſediſſe, prout ex Bart. *in l. ſi publicanus*, §. *in omnibus*, *n.*1. *&* 2. *ff. de publ. & vectig.* dixere Cravet. Tiraq. Covar. Mareſc. Guttier. & alii relati à Larr. *alleg. fiſc.*93. *n.*20. Coſta *de facti ſcient. & ignor. inſpect.*72. Octav. Glor. *in reſponſ. pro Vrbe Meſſanæ* 13. *n.*20. *cum ſeqq.* & in puncto in S.P. Farinac. *deciſ.*356. *num.*8. *deciſ.*507. qui DD. communem dicunt hanc opinionem; imò quia hoc caſu non agitur de dimittendo jure quæſito Reverendæ Cameræ, ſed de non querendo, (nam & ſi ipſo jure in pœnam incidere dicat Bulla, ſat tamen ſupra fundatum fuit intelligi ſi Papa voluerit, benè Barboſa *de penſion. quæſt.*9. *numer.* 21.) non eſt qui contrarium dicat: nam idem Joan. Bapt. Larr. *cont. opin. acerrimus defenſor loc. prox. cit.* ex Farinac. *dict. deciſ.*507. hoc admittit, nulli ergo dubium erit, ſolidiſſimum eſſe tertium hoc noſtrum fundamentum, Urbanum S. P. remiſiſſe Cardinali hanc pœnam, dum ſciens non declaraverit eſſe in illam incurſum, meritò ſucceſſorem nolle contrarium ejus, quod prædeceſſor voluerit.

Quartò, quia ante Card. obitum non fuit declaratum, 24 nec per Reverendam Cameram in ſtatum, Cardin. in pœnam privationis poteſtatis teſtandi incidiſſe, ea propter ſicut ad hæredes ejus, cui pœna debetur ſi in vita ſciens non petiiſſet, non tranſmittitur, quia videtur eam remiſiſſe, ut ſupra in tertio fundamento ſcriptum fuit, ſic è contra ſi mortuo eo, qui in pœnam incidit actio non fuit propoſita, contra ejus hæredes proponi non poteſt: nam remiſſa cenſebitur, niſi hæres ex delicto defuncti eſſet locupletior effectus, cùm nemo ex turpi cauſa lucrum conſequi debeat, vel eſſet ex cauſa furti, in odium frequentiæ delicti, ſic ex text. *in l. ſi eum*, §. *qui injuriarum*, *ff. ſi quis caut. in l. pœn. ff. de in jus voc. in l.*1. *ff. de privat. delict. & in l. unic. C. ne ex delict. defuncti*, *in* §. *non autem*, *inſtit. de perpet. & temp. act.* ſcribunt in dictis juribus communiter omnes, quos ut uno verbo referam, videndi erunt Celſ. Hugo *conſ.*33. Burſ. *conſ.*91. Menoch. *d. conſ.*155. *n.*17. Hond. *d. conſ.*80. *n.*9. Cald. *loc. cit. nu.* 29. Morq. *eodem loc. nu.*93. Sola *d. n.*20. Auth. damn. mem. *eodem loc. nu.* 128. quibus omninò videndum addo Vivium *deciſ.*6. Hartam. *q.*27. Guazz. *ad defenſ.*33. *cap.*26. Reg. Revert. *deciſ.*71. *vol.*1. *& dec.*48. *vol.*5. & poſt omnes Berlich. *pract. concl. lib.*5. *concl.*70. *n.*28. *& eadem concl.*37. *n.*55. nam actio ad vindictam, nec ad hæredes, nec contra hæredes tranſit, Bart. *in l.*1. §. *hæredem*, *ff. de priv. delict.* Gomez *in* §. *pœnales*, *n.*13. *inſtit. de action.*

Nec obſtabit dicere, hæredes D. Cardin. locupletari occaſione non reſidentiæ, dum etſi non reſedit, quod eſt 25 delictum, haberet tamen fructus ſuæ Eccleſiæ, quos perderet vigore Bullæ, nam reſpondit Vivius *loc. cit. num.*9. ex text. *in leg.*3. *Cod. ſi pend. appellat. mors intervenerit*, quod mortuo delinquente, & ſic extincto crimine, nulla quæſtio ſupereſſe poteſt, & ſi acceſſorium eſſet delicto, nec verè poteſt dici Cardin. effectus locupletior, cum ille dicatur locupletari, qui aliquid quærit, Reg. Rovit. *dec.*90. *n.*28. *cum ſeq.* quod in caſu noſtro minimè eſt, dum Cardinalis nil ex dicta negata reſidentia quæſierit, dum alio titulo fructus dictæ Eccleſiæ Sevilianæ quæſiit.

Dices hæc omnia attento jure civili procedere, quod ſecundùm ea, quæ proponuntur, non eſt attendendum, dum S. P. diſponit, qui ex doctrina Bald. *in l. ſi quando*, *C. de inoff. teſtam.* & Peregr. *de fideicom. art.*22. *n.*35. ſemper in dubio præſumitur loqui ſecundùm jus Can. at de jure Can. contra hæredes tranſit pœna, per text. *in cap. in litteris*, *extra de raptor. & in c. fin. extra de ſepult.* ergo, ſed reſpondetur jura prædicta fundari in æquitate canonica ad exonerandam animam defuncti delinquentis ab onere peccati, & ſic ut hæres teneatur damnum paſſo ſolvere omnia damna, expenſas, & intereſſe ex cauſa vulneris, v.g. paſſi, prout omnes communiter ſcribunt, quos ultra Viv. & Hart. *loc. cit.* refert Barboſ. *in d. cap. fin. n.*4. quod non eſt in caſu noſtro, cùm non agatur de reficiendis damnis per S.P. paſſis, cum ex non reſidentia Cardinalis nullum damnum pecuniarium Cameræ Apoſtolicæ fuerit illatum, quapropter dum pœna tantùm abſque aliquo damno concurrit, etiam de jure Canonico diſpoſitum, ſecundùm jus civile fundavit Guttierez *canon. quæſt. lib.*2. *c.*18. *num.*52.

Nec dicas, hanc pœnam privationis poteſtatis teſtandi non potuiſſe declarari ante mortem Card. & ſic non valenti agere, non currere præſcriptionem, quia reſpondetur, non ſolùm hanc pœnam infligi abſenti à ſua Eccleſia, ſed etiam amiſſionis fructuum pro tempore quo fuerit abſens, ac privationis regiminis ſuæ Eccleſiæ, quæ omnia licet habeant tractum ſucceſſivum, ſunt tamen actu permanenti, ea propter dum poterat ferri ſententia privationis fructuum, & Præſulatus Eccleſiæ ea non lata (quæ omninò requirebatur, prout poſt omnes ſcribit Eſcob. *loc. cit. nu.*83.) in vita Cardinalis pœna non poteſt pro parte contra hæredes tranſire, pro parte verò ſecus.

Quintò, & tandem, quia inter cæteras pœnas Epiſcopo 26 non reſidenti infligitur, ut ad majores dignitates, & Eccleſiam transferendus inhabilis reddatur, §.4. *in d. Bull.* at Cardinalis fuit deinde ad Eccleſiam Toletanam à Rege nominatus, & à S.P. in ea approbatus, ergo S.P. tranſiſſe pœnas in Bulla contentas dicemus, prout in ſimili in feudatario, & emphyteuſi tradunt DD. quos refert, & ſequitur Corbul. *de cauſ. privat. ob non ſol. can. lim.*21. *nu.*1. *&* 2. *& de cauſ. privat. ob petit. inu. num.*33. & dum ſumus in pœnis, quæ Reverendæ Cameræ debentur, non requiritur, ut Papa dicat, non obſtante Bulla, ad text. *in l. fin. Cod. ſi contr. jus*, *vel*

vel util. public. cum in ipsis pleniſſimum habeat admiſſum, *cap.2. de præb. in 6. Clem.1. lite pend.* latè Monet. *de commut. ultim. vol. c.7. n.161. cum seq.* & præcipuè, *num.171.*

Nec dicas, Bullas pro translatione Cardinalis ad Eccleſiam Toletanam, non fuiſſe intra tres menſes in dataria expeditas, & propterea eſſe nullas, ſervata forma Motus proprii Pii IV. nam reſpondetur, hanc translationem non ponderari, ut Cardinalis fuerit Archiepiſcopus Civitatis Toleti, de qua materia latè per Barboſ. *de off. & pot. Episc. par.3. alleg.119.* ſed ad eliciendam S. P. voluntatem voluiſſe remittere pœnas forſan incurſas per Cardinalem ex non reſidentia, ſic in propriis terminis probat Corb. *dict. lim. 21. num.9.* & ſola Papæ ſignatura jus quæri, quia voluntas S.P. denotatur, pluries in Rot. Rom. deciſum, refert Farinac. *d. dec.356. n.11.* cui addo Larr. *alleg.88.*

Hæc ſunt, Beatiſſ. Pater, quibus ſolidè, firmèque hæredis ſcripti à quondam Cardin. Borgia juſtitia ſubſiſtit, quæque inter fori ſtrepitum, judicialemque palæſtram, quibus premor, anfractibus breviſſimi temporis anguſtiæ uſurpare valui. Profectò ad Tuam doctrinam, & pietatem diriguntur, totam ad tuam æſtimationem remitto, de mei ingenii imbecillitate humiliter ſentiens, ideo ſupra poſitis Tuus calamus addat, & corrigat. Neap. Kalend. Auguſti 1646.

Antonius Miroballus Sac. Neap. Concil. Regius Conſiliarius.

DISCEPTATIO CXLVII.

SUMMARIUM.

1 *Fructus Beneficii jure antiquorum Canonum, ad quem ſpectabant.*
2 *Fructus beneficii jure conſuetudinario, ad quem ſpectabant.*
3 *Fructus beneficii tempore juris noviſſimi, ad quem ſpectabant.*
4 *Spolia ad quem antiquitus ſpectabant, & ad quem in præſenti ſpectant.*
5 *Fructus beneficiorum tempore obitus beneficiati, ad quem pertineant.*
6 *Bulla Pii IV. quæ incipit cupientes, explicatur.*
7 *Clerus Neapolitanus pro majori parte, tranſactus eſt cum Camera ſuper ſpoliis.*
8 *Fructus Beneficii, quando dicantur percepti in Regno.*
9 *Camera Apoſtolica etiam poſt mortem procedit ex illicita negotiatione, licet alias non ita.*
10 *Fructus beneficii ſeparati à ſolo, in vita beneficiati, cujus ſunt.*
11 *Fructus beneficiorum, in quos uſus ſint erogandi ab eiſdem.*
12 *Congrua, ut determinetur, quid conſiderari debeat.*
13 *Fructus pendentes Beneficiorum, ad quem pertineant.*
14 *Fructus civiles beneficiorum, quorum non venerat dies ſolutionis, cujus ſint.*
15 *Fructus maturati, & non exacti, cujus ſint, ex Bulla Iulii III. & Vrbani VIII.*
16 *Tranſactio ſuper ſpoliis quid operetur.*
17 *Diſtributiones quotidianæ cui applicentur.*
18 *Fructus penſionum quibus applicentur poſt obitum.*
19 *Fructus beneficiorum, an dividantur pro rata, & qualiter.*
20 *Beneficiatus, an æquiparetur uſufructuario, an uſuario.*
21 *Fructus ex introitibus percepti ad quem ſpectent.*
22 *Fructus beneficiorum, cui applicentur, in ſtatu Mediolani.*
23 *Fructus beneficiorum, à die obitus percepti uſque ad poſſeſſionem alterius, cujus ſint.*
24 *Fructus in Epiſcopatibus Regiis, qualiter fiant ſucceſſoris.*

ARGUMENTUM.

Fructus beneficiorum, ad quem ſpectabant jure antiquo, & ad quem hodie; Percepti quando dicantur, & quando extantes? quid de fructibus penſionum, & quid de civilibus, & quid de fructibus perceptis ex introitibus, & quid ex Bullis Pontificum, & in ſtatu Mediolani quid ſervetur?

DE EADEM RE.

Fructus beneficiorum qualiter, & quomodo pertineant ad Beneficiatum?

PRO

Epiſcopo N.

CVM

Reverenda Nunciatura Neap.

Reſpondeo plura tempora eſſe diſtinguenda. 1

Primum, fuit tempus primitivæ Eccleſiæ, & ſic juris antiqui Sacrorum Canonum, de quo *in cap. Conceſſo, cap. Quatuor, cum ſeq. 12. quæſt.2.* quo tempore fructus beneficii, dividi debebant in quatuor partes, quarum una aſſignabatur Epiſcopo: Secunda Clericis: Tertia Fabricæ, & Eccleſiarum reparationi: Quarta Pauperibus Chriſti, de quibus neque poterant aliquid viventes donare propinquis ſuis, *cap. præſenti, de offic. ordinarii in 6.* & licet probatiſſimi Clerici judicarentur, qui ſuis victum, & veſtitum præberent, *cap. Omnino*, ubi Gloſſa *in verbo*, ut mercede *31. diſt. cap. Studet 50. diſt.* tamen hoc permittebatur ex magna neceſſitate, *cap. non ſatis, cap. Eſt probanda 86. diſt.* & adverſus illos, qui ut propria ſibi, aut affinibus Eccleſiaſtica bona, jura, & redditus dabant, ſic S. Ambroſius ſcripſit *lib.1. de Officiis, de quo in cap. eſt probanda 86. diſt.* ibi, Neque enim propterea te Domino dicaſti, ut tuos divites facias, ſed ut vitam ſibi perpetuam, fructu boni operis acquiras, & pretio miſerationis peccata tua redimas, putant ſe parum poſcere, præmium quærunt tuum, vitæ tuæ adimere contendunt fructum, & accuſant quod eos divites non feceris, cum te illi velint, æternæ vitæ fraudare mercedem, & ideo *in cap. de Siracuſana, 28. diſt.* dum eligebatur Epiſcopus, fiebat Inventarium bonorum ſuorum, & dabat cautionem, nihil relicturum, ultra id, quod permiſſum fuerat filiis, vel hæredibus, &c. imò nec poterant Epiſcopi, uti in adminiſtratione rerum Eccleſiæ opera ſuorum, nec committere Eccleſiaſtica beneficia ſuis propinquis, Sanctus Hieronymus *lib.3. in Epiſtola Divi Pauli ad Epheſios, cap.6.* & habetur *in cap. legant, 37. diſt.* de quo *in cap. decenter, 89. diſtinct.* quo etiam tempore, licèt potuiſſent propria bona, tam per contractus, quàm cauſa mortis, propinquis donare, non tamen poterant bona, & res Eccleſiæ *cap. ſint manifeſta, 12. quæſt.1.* imò ipſamet Eccleſia ſuccedebat in bonis Clericorum, ſive propriis, ſive qualitercumque quæſitis, Sanctus Hieronymus ad Nepotianum *Epiſtola 12.* ibi, gloria Epiſcopi eſt Pauperum inopiæ providere, ignominia ſacerdotalis eſt propriis ſtudere divitiis.

Secundum tempus eſt conſuetudinarium, quo certum eſt Prælatos, Abbates, cæteroſque alios beneficiatos, fructus omnes facere ſuos, & Beneficiatum, vocant, uſufructuarium in vita, uſuarium verò in morte, Gloſſa *in cap. præſenti, & finali de offic. ordin. in 6.* Regens de Ponte *dec. 12. n.10.* Regens Tappia *dec.45. num.50.* & Jacobus Antonius de Mauro *allegat.67.* benè diſtinguit beneficiatum habentem adminiſtrationem ab illo, qui non habet, primum æquiparat uſufructuario in vita, & uſuario in morte, ſecundum tum in vita, tum in morte æquiparat uſufructuario; de qua re Sanchez *in conſiliis moralibus, lib.2. cap.2. dub.37.* P. Bardi *lib.3. quæſt.1. ſect.1. per totam*, qui loquitur de conſuetudine Regionis ſuæ, &c. 2

Tertium eſt tempus juris noviſſimi extravagantium conſtitutionum SS. Pontificum pro tempore, in materia fructuum beneficiorum Eccleſiaſticorum, & tunc dicuntur ſpectare ad Cameram, uti ſpolia, Navarrus *in cap.* 3

non liceat Papa, 32. *quæſt*.2. Rodoanus *de ſpoliis*, Filliucius, Azorius, & alii *in tract. de ſpoliis diverſorum*, Joan. Franciſcus de Leone *in Theſauro juris, cap*.12. *part*.1. qui definit ſpolia, ut ſint bona Eccleſiaſticæ perſonæ, mediatè, vel immediatè quæſita ex bonis Eccleſiaſticis, vel reditus eorum debiti, quæ non fuerunt ante mortem beneficiati jura impenſa, neç facta jura patrimonialia, nec alteri irrevocabiliter quæſita, aut tandem, quæ fuerant ex illicita negotiatione comparata, ita Barbatus *de diviſione fructuum par*. 2. *cap*.8. *num*.25. P. Franciſcus Bardi *ſelect. moralium lib*.3. *qu*.1. *ſect*.1. qui aſſignat cauſam finalem dictæ diviſionis, quæ ceſſavit ob Clericorum multitudinem, & fervorem charitatis deficientem.

4 Antiquitus verò in talibus ſpoliis, ſuccedebat Eccleſia, quoad beneficiatos cum adminiſtratione, eo quod uſuariis comparantur in morte, quamvis uſufructuariis in vita: hodie tamen ex Bulla Pauli III. quæ incipit *Romani*, *in Bullario fol*.240. ſpectant ad Cameram Apoſtolicam, Navarrus *de redditibus*, §.50. de Leone *d.cap*.12.

5 Ampliatur, ut non ſolùm talia ſpolia, ſed etiam fructus beneficiorum tempore obitus inexacti, qui licet (ex Bulla Julii III. quæ incipit *cum ſicut nobis fol*.504. *in Bullario*) ſpectaverint ad ſucceſſores in beneficio, non verò ad hæredes beneficiatorum, tamen poſtea per aliam Bullam ejuſdem Julii, de qua *in Bullario fol*.506. fuit dictum, Bullam prædictam de fructibus beneficii non exactis, non habere locũ in illis locis, in quibus Collectores Cameræ Apoſtolicæ exiſtunt, & ſic per talem Bullam, fuit limitata diſpoſitio *cap. fin. de offic. ordinarii in* 6. *& cap. quia ſæpè de electione in* 6. per quæ fuerat diſpoſitum reſervari, vacantibus Eccleſiis, eorum ſucceſſoribus.

6 Supervenit poſtea Bulla Pii IV. quæ incipit *cupientes*, *in Bullario fol*.691. per quam fuit dictum ſpectare etiam ad Cameram Apoſtolicam fructus omnes beneficiorum reſervatorum Sedi Apoſtolicæ à die vacationis uſque ad diem, quo proviſi à Romano Pontifice capiunt poſſeſſionem, de manu Nuntii Apoſtolici, quæ Bulla licèt fuerit localis in Regno Neapolitano tantum, tamen ex alia Bulla ejuſdem Pontificis, quæ incipit *cupientes malitiis fol*.700. *in dicto Bullario*, fuit extenſa ad fructus omnium beneficiorum Sedi Apoſtolicæ reſervatorum, ſeu affectorum pro tempore vacantium, & vigore alterius Bullæ, *quæ incipit decens fol*.685. *in eodem Bullario*, fuit ampliatum, ut ſub nomine ſpoliorum, veniant quoque bona acquiſita ex illicita negotiatione, & ex alia Bulla *incipiente Romanus fol*. 695. declaratum fuit, quæ bona comprehendantur, ſub acquiſitis, ex illicita negotiatione.

7 Quia verò in Regno Neapolitano, clerus ſingularum Civitatum, & Diœceſum ipſius ſuper ſpoliis Clericorum, Presbyterorum beneficiatorum, aliorumque in dicto Regno, & humanis pro tempore decedentium, ſe tranſegerunt, ac concordaverunt cum Reverenda Camera Apoſtolica, fuit orta deinde differentia, inter ipſos, & Apoſtolicæ Sedis Nuntium, & Collectorem generalem in Regno, & fuit declaratum per Sixtum V. Summum Pontificem, per aliam ſuam Conſtitutionem, quæ incipit (*cum ſicut accepimus*) omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis etiam Ordinum Regularium, etiam in quocumque menſe pro tempore vacantium, tam ante obitum illorum poſſeſſorum pendentes, & maturatos, ac etiam à ſolo minimè ſeparatos, ſeu nondum exactos, quàm etiam poſt eorum obitum, uſque ad diem captæ poſſeſſionis dictorum beneficiorum, per ſucceſſores in eis maturandos, & decurrendos pro rata temporis à die adeptæ poſſeſſionis, eorumdem beneficiorum, ad ipſam
8 Cameram ſpectare, ac illos eidem Cameræ applicandos eſſe, per quam Bullam ſaltem in Regno, fuit ſopita quæſtio illa, an ſcilicet dicantur fructus percepti, ſi fuerint tantùm à ſolo ſeparati, licèt in horrea non reconditi, vel etiam requiratur reconditio; putabant enim aliqui requiri reconditionem, ita Gloſſ. *in cap. ſi propter, de reſcriptis*, *& in l. ſi fur in princ. ff. de uſufruct. & in d. l. ex diverſo*, *ff. de rei vendicat.* alii dicebant ſufficere collectionem, ita Covar. *lib*.1. *var. c*.15. *num*.12. ſed ex dicta Bulla Sixti, de qua ſuprà, à contrario ſenſu percipitur, ut ſufficiat ſola ſeparatio fructuum à ſolo facta, dum ibi S. P. decernit ad Cameram Apoſtolicam ſpectare fructus illos tantum, qui pendent, ac maturati ſunt, & à ſolo non ſeparati, ut in d. Bulla Sixti V. quæ incipit *cum ſicut accepimus* Romæ data in ann. 1589. de qua Riccius *collect*.657. quam refert Quaranta *in Summa Bullarii*, *in verbo ſpolia Clericorum*, & ſic ad Cameram ſpectant fructus pendentes, & maturati à ſolo non ſeparati, ergo ſeparati, licet non reconditi ſpectant ad hæredes beneficiati.

Noviſſimè verò cum in inſtrumentis compoſitionis ſpoliorum de Ordine Sanctiſſimi per Cameram Apoſtolicam factis in Regno Neapolitano fuerit indultum, ut ex cauſa illicitæ negotiationis factæ per Clericos, & Presbyteros non proſſet procedi, contra ipſos poſt mortem, ſi non fuerit in eorum vita judicium cœptum, agnoſcens Sixtus V. qualiter ex eo fiebant audaciores, & promptiores ad delinquendum, vigore litterarum Apoſtolicarum directarum tunc temporis Nuntio, & Generali Collectori in Regno, ſub die 16. Aprilis 1590. Apoſtolica authoritate, ex certa ſcientia, ac motu proprio decrevit, & declaravit ut poſſit procedi contra ipſos ex cauſa dictæ illicitæ negotiationis, ſive in vita, ſive in morte, de illa conſtiterit, ut ex dictis Apoſtolicis litteris, quas ad verbum inſeruit Quaranta *in ſumma Bullarii, in verbo ſpolia Clericorum*.

Unde ex his infertur primò, jure communi noviori attento, fructus naturales, & induſtriales collectos, & à ſolo ſeparatos, ac etiam civiles debitos, vel maturatos ante obitum beneficiati, etiam non exactos ſpectare ad hæredem beneficiati defuncti, juxta terminos *l. defuncta*, ubi DD. *ff. de uſufr.* Rota *deciſ*.761. *part*.1. *diverſ*. Joſeph. Ludovicus *deciſ. Peruſina* 33. Navarrus *de redditibus beneficiorum quæſt*.2. *Monitorio* 13. *& conſil*.7. *de ſucceſſ. ab inteſt. & conſ*. 3. *de donationibus*, Bonac. *de obligationibus beneficiatorum diſp*.4. *punct*.3. *numer*.8. *tom*.1. Vivianus *de jurepatr. part*. 3. *lib*.14. *cap*.8. *numer*.6. Barboſa *part*.3. *de poteſt. Epiſcopi alleg*.117. *num*. 6. etiam ſi non eſſet per beneficiatum percepti, & in horrea reconditi: ut deciſum refert Bonacina *d. diſp*.4. *part*.3. Tiraquellus *de retract. convent*. §.50. *gloſſ*. 4. quia ſufficit quod ſeparatio à ſolo facta fuerit nomine ipſius Beneficiati, uti præſumitur facta per debentes decimas, & colonos, Navarrus *conſil*. 3. *de donationib.* Belletus *in diſquiſitione Clericali*, *in tit. de bonis Clericorum*, § 15. *num*.50. ſicuti fructus dicuntur conſignati beneficiato, ſi alteri ſuo nomine fuerint conſignati, Calderinus *conſ*. 2. *de peculio Clericorum*, Coccinus *deciſ*.476. quia beneficiatus æquiparatur uſufructuario ſecundum Gloſſam *in cap. ſi propter*, *in verbo primi anni de reſcriptis in* 6. ad quem ſpectant omnes fructus ſuo nomine à ſolo ſeparati, *d. l. uſufructuarius*, *ff. Quibus modis uſusfructus amittatur*, & nota quod tenentur Epiſcopi omnes fructus ſuorum beneficiorum excedentes congruam ſuſtentationem erogare in pauperes, & alia opera pia, ut poſt Sanchez *in opuſculis lib*. 2. *cap*. 2. *dub*. 38. Caſtr. Palaum, Coninchum, Bonacinam, Valentiam, & alios docet Barboſa *de Iure Eccleſ. lib*.3. *cap*.17. *num*.13. 21. *& ſeq*. P. Candidus *tom*. 1. *diſquiſit. diſq*. 18. *dub*.50. P. Bardi *lib*.3. *quæſt*.10. *ſect*.4. ex Triden. *ſeſſ*.25. *cap*.2. *de reform.* ibi: prohibetur Epiſcopis etiam Cardinalibus ne ex fructibus beneficiorum ditent ſuos conſanguineos, & familiares, alii dicunt Epiſcopum quartam partem debere applicare Pauperibus, & ad opera pia alii beneficiati ſextam partem, P. Bardus *dict. quæſt*. 10. *ſect*.4. non tamen peccant contra juſtitiam contrarium facientes, ſicuti neque reſtituere tenentur illi Conſanguinei, & Familiares, qui acceperint ultra congruam portionem, & talis congrua debet determinari ſecundum prudentum circunſtantias, & quæ numerentur ſub congrua, legatur P. Bardus *lib*.3. *quæſt*.10. *ſect*.6. *& ſect*.7. quærit an in determinanda congrua ſuſtentatione ſit habenda ratio dignitatis, & qualitatis ipſius beneficii, & quantò magis eſt dignitas, tanto major requiritur ſuſtentatio Gonzalez *in regul*.8. *Cancellariæ, gloſſ*.15. *num*.39. Garzia *de benefic. p*. 11. *cap*.5. *num*.320. Barboſa *de jure Eccl. lib*.3. *cap*.17. *num*.20. Caſtrus Palaus *tr*.6. *de Charitate, diſp*.2. *punct*.50. P. Bar. *ubi ſuprà, ſect*.7. & an ſit attendenda nobilitas, vel doctrina beneficiati, P. Bard. *ſect*.8. *per totam*.

Quod Corolarium ampliatur, etiamſi fuiſſent fructus locati, & dies ſolutionis affictus venerit: poſt mortem beneficiati, quia de tali affictu, ſeu pretio locationis, quod debetur ratione fructuum, idem judicatur, quod de fructibus, quorum loco affictus ſubrogatur, unde non conſideratur dies ſolutionis affictus, ſed potius tempus perceptionis fructuum, pro quibùs affictus ſolvitur, Bonacina *tom*.1. *in tract. de obligationibus beneficiatorum diſp*.4. *p*.3. *numer*.8. Card. Cavalerius *dec*.104. *n*.5. *& 6*.

Fru-

13 Fructus verò pendentes, & à solo non separati spectant ad successorem in Beneficio, Barbosa ubi supra, Bellettus d. §.15. num.4. & decisum refert Bonacina loc. citat. part.3. num.7. etiam si omnes maturati essent, & proximi recollectioni; post alios Bellettus num.4. fructus enim pendentes, pars fundi sunt, & eadem venditione veniunt, propter unitatem l. fructus pendentes juxta Gloss. ff. de rei vendicatione, & sic procedit textus in cap. Cum vos, de Offic. Ordin. & in cap. fin. eodem tit. in 6. Clem. statutum eodem tit. de elect.

14 Ampliatur secundò, in fructibus civilibus, quorum ante obitum beneficiati adhuc non venerat dies solutionis, quia uti pendentes spectant ad successorem, Tiraquellus d. §. 50. glossa 4. Card. Cavalerius decis.104. Rota apud Pacificum de Salviano interdicto decis.225. num.6. Quod si redditus Ecclesiæ consistant in illis fructibus civilibus, qui dietim percipiuntur, puta in vectigalibus, seu gabellis, operibus servorum, usibus navium, &c. & tunc pertinent ad beneficiatum, usque ad diem obitus, & per consequens ad ejus hæredes, etiam si solutionis dies advenerit post mortem beneficiati, certum est enim, quod hæc dietim percipiuntur, quamvis ratione commodioris exactionis solutio destinata sit ad certum tempus, Gabriel cons.191. n.50. vol.2. Homnedeus cons.85. n.8. vol.2.

15 Ex Bulla verò Julii III. ab Urbano VIII. confirmata, teste Barbosa part.3. alleg.117. n.3. & post part.3. fol.68. disponitur fructus maturatos, & non exactos, spectare ad successores, non autem ad hæredes etiamsi dies solutionis, vivente beneficiato venerit, & per ipsum non steterit, quominus illos exegerit: successoris nomine venit ille, qui succedit in beneficio, sed ubi sunt deputati collectores spoliorum pro Camera, tunc fructus inexacti spectant ad Cameram, Seraph. dec.594. num.14. Ludovicus dec. Perusina 33. Bellettus de bonis Clericorum, §.15. num.11. & 12. Riccius collect.657. part.3. ubi etiam refert, quod ita Julius III. declaravit: & ideo si contraria consuetudo extet quod tales fructus à solo non separati, vel alias debiti ante obitum beneficiati, pertineant ad hæredes, etiamsi exacti non sint, tunc illa est servanda, argum. cap. fin. de offic. ordin. in 6. Bonacina disp.4. p.3. num.7. Rota coram Coccino decis.376. & 476. num.4. Barbosa allegat.117. & Julii III. ac Urbani VIII. Bullas non servari in statu Mediolani, testatur Maceratensis lib.1. var. resol.46. num.4. Garzia part.2. de Beneficiis, cap.1. num.104. Neque in Gallia, & Hispania, ut dicit Navarrus consil.4. de success. ab intestato, & de redditibus quæst.2. num.26. & secundùm hanc consuetudinem pluries judicavit Rota, teste Viviano par.3. lib.14. cap.8. num.11. & Navarrus dixit semper duram visam fuisse Julii III. Constitutionem, & ideo apud Hispanos Collectores solum sunt, pro Ecclesiis Cathedralibus, ut dicit Coccinus decis.376. num.4. quæ quidem consuetudo debet probari, cum solitis requisitis, nempè ex usu Populi, frequentia actus, & diuturnitate temporis, Rota in Brachanensi fructuum coram Pirovano, de qua Barbosa ubi suprà.

16 Limitatur Bulla Julii III. quando Clericus alicujus Diœcesis super spoliis compositionem fecerit, cum Camera Apostolica, quia tunc fructus inexacti, spectant ad hæredes beneficiatorum, quia Clerus in tali casu, in locum Cameræ subrogatur, Vivianus ubi supra, cap.8. num.17. & in hoc considerari debet tenor instrumenti compositionis.

17 Limitatur secundò, in fructibus quotidianarum distributionum, quæ dantur interessenti horis Canonicis, quia cum tales distributiones dentur Clerico servienti pro ministerio, & servitio personali, acquiruntur etiam quoad dominium, itaut de illis in vita, & in morte possit disponere, cap. unico, de Clericis non resid. in 6. Covar. in cap. cum in officiis de testamentis, Parisius consil.33. num.10. vol.4. Seraphinus decis.594. num.6. & ideò Cameræ Apostolicæ minimè debentur, Navarrus cons.20. de celebratione Missarum, Cassadorus decis.6. de præb. Rota decis.665. num.5. part.2. recent. casu verò quo Clericus beneficiatus habeat congruum patrimonium, tunc poterit illud conservare, & expendere fructus beneficii.

18 Limitatur tertiò, Bulla Julii III. in pensionibus, quæ super beneficiis reservari consueverunt, quia tales pensiones inexactæ, ad Beneficiati hæredes pertinent, Rodoanus de spoliis quæst.5. Vivianus cap.8. numer.2. Riccius part.2. resol.118. putant alii, quod pensiones non solutæ, non transmittantur ad hæredes, etiamsi earum solvendarum dies advenerit, quia censentur fructus pendentes eum tempore mortis pensionarii, adhuc extent, & ideò in illis, non succedunt hæredes, sed successores in beneficiis, Garzia par. 2. de Beneficiis, cap.1. num.110. & est quæstio, an tales pensiones debeantur hæredibus pensionarii, pro rata temporis, vel potius pro rata fructuum perceptorum, dicunt aliqui pro rata temporis cum Garzia num.120. Barbosa part. 3. d. alleg.120. n.16. juxta l. divortio, ff. sol. matrim. contrarium sequitur Rota Romana, quæ in hoc observat textum in l. defuncta, ff. de usufruct. ita Caccialupus de pensionibus, quæstion.25. Barbosa ubi suprà, numer.16. Coccinus decis. 327. Cardin. Cavaler. decision.129. num.1. Tondutus de pensionibus...... & ideò tota pensio debetur hæredibus pensionarii, si omnes fructus ante pensionarii mortem percepti fuerint, & si pars fructuum fuerit percepta ante mortem, pars etiam debetur hæredibus, Riccius part.3. resol. 468. Gabriel consil.191. numer.4. lib.2. Coccinus decis.327. num.2. novissimè Bartholomæus Silvaticus consil.29. quia licèt solutio regulariter destinari consueverit in duobus terminis, id tamen fit gratia commodioris exactionis, non quod debeat attendi ratio temporis, Card. Tuschus decis. 189. num.2. lib.2. Cavalerius decis.129. & ideò talis pensio hæredibus defuncti adhuc debetur, etiamsi nondum venerit dies pensionis exigendæ, dummodò fructus jam fuerint percepti, Alexand. consil.157. vol.2. Surdus consil.333. vol. 3. Bellettus §.18. Cavalerius dec.129. dicitur verò integra fructuum recollectio, quæ fit quolibet anno completo, incipiendo à die reservationis pensionis, & perficiendo eodem die anni sequentis, Coccinus decis.327. Cavalerius ubi suprà, num.3. Gabriel cons.191. lib.2. ubi ait, quod tunc fieri deberet divisio pro rata temporis, si fructus dietim percipiuntur, sed si fructus nondum erant percepti, sed tempore mortis pensionarii pendebant, tunc pensio erit successoris, nempè beneficiati pensionem solventis, ut post alios Bellettus de bonis Clericorum, §. 18. num. 1. sicque est pensio separata à beneficio, ideò pensionarii non habent obligationem de fructibus pensionis excedentibus congruam distribuere in opera pia, ut ex probabili opinione docet P. Bardus ubi suprà sect.13.

Infertur secundò, an fructus beneficii mortuo beneficiato, sint dividendi pro rata temporis inter hæredes ipsorum, & successorem in beneficio, an verò cedant in beneficium Beneficiati, quam quæstionem non facilè extricabilem affirmat Felinus in cap. cum ex officiis, col.2. numer.3. de præscrip. & adeò profundam, ut altiorem requirere indaginem concludat Decius in cap. reprehensibilis, col. fin. de appell. adeoque profundam, ut Pontificia decisione indigere dicat Barbatia in cap. fin. de peculio Clericorum, visa tamen fuit aliquibus supervacanea, ex eo, quia Beneficiati hæredes nihil prorsus habere debent de fructibus beneficii: nam acquisita per beneficiatum, & Clericum intuitu Ecclesiæ, mero jure ipsi Ecclesiæ acquiruntur, cap. ad hæc, cap. cum in officiis, de testamentis, cap. finali, de offic. ordin. Jas. cons.76. lib.3. Cosmus Gumier in pragm. sanction. in tit. de annatis, §. Item quod si Ecclesiæ, in verbo acquisitis, Covar. in d. cap. cum in officiis, num.6. Navar. de redditibus, quæst.3. Monitorio 1. quia de consuetudine ubique receptum est, ut possint sibi acquirere, ac in alios etiam transferre, ut probant Covar. dict. lib.1. variar. cap.15. num.12. & Joseph Ludovicus decis.33. num.1. & 15. & sanè talis quæstio pendet ab ea, an beneficiatus æquiparetur usufructuario, an fideicommissario, an verò marito. 19

Prima opinio dicit æquiparari fructuario, & proinde ad instar fructuarii omnes fructus perceptos facere suos, percipiendos verò licet adhuc pendentes tempore mortis, transmittere integraliter ad Ecclesias, vel successorem, nullumq; jus in illis habere, sic desumunt ex l. si usufructuarius, ff. quibus modis ususfructus amittatur, & l. in singulos in fine, ff. de annuis legatis, l. fur, l. si defuncto, ff. de usufruct. §. is verò, instit. de rer. div. per quæ jura sic probant Glossa in l.1. C. de annonis civilibus lib.11. quam in beneficiato notabilem appellat Paulus de Castro in l. divortio, §. non solum, num.50. ff. sol. matrim. & gloss. Canonica, in cap. si propter, in verbo primi anni de rescriptis in 6. Doctores in cap. præsenti in verbo servari, de offic. ordin. in 6. Doctores in cap. fin. de peculio Clericorum, Rota Romana decis. unica, de translatione Prælatorum in antiquis, Corsettus singul.49. Calderinus consil.2. Covar. 1. lib. var. c.15. nu.12. Navar. de redditibus, q.2. Monitorio 13. qui dicunt hanc opinionem in Theorica, & praxi receptam; limitant tamen illam, quoad 20

Episcopos, Abbates, & Priores Conventuales, quorum respectu aliud innovatum jus affert vigore constitutionum synodalium, & de communi testatur Guttierez *lib.1. can. quæst. quæst.33.* Barbosa *in l. Divortio, in principio, num.57. ff. sol. matr.* Velaschus *in praxi partit. cap.26.* Ambros. *decis. Perusina 42. num.7.* qui alios refert Regens de Ponte *decis. 12. num.12.*

Secunda opinio est, quod in vita æquiparetur usufructuario, in morte verò usuario, ex textu *in cap. Cum Marcus Ferrariensis*, ubi notant DD. *de constit. c. Sine exceptione 12. quæst.2. cap.1. 4. quæst.1.* Glossa *in cap. Finali, de offic. ordin. & cap. fin. de pignor.* & dicunt quod in percipiendo est ad instar usufructuarii, sed in disponendo ad instar usuarii, ita Baldus *in l.2. Cod. de Episcopis, & Clericis*, Calderinus *d. cons.2. de Peculio Clericorum*, Cardinalis *cons.110.* & dat rationem, Ancharanus *consil.116.* dicens quod justum est, ut fructus Beneficii, illum magis sequantur, qui Ecclesiæ servit, quam qui servire desiit, & ob id neque testari, neque in successores ab intestato transmittere posse fructus Beneficii, dixerunt Berdacchinus *de Episcopo, par.4. col.4.* & S.Bertrandus *cons.296. lib.3.* Bellon. *cons.3.* Gigans *de pensionibus, quæst.52.* unde potius dicuntur dispensatores, & procuratores, quàm Domini *cap. fin.14. quæst.1.* hæc tamen opinio distinguit Clericum habentem dignitatem, quia habentem dignitatem vocat usufructuarium in vita, & usuarium in morte; Clericum verò Beneficiatum simplicem vocant usufructuarium, ut de communi Jacobus de Mauro *alleg.67.* Reges Tapia *decis.45. numer. 50.* dicit verò Regens de Ponte *decis. 12. numer. 11.* quod secundùm communem lecturam, sive æquiparetur usufructuario, sive usuario semper in fructibus Beneficiorum succedit Ecclesia, & ideò Clericus est in ilis intestabilis, nisi posita consuetudine testandi, vel data ei licentia.

Tertia opinio dicit Beneficiatos esse æquiparandos fideicommissariis, qui transmittunt ad hæredes fructus perceptos, & pendentes *l. Herennius Modestinus, ff. de usuris*, sic Prælatus Beneficiatus transmittit ad hæredes omnes fructus illius anni, sive illi fuerint percepti, sive percipiendi, Gloss. *in l.1. C. de annonis civilibus, lib.11.* Faber *in §. Is verò instit. de rerum div.*

Quarta opinio dicit esse pro rata dividendos inter hæredes Beneficiati prædefuncti, & successores, ad instar fructuum rei dotalis, ita Aretin. *in §. Is ad quem instit. de rerum divisione*, Boerius *cons.23. num.7.* Covarr. *lib.1. var. cap.15. n.12.* Guttierez *lib.1. can. quæst. cap.33. num.9.* Avendannus *resp.3. num.9. concl.1.* Sarmient. *part.4. de redditibus, cap.6. num.13.* Molin. *lib.3. de primogenitura, cap.11. num.4.* Velaschus *ubi supra, cap.36. num.9.* Anneus Robertus *lib.3. cap.3.* Escobar *de ratiociniis, computo 20. num. 13.* Cevallos *quæst.644.* Costa *de portione ratæ, quæst.193.* Barbatus *de divis. fruct. part.2. cap.8. numer.9.* & hæc opinio est verissima, & latè P. Franciscus Bardi *select. Moral. lib.3. quæst.1. per tot. & sect.2. per tot.* qui plures allegat.

21 In redditibus verò, & introitibus quibuscumque Beneficiorum Ecclesiasticorum non exactis tempore mortis Beneficiati, an transeant ad hæredes Beneficiati, an ad successores in Beneficio, dico transire ad successorem Beneficii Thesaurus *decis.144.* Maceratensis *lib.1. var. c.46.* sed non collecti ad hæredem Beneficiati, Gaspar. Thesaur. *in addit. ad Patrem d. dec.144.* qui refert decisum per Rotam Romanam, quod verò superest de quotidianis distributionibus potest expendi ad libitum, uti voluerint, quia debentur uti stipendia laboris P. Bardi *d. quæst.10. sect.11.* de pœnis verò pecuniariis ab Episcopo exactis servata forma Concilii *sess.25. de reform. cap.3.* est quæstio an debeat piis operibus applicare: prima opinio ait, quòd possit, Ricc. *in prax. aurea, decis.387.* Zerola *in praxi p.1. in verbo compositio*, Barb. *alleg. 107. num.18.* Secunda opinio ait, quod non possit; Tertia ait, quod si pauper sit Episcopus possit, legatur P. Bardi *sect. 12.* sportulæ verò habitæ ratione decreti sunt suæ sine ulla obligatione, nec empta ex sportulis sunt bona Ecclesiæ, vel spolia, sed pertinent ad hæredes P. Bard. *sect. 12. per totam.*

22 Infertur tertiò, fructus Beneficiorum ex Bulla Julii III. esse applicandos Cameræ Apostolicæ, eo modo, quo suprà diximus, in illis locis ubi sunt Collectores Sedis Apostolicæ, ubi verò non sunt Collectores, ut in ducatu Mediolani, & Principatu Papiæ ex indultu; vigore Bullæ peculiaris ejusdem Julii III. de qua Cavalcanus *decis.30. par. 5.* Riccius *collect.657.* fuit dispositum, ut fructus Ecclesiasticorum Beneficiorum, collecti in annis præteritis vadant ad hæredes Beneficiati, nec cadant sub nomine spoliorum, & hoc idem in pecuniis inexactis, sequitur Maceratensis *lib.1. var. res.46.*

Vigore etiam Bullæ Pii IV. fructus Beneficiorum quorumcumque Sedi Apostolicæ reservari à die obitus, usque ad diem, quo provisus receperit possessionem, spectant ad Cameram Apostolicam, Beneficiorum verò spectantium ad nominationem Regis, maturantes à die obitus prædecessoris, usque ad diem, quo provisus acceperit possessionem, spectant ad successorem in Episcopatu, ut est generalis concordatio, & consuetudo in Regno, quoad Episcopatus, & Beneficia pertinentia ad Regiam nominationem, Prosper de Augustino *in addit. ad Quarantam, in verbo Beneficiorum possessio, in addit. lit. C*, Regens de Ponte *dec.12. n. 13.* qui refert practicatum Reverendam Cameram consuluisse circa fructus Episcopatuum Puteolorum, Materæ, Cotroni, & aliorum, qui sunt de Jure patronatus Regiæ Majestatis. Fructus verò maturati recollecti tamen, & à solo separati, tempore mortis Episcoporum spectant ad Cameram Apostolicam, & pro ea ad Nuntium, seu Collectorem Generalem in Regno, licèt non adhuc sint repositi in horrea, vel uva non fuerit conversa in vinum, & oliva in oleum, & adhuc stent in area; fructus verò maturati, & pendentes, ac non recollecti, non veniunt sub spolio, sed spectant ad successorem futurum in Beneficio, quod etiam practicari Sabaudiæ refert Thesaurus *dec.144.* qui ait quod quosque de successore provideatur, redditus penes Oeconomum integri conservantur, *cap. Quoniam 75. dist.* quod officium in magnis Beneficiis, facit Camera Ducalis, reducendum Beneficium vacans ad manus suas, quæ consuetudo, ut bona, approbatur, teste eodem Thesauro *decis.131.* 23

24 Sed quæstio est, an successores Episcopi in Episcopatibus Regiis, qui inveniunt fructus maturos, à die obitus prædecessoris, usque ad diem captæ possessionis, faciant illos suos irrevocabiliter, tam quoad usum, quàm quoad usumfructum, quam quoad proprietatem, & dico cum Regente de Ponte *decis.12. num.12.* Cavalcan. *in repertorio suarum decisionum, in verbo fructus percepti*, cum Barbato *de fructuum divis. p.2. c.8. nu.29.* esse quoad usum, seu usumfructum tantùm successorum: nam proprietas illorum erit Ecclesiæ, & converti debet in beneficium, & augmentum ipsius, & ait Regens de Ponte, quod Cavalc. eleganter loquitur, & in conscientia apud ipsum est magnæ authoritatis, & ratio est, quia fructus beneficiorum Ecclesiasticorum conceduntur Beneficiariis ratione onerum, adeo ut attenta rata temporis onerum, illos lucretur, & non ultra, quæ onera non sustinuit Beneficiatus tempore vacationis, ergo de illis judicabitur, sicuti de quibuscumque bonis Ecclesiæ, quæ propriè sunt Ecclesiæ, nec de illis disponere poterit Prælatus, nisi quoad usum, & usumfructum *d. cap. cum in officiis, de testamentis, cap. si nulli, cap. quicumque 12. quæst.5.* sicque bona stabilia Ecclesiæ sunt in Dominio Ecclesiæ particularis, & non Episcopi, vel Prælati, qui solam habent administrationem, ut post alios P. Bardi *lib.3. q.10. sect.3.* quod si Episcopus, vel alius Beneficiatus subtrahat aliquid ex iis, quæ sibi per congrua sustentatione debentur, tunc non tenetur illud erogare in opera pia, sed poterit ad sui libitum disponere secundùm probabiliorem sententiam, de qua Barbosa *de jure Eccles. lib.3. cap.17. num.20.* P. Bard. *sect. moral. lib.3. quæst.10. sect.14. per totam.*

DISCEPTATIO CXLVIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species miseratione digna proponitur.*
2 *Residentia qualiter præcepta, & quando.*
3 *Paræcus quando ob non residentiam, de jure communi privetur fructibus.*
4 *Pius IV. quid disposuerit in Bulla de resident.*
5 *Legis verba, qualiter interpretationem recipiunt.*
6 *Absentia de qua hic, non fuit culposa, & quare.*
7 *Absentia quando valeat sine Superioris licentia.*

8 De-

8 *Defensio injuriæ propriæ, vel Ecclesiæ sufficit ad non residenti.*
9 *Absentia casualis excusat à pœnis non resident.*
10 *Absentia per duos, vel plures dies continuos non punitur.*
11 *Absentia non dicitur, si casu contigat abesse.*
12 *Abesse non dicitur, qui statim est discessurus.*
13 *Carceris fractio non dicitur, quando statim revertitur carceratus.*
14 *Legatum servorum an comprehendat tunc temporis fugitivum.*
15 *Absentia per parum existens, non præjudicat si extet concilii causa.*
16 *Spolium quando permittatur, & in quibus.*
17 *Spolium de quo hic fit vigore Bullarum.*
18 *Absentiæ casus comprehenditur sub Bulla Piana, & quando.*
19 *Absentia quale intervallum admittat.*
20 *Residentia dicitur etiamsi absit per parvum tempus.*
21 *Lex generalis comprehendit casum specialem.*
22 *Absentia sine animo non est punibilis.*
23 *Summum jus summa injuria.*
24 *Residentia qualiter moraliter sumatur.*
25 *Verisimilitudo quantum operetur in probationibus.*
26 *Statutum recipit interpretationm passivam à jure communi.*
27 *Absentia momentanea nulla indiget consideratione.*
28 *Absentiæ causæ quando, & quales.*
29 *Parœcus poterat causa studii abesse olim, nunc non potest, & quare.*
30 *Parvitas materiæ datur in omnibus casibus, & Nuntiatura non vult admittere in residentia.*
31 *Parœcorum spolia ob non residentiam, quando fiant.*
32 *Fructus quibus applicantur ob non residentiam.*
33 *Regula 8. Cancellariæ an comprehendat Episcopum absentem per duos dies.*
34 *Decisio apud Gonzalez in illa Segobiensi habuit contradictores, &c.*
35 *Residentia non ita se habet in Regula 8. ac in Bulla, sed diversimodè.*
36 *Residentia vigore Regulæ est divisiva temporis.*
37 *Absentia quando habeatur pro residentia.*
38 *Residentia Regulæ 8. habet illa verba personaliter.*
39 *Residentia Regulæ continet dictionem duntaxat.*
40 *Residentia Reg. 8. quid requirat.*

ARGUMENTUM.

Absentia Parœci quando privet eum fructibus. Episcopus quam habeat potestatem dispensandi circa absentiam. Regula 8. Cancellariæ dilucidè declaratur, ac Bulla Pii IV. Pii V. & aliorum Summorum Pontificum declarantur.

Aversana prætensi spolii
PRO
Hæredibus quondam D. Antonii Palmerii,
CVM
Promotore Fiscali Reverend. Nuntiaturæ Neapolis.

Auditor Dominus meus Reverendiss. D. Ioseph Maria Consalvus.

1 SUpponitur in facto, quod elapso mense Decembris 1669. Reverend. D. Antonius Palmerius Civis Aversanus, Parœcus, dum existeret, Parœciæ Frignani parvi, ejusdem Aversanæ Diœcesis, stetit per quinque dies infirmus, ibi scilicet in loco suæ Parœciæ, in quo non adsunt Medici nec Aromatarii, propter quod decrevit die 23. dicti mensis Decembris, habita prius licentia in scriptis ab Illustriss. Episcopo Aversano, relicto idoneo substituto ab Illustriss. Domino approbato, in dicta ejus Parœcia, qui curam animarum gereret, se transferre ad ejus, & consanguineorum domum, sitam in eadem Civitate Aversana, ad quam fuit adductus sede portatili, ex dict. Casali Frignani parvi, ob morbum curandum, & sic die 26. ejusdem mensis decessit extra ejus residentiam in mense S. Concil. Tridentin. Episcopo destinato *sess.* 23. *de reform. cap.* 1. §. *eadem omnino, &c.* unde per duos, vel tres dies non habuit residentiam, prætendit nunc Illustriss. D. Nuntius Neap. facere spolia quorumdam mobilium, fructuum, & aliorum acquisitorum, intuitu Parœciæ, & sequestravit jam tum. grani 300. & alia. Ego tamen requisitus de veritate, & ut causam prædictam in Tribunali Nuntiaturæ defenderem ad favorem venientium ab intestato, firmiter 2
assero non esse locum spolio prædicto. Pro dubio tamen videbitur esse locum spolio. Parœci residentia fuit præcepta tum à jure communi, *cap. relatum*, *cap. ex parte cum concord. de Cleric. non residentib.* ubi latissimè Illustriss. Fagnanus, qui *in cap. ex gestis, de Cleric. non resident.* latè agit de residentia Cardinalium, & adducit Bullam Innocentii X. 19. Februarii 1646. quam dividit in octo partes, de quibus ibi: *& in cap. conquerente, & c. de cætero*, agit de residentia Episcoporum, & Parœcorum; tum etiam per Bullas Summorum Pontificum, ut Pii IV. & Pii V. & SS. Urbani VIII. de quibus idem Dominus Fagnanus *in d. cap. ex parte, per tot.* principaliter verò spolium in bonis Clerici fuit injunctum ob non residentiam in Bulla Pii IV. *tom.* 2. *Bullarii anno* 1564. ibi, & in Bulla 65. Pii V. de anno 1568. ubi non residente Parœco fructus, ut spolia Cameræ Apostolicæ tribuuntur, & hæc est Illustriss. DD. intentio, & fundamentum intentionis, quod habere posset Procurator Fiscalis Curiæ Nuntiaturæ, quia vigore Sacrorum Canonum Concilii Tridentini, &c. aliis pœnis puniebatur Parœcus ob non residentiã, sed non faciebat spolia; sed tamen Bullarum dispositiones nihil faciunt ad casum nostrum, etenim mens Summi Pontificis, verba exclamant Pii IV. & V. scilicet castigare contumaciam Clericorum, si uti tales non residebant, & post monitionem sibi factam à Prælatis suis, id coegerint, & hos Clericos puniri mandat Papa pœnis spolii, & hoc est, quod dixit insignis Rodoanus *de spoliis quæst.* 2. *num.* 81. qui per Gloss. *in cap. Pastoralis de appellat.* ait, quod excommunicato non 3
subtrahuntur fructus, nisi hoc sit expressum in sententia, & subjungit, quod Clericus non residens privetur beneficio, non tamen reperitur arctatus, ut fructus restitueret casus, *cap. ex parte, de Clericis non residentibus*, ubi patet de Clerico, qui per annum non residet, & occasione tituli, quem habet, donec priventur fructus percepti: Bullas autem prædictas referunt P. Filliucius *de spoliis Clericorum*, *c.* 8. *in fine*, Joannes Franciscus de Leone *in thesauro fori rubei, lib.* 3. *c.* 3. *n.* 50. & P. Brancatus *in suo compend. Conciliorum in verbo spolia Clericorum.*

Et de residentia Parœcorum fuit dispositum in Concilio Lateranensi 3. *cap.* 13. & in Conc. Senon. *in decretis cap.* 11. ubi in magna necessitate dispensatur *c. licet Canon. de elect. in* 6. & hoc sub pœna peccati mortalis, & privationis fructuum pro rata, quæ non poterit condonari Concil. Trid. *sess.* 13. *de reform. cap.* 1. in necessitate Episcopus per bimestre dispensat, & concedere potest licentiam, etiam in scriptis ultra bimestre, sed causa debet esse gravis, & tunc remanet pro eo Vicarius approbatus ab Episcopo Concil. Trident. *ubi supra*, P. Lamia *in* 1. *tom. Conciliorum*, *fol.* 690. & Prælatus, aut Curatus, qui non residet, non potest percipere fructus beneficii, nisi absit ob necessitatem Ecclesiæ, sed de his poterit Episcopus disponere, ita Concilium Coloniense *cap.* 9. Pater Lamia *in verbo residere fol.* 759.

Quia ergo Pius IV. loquutus fuit in casibus particulari- 4
bus absentiæ Clericorum, ut per se patet possumus ad casum de quo agimus in præsenti extendere, quando D. Antonius Palmerius, decessit per duas dies ante mortem sine ulla contumacia, imò cum febre maligna, ex qua deinde mortuus est post die sequenti: quia, ut benè Emanuel Themudo *decis.* 55. *tom.* 1. omnia verba legis, vo- 5
luntatem accipiunt, interpretationem, modificationem, & limitationem ab æquitate, vel causa, justa suadente, *l. licet autem is, ff. de arbitris, leg. Divus, ff. de in integrum restit.* Glossa *in l. stipulatus sum* 125. *in verbo continuo, ff. de verb.* ubi post Bart. Angel. & alios tradit Jason *num.* 2. *&* 3. Glossa *in cap. licet, in verbo absque exceptione, de elect.* Glossa *in l. si filiusfamilias, in verbo causam, §. fin. ff. de procurat.* sic

sic quælibet generalis lex infringitur, & limitatur per rationem naturalem, Abbas *in cap. ut debitus honor, numer. 36. de appellat.* & si Parœcus esset solitus, mortuum extra Parœcia non dicitur in culpa, qui actum solitum, & contractus facit, *l. pignore, §. fin.* ubi Bart. post *gloss. 1. in verbo dolum, ff. de pignor. act. leg. si quis sit fugitivus, §. apud Labeonem, ff. de ædilit. edict.* Farinac. *consil. 60. num. 108. lib. 1. cap. objiciuntur, 32. quæst. 2.* & hoc accedente præsertim tolerantia Prælatorum, juxta textum *in cap. 20. de constit. cap. inter corporalia, ad finem,* ibi majorum secutus errorem de translatione Prælatorum, Gloss. *in cap. 1. de postulat. Prælator. in verbo de cætero,* & fuit sententia Glossæ *in cap. Denique, 4. distinct.* similis Glossa singularis, ibi reputata per Abbatem *in cap. cum Venerabilis, in verbo migrasse de consuetudine,* & Giurba *consil. 72. num. 8. & sequentibus,* Cancer. *lib. 3. variar. cap. 50. numer. 12.* dicunt, quod faciens id, quod ab aliis est solitum fieri, non est in dolo, imò neque in culpa, & ad solum Episcopum pertinet facere præceptum, ut Parœcus resideat, Ricc. *par. 1. dist. 145.* & semper quod pœna veniret imponenda pro facto negativo, semper requiritur monitio, seu interpellatio, *cap. ex parte, cum tribus seqq. de Clericis non residentibus, l. si ex legati causa, ff. de verborum obligat.* Themudo *decis. 55. n. 42.* cum ergo in præsenti nulla præcesserit monitio, nec poterat præcedere, quia in ultimis constitutus D. Antonius, ob defectum Medicorum, & aliorum accessit ad domum propriam ad se curare faciendum, ubi ergo eo mortuo fundatur spolium?

6 Probatur secundò, quia non est culposa, neque pro culpa debet reputari absentia pro defensione juris suæ Ecclesiæ: Idque etiam servata forma motus proprii Pii IV. de quo supra, quando laici petunt habere in Ecclesia aliquod jus contra consuetudinem Ecclesiæ, *cap. 20. de consuetud.* & ob injuriam illatam Parœco in sua Ecclesia, & officio, censetur facta Ecclesiæ, *cap. Cum consideret, cap. Contingit de sentent. excommunic.* ubi Abbas *nu. 10. c. 20. de pœnis,* Farinac. *in prax. crim. quæst. 105. inspect. 6. nu. 291. & 292.* Bovadilla *in Politica, tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 42.* Maranta *in Prax. part. 6. in princip. num. 40.* at pro se quando jura suæ Ecclesiæ habetur pro præsente, *cap. ex parte il 2. de Cleric. non residentib. cap. Cum non deceat, de elect. in 6.* Oldradus *cons. 48.* Navarrus *cons. 10. de cleric. non resident.* Sayrus *d. 17. eod. tit.* Et quia residere nihil aliud est, quam Ecclesiæ inservire, *cap. Cum quærentes, de Cleric. non residentib.* quia talis absentia resultat secundum utilitatem suæ Ecclesiæ, licitè poterit absentari, Ricc. *collect. 633. p. 3. & coll. 1233. par. 4.* Garzia *de benefic. part. 3. cap. 2.*
7 *num. 49.* Neque ad hoc requiritur licentia Superioris, quia jus illud concedit Garzia *ubi suprà, n. 50. & 69.* Ergo si pro defensione Ecclesiæ licitum est Parœco abesse, vel pro defensione injuriæ propriæ, ut latè fundat Menoch. *cons. 94.* & in simili casu consuluit Decian. *cons. 34. a num. 47. tom. 4.* & pluribus adductis resolvit Covar. *lib. 20. variarum, cap. 20. num. 7.* Ricc. *decis. 68. num. 4. part. 1.* Glossa *in cap. fin. in verbo satisfaciente 90. dist.* & ex Text. Singularis *in l. Quæ omnia, §. nec ferendus est, in fine,* ibi (*Cæterum ferendus est pudorem suum purgans,*) *ff. de Procuratorib.* ubi Bart. *num. 3.* Potest tamen dari licentia Parœco, ut possit esse Vicarius Generalis alicujus Episcopi. Sed hodie spectat ad S. P. & ad Eminentiss. Cardinales Sacr. Congreg. ut ait Ulpianus *in praxi judic. test. cap. 48. n. 66.* Additio ad Navarrum *cons. 15. de Cleric. non resid.* & neque ipsemet Episcopus potest uti opera Parœc. in visitatione, seu alio servitio suæ Diœcesis, nisi pro tempore durum mensium & tunc relicto idoneo Vicario, seu substituto ex declaratione Sacr. Congreg. apud Possevinum *de offic. curat. cap. 1. numer. 12.* Garzia *de benefic. part. 3. cap. 20. num. 41.* Riccius *in pract. part. 1. resol. 546.* & qui sit talis idoneus substitutus dependet ex approbatione Episcopi, ut ex Trid. *ubi suprà sess. 23. cap. 1.* Quod si Parœcus abfuerit per sex, vel octo dies, potest substituere aliquem approbatum ad audiendas Confessiones, ut de communi dicit Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 53. num. 106.* ubi etiam ait, quod Parœcus potest abesse per duos, vel tres dies, non festivos, si tunc nullus in Parœcia esset infirmus, etiamsi nullum substituat, quia consuetudo prima Interpres ita declarat, etiam apud viros timoratos, & si tunc contingat mori aliquem sine Sacramentis, non peccabit Parœcus, quia rationabiliter absfuit Possevin. *de offic. curat. c. 1. n. 5.* Anton. *de regim. Eccles. lib. 3. de benefic. cap. 12. n. 17.* ait eam esse justam causam litigandi, ob pudorem suum conservandum, nam verecundia est pudorem suum incultum relinquere, ex *l. Miles, §. So-* 8
cer, ff. ad l. Jul. de adulteriis, l. Julianus, ff. Si quis omissa causa testam. ubi interesse, & lucrum anteponunt vitæ bonis, & probat text. *in l. Reprehendenda, Cod. de instr. & subst.* ex eo, quod sit major ex Aristot. 4. *Physicor.* quem refert Cassaneus *in Catal. gloriæ Mundi, consid. 1. part. 1. in Director. Iudic. Eccles. part. 2. cap. 14. num. 20.* Si ergo bonum, & vita æquiparantur, *l. Isti quidam, ff. Quod metus causa, l. Ista causa, ff. de Manumissis, in d. gloss. in l. Suspectus, in-* 9
stit. de suspect. tutorib. potuit Parœcus abesse pro suæ vitæ defensione, sicuti pro suæ Ecclesiæ defensione dicebat: Bulla Pii IV. non obstante, quia recipit interpretationem à jure communi, *l. Commodissimè, ff. de lib. & posthum.* Ergo sicuti jure communi licitum erat Parœco pro lite suæ Ecclesiæ, & abesse cum licentia Superioris, scilicet sui Episcopi, erit etiam licitum pro suæ vitæ defensione ad se adjuvandum infirmum, ut benè Fagnan. *in cap. Relatum, de Cleric. non resid.* ubi est pro nobis posita licentia Episcopi, Pyrrus Conradus *de dispensationibus lib. 5. cap. 7. vers. tertia,* Laert. Cherub. *in Compendio Bullarum, in Bulla Pii V. 65. fol. 94. lib. 2.* Antonell. *de Regimine Eccles. tom. 1. lib. 3. cap. 12. n. 21.* D. Riccius *part. 1. in praxi resol. 645.*

Probatur tertiò, quia residere verbum non est, ita arcta- 10
te intelligendum, ut Parœcus nunquam discedat, juxta tradita per Cardinalem *in Clement. 1. quæst. 12. num. 11. de foro compet.* Et licet absens ex justa causa abesse non dicatur, sed præsens esse censetur, *cap. Ex parte el 2. cap. ad audientiam in fine de Cler. non residentib. cap. unico eod. tit. in 6. l. quæsitum, ff. de leg. 3. l. Seja, §. Pamphilæ, ff. de fundo Instit. l. Si quis datio, ff. ex quibus causis majus habentia, ff. de reg. jur. §. Hi enim instit. de excus. tutor. gloss. in cap. de cætero, in verbo in servitio, de Cleric. non resident.* Navar. *cons. 8. de Cleric. non residentib.* Mandos. *in regula Cancellariæ 16. quæst. 32. & in reg. 32. de impetrat. benefic. per obitum familiarium Cardinal. q. 22.* unde Doctissimus Mascard. *cons. 1221. n. 25. 26. & 27.* loquens de teste informato deponere de possessione continuata, dicit quod concludit, licet aliquo tempore non viderit possidere.

Probatur quartò, quia ille qui casualiter abest, non di- 11
catur abesse, *d. l. Quæsitum 78. §. fin. ff. de leg. 3. l. Hujusmodi, §. Legatum, ff. de leg. 1. l. 1. C. de verb. signif. l. hæres absens, ff. de Iudiciis, l. facto 35. ff. de hæred. inst. §. Generali, §. Uxori, ff. de usufruct. legato, cum aliis adductis per Abbatem, in cap. Rodulphus num. 9. de rescript.* Boer. *d. 13. num. 51. usque ad fin.* Salzedus in add. ad Graviza Bermedi Diaz *c. 54. à n. 27.* Decius *cons. 533.* latè Mandosius *cons. 18. nu. 13.* Neque dicitur abesse, qui statim est reversus, *l. postliminium, §.* 12
captivis, l. nihil, ff. de captiv. l. 3. ff. de divortiis, c. divortium, de pœnit. dist. 1. §. Pavonum, inst. de rerum divis. cap. præsenti 34. §. Idem est, de præb. in 6. plura notat Rebuff. *de privileg. scholarium, privil. 235.* Concil. Trid. *sess. 23. de reform. cap. 1.* Quoniam autem aliquantisper tantum absunt, ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, qui statim reversi sunt, quod ponderat Achilles de Grassis *dec. 13. n. 4. de privilegiis,* Gomezius *in reg. de impetrandis Beneficiis vacantibus per obitum Cardinalium quæst. 17. à num. 6.* Baldus *in auth. Habita, n. 41. Cod. ne filius pro patre,* Nicolaus Milleus *in suo repertorio in verb. præsens in loco,* sic videmus, quod uxor reversa divertisse non videtur, *in l. Quidquid calore, 48. ff. de reg. jur.* sic non dicitur fractor carce- 13
ris, qui animo redeundi recedit & postea brevi tempore redit, ut sit Hyppol. de Marsiliis *de fidejussoribus, nu. 43.* quod idem dicit Aviles *in cap. Prætorum, 18. in fine, in gloss. in verbo carcer, num. 44.* Sic non dicitur versum, quod non durat versum, ut in *l. si pro parte 6. ff. de in rem verso, cap. ad nostram de Regularib. & in cap. de illis, de desponsat. Impuber.*
Sic legatum factum de servis existentibus in fundo, quando 14
Testator decessit, comprehendit etiam servum, qui tunc temporis in fuga erat, & postea in eodem fundo esse solebat: nam qui est in fuga, dicitur esse in loco, à quo recessit, *l. hujusmodi 84. §. Legatum, ff. de leg. 2.* sic etiam licet quis sit absens à Diœcesi, tamen si sit in Romana Curia communi Patride, præsens esse dicitur, *l. Nec non 18. §. Si cum in Provincia,* ubi notat Bart. *ff. ex quibus causis majores.*

Probatur quintò, quia ille, qui parum distat à loco, cen- 15
setur esse in eodem loco, & habetur pro præsente, *l. Nil, ff. de captivis, d. §. Pavonum,* Gomez *in regula de impetrat. benefic. per obitum familiarium Cardinal. quæst. 22.* imò potius consideratur persona, ubi amat, quam ubi animat, id est,

est, ubi de persona reperitur, Bald. *in Auth. habita, Cod. Ne filius pro patre, num.21. in fine, per text. in l.2. §.fin. & in d.l.nihil, ff.de captivis*, Simonetta *de reformat. quæst.*35. *num.*14. nec dicitur mutare sedem, qui non mutat mentem, *cap. scias frater, 7.quæst.*1. Ancharan. *in cap. præsenti, de præb. in* 6.

16 Unde sic argumentor, concludendo certum est per Sacros Canones, & Concilium Tridentinum Parœcum non residentem, non facere spolium, sed posse beneficio privari, terminis tamen habilibus certissimum est ex Bulla Pii IV. & Pii V. de quibus supra Parœcum non residentem facere spolia ad favorem Cameræ, sed tales Bullæ Pontificiæ recipiunt interpretationem passivam à jure communi *ad l. commodissimè, ff. de lib. & posthum.* & hoc est, quod ait Sacra Congregatio apud Sartiam, & Doctissimum Armendariz, quos refert, & sequitur Barbosa in Tridentin. *sess.*23. *cap.*1. *de reform. numer.*69. ibi: *Per motum proprium Pii V. publicatum de anno* 1568. *super residentia Canonicorum habentium Parœciales, non fuisse oblatam Ordinarii facultatem, ita & taliter, quod non possit juxta formam Concilii Tridentini aliquibus justis de causis licentiam concedere recedendi à Parœcis ad aliquod tempus, modo ea utatur intra limites præscriptos à Concilio d. sess.*23. *c.*1.

17 Ergo si spolium Cameræ fit vigore Bullarum, de quibus supra, & istæ recipiunt interpretationem à jure communi, scilicet à Concilio, & secundùm Concilium potest Parœcus abesse ex causa legitima posita licentia Episcopi, R. D. Antonius abfuit per tres dies cum licentia Episcopi, ut certum est, & absentia fuit talis, in qua neque fuisset requisita talis licentia ad notata per Illustriss. D. Fagnanum ubi suprà, quodnam spolium bone Deus poterit Camera prætendere in bonis ejusdem mortui, post tres dies à recessu,
18 quando Bullæ contra contumaces loquuntur, nec casum hunc comprehendere possunt de absentia, tam modica, tam rationabili, & fundata in illis omnibus, de quibus Sancta Synodus *in dicta sess.*23. *cap.*1. *de reformat.* ubi latè Barbosa, cum de minimis non curet Prætor, *l. scio, ff. de in integ. restitut.* Antonius Corsettus *de minimis, part.*1. *num.*50. Hippol. de Marsil. *in Rubrica, de fidejuss. numer.*76. Anton. Gabr. *lib.*1. *in tit. de præsumpt. conclus.*12. novissimè Joannes Theodor. Speigel. *de Medico cap.*10. *per totum*, ubi *in addit. ad cap.*8. latissimè agit minimum intervallum, minimamque distantiam attendi non debere, *l. pro locis, l. mediterranea, Cod. de annonis, lib.*10. Corsettus ubi suprà, *num.*3. Avendan. *de exequendis mandatis, part.*1. *capit.*5. Rodoanus *de rebus Ecclesiæ, non alienand. quæst.*9. *à num.* 52. *usque ad finem*, & plura alia notabilia pro minimis non curandis recenset Sebast. Medic. *de reg. jur. usque ad num.* 222.

19 Probatur quintò, quia continuum recipit aliquod intervallum, *cap. fin. juxta gloss. de verbor. signific. Auth. de judicibus, §. sedebunt, l.*1. *vers. si tamen, ff. de flumine publico*, Tiraquell. *de judicio, in rebus exig. numer.*77. *cum seqq.* ubi *à num.*10. *usque ad* 104. *cumulat.*95. casus in quibus de modicis non curatur, & 57. casus in quibus etiam de modicis est habenda ratio, in præsenti verò habendam rationem liquidò constat casus dictæ brevissimæ absentiæ fuit justissima, & necessariissima cum D. Antonius existens in extremis, ad seipsum curandum in Civitate Aversæ accessit, unde propter Christianam charitatem augen-
20 dam, & necessitatem urgentem fuit accessus, & ideò non dicitur recessisse à propria Parœcia, quia residere dicitur in propria Ecclesia, qui per duos dies discessit, vel fuit occupatus, ut Patrono ejusdem Ecclesiæ in temporalibus reverentiam præstaret, argumentum text. *in cap. piæ mentis, & cap. Frigentius*, 16. *quæst.*7. cum additis per Roccum de Curte *de jure patronat. in verbo honorificum, numer.*1. per Lambertinum *lib.*3. *quæst.*1. *artic.*1. *cum seqq.* bonus text.
21 *in capit. sanè 7. quæst.* 29. tum quia nulla lex quamvis generalis, & rigorosa censetur excludere casum specialem urgentis necessitatis: nam necessitas non habet legem, *cap.* 2. *in fine, de observat. jejuniorum*, & facit licitum, quod alias esset illicitum, *cap. quod non est de reg. jur. in* 6. latè Menoch. *de arbitr. c.*182. plures cumulat Gonzal. *in regula* 8. *gloss.*6. *q.*4. *à num.*44. *& gloss.*8. *num.*47.

22 Probatur sextò, quia in hoc casu, tam justo, tam necessario, & momentaneo possent bene applicari illa omnia, quæ de absentia casuali, & sine animo Doctores considerant per textum *in leg. si quis ita*, 8. *ff. de condit. & demonstr.* ibi: *Quia non omne momentum emissum est, at cum liberis sit, sed si non mentem, & propositum habeat, immo si contrarium diceremus, nimis dura, & scrupulosa esset lex residentiæ, quod dicendum non est, ex l. posthumus*, 12. §. *non potest, ff. de injusto rupto*, Summum itaque jus summa injuria, & onus est, *cap. Serpens, de pœn. distinct.*1. Cassad. *decis. unica, de rerum permutat.* nec sunt verba legis semotè intelligenda, *l. quid venditor*, 18. *ff. de ædilit. edict.* Sed 23
cum aliquo temperamento, sunt accipienda, *l. quod dicimus*, 105. *ff. de solutionibus, leg. promissor, ff. de constituta pecunia*, nec verba legis sunt ironicè intelligenda, Gloss. *in verbo aliquis, in leg. damni infecti stipulatio*, 18. §. *si is qui, ff. de damno infecto.* Unde cum dicimus Parœcum debere residere, illum verbum residere, non est amare intelligendum, ut numquam inde discedat, sed satis est, quod debitis temporibus resideat, ut dicit Abbas *in capit. ex parte*, 24
il 2. §. 3. *de Cleric. non resident.* Grammat. *consil.*3. Rota *decis.*505. *part.*1. *diversor.* & qui multum emungit elidit sanguinem, *cap. denique juncta gloss. in verbo sanguinem supra dicto.*

Probatur septimò, ex verisimili, quia verisimile est, 25
quod si Pius IV. & Pius V. aliique Pontifices, qui Bullas fecerunt de residentia Clericorum, Parœcorum, &c. interrogati fuissent de casu nostro ad favorem Parœci respondissent, & sic habetur pro expresso, ut ex *leg. tale pactum*, §. *fin. ff. de pact.* ubi Jas. *num. fin.* Cassador. *decis.*24. *in fin. super Regulis Cancellariæ*, Antonius Gabriel *in tit. de Regulis juris, conclus.*10. *numer.*1. tum quia omnia verba legis, vel statuti, quamvis sint generalia, & præcisa, recipiunt tamen modificationem ab æquitate, vel causa justa pendente, *l. is, ff. de arbitr. l. Divus, ff. de in integr. restitution.* Gloss. *in dict. l. stipulor, ff. de verbor. obligat.* quoniam æquitas est mater exceptionis, ac paria illam, *l. qui æquitate*, ubi Glossa, *ff. de doli mali except.* sic quæcumque lex generalis limitatur per rationem naturalem, ut dicit Abbas *in cap. ut debitus honor, numer.*38. *de appellat.* unde Bart. *in l. omnes populi, numer. ult. ff. de justitia, & jure*, ait, quod omne statutum interpretationem ratione subjectæ materiæ, de 26
qua loquitur: nam materia præstat nobis facultatem interpretandi, ergo cum Bulla Piana fuerit facta ad puniendam Parœcorum, aliorumque non residentium contumaciam, ut apertè apparet ibi, & propterea non contentatur solùm de pœna privationis servatis servandis, ut in Tridentinum *sess.*23. *de reform. c.*1. habetur, quomodo poterit applicari cum de Antonio Palmerio in casu de quo agitur.

Probatur octavò, quia Parœcus, de quo loquimur di- 27
stabat per unum milliare cum dimidio à sua Parœcia, quando mortuus est, unde dicebatur in conspectu propriæ Parœciæ, decessisse argumentum text. *in l.*1. §. *Si jusserim, ff. de acquir. possess.* ubi Jason *num.*10. Covarruv. *lib.*3. *variar. c.* 16. *numer.*50. nam tempus absentiæ, & locus fuit ad modum momentaneum, quod non duravit, nisi per duos dies, & cum animo redeundi ad Parœciam, prout ad eam mortuus adductus fuit; unde illico reversus dicitur, quia illud dicitur illico fieri, quod intra triduum fit, *l. fin.* ubi Glossa ibi (illico autem, id est intra triduum,) *Cod. de consuetudine*; momentaneum autem temporis intervallum, non inducit nec actum, nec locorum diversitatem, sed identitatem conservat, nec de illo curandum est, *leg. Et si post tres, ff. Si quis cautionibus, cap. potuit de locato, & conducto*, ut benè Spreiger *de modico, cap.*10. *& in addit. ad capit.*8. Corsettus *de minimis part.*1. *num.* 50. Phanutius *de manente temporis per tot.* & propterea Marcus Serio *de officio, & potestate Parœci, disput.*8. *difficultate unica quæsito* 20. putat ex causis à Concilio expressis, non teneri ad re- 28
sidendum, nec ad fructus restituendos, & inter alios ponit Christianam charitatem; secundo urgentem necessitatem; tertio debitam obedientiam, quæ debetur Papæ, evidens Ecclesiæ, vel populi utilitas, & licet ante Concilium non tam præcisa requirebatur, residentia cum potuisset Parœcus abesse causa studii cum Ordinarii licentia, *cap.* 29
Cum ex eo 3. *de elect. in* 6. Diaz *in praxi Canonica, cap.*50. hodie tamen, quia Parœcus fit per concursum talis licentia dari non potest, latissimè D. meus Fagnanus *in d. cap. Ex parte, & toto tit. de Clericis non residentibus*, D. Corradus ubi suprà *lib.*5. *cap.*7. *per tot.* post verò Bullas arctissima est residentia Parœcorum, non tamen iniqua, non injusta, amara, & immutabilis, ut esset illa, de qua in præsenti.

Et causa ista debet approbari ab Ordinario, Possev. *de Offic. Curat. cap.*1. *numer.*24. Barbos. *part.*3. *collect.*83. *num.*99. *& seq.*

& seq. qui dicit absentem cum causa gravi sine licentia Ordinarii, licèt peccet ob inobedientiam, non tamen tenetur ad fructum restitutionem, immò etiam nota, quod sicuti Parœcus omittens Canonicas preces, debet restituere tertiam partem, vel quartam fructuum pro rata, ita Canonici, aliique habentes obligationem residendi, restituere debent dimidiam, ut dicunt communiter DD. interpretantes Bullam Pii V. de quibus Bonac. *disput.*1. *qu.* 59. *punct.*3. *numer.*20. Diana *part.*2. *tract.*12. *de horis Canonicis resolut.*8. asserentes Parœcum, non residentem teneri restituere quintam partem, Bonacina ubi suprà, *& punct.*4.

30 Probatur nonò, quia in Ecclesia S. Dei, datur materia levis, & parva pluribus in casibus, ut in juramento promissorio, in laboribus in die festivo, & carnium in diebus prohibitis in jejunio Ecclesiastico, in implenda pœnitentia Sacramentali, in acceptatione personarum, quoad conferenda beneficia, in executione operum injunctorum in injunctione pro indulgentiis, & in ætate requisita ad matrimonium, & ordines sacros, in interruptione Novitiatus, in egressu, & ingressu clausuræ Religionis, in recitatione horarum tam ex obligatione Ordinis sacri, quam Beneficii, in surreptione gratiæ. Item in furto etiam Reliquiarum sacrarum, & in juramento promissorio, in formis Sacramentorum, quoad attendenda ejusq; interruptione, & conjunctione cum materia, in lectione, & retentione librorum prohibitorum, in actione, & auditione missæ, in celebratione post meridiem, & celebratorum cum vestibus sacris, & additionibus in Missa, aut Officio Canonico, in violatione interdicti, cum percussione Clerici, dimittere habitus Religiosi, & tonsuræ Clericalis, & in omnibus excommunicationibus. Item in omnibus reservatis, in præcepto correctionis fraternæ, in invidia judicio temerario, detractione in patrimonio requisito ab ordinario, in communicatione cum excommunicato, in mendacio habito in confessione, in negatione debiti conjugalis, & in alienatione rerum Ecclesiæ, quæ omnia, vel nulla sunt peccata, vel saltem eorum aliqua sunt venialia, ut latissimè Diana *part.*5.*tract.*50. *per totum*. Ergo sola Reverendiss. Nuntiatura in materia residentiæ non admittit parvitatem materiæ ad finem faciendi spolia Parœcorum; quando per duos dies causa tam gravi non resident, quando Bulla Piana hunc casum non comprehendit, ut supra dicimus, nimis rigorosa lex, immò non lex esse debet pro hoc casu quando necessitas non habet legem, ergo posita necessitate tam urgentissima, non dabatur talis lex, unde non est mirum si DD. agentes de residentia Parœcorum, talem casum non enumerent de tali brevi residentia, quando Bulla loquitur cum contumacibus, ut videre est apud D. Barbosam in Trident. *sess.*13. *cap.*1. *& de potest.Paræci*, *cap.ut Themudo*, *d.*55. Antonellus *fol.*206. *tom.*2. Rota *decis.*24.*&* 25. apud Zacchiam *de modico legali*, Episcopus Maranta *part.*2. *capit.*19. P. Fragosius *fol.*759.*&* 781. idem Maranta *part.*3.*responso* 62. Tondutus Sanligerius *lib.*1. *capit.*12. *& capit.*102. & si jure communi ante Bullam privabatur fructibus, quos debebat dare pauperibus, vel ad opera pia applicare, ut post alios Cardinalis de Lugo *tom.*1.*de justitia*, *disput.*4.*sect.*4. *num.*52. Molina *disput.*147.

31

32 Corduba de Lara *lib.*1.*quæst.*18. Sanchez *lib.*2. *consilior. cap.* 20.*dub.*4. Bonacina *tom.*2. *disput.*1. *quæst.*5.*punct.*4.*numer.*8. Toletus *lib.*2.*summæ*, *cap.*12.*num.*1. Castrus Palaus *tom.*2.*disput.*2.*Puntualis*, *numer.*11. latissimè, & novissimè Thomas Hurtadus *de residentia*, *resolut.*18. *tom.*1. & alibi; ergo ab ista residentia vigore Bullæ, excusat, excusabitur Parœcus ob justam, & rationabilem causam, ut spolium non faciat.

Probatur, quia Camera Apostolica habet actionem ad spolia non per sententiam, sed ratione directi dominii, quod habet in fructibus Ecclesiæ vel in fructibus, & rebus acquisitis, occasione Ecclesiæ, in cujus locum fuit à Papa Camera supposita Rota *decis.*815. & post alios Rodoa. q.10. *de spol. per art.* ergo nisi absuerit contumacia non intrat privatio, quia est pœna.

33 Neque dicas, quod in casu Regulæ 8. Cancellariæ, ut Episcopus, qui obtinuit alternativam, illa gaudere possit, requiritur residentia præcisa, ex facto illo, quod occurrit de mense Aprilis anno 1603. ubi Episcopus Segobiensis postea Compostellanus effectus, post acceptatam alternativam, & continuatam residentiam, factam in propria Diœcesi, postquam intellexit, quod Reges Catholici accesserint ad insignem Domum Encurial, à propria discedens Diœcesi Segobiensi per quatuor milliaria dumtaxat distantem, & in conspectu Territorii dictæ Diœcesis existentem statim accessit ad eamdem domum, ac Reges Catholicos visitavit, & statim ad suam residentiam continuandam accessit, à qua Diœcesi solummodò absuit per duos dies, nempè die 13. & 14. prædicti mensis Aprilis, quo quidem tempore unum beneficium vacavit, de qua vacatione notitiam habuit, dum rediret, illudque contulit D. Hieronymo de Padilla suo Vicario Generali, & postmodum alius obtinuit provideri à Sede Apostolica de eodem beneficio, uti reservato ex eo, quod vacaverit durante absentia, unde orta fuit controversia, utrum in dicto beneficio intraret alternativa, vel potius esset reservatum, & fuit decisum 26. Martii de anno 1604. coram Reverend. D. Justo, non vocari alternativum, sed potius reservativum refert Gonzalez *in d.Regula* 8.*Cancellariæ*,*num.* 8. *in fin.*

Respondeo enim primò prædictam decisionem plures habuisse contradictores, ut idem Gonzalez *in fin.* refert, quia licet revera de tempore vacationis, Episcopus non esset præsens in propria Diœcesi, tamen erat propè Diœcesim, à qua solum per quatuor milliaria distabat, & ideò apud Diœcesim erat, & residebat: nam qui propè Diœcesim est, apud Diœcesim esse dicitur, *l.penes te*, 63.*l.id apud se*,143.*ff.de verbor. significat.* & sic videmus, quod quamvis Papa non sit intra domum S. Marci, quando signat supplicationes, sed in Monte Quirinali, nihilominus ponitur data apud S. Marcum, per Text. singularem, *in capit. præsenti* 34. *in princ. de præb.in* 6. ubi illud beneficium dicitur vacare apud Sedem Apostolicam, ut sit reservatum, quod vacavit in locis vicinis ipsius Sedis Apostolicæ,& Curiæ Romanæ. 34

Respondeo secundò, quod diversa est ratio residentiæ ad finem gaudendi alternativa, ac residentiæ ad finem faciendi spolium, quia residentia ad finem faciendi spolium, dependet à Bulla Pii IV. incipiente in suprema Bulla, de qua Navarrus *de spoliis*, tunc etiam Bulla Pii V. quæ incipit, cupientes idem Julii 1568. *in Bullario*, *num.*64. ubi residendo in Parœcia, lucratur fructus, & in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis lucratur distributiones, tamen quotidianis exceptis. Residentia verò Episcoporum ad finem gaudendi alternativa dependet à Regula 8. Cancellariæ, & datur in remunerationem residentiæ alternativa prædicta, Gonzalez *in glossa* 41. *per tot.* nam si Episcopi non resident pluribus puniuntur pœnis, de quibus in Tridentin. *sess.*6.*capit.*1.*de reform.* *& sess.*24.*de reformat capit.*1. & in dictis Bullis Pii IV. & Pii V. ac in Bulla P. Urbani VIII. & Innocentii X. super residentiam Cardinalium, Patriarcharum, Episcoporum, &c. de quibus Fagnanus *in dict.cap. Relatum*, *& cap.ex parte, de Clericis non residentibus*, & latissimè, ac novissimè Thomas Hurtadus *de residentia per duo integra volumina*; inter istas verò residentias est diversitas, quia in Regula 8. præcipitur residentia vera realis, & actualis, ac omninò continua; primo enim illa dictio (*quamdiu*) posita in Regula de sui natura est divisiva temporis, & restrictiva ad veram, & personalem residentiam, & certum casum, ita ut extra illum cesset dispositio per textum *in l.*4.*ff.de servitutibus*, *l.Pater Severinam*,*§.fin.ff.de condit.& demonstrat.* Secundò, quia *in d.Regula* 8. stat illa dictio (*verè*) quæ requirit veram, & realem, ac actualem residentiam, & omnem fictionem excludit, ex qua si veritatem consideremus impossibile est, quod absens etiam ex causa justa, vel ad modicum tempus sit præsens, unde Navarrus *consil.*8. *num.*6.*de Clericis non residentibus*, dicit, quod Capitulares, qui resident Romæ de mandato sui Capituli, pro agendis causis, & negotiis Ecclesiæ non possunt dici verè residentes, quia palam est, eos non verè residere; igitur cum Regula Cancellariæ loquatur de verè residentibus, apertè resultat, quod excludit fictè residentes, & præsentem: nam fictio numquam convenit cum veritate, Jason *in leg. si is*, *qui pro emptore*, *numer.*18. *ff. de usucapionibus*, Everardus *in loco anni fictionis*, *num.*50. Menoch. *de præsumpt. lib.*1. *præsumpt.*8. *num.*10. 35 36 37

Respondeo tertiò, quia *in dicta Regula* 8. Cancellariæ stat illa dictio (*personaliter*) quæ est præcisa, & exigit realem, veram, ac personalem residentiam, *cap. fin.* *§.is autem*, ubi Abbas *num.*1. *de offic. deleg. Clem.*1. juxta Gloss. *in verb.Publicè*, *& personaliter*, *de vita*, *& honest.Cleric.* 38

*ric.*Lambert.*de jure patron.lib.*2.*p.*1.*qu.*11.*art.*1.*num.*3. Tiraquell.*in legibus connubialibus, gloss.*6. *num.*31.

Facit quartò, quia *in Regula* 8. *Cancellariæ*, stat illa di-
39 ctio (dumtaxat) quæ est limitativa ad solam residentiam veram, personalem, continuam, & præcisam, ad exclusionem fictæ, & impropriæ residentiæ, *c.ex pœnitentibus*, 50. *dist.Clement.*1.*in princip.de sequest.possession.& fruct.*Everar. *in loco natura dictionum taxativarum,num.*20. Mandos. *consil.*18.*num.*4. *&* 5. dictiones autem taxativæ formam imputant, cujus transgressio vitiat actum, Felin. *in c.ex parte*, *n.*7. *de constitut.* unde si *Reg.*8. *Cancellariæ*, requirit veram, & personalem residentiam dumtaxat, ad hoc, ut alternativa locum habeat, apertè sequitur, quod ficta residentia, non posita, & quod absens ex justa causa, & ad modicum tempus quamdiu abest, non potest fieri alternativa in beneficiis de tempore talis absentiæ vacantibus.

40 Confirmatur hoc totum, quia *in d. Regula* 8. quod non solùm habetur, quod ad hoc, ut Episcopus gaudere possit alternativa, debet verè, & personaliter dumtaxat residere, sed etiam quodcumque est disponitur in fine, quod acceptatio alternativæ debet fieri in propria Civitate, vel Diœcesi, alias non teneat, ut latè Gonzalez *in regula* 8. *gloss.* 62. *à numer.*20. quia verò requiritur realis residentia propria, fuit decisum in una Salamantina Canonicorum præcisè, quæ non ita præcipitur; illa verò Bulla Pii V. quod verò residentia Bullæ inducens privationem fructuum, & spolii fuit ob contumaciam delinquentium, & contra eos, qui gloriantur cum male facerent, ergo ad unam ad aliam longissimæ sunt differentiæ, nec de una ad aliam extendi *l. Papinian. exuli*, *ff. de min.* Quia ergo *Regula Cancellariæ*, requirit veram, & personalem residentiam ad hoc ut alternativa locum habeat apertè patet, quod ficta residentia non prosit, & quod absens ex justa causa, & ad modicum tempus, quamdiu abesse non potest frui alternativa non poterit.

41 Confirmatur hoc totum, quia *in d. Regula* 8. non solùm habetur, quod ad hoc ut Episcopus gaudeat alternativa debeat verè, & personaliter dumtaxat residere, sed etiam, & quod magis est disponitur in fine, quod acceptatio alternativæ debeat fieri in propria Civitate, vel Diœcesi, aliàs non teneat, ut latè Gonzalez ubi suprà.

Visis nostris allegationibus ab Auditore Consalvo, & ab Illustrissimo D. Nuntio Gallo fuit absolutus hæres à spolio, & Processus est in eadem Curia Nuntiaturæ Apostolicæ Neapolitanæ.

DISCEPTATIO CXLIX.

SUMMARIUM.

1 *Petitio Isabellæ de Auxilio à Curia Episcopali Aversana adducitur.*
2 *Instrumentum fundationis factum à quondam Ioann.Baptista de Auxilio notatur.*
3 *Testamentum ejusdem adducitur, & hæredes enunciantur.*
4 *Præsentationes Dom. Alessii legitimo tempore factæ sunt.*
5 *Clericus Nicolaus de Auxilio venit in judicio, & qualiter.*
6 *Odium Ioannis Baptistæ, & Clerici Nicolai probatum.*
7 *Parentelæ nomine strictè, & secundum communem usum loquendi, qui veniant.*
8 *Parentela, quos comprehendat, considerata agnatione.*
9 *Parentelæ nomine naturales, quando, & qualiter veniant.*
10 *Parentelæ nomine quando veniant legitimati, per rescript.*
11 *Parentela quando descendentes ex fœminis comprehendat.*
12 *Verba fundatoris afferuntur in præsenti.*
13 *Consanguineorum appellatione qui veniant.*
14 *Cognati spirituali cognatione an veniant sub nomine consanguineorum.*
15 *Statum requirens consensum consanguineorum, continet masculos tantum.*
16 *Consanguineorum appellatione, an veniant naturales.*
17 *Consanguineus tripliciter dicitur, & qualiter.*
18 *Sanguis in jure quid importet.*
19 *Textus in l. sanguine 12. ff. de Manumiss. vindicta adducitur.*
20 *Textus in l.2. ff. unde cognati adducitur, & explicatur.*
21 *Textus in l. qui adoptionem 23. ff. de adopt. adducitur, & commendatur.*
22 *Iuris vocabularia, cognatos vocant de sanguine.*
23 *Fusarii cons. 27. & 49. adducitur pro nobis, & qualiter.*
24 *Sanguinis appellatione, quando veniant cognati.*
25 *Natus de sanguine tali, quis dicatur.*
26 *Sanguinis appellatione, quando veniant fœminæ.*
27 *Seminis appellatione qui veniant.*
28 *Proximior de sanguine, ac de genere idem est, & in qua materia.*
29 *Buratt. decis.775. ponderatur ad propositum.*
30 *Generis appellatione, qui veniant.*
31 *Dictio (&) qualiter copulet, & conjungat.*
32 *Copula, & interdum non copulativa est, & quando.*
33 *Copula, & inter duo idem significantia quid importet.*
34 *Copula, & quando dicatur declarativa.*
35 *Copula, & inter genus, & speciem limitat, non conjungit, nec alteratur.*
36 *Argumentum ab absurdo, est validius.*
37 *Dispositio legati, majoratus, vel fideicommissi, ac omnis alia non comprehendit odiosos testatori.*
38 *Fideicommissum vocans agnatos, non vocat masculos, & odiosos testatori.*
39 *Iudex non recedit à præcepto testatoris, nisi ob causam inimicitiæ.*
40 *Inimicitia præsumitur durare, licet moriatur quis confessus.*
41 *Inimicitia causata per testatorem excludit, ab utili ejusdem.*

ARGUMENTUM.

In præsentatione juris patronatus quisnam præferri debeat, nepos ex sorore testatoris, vel frater consobrinus ejusdem testatoris? & quid si unus ex concurrentibus esset odiosus testatoris? quinam veniant appellatione parentelæ, appellatione consanguineorum, & appellatione sanguinis, an scilicet comprehendantur naturales tantùm adoptivi, legitimati per rescriptum, & descendentes tam ex masculi, quàm ex fœminis.

AVERSANA JURIS patronatus,

PRO

Reverend. D. Alessio David,

CVM

Clerico Nicolao de Auxilio.

Domina Isabella de Auxilio memoriale porrexit Reverendiss. Vicario Aversano die 28. Maji 1663. dicens, 1
qualiter sub die 27. Februarii 1644. quondam Joannes Baptista de Auxilio ejus frater germanus, fundavit per actum inter vivos, quoddam Beneficium simplex juris patronatus laicalis, sub titulo Sanctæ Mariæ Laureti, in altari majori Sanctæ Mariæ Gratiarum, ejusdem Civitatis Aversæ dotavitque Beneficium prædictum duobus petiis territorii, uno modiorum duodecim, & alio modiorum undecim, quodque disposuit, ut esset ejusdem fundatoris, suorum hæredum, & successorum, cum onere celebrandi duas Missas in omni hebdomada in perpetuum, pro Anima ejusdem fundatoris, eximens à tali onere primum Cappellanum præsentatum; simulque

que disposuit, ut præsententur illi Clerici, vel Sacerdotes, qui erunt magis uniti, & viciniores vinculo parentelæ, & sanguinis eidem fundatori, suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum, dicta ergo quondam Isabella anno præterito dum vivebat comparuit in Curia Aversana, pro exequutione tam piæ voluntatis testatoris, ob mortem sequutam dicti Joann. Baptistæ fratris petiit: ergo Isabella assensum Curiæ prædictæ, ut juris est, estque hæres universalis ejusdem Joann. Baptistæ, necnon donataria universalis, prout asseruit fol. 1. à tergo fides præambuli qualiter est hæres Joann. Baptistæ, & quia testamentum fuit factum à Joanne Baptista de anno 1660. donavit deinde hæreditatem prædictam eidem Isabellæ suisq; filiis legitimis, & naturalibus ex nunc pro tunc sequuta morte, qui Joann. Baptista mortuus fuit 25. Januarii 1663. octogenarius.

2 Pro parte dictæ quondam Isabellæ: ut obtineret, assensum à Curia Episcopali Aversana, fuit productum instantia fundationis factum sub die 25. Februarii 1644. cum illa conditione, ut præsententur Clerici, aut Sacerdotes propinquiores in vinculo parentelæ, & sanguinis eidem fundatori, suorumque hæredum, & successorum perpetuum, simulque producitur assensus Oeconomorum S. Mariæ Gratiarum, qui consensum præstant, ut ibi fundetur beneficium, quibus visis justè simulque gratiosè concessum fuit Curiæ beneplacitum die 30. Maji 1663.

3 Quia verò Joann. Baptista in suo testamento condito 21. Maji 1660. fecit hæredem particularem Magdalenam de auxilio ejus sororem, eique reliquit jus præsentandi, tum eidem Magdalenæ, tum Clerico Matthiæ Taglialatela filio ejusdem Magdalenæ, & nepoti ejusdem Joann. Baptistæ, & hæredem universalem Isabellam de Auxilio aliam sororem, in quo testamento licet revocaverit prædictam fundationem jurispatronatus, tamen nulla est habenda de ea revocatione ratio, vulgatis terminis.

4 Ideò legitimo tempore tum Magdalena de Auxilio, tum ejus filius Clericus Matthia Taglialatela præsentarunt coram Ordinario procuratore mediante Reverend. Sacerdotem D. Alessium David filium dictæ Isabellæ, & nepotem, ac consobrinum respectivè dicti Clerici Matthiæ, quibus competere jus præsentandi, habetur in codicillis 21. Junii 1660. eumdem D. Alessium præsentat Isabella ejus mater, testatoris soror, die 11. Junii 1663. qui quidem D. Alessius præsentatus intra legitima tempora, nullo canonico impedimento detentus, pro expeditione institutionis, & Bullarum ad sui favorem institit.

5 Contra hanc institutionem faciendam & investituram in personam Reverend. Dom. Alessii concedendam ad exemplum *leg. final. Cod. de edict. D. Adr. toll.* quod in beneficiis etiam practicari dicunt communiter cum Argellio *lib. 1. per tot.*

Ex quo præsentatus à personis legitimis intra tempora, & constito de existentia, ac pertinentia jurispatronatus non poterat denegari eidem præsentato.

Comparuit non præsentatus, & nulla facta mentione per viam exceptionis, ac actionis, quia per viam actionis nullum habet jus, ex quo non præsentatus, & qui præsentatus non est, institutionem habere non potest, *capit. decernimus*, 16. *quæst.* 7. Lambertinus *de jure patronatus*, *qu.* 6. *principalis*, *art.* 20. 1. *partis*, 1. *libri*, & ex sola oppositione nullum jus acquisitum in re, vel ad rem Cassador. *decis.* 18. *num.* 50. *de præb.* Gonzalez *ad regulam* 8. *glossa* 9. §. 1. *num.* 88. *& seq.* Rota in parlam. Palentina Cappellaniæ 14. Novembris, Ferentillus ad Buratt. *decis.* 55. *litt. B*, *decis.* 605. per viam forsitan exceptionis dicere debebat, per viam exceptionis dixi, quia exceptio de jure tertii potest opponi, quando est exclusiva intentionis agentis, *l. fin. Cod. de rei vend.* Menoch. *consil.* 1. *num.* 320. Peregrinus *art.* 48. *numer.* 46. *&* 70. de Petris *de interpretat. ultim. volunt. fol.* 194. *num.* 15. Fusar. *consil.* 49. *num.* 16. comparuit inquam Clericus, & Doctor Nicolaus de Auxilio, dicens ad ejus aures pervenisse, fuisse fundatum jus patronatus ab Isabella de Auxilio, & quod ipse tamquam frater consobrinus testatoris, & fundatoris, habet interesse in negotio, quæ comparitio non intimatur, & in alia dicit non esse hæredem, qui valeat præsentare eumdem comparentem, nihilominus ut de parentela, & sanguine servata voluntate testatoris ei debetur præsentatio, ac institutio, & etiam instat dari curatorem hæreditati jacenti, ut valeat eum præsentare.

E contra verò Reverend. D. Alessius articulavit, & probavit Clericum Nicolaum fuisse odiosum fundatori, ob lites quas habuerunt simul, & quod numquam Nicolaus visitavit in infirmitate eumdem Joannem Baptistam fundatorem, ut deponunt fol. 36. super 6. fol. 38. & 39. & quod post mortem neque dedit signum mœstitiæ, & doloris, lugubribus se induens fol. 39. à tergo, Franciscus Cartonus, Clericus Joannes Pappacoda, Hieronymus Puccia, folio 41. de visu, quod cum Joannes Baptista stipulatus esset instrumentum cum Clerico Nicolao, post Nicolai discessum vidit Joannem Baptistam terram deosculantem, ac Deo benedicentem, ex quo Nicolaum à se divertisset, quem non ampliùs videre voluisset, quod idem deponit Vincentius Varavallus fol. 43. & de testibus lugubribus non adhibitis post Joannis Baptistæ mortem deponit etiam D. Anellus Piccolus fol. 45. Carolus de Januario fol. 48. & legatur quæso depositio Joannis Andreæ Buonocore fol. 50. & à ter. qui dicit, quod dum associabatur Joannem Baptistam ad audiendum sacrum, obviam ei venit Nicolaus, qui non salutavit eumdem Joannem Baptistam, nec caput eidem aperuit, & petens testis de hoc à Joanne Baptista; ei dixit: *Che non si era mai tirato con il detto Clerico Nicola, perche havevano sempre litigato insieme*, & quod non gestavit vestes lugubres super 7. fol. 51. de litibus fidem faciunt Scribæ M. C. V. & S. C. folio 63. & 64. De affectione erga Reverend. D. Alessium deponunt omnes super 5. 6. & 7. & quod hic erat de sanguine suo legantur testes à fol. 38. *cum seq.* 6

Quos testes cum voluisset repulsare Clericus Nicolaus porrexit articulos impertinentes, & de directo contrarios, fol. 76. & solùm probavit unico teste Carolum de Januario solitum examinari, fol. 89. nec dicit, in quibus causis, &c. 7

Facti serie proposita Reverend. Domine fore, & esse instituendum in jure patronatus, de quo agimus Reverend. D. Alessium David, clarissimè probabo, & sanè primo, quia proximior de sanguine est, quam sit Clericus Nicolaus. Secundò, quia benemeritus fundatori, odiosus verò dictus Clericus Nicolaus.

Quoad primum certum est Reverend. D. Alessium esse filium ex sorore fundatoris, sicque in tertio gradu cum eodem. Nicolaum verò fratrem consobrinum, seu patruelem sicque in quarto gradu, de parentela fundatoris est Alessius, cujus parentelæ nomine, & appellatione veniunt omnes parentes utriusque sexus usque ad tritavum, supra quem dicuntur majores, non autem parentes, Angelus *consil.* 268. Cravetta *consil.* 159. *num.* 3. Perez de Lara *de anniversariis, & Cappellaniis*, *lib.* 2. *num.* 24. Cardin. Tusch. *tom.* 6. *litt. P*, *concl.* 82. qui post Alexandr. *consil.* 21. *num.* 4. *lib.* 6. subdit, quòd verbum parentes licet intelligatur de ascendentibus, tamen potest etiam significare parentelam, & sic ex communi usu loquendi comprehendit sanguine conjunctos, & parentela importat idem, quod agnatio, & consanguinitas, ut ex Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1 *glossa* 8. dixit Carpan. ad statuta Mediolanensia *tom.* 1. *cap.* 414. *num.* 48. ac proinde adaptatur ad agnatos, cognatos, & omnes collaterales, Parisius *de confid. benefic. quæst.* 31. *num.* 43. Rota *dec.* 513. apud Farinac. *part.* 4. *divers.* & sic omnes admittuntur descendentes sive juris cognationis, sive collaterales ab eodem stipite cognati, &c. *cap. Parentela* 25. *quæst.* 5. *cap. fin.* qui Clerici, vel voventes Gloss. *in clement. unica de jurejurand. in verbo parentela*, quod si ratio agnationis conservandæ habita esset, ut quia parentes masculi sunt vocati, tunc non venirent, nisi agnati Fusarius *quæst.* 365. *num.* 4. in præsenti non fuit habita ratio agnationis, quia hæredibus, & successoribus, & fœminæ admissæ fuerunt à fundatore in alienis familiis nuptæ, ergo dicendum est, quod sub nomine parentelæ à testatore expressæ continentur omnes utriusque ascendentes usque ad tritavum, *l.* 4. §. *Parentes, ff. de juris vocando, l. jurisconsultus*, §. *Parentes, ff. de Gradib.* Sebast. Medices *regul.* 2. *num.* 9. Anchar. Junior. *lib.* 3. *quæst.* 6. *numer.* 15. Campanilis *in Diversorio juris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 26. *num.* 76. Peregrin. *de Fideicomm. art.* 22. *num.* 21. *& cons.* 51. *numer.* 10. *lib.* 4. Mastrill. *decis.* 256. Fusar. *de substitut. quæst.* 363. Gratian. *cap.* 977. *numer.* 3. qui tamen dicunt, quod secundum communem usum loquendi, qui attenditur in hac materia veniunt sub nomine parentelæ omnes agnati, & cognati, tum descendentes, tum transversales, &c. 8

Sub quo nomine parentelæ, veniunt etiam naturales, qui 9
sunt

sunt de parentela, Bart. *in l. Pronunc. ff. de verb. signif.* Decius *cons.365. col.2.* Cephal. *cons.591.* Tiraquell. *de retract. lignagier. §.1. gloss.8. num.3. & 4.* Peregrin. *art.22. num.85. & 89.* qui admittunt naturales, quando non extant legitimi, & naturales spurios, tamen omnimodo excludunt, quod si verba significent jus, non veniunt naturales sub nomine parentelæ, Bartol. ubi suprà, *& in l. tutela, ff. de capitis diminutione*, Guido Papa *decis.536.* Thesaur. *decis. 29.* Riccius *in praxi fori Eccles. resol.185.* adoptivi verò, an veniunt sub nomine de parentela in jure patronatus, prout illi, qui sunt naturaliter de parentela disputat Lambertinus *lib.1. de jure patr. art.9. qu.2.* principali, Rocchus *in verbo ipse, num.73. & seq.*

10 Sub eodem parentelæ nomine veniunt legitimati per rescriptum, Peregrin. *cons.52. numer.12. cum seq. lib.4.* Fusar. *quæst.365. numer.7.* tales legitimati agnoscuntur, ascendentibus, & transversalibus, agnatis, & cognatis, ac si ab initio fuissent nati, de legitimo matrimonio, quoad mutuas successiones, *§. Tribus auth. quibus modis naturales efficiuntur sui*, Peregrin. *cons.96. lib.1. & cons.8. lib.2. & cons.52. num. 13. lib.1. & de Fideicomm. art.12. num.25.*

11 Sub dicto nomine parentelæ, comprehenduntur descendentes tam ex masculis, quàm ex fœminis, Soccin. *cons.37. num.8. & 21. lib.3.* Rota apud Ferentill. & Buratt. *decis.755. num.19.* qui *numer.20.* ait, quod quando testatoris voluntas, ad agnationem respexit, tunc etiam veniunt fœminæ, & descendentes ab eis in jure patronatus, latè Ferentill. & quod sub nomine parentelæ, veniunt fœminæ, latè tradunt Ancharan. Jun. *lib.3. pract. quæst.6. numer.10.* Peregrin. *art.22. num.31.* dicit hoc verum, nisi esset habita ratio agnationis, refert Fusar. *d. q.365. num.10.* & optimè Gratian. *cap. 331. num.20. & seq.* qui etiam ait appellatione parentum venire tam matrem, quàm patrem, tamen in materia non congruenti mulieribus, appellatione parentis, mater non venit Robles *de repræs. lib.2. c.14. num.30.* ubi quod parentis appellatione mater continetur.

Ergo, quia sub nomine parentum, & parentelæ veniunt in jure patronatus fœminæ eorumque descendentes, & Reverend. D. Alessius David est nepos ex sorore testatoris præsentatus à legitimis patronis intra tempora debita, debet necessariò institui cum sit proximior fundatori ejusque hæredibus, quod est id, quod principaliter fundator in sua fundatione intendit.

12 Quia verò dixit fundator, ut præsententur Clerici, vel Presbyteri, qui erunt magis uniti, & viciniores vinculo parentelæ, & sanguinis eidem fundatori suisque hæredibus, & successoribus in perpetuum, &c. Videndum est, quid voluerit per ly, uniti, dico enim, quod appellatione unitorum, seu conjunctorum, quando ad fideicommissum, vel simile negotium vocantur, veniunt masculi, & fœminæ sanguine conjuncti, Fusar. *q.369.* & etiam veniunt affines, & etiam naturales in defectum legitimorum, Fusar. *q.369. numer.4.*

13 Consanguineorum verò appellatione, ubi à testatore vocantur, veniunt agnati, *l. Si spurius, ff. Unde cognati, leg. Si post duos, ff. de suis, & legit. hæred.* Alexander *cons.82. col.2. & cons.119. num.10. & cons.153. lib.7.* Berous *cons.83. numer.5. & 6. & cons.95. num.10. lib.2.* Curt. Junior. *cons. 46. numer.4. & cons.176. col.1.* Simon de Petr. *de interpretat. ultim. volunt. fol.298. numer.21.* Peregrinus *artic.21. num.35.* Fusar. *quæst.346.* Rota apud Rubeum *decis.162. numer.4. tom.3. divers. alias part.3. recentiorum*, quæ dixit, quod quando verbum consanguinei, non est simpliciter prolatum, sed cum qualitate veluti ex parte patris, tunc appellatione consanguineorum veniunt agnati, quæ Rota citat Paris. *cons.59. num.27. vol.1.* Curt. Junior. *cons.1. num.21. & cons.176. num.5. & 6.* Hieronym. Gabriel. *cons.27. vol.1.* veniunt etiam sub appellatione consanguineorum cognati, si communis usus loquendi habet, quod, & cognati comprehendantur, Tiraquell. *dict. §.1. gloss.9. num.50.* Ludovic. Gomez. Episcop. Sarnens. *decis.101. lib.1. post decis.* Coccin. Simon de Petris *de interpretat. ultim. volunt. fol.299. num.21.* Peregrinus *artic.2. numer.35.* Fusar. *quæst.364. numer.2.* ubi *numer.3.* subdit venire etiam cognatos, quando testator sciebat non posse dispositionem in agnatis verificari, verumtamen est, quod quando agnati veniunt appellatione consanguineorum, si extant agnati, & cognati in pari gradu præferuntur agnati cognatis, Abb. *cons.69.* Peregrin. *art.2. num.35. in fin.* quia propriè agnati continentur non propriè, & largo modo cognati, Fusar. *d. q.364. num.4.* Rota *d. decis. 101. num.2.* ubi dicit, quod si statutum vocat consanguineos, nulla eis addita qualitate, quæ distingueret descendentes ex uno latere à descendentibus ex altero latere; tunc attento communi usu loquendi, appellatione consanguineorum veniunt agnati, & descendentes ex fœminis.

Sub consanguineorum nomine, & appellatione, veniunt 14
conjuncti etiam cognatione spirituali, *cap. Coram 34. de Offic. deleg. cap. fin. de postul.* Ferrer. *super constitut. Cataloniæ, gloss.3. num.72.* & sub nomine consanguineorum veniunt fœminæ, Corneus *cons.227. lib.2.* Tiraquell. ubi suprà *§.1. gloss.9. numer.102.* Rebuffus *in l.1. num.11. de verb. signif.* Menoch. *lib.4. præsumpt.84. numer.3.* in statuto verò requirente in contractu mulieris, consensum consanguineorum, non 15
venit mater, nec avia, sed tantùm masculus consanguineus, quia statutum considerat prudentiam consulentis, Bald. *in l. fin. C. de verb. signif. & cons.201. vol.1.* Decius *in l.1. num.15. C. unde vir. & uxor.* Campeg. *de dote, p.5. quæst.94.* Bertazz. *de claus. claus.6. gloss.8.* Peregrin. *art.22. numer.35.*

Appellatione etiam consanguineorum venire naturales 16
dicunt omnes, nam ex eorum sanguine procedunt, Peregrinus *dict. art.22. num.86.* ubi tamen solum admittit eos venire, non extantibus legitimis, & spurios omninò excludit Fusar. *quæst.364. numer.8.* ubi *num.9.* subdit ultra legitimum gradum, non admitti, Rota in Pampilonensi Cappellaniæ 4. Martii 1622. coram Remboldo apud Viv. *dist.45. numer.2.*

Talis ergo terminus (consanguineus) tripliciter potest 17
accipi, primò strictè pro duobus fratribus, vel sororibus ab eodem patre procreatis, *d. l.1. §. post suos, vers. Consanguineos, ff. de suis, & legit. hæred. l. amitæ, C. comm. de success. princ. instit. de legit. agnat. success.20.* largo modo pro agnatis tantum, exclusis cognatis, *l.1. & l. consanguinitatis, C. de leg. hæred. l.1. C. de legit. tutor.30.* largissime pro quibuscumque conjunctis sanguine, sive ex parte patris, sive ex parte matris (in quem sensum illa non magis usurpatur, ut dicunt Alexand. *consil.229. numer.10. lib.6.* Berous *consil.95. numer.2. lib.2.*) cum de patronatu agitur, tunc omnes sanguine conjuncti continentur, etiam à sola matre procedentes, qui alioquin simpliciter propinqui dicuntur, *d. l. si spurius, ff. unde cognati*, & ad differentiam agnatorum vocantur cognati, *§. vulgo quæsitus instit. de success. cognat.* Angel. *consil.283. numer.4.* at quando materia apparet indifferens, & concurrit vulgaris sensus, omnes sub tali nomine continentur Tiraquellus ubi suprà, *gloss.9. num.200.* Peregr. *d. art.22. num.31.* Fusar. *quæst.365. num.3.* & in his terminis respondit Rota in Segobiens. Capellan. 29. Januarii 1624. coram Buratto, & in Palentina anniversarii 9. Decembris 1626. coram Coccino, & 29. Novembris coram Durano 1617. teste Lotterio *de benefic. lib.2. quæst.11. num.73.* qui idem dicit si vocaverit conjunctiores, qui terminus est aptus comprehendere tam agnatos, quàm cognatos, Alexand. *consil.115. num.10. lib.2.* Gozzadin. *consil.20. numer.8.* Decius *consil.223. num.2. & consil.269. num.4.* quod latius docet *in l.2. num.225. ff. de reg. jur.* idem si vocaverit proximiores, vel proximos, Dec. *in d. l.2. numer.225. & cons.223. num.3.* vel propinquos, Bald. *cons.334. numer.3. lib.3.* Anchar. *cons.95. n.2.*

Adversarium audio dicentem, me bene probasse sub illo 18
verbo: *Vinculo parentelæ venire Reverend. Dom. Alessium, quia cognatus, conjunctus, immo magis conjunctus in parentela consanguinitatis*, & in hoc dat manus, sed dicit fundatorem vocasse ad passivam præsentationem, proximiorem in parentela, & sanguine, at de sanguine non est noster Alessius, ergo jura pro nobis sunt dicit Clericus Nicolaus.

Sed pro responsione adversarii, rogo, ut videantur jura, 19
legantur Doctores, considerentur decisiones, quid dixerint circa illud esse, de sanguine.

Primò enim text. *in l. vel si sanguine 12. ff. de manumiss. vindicta*, ibi: *Vel si sanguine eum contingit, habetur enim ratio cognationis.*

Secundò, text. *in l.2. ff. unde agnati*, ibi: *Hac parte* 20
proconsul naturali æquitate motus omnibus cognatis, promittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hæreditatem, licet jure civili deficiat, unde jus sanguinis in agnatis cognatisve textus adesse supponit; & illud verbum, *Iure civili deficiat*, significat, quod priùs agnati vocabantur jure civili, deinde cognati, & jure præterito aufertur differentia, & omnibus, quos sanguinis ratio vocat, concedit bonorum possess. & quia ratio sanguinis vocat agnatos,

tos, & cognatos; ideò omnibus succurrunt Prætores per bonorum possessionem, ergo agnati, & cognati sunt de sanguine secundùm jura citata.

21 Tertiò, facit Text. *in l.qui adoptionem*, 23.*ff.de adopt.* ibi: *Qui in adoptionem datur his, quibus agnoscitur, & cognatus sit, quibus vero non agnoscitur, nec cognatus sit, adoptio enim non jus sanguinis, sed jus agnationis affert: ergo jus agnationis differt à jure sanguinis*, ubi gloss. *in verb. sanguinis*, legit, idest cognationis.

22 Ergo de sanguine Joann. Baptist. de Auxilio non solùm est Clericus Nicolaus, sed etiam D. Alessius David filius sororis, & cognatus, & sic hæc jura cum aliis intelligunt, & notant, qui prima juris elementa tradunt, ut Vocabularia, & Lexica civilia apud Scrader. Calvinum, & alii, ibi: *Sanguinis in jure longè aliud est, quam consanguinitas, sanguis cognatio est naturalis, l.2.ff. unde cognati, leg. vel si sanguine, ff.de manumiss.vindicta, l.qui in adoptionem, ff. de adopt. l.si adulterium, §.1.ff.ad l.Iul.de adulter. l.dotem, §.ult. ff.de Castrensi peculio, l.8.ff.de reg. jur.* consanguinitas verò species est agnationis, id est fraternitas, §. *vulg. institution. de success. cognat.* ergo si Vocabularia juris ex legibus desumpta, vocant de sanguine agnatos, & cognatos, cum Joann. Baptista proximiorem de vinculo parentelæ, & sanguine vocaverit, quis negabit institutionem Rerend. D. Alessio de sanguine proximiori fundatoris, & præsentantibus.

23 Quod si Fusarius *in quæst.*331. *num.*1. non disputato articulo, sed se remittentem ad *consil. suum* 49. & ego addo etiam ad 27. dixerit de sanguine esse agnatos tantùm: rogo enim videri Fusarium, quia potius est pro nobis, ibi: *Item, che niuno di loro possa lassar aja a alcuna persona di miei beni, ma che vada di sangue di mio fratello*, concurrebant amita, & neptis, at nullus ex masculis, consuluit pro amita sorore primi hæredis, quia vocando sanguinem fratrum, seu nepotum suorum, vocabat etiam sororem in casu deficientiæ masculorum, hoc est etiam *consil.*49. super eadem causa quod appellatione sanguinis veniant agnati, quia ibi testator non vocavit sanguinem, & parentelam, prout in primo, ubi vocavit parentelam, & sanguinem, sed vocavit sanguinem fratrum, sicque bene consulit pro agnatis, alias enim idem Fusar. *d.q.*131.*num.*3.ait, quod

24 si essemus in casu, quod veniunt sub nomine sanguinis cognati, tunc præferendi essent agnati cognati, existentibus in eodem gradu: sic statutum Vigevani, quod nullus possit esse de consilio, nisi sit natus de sanguine Vigevani, & ha-

25 bitaverit per decem annos, admittit tam natum ex patre, quàm ex sola matre de Vigevano, quia dicitur de sanguine loci, sive ex patre, sive ex matre oriunda de Vigevano, ita Signorol. *consil.*169. quod refert Cardin. Tusch. *practic. observ.tom.*8. *litt.V, consil.*106.

26 Et sanguinis appellatione venire fœminas, sicuti, & appellatione consanguineorum dicunt Barbos. *appellat.*238. sub cujus etiam nomine veniunt descendentes in infinitum, *l.*1.*Cod.de condit.insertis*, Cephal. *consil.*664.*num.*25. Fusar. *dict. quæst.*331. & appellatione seminis veniunt natu-

27 rales, quando dispositio non potest verificari in legitimis, & naturalibus, Surdus *consil.*276. *numer.*6. ubi *num.*16. *cum seq.* declarat, non procedere quando ex conjecturis constaret de contraria voluntate testatoris, prout eum refert Fusar. *d. quæst.*311. *num.*20. & appellatione seminis veniunt transversales, quando dispositio non poterat verificari in descendentibus, ut scribit Surdus *cons.*279. *num.*12. Fusar. *q.*831. *n.*3.

28 Immò idem Fusar. *dict. quæst.*331. *& dict. cons.*49. *&* 27. dicit idem esse vocare proximiorem de sanguine, ac de genere, quod reprobat Barbosa ubi suprà, at si vocetur proximior de genere, in materia indifferenti, & tantò magis in favorabilibus, ut benè Lotter. ubi suprà, *num.*78. qui idem dicit si vocetur proximior consanguineus de cippo, quia hæc non est dictio legalis, sed est vocabulum rusticorum, quo significatur stipes domus &c. ut post Paul. de Castr. *in l.fin.numer.*7. *Cod. de verb.signific.* dicit Angel. ibi, *num.*1. & licet videatur ejus significatio propriè referri ad ipsum stipitem domus, id est agnationis, Fusar. *quæst.* 348. tamen fœminæ descendentes ab eo stipite, non potest negari non esse de stipite, sive de cippo, & sic attenta proprietate vocis censetur vocata, Paris. *cons.*35. *numer.*6. *& cons.*45. *numer.*50. *lib.*2. nisi aliunde appareat testatorem voluisse prospicere solis masculis, Mantica *decis.*351.*num.*3. Lotter. ubi suprà.

Hinc apud Buratt. *decis.*775. Segobiensi Cappellaniæ, 29
fundator vocaverat proximiores parentes de suo genere, seu lignaggio, fuit decisum, quod etiam conjuncti veniunt per lineam fœmininam in materia juris patronatus, Cassador. *decis.*1.*de jure patron.* Lara *lib.*2.*cap.*3. *n.*22. & in Toletana Cappellaniæ, de anno 1606. dicit Buratt. quia consanguineorum, & propinquorum nomine, ex vulgari usu loquendi, veniunt masculi, & fœminæ, atque descendentes ab eis, Fusar. *d.q.*365.*n.*3.Rota *decis.*366.*n.*6. *p.*1. *divers.* Ferentill.ad Buratt.*d.decis.*775.*n.*18. ubi plures allegat concordantes decisiones, & allegat etiam Lotter. *lib.*2. *quæst.*11. *num.*73.

Neque dicas, quod appellatione generationis, sive ge- 30
neris, solum veniunt à linea masculina descendentes, *l.*1. *§.ult.ff. de jur. immun.* ubi privilegium immunitatis concessum generationi alicujus, non competit eis, qui ex fœminis nati sunt, *c. ubicumque de pœn.in* 6.

Respondeo enim, quod genus comprehendit etiam fœminas, & ab eis descendentes, *cap. Statutum, il* 2.*de hæreticis*, Cardin. Tusch. *litt.G*, *conclus.*38.*&* 39. sicuti Christus Dominus noster dicitur de generatione David, & sic capitur generatio à fœminis, quæ fuerunt de stirpe David, in casibus verò privilegiorum, & pœnarum intelligitur text. *in d.cap.Vbicumque* Barbosa *appellat.*108. Card. Tusch. ubi suprà.

Sed dicit Adversarius fuisse testatorem loquutum per il- 31
la verba, *de vinculo parentelæ, & sanguine*, quasi quod proprium dictionis (*&*) sic copulare; ut habetur *in leg. Si quis in stipulatus, ff. de verb. l. Hæredi plures, ff. de condit. institut. l. Hæredi, ff. de Fundo instruct. l. Titine testatores, §. nihil, ff. de leg.* 3. Rebuff. *in concordat. de collat.* §. 1. Gonzalez *reg.*8. §.7. *gloss.*3. Cardin. Tusch. *litt. D, conclus.* 274. Barbosa *dist.*101. cujus natura est copulare præcedentia cum sequenti, *l. & quia juncta leg. præcedenti, ff. de. Iurisdict. omn. jud.* & denotat qualitatem terminatam in casibus copulatis, & æqualiter copulat, ut idem sit de uno, ac de altero ex copulatis, *l. Si mihi, & Titio, ff. de verb. l. Reos, §. Cum in tabulis, ff. de duobus reis*, Thesaur. *decis.* 189. & posita inter copulata eorum omnium requirit concursum, Giurba *cons. crim.*77. *num.*3. ergo cum Joann. Baptista requirit, ut sit de parentela, & sanguine suo, suorumque hæredum, &c. per consequens Clericus Nicolaus erit instituendus non Rever. D.Alessius.

Respondeo primò Rever. D. Alessium esse de parentela 32
& sanguine, ac proximiorem, ut supra dicebamus, ergo argumentum nihil probat.

Respondeo secundò, quod regula copulativè, plures ha- 33
bet fallentias, & limitationes.

Primò enim limitatur, si ponatur inter duas orationes, respectu alicujus accidentis, quia tunc non requirit concursum copulatorum, putà si dicat testator, lego centum omnibus Doctoribus juris Canonici, & juris Civilis, non est necesse, quod habeat quis legatum, ut habeat utrumque gradum, nam sufficit, quod sit Doctor juris Canonici tantum, vel juris Civilis tantum, post alios Cardin. Tusch ubi suprà *n.*54. *& seq.*

Secundò fallit si ponatur inter duo idem significantia, 34
quia tunc non dicitur inter diversa, sed solùm ponitur declarativè pro (id est) Bartol. Jason. & alii *in l.*1. *ff. Iust. & jure*, Cassan. *in consuetud. Burgundiæ*, *rubr.*7. §.10. Gabed. *decis.*117. Valenzuela *cons.*153. *numer.*61. *tom.*2. idem si ponatur inter genus, & speciem, quia tunc etiam ponitur declarativè pro (id est) Gened. *sing.*50. & quando ponitur inter genus, & speciem non inducit diversitatem, Gabed. *d.decis.*117.*p.*2.& allegat Text. *in l.Lites, C.de appell.* & sic intelligit locum Christi Domini, apud Matth. *cap.*16. *Dicite Discipulis, & Petro.*

Sic declarativè apponitur, quando dicitur, concedo tibi 35
omnia, quæ talis exercere potest, de jure, & de consuetudine, quia declaratur, vel consuetudine, & stat pro disjunctiva, Oldradus *cons.*196. Portoles *de Consortibus c.* 1. *numer.*20. Bursatt. *cons.*81. *num.*20. *vol.*1. Thesaur. *decis.* 189. *num.*2. Rota *decis.*584. *num.*3. *part.*2. *in posthum.* Farin. sic etiam interdum sumpta pro (id est) restituitur in disjunctiva (vel) Rota *decis.*46. *numer.*4. *part.*1. *& decis.*454. *num.*4. ubi Rota dicit, quod hæc particula secundùm factorum contingentiam habet diversas proprietates, & stat aliquando non copulativè, sed expositivè, & declarativè, nec altera proprietatem verbi immediatè sequentis, sed ab illa recipit declarationes, ut post alios Barbosa *dist.*110.

*dist.*110. *num.*28. in novissimis, in materia differenti, talis dictio restringit, ut si simus in emphyteusi Ecclesiastica, & in feudo, putà concedit Ecclesia rem suam in emphyteusim pro se suisque filiis, & hæredibus, tunc dictio (hæredes) restringitur ad descendentes, qui sunt descendentes, & hæredes, sed in materia indifferenti, si Titius investiatur de emphyteusi profana, pro se suisque filiis, & hæredibus; tunc illa dictio (& hæredes) ampliat, ut quoscumque hæredes comprehendat extraneos, ut benè Alex. *cons.*44.*& cons.*129.*lib.*1. Cardin. Tusch. ubi suprà *d.cons.*274.*n.*19.*&* 20.

36 Sic quando ponitur inter genus, & speciem, genus antecedens, & speciem subsequentem stat limitativè; ut benè Petr. Pech. *de testam. conjugum*, *lib.*5. *cap.*9. Gened. *sing.*50. Bald. *cons.*159. Card. Tusch. *dict. cons.*274. *num.*6. Rota *decis.*56.*num.*15. ergo cum parentela sit genus, & sanguis per adversarium sit species, & parentela importat naturales, ut supra adoptivos etiam secundùm alios, legitimari per rescriptum, &c. dum testator adjunxit speciem declaravit, & limitavit genus parentelæ, scilicet non arrogatum, non adoptatum, non aliunde, nisi ex suo sanguine, alioquin posset quotidie esse absurdum, quod admitterentur remotiores exclusis proximioribus, quod in præsentatione activa testator non dixit, ergo nec ita præsumi debet in passiva, & argumentum ab absurdo vitando jura admittunt, celebrant, & commendant *l. scire oportet*, *§. aliud*, *ff. de excus. tut. l. nam absurdum*, *ff. de bonis libert. l. sive hæreditaria*, *ff. de negot. gest. cap. venerabilem circa med. cap. in genesi*, *de elect. cap. solitè de majorit. & obed. c. cum inter de except. c. cum satis sit absurdum*, *de offic. Archidiac. c. ex ore de privil.* Everardus *in topica legali*, *loco* 8. Card. Tusch. *litt. A*, *cons.*66.

37 Ex alio etiam capite Clericus Nicolaus audiri non debet, quia dato, quod fundator vocaverit ad suum jus patronatus proximiorem agnatum, tamen de ipso Nicolao intelligi non potest, quia inimicitia etiam superveniens, excludit à majoratu expresè vocatum, ut bene Lara *de Anniver. & Cappellaniis*, *lib.*1.*cap.*11. *numer.*21. Hermosilla ad Gregor.

38 Lopez *in l.*10.*glossa* 1 *tit.*4.*part.* 7.*num.*7. post alios Giurba *de success. feud.* §.2.*glossa* 18. nam & data facultate eligendi successorem in majoratu, non potest eligi inimicus testatoris, Raudens. *decis. Pisana* 38. *num.*341. *limit.*3. ubi ampliat non solùm si inimicitia sit contracta ante institutionem majoratus, sed etiam si esset postea *n.*342. *& seq.* nisi esset levis inimicitia contracta ante institutionem, quia tunc diceretur remissa.

39 Nec in fideicommisso relicto agnatis, vel cognatis, aut familiæ venit odiosus, & inimicus, Fusar. *q.*317. ubi etiam loquitur de filio exhæredato, Marta *part.*4. *de success. legali*, *quæst.*3. *art.*7. Caldas *de emphyteusi*, *part.*3. *cap.*1. *num.* 28. Carena *resolut.*213. *num.*21. Menoch. *cons.*30.*num.*15. *&* 1082.*num.*20.*&* 1116.*à num.*20.*&* 30. nam quæcumque verba generalia, non comprehendunt odiosos, Cyriac. *cap.*804. *num.*88. ubi legatum relictum omnibus libertis, non comprehendit odiosos, & legatum relictum licet generale, non comprehendit personam, quæ postea fuerit odiosa effecta testatori, Testaì *allegat.*26.*num.*19. Menoch. ubi suprà, etiamsi esset de proximioribus, vel æqualibus in gradu, & etiamsi dicatur esse dandum illis, quos hæres nominaverit, Caldas ubi suprà, secus in descendentibus ab odiosis, Manentus *consil.*115.*lib.*2. D. Hodierna ad Surd. *d.*41. *n.*7. *& lib.*1. *controv. c.*16. *n.*83. & procedit non solùm in inimico vero, sed etiam in præsumpto, Fusar. ubi suprà.

Sic filii ingrati, & inimici, non acquirunt lucra legalia ob secundas nuptias parentum, *Auth. hæres*, *C. de secundis nuptiis*, ubi Barbosa, D. Consil. Hodierna *in l. hac edictali*, *qu.* 12.*n.*85. Sperell. *d.*32. Merenda *lib.*23. *c.*3.

40 Quod adeò verum est, ut licet Judex sequi teneatur præceptum testatoris sicut venator Leporem, §. *disponat*, *Auth. de nuptiis*, *leg. non aliter*, *ff. de leg.*3. *l.*1. *Cod. de sacros. Eccles. in conditionibus* 1. *loc. ff. de condit. & demonstr.* Maya *consult.*25. *num.*9. *& consult.*28. *num.*10. Giurba *d. decis.*28. *num.*13. Bilotta *allegat.*5. tamen ob inimicitiam inter testatorem, & aliquem, poterit Judex recedere à præcepto testatoris, Testaì *alleg.*20. *num.*6.*& seq.* Natta *consil.* 123.*lib.*2. Surd. *de aliment. tit.*4.*q.*4. *num.*19. Baron. *de eff. inimic. eff.*36.*n.*50.

41 Dices videtur odium remissum, quando testator mortuus est, confessus contritus, ex Bald. *in l. id quod pauperibus*, *n.*34. *C. de Episc. & Cler.* relatus à Fusario ubi suprà, *n.*11.

Respondeo oppositum firmasse Fusar. ubi suprà *n.*12. & Raudensem *decis. Pisan.*37. *n.*291. quia possunt simul stare, quod quis sit confessus, & contritus, & noluerit aliquem admitti, quando odium contra eum habebat.

Sed quid si inimicitia fuisset causata à testatore ejusque culpa.

Respondeo aliquos dixisse non nocere, & admitti posse, quos refert Fusar. ubi suprà, *num.*14. sed contrarium dicunt alii cum Bartolo, Ripa, Covarruv. Surdo, &c. quos sequitur Fusar. *num.*15. & D. Consil. Hodierna ad Surd. *decis.*41. Reg. Galeota *lib.*1. *controv. controv.*38. *n.*65. Joseph. Ludov. *concl.* 24. & alii apud eos.

Quare concludo Revered. Dom. Alessium David filium quondam Isabellæ fundatoris sororis, esse instituendum, ex quo in gradu proximior, ut voluit fundator, excluso Clerico Nicolao, ut remotiore, & odioso eidem fundatori.

DISCEPTATIO CL.

SUMMARIUM.

ARGUMENTUM.

Episcopus in visitatione suæ Diœcesis quid agere debeat, an & ob quas causas uniones Ecclesiarum possit facere, vel illas jam factas revocare, & quid si esset jus patronatus.

PRO

Reverendo Seminario Nolanæ Ecclesiæ,

IN

Causa appellationis, in Curia Archiepiscopali Metropolitana.

Cappellam Sanctæ Mariæ Gratiarum, alias Monumenti in mense Septembris 1648. ab Illustriss. Episcopo Lancellotto Nolanæ Ecclesiæ dignissimo Antistite, unitam Seminario juridicè fuisse factam, nullus dubitare poterit, 1

rit, Episcopus enim facta Synodo sua Diœcesana, visitationem tenetur facere suæ Diœcesis, agitur enim in Synodo de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, & de Ecclesiarum necessitatibus, ut demum ea faciat in visitatione servari, & debitam transgressoribus pœnam imponat, ut colligitur, *ex cap. Sicut olim*, cum ibi notatis *de accusat.* Barbosa *lib.* 1. *de jure Ecclesiastico, cap.* 14. *numer.* 35. & in visitatione providere debet Cappellis suæ Diœcesis, Fuscus *de visitat. lib.* 2. *c.* 11. Pacis Jordan. *de re Beneficiaria, tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 7. *per tot.*

2 Et Ecclesias derelictas potest Episcopus dare etiam Regularibus cum consensu Capituli, vel cum assensu S. Pontificis, sed Ecclesiis secularibus poterit de per se dare, *ex cap. Omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. ubi habetur omnes Basilicæ, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidie con-
3 struuntur placuit, secundùm Priorum Canonum regulam, ut in ejus Episcopi potestate consistant, in cujus territorio positæ sunt, ergo Episcopus habet potestatem faciendi de eis, quod velit *capit. Conquerente, de Offic. Ordinarii, capit. Consultationibus, de donationibus*, sed si donetur Regularibus requiritur consensus Capituli, vel assensus S. P. Rota apud Rubeum *decis.* 590. *numer.* 8. 9. & 10. ibi: quantum attinet ad ipstus Reverendissimi Domini Episcopi facultatem, quod scilicet hanc Cappellam dictis Patribus donare poterit, præsumitur evidenter ex eo, quod cum talis Ecclesia intra fines suæ Diœcesis existens collativa non esset, ac dote, & redditibus, proprioque Rectore careret, ab ejus libera dispositione dependebat, *dict. capit. Omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. & *capit. Conquerente, de Offic. ordinar.* Ideoque potuit talem Cappellam alteri donare eo modo, quo dicebamus *dict. cap. Consultationibus*
4 *de donat.* Cesped. *de exemptione regularium, cap.* 1. dubio vigesimo per totum, Faciendarum unionum causa, aut necessitas, aut utilitas Ecclesiarum consideratur, *cap. Exposuisti, de Præbendis*, Rebuffus *de unionibus, num.* 38. Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 4. & 13. Hojeda *de Incompatibilit. beneficiorum, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Garzia *de Beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *numer.* 108. Sanchez *lib.* 7. *in Decalogum, capit.* 29. *num.* 161. Ciarlin. *tom.* 2. *cap.* 213. & 214. Caren. *resolut.* 28. 35. & 63. Antonell. *fol.* 251. Tondut. *lib.* 1. *capit.* 37. Fragosius *tom.* 1. *fol.* 741. Cardinalis Lugo *lib.* 5. *dubio* 2. Pacis Jordan. *tom.* 2. *fol.* 437. & necessitas consideratur faciendæ unio-
5 nis, si duæ Ecclesiæ, vel præbendæ sint adeò tenues, ut ad victum duorum Rectorum non sufficiant: quia hoc casu unio earum potest fieri, nisi aliud obstet, *cap. Unio* 10. *quæst.* 3. *capit. Postquam* 16. *quæst.* 1. *Clementina in agro*, §. *Ad hæc, de statu monachorum*, Trident. *sess.* 21. *de re-*
6 *format. capit.* 1. ibi propter paupertatem, quando vero Ecclesia dicatur pauper, aut tenuis, relinquitur arbitrio Superioris, Gloss. *in Auth. præterea, Cod. unde vir. & uxor*, sic etiam si Ecclesia ab hostibus sit destructa, vel desolata, potest alteri uniri, *capit.* 2. *de Religiosis domibus*, & denique Ecclesiarum vicinitas, aut populi decrementum, vel incommodum, aut Religionis deformitas, & mutatio temporum, necessitatem plerumque tribuunt, ex *dict. capit.* 2. *capit. fin.* §. *Hostilitatis* 25. *quæst.* 2. fit etiam talis unio propter fructuum tenuitatem, quando non inveniuntur Clerici idonei ad deserviendum, ut probatur in *dict. capit. Exposuisti de præb. capit.* 1. *ne Sede vacante*, Rebuff. *de unionibus beneficiorum num.* 39. Ugolinus *de potest. Episc. cap.* 50. *in princ. num.* 4. Barbosa *lib.* 1. *de jure Ecclesiastico, c.* 16. *n.* 39.

7 Potuit ergo licito jure Illustriss. Lancell. Ecclesiam prædictam suo unire Seminario, in cujus quasi possessione stetit ab anno 1648. usque ad annum 1660. cum postea nulliter, cum reu oppositum per Curiam Nolanam reperiatur decretum, contra omne jus, & contra evidentes meliorationes factas per Rectorem nomine Seminarii consistentes in affrancationibus debitorum, emptionibus annuorum redditruum, &c. de quibus nulla fuit habita ratio, in spolio facto per Vicarium Nolanum de anno 1660.

8 Neque obstat fuisse per hæredes quondam Camillæ Jordano, & per Doctorem Ignatium de Puteo, oppositum fabricam, & territorium donatam Cappellæ prædictæ in anno 1647. fol. 4. & fol. 11. 12. & 13. quia talis scriptura testamenti, non probat jus patronatus aliquod fuisse, non enim jus patronatus probatur ex particula legati, per quam apparet aliquem testatorem reliquisse Cappellæ prædia pro ejus dote, & ad usum Cappellani, ut benè Farinac. *part.* 1. *decis.* 381. Riccius *in Praxi juris patronatus, resolut.* 23. quia potuit esse, quod Cappella jam erecta, esset dotata, & iterum relinqueretur dotanda, quo casu dictum legatum, tamquam augmentum dotis, nihil relevaret, ut fuit firmatum in una Nolana teste Riccio ubi suprà. Ergo ex testamento, in quo enunciatur jus patronatus, non dicitur illud probatum, ut decisum refert Novarius *de Iure Pontificio, conclus.* 2. *numer.* 8. *de Iure patronatus*.

Unde non potest dici per partem, Beneficii juris pa- 9
tronatus unionem per Episcopum fieri non posse spretis patronis, *capit. Cum debitus, de jure patronatus, de communi* Parisius *lib.* 2. *de resignat. beneficiorum, quæst.* 4. *numer.* 11. Rota apud Seraphinum *decis.* 193. *part.* 1. Riccius *qui sic consuluit in una Nolana, in praxi Iuris patronatus, tom.* 1. *resolut.* 168.

Respondeo enim in præsenti non fuisse unionem benefi- 10
cii factam, quia non erat fundatum beneficium, & dato quod fuisset fundatum, Regula quæ dicit unionem beneficii jurispatronatus, spretis patronis fieri non posse, suas recipit ampliationes, & restrictiones, sicut enim ampliatur procedere, si unio sit facta patronis instantibus pro institutione præsentati ab eisdem, quia tunc esset unio attentata lite pendente, sic limitari solet, quod si post unionem sit elapsum tempus præsentandi, tunc videtur Patronum habuisse ratam illam unionem, post alios 11
Parisius *lib.* 2. *de resignat. beneficiorum, quæst.* 4. *num.* 21. qui *num.* 28. ait, quod si patronus sciens, & patiens non reclamavit, tunc unio, resignatio, &c. tenet Rota apud Paris. ubi suprà, *num.* 28. cum ergo dicitur beneficia jurispatronatus, uniri non posse per Episcopum, absque consensu patronorum, alias consensu non habito, unio esset nulla, ex Trident. *sess.* 24. *de reformat.* Garzia *part.* 12. *cap.* 2. *n.* 210. Barbos. *allegat.* 60. *num.* 17. & 18. & neque legatum à latere ea posse unire, sine dicto consensu dicit Verallus *decis.* 450. *part.* 3. Zerola *in praxi Episcopali, part.* 2. *in verb. unio*, §. 3.
ex quo enim Patronus perdit suum jus patronatus per ta- 12
lem unionem, *cap. Pastoralis, de donationibus*, debet id fieri, sine ejus consensu, Stephan. Bertrand. *consil.* 73. *vol.* 4. Campanil. *in rubric.* 11. *cap.* 13. *n.* 47. Barbos. *allegat.* 66. *n.* 19. Pacis Jordan. *lib.* 10. *tit.* 32. *à n.* 53. intelligitur Regula de Beneficiis jam fundatis, sed in præsenti non erat tale; ergo est mera applicatio Cappellæ suo Seminario facta per Episcopum, quæ nullo jure prohibetur, & dato quod esset fundatum jus patronatus cum patroni stetissent per annos 12. & nihil contradixissent ratificasse censentur unionem, seu applicationem Cappellæ Seminario factam per Illustriss. Episcopum Nolanum.

Nec novum est, quod beneficium si habeatur pro dere- 13
licto, spatio decem annorum habetur pro tali, & vacet ex *capit. ex part.* 8. ubi Glossa *in verbo per decem annos*, & ibi Abbas *num.* 2. *de Clericis non residentibus*, Panvinus *de potest. Capituli Sede vacante, prælud.* 7. *num.* 12. *vers. Septimo si habeatur pro derelicto*, Parisius *lib.* 1. *quæst.* 15. *numer.* 21. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, glossa* 15. *num.* 64. Vivianus *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 66. Joannes à Cocchier *in regula* 8. *Cancellariæ, gloss.* 7. *numer.* 13. *vers.* 15. Barbos. *lib.* 3. *de jure Eccles. cap.* 14. *num.* 35. *vers. Decimoseptimo*, unde fuisset, ut derelictum, & veluti devolutum, quod Episcopus venire potuisset, Zerola *in praxi, in verbo unio*, §. 8. & 9. Barbos. *allegat.* 66. *numer.* 16. Pacis Jordan. *lib.* 10. *de re beneficiar. tit.* 32. *num.* 40.

Ergo facta tali unione, seu ut rectius loquar, applica- 14
tione Seminario, vigore Trident. *sess.* 22. *cap.* 8. *de reform.* quatuor viris honestis deputatis, ut ibi habetur, quorum consilium sequi non tenetur, ut declaravit S. C. apud Garziam *part.* 12. *cap.* 2. *num.* 191. Cæsar de Grassis *decis.* 1. *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Pacis Jordan. *lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 79. Injustè, & nulliter Episcopus Nolanus, ad talem processit separationem.

Neque dicas Rectorem Ecclesiæ esse citandum in unio- 15
ne, aut ipsa vacante œconomum illi dandum esse, eumque vocandum, *c.* 1. ubi Glossa *in verb. defensor de rebus Ecclesiæ non alienand. in* 6.

Respondeo enim contrarium esse verius & practicari, *ex Clementina si una de rebus Ecclesiæ non alienandis*, ubi Glossa *in verbo (rector) & verbo (defensor)* & ibi Cardinalis *quæst.* 1. *num.* 7. Garzia *part.* 12. *cap.* 2. *num.* 24. & *num.* 203. Barbosa *allegat.* 66. *num.* 36. & *lib.* 7. *cap.* 14. *de jure Ecclesiastico, num.* 41. & ratio est, quia cum vocandi sint, tantum illi, quorum interest, neuter prædictorum habet interesse:

quod

quod attinet ad defensorem de se patet, datur enim ratione jurium Ecclesiæ non verò sui ipsius, quo verò ad rectorem, patet ex eo, quia per unionem nullum præjudicium infertur ipsi Rectori ejus vita durante, quia suspenditur effectus unionis, & locum incipit habere post ejus mor-
16 tem, Garsia, Barbosa, & alii *ubi sup.* Imò licet vigore Trid. habeant facultatem Episcopi uniendi cum clausula (vocatis quorum interest) neque per hoc requiritur citatio Rectoris, Garsia *ubi sup. n.217.* addo, quod in præsenti non erat Rector, quia non erat fundatum beneficium.
17 Neque dicas, quod per unionem tollitur Rectori facultas resignandi, quia tale interesse, non habetur in consideratione, ut benè Barbosa, & alii, & novissimè Pac. Jordan. *de re Benefic. to.2. l.10. tit.32. nu.92.* Nec aliquid obstat, Tex. *in d.c.1. de reb. Eccl. non alien. in 6.* Quia dico procedere text. in dismembratione, seu alienatione bonorum Ecclesiæ, in quibus vocari debet Rector, aut vacante beneficio dandus est defensor.
18 Quando ergo Vicarius Nolanus vidit comparentes illos prætensos patronos pro fundatione jurispatronatus instantes, certum est quod debebat procedere (eorum prius legitimatis personis, quoad existentiam, & pertinentiam jurispatronatus) ad unionis, & applicationis revocationem, quia Episcopus non solùm habet jus uniendi Eccle-
19 sias, & beneficia, verum etiam uniones jam factas etiam per Sedem Apostolicam tamquam ejusdem S. Sedis delegatus examinandi, & constito de surreptione, vel obreptione, illas revocandi, & cassandi ex Trid. *sess.7. c.6. de ref. & sess.25. c.9. de reform. §. quæ verò*, Rebuff. *in tit. de unionis revocatione, numer. 1.* ut si facta sit unio propter fructuum tenuitatem, illis crescentibus debet dissolvi, Clementina *ne in agro, §. ad hæc de statu Monachorum, cap. cum M. de constit.* vel quando unio incipit esse damnosa Ecclesiæ, poterit dissolvi, vel si ex unione sequantur scandala, & offensiones multorum erit revocanda, *cap. cum teneamur, de præb. c. nihil cum scandalo, de præscript. c. nisi, §. pro gravi de renunt.* Caccialup. *de unione Benefic. art. 9.* Rebuff. *de rev. union. n.8.* & in hac revocatione unionis sunt citandi omnes interesse prætendentes, Pac. Jord. *l.10. tit.33. de re Benefic.* Qui etiam addit, quod licet propriæ mensæ Episcopus non possit unire, poterit unionem factam à mensa revocare, quia militat diversa ratio: nam in unione consideratur commodum, sed in revocatione incommodum, ergo, &c.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CLI.

SUMMARIUM.

1 *Mutuum factum per quondam Donatum de Simeone Patri Marcello Spinello Provinciali enarratur.*
2 *Mutuum secundo loco celebratum, licet fuerit venditio annui redditus.*
3 *Venditio annui introitus quando facta fuit per P. Spinellum.*
4 *P. Provincialis solutio, & ejus defectus.*
5 *Montis septem operum interesse quando inceperit in præsenti.*
6 *Præcepta sub copia libelli qualiter facta sint.*
7 *Instrumenti copia, & partita banci adducitur in præsenti.*
8 *Solutio facta per P. Spinellum cui facta sit.*
9 *Litteræ exequtoriales contra Collegium Beneventanum.*
10 *Procuratoris Collegii responsio contra petitionem Montis quæ fuerit.*
11 *Mobilium transportatio ejusdem Collegii à quo, & qualiter facta.*
12 *Creditorum concursus contra bona exequuta per Montem, eumdem excludentium.*
13 *Instrumenti invaliditas opponitur à Iesuitis.*
14 *Præsens causa continet honorem Viri Dignissimi.*
15 *Confessio, & dicta P. Provincialis in instrumento enunciantur.*
16 *Apoca Bancalis adducitur, de qua disputatur.*
17 *Instantia proponitur, per Gubernatores Montis coram Illustrissimo Domino Nuntio pro vendendis bonis exequutis.*
18 *Illustrissimus D. Nuntius non est Iudex, contra Beneventanos.*
19 *Gubernatores Montis, Collegium vocant DD. ad videndum quid agendum.*
20 *Resolutio Collegii proponitur, contra Patrem Provincialem, pro tempore agendum esse ob Apocham confectam, nulla habita ratione instrumenti.*

ARGUMENTUM.

Societatis Jesu laudes, Regimen, jurisdictio, & potestas latè enarratur, & cum ipsi qualiter validè contrahi possit examinatur. Confessarius Regularis, quas conditiones habere debeat, quam Potestatem habeat Provincialis Jesuitarum erga suam Provinciam in contrahendo, & multa de aliis Provincialibus dicuntur. Prælatus Religionis mutuum accipiens intuitu Officii: quæ bona veniant in obligatione, & an prohibitio alienandi cadat super alienatione necessaria, & qualiter Religiosus obligetur ex contractu à se facto absque licentia Superioris.

CAPUT I.

Vbi proponitur factum, de quo agitur.

Magnificus quondam U. J. D. Donatus de Simeone 1
cujus est hæres Venerabilis Domus septem operum misericordiæ Neapolis, mutuos dedit Admodum Reverendo Patri Marcello Spinello Societatis Jesu, tunc Dignissimo Provinciali, hujus Neapolit. Provinciæ Ducatos 3400. media Apocha Banci Sanctissimæ A. G. P. quos dixit mutuasse pro servitiis suæ Provinciæ, cum pacto de illis restituendis infra sex menses, ut ex partita Banci, *fol.12.* & ad Cautelam dicti quondam Donati fecit Apocham Bancalem, qua promisit solvere intra sex menses.

Post aliquot menses videns P. Provincialis non habere 2
pecuniam præ manibus, ut satisfaceret eidem quondam Donato, exposuit S. Congregationi Concilii, molestari, & cogi ad solutionem ducatorum quatuor millium debitorum cuidam Creditori Collegii Beneventani, quos ille accommodaverat pro solvenda Adoha debita per multos annos Fisco Regio super feudo S. Bartholomæi in Galdo possesso à dicto Collegio Beneventano, & non habens modum satisfaciendi supplicem libellum porrexit S. Congreg. Eminentissim. Cardinalium Concil. Tridentin. Interpretum pro licentia faciendi venditionem annuorum introituum ad formam Bullæ, super bonis ejusdem Collegii, & à S. Congregatione fuit remissa facultas Patri Generali, cum conditione tamen, ut dictus Census redimi deberet infra sex annos, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, & P. Generalis assentitur, ut *in memoriali, fol.3. & seq.* quod ita semper fieri solet teste Card. Lugo *respons. dub.11.*

In hujus concessionis exequutione P. Provincialis no- 3
mine, & parte Collegii Beneventani die 22. Augusti 1658. asserens se debere hæredibus Dom. Dominici Gallo ducatos quatuor mille, pro tot mutatis solvendis Regno Fisco *ubi supra*, & non habens pecuniam præ manibus, die 22. Augusti 1658. mediante persona Notarii Sylverii Antonii Torelli, vendidit eidem Donato annuos scutos 195. pro Capitali ducatorum quatuor mille, quos declaravit sic recepisse scilicet 3400. elapsis mensibus per medium Banci Sanctissimæ Annunciatæ, eo modo, quo supra quos cum aliis scutis 600. accommodatis à Josepho de Ambrosio, restitui debebant dictis hæredibus Galli, & alios scutos 600. tunc temporis recepit ab eodem quondam Donato per medium Banci, ut *in dict. Instrum. fol.3.* & dicti scuti 600. fuerunt vinculati in Banco A. G. P. pro illis solvendis eidem Josepho de Ambrosio, ut ex partita, *fol. 12.*

4 Prædictus P. Provincialis solvit dictos annuos ducatos 195. usque ad annum 1660. sed ex tunc non solvit, & allegabant Patres, quòd cum Collegium Beneventanum fuerit derelictum, atque suspensum, & inhabitatum Ordine P. Generalis, & super illius introitibus plures alii Creditores compatuerint, anteriores ad hoc creditum, non erant sufficientes vires pro omnibus. Contingit interim Montem septem operum hæredem relinquo à dicto Donato, & 18. Julii 1662. comparuit Procurator Montis
5 coram D.Nuntio Apostolico, dicens qualiter anno 1658. 22. Augusti quondam Donatus de Simeone emit annuos ducatos 195. pro capitale ducatorum quatuor millium ad rationem ducatorum quatuor, & quartorum trium pro centenario super fructibus cujusdam ruris modiorum centum circiter, & super aliis bonis dicti Venerabilis Collegii Beneventani Societatis Jesu, & quia per plures annos defecit Collegium à dicta solutione annui redditus, acceptando rescissionem contractus, petiit, instititit cogi, & compelli, *fol.*1.
6 Cujus libelli copia cum præcepto subscripto ab Auditore de Montibus fuit intimata Procuratori Provinciæ P.Macario, ut solvat Collegium Beneventanum Gubernatoribus Montis, & die 21. Julii intimatur primum præceptum de solvendo, die 8. Augusti 1662. fit secundum præceptum, die 12. Augusti fit tertium præceptum, & die 22. Augusti 1662. fit quartum præceptum, ut solvat, &c.
7 Ad fundandam suam intentionem, & præcepta justificanda fuit à Procuratore Montis productum instrumentum stipulatum, die 22. Augusti 1658. eo modo, quo suprà, dicebamus, ibi tamen dicitur, quòd ducati 4000. sunt hoc modo, videlicet, scilicet scuti 3400. mutuati à quondam Donato pro illis brevi manu restituendis hæredibus Dominici Galli, quos mutuavit Donatus, & recepit P. Spinellus, per medium Banci A. G. P. pro servitio Provinciæ; de quibus Ducatis 3400. P. Spinellus fecerat operam bancalem eidem Donato per medium ejusdem Banci A. G. P. solvendum infra sex menses, quæ apocha dicitur à Notario, quod conservatur ab ipso *in dicto contractu*, & alios scutos 600. dixit P. Marcellus recepisse, ut solveret Josepho de Ambrosio, ut de facto fecit *dict.fol.* 3. *& à tergo*.
8 Hos ducatos quatuor mille P. Marcellus Spinellus solvit Patri Joanni Domino Iscero pro totidem ab eo receptis, & à Patre Iscero depositantur in Banco Spiritus sancti, sub credito Patris Raymundi Jusiini ejusdem Societatis laici, ex ordine Patris Provincialis, & à Jusiino fuerunt soluti hæredibus Galli, tamquam mutuatos annis elapsis Patri Provinciali Francisco Mascambruno pro necessitatibus Collegii Beneventani, ut ex *dict. partita*, dixerunt apparere.
9 Factis perceptis fuerunt expeditæ litteræ exequutoriales contra Collegium Beneventanum, & Mossus Procurator ad exequendum D. Antonius Lombardus ad exequendos effectus dicti Collegii, uti debitoris annuorum ducatorum 195. *fol.* 15. & literæ sunt *fol.*16. qui exequutus fuit jurisdictionem criminalem feudi S. Bartholomæi in Galdo, & civilem Castri Tojani, & domum quandam Neapoli *al vico del fico*, *d.fol.*16. & fuit factum sequestrum debitoribus, sive affictatoribus jurisdictionis Tojani, & S. Bartholomæi in Galdo *fol.*17. & asseritur tales jurisdictiones fuisse emptas per Card. Arigonium ducatis 21000. à Marchione Vulturatiæ Joannem Baptistam Caracciolo, in ann. 1603. *fol.*37. & per Patres in anno 1662. erant locatæ pro ducatis 200. ut ex partita affictus cum Saldo de præterito *fol.* 41.
10 Et ecce statim comparuit conductor feudi, & instititit continuare velle pro eodem pretio per alios tres annos, necnon depositare promisit Neapoli in publico Banco ducatos 200. *fol.* 41. & exequutis bonis Collegii, pervenerunt in depositum ducati centum, qui fuerunt liberati Ministris Nuntiaturæ Apostolicæ *folio* 67. & pro litteris exequutorialibus expeditis, *fol.* 71. die 26. Augusti 1662. *fol.* 71.
11 Per Procuratorem Montis septem operum fuit etiam probatum plura bona mobilia fuisse à Collegio Beneventano extracta, & conducta intus Ecclesiam, & Monasterium Monialium S. Petri in Civitate Beneventani, & quod extraxerant à mane, usque ad vesperem in mense Martii 1663. & inter testes unus fuit quidam Inquilinus vicinus Collegii, qui, ut adjutor extraxerat *fol.* 73. & quod tam Pater Rector Collegii, quàm Pater Joseph Baronus in mense Maji 1663. plura mobilia miserunt, & transtulerunt in terra S. Georgii, ut fuerunt diversi apparatus, & argentum consecratum in eodem loco *fol.*74. & Principi Domino loci consignaverant *fol.*74. bona consignata Monialibus in præsentia Notarii, & inventariata *fol.*75. *&* 76. ob quod intimatur Abbatissa Beneventi, scilicet dicti Monasterii Sancti Petri ad relaxandum talia bona *fol.*79. exequutæ fuerunt duæ domus Collegii in Civitate Beneventi, una redditus ducatorum quinque annuorum, & alia ducatorum 31. *fol.* 78. *&* 79. alia ducatorum sex annuorum *f.*80. & à ter. alia carolenorum 20. annor. *f.*81. vinea tumulorum 11. *f.*81. à ter. alia tumulorum 6. *f.*81. alia modiorum 200. *fol.*82. & Horologium ferreum, quod erat ejusdem Collegii *fol.* 82. & factum fuit appretium pro ducatis ter mille, & biscentum, & à particularibus debitoribus ejusdem Collegii fuerunt sequestrati ducati 62. annui *fol.*136. à tergo, & penes reddentes, & colonos ducati centum circiter *fol.*138.

Sed factis tot diligentiis, ut vidistis, comparuit maxima creditorum caterva *fol.*46. *& fol.*54. *fol.*29. *&* 19. & *folio* 21. onus Adohæ ducatorum 38. annuorum debitorum Marchioni Sancti Marci *fol.* 25. & alii creditores 29. & 30.

Procurator verò Collegii Beneventani tandem resipiscens, dicit, respondendo petitioni factæ per Procuratorem Montis septem operum, ut bona d. Collegii venderentur, Montem prædictum non habere creditum, ex quo non habet assensum Apostolicum, nec Regium pro feudalibus, ita dicit *fol.*133. à tergo.

Et quia agitur de maximo negotio pro Monte septem operum, cum Patribus tam qualificatis, ubi videtur controverti authoritatem, & honorem dignissimi, & numquam satis laudati Viri P. Marcelli Spinelli, Nobilissimi, ac Doctissimi, pluries Provincialis Neapoli, Siciliæ, &c. semper maxima cum applausu, & utilitate Provinciarum, in quibus suum exercuit officium, ideò speciali facto opus est occurrere.

Etenim pecuniam confessus fuit P. Spinellus velle restituere hæredibus Domini Galli, & sic exposuit S. Congregationi, & ab ea sic negotium remissum fuit P. Generali, cum clausula tamen, quod deberet infra sex annos redimi, & quod in quolibet anno depositaretur rata *fol.*4. à tergo; qua non depositata, incurrat is, ad quem spectat, vel pro tempore spectabit in pœnas decreti, de non alienandis bonis Ecclesiæ *fol.* 50. & absolutionem S. Pontifici reservavit, simulque dictum fuit pro solvendis aliquibus debitis feudi S. Bartholomæi in Galdo à Ministris regiis Episcopis possess. *d.fol.*4. & in instrumento apponitur pactum quandocunque, & tamen P. Generalis, & S. Congregatio solum tribuit facultatem per sex annos sub pœna excommunicationis, obligat bona collegii *fol.*6. & partita banci cantat, quòd Donatus solvit P. Iscero, & ab eodem Iscero solvitur Josepho Cenatem pro Cascerio A. G. P. pro totidem receptis, *fol.*12. 13. *&* 14.

Tenor apochæ enunciatæ in instrumento factæ à Patre Marcello Spinello, hic est. *Banco della Santissima Annuntiata pagato al Signor Dottore Donato de Simone ducati tre milla, e quatro cento per tanti imprestatimi gratis per mesi sei per servitio della mia Provincia di Napoli della Compagnia di Giesu, per mezzo di questo medesimo vostro Banco, Napoli 30. di Gennaro* 1658. *Marcello Spinello della Compagnia di Giesu Provinciale*. Extracta est ab originali instrumenti, & apochæ contentæ apud Notarium Sylverium Antonium Torrelli.

Gubernatores Sacri Montis septem operum videntes bona exequuta vix sufficere pro creditoribus anterioribus jam comparentibus, recursum habuerunt ad tunc Illustrissimum Nuntium Julium Spinolam, nunc meritissimum S. R. E. Cardinalem, ut dignaretur excommunicationis sententia uti contra quosdam debitores dicti Collegii commorantes in Civitate Beneventana, & cum hoc fuisset, fuit eidem præsentata inhibitio S. Congregationis status, qua dicebatur ne procederet D.Nuntius ad excommunicationem prædictarum contra Beneventanos, unde non habentes D.Gubernatores modum exequendi, vel procedendi contra Beneventanos, nec posse d.bona vendere, & considerantes, quod si Romæ negotium tractaretur multis subjaceret

ceret periculis, tum per Ordinem, quia per tres conformes expediuntur causæ, tum ob justitiam ex defectu assensus non observati, ex pecunia conversa in emptionem annuorum redditutum ex alia causa debitam, & ob nonnullos alios defectus consideranti parentibus, voluerunt sentire à DD. vocatis ad hunc effectum, inter quos fuit etiam Dominus meus Illustrissimus Episcopus Litterensis Dominus Honuphrius de Ponte olim in nostris Tribunalibus præsertim Ecclesiasticis Advocatus, nunc verò dignissimus Prælatus, & ego cogitabam nullam habendam esse rationem processus cœpti in Nuntiatura prædicta, sed penes eadem acta dirigendum esse S. Montem contra Patrem Provincialem pro tempore, & nunc existentem, idque vigore Apochæ, & personalis actionis contra bona totius Provinciæ, eo quod in Apocha dicebatur pro servitiis Provinciæ, placuit Montium Collegis, & rogarunt, ut scriberem.

20 Dicebam in facto negotium esse desperatum contra collegium Beneventanum, quando exequutis bonis, non poteram ibi justitiam habere, nisi post graves anfractus Romam accederem, dicebam secundò, me non posse uti instrumento prædicto ex capite falsæ assertionis factæ à Provinciali, tum quia sic in instrumento, sicuti in assensu Apostolico dixerat pluribus in locis esse debitorem hæredum quondam D. Dominici Gallo in ducatis 4000. quos jam solverat per medium Banci Spiritus S.cum Apocha Patris Tosini ex mense Aprilis, & contractus celebratur mense Augusti 1658. tum quia dictus Gallus non erat Creditor Collegii Beneventani, sed Patris Provincialis, virtute Apochæ Banchalis, tum quia ducati 3400. expensi erant pro necessitatibus Provinciæ, & jam erant penes Provincialem, ut apparet ex partita, *fol.* 12. unde nullo existente instrumento, Mons septem operum remansit Creditor Apodissarius in sola actione personali ejusdem P. Provincialis, & totius Provinciæ, & hoc confirmavit P. Provincialis, quando ob servitium suæ Provinciæ dixit pecuniam accepisse, & Apocham fecit suo nomine solvendam infra sex menses, ut ex copia ejusdem Apochæ apparet, quæ non solum non fuit annullata in stipulatione dicti contractus, & cassata, seu Notario consignata, ut conservaret illam. Hæc sunt, quæ in facto occurunt; quia verò hoc negotium in jure fundandum dependet à particularibus Regulis Societatis Jesu circa gubernium P. Provincialis, & aliorum, ideò sit.

CAPUT SECUNDUM.

SUMMARIUM.

1 *Societas IESV est Religio, & sibi nomen cœlitus est impositum.*
2 *Societas IESV propriam, & aliorum perfectionem respicit, atque attendit.*
3 *Societas IESV à Spiritu Sancto fundata, & quare.*
4 *Societas IESV est vera Religio Clericorum id est Presbyterorum.*
5 *Societas IESV est Religio mixta inter activam, & contemplativam.*
6 *Societas IESV semper fuit, & est in eodem Spiritu, non obstante corruptela aliquorum dimissorum.*
7 *Chori, & cantus usus, qui non est in Societate, nihil ei derogat circa perfectionem.*
8 *Societas IESV cur ab aliquibus odiosa.*
9 *Societas IESV non habet laxam vitam, sed arctissimam ad Superioris libitum.*
10 *Societatis IESV quanta existimatio fuerit apud Pontifices, Concilia, Imperatores, Reges, &c. & etiam apud exteras Religiones.*
11 *Gubernandi modus triplex, Monarchia, Aristocratia, & Democratia.*
12 *Monarchia, Aristocratia, & Democratia, quæ sint.*
13 *Religio Fratrum Minorum, an Monarchia, an Democratia regatur.*
14 *Societatis regimen est Monarchicum, sed in pluribus participat de Aristocratia.*
15 *Iurisdictio, & potestas Societatis tota est in Societate professa, & an possit supra Generalem.*
16 *Societas IESV habet tres gradus subditorum, & sub quo contineantur Coadjutores temporales.*
17 *Societatis quartum votum quid contineat.*
18 *Societas IESV est vera Religio ex vi sua, non ex Bulla Gregorii Decimitertii, nec ex vi solius Concilii.*
19 *Societas IESV ultra vota habet plura præcepta, nullam tamen habet secretam instructionem circa modum procedendi, ut n.6.*
20 *Alienatio bonorum facta per Iesuitas Scholares sine licentia Prælati an valet, & quare.*
21 *Beneficia Iesuitarum non vacant, per professionem trium votorum.*
22 *Pensiones Iesuitarum non vacant, per tria vota eorumdem.*
23 *Iesuita ante professionem trium votorum, dimittere tenetur beneficia, sed non pensiones.*
24 *Pater Generalis an, & quando possit partem bonorum unius Collegii alteri applicare collegio,* &c.
25 *P. Generalis bona Collegiorum, non potest applicare ad usum Societatis professæ.*
26 *Necessitate tamen posita, id fieri potest.*
27 *Alienatio bonorum stabilium non fit in Societate sine licentia Generalis, & consensu S. Congreg. ex Bulla Vrbani VIII.*
28 *Provincialis tenetur occurrere debitis Collegiorum, & familias statuere.*
29 *Mutuans Iesuitis Superioribus, non tenetur probare versionem in utilitatem laicorum.*
30 *Provincialis Societatis potest facere contribuere bona unius Collegii pro debitis alterius, & quando.*
31 *Collegio debitis onerato, quid facere debeat Provincialis.*
32 *Regulæ P.Provincialis proponuntur.*
33 *Provincialis Dominicanorum, an faciat leges perpetuas, & quando.*
34 *Confessarii Regulares cujus Superioris licentia litteras Apostolicas aperiunt.*
35 *Confessarius Regularis, quas conditiones habere debet ad litteras aperiendas Sedis Apostolicæ.*
36 *Regulares quibus confiteri debeant.*
37 *Generalis ex causa, an, & quando possit removere Provincialem, & quid agendum pro illo removendo.*
38 *Provincialis Societatis IESV ad libitum, & nutum Generalis potest deponi.*
39 *Provincialis, an possit recusari, & impediri in visitando.*
40 *Provincialis Dominicanorum, quando eligat subpriorem.*
41 *Generalis quando vult removere provincialem debet illum audire, excepta Societate IESV.*
42 *Provincialis si sit captus à Turcis, restitutus non recuperat locum occupatum ab alio.*
43 *Provincialis an possit Monialem transferre de uno monasterio sui Ordinis ad aliud.*
44 *Generalis, an possit Provincialem invitum transferre de una in aliam Provinciam, excepta Societate IESV.*
45 *Prælati Regulares dantur in religionibus ad commodum subditorum.*
46 *Prælatorum finis est justitia, ex qua bona resultant Religionis.*
47 *Provincialis Sancti Francisci peccat mortaliter si familias gravat, ut opus sit recurrere ad pecuniam.*
48 *Generalis est subditus Capitulo, & in quo sensu.*

CAPUT II.

De Patre Provinciali Societatis Iesu, quid possit erga suam Provinciam in contrahendo, & multa de aliis Provincialibus dicuntur.

1 PRo intelligentia hujus capitis, suppono primò, Societatem Jesu veram esse Religionem, & proprium nomen sibi vendicare oportuisse calumniis quorumdam Reverend. de quibus P. Suarez *tom.*4. *de Religione* , *tract.* 10. *capit.*1. cujus finis ex Bullis Pauli III. Julii III. & Greg. XIII. non solùm est propriam, sed aliorum perfectionem quærere, & qualiter possit Societatis finem esse propriam,
2 & proximorum quærere perfectionem disputat idem Suarez *capit.*20. *numer.*9. de cujus fine, & nomine cœlitus dato, plura notat Eminentissimus Cardinal. Pallavicinus ejusdem Societatis alumnus in vindicationibus Societatis Jesu, *capit.*1. *usque ad capit.*6. media quibus talem perfectionem acquirit, atque communicat, expenduntur à Suarez *ubi supra* , *capit.*3. & immediatis modis propriam,
3 mediatis verò subditorum Suarez *dicto cap.*3.*numer.*9. convenientissimè instituta, & approbata fuit, ac Spiritum sanctum principalem fuisse authorem hujus Religionis dicit Suarez *capit.*4. *numer.*4.& licet modum gubernandi Religionem prædictarum non fuisse Spiritu sancto dictarum, dixerit impius hæreticus, & infamis ille auctor sub ficto nomine Fratris Juniperi de Ancona Minoritæ, tamen optimè ejus blasphemias confutavit P. Forer. *in sua Mantissa*, *session.*2.*folio* 65.*per totam*, à Sede Apostolica convenientissimè fuisse approbatam Suarez dicit *numer.*11. est-
4 que vera Religio Clericorum ex Trident. *sess.*25. *de Regul. capit.*16. sub ly Clericorum addit Suarez *cap.*50.*numer.* 20. Presbyterorum, qui ex hoc ad plura notabilia infert, & ex vi sui instituti, mixtam esse Religionem inter activam,
5 & contemplativam, atque pluribus suis actionibus cum contemplatione benè satisfacit, & ex vi sui instituti perfectissimam esse Religionem exclamat Suarez *cap.*6. *& capit.* 8. *numer.*2. neque quod in tota Societatis aliquorum corruptela reperta sit, & ab instituto discessum, corrupta
6 dici poterit unquam, quando etiam Deus in Angelis suis invenit pravitatem, ut advertit P. Forerius *in Anatomia contra Anatomiam Societatis Iesu*, *sect.* 2. *per totam* , & præter Constitutiones, & Regulas Superiores Societatis nullam aliam habent secretam instructionem eisdem contrariam, qua Religionem gubernent, ut benè advertit P. Forerius *in dicta Anatomia*, *sect.*6. *per totam* , ac conve-
7 nientius non fuisse usum cantus, & Chori in dicta Religione dixit idem Suarez *cap.*8. & latè defendit Card. Pallavicinus *ubi supra* , *cap.*8. 9. *&* 10. & in hoc reprehenditur Julius Clemens Scottus Placentinus de familia nobilissima Scottorum de potestate Pontificis erga Patres Jesuitas, ubi totus est in impugnando primævum Societatis spiritum cecidisse, plurimum laboribus à societate importari Christrianæ Reipublicæ, ideò ejus leges funditus evertere, privilegia abroganda censuit, &c. & cantum, ac Chorum deficere inter imperfectiones enumerat, sed eum optimè reprobat Eminentissimus Pallavicinus in vindiciis Societatis Jesu, *cap.*22.*per totum*, & nulla ex parte à pristina virtute delevisse latè probat idem Eminentissimus *cap.* 47. *& c.*48. ait Pallavicinus, quod in quatuor accusant so-
8 cietatem. Primò, quod uti superbos notant, & quod elatè de se ipsis, & de cæteris abjectè sentiant. Secunda, quod sint avari, eo quod rei familiaris, & avidiores sint & tenaciores. Tertia, ut potestatis ambitiosos, quod privatis, publicisque externorum negotiis cupidè immisceantur. Quarta, quod turbulenti, ac noxii, quod à multis Christianorum Regnis, vel pulsi, vel interdicti sint, & non potest vitio carere cibus ille, quem multi, vel vomunt, vel nauseant.

9 Nec laxam regulam, imò arctam profiteri fundat Suarez *cap.*9. licèt enim non definiverit certam austeritatem, pro omnibus, nec pœnitentiam pro omnibus sociis communem, tamen superioris consensu, ac cum quibusdam vires habentibus easdem pœnitentias facere volentibus permittit, & approbat, impedimenta plura esse quibus impediti, nequeunt, ad societatem admitti, enarrata per Suarez *lib.*2. *tr.*10. *cap.*1. & de admissione Scholarium in societatem, atque eorumdem admissione agit Suarez *d. l.*3. *tr.*10. unde videndus est libellus, qui dicitur spongia, qua absterguntur convitia, & maledicta Equitis Poloni contra Jesuitas, & novissimè P. Andreas Mendo Lucronensis è Societate Jesu in provincia castellana, qui scripsit 10
crisim Societatis Jesu, ubi latè de fructibus, & Doctrina societatis, & qui elapsis temporibus societatem impugnaverint, adducens *capit.* 3. judicium, & existimationem Summorum Pontificum, & Conciliorum, ac S. R. E. Cardinalium de societate semper habita, atque de ejus Religiosis, & doctrina, & *cap.*6.refert judicium, & existimationem habitam ab Imperatoribus, Regibus, & Dynastis, aliud Sacrarum Religionum de Societate, ejusque Viris, necnon testimonia Virorum Sanctorum, & Scriptorum extra Sacros Ordines, & alia eruditissimè scripsit liber aureus est.

Suppono secundò, quod forma Principatus, & modi 11
Gubernii sunt tres, Monarchia, scilicet, Aristocratia, & Democratia (datur Oligarchia, quæ est correptio Aristocratiæ, vel Democratiæ) ita dicunt Aristot. *l.*8. *Ethic. c.*10. *&* 3. *Politic. cap.*5. Plato *lib.*6. *de Regno*, S. Thomas *de Regimine Principum*, *lib.*1. *cap. primo*, *& part.* 2. *quæst.* 95. *articul.*4. Bellarminus *de Monarchia Ecclesiastica tom.* 1. *capit.* 1. Ægidius Romanus *part. secunda*, *lib.*3. *cap.* 20. Besoldus Arniseus Bodinus, Bruneus, Lyneus, qui de Monarchia agunt.

Monarchia est, quæ regitur per unum Monarcham, 12
quæ rarò inquit Suarez est simplex, quia supposita fragilitate, ignorantia, & malitia hominum, regulariter expedit aliquid admiscere ex communi gubernatione, quæ per plures fit, quæ est major, vel minor, juxta varias consuetudines, & judicia hominum; gubernatur per paucos, & optimos Aristocratia, per plures Populares, Democratia, & quibus addit Suarez *l.*3. *de legib. cap.* 4. *in* 1. confici possunt varii modi gubernationis mixtæ, seu compositæ, ex illis simplicibus per participationem, vel omnium, vel duorum ex illis, de quibus videri potest fusè, & optimè Bellarminus *l.*1. *de Summo Pontifice*, *à principio*, *per nonnulla capita*, & ex his certissimum est, ut ait Peyrinus *de Prælato*, *q.*1. *c.*2. *n.*2. omnes Religiones regi uni ex supradictis modis, vel simplici, vel composito, quia non potest aliud excogitari, ut docet Suarez *ubi sup.* Prætermissis ergo regiminibus multarum Religionum, de quibus videndus est Peyrinus *ubi sup.* dicendum est cum eodem DD. *in fine capitis*, referente Navarrum *in comment.*3. *de Reg. numer.*15. Rodriquez *tom.*1. *q. Reg. q.*27. *art.*2. quòd Reli- 13
giones ferè omnes nunc regimine temperato sub diversis modis, & formis utuntur. Unde Fratres minores reguntur Democratia, ut probat idem Peyrin. *ubi sup.* licèt Corduba cum aliis *in Regula S. Francisci*, *c.*8. dicat regi Monarchia mixta, attamen re benè considerata non differt à Democratia, ex Bart. *in l.Tauri*,*& l.*1. §. *si plur.n.*7.*ff. de exerc. action.* qui ait, quod justus facere cum consilio alicujus, si consultor est particeps officii, teneatur illud requirere, ejusque consilium sequi, quam Doctrinam sequitur Sanchez *in summ. l.*5. *c.*4. *numer.* 65. Cardin.Tusch. *litt. C* , *concl.*770. Pasqualinus *canon. qu. q.*39. Barbosa *in collect. ad text. in c. si ad solum*, *de Reg. in* 6. quia tale consilium habetur pro consensu, Gonzalez *glos.*47. *numer.*81. Ricc. *dec.*192. *numer.*3. *p.*1. Barbosa *in c.unico*, *ne Sede vacante*, *numer.*12. Oltradus *cons.*209. Card. Tusch. *ubi sup. numer.*1. Raggius *de regim. Regularium*, *tract.* 6. *dub.* 141. *per totum*.

Societatis regimen Monarchicum esse, licèt tempera- 14
tum aliquantulum Aristocratia, quod optimum semper fuisse docuit Suarez *tract.*8. *de legibus*, *lib.*3. *capit.* 4. & de Ecclesiastica Hierarchia dici solet, de qua idem Suarez *de fide*, *disput.*9. *sect.*6. *à numer.*8.& latè Eminentissimus Pallavicinus *in vindiciis Societatis Iesu*, *capit.*42. *&* 43. *& de potestate Patris Generalis*, *cap.*44. *& cap.*45. disputat, an P.Gener. expediat,quod sit perpetuus,antemporalis,est autè Monarchia Societatis, quia reducitur ad unum Generalem Præpositum, sub quo tota Religio militat, quæ, ut illi conjuncta soli Summo Pontifici in spiritualibus ordinariè subjecta est, quod totum constat ex prima institutione Societatis in Bullis Pauli III. Julii Tertii, & ex *Constitutione*, *part.*9. sub quo Generali immediati constituuntur Præpositi Provinciales, & sub Provinciali singulorum locorum Superiores, ut *in dicto tractat. octavo*, ait Suarez participat verò societas Aristocratiæ, multis modis, primò in hoc, quod suas habet Congregationes Generales, quæ licèt non habeant certa, & definita tempora, oppor-

opportunis tamen occaſionibus, non ſunt omittendæ. Primo, quando eligendus eſt Generalis in defectum mortui, vel privati, aut privandi. Secundò, quando alia cauſa gravis occurrit ex his, quæ numerantur *in octava part. Constitutionum*, *capit. ſecundo*, ad quam Congregationem pertinet Ariſtocraticum regimen: nam in illa, qui congregantur habent ſuffragium deciſivum, & quamdiu illa durat, in ea eſt ſuprema poteſtas totius Societatis, etiam ſupra ipſum Generalem, ut declaratur *part.* 10. *Conſtitutionum*, §.8. *& 9. parte*, *capit.* 3. 4. 5. *&* 6. à quo autem ſit vocanda talis Congregatio, & qui ſint ad eam vocandi, & quomodo, & quæ negotia in ea tractanda ſint, habetur *in octava part. Conſtitutionum*, & nonnulla attinguntur *in* 9. *&* 10. *part.* & ſpecialius in peculiari forma Generalis Congregationis participat. Secundò, de Ariſtocratia ex Congregatione, quam vocant procuratorum, quæ conflatur ab uno procuratore pro unaquaque provincia, ut *in octava part. Conſtitutionum*, *capit.* 2. & ejus forma eſt magis declarata in ſecunda Congregatione Generali *capit.* 29. ut in Sac. Congregatione Generali, in qua tales procuratores mittuntur Romam, & habent votum deciſivum ad videndum an ſit congreganda Congregatio generalis, in quo puncto habent votum deciſivum: nam in aliis negotiis habent ſolùm votum conſultivum, *dict. part. Conſtitutionum*, *capit.* 20. participat. Tertiò regimen Societatis de Ariſtocratia per Congregationes Provinciales, quæ in ſingulis provinciis quolibet triennio fieri debent, quæ fiunt ad hunc finem, ut eligatur perſona, quæ nomine totius provinciæ Præpoſitum Generalem adeat, & in Congregatione procurator ſuffragium habeat, & in hac ſola electione habent votum deciſivum. Quartò, participat de Ariſtocratia, in multitudine prælatorum per quos gubernatur ſub uno ſupremo Generali, ut ſunt Provinciales, & locales Præpoſiti, aut Rectores, qui totum gubernationis pondus habent diſtributum, quod pertinet ad Ariſtocratiam, ut *in p.* 9. *Conſtitutionum*, *c.* 4. 5. *&* 6. *& p.* 9. *c.* 7. §. 4. *& p.* 4. *cap.* 10. §. 7. *& c.* 17. §. 1. Ratio verò cur S. Ignatius Generalem ſic deſignaverit, & contra eos, qui talem electionem improbaverint, diſputat Cardinalis Pallavicinus in vindiciis Societatis Jeſus *capit.* 42. *& capit.* 43. ubi de Monarchia ait, & Ariſtocratia, ac de utriuſque incommodis, & *capit.* 44. ubi agit de poteſtate Patris Generalis.

15 Tota ergo juriſdictio, & poteſtas eſt in Congregatione Generali, quæ dici ſolet ſocietas profeſſa, & eſt maxima intenſivè, non autem extenſivè, dixi maximam intenſivè, quia primò, poteſt Generalem eligere, cui conſequenter communicat totam juriſdictionem, quam ille habet. Secundò, quia poſt electum Generalem, monet Congregatio illi Superior, ut patet *in quarta Congregatione Generali*, *decreto ſecundo*, illis verbis (ut Congregatio Præpoſito mandet, &c.) undè poteſt non ſolùm illum obligare ſuis legibus, & præceptis, ſed etiam eum punire, vel interdum deponere, ſi cauſæ legitimæ intercedant, ex *ex p.* 9. *cap.* 4. *Conſtitutionum*. Tertiò, habet poteſtatem ſtatuendi jus perpetuum, & illud mutandi, in eadem ſocietate, ut *in* 7. *Congregatione Generali*, *decret.* 76. Quartò, loco habet poteſtatem alienandi, vel diſſolvendi Collegia, aut domos ſemel erectas, & acceptatas juxta *p.* 3. *Conſtitutionum*.

16 Habet Religio Societatis Jeſu tres gradus hominum, Primus Novitiorum, Secundus Profeſſorum trium votorum. Tertius profeſſorum quatuor votorum, illi primi, & ſecundi, jure Ordinario non poſſunt eſſe provinciales, nec præpoſiti domorum profeſſorum, & ſunt ſcholares, & hoc ſecundo gradu ſunt etiam Coadjutores Spirituales Societatis Jeſu, qui tria vota emittunt, & operantur in ea, Confeſſiones audiendo, Scholas faciendo, &c. de quibus Suarez *lib.* 6. *tom.* 4. *cap.* 1. *&* 2. & in quo differant Scholaſtici à Coadjutoribus Spiritualibus diſputat idem Suarez; ſub eodem gradu ſunt alii, qui vocantur Coadjutores temporales Societatis Jeſu, & hic eſt ultimus gradus perſonarum Societatis, de quibus Suarez *ubi ſuprà*, *c.* 3. quos ad tres gradus alii reducunt ſcilicet Religioſi approbati, formati, & profeſſi, alii dicunt Scholares operarii, & Coadjutores temporales, ut in examine *c.* 1. §. 7. Suarez *ubi ſupr. cap. ult.* reaſſumpſit hos gradus Eminentiſ-

17 ſimus Pallavicinus *ubi ſuprà*, Primus profeſſorum, ut in anno 33. faciat quatuor ſolemnia vota, tria ſcilicet quæ cunctis familiis communia ſunt, & quartum de miſſionibus obeundis ad quamcumque fidelium, vel infidelium plagam pro nutu S. Pontificis, vel Præpoſiti Generalis etiam ſine viatico: Alii ſunt trium votorum ſolemnium; Alii ſunt Coadjutores Spirituales, quorum vota ſunt publica, ſed non ſolemnia, quos ex graviſſimis cauſis poteſt Generalis dimittere, & profeſſi quatuor votorum ſolent eſſe illi, qui ſunt habiles ad Philoſophiam, ac Theologiam perlegendum, qui carent talibus dotibus dicuntur Spirituales Coadjutores, de qua re Card. Pallavicinus *in Vindicationibus Societatis Ieſu*, *c.* 31. qui *cap.* 32. 33. *&* 34. hos gradus à Julio Scoto defendit, unde doctrina S. Thomæ, 18
quòd profeſſio Religioſa requirit tria vota ſolemnia, dicunt Jeſuitæ, quòd antiquitùs procedebat, ſed non in præſenti, quando ex Bulla Gregorii XIII. quæ incipit *aſcendente Domino*, Religioſi Societatis Jeſu trium votorum, quos Scholares appellamus ſunt veri Religioſi, & tamen non emittunt ſolemnia vota, ſed ſimplicia, unde Thomiſtæ dicunt Societatem Jeſu eſſe Religionem ex vi Bullæ Gregorii XIII. & Concilii Tridentini, ita Texeda *de Perfectione Religioſa*, *addit.* 4. ſed hoc eſt falſum, ut notant omnes Jeſuitæ poſt Suarez, Caſtrum Palaum, & alios, vivit ergo Religio Societatis Jeſu ſub obligatione votorum, & ultra vota, undecim tenetur ſervare præcepta, vel à Propoſito Generali impoſita, vel à Congregatione Generali, 19
quæ præcepta obligant omnes Religioſos Societatis JESU, quæ præcepta proponit, & plura circa ea notat Caſtrus Palaus *tom. tertio*, *diſputat.* 4. *punct.* 9. *per totum*.

Si contingat, quod Jeſuitæ Scholares alienent bona 20
ſine licentia prælati, valeret alienatio, quia talium bonorum habent Dominium, ita Suarez *tom.* 4. *de Religione*, *lib.* 4. *c.* 6. *numer.* 8. Sanch. *in Summa*, *tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 8. *numer.* 25. *& c.* 18. *numer.* 18. Azorius *tom.* 1. *Moralium*, *lib.* 12. ſequitur Cardinalis de Lugo *tom.* 1. *de Iuſt. diſp.* 3. *n.* 76. ſed licèt contrarium defendat, & non benè P. Texeda *de perfectione Religioſa*, *dub.* 2. *per totum*, unde videmus, quod poſſeſſio beneficiorum prius obtentorum à Religioſis Societatis Jeſu, amittitur, poſt emiſſam profeſſionem ſolemnem, vel poſt emiſſa vota Coadjutorum formata, per quæ redduntur omnes incapaces, bona, & jura quæcunque acquirendi, & retinendi, non autem per emiſſionem ſimplicium votorum biennii, per quæ juxta ſocietatis Conſtitutiones à Sede Apoſtolica approbatas tales Religioſi non ſunt incapaces retinendi dominium bonorum, & Beneficia, quæ in ſæculo habebant, *ut in Conſtit. Societatis*, *part.* 4. *cap.* 4. §. 50. *in Declaratione litter. B*, *& part.* 6. *capit.* 2. §. 11. *in Declaratione*, *litter. E*, & legitur expreſsè in Bulla Greg. XIII. eamdem Conſtitutionum confirmatoriam, quæ incipit aſcendente Domino ſub die 8. Junii 1584. verſ. & licet, qui ad gradus profeſſorum, &c. & ratio eſt, quia licèt ipſi emittentes tria vota ſimplicia, remaneant perpetuò obligati, adeò quod non ſit eis integrum abſque Apoſtolicæ labe reſilire, ſecus eſt tamen, quoad Religionem, cujus præpoſitus generalis poteſt (data juſta cauſa) illos quandocumque dimittere, unde ſicut Beneficia ingredientium Religionem, non vacant infra annum 21
probationis ante profeſſionem expreſſam, vel tacitam, per Textum *in c. Beneficium*, *de Regularibus in* 6. eo quia ſunt in ſtatu dubio, & pendenti, & poſſunt ad ſæculum redire, ut notat Archidiac. ibi. *numer. ult.* Tiraq. *de retractu lignag.* §. 1. *gloſ.* 8. *numer.* 28. 37. *& ſeq.* Rodriq. *q. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 37. *artic.* 1. Sylveſter *in verbo Religio*, *numer.* 7. ita neque vacabunt Beneficia obtenta à Religioſis, qui dicta vota ſimplicia tantum emiſerunt; nam militat eadem ratio.

Quid idem dicendum eſt de penſionibus, quæ per dicti 22
biennii vota non extinguuntur, ſed durant, uſque ad profeſſionem ſolemnem, ſicuti de beneficiis dictum eſt, quia Text. *in d. c. Beneficium intelligitur*, *de omnibus Beneficiis*, ſecundùm Archidiac. *ibi in principio*, & ſecundùm Francum *numer.* 1. Gigantem *de Penſionibus*, *qu.* 57. *numer.* 1. at nomine Beneficii latè ſumpto, venit etiam penſio, Gigans *ubi ſup. numer.* 50. Tondut. *de Penſionibus*, *q.* 2. & Monaldus *conſil.* 155. *numer.* 11. *vol.* 2. tum quia ſicut per profeſſionem vacat Beneficium, ita etiam extinguitur penſio, Gigans *ubi ſuprà*, *qu.* 57. Garzia *de Beneficiis*, *part.* 1. *c.* 1. *numer.* 114. ideò ſicuti per vota biennii, non vacant Beneficia, ita neque cenſeri debent extinctæ penſiones ad Tex. *in l. Et ſi contra*, *ff. de vulgari*, *l. Vlt.* §. *finali*, *ff. de leg.* 3. & in penſionibus militat illa ratio, quod poſſunt Reli-

giosi post vota biennii ad sæculum redire, ut benè Sanchez *in Decalogum*, *lib.7. cap.4. numer.7. & in capit. 27. numer.* 32. & *cap.29. num.* 10. & fuit resolutum in Caputaquensis *pensione* 18. *Aprilis* 1616. coram Martino Andrea, sed ho-
23 diè Regulares Societatis Jesu, finito probationis biennio, antequam vota simplicia emittant, tenentur beneficia resignare juxta præscriptum in quinta Congregatione Generali dictæ Societatis *numer.*50. & tradidit Sanchez *d. cap.*4. *numer.*7. & *cap.*27. *numer.* 30. pensiones tamen retinent, usque ad solemnem professionem, vel vota Coadjutorum formatorum, ut observatur in praxi, de qua post Sanch. *ubi suprà*, *c.*21.*numer.*10. & notat Ferentillus ad Burattum *decis.*39.

24 P. Suarez *tom.*4. *de Religione*, *lib.*2. *capit.* 28. *numer.* 8. dicit, quod posset Pater Generalis cum consensu Societatis partem bonorum stabilium unius Collegii auferre, & applicare alteri, si priori superflua sint, & posterius indigeat, quod non videtur esse ultra absolutam potestatem, si aliunde ex circumstantia extrinseca non repugnet, & alias constet, illud secundùm se esse majus Dei obsequium, majusque bonum Societatis; probatur quia Societas est unum corpus, & bona singulorum Collegiorum, magis sunt totius corporis, quàm partis, ergo potest totum ipsum corpus, cum capite dictam mutationem facere cum cadat in majus bonum totius corporis, & tali Collegio non fiat vera læsio, cum supponatur illa bona esse illa superflua. Item hæc potestas non est prohibita Societati, aut specialiter reservata S. Pontifici; ubi enim est hæc prohibitio, vel reservatio, ergo continetur sub potestate dissolvendi Collegium, præsertim quia in toto continetur, ita Suarez *ubi sup.*

25 Verùm etiam est, quòd Pater Generalis non potest redditus Collegiorum, in usum Societatis professæ convertere, & nec bona stabilia, ut habetur *part.*4. *cap.*20. §.50.& *parte* 9. *cap.*3.§.18. quod intelligi debet, ut non modo Præpositus solus, verùm etiam, nec cum consensu totius Societatis, aut Societas ipsa hoc possit efficere, quod ex dictis locis insinuavit, expressius verò habetur *in* 4.*p. cap.*20. ubi habetur supremam Curiam Collegiorum, juxta Sedis Apostolicæ litteras, professa societas habebit; cum enim quicquam privatæ utilitatis ex redditibus quærere, vel in suum usum convertere non possit; est valdè probabile, quod majori cum puritate procedat, &c. & *in examine*, *cap.*1. §.4. declaratur idem esse intelligendum de redditibus domorum probationis, quæ sunt veluti Collegiorum membra: hæc autem limitatio, non inde oritur, quod potestas Generalis ad administranda bona Collegiorum, diminuta sit, sed ex eo præcipuè, quod societas professa ratione sui peculiaris voti, est incapax hujusmodi usus,
26 per hoc tamen, non videtur excludi, quin interveniente vera necessitate, possit Collegium societatis, eam eleemosynam facere domui professæ, quam posset facere Monasterio S. Francisci, de qua re plura tractat Suar. *to.*4.*tr.*10. *lib.*4. *c.*9. & *seqq.* de paupertate Societatis Jesu, & *l.*2.*c.*28. *numer.*10.

27 In Societate Jesu ergo dicendum est, quòd tota potestas alienandi concessa est Præposito Generali; ille enim accepta informatione debita de utilitate alienationis, decernit, quid sit faciendum; informatio autem mittitur habito tractatu Superioris, non cum Capitulo, aut toto Collegio, sed cum suis consultoribus, qui solent subscribere informationi, quæ ad R. P. Generalem mittitur, hujus autem contractus omissio, non facit alienationem esse invalidam, quia tantùm ad substantiam contractus requiritur, ut Præpositus Generalis, vel Congregatio sit benè informata, modus autem nullus hujus informationis est essentialis, ut clarè colligitur ex variis Bullis Greg. XIII. & maximè in Bulla ex debito; per Urbanianam autem Constitutionem circa formam tractatus nihil est immutatum, nec privilegiis Gregorii aliter derogatum, quam quod cum per privilegium Gregorii solius Præpositi Generalis consensus sufficeret ad validam alienationem, jam requiritur consensus S. Congreg. ut benè P. Vadign. *de contract. disp.*2. *dub.*7. §.2. *num.*14.

28 Inter regulas verò provinciali datas plura continentur, & in primis, *in Regula* 82. habetur, quod magnum æs alienum, Collegia, vel domus conflare non sint, si solvenda fore probabiliter non speret, & habita ratione redditium, & eleemosynarum, quæ ordinariè dari solent, nec in iis plures habitare permittat, quàm ali possint. In 83. *regula* habetur, quando contribuendum erit ad sumptus communes provinciæ statuat ipse quid, cuique Collegio, vel domui, servata proportione debita imponi debeat *fol.*52. *in fine*, & *fol.*53. & in alia sicut provincialis quando necesse est, in Regulis, ordinationibus, decretis, & in ipsis etiam Constitutionibus cum particularibus dispensare potest, sic etiam cum dispensaverit in rebus majoris momenti, quæ videantur urgere, & in quibus sine gravi incommodo Generalis responsum, expectari nequit, debet cum primo quoque tempore de hujusmodi dispensatione, & ejus causam admonere.

In compendio etiam privilegiorum, in verbo alienatio, 29
§.3. & 4. habetur, quod si fiat alienatio, vel censuatio, aut mutuum, non est à creditore probandum pecuniam versam esse in utilitatem Collegii, aut domus; & confirmatur totum ex Bulla Gregorii Decimitertii *folio* 204. & inter decreta Congregationis *decreto* 7. *decis.*99. & *decreto* 82. habetur, ut faciat Provincialis contribuere alia 30
loca pro debito unius loci, si non possit aliter satisfieri.

Unde quando Societas Jesu videt Collegium onerari de- 31
bitis, tunc poterunt patres in Congregatione Generali id proponere, & statuere, ut relinquatur Collegium hujusmodi, vel prospicere, ut onus temperetur, vel certè, ut ad onus id ferendum, vires majores præbeantur, hoc tamen dictum sit, si ante propositionem in Congregatione Generali, Præpositus Generalis non occurrerit, ut in Constitutionibus Societatis Jesu *p.*4. *c.*2. & ad alienandum Collegium, vel domum, sic admissum, Præpositus Generalis simul cum societate potestatem habebit; cum enim id sit, ac si ejus membrum à corpore præscinderetur: & res alioquin perpetua, & magni momenti, cum ea universa communicari melius erit, & bona vel tradere illis, qui Collegia fundaverint, si ita sit dictum in fundatione, vel alias juxta ejusdem Societatis statutum bona distribuere, ut habetur *ubi sup.*

Inter decreta Congregationum Generalium Societatis 32
Jesu, *in secunda Congregatione*, *c.*10. *dec.* 14. habetur de usu potestatis provincialium, in ejus provinciis, fuit actum, & decretum, ut juxta Constitutiones nostras, & rationis dictamen videantur, & declarantur à P. Generali, quæ sit ordinaria omnibus provincialibus, ex æquo conferenda quæ ad extraordinaria, & pro ratione loci, temporis, & personarum fuerit potius quàm illi communicanda potestas, ut priorem illam omnibus posteriorem hanc illam confirmet Præpositus Generalis, quibus ad bonam gubernationem, in hac, vel illa provincia, convenienti forma judicaverit.

Dicitur etiam in eisdem, quod contrahentes habita sola Præpositi Generalis, vel Congregatæ Societatis per litteras patentes more ipsius Societatis, vel alias confirmatione, aut consensu solo contractu securi existunt, nec tenentur demonstrare utilitatem, seu necessitatem venditionum, commutationum, & aliarum alienationum, nec item tenentur pretium in æquivalentia, vel meliora bona conversum, nec aliquid aliud demonstrare.

Quod idem in Constitutione annui census dicitur, & in compendio privilegiorum Societatis Jesu *in verbo alienatio*, §.3. & 4. imò *in* §.5. habetur, quod potest Præpositus Generalis, ac Provincialis pro emergentibus necessitatibus, & evidentibus utilitatibus domorum, collegiorum, & locorum Societatis alienare, ac permutare quælibet bona mobilia, ac etiam locare ultra triennium, ultimis testatorum voluntatibus non obstantibus, eo modo, & forma, prout habetur *in* §. 5. *in d. verbo alien.* quod idem dicitur in concessione litterarum Apostolicarum *folio* 202. à Gregorio XIII.

Inter regulas Societatis Jesu habetur præsertim de regulis P. Provincialis *fol.*32. *cum seqq.* posse dispensare in Ordinationibus, Constitutionibus, & regulis prædictæ Religionis.

Imò inter easdem regulas, *in regul.*82. dicitur magnum æs alienum collegia, vel domus conflare non sinant, si solvenda fore probabiliter non speret habita ratione redditium, & eleemosynarum, quæ ordinariè dari solent, nec in iis plures habitare permittat, quàm ali possint.

In *reg.*83. habetur, quod quando contribuendum erit ad sumptus communes provinciæ statuat ipse, quid cuique Collegio, vel domui servata proportione debita imponi debeat.

Circa

33 Circa verò alias Religiones, maxima est Provincialis
authoritas, etenim in Religione S. Dominici, nec Prior
Provincialis, nec Magister Ordinis, nec aliquod Capitu-
lum, sive sit Provinciale, sive Generale, potest facere
Constitutionem, sed oportet, quòd ad constitutionem fa-
ciendam concurrant tria Capitula Generalia, & continua-
ta, vel unicum Capitulum Generalissimum, quod tribus
Capitulis continuis æquipolleat, licèt possit Provincialis
in suo Capitulo facere Ordinationes, quæ quoad vim præ-
cepti; & censurarum expirant, Officio finito, perseve-
rant tamen perpetuò, uti simplices Ordinationes, usque
dum non fuerint revocatæ, ut observat ex suis constitutio-
nibus P. Donat. Dominican. *to.* 4. *tr.* 1. *q.* 8. sic Confessarii
Regulares, qui sunt Magistri S. Theol. possunt aperire lit-
34 teras S. Pœnitentiariæ, illi verò qui sunt simplices Confes-
sarii, scilicet nec Magistri, nec Lectores in S. Theol. vir-
tute privilegiorum id non possunt, sed cum licentia Patris
Generalis, possunt eas aperire, & super illis dispensare,
ut notant Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. disput.* 34. Rodriquez
tom. 1. *qu.* 6. *art.* 8. *& in Compendio*, *res.* 32. §. *de Confessar.*
quoad dispensandum *n.* 34. Portellius *in dubiis Regularibus*,
in verbo Confessor, aperiens litteras Papæ, Peyrinus *de
Subdito*, *quæst.* 1. *cap.* 21. §. 3. Pasqualigus *decis.* 414. Pyrrus
Corradus *de dispensantionibus*, *lib.* 7. *cap.* 4. *numer.* 68. *&
seq.* Bordonus *controv.* 27. *de Confessione*, *& Confessariis*,
35 *quæst.* 11. *num.* 41. sed hoc intelligitur duabus conditionibus
copulativè concurrentibus, quarum prima est, ut sint
Confessores approbati, ab Episcopo loci, secunda est, ut
ad aperiendum dictas litteras Apostolicas sint ab ipsorum
Generalibus specialiter designati, ut in privilegio Gregorii
XIII. concesso Patribus Jesuitis, quod incipit exponi no-
bis fecistis, quod refertur in compendio Societatis Jesu in
verbo Confessarius, §. 3. & extenditur à Corradu, *fol.* 347.
ad omnes alios Generales Ordinum, qui cum Jesuitis com-
municant in privilegiis, at Provinciales non possunt depu-
tare Confessarios ad aperiendas litteras Papales, nisi hoc
expresè habeant à Generali Ordinis, & Generales in hoc
debent esse oculati, & non committere Confessariis indi-
ctis tam grave negotium, secundò quod Confessarius ad-
missus ab Ordinario solum pro masculis, non possit aperi-
re litteras pro fœminis expeditas, quia cum debeat absol-
vere eas, & non habeant talem authoritatem, non pote-
rit committere illis scilicet limitatam facultatem habenti-
bus, Donatus *to.* 4. *tr.* 4. *q.* 4. Sic Pater Generalis potest in-
stituere Confessarium pro toto suo Ordine; Provincialis
pro tota sua Provincia, & Prior Conventualis pro toto
suo Conventu, dummodo propriis statutis non repugnet
36 P. Donatus *tom.* 4. *tr.* 5. *q.* 1. sic Religiosi tenentur confiteri
suis Prælatis, jure communi loquendo, & ex Bulla Cle-
VIII. ex qua quicumque subditus tenetur confiteri suo
proprio Sacerdoti, vel Confessario, vel ateri de illius licen-
tia *cap. Omnis* 12. *de pœnit. & remiss.* cujus proprii Sacer-
dotis nomine venit Pater Generalis in tota sua Religione,
& Pater Provincialis in tota Provincia, & Prior Conven-
tualis in toto Conventu P. Donatus *part.* 4. *tract.* 5. *quæst.*
4. sic Pater Generalis ex justa causa potest removere Pro-
37 vincialem à suo Officio, servatis tamen Constitutionibus
Ordinum, & audito eodem in juribus suis, *ex c. Quali-
ter*, *& quando de accusationibus*, scilicet ob culpam suffi-
cientem ipsius Patris Provincialis, vel ob aliam rationem
urgentem bono communi Religionis, ut si dilapidaret bo-
na Monasterii, vel si sit negligens in eorum administratio-
ne, at solo suo arbitrio, nec Pater Generalis, nec pater
Provincialis potest Superiorem ponere, at Pater Pro-
vincialis Societatis Jesu, quia instituitur à solo P. Ge-
38 nerali, per consequens potest ab eodem deponi, ad nu-
tum etiam sine causa, ut benè Sigismundus de Bononia *de
Elect. part.* 1. *c.* 7. *dub.* 49. *n.* 7. P. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *de du-
biis Regularibus*, *vers.* 17. qui limitat dictum jus commu-
ne non habere locum pendente accusatione, vel Inquisi-
tione contra aliquem, quia dum Prælatus intendit proce-
dere via juridica censetur renunciare juri suo, procedendi
ad nutum, & ut libet P. Donatus *tom.* 4. *tract.* 13. *quæst.* 54.
per tot.
39 Sic Pater Provincialis non potest recusari, & uti suspe-
ctus impediri, ne visitet ex Officio suum Conventum visi-
tatione Generali, tum quia Provincialis dum visitat sua
visitatione Ordinaria nihil aliud intendit, nisi providere,
communi bono sue Religionis ad Episcopum decreti Conc.
Triden. *session.* 25. *cap.* 1. sed nullus Religiosus potest impe-
dire bonum suæ Religionis, ergo, &c. tum quia contra
Prælatus subditorum accusatio non facilè admittitur, per
ea, quæ docet Summus Pontifex *in capit. Qualiter*, *&
quando de accusat.* tum quia sic Paulus V. Apostolico decre-
to definivit, in anno 1610. quod per extensum refert Au-
gustinus Barbosa in Trident. *sess.* 24. *de Reformatione*, *cap.*
19. *in verbo appellatio*, *numer.* 4. *in fine*. Quod si dicas præ-
dictum decretum loqui de Episcopis, tunc Respondeo,
quod in hoc æquiparantur Provinciales Episcopis, ut benè
P. Donatus *tom.* 4. *tractat.* 12. *quæst.* 65. *per totam*, Portel-
lius *in dubiis*, *& responsis Regularibus*, *part.* 1. *casu* 21. *per
totum*.
Neque potest P. Provincialis in Religione Daminicana 40
eligere Subpriorem, nisi transacto mense, in quo P. Prior
Subpriorem eligere tenetur (idque in quacumque Caren-
tia Subprioris) quo mense transacto devolvitur jus eli-
gendi ad provincialem, quod fuisse Neapoli practica-
tum refert P. Donatus *to.* 4. *tra.* 12. *qu.* 68. *in fin.* in duobus
Subprioribus uno electo à Priore de consensu Capituli sui
conventus, & altero electo à Provinciali, fuit enim per P.
Generalem decisum ad favorem illius Subprioris, qui fuit
electus intra mensem à Priore.
Cum verò P. Generalis, (excepto Jesuitarum,) vult 41
privare provincialem suo Officio, tenetur ipsum audire,
& citare, tum de jure divino, naturali, & positivo: ju-
re divino, quia etiam Deus Adam citavit, &c. jure natu-
rali, quia defensio est de jure naturali, jure positivo, ut
in c. Omnipotens Deus 2. *q.* 1. *c. Si susceptis de causa poss. &
proprietatis*, *c. Caveat* 3. *qu.* 9. *c. Omnia*, *d. q.* 9. & hoc vi-
detur de mente Clement. VIII. in Bulla, quæ incipit *litium
dispendiis*, quam extendit Quaranta *in verbo nullitas*, &
reportat P Donatus *tom.* 4. *tract.* 12. *res.* 52. Giragus *de re-
gimine Regul. p.* 3. *dub.* 60.
Imò cum provincialis fuisset captus à Turcis, & alius 42
fuisset electus ob vacantiam illius primi, fuit postmodum
liberatus, & petebat restitui ad locum suum, ex *l. Postli-
minii*, *ff. de captivis*, *& l. cum Dux*, *& l. hostes*, *ff. eod.*
sed pro alio fuit decisum, qui fuit electus ob capturam pri-
mi à Turcis, quia non restituitur ad officia ab aliis interim
quæsita P. Donatus *to.* 4. *tr.* 12. *q.* 56.
An verò possit Pater Provincialis transferre Monialem 43
de uno Monasterio ad aliud pro eo de novo fundando, vel
reformando quæstio est, putat Bonacina *tom.* 1. *quæst.* 1.
de clausura, *puncto* 9. 10. non requiri consensum expres-
sum Papæ, pro tali translatione, quos DD. Bonacina non
reprobat, licèt tutius dicat consulendam esse Sedem Apo-
stolicam, sed Sorbus, Sanchez, & alii apud Portellium
part. secunda, *casu* 31. dicunt posse provincialem, & à
fortiori Generalem respectu Monialium sibi subditarum,
& Episcopum respectu monialium sibi subjectarum, quod
patet in simili, quia translatio Episcoporum in aliam Diœ-
cesim est Summo Pontifici reservata, & Papa solus potest
eam præstare *capit. ex illo*, *de translatione Episcoporum*,
Barbosa *de potestate Episcopi*, *allegat.* 50. *numer.* 5. *part.* 3.
ergo ita Generalis, & Provincialis habet in subditos po-
testatem, quasi Episcopalem, ac facultate frui potest, quæ
Episcopis tradita est vigore Concilii Trident. *sess.* 14. *capit.*
1. & sic ex declaratione S. Congregationis dicit Novarius
in lucerna Regularium, *in verbo Prælati*, ex S. Thom. 2. 2.
quæst. 33. *art.* 7. *ad* 5. Portellius *in verbo Prælatus*, *numer.*
1. & Generalis jure communi nequit transferre provincia- 44
lem unius provinciæ in alteram, sine speciali licentia S. P.
Portellius *in verbo Generalis*, sed si prælatura sit tantùm
electiva, tunc poterit provincialis unius provinciæ ad
aliam transferri, quia provincialis per hoc non desinit es-
se subditus Generali, ergo Generalis utitur jure suo, &
non facit ei injuriam, Riccius *in praxi*, *tom.* 4. *res.* 51. *nu.*
4. Sigismundus de Bononia *de electione dub.* 47. Diana *p.* 2.
in dubiis regul. resol. 117. Giragus *de regim. Regular. part.* 3.
dub. 36.
Ex quibus nota primò, quòd Prælati dantur in Religio- 45
nibus in commodum, & utilitatem non ipsorum, sed
subditorum, ita S. Thomas *libro primo*, *de regimin. Prin-
cipum*, *capit. primo*, S. Antoninus 3. *part. titul.* 19. *cap.* 11.
Rodriquez *quæst. Regul. tom.* 3. *art.* 50. *quæst.* 34. Miranda *in
Manuali Prælatorum*, *qu.* 5. *artic.* 50. *tom.* 2. Reginaldus *in
praxi*, *lib.* 2. *numer.* 69. Barbosa *de potest. Episcopi*, *p.* 1. *tit.*
20. *gloss.* 2. *num.* 6. Peyrinus *de Prælato*, *q.* 1. *capit.* 7. & finis 46
prælatorum semper habet præ oculis justitiam, Rodriquez
ubi suprà, *art.* 50. & Hieronym. Rodriqu. *resol.* 104. *n.* 4.

ex justitia enim, ut dicit uterque Rodriquez cum Basseo Capuccino *in summa*, *in verbo Prælatus*, *numer.* 17. dicuntur Pax Religionis, Monachorum gaudium, silentium, & securitas in pulchritudine Pacis, ex injustitia verò, seditiones, inimicitiæ, & contentiones pullulant, Frater Jacobus Raggi *de regimine Reg.p.*1. *dub.*50. *in princ.* & tenetur bona communitatis æqualiter dispensare, secundùm proportionem non Arithmeticam, sed Geometricam, ita ut detur magis, & minus secundùm exigentiam debiti, & meriti, ut benè Card. Lugo *disp.*1. *de justit. sect.* 3. *tom.* 1. & ex Aversa *p.*2. *q.*114. *sect.*12. Lessio *de justit. c.*12. *dub.* 3. *n.*15. *l.*2. Aragonia 2. 2. *q.*63. *art.*20. Sanch. *l.*2. *opusculorum*; *c.*1. *dub.* 1. *n.*20. alias Prælatus acceptionem personarum volens, injustitiam committit, dando officia ob cognationem, Patriam, amicitiam, vel ob aliud proprium commodum, ut benè Bellarminus *de principe*, *l.*1. *c.* 10. Lugo *disp.*34. *sect.*1. *tom.*2. Raggius *ubi supra*, *dubio* 50. *n.*2. *&* 3. & Prælatus, qui utitur personis subditorum ad sui commodum, non meretur nomen Prælati, ac peccat mortaliter, ut post alios Raggi *dub.*7. *concl.*1. *fol.*34. Idem si disponat provincialis aliquas familias ad sui commodum, Raggi *dub.*8. *concl.*1. & sic Provincialis, vel alius quærens perpetuare dignitatem in se ipso, tenetur sub p.m. officium contendere, & se privare eodem, quia operatur in grave damnum totius Provinciæ, Topius *de potest. Princip.* §.20. *n.*20. Peyrin. *de Prælato*, *& subdito*, *q.*1. *c.*7. *n.*14. Cord. *in regula S. Francisci*, *c.*10. *q.*7. *punct.*20. Raggius *p.*1. *dub.* 14. *concl.*1.

47 Sic Provincialis Franciscanus, qui multitudinem hominum inter Religiosos admisit, pro quorum sustentatione insurrexit necessitas recurrendi ad pecuniam pro pane, & vino, ita ut Regula in sua puritate nequeat observari, peccat mortaliter, sed non peccabit toties quoties recurrit ad pecuniam, Raggius *de regimine Regularium*, *parte tertia*, *dubio* 78. *per totum*, meritorum cognitio in Provinciali debet esse in ordine ad bonum communitatis, Raggius *dubio* 94. Giragus *de regimine Regularium*, *dubio* 13. *p.*3.

48 Nota secundò, quod Generalis est subditus Capituli Generalis, & obligatur sicuti quilibet Regularis, ad observandas leges ejusdem Capituli, non solùm quoad vim directivam, sed etiam quoad vim coactivam, unde Generales temporales juncti officio, visitantur, & puniuntur de defectibus commissis contra leges à Capitulo Generali statutas, ita Suarez *to.*4. *de Relig. l.*2. *c.*8. *n.*18. *tract.* 8. item philosophandum est de Capitulo Provinciali, adversus suum Provincialem, & Capitulum Generale, sicuti potest eligere Generalem, ita potest eum deponere, & ejus auctoritatem augere, & minuere ob supremam auctoritatem, Suarez *tract.* 20. *lib.* 11. *cap.*4. & idem de Capitulo Provinciali adversus Provincialem dicit Raggius *dubio* 99. *fol.*360. *col.*2.

TERTIVM CAPVT.

SUMMARIUM.

1 *Prælatus Religionis mutuum accipiens intuitu officii obligat bona cujuscumque Conventus pro solutione.*

2 *Religiosus qualiter obligatur solvere mutuum etiam malè consumptum.*

3 *Religiosus dum contrahit, interdum habet opus expressa interdum tacita licentia.*

4 *Religiosus si se obligat nomine Prælati, vel Conventus, vel ratione officii sui obligatur civiliter, & naturaliter.*

5 *Prælatus, qui potest contrahere sine Capitulo, perinde est, ac si contraheret Prælatus, & Capitulum simul.*

6 *Mutuum datum Prælato dependente à Capitulo probari debet esse versum in utilitatem Capituli.*

7 *Provincialis est Præfectus totius Provinciæ, sine quo non potest suum capitulum congregari.*

8 *Provincialis residere poterit ubi vult, quod si secus in dubio dicitur residere in quolibet conventu, quoad suam potestatem.*

9 *Religiosus unde habeat, ut concurrere possit cum Prælato in suis actionibus.*

10 *Provincialis licèt non resideat in aliquo loco, dicitur tamen ejusdem loci Superior localis.*

11 *Generalis est Superior in quolibet conventu, & tempore Capituli præcedit Superioribus.*

12 *Provincialis in capitulo provinciali, an præcedat superiori domus.*

13 *Alienandi prohibitio non cadit, super alienatione necessaria.*

14 *Societatis IESV tanta est unitas, ut debitum unius loci factum à Provinciali sit solvendum ab eodem, vocando per contributum cæteros Conventus.*

15 *P. Provincialis Iesuitarum quid agat, & ejus regulæ proponuntur.*

16 *Casus de quo agitur fuit decisus; ut probamus, inter eosdem in Tribunali Nunciaturæ Neapolitanæ.*

17 *Assensus Pater Generalis, qualiter requiritur, in alienatione stabilium Collegii Societatis IESV.*

18 *Religiosus cum expressa, vel tacita Superioris licentia, an obligetur naturaliter, an etiam civiliter.*

19 *Religiosus qualiter obligetur, ex contractu à se facto absque Superioris licentia.*

20 *Religiosus, an teneatur solvere mutuum malè consumptum.*

21 *Contractus ad partitum, vel censualis non servata Bulla, an in conscientia valeat.*

22 *Prælatus Regularis, sine consensu Capituli mutuum, vel cambium accipiens, an solvere teneatur.*

23 *Mutuum factum soli Prælato sine Conventu, an, & quando obligat ad restitutionem.*

PRO

Sacro Monte septem operum Misericordiæ hujus Civitatis Neapolitanæ,

CONTRA

Admodum Reverendum Patrem Provincialem Societatis JESU Neapol.

CAPUT III.

In quo juridicè probatur P. Provincialem posse conveniri, & debere solvere debitum, de quo agitur, & per hoc posse agi contra eumdem, & bona totius Provinciæ.

Respondeo Patrem provincialem Societatis Jesu teneri satisfacere pecuniam mutuo acceptam à quondam Donato de Simone, tunc repræsentato à Monte septem operum Misericordiæ infrascriptis breviter probatur.

Primo quia post Regentem Tappiam *in auth. Ingressi*, 1
Cod. de Sacros. Eccles. in verbo (sua,) *capit.* 18. *numer.* 50. duo Jesuitæ famosissimi, ut Sanchez *lib.* 7. *Summæ*, *capit.*31. *numer.* 13. & Ferdinandus Castrus Palaus *tom.* 3. *de obligatione status Religiosi*, *disput.*3. *punct.* 16. *numer.* 4. dicunt hæc verba; Quod verò de Religioso privato dictum est, non ita de Prælato Religioso dici debet, quia poterit pro utilitate Conventus mutuum accipere, & ad illius solutionem bona Conventus obligare, quia id præstat ex tacito consensu, vel expresso Conventus, cui obligationi, non obstat esto posteà mutata voluntate, in varios usus mutuum expendat, quia hæc planè distributio non tollit quin mutuum nomine Conventus acceptum sit, ac proindè conventus obligetur, ita Jesuitæ, hoc quod de conventu dicunt de provincia, jure communi loquendo accepit P. Marcellus pro usu Provinciæ, ergo erit Provincia obligata.

Secundò fuit, quia Religiosus obligatur solvere mu- 2
tuum acceptum, & malè expensum, vel ratione contractus, si validus sit, vel ratione injustæ acceptionis, si nullus extitit, ut post Sanchez, dicit Castrus Palaus Jesuita *ubi supra*, *dubio* 16. *in fine*, etenim ad hoc sufficit licen- 3
tia expressa, vel præsumpta, esto Superior adiri possit, quando, qui contrahit, habet gubernium, & administrationem Castrus Palaus *tom.*3. *disput.*3. *puncto* 23. *dub.*23.

ergo

ergo ad mutuum contractum supponitur præsumpta quædam licentia Superioris in vim Gubernii, quod habebat.

4 Tertiò, P. Rebellius Jesuita *l.1. de Contractibus in genere*, *q.7. sect.1.* ait *numer.*8. Tertia conclusio si Religiosus non ex propria persona, sed nomine Prælati, vel Conventus aliquid promiserit, aliumve contractum iniret, ratione alicujus administrationis, vel negotii sibi à Prælato commissi expressè, vel tacitè, id exigere, ut si temporalium rerum Procurator existeret, vel si in studiis litterarum cum facultate Superiorum suorum versaretur, & Monasterii sumptibus sustentaretur, aliave similia ageret, non solum naturaliter, sed etiam civiliter Monasterium obligaretur examinata semper ad arbitrium prudentis viri conditione negotiorum, & personarum, censeretur enim tunc Prælatus tacitè consentire, & facultatem concedere celebrandi contractus, quos rationabiliter ipsum negotium à Prælato commissum postulat, ut post Innocentium, Panorm. & alios *in cap. Quarto de Officio Ordinar.* dicit Molin. *disp.*140. *de Iustitia*, imò tunc hujusmodi contractus interpretativè censetur nomine Prælati, sive Conventus, & ex ipsorum authoritate fieri, & ad læsiones resarciendas eisdem privilegiis gaudebit Religiosus, ita contrahens, quibus gaudet Conventus, sive Ecclesia, ita Rebellius, *ubi sup.*

5 Quartò facit P. Vadignus Jesuita *de contractibus, disp. 6. dub.4.* §.20. *numer.*20. ait, quod si sit Prælatus independens à Capitulo in contractibus ineundis, ut fit in Societate JESU, in qua ex suo instituto in hoc specialiter approbato à Sede Apostolica: Prælati contractus faciunt sine Capitulo, tunc idem dicendum, quòd in contractibus factis à Prælatis aliorum Monasteriorum cum assensu sui Capituli, nimirum ex mutuo contracto à Superiore obligari ipsum Collegium eodem modo, ac si universi consensissent, ut dicitur de mutuo accepto à Prælato cum consensu Capituli, ita Vadignus, *ubi supr. numer.* 20. unde

6 ait periculosum esse dare mutuum Prælatis dependentibus à Capituli; quia tunc oportet probari versionem in utilitatem Monasterii, vel Ecclesiæ, quod si non probent, amittunt totum; hoc quod dicitur de Prælato contrahente nomine Conventus, cur non potest dici de Provinciali nomine Provinciæ contrahente; cum non sit disparitas rationis in contrarium.

7 Quintò facit, quia Provincialis est Præfectus Provincię Religionis, habens in Conventibus suæ Provinciæ supremam jurisdictionem, & potestatem, juxta Regulam, & Constitutiones cujuscumque ordinis, cujus munus, dignitas appellanda est, cum sit administratio cum jurisdictione, Suarez, Portellius, Rodriquez, & alii, quos refert Belasius *in verbo Provincialis*, fit autem per electionem, vel per Capitulum Generale, vel ab ipso Generali, ut fit de Religione Societatis JESU, prout testatur Suarez *de Religione*, *tom.4. tract.1. cap.3. cum seqq.* estque Provincialis caput totius Provinciæ, sine quo nullum potest congregari Capitulum Provinciale, & in eo nihil sine illo determinari potest, Miranda *tom.2. quæst.29. artic.1. conclus.*3. Bordonus *tom.2. resolut.*88. *numer.*14. ubique actua-

8 le domicilium, ubi sibi placuerit constituere potest, & mutare Bordonus *ubi supra*, *numer.* 14. dicitur etiam residere in quolibet Conventu quoad suam potestatem, quia cum omnibus superioribus localibus concurrere potest, ad negotia, non solùm totius Provinciæ in genere, sed etiam in specie Regularium Collegiorum, & Conventuum, unde potest in quocumque actu legitimo suum votum præstare, sive ibi resideat, sive alibi, quod idem de Generali respectu totius Ordinis affirmandum est, ita cum Antonio de Silis, Portellio, & Bordono dicit Pater Antonius à Spiritu sancto *de Regimine Regularium*, *tractat.* 4.

9 *disp.2. sect.1. per tot.* Cujus ratio est, quia jus, quod habet quilibet Religiosus concurrendi simul cum Prælato in omnibus negotiis propriis Monasterii ex eo oritur, quia est pars, & membrum illius Communitatis, sed Provincialis est pars, & caput cujuslibet Collegii, & est præcipuus de illius familia, imò in quolibet Conventu suæ Provin-

10 ciæ, ubi actu reperitur, licèt ibi non resideat, dicitur Superior localis, ut cum Peyrino notat Bordonus *tom.2. resol.*88. *numer.*14. & potest interesse omnibus negotiis localibus, præcedendo Prælatum immediatum Conventus, ut notat Pellizzarius Jesuita *tract.9. cap.8. numer.*116. quod

11 idem respectivè in Generali dicit Jesuita Albus Pater Antonius à Spiritu sancto, *ubi suprà*, *sect.1. num.*11. & tempore Capituli, vel Congregationis Generalis debet præsidere Superiori illius Conventus, vel Domus, in quo celebratur Capitulum, ita Peyrinus *tom.3. privilegiorum*, *cap.* 10. *numer.* 13. *& seq.* ratio est, quia tempore Congregationis, vel Capituli Generalis facit unum corpus cum Capitulo Generali, *cap. unico de his, quæ fiunt a Prælato*, &c. sed est contra rationem, ut membra distinguantur à capite, ergo nec jure naturali, nec legali, inter Generales, & Provinciales tempore Congregationis, vel Capituli Generalis, debet inseri quisquam alius, ergo Provincialis debet præcedere Superiori domus, ubi fit Capitulum, idque non solùm in Capitulo, sed in omnibus actibus dicti Temporis, qui fiunt in illo loco, sed in aliis locis extra 12
Capitulum Generale in aliena Provincia in aliqua domo, vel Collegio, Provincialis dat primum locum Rectori domus: nam major cedit minori, dum est in domo Minoris, Lucas de Peña *in leg. nihil*, *Cod. de Palatinis*, *lib.*12. Gonz. *in Regula* 8. *Cancell. gl.*6. *numer.*187. ubi alios citat, & *numer.*104. Bord. *de professione Regulari*, *c.*50. *q.*65. quicquid dicat Peyr. *ubi sup. nu.*19. malè citatus à Pellizz. *tr.9. c.* 20. *n.*171. atque ita servari docet in sua Religione P. Ant. *disp.2. sect.1. nu.*13.

Sextò facit, quòd omnes prohibitiones, quæ ligant Ecclesiasticos, præsertim Regulares de non alienandis, &c. 13
locum habent in alienationibus voluntariis, unde assensus Apostolicus, P. Generalis, &c. non requiritur in alienatione necessaria, quod esse notatu dignum post alios dicit Bordonus *tom.1. res.*27. *numer.*7. & P. Antonius à Spiritu Sancto *de Privileg. disp.1. sect.4. nu.*164. & ideo doctissimus P. Spinellus in apocha dixit pro necessitatibus suæ Provinciæ, quia bene sciebat, data necessitate Provinciæ cujus assertioni standum esse jura Religionis Societatis disponunt.

Septimò, facit Suarez *tom.4. de Religione*, *tr.*10. *libr.* 14
10. *c.*3. *num.*11. ibi, quia in Societate tanta est unitas, ut quantum ad mutuum juvamen, & affectionem omnium inter se perinde reputanda sit, ac si esset una Provincia, & una Natio. Quod enim multiplicentur Provinciæ solùm est propter necessitatem provenientem ex distantia locorum, in reliquis verò quantum ratio instituti postulat, servanda est maxima unitas, & excommunicatio bonorum omnium, & mutuum auxilium, quoad fieri possit, unde fit, ut Rectores, & Superiores unius Provinciæ, sæpè ex alia provideantur, vel è converso, & qui in una est Superior, & aliam mittitur, ut concionandi, vel docendi munus exerceat, ita Suarez, & subjungunt Jesuitæ, quod sicut Provinciales se habent cum P. Generale, ad totam Religionem respectivè administrandam, ita omnes Rectores cum Provinciali, ad totam Provinciam.

Propterea in Regulis, quando agitur de Regulis Patris Provincialis, *c.9. Regula* 82. dicitur magnum æs alie- 15
num Collegia, vel domos conflare non sinat, si solvendo fore probabiliter non speret, habita ratione redditum, & eleemosynarum, quæ ordinariè dari solent, nec in iis plures habitare permittat, quàm ali possint, & *in Regula* 83. ibi quando contribuendum est, ad sumptus communes Provinciæ statuat ipse quid cuique Collegio, vel domui servata proportione debita imponi debeat; quæ regula frustratoria esset, nisi ob necessitatem Provinciæ non deberent contribuere cætera Collegia, ergo cum Pater Spinellus acceperit debitam pecuniam pro necessitatibus Provinciæ, tota Provincia poterit, ac debet collectari, & poterit agi contra bona Provinciæ, scilicet omnium locorum, usque ad integralem satisfactionem, & hoc ex vi Regulę ejusdem Provincialis, ut ibi habetur.

Tandem non est timore trepidandum, ubi timor esse 16
non debet, quando pro Honuphrio Gallo herede D. Dominici Gallo ego interveni in Tribunali Nuntiaturæ pro dicta pecunia mutuata per Gallum olim Patri Mascombruno, & judicium fuit factum contra Patrem Spinellum Provincialem actualem, & factis perceptis eisdem Pater Spinello, fuit pecunia soluta cum aliquali diminutione, respectu quarundam partitarum per Honuphrium acceptarum; ergo si hoc, quod quærimus habemus practicatum, & decisum, & Honuphrius pecuniam acceptam à P. Spinello dedit in emptionem Actuariatus Sacri Concilii Magistro Leonardo de Vivo, qui actu correspondet ad qaatuor pro centenario.

Ne-

17 Neque obstat assensum Generalem requiri ad alienationem bonorum Collegiorum Societatis JESU.

Resp. enim aliud esse agere actione hypothecaria super bonis, aliud actione personali ex mutuo quando, vel agitur posita validitate contractus contra Monasterium, vel posita ejus invaliditate ex causa injustæ acceptionis mutui contra eundem agitur mutuatarium, qui ex bonis totius Provinciæ mihi tenetur, & debet satisfacere, ut ex Jesuitis eisdem apparet, & probatur.

18 Ex quibus infertur primo, Religiosus cum licentia expressa, vel tacita sui Superioris obligari naturaliter, & civiliter, Abbas *in cap. Ex rescripto de jurejurando*, ubi Felinus *numer.*1. Regens Tappia *in Auth. ingressi*, *in verbo sua*, *cap.*18. *numer.*17. *de Sacros. Eccles.* adeò ut Superior, qui licentiam concessit, nec illius successor possit dictum contractum irritare, & obligationem cassare, quia est jus hoc acquisitum, cujus vires Prælatus non habet, ut dissolvat Rodriquez *tom.*3. *q.*26. *art.*1. Sanchez *in Summa*, *lib.*7. *c.*31. *numer.*41. Castr. Palaus *de Obligationib. status Religiosi*, *disp.*3. *punct.*15. ex contractu verò à se inito,

19 qualiter obligetur Religiosus absque Superioris licentia quæstio est, prima opinio dicit, neque civiliter, neque naturaliter obligari, quia ejus voluntas dispositioni Prælati subjicitur, *c. Non dicatis* 12. *q.*1. eaque de causa dici solet, Religiosum, nec velle, nec nolle habere, *c.*1. *de Testam. in* 6. tum quia ejus obligationi jus resistit *d.c. Non dicatis* 12. *qu.*1. ergo ex nullo capite oriri potest obligatio, Hostiensis *in Summa de Fidejussoribus*, §. *Pro quo posse*, Abbas & Felinus *in d. c. Ex rescripto de jurejur.* & alii apud Sanch. *lib.*4. *Summæ*, *c.*31. *numer.*36. Secunda sententia est, quam Sanchez *numer.* 17. probabiliorem appellat, dicens Religiosum sic contrahentem absque licentia Prælati, naturaliter obligari, esto non civiliter, & patet, quia fidejussor Religiosi, obligationem accedens tenetur ex notatis à Castro Palao *disp.*3. *punct.*15. *nu.*20. *ubi supr.* qui optimè distinguit plures casus in materia; & *punct.*16. *n.*4. ait ex contractu gesto cum Religioso post emissam professionem, nullam oriri obligationem Monasterio, quod negat in Prelato contrahente, ut *suprà* dicebamus.

20 Infertur secundò ad quæstionem, an Religiosus excusetur solvere mutuum malè consumptum, aliqui excusant à solutione, eo quod filio fam. comparetur, qui verè mutuum accipiens non tenetur solvere, §. *penult. Inst. quod cum eo*, qui in aliena potestate *l.*1. *& seq. C. ad Macedonianum*, sed est excusatio sine ullo fundamento, quia esto Religiosus filiofamil. æquiparetur, ex eo quod uterque habet debitam subjectionem, non per hoc infertur omnia privilegia filiofam. concessa, Religiosis concessa esse, præcipuè cum diversa ratio militet, nam filiofam. conceditur, ne mutuum acceptum, & male consumptum solvat, ne mortem Patris, cui successurus est, captet, causa illud solvendi, quæ ratio cessat in Religioso, qui nec Prælato, nec Conventui succedit, ergo Religiosus est obligatus solvere mutuum acceptum, & male consumptum, vel ratione contractus si validus fuit, vel ratione injustæ acceptionis, si nullus extitit, ita Ceval. *q.*446. *numer.*15. Sanchez *in Summa*, *l.*7. *c.*31. *numer.*21. bona autem ex quibus hæc solutio facienda est, sunt ea, quibus Religiosus liberam à Prælato dispositionem habet, ut de se constat, & tradit Castrus Palaus *dub.* 16. *in fi.* & sufficit contraxisse cum licentia expressa, vel tacita, sive præsumpta, esto Superior adiri possit à Religioso, Castrus Palaus *punct.*23. *dub.*23. *per tot.*

21 Infertur tertiò, cum illuminato Morono *in suis responsis*, *respons.*1. *per tot.* censum constitutum aliunde sine pecunia numerata validum esse in foro conscientiæ, si scilicet sit factus ex bonis mobilibus, vel aliis acceptis (quem *in Pragmat.*1. *hujus Regni*, *in tit. de Contractibus* appellat contractum ad partitum, si scilicet ex suppellectilibus, gemmis, &c. eorumque valore census constituatur,) fundat Pater Moronus *ubi sup.* quod valeat.

22 Infertur quartò, Prælatum Regularem etiam consensu Capituli, inconsulta Sacra Congregatione, pecuniam ad cambium, vel mutuum cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis, accipere non posse, ita ex decretis S. Congregationis sub die 2. Maii 1624. dicit Homobon. *vol.* 2. *p.*6. *res.*97. quod limitat Lezana *in Summa*, *c.*10. *numer.* 4. nisi excusaret consuetudo legitimè præscripta, ut *ibi* ait *in* §. *Nota* 5. & limitanda est omnino in casu necessitatis, in qua non potest commodè adiri Papa, aut Sacra Congregatio, nam tunc potest sumi pecunia ad cambium, & possunt pignorari vasa argentea, Lampades, & Candelabra absque licentia Papę, nec requiritur licentia Episcopi, cui non sunt subjecti, ut contra Peregr. dicit Diana *p.*5. *tr.*13. *res.*6. §. *Sed hæc*.

Infertur quintò, mutuum factum soli Prælato sine Conventu regulariter non obligare Monasterium, nisi probetur in utilitatem Monasterii versum fuisse, de quo plures casus distinguit Signorol. *consil.*212. *per totum*, & pleniùs per Socinum *consil.*15. *numer.*25. *& sequent. lib.*1. qui plures casus distinguit, & concludit etiam in mutuo non requiri probationem, quod versum sit, &c. si sit factum Prelato, & omnibus de Capitulo, quia tunc præsumitur versio in utilitatem etiam in mutuo, & idem dicit Castrensis *cons.*338. *l.*1. Cardinal. Tusch. *litt. P. conclus.*506. *numer.* 26. Berdacchinus *part.*4. *in verbo Prælatus*, *fol.*103. ubi etiam ait, quod Prælatus nomine suo non obligat successorem suum, secus si contrahat nomine Officii, ut latè *ibi*. 23

DISCEPTATIO CLII.

SUMMARIUM.

1 *Facti narratio proponitur quæ disputatur.*
2 *Text. adducitur* in l.fin. ff. de pet. hæred.
3 *Crotus* in l.Frater à fratre, ff. de condict. indeb. *adducitur.*
4 *Bartolus* in dict. l.fin. *adducitur.*
5 *Albericus* in d. l.fin. *adducitur.*
6 *Fulgosius* in d. l. fin. *ponderatur.*
7 *Reyger in Thesauro juris adducitur, pro conclusione.*
8 *Administrator si expensas facit censetur non de suo, sed de bonis, quæ administrat expendere.*
9 *Administrator si sumitur sibi solvisse dotem, & interesse &c. si creditor sit illius, cujus bona administrat.*
10 *Administrator publicus, & privatus quando culpa careat.*
11 *Consuetudo facit de illicito permissum.*
12 *Pater administrans bona filii, non teneatur reddere rationes.*
13 *Et quid si transeat ad secundas nuptias.*
14 *Expensæ factæ per Patrem, vel Fratrem in obtinendo beneficio Ecclesiastico non sunt donatæ.*
15 *Administrator præsumitur sibi satisfecisse.*
16 *Tutor, & administrator sibi præsumitur solvisse.*
17 *Mater gubernatrix bonorum filiæ, & dotans, præsumitur dotasse de bonis, quæ administrat.*
18 *Alimenta præstita per patrem filiæ non animo repetendi.*
19 *Pater, quæ expendit, quando ex bonis filiis, censeatur expendisse.*
20 *Blasius Michalorus quid dicat in præsenti.*
21 *Quando dos est alteri restituenda non procedunt supradicta.*
22 *Alimenta præstita per patrem Nurui, & genero, sunt animo repetendi.*
23 *Pater dans domum francam censetur repetere.*
24 *Regens Reverterius* decis.532. *adducitur, & explicatur.*
25 *Feudum ex pacto gravari potest, usque ad valorem feudi, sed hæreditarium etiam excepta legitima, in Collateralibus usque ad valorem feudi, & quid inter vivos.*

ARGUMENTUM.

Administrator, an & qualiter sibi satisfecisse præsumatur de credito, quod habebat in bonis, quæ administravit, & quando expensæ factæ ab administratore non censeantur factæ animo repetendi, & quando in culpa esse dicatur, latè omnia demonstrantur, demum feudum usque ad quem valorem gravari potest declaratur.

PRO

PRO

Illustr. Ducissa Jelsi hærede D. Ferdinandi de Capua,

CVM

Illustr. D. D. de Aquino.

1 SUpponitur in facto D. Carolum de Aquino Comitem nuptui tradidisse D. Dianam de Aquino suam sororem cum D. D. Ferdinando de Capua, cui dotis nomine solvit scutos 21500. de propriis bonis, & etiam paternis, & maternis, declarans, quod in dotibus comprehenderetur legatum scutor. 15000. factum dictæ Dianæ à quondam Cęsare de Aquino ejus Patre.

In Capitulis matrimonialibus prædictis fuit pactum appositum, ut dos restitui deberet eidem Comiti dotanti, vel ejus Fratri, suisque hæredibus, & successoribus in omni casu restitutionis earundem dotium, secundùm usum, & morem platearum Nidi, & Capuani hujus Civitatis Neapolis ad usum prædictum cum renuntiatione inter partes invicem futuræ successionis filiorum, qui morerentur in pupillari ætate, vel postea quandocumque ab intestato, secundùm usum prædictum Nidi, & Capuani.

Ex eodem matrimonio natus fuit D. Thomas de Capua, cui cum esset mortuus in majori ætate sine filiis, hæredes D. Caroli agunt in Sac. C. pro restitutione dotis.

Intimata contra petitione Ducissæ Jelsi hęredi d. quondam Ferdinandi supponit dotes prædictas esse extinctas, quia dum nupsisset D. Thomas de Capua cum Illustriss. Ducissa Termoli, ut matrimonium prædictum concluderetur, quod fuit magni ponderis, & etiam ob expensas illius D. D. Ferdinandus Pater D. Thomæ suis propriis pecuniis expendit plusquam scutos 30000. pro expensis D. Thomæ, & dato termino est probatum matrimonium prædictum expensas factas à Ferdinando, & status D. Ferdinandi, quod erat Pauper Eques, & quod si voluisset donare expensas factas eidem Filio, & postea solvere dotes maternas remansisset mendicus, & facere non potuisset, quod quæritur est, an jure, cum Pater sit debitor filii pro dotibus maternis, & expendendo dictus Pater quantitatem considerabilem pro expensis matrimonii ejus filii, an intelligatur extinxisse dictam dotem donatam etiam in prejudicium, & exclusionem dotantium vocatorum in casu mortis dicti filii sine liberis. Pro voto requisitus.

2 Suppono primò, ex *l. fin. ff. de pet. hæred.* ubi filius (inquit Scevola) à Patre emancipatus. Secundum conditionem testamenti matris, adiit hæreditatem, quam pater antequam filium emanciparet, possedit, fructusque ex ea percepit, sed erogationes in honorem filii, cum esset detinens fecit, quæsitum est, cum paratus sit pater restituere hæreditatem habita ratione eorum, quæ in eum erogavit, an filius nihilominus perseverans petere hæreditatem doli mali exceptione submoveri possit, Respondi, & si non exciperetur, satis per officium Judicis consuli, ex quo textu manifestè colligitur, quod expensæ factæ à Patre pro filio, videntur factæ de hæreditate filii, quam Pater possidebat, & administrabat; non verò de bonis ipsius patris, quinimò & Patrem cum talibus expensis fructus velle compensare, ergo Patre possidente hæreditatem filii, quia talis hæreditas est jus universale comprehendens bona mobilia, & stabilia, jura, & actiones, ut *in l. nihil aliud, ff. de verb. signific.* & ideò non est admittenda restitutio, de qua Bart. *in l. 1. §. nec Castrense, ff. de collat. bonorum*, qui ait, quod si erat filii peculium in pecunia, tunc procedit quod de bonis filii, sed si in aliis minimè impugnatur communiter, & indistinctè tenendum est, quod quidquid Pater administrator bonorum filii, pro ipso alendo, disciplinas addiscendo, militiam emendo, & donationes propter nuptias præstiterit de eisdem bonis illi concessisse videatur, & in calculo ipsi patri sit recipiendum, prout *ex d. Text.* colligit Escobar *de ratioc. c. 22. numer.31.*

3 Secundò, Crotus *in l. frater à fratre, numer.124. ff. de condit. indeb.* distinguit an pater sit dives, an plures filios habeat, vel an sumptuum rationem scripserit necne? reprobatur enim, per DD. communiter, quia semper est intelligendum in utilitatem filii (cujus bonorum administrationem habet) de bonis ipsius filii, non verò paternis expendisse, & ita adversus Crotum tenet Pinellus *in l. 2. num.69. C. de bon. matern.* quem reprobat etiam Escobar *de Ratioc. c.22. nu.40.*

Tertiò, Bartol. *in d. l. fi. ff. de pet. hæred.* dicit quod si pater possideat, & retineat bona filii, quod expendit, de suo censetur scilicet de bonis filii, non patris; idem ait Bart. *in l. 1. §. Nec Castrense, ff. de collat. bonor.* Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 15. p. 6. in verbo has expensas*, ubi legas Hermosillam *in addition.* dicit tamen Bart. quod si pater habeat bona adventitia filii in pecunia sive in stabilibus, &c. semper ex illis bonis filii censetur alere illum, & eum in studiis conservare est præsumendum, ut ait Paul. de Castr. *in d. l. 1.* Gomezius *in l. 29.* Paris. *n.16.* Garzia *de Expensis, cap.4.* Ratio est, quia sic animus patris de jure censetur fuisse non donandi de suo, sed de bonis quæ administrabat ipsius filii, & nihil interest si fuerint illa bona in pecunia numerata, aut in bonis aliàs immobilibus, mobilibus, vel se moventibus. 4

Quartò loco Albericus *in l. fin. ff. de pet. hæred.* dicit, pater habebat bona dotalia filii, expendit ad studium, ad militiam, &c. pro filiis, censetur expendisse de illis bonis filii non propriis ex *l. Hesennig. ff. de negot. gest.* sed opponit sibi, *de l. fin. Cod. de dotis promissione*, & ait quod ille tenetur in expensis necessariis, non in voluntariis scilicet, in illis ad quas pater cogi potest, at secus si cogi non possit. 5

Quintò loco Fulgosius *in dict. l. fin. ff. de pet. hæred.* sic dicit pater faciens sumptum in honorem filii, non videtur donare quando filius habet bona, sic dicit *num. 4. & numer.5.* ait quod si pater fecit dotationem pro filia censetur de suo ex *l. fi. Cod. de Dotis promissione*, sed si fecisset pro festivitate nuptiarum, quia non facit ex necessitate censetur fecisse, non animo donandi, & idem Fulgosius venit in puncto, & dicit *numer.50.* quod non possit imputari, nisi in fructibus, sed non in proprietatem filii, unde si filius habet bona adventitia, & habet fructus, censetur expendere de fructibus, non de proprietate; unde Bart. dicit de proprietate, Fulg. de fructib. non de proprietate, quia cũ proprietas non potuisset per patrem expresè alienari, ergo nec in dubio censetur, unde Fulgosius *in d. l. fin. numer. 6.* ait, quod si pater expendit ad hoc ut filius haberet Canonicatum, & postea misit filium ad studium, tum censetur expendisse de fructibus Canonicatus, non de suo. 6

Sextò Reiger. *in Thesauro juris, in verbo expensæ, fol. 496. col.1.* ait quod si pater possideat bona adventitia filii, sed pro eodem expendit ad studium multum, tunc videtur illas fecisse de bonis adventitiis filii; ita Bart. *in l. fi. quæ incipit filius à Patre, ff. de petit. hæred.* idem Reyger. *in verbo pater, numer.15.* ait quod pater expendit in honorem filii, censetur de facultatibus ad filium pertinentibus expendere *dict. l. fin. ff. de pet. hæred.* & in simili Marchezellus *qu.74.* Reyger. *in verbo, pater, in fi.* Menoc. *lib.2. cap.219.* 7

Septimò loco facit, quia administrator, qui fecit expensas concernentes factum illius, cujus bona administravit, censetur expendere de bonis, quę administrat non de suo, Roman. *cons.426. numer.7.* Dec. *cons.66. col. fin. vers. non obstat secundum*: sic è converso si erat Creditor illius cujus bona administrat præsumitur sibi satisfecisse Afflict. *dec.13. numer.13.* Cravet. *cons.129.* Mandell. de Alba *cons. 248. numer.22. lib.2.* & adeò verum est, ut si potuerit sibi solvere, & non solvat seu sibi non satisfaciat, non poterit petere interesse, neque fructus, neque alimenta debita ex credito; latè Surd. *cons.290. n.33. & seqq. lib.2.* 8

Sic pro credito dotis, alimentorum, interesse &c. administrator si sit Creditor alicujus, præsumitur sibi solvisse, latè Surdus *d. cons.290. n.33. lib.2.* Card. Tusch. *lit. C, conc.493. nu.6. & 7.* 9

Sic administrator publicus, & privatus culpa caret, si gesserit secundum morem, & consuetudinem loci, Cavalcanus *dec.8.* Loseus *de jure Universitatis, p.3. c. fin. nu.46.* cum omni culpa vacuus sit qui id facit, quod alii facere soliti sunt argum. *l. quis sit fugitivus 17. §. Apud Labeonem 12. ff. de Ædilitio edicto, l. Si quis, 3. in princ. ff. ad Macedonianum, l. 1. Codic. de Pignorat. action.* Decian. *cons. 29. numer.16. & 18. vol.1.* & consuetudo facit de prohibito permissum, & è contra Cravett. *cons.238. num.6.* Dec. *consil.475. numer.8.* id est, si faciat ea, quę quilibet bonus pater- 10

paterfamilias in suis rebus administrandis fecisset Losæus *d. n.46.* David Doringius *in Bibliotheca S.C. in verb. administrator, n.365. fol.640.*

12 Octavò, quia si pater sit administrator bonorum filii, quia filium habet in potestate, in quibus bonis habet usumfructum, tunc ad reddendum rationes non tenetur, *leg. Cum oportet 6. in princ.* & §. *Non autem, C. de Bon. quæ liberis*, Jason. *l. Præses 12. numer.3. C. de Transact.* Bald. *in l.1. nu.15. C. de Apochis publicis, lib. 10.* Gaillus *l.2. Observ. c.72.* Escob. *de Ratioc. cas.49. n.34.* Mysinger. *centur.2. observ.93. numer.50.* Pinellus *in l.1. p.2. numer.27. C. de Bonis maternis* Muñoz. de Escob. *c.5. numer. 27.* & sanè in ipsa substantia bonorum adventitiorum limitatur, quia de hac pater est adstrictus reddere rationes adveniente tempore, Mindorus *c.49. numer.6. & 7.* Boer. *dec.61. numer.19.* nam licet pater usumfructum bonorum adventitiorum de jure obtineat horumque respectu reddere rationem non teneatur, substantiam tamen, & ipsam proprietatem liberis salvam, & integram servare debet; ita ut filiis pro hisce rebus conservandis, tacita in bonis parentis competat hypotheca argum. *l. Nunc oportet, §. Non autem 2. & §. fin. C. de Secundis nupt. l. fi. §. Sin autem 4. in fin. C. de Secundis nupt. novella 22. c. Nec illud 29. cum sequ.* unde patrem hoc casu rationem reddere conveniens est, alias enim frustratoria esset alienationis prohibitio, & tacitæ hypothecæ constitutio. Verum pater ad aliqualem desumptionem bonorum poterit à filio cogi Ranchalar *p.1. q.30. n.31.* Prukman *cons.48. numer.40.* Boer. *dec.61. numer.7.* Mysing. *lib.2. observ.93.* Vessembec. *cons.91.* Pinellus *d. p.2. numer.23.* ubi

13 concludit patrem ad hoc cogi posse, quæ limitatio multo magis procedit, quando pater ad secundas convolaverit nuptias, tunc enim bona ipsius obligantur non solum liberis prioris matrimonii pro rebus illas ad quæ tenetur, seu quæ habuit à filiis primi matrimonii vel ab uxore ex *l. Si quis prim. §. fin. C. de secundis nupt.* sed etiam præstare tenetur cautionem pro sua administratione, ac inventarium conficere omnium bonorum, quæ ad liberos prędicti Thori spectant, pro conservatione juris, & bonorum liberorum dicti Thori: nam quando pater ad secundas nuptias transit, tunc ea confidentia, quam lex habet de patre erga liberos cessat, *l. fi. §. Sin autem, C. de bonis, quæ liberis*, ergo, & hujus effectus scilicet remissio inventarii solemnis cessare debet, ut bene Paulus Crisanaus *volum. 1. dec. 101. numer. 5.*

14 Nonò, quia expensæ factæ per Patrem, vel fratrem in obtinendo beneficio Ecclesiastico filio, vel fratri est quęsitum, an sint deducendi, itaut Pater, vel frater deducere debeat de portione filii, vel fratris fuit judicatum quod sic in S. R. C. ex Afflicto *in c.1. vers. Bona committentium, nu.47.* quæ sint Regalia, Riccius *collect.2089.* Thor. *in verbo expensæ.*

15 Decimò facit à simili, quia administrator præsumitur sibi satisfecisse ex suo credito Andreol. *controv.187. n.13. & controv.124. nu.13. & 14. tom.2.*

16 Sic tutor, & administrator sibi præsumitur solvisse Capyc. Latr. *consult.58.* & ex hoc dicunt DD. quod Pater tenetur reddere rationem de fructibus beneficii, quos percipit Afflict. *dec.241.* Grivel. *dec.65.* late Merenda *l.13. c.5.* omninò videndus, & non solùm potest administrator sibi solvere, sed tenetur sibi satisfacere, latè Cyriacus *c.76. à n. 7. per totum.*

17 Sic mater Gubernatrix filiorum, & bonorum præsumitur dotem promisisse administratorio nomine, & de bonis obnoxiis ad dotandum, non autem de proprio *l. cum post 43. alias 44. §. quidam, & §. sed is de quo tractamus, ff. de administr. Tutor.* Bald. *Novell. de dote, part.6. privil. 55.* Campeg. *de dote, part.1. qu.24.* Guttier. *p.2. de Tutelis, c.11.* Surd. *tit.6. de alim. qu.8. numer.49. & 57. & 58.* ubi ait nunquam induci præsumptionem donationis quando aliud potest operari promissio, & alia capi potest interpretatio latè Cyriac. *cap.510. à numer.17. tom.3.* ubi latissimè.

18 Sic alimenta præstita per Patrem filio, qualiter, & quando animo repetendi censeantur præstita, & quid de aliis præstantibus latè Capyc. Latr. *consultat. 154. numer. 20.*

19 Sic Pater quæ expendit in honorem filii, in dubio videtur expendere de bonis, quæ habet Pater pertinentibus ad filium Odofred. *in d.l. fi. ff. de pet. hæreditatis.*

20 Sic Blasius Michalorus *de fratribus, p.1. c.26. numer. 22.* ait sextò limitatur, si filius habeat bona Castrensia, vel quasi, vel bona adventitia, tunc ex Bart. *in d.l.1. §. nec constante, numer. 8. ff. de collat. bonor.* tunc præsumitur dare voluisse de pecunia ipsius latè Mangil. *de imput. quæst.32.* Merlin. *de legitima, libr.2. titul. 2. quæst. 22. numer. 14.*

Sed quid si dos est alteri post mortem filii restituenda, ut in matrimonio ad usum Nidi, & Capuani, vel vigore pacti in Capitulis, an tunc procedat supradicta Regula, affirmativè, & probo primò, quia si Pater per multum temporis spatium postquam collocaverit filium in matrimonio per multum tempus illa steterit in sua dote, ei alimenta præstando, non censetur animo donandi data, sed omninò compensandi cum dote, licèt in dote alii habeant interesse, ut decisum refert Moccia *cap.65. in summa Forensi*, & refert Thorus *in p.3. verbo Alimenta præstita.*

Secundò, in simili alimenta præstita per patrem Nurui, & Genero, censentur animo repetendi, & cum obligatione restituendi non animo donandi, & augent dotem, & ejus sunt appendicia Regens de Marin. *c.9. to.1.* Moccia *ubi sup.* qui aliter distinguit.

Tertiò, Pater potuisse, scilicet D. Ferdinandus dotem filio majori reddere quo casu si filius alienasset, & dissipasset, nihil præjudicaret patri, ergo non tenetur D. Ferdinandus alteri in dote vocato, quando illam expendit ad filii commodum.

Quartò, facit Reverterius *dec.537.* ubi filius donavit feudum matri cum assensu Regis, donatio infringebatur per agnatos successores, mortuo donante, & allegabant dotem in fraudem, dicit Revert. *d. dec.532.* non fuisse in fraudem, sed validam, in qua decisione observat duo Regens de Marin. Primum quod feudatarius potest per indirectum immediatum successorem feudi successione privare, sic illum gravando in pecunia usque ad integrum valorem feudi, & validam esse dispositionem, licèt in fraudem, quæ fraus est licita Francus *decis.1. nu.39. & dec. 704.* Lanarius *cons.80. n.26.* Regens de Ponte *cons.88. n.49. lib.1.* Rovitus *in pragm.4. nu.117. de feudis*, idem Rovitus *cons.33.*

In feudo hæreditario in ultima voluntate poterit Pater filium gravare in tota feudi æstimatione, deducta tamen legitima in Collateralibus usque ad integrum valorem; inter vivos verò, sive successores sint filii sive non, sive Collaterales, poterit feudatarius totum corpus feudi cum assensu in alium transferre, nec aliter immediatum successorem contradicere posse Thorus *in verbo dispositio feudalis*, Regens de Marin. sic in simili Pater non potest in articulo mortis, contrahendo æs alienum, privare filios legitima, quamvis possit in vita, ut latè Capyc. Latr. *consult.123. à numer.63. tom.2.*

DISCEPTATIO CLIII.

SUMMARIUM.

1 *Status controversiæ proponitur.*
2 *Bulla Pii V. de censibus loquens receptam fuisse in Regno aliqui dicunt.*
3 *Bulla Pii V. requirit pecuniam de contanti.*
4 *Census constitutio requirit pro forma pretium numeratum.*
5 *Lucrum actuale non possibile, requirit taxatio interesse.*
6 *Lucrum potentiale non sufficit ad pascendum de interesse secundùm Rotam Romanam.*
7 *Bulla Pii V. de forma creandi censum non esse receptam in Regno.*
8 *Bulla Pii V. quo sensu fuisse usu receptam asseritur.*
9 *Periculum corporis census, an pertineat ad emptorem.*
10 *Census in Regno etiam, constitui debet super certo corpore, cum obligatione Generali.*
11 *Census impositus super omnibus bonis fuit nullus declaratus.*
12 *Bulla Pii V. cur non fuit recepta in Regno.*
13 *Censualis contractus præcisis Bullis requirit certum corpus.*
14 *Census emptor quid emat in Regno.*
15 *Interesse in mutuo licet à principio pacisci.*

16 Cen-

16 *Census impositus contra formam Bullæ Pii V. sanari solet à Papa.*
17 *Legum acceptatio quando, & in quibus requiratur.*
18 *Consuetudo contra Bullam Pii V. qualiter esse debeat, & intelligi.*
19 *Romana Curia qualiter sit magistra cæterarum.*
20 *Bullam receptam in Regno qui Neapolitani dixerint.*
21 *Bullam Pii V. observari debere in Regno, dixit Rota Romana.*
22 *Bullam non receptam per non usum an possit dici.*
23 *Bullam receptam qui dixerint, qualiter intelligantur.*
24 *Regnicolæ, & Siculi, non benè improbantur à Curia Romana in materia de censibus, & de interesse taxato à principio.*
25 *Interesse à principio taxatum qualiter debeatur.*
26 *Interesse qualiter probantur, ut debeatur.*
27 *Interesse à principio taxatum, an sit liquidum, an illiquidum.*
28 *Interesse pecuniæ qualiter debeatur.*
29 *Interesse taxatum debetur in Regno ex Generali usu, & consuetudine.*
30 *DD. de Regno qualiter, non deberi interesse asserant, & quid de recompensatione ex* l. Curabit., Cod. de act. empt.

ARGUMENTUM.

Bulla Pii V. de censibus loquens, an sit usu recepta in nostro Regno Neapolitano latè examinatur, & an in contractu mutui possit interesse in principio pacisci, & qualiter debeatur, ostenditur.

An Bulla Pii V. in materia de censibus, sit usu recepta in Regno Neapolitano, & an interesse in mutuo possit pacisci à principio, & sine aliis probationibus debeatur.

1 Tota ergo controversia inter Patres discalceatos Sanctæ Theresiæ, cum D. Duce Tocci super lite proposita, consistit, quod interesse fuerit in Capitale conversum, & quod contractus, de quo hic non sit ad formam Bullæ Pii V. & sic est videndum, an dicta Bulla Pii V. de forma creandi censum sit in usu, & recepta in Regno, an verò non, sed potius Bulla Nicolai V. inserta *in pragm. 1. de censibus*.

2 Prima opinio tenet in Regno nostro, & ubique Bullam Pii V. de censibus, receptam fuisse, unde pecunia debet numerari coram Notario, & Testibus, nec sufficit confessio de recepto, quia Bulla requirit pro forma, effectualem numerationem pecuniæ, de tempore, quo census imponitur, aliàs non ita impositus, nullus, & irritus erit, & ita hanc opinionem, quod sit Bulla Pii V. ubique recepta, dicunt.

Boccac. *de Censib. p.1. n.5.44. & sequenti.*
Felicianus *tom.1. de Censib. lib.1. c.8. n.12. & 15. & lib. 2. c.5. nu.17.*
Rodriquez *de Annuis reditibus, lib. 1. quæst. 13. n.3.*
Gomez *de Censibus, c.3. nu.13.*
Mastrillus ad Petrum de Gregorio, *de Censib. quæst. 5. num.224.*
Grat. *c.853. numer.36. & dec.224.* ubi additio, *num.11. in fine.*
Regens Capyc. Latro *consult.125. n.24. & seq. & consult. 150. n. 1. & seqq.*
Intrigl. *de Censibus, q.97.*
Cencius *de Censib. q.50. n.50. & seqq.*
Duardus *de Censib. §.20. q.1. n.6.*
Leotardus *de Usuris, q.59. n.32. & sequ.*
Antonius Merenda *libr. 11. Controv. cap. 26. numer. 6. & 7.*

Ex Theologis.

Ugolinus *de Usuris, c.51.*
Navarrus *de Usuris, n.88.*
Molina *de Iust. disp.390.*
Salonius *de Censib. art.3. controv.7.*
Schortia *Theoremate 263.*
Salas *de Censibus, dubio 8. n.11.*
Emmanuel *de Censib. condit. 4. dub.1.*
Medina *in Summa, c.14. §.26.*
Lopez *de Contractib. l.1. c.59.*
Filliucius *tom.2. Moralium, tr.35. cap.3. q.2. numer.306. & seq.*
Rebellius *de Oblig. justitiæ, p.2. l.10. q.1. n.23. & q.6. condit.2. n.9.*
Boninsignius *de Censib. c.50. n.50.*
Lessius *2.p. de Iustitia, c.22. dub.12.*
Joannes Bapt. Corradus *in Summa, qu.239.*
Vega *in Summa, in verbo Census, casu 20.*
Vivaldus *de Usuris super c. in Civitate, q.11.* post motum proprium Pii V. *condit.2.*
Azorius *part.3. Moralium, lib.10. c.8. quæsito 1. & 3.*
Bonacina *de Contractibus, disput.3. quæst.4. punct. unic. numer.22.*
Card. de Lugo *disp.27. nu.83.*
Rota Romana post Cencium *dec.80. num.50. & 118. num.3. & 119. in principio, & dec.120. & dec.561.* quæ decisiones sunt etiam repetitæ post Duardum *in dict. tract. de censibus.*
Rota etiam coram Peña *dec.595.* & coram Coccin. *dec. 408. & in rec. dec.477. par.4.* & aliis omissis fuit dictum *in Neapolitana domorum* 13. Maii 1641. coram Verospio, §. *Nec etiam potuisse.*

Quod adeo verum est, ut non sufficiat si in institutione exprimatur pretium fuisse antea numeratum per medium banci talis, quia etiamsi probetur non relevat, ex quo Bulla Pii V. reuqirit pro forma, numerationem in actu stipulationis, & expresè irritat solutionem antecedentem, & similes confessiones de recepto, ut convincunt illa verba Bullæ scilicet (*& in ipso actu celebrationis, non autem prius recepto integro, justoque pretio,*) per quæ verba sic respondet Boccaccius *de Censibus, part. 1. numer.50. & 46.* Felicianus *tom.1. de Censibus, lib.1. cap.8. numer. 15. & cap.9. numer.10. & tom.2. lib.1. cap.8. numer.9.* ubi ait quod ad validitatem census, necessaria est vera pretii numeratio contemporanea formatione contractus, quod idem dicit Cencius *de Censibus, quæst.50.* ubi, *num. 15.* movet dubium, & tandem *num.6. & seq.* illud ita resolvit Salas *de censib. dub.8. numer.11.* ibi non sufficit antea fuisse data, &c. 3

Ratio verò ea est, quia numeratio pretii in actu impositionis in contractu census requiritur pro forma substantiali, quæ si in aliquo omittitur, contractus est nullus ipso jure, Osaschus *dec.65. numer.8.* Surdus *cons.282. n. 6. & seq. lib.2.* Capic. Latro *dict. consult.125. numer. 24. & seq.* Cencius *qu.49. numer.11. & seq. & qu.50. numer.6.* Duardus *de censib. §.20. q.1. numer.12.* Leotardus *q.59. nu. 33.* Marius Antoninus *lib.1. var. c.44. numer. 3.* Boccac. Felicianus, & alii apud Cencium *qu.127. & dec. 561.* & inter diversas *dec.774. num.2. part.4.* Card. Puteus *dec. 231. lib.1.* Mantica *dec.153. & 283.* Seraphino *decis.1241. & 1427.* Rota apud Zacchiam *de Societate officii, dec.7. numer.8. & dec.42. numer.20. & in Avenionensi pecunia coram Bichio*, quæ est *dec.29.* post Merlinum *de pignor. & in Spoletana prædii*, 27. Junii 1644. coram Meltio, & *in alia Spoletana manutentionis*, 12. Maij 1645. coram Bichio, & Curia, ac Rot. Romana habet hanc opinionem pro indubitata. 4

Ratio est, quia copulativè in creditore requiritur investiendi voluntas, & potestas, & possibile erat, quod si creditor pecunias à suo debitore exegisset, eas in aliquod ex investimentis tunc occurrentibus erogare noluisset, ut advertit Rota *decis.7. numer.8. & 12.* post Zacchiam *de Societate officii*, Sotus *de justitia, lib.6. quæst.1. artic.3. col.5.* ibi (lucrum cessare, tunc penitus censendum est, non quia poterat negotiationi pecuniam committere, sed quando revera jam firmus exponere constitueras) Lopez *de contractibus, lib.1. cap.23. fol.97. num.3.* Ugolinus *de usuris, cap.6. numer.8.* Bonacina *de contractibus, disp. 3. quæst.3. puncto 4. numer.13.* sequitur Michael Salonius ad Divum Thomam *2. 2. quæst.78. art.2. controv.9. num. 26.* Scaccia *de cambiis, §.1. q.7. ampliatione 8. & 89.* Azorius *lib.5. tit. de usuris, cap.50.* Carlevalius *tom.2. de judiciis, disput.8. numer. 101.* ubi ait verum esse, quòd ubi adsunt negotiationes, & emptiones, & commercia: pecunia accedente industria apta est, ut possit collocari, & applicari, ut in mercimoniis, aut emptionibus, aut in cambiis, & per consequens ex illis potest oriri lucrum, 5 6

crum, sed non sufficit probare talem potentiam remotam, ut inde censeatur probatum, & reddatur notorium interesse lucri cessantis, & in hoc conveniunt omnes Doctores, tam Theologi, quam Jurisperiti, ut testatur Carlevalius *ubi suprà*, Cardin. Toletus *lib.5. cap.33. numer.* 1. ubi ait discordiam non esse de hoc inter Doctores, Matthias Colerus *de processu executivo, part.1. cap.10. à nu.* 137. cum itaque pecunia ex sua illa remota potentia, apta sit implicari in mercimoniis, redditibus, & cambiis nullum ex istis lucris potest attribui creditori, dum non constat, vel saltem incerta remanet destinatio, seu illius voluntas circa genus investimenti, quod tamen omninò certum est, & indubitatum esse debet, & ob cessationem interesse debeatur, Colerus *de processu executivo, part.* 1. *cap.10. numer.*137. Molina *de contractibus, disp.*316. Mantica *de tacitis, lib.10. tit.6. num.* 8. Decius *in l. in diem, numer.7. & 8. ff. de officio Assessoris, & consil.322. num.*50. Baldus *in l. finali, col.2. quæst.3. Cod. de furtis*, Afflictus *dec.* 20. *num.2.* Surdus *decis.*262. & per hoc Angelus *in summa, in verbo usura, numer.*15. ait, quod lucrum non debet esse in sola possibilitate, sed in actu, vel quasi in actu, quia sic dicitur peti, quod aliquo modo est, ut primo casu dicitur potius non esse, & Angelum secuti sunt Rimin. Junior *consil.52. n.43. & cons.218. nu.*103. & Rota in *Avenionensi pecunia coram Bichio*.

7 Secunda opinio dicit Bullam Pii V. in materia de censibus non fuisse receptam in Regno Neapolitano, ita Regens Constantius *in l.2. & 3. num. 42. C. de fiscalibus usuris, lib.10.* idem fatetur Regens de Ponte *consil.41. num. 37. lib.2. & dec.33. num.15.* Laganarus in addit. ad Rovitum *in d. pragm.1. de censibus, numer.11.* Regens Tappia *in jus Regni, in tit. de censibus*, neque in statu Cataloniæ, & in tota Hispania receptam fuisse, refert Fontanella *de pactis nupt. gloss.18. p.2. numer.3.4. & 5.* & ante eum latissimè fundavit Rodriquez *lib.1. quæst.4. numer.34. cum seq.* & Felicianus *de solis, cap.9. à numer.1. usque ad 6.* ubi duo refert Felicianus: primum motum proprium Pii V. non fuisse receptum, imò ab eo supplicatum per Regium Procuratorem fiscalem: Secundum quod ait est, quod lex humana Canonica, vel civilis non obligat, nisi sit recepta, & usu, seu moribus utentium approbata, ut per infinitos tum Canonum, tum Juris civilis interpretes, à Feliciano congestos, quod etiam notat Laganarus *in Rubr. ad pragm. vers. An autem Bannum, numer.3.* & quod hęc Pii Bulla non fuerat quibusdam in locis publicata, nec etiam usu recepta admittunt quam plures Theologi, & Juristæ, quos refert Cencius *part.1. cap.3. qu.1. artic. 6. numer.38.*

8 Tertia sententia est aliorum, qui dicunt Bullam Pii V. esse in Regno in viridi observantia quoad aliqua, sed non quoad omnia, ita Vivius *dec.369. numer.17. lib.2.* Camillus de la Rata *cons.90. à numer.7. usque ad 16.* D. Carolus Brancacius *in alleg. pro Principe Ottaviani*, de qua Laganarius in addit. ad Rovitum, *num.*28. & Regens Constantius cum Aponte *ubi suprà*, videtur affirmare non esse receptam in illo requisito, quod interveniat pecunia de contanti, & quod tertiæ non possint reduci in sortem principalem, cujus contrarium in Regno servatur, Regens de Ponte *ubi supra, numer.43. & 44.* & sic procedit Regens Capyc. Latro *consult.125. numer.29. & 150. numer.2.* qui non negat quoad requisita substantialia contractus venditionis census, & præcipuè, certum debere esse corpus super quo census constituitur, quia hoc etiam per Bullam Nicolai requiritur, & quod periculum deteriorationis, & peremptionis spectet ad emptorem census, quia hoc venit
9 ex natura contractus venditionis, circumscripta Bulla, idque probatur, quia quod interveniat pecunia, vel aliud loco pecuniæ, ut est verum debitum venditoris census, non sit aliqua fraus justitiæ census, ut in terminis dicit Scaccia *de cambiis, §.1. quæst.1. numer.213. & 214.* Thesaurus *lib.1. quæst.32.* Farinacius *decis.* 286. sic in contractu emptionis debet intervenire pretium, & tamen sufficit si loco pecuniæ interveniat res taxata certo pretio, Gloss. *in l.2. in verbo taxata*, ibique Baldus *C. de rer. permutatione*, Scraderius *de contract. in tit. de empt. nu.*43. sit verò fraus, & inducitur contractus usurarius per subjugationem generalem omnium bonorum ad censum, quia evitaretur periculum peremptionis, quod omninò penes creditorem transit ex natura contractus.

10 Itaque in Regno census debet constitui super certo corpore ut bene Regens Tappia *lib.4. juris Regni in titul. de censibus, numer.* 111. ubi tradit, quod formula constitutionis census hodie est, ut super certo corpore fiat venditio annui redditus, cum hypotheca tamen generali omnium bonorum, Regens Constantius *in l.3. ante numer.* 42. *Cod. de usuris fiscalibus, lib.* 10. dicens, quòd Bulla Nicolai V. relata *in pragm.1. de censibus*, tria requirit. Primò, quod non excedat decem pro centenario. Secundò, quod non sit pactum affrancandi. Tertiò, quod constituatur super re stabili certis finibus designata, & hoc auctoritate Follerii, docent Rovitus *in pragm.1. de censibus, & dec.9. numer.2.* Jacobus Gallus *cons.8. per totum*, Alexand. Trentacinquius *lib.3. variar. in tit. de Censibus, resol. unica, numer.17.* P. Molfesius *cons.8. numer. 8. & 9.* Camillus de la Rata *cons.90. à numer.7.* Riccius *dec.* 33. *part.4.* Vivius *dec.369. numer.3.* ubi census impositus super omnibus bonis, fuit declaratus nullus, quod patet ex verbis Bullę ejusdem Nicolai, de quibus D. Brancacius in allegat. pro Principe Octaviani apud Faganarium *in pragm. 1. de Censib. num.26. in fin.*

Nec mirandum, quòd Bulla Pii V. non sit universaliter recepta, quia census consignativus non fuit jure communi cognitus, reservativus verò sic, ut dicunt omnes in materia censuaria, hic enim census, de quo agimus fuit introductus à Martino V. & Callixto III. ut *in extravaganti de empt. & vend. c.1. & 2.* & deinde ex Bulla Nicolai V. inserta *in pragm.1. de Censibus*, & ex Bulla Pii V. ergo nil mirum si unaquæque Provincia sibi præscripserit eam legem, & Bullam, quæ in suo statu magis observabilis est secundùm nationes, & populos: ergo, &c. addo quod etiam in Curia Archiepiscopali Neapolitana census practicatur secundùm Bullam Nicolai, Novar. *dec.*101. *per totam*, Riccio *d.33. p.4.*

Undè primo infertur, quòd cum contractus censualis requirat ad sui validitatem certum corpus, tam attento jure communi, quàm Regni, idque etiam de natura contractus venditionis, seclusis Bullis, ut in puncto Bonacina *de contractibus, disput.3. quæst.4. part. unica, num. 5. &* 13. sequitur quod peremptio rei cedit damno emptoris, Brancaccius *ubi suprà, numer.26. in fine*, & licèt venditor census promittat solvere annuos redditus etiam de propria pecunia, tamen talis promissio habet respectum ad perceptionem fructuum illius prædii, super quo facta est venditio, at quando quantitas debetur respectu certę speciei, perempta specie debitor liberatur, ut ex multis tradit Goffredus *cons.2. numer.7.* Surdus *de alimentis, titul.* 7. *quæst.33. numer.* 22. Sed nostri melius sentientes dicunt, quod èmptor census non emit jus percipiendi fructus, sed redditus: unde etiamsi res nullus fructus faciat, adhuc debetur census, & quod designatio certi corporis non stat taxativè, sed demonstrativè tantùm, Regens Rovitus cum aliis *in pragm.1. de Censibus*, & D. Brancaccius potiùs, ut suo clienti inserviret quando erat Advocatus, quam pro veritate scripsit.

Infertur secundò, interesse in mutuo licere pacisci à principio, Gratianus *cap.* 287. *numer.50.* Regens Rovitus *in Pragm.1. de Usuris, numer.* 45. Regens de Ponte *de potestate Proregis, tit.4. §.50. numer.68.* D. Marcianus *cons.50. numer.4.* Regens Galeota *contr.61. num.47.* Præses Merlin. *cap.50. numer.14. in fine, centur.2.* ex lucro præsumpto, & verisimili in Regno, & dicit D. Marcianus posse conveniri ad rationem octo pro centenario, quod non potest peti, ut interesse passum, quia indigeret probatione, Gloss. *in cap. Dilecti 17. de Foro competenti*, Francus *decis.22. numer.* 5. Carlevalius *lib.1. tit.3. disput.8. sect.1. numer.9.* & licèt difficilis sit arrendamentorum exactio ob periculum, &c. tamen verisimile est interesse, quod capiunt, & exigunt ab illis malitiæ Colonorum, & Inquilinorum non subjectum, & si aliqualem habet difficultatem, ea est communis cum omnibus exactionibus fructuum rerum stabilium, &c. contra Vivium *decis.84.* Mutam *decis.165.* Thes. *lib.3. quæst.71.* Rota apud Merl. *dec.29.* Carlev. *tom.2. disp.8. sect.6.* ubi refert 59. Doctores pro sua opinione.

Infertur tertiò, qualiter S. P. improbaverit censum impositum in Regno Neapolitano contra formam Bullæ Pii V. cum enim in Civitate Luceriæ quidam prætenderet sustinere censum impositum, non præsenti pecunia, Rota respondit pro ejus nullitate, ut patet *in dec.477. part.3. recentiorum*, & ideo Creditor adivit Sanctissimum pro sanatione dictæ nullitatis, quam benignè obtinuit, ut patet ex *alia*

*alia dec.*406.*&* 407. apud Cenc. solet enim ille, qui censum emit ex alio credito, & pecunia non numerata de contanti, adire S. P. qui rescribit, ut constito de vero credito, cum quo dictus census fuit factus, sanetur defectus pecuniæ non numeratę, Cencius *d.dec.*406. prout etiam censum laborantem simili defectu sanavit Sanctissimus D. Innocentius X. *in Signatura gratiæ habito* 10. *Decembris* 1645. in Aliphana census referente D. Reverendissimo Baranzone, unde Papa habet pro nullis census impositos contra formam Bullæ Pianæ, eos tamen libenter sanat, &c.

17 Quod si dicas approbationem, & acceptationem requiri tantum, in legibus Principum sæcularium, qui habent auctoritatem à populo, & ab homine, & sic eorum leges eatenus obligant, quatenus moribus utentium, qui auctoritatem contulerunt, approbentur, at Papa non habet auctoritatem à Populo, sed immediatè à solo Deo, absque ulla dependentia à consensu subditorum, ergo non requiritur pro validitate census, quòd alii usu recipiendo, illas admittant, sed statim ac à Papa promulgatæ sunt, & innotuerint, dicuntur effectuatæ, & auctoritatem habent, & ad eorum observantiam Populos obligant, etiamsi in singulis Provinciis non sint publicatæ, ita Præpositus *in c. Istis*, §. *Leges*, *numer.*3.4. *distinct.* Archidiaconus *in c.Cum de Beneficio*, *de Præb. in* 6. ubi Francus *numer.* 4. Molina *de justitia*, *disp.*395. licèt dicat requiri scientiam Suar. *de Legibus*, *lib.*4. *cap.*16. *numer.*2. *&* *cap.*17. Pater Baldellus *lib.*5. *de Legibus*, *disp.*18. Ferdinandus à Castro Palao *part.* 1. *de Legibus*, *tract.*3. *disp.*1. *puncto* 13. & in terminis Bullæ Pianæ, Duard. *de censibus in procœmio*, *quæst.* 3. *numer.* 59. & Rot. Romana hanc distinctionem canonizavit, nempè *in dec.*630. *num.*6. *p.*4. *recent.* & post Cencium *de Censibus*, *dec.*365. *num.*16. *& duobus seqq.* quæ pariter loquitur de Bulla Pii V. & egregiè in Majoricensi indultorum coram Merlino impressa apud Dianam *p.*6. & in alia edita in eadem causa 27. Junii ejusdem anni 1639. coram eodem Merlino.

Respondeo enim, (quidquid sit de legibus sæcularibus quarum condendi potestatem etiam à Deo, & non à populo Principibus sæcularibus datam fuisse communiter Doctores: per me enim Reges regnant, & legum Conditores justa decernunt, de qua re late Castillus *de lege politica per totam*,) quod leges, & Bullæ in materia de censibus successivis temporibus fuerunt factæ, & populi acceperunt illas maxima cum veneratione, in contractu prę sertim qui suam originem à Bullis Pontificiis accepit: unde post illas acceptatas, & aliis supervenientibus cum novis superadditis solemnitatibus, ne Mundus implicaretur litibus, & contractus annullarentur permansit Regnum cum illa V. G. Nicolai, alii cum illa Callixti, &c. & præsertim, quòd ex causa debiti aliunde veri, vigore Bullæ Nicolai V. potest census constitui, quod á Pio V. reprobatur visum fuit magis necessitatibus Populi subvenire bullam Nicolai, quàm Pii V. & tantò magis, quòd in Regno bulla Pii V. reperiebatur inserta in corpore juris Regiarum Pragmaticarum, ut *in pragm.*1. *de censib.* & sic auferre illam, & aliam referre Pii V. visum fuit valdè dissonum in præjudicium tot contractuum in pręteritum factorum, & in futurum faciendorum, &c.

18 Neque dicas secundò, non posse allegari consuetudinem contrariam Regni; tum quia non probatur, tum quia non relevaret, contra Apostolicam Constitutionem munitam decreto irritanti; cessat enim difficultas quæcumque, quia in illis, quæ usuram respiciunt, consuetudo non suffragatur, tamquam contra jus divinum, cum consuetudo non possit facere de illicito licitum, Berous *cons.* 167. & signanter *numer.*10. Cæsar Manentus *de contractib. Livellarius*, *quæst.*6. Cencius *q.*34. *num.*51. Rota post Cencium *dec.*9. *numer.*23. *& dec.*80. *numer.*7. *& dec.*350. *num.* 3. *& dec.*365. *numer.*11. *&* 12. quia talis consuetudo nutritiva peccati, non attenditur, sed dicitur abusus potius, & corruptela, quæ non relevat, Rota *dec.*301. *num.*22. *&* 24. *par.*2. ubi ait, quod consuetudo etiam totius Mundi, non potest excusare exercentes improbum fœnus usurarum, & alia plura cumulat Additio ad Rotam *dec.*28. *nu.*239. *p.*3. *recent.*

Respondeo enim non allegari consuetudinem contra bullam prædictam, sed allegari non observantiam ejusdem, quia cum Bullæ supradictæ sint introductivæ, & formativæ contractus censualis, ideo unaquæque Civitas abundat sensu suo, & recepit illam quam magis proficuam pro suo Regno sufficientem cognosceret, at cognovit Regnum Neapolitanum, & illius Gubernatores, & Ministri, bullam Nicolai magis proficuam pro necessitatibus, & utilitibus Regni, sicut alia Regna bullam Callixti III. propterea in usu redactam bullam Nicolai, aliam in usu non posuerunt, non propter irreverentiam, & animo non obediendi S. P. Pio V. sed potius, ne contractus censuarii, secundùm aliam formam, præter antiquatam celebrarentur, & hoc non fuit ad alium finem, nisi ad conservandum Regnum in pace, & quiete, & ne lites litibus implicentur, & si dicat pars, ad Principem Christianum pertinere, ut respondeat pro observantia bullæ Pii V. dico id esse verum si contractum facerent more Hebræorum, sed faciunt more, quo disponitur per bullam Nicolai V. & sic non excedunt limites auctoritatis Apostolicæ, neque novum est in jure, quòd Summi Pontifices secundùm diversos sensus explicaverint diversas materias politicas, & commerciales: nam in materia fidei, & pertinente ad eam semper fuerunt Summi Pontifices conformes, sed in materia politica non est necesse, ut sint conformes, quia difformitas ipsa est accidentalis ad gubernium Ecclesiasticum, & licèt Curia Romana sit norma, & Magistra cęterarum, 19
Cardinalis *in Clementina quamvis*, *de appellation.* Gomel. *ad Regulas Cancellariæ*, *quæst.*2. *in procemio*, *num.*10. Gravatius *ad Vestrium*, *in praxi*, *lib.*5. *cap.*3. *numer.*6. Rota Romana *decis.* 6. *nu.*2. *in fine*, *part.* 1. tamen eadem Curia Romana erat tempore Nicolai V. Callixti, &c. & tamen permisit contractum taliter fieri: ergo nil mirum si hodie nos non legibus Hebræorum, sed Romanorum Pontificum utentes, licèt non hujus ultimæ formæ Pii V.

Neque dicas Bullam Pianam *de censibus*, esse receptam in Regno Neapolitano, secundùm Vivium *dec.* 369. *num.* 17. *lib.*2. Camillum de la Ratha *consil.*90. *à numer.*7. *usque ad* 16. Regens Capyc. Latro *consultat.*125. *à numer.*29. *& consult.*150. *numer.*20. *& seq.* & celeberrimus I. C. Carolus Brancaccius *in ejus doctissima allegatione impressa apud Laganarium in addition. ad Rovitum super pragm.*1. *de censib. numer.*28. ubi pariter testatur de viridi observantia bullæ Pianæ in Regno, & licet referat Regentem Constantium, & Regentem de Ponte aliter sentientes, attamen illis non adhæret, sed *num.*29. ait bullam Pianam esse indistinctè servandam in omni Regno, & loco, & *num.*30. refert invictissimum Regem Catholicum, sequutum fuisse dictam bullam, non obstante quod allegaretur contrarius usus Hispaniæ, eumque sequitur Laganarius *ibidem in fine*, asserens piissimam bullam Pianam debere ab omnibus recipi, atque amplecti, & secundùm eam judicari, & quamvis aliqui ex Regnicolis, aliter malè sentiat, & quod sit recipienda in omni loco, dicit Surdus *cons.*282. *n.*13. Addit. ad Gratianum *dec.*224. *num.*2. D. Reg. Capyc. Latro *d. consult.*125. *num.*29. ubi quòd talis bulla est attendenda etiam in locis dominio Ecclesiastico non subjectis, & doctissimè Homnedeus *consil.*35. *num.*3. *l.*2. Boccaccius *de censib.p.*2. *num.*20. qui dicunt esse servandam apud omnes Christianos, Rota apud Cencium *dec.*80. *n.*6. *& seq. & dec.*87. *n.*6. 21
& quod sit in viridi observantia in Regno Neapolitano, dixit Rota in Thelesina census 9. Decemb. 1630. coram Dunozetto, & in Neapolitana domorum coram Verospio. Ratio est, quia cum Constitutio Piana disponat in materia peccati, declarando usurarios contractus censuales alio modo factos, impossibile est posse contrarium observari, quia in spiritualibus, in quibus versatur periculum animę, attenditur judicium Summi Pontificis etiam circa temporalia, quando tractatur de materia peccati, in his enim spectat ad ipsum definire, & dare formam contractibus, *c. novit. de judiciis*, Glossa *in c.*20. *de regul. juris*, *in* 6. Card. Bellarm. *tom.*1. *lib.*5. *de Romano Pontifice*, *cap.*7. *&* 8. & in terminis dictæ Bullæ, ita dicit Comitolus *lib.*3. *responsorum*, *quæst.*27. Navar. *de usuris*, *à numer.*106. *usque ad nu.* 108. Surdus *consil.*282. *numer.*13. Homnedeus *consil.* 35. *l.* 2. Jacobus Gallus *consil.*18. *num.*9. Maceratensis *lib.*1. *resol.* 44. *& resol.*112. *casu* 1. *in fin.* Leonellus *super Bullam Pii V. gloss.*37. Boccac. *de censib. p.*2. *n.*13. *usque ad nu.*21. *& n.*205. *usque ad nu.*209. *& p.*3. *nu.*26. *& numer.*42. *&* 45. Manentus *de contract. Livellario*, *quæst.*6. *numer.*51. D. Carolus Brancaccius *d. alleg. num.*29. Rota apud Cencium *dec.*80. *numer.*6. *& seq. in dicta Neapolitana domorum coram Verospio.*

Con-

22 Confirmatur quia frustra allegatur non usus dictæ Bullæ Pianæ in Regno, cum non possit dari de non usu, seu de contrario usu, Constitutionum Apostolicarum in pertinentibus ad forum, & judicium Papæ, Rota coram Card. Cavalerio *dec.*77. *numer.* 3. *& dec.*85. *n.*2. *& dec.*111. *per tot. & in recentiorib. dec.*356. *n.*7. *p.*1. *&* 572. *numer.* 18. *eadem p.*4. *tom.*3. aliàs *p.*8. *recentiorum*, & latissimè in Majoricensi indultorum 11. Aprilis 1639. cor. Merlino, confirmata 16. Junii 1640. coram Reverendo Peutingerio, quę duæ decisiones habentur impressæ post *6. part. Dianæ, fol.* 226. *&* 231. juxta impressionem Lugdunensem, & in terminis dictæ Bullæ firmat Boccaccius *p.*2. *de censib. numer.* 208. Paulus Comitolus *lib.*8. *qu.*28. Cencius *quæst.*34. *nu.* 44. *&* 48. & præsertim stante decreto irritante, & clausula sublata, quibus dicta Bulla est munita, quę tollunt, & enervant quamcumque vim, & effectum non usus, seu contrarii usus, Felinus *in cap. Cum accessissent, nu.*3. *vers. Quas limitat, de Constit.* Marius Ant. Maceratensis *lib.*2. *var. resol.*112. *casu* 22. Gratianus *cap.*559. *numer.*35. Rota coram Buratto *dec.*704. *numer.*10. *& in recentioribus* 610. *numer.*6. *&* 8. *& dec.*722. *n.*4. *&* 5. per Textum *in l. Si chorus* 77. §. *His verbis, ff. de leg.*3. ubi pecunia sine peculio frugilis est, & sequitur Carlev. *ubi sup. numer.* 102. *ante finem*.

23 Respondeo, Bullam Pianam esse receptam in Regno, ut diximus in tertia opinione solùm quoad obligationem certi corporis, quia sic etiam disponitur in Bulla Nicolai inserta *in d. pragm.*1. at verò quoad pecuniam numeratam de præsenti, & quod tertiæ non convertantur in Capitali; non est recepta Bulla prædicta, & ratio, cur non fuit recepta non est inobservantia, aut inobedientia S. Sedis, sed quia reperitur inserta Bulla Nicolai *in Pragmat.*1. *de Censibus*, unde ne quotidie opus esset novos modos contrahendi suis pragmaticis inserere Regni hujus moderatores, jam quod erat inserta Bulla Nicolai, & secundùm illam congruentius ad populi, & contrahentium utilitatem fuerat dispositum de alia Bulla Pii non curarunt, quando contractus non legibus Hebræorum, sed Sanctissimi Nicolai V. formula celebrabantur, & non usus non allegatur in præjudicium Bullæ Pianæ, sed quia suam habebat peculiarem sanctionem, & modum producendi in contractibus suis Neapolitanum Regnum, quoad alia verò de numeratione pecuniæ, quod non sit recepta Bulla Piana etiam in Tribunali Archiepiscopali dicit Riccius *dec.* 33. *part.*4. & post Molfesium, Naldum, Mutam, Constantium Aponte de Ballis, & alios dicit Novar. *dec.*101. *per tot.*

24 Unde infertur Regnicolas, & Siculos, aliosque similes non benè improbari à Romanis, quod permittamus interesse in mutuo à principio, sed debere probari aliunde, ex opinione Baldi *in l. Rogasti* 11. §. *Si tibi, numer.*7. *ff. Si certum petatur, & in l.*1. *numer.*31. *&* 32. *Cod. de Summa Trinit. & fide Catholica*, Cagnolus *in l. Curabit à numer.*54. *usque ad* 58. *Cod. de act. empt. & in l. Unica, numer.* 49. *&* 51. *Cod. de Sententiis, quæ pro eo, quod interest*, ubi Rebuff. *in glossa, numer.*34. Lupus *cap. Per vestras, in rubrica notabili* 6. *numer.*6. *& numer.*9. *&* §.9. *numer.* 11. *&* 12. Barbosa *in l.*2. *in Principio, p.*1. *numer.*41. *&* 43. *ff. Sol. Matrim.* qui ait ex solo instrumento taxationis interesse, non posse agi contra debitorem, nisi articuletur, & probetur quantitas damni emergentis, aut lucri cessantis, & tunc non deberi ratione promissionis, quam ratione interesse verè probati, quod etiam sequitur Didacus Perez *in rubrica, tit.*20. *lib.*8. *Ordinamenti, pag.*21. *col.*1. Hermosilla *in l.*10. *tit.*1. *part.*5. *Gloss.*4. *numer.*304. 305. *&* 314. & consuluerunt Abbas *cons.*64. *numer.* 50. *part.*1. ubi ait, quod à principio non valet conventio de damno certum quid pro centenario, Ancharanus *cons.* 150. *numer.*7. Alexander *cons.*61. *lib.*2. *& cons.*17. *numer.*9. *&* 10. *lib.*4. Roman. *cons.*520. *numer.*8. *& cons.*510. *numer.*6. Decius *cons.* 39. *numer.*4. *& numer.*5. ubi duas requirit probationes ad obtinendum interesse lucri cessantis, etiam stante taxatione, nempè quod petens sit solitus negotiari, & quod ejus tanti intersit, *& cons.*111. *numer.*14. ubi dicit, quod promissio certi interesse, non facit, ut tanti intersit, & non valet, quando non apparet, quod tanti intersit, quantum promittitur, *& cons.*116. *numer.* 6. ait, quod non potest peti certa quantitas promissa pro interesse, quia promissio
25 videtur facta in fraudem usurarum, & non statur assertioni instrumenti, sed debet constare de vero interesse, & *consil.*119. & probari debere per veras, & legitimas probationes, & circa ejus quantitatem non eredi instrumento, neque posse exequi; sed damnum, aut interesse debet aliter probari, & *cons.* 322. *numer.* 3. Paulus de Castro *cons.*101. *part.*1. Silvanus *cons.* 10. *numer.* 46. Cravetta *consil.*87. *numer.*50. *& consil.*189. *numer.*8. *& cons.*320. *n.* 6. Rolandus *consil.*55. *à numer.*20. *lib.*2. qui improbat taxationem à principio in fortioribus terminis, Salon de Pace Burgensis *cons.*49. *numer.*12. *&* 15. *cum seqq.* Mandellus de Alba *consil.*211. *num.*7. *cons.*512. *nu.*11. & utrobique additio, ubi ait non valere taxationem interesse ab initio, neque censeri probatam ejus quantitatem, ex assertione partium, Peregrinus *cons.*85. *numer.*4. *lib.* 3. dicens pactum de certo interesse esse reprobatum, & requiri probationem veri interesse, & solitum esse negotiari, qui illud petit Menoch. *cons.*1027. *numer.*1. *& cons.*1180. *lib.*12. ubi *numer.*6. refert quindecim DD. pro hac sententia, & *numer.* 7. respondet ad novem alios allegatos pro contraria Farinacius *cons.*162. *lib.*2. Bursatus *cons.*320. *n.* 54. *&* 86. Surdus *cons.*485. *nu.*6. Claudius Bertazzolus *in addit. ad consilium criminale, Bertazzoli* 262. Carrocius *in addit.* ad Decium, *consil.*39. *à num.*4. *& ad dict. consil.* 116. *num.*30.

Quod idem in tractatibus dicit Antonius Gabriel *lib.*3. 26
*contra opinionem in tit. de Solutionibus, concl.*10. *numer.*4. Thesaurus *lib.*3. *quæst. for. quæst.*71. qui ait non stari quantitati taxatæ à principio, quia sapit usuram, Gaillus *pract. lib.*2. *capit.*50. *numer.*16. qui dicit conventionem de certo interesse, tamquam usurariam, non subsistere, propter fraudis suspicionem, cum interesse eo tempore adhuc incertum sit, Mascardus *de probat. conclus.* 934. *à numer.*25. Arisminus Tepatus *tit.*169. *cap.*11. *versic. Conventio*, qui dicit Conventionem de certo interesse lucri cessantis esse usurariam, Gregorius Lopez *in l.* 31. *part.* 5. *Glossa* 2. *circa medium*, ubi ait, quod taxatio ab initio non valet, quia in mutuo tamquam in materia prohibita, non statur assertioni partium, sequitur Plotus *de in litem jurando*, §.11. *numer.*15. *&* 16. Joannes Baptista Lupus *de usuris commentario* 1. §. 6. *à numer.*122. Guttierez *de Iuramento, part.*1. *cap.*20. *numer.*50. Dilectus *de Arte testandi, tit.*6. *Cautela* 48. qui dicit interesse non posse taxari ab initio antequam debeatur, Stracca *de Mercatura, p.* 4. *in tit. de Contractibus Mercatorum, numer.*2. Felicinus *de Societate, cap.*24. *à numer.*64. *ad* 71. Rodericus *de Annuis redditibus, lib.*3. *qu.*5. *& numer.*79. *& quæst.*7. *à num.*24. *ad* 26. *&* 55. *& q.*8. *à num.* 12. Freccia *de Prævent. inst. p.*7. *qu.* 11. ait instrumentum, ubi est promissum certum interesse adhuc illiquidum censeri, nisi probetur de vero interesse, nec stabitur assertioni certæ quantitatis, Paschalis *de Patria potest. part.*1. *cap.*8. *num.*235. Scaccia *de Commerciis*, §.1. *q.*7. *par.*2. *ampliat.*8. *n.*27. *&* 55. Grassus *de except. except.*31. *n.*8. Colerus *de Processu exequutivo, p.*1. *cap.*10. *à numer.* 118. Mozzius *de Contractu, de mutuo, in tit. de Naturali mutui, n.*4.

Quod pluries fuisse judicatum refert Vivius *dec.*84. *num.* 28
3. 5. *&* 6. Muta *dec.*165. Bellonus *dec.*91. *nu.*31. *&* 32. Cavalcanus *dec.*35. *n.*17. *p.*1. *& dec.*13. *numer.*40. 69. *&* 70. *p.* 2. Gama *dec.*100. *numer.*18. Mastrillus *dec.*245. *numer.*28. Peguera *dec.*147. Mohedanus *decis.*102. *part.* 1. *in tit. de usuris*, & apud Farinac. *dec.*211. *num.* 5. *&* 331. *&* 362. *&* 121. *coram Stellino*, & est *decis. Avenionensis pecuniæ*. 10. Februarii 1640. cor. Bichio post Merl. *de pignor. dec.*29. & latissimè Carlev. *tom.* 2. *de judiciis, disp.*8. *sect.*6. ubi refert 59. Doctores pro hac parte, & *à n.*80. *usque ad* 85. hanc sententiam validissimis probationibus sequitur, & *à n.* 85. *usque ad* 94. refert Doctores, & contrarias opiniones, & *nu.*94. dicit hanc opinionem melioribus rationibus fundari, sed contrarium est in praxi in toto Regno, quia semper in toto Regno sunt occasiones investiendi pecunias in censibus, cambiis, mercibus, & aliis similibus contractibus, ut benè post alios D. Merlinus.

Et licèt Affl. *dec.*20. *n.* 2. asserat requiri probationem ex- 30
trinsecam, quod quis certitudinaliter fuisset lucratus, ut possit obtinere interesse, & idem dicit Franc. *dec.*21. *n.*6. qui ait S.C. circumscripta usura centesima non procedere ad liquidationem, nisi juxta damnum, quod actores patiuntur, vel juxta lucrum cessans, quod sine probatione constare non potest, quod iterum dicit *dec.*120. *n.*11. Carlev. *to.*2. *disp.*8. *n.*103. id tamen locum non habet de generali consuetudine totius Regni Neapolitani, in quo dantur emptiones paratæ, & interesse verisimile, ac probabile semper debetur, ut

ut latè Gaito *de credito*, *capit.2. tit.7. quæst.2. à num.1723. & num.1757.* ubi loquens de Regno nostro Neapolitano, ait semper vidisse in Regno fieri contractum mutui cum taxatione certi interesse etiam ad Consilium Doctissimorum Jesuitarum, sed Carlevalius impugnat Gaitum *tom.2. disput.8. sect.6.* Gaitum tamen semper sequitur Staibanus filius *de interesse*, *lib.1. cap.12. in fine*, quia *num.25.* adducit Gratianum *capit.387.* dicentem dari interesse verisimile, & posse à principio taxari, & dum *capit.911.* dicit non posse taxari à principio, quod intellige quando non essent necessaria requisita, quæ non erant *in dicto cap.911.* bene tamen erant *in dicto cap.387.* & tandem interesse recompensativum fructuum optimè debetur, vigore *l. curabit*, *C. de act. empt.* & posset à principio taxari legatur Staibanus ubi suprà, &c.

Legatur pro Bulla Pii V. & interesse mutui, Novarius *tom.2. in collect. Bullar. in tit. de usuris*, etiam pro damno emergente, & lucro cessante legatur Gabellius *cap.51. var. resol.* Et an sit de forma pecunia, vel possit adimpleri per æquipollens, latè Conciol. *allegat.21. & 22.* & Camerata *respons.9. per totum*, *tom.1.*

DISCEPTATIO CLIV.

SUMMARIUM.

1 *Ecclesias sub protectione secularium apud forum secularem conveniendas probatur.*
2 *Ecclesia fundata absque Episcopi authoritate est merè secularis.*
3 *Ecclesiæ res debent gubernari per Oeconomum datum ab Episcopo.*
4 *Ecclesiæ bona alienantur sine assensu Apostolico, quando fuit fundata sine Episcopi authoritate.*
5 *Gubernatores Ecclesiarum quando faciant sibi Procuratorem.*
6 *Ecclesiæ bona per laicos fundatæ non reperiuntur in Gazophylacio.*
7 *Possessio immemorabilis vim habet tituli, & Privilegii.*
8 *Hospitale potius præsumitur laicale, quàm Ecclesiasticum.*
9 *Hospitale est laicale, licèt habeat Cappellam, vel Ecclesiam.*
10 *Ecclesiæ quæ gubernantur per laicos non tenentur ad decimas Papæ solvendas.*
11 *Collegium fundatum authoritate Episcopi quando dicatur Ecclesiasticum.*
12 *Restitutio in integrum an, & quando competat Confraternitatibus.*
13 *Collegium nobilium Civitatis Neapolitani est locus profanus.*
14 *Collegii Gubernator si non fuisset à fundatore datus, à quo daretur.*
15 *Statuta laicorum non ligant personas Ecclesiasticas, vel res sacras.*
16 *Baro si habet jus prohibendi Vassallos ne accedant ad alia Molendina, furnos, &c. an possit prohibere illa Regularium.*
17 *Confraternitates laicorum intus Ecclesias Regularium erectæ subjiciuntur judici laico.*
18 *Confraternitas quoad spiritualia convenitur apud Episcopum, secus quoad temporalia.*
19 *Confraternitas laicorum an possit compelli accedere ad processiones.*
20 *Confraternitates esse laicales pluries decisum refertur.*
21 *Confraternitates dicuntur laicales, licèt habeant statuta approbata per Episcopos.*
22 *Gubernatores Ecclesiarum sub Regia protectione, conveniuntur à Iudice laico.*
23 *Episcopus non potest in Regno gubernatores laicos excommunicare, ut solvant Missarum stipendia sacerdotibus.*
24 *Protectio Regis circa Ecclesias quid importet, & ubi se extendat.*
25 *Ecclesiarum administratores, & defensores qui fuerint ab initio nascentis Ecclesiæ.*

26 *Ecclesiarum defensores à quibus, & quo ordine eligebantur antiquitus.*
27 *Protectio Regia an denotet jurisdictionem aliquam in Ecclesiam.*
28 *Reges dicuntur Vicarii Dei in temporalibus.*
29 *Iurisdictio non est necessaria cum protectione, & quare.*
30 *Protectionis causa non dat facultatem collectandi Ecclesiarum bona.*

ARGUMENTUM.

Ecclesias sub protectione secularium apud eosdem seculares conveniendas statuitur: earum bona quando possint alienari sine assensu Apostolico. Hospitalia quando præsumantur laicalia; Collegia fundata authoritate Episcopi sunt verè Ecclesiastica, & quid si sint fundata sine tali authoritate. Confraternitates laicorum fundatæ intus claustra Regularium qualiter tractentur. Ecclesiarum defensores, & administratores qui fuerint olim; Regum protectio circa Ecclesias an tribuat ei jurisdictionem.

IN mense Augusti 1647. cum ab hac vita discessisset quondam Joann. Dominicus Garofalus in Civitate Cavæ, condidit quandam testamentariam dispositionem, in qua instituit hæredes Ascanium, Angelum, Antonium, & Thomam Garofalum suos fratres utrimque conjunctos, & cum plura legata pia reliquisset, inter alia reliquit, ut dicti ejus fratres, & hæredes celebrari fecissent, Missam unam perpetuam qualibet die pro anima sua, & aliis juxta suam intentionem; pro qua certum reliquit capitale, prout reliquit ejus Pater, & voluit dici, in illo loco, ubi placuerit suis hæredibus folio 2. *in fine*, & 3. Quia verò dicti sui hæredes jam adimpleverant omnia legata pia, & præcipuè assignaverant quoddam Capitale Ecclesiæ sancti Eligii pro dicta Missa perpetua fol.6. propterea de anno 1653. comparuerunt in Tribunali Reverendæ Fabricæ, & dixerunt fieri decretum absolutorium fol.10. & die 13. Januarii ejusdem anni, tale decretum obtinuerunt fol.11. Post hæc die 20. Januarii 1653. ab Oeconomo Reverendæ Fabricæ fuit ordinatum Gubernatoribus Ecclesiæ sancti Eligii, ut penes acta exhiberent licentiam Ordinarii, pro acceptatione dicti oneris Missarum, jam quod per Constitutionem de celebratione Missarum ab Urbano VIII. emanatam, expresse prohibitum est, ne recipiantur onera Missarum perpetua sine licentia Ordinarii, sub pœna interdicti ipso facto incurrenda, aliter pecunia assignata pro dicta celebratione applicetur in beneficium dictæ Reverendæ Fabricæ fol.12. & per decretum Domini Consiliarii post modum dignissimi Domini mei Regentis Muscettulæ sub die 23. Januarii 1653. fuit dictum, quòd Magnifici Gubernatores in biduo producant licentiam acceptandi onus Missarum, alias providebitur fol.12. & idem decretum fuit interpositum die 19. Junii 1653. ubi dictum fuit, quod in alia biduo servata forma alterius Decreti, producant licentiam prædictam, alias providebitur super applicatione petita fol.12. à tergo, alio deinde decreto 15. Septembris 1653. ejusdem Regentis Muscettulæ fuit dictum, quod dicti Gubernatores, cum effectu in alio biduo producant licentiam acceptandi onus Missarum, servata forma aliorum decretorum, alios dicto termino elapso, pecunia destinata pro celebratione dictarum Missarum applicetur in beneficium Reverendæ Fabricæ, unà cum capitali fol.13.

Pro quorum decretorum executione fuit ordinatum Gubernatoribus S. Eligii, ut corresponderent Reverendæ Fabricæ annuos ducatos 45. destinatos pro celebratione Missarum, & ut recognoscerent in Dominum, & Patronum dictam Reverendam Fabricam, pro capitali, & ut solverent tertias tam decursas, quàm decurrendas in futurum, & intimatur tale decretum uni ex dictis Gubernatoribus folio 14. in mense Octobris 1653.

Posteà verò 15. Octobris 1655. decreto Domini Muscettulæ dictum fuit, ut in alio biduo Gubernatores pareant supradicto mandato fol.14. à tergo, & posteà die 8. Februarii 1656. per aliud decretum dictum fuit, stante lapsu ter-

mini concessi ad producendam licentiam, Magnifici Gubernatores infra dies decem faciant depositum omnium annatarum non decursarum scutorum 45. alias Procurator, fol. 15.

Die 10. Octobris 1667. reperitur renovatum hoc decretum à Reverendo Consiliario Francisco Rocco, & ordinatum, quod stante lapsu termini, ad producendam licentiam Ordinarii Magnifici Gubernatores infra decem dies faciant depositum omnium annatarum decursarum annuorum ducatorum 45. aliàs providebitur fol. 16. & quia dictum depositum non fuit factum, propterea per eumdem D. Consiliarium Roccum fuit ordinatum, quod stante lapsu termini concessi ad producendum licentiam Ordinarii, Gubernatores infra quatuor dies faciant depositum omnium annatarum decursarum ducatorum 45. alias termino elapso providebitur, quòd sequestrentur effectus dictæ Venerabilis Ecclesiæ, fol.....

Fuit ab hoc decreto appellatum per Procuratorem S. Eligii ad Dominum meum Reverendum Consiliarium, & causarum Reverendæ Fabricæ Consultorem in gradu appellationis; ego tamen defendendo jura Ecclesiæ S. Eligii pluribus ex capitibus contra Reverendam Fabricam insurgo, & decretum factum à judice primarum causarum revocandum esse assero, præsertim ex eo quod non adest obligatio in Ecclesiæ Gubernatoribus ad talem acceptationem, nec ad observantiam Decretorum Sac. Congregationis, nec Bullæ Urbani VIII. quod sanè ut probem: duo faciam. Primò, de Ecclesiis agam, quæ sunt sub laicorum protectione. Secundò, de onere Missarum acceptatione reductione earumdem, & stipendio pro illis, & qualiter obligent quoad hæc omnia prædicta decreta de celebratione Missarum; unde sit

CAPUT I.

Ubi probatur Ecclesias per laicos gubernatas sortiri forum laicale.

1 SUppono Primò Ecclesias, Stauritas, Cappellas, & similia, quæ reguntur per laicos, dum non sunt fundata authoritate Episcopi, sed sunt sub Regia protectione non tractari, ut alias, quæ sub Episcopi jurisdictione existunt, sic Hospitalium bona non sunt Ecclesiastica, nisi fundata sub Episcopi authoritate, ut Napodanus *de jure congrui*, *num.* 75. *versic. An bona Extauritæ*, & sic quando Ecclesia regitur per laicos, possunt illius Gubernatores coram judice laico conveniri, Guttierez *canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 36. Mastrillus *decis.* 110. Regens de Ponte *consil.* 18. *vol.* 1. & decisum fuisse per S. C. de anno 1637. refert Regens Capyc. Latro *decis.* 95. *per totam*, & prius dixerat Additio ad Afflictum in consuetudine si Ecclesia *in* 1. *glossa*, de qua Regens de Marinis *tom.* 2. *fol.* 716. *in im-*
2 *pressis Neapoli*. Idque Primò, quia non sunt loca fundata authoritate Episcopi, & servata forma *cap. ad hæc*, *de Religiosis domibus*, *& in capit. inter dilectos*, *de Simonia*, & per Glossam *in Clem. per litteras*, *de præb.* ergo sunt merè
3 laicorum; secunda, quia res Ecclesiasticæ debent gubernari per Oeconomos, qui sunt Clerici, ut *in cap. cum nos*, *de officio Ordinarii*, *& in cap. Imperatorum de juramento*
4 *calumniæ*, sed bona ista gubernantur per meros laicos, ergò. Tertiò, quia horum locorum bona alienantur sine authoritate Episcopi, quod non posset fieri, si essent bona Ecclesiastica, *cap.* 1. *& per tot. tit. de reb. Eccles. non alien. cap. Abbatibus*, 12. *q.* 2. *cap. hoc consultissimo*, *de rebus Eccles. non*
5 *alien. cap. Monasteriorum*, *eod. tit.* Quartò probatur, quia isti seculares faciunt sibi syndicum, sive Procuratorem, & non Episcopus, *dict. cap. Ad hæc*, *vers. habent collegium seculare*, *& militare*, quod non subjicitur Curiæ Ecclesiasticæ, *& in cap. Si quis despicit* 42. *dist. & cap. Quia sane* 24. *dist.* Quintò, quia Episcopus nullam jurisdictionem habet in talibus Ecclesiis, nec exercet aliquam legem Diœcesanam, neque jurisdictionis, neque Cathedraticum, nec aliquid juxta formam, *cap. Conquerente*, *cap. Cum dilectus de Offic. Ordinarii*, juxta *Clementinam dudum de se-*
6 *pulturis*. Sextò facit, quia bona dictarum Ecclesiarum, Stauritarum, &c. per laicos fundatarum non reperiuntur in Gazophylacio, idest in Catastro Ecclesiæ, ut *in cap.* 1. *de*
7 *prob.* ubi Antonius de Butreo, & alii. Septimò, quia tales Ecclesiæ in hac sunt possessione ab immemorabili tempore, quæ possessio habet vim privilegii, *cap. Super quibusdam*, *§. Præterea*, *de verbor. signific. cap.* 1. *de præscript. in* 6. & Rex Ferdinandus declaravit esse bona profana, & denominatio fit à Gubernio laicali, non ab Ecclesia, ut dicit Glossa *in dict. Clement. per litteras*, *in verbo Ecclesias de præb.* & ibi notat post alios Barbosa dicens, quod in dubio hospitale potiùs præsumitur laicale esse, quàm Ecclesiasticum, ut post Glossam ibi dicit Barbosa *tom.* 5. *in Collectaneis*, & Gonzalez *gloss.* 5. *§.* 4. *numer.* 24. Rota *decis.* 725. *num.* 6. *part.* 1. *diversorum*; Neque obstat, quòd habet Cappellam, vel Ecclesiam, quia cum has habeat ad Missas celebrandas pro animabus Benefactorum, *capit. Missæ peculiares*, *de consecratione*, *disput.* 1. ergo bona talium Ecclesiarum, Stauritarum, & locorum, quæ per laicos administrantur sunt secularia, non Ecclesiastica, & ita per Archiepiscopum Neapolitanum fuisse decisum, tunc Cardin. Carrafam, dicit Afflictus ubi suprà, & non tenentur solvere decimas per Papam Cleris impositas ut per Clement. IV. per Honorium, & Bonifacium VIII. pluries fuisse decisum refert Afflictus apud Regentem de Marinis *tom.* 2. *fol.* 717. *in Impressis Neapoli*, qui id colligit ex dicto Afflicto *in Commentariis ad Consuetudines Neapolitanas*, & licèt contrarium dicat Ricciullus *variar. capit.* 12. *num.* 12. tamen nobiscum tenent omnes, ut benè D. Staiban. *tom.* 1. *resolut.* 35. *numer.* 13. *&* 14. latè Ansaldus *de Jurisdictione*, *part.* 2. *capit.* 14. *per totum*, & conferunt tradita per D. Merlinum *tom.* 1. *cap.* 65. Ratio est, quia regula est clara apud omnes ex distinctione supra tradita, quod ubi collegium est fundatum authoritate Episcopi, illud dicitur Ecclesiasticum, & Ecclesiasticæ jurisdictioni subjectum, si verò absque Episcopi authoritate, tunc seculare appellatur, & coram Judice seculari convenitur, ad tradita per Abbatem *in capit. de Xenodochiis*, *numer.* 3. *de Religiosis domibus*, Baldus *in Auth. hoc jus porrectum*, *Cod. de Sacros. Eccles. numer.* 11. *&* 12. Cardin. Zabarella *cons.* 123. *numer.* 3. Parisius *cons.* 34. *vol.* 4. Rodoanus *de rebus Eccles. non alien. quæst.* 28. & probatur *in c. Ad hæc de Religiosis domibus*, *& in cap. Inter dilectos*, *de donat.* Anna *sing.* 90. Carol. de Grassis *de effectu Clericatus*, *effectu* 1. *numer.* 643. Barbosa *alleg.* 78. *num.* 4. Diana *par.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 7. D. Abruzzus *de servit. personali commentario* 1. *numer.* 192. *&* 164. *cum similibus*.

Hinc videmus, quòd restitutio in integrum competit Confraternitatibus erectis authoritate Episcopi; ut fundat, & decisum refert Mastrillus *decis.* 110. *num.* 16. *part.* 1. & pariter judicatum refert Gabedus *decis.* 51. *numer.* 8. *par.* 1. secùs verò Collegiis Artificum cum Regio beneplacito erectis, ut putà Sutorum, Pistorum, Naviculariorum, Argentariorum, & similium, de quibus Fontanell. *decis.* 108. *part.* 1. estque magis communis opinio, ut testatur Puteus *decis.* 9. *num.* 9. contra Sforzaodum contrarium tenentem, non enim dicuntur loca Ecclesiastica, cum sint erecta, præviis Regiis privilegiis, & proinde Regali jurisdictioni subsunt, & dicuntur merè laicalia, Aviles *in cap. Prætorum*, *capit.* 20. *in verbo Confederationum*, *numer.* 10. Guttierez *lib.* 1. *Canon. capit.* 35. *num.* 9. *&* 16. Fontanella *decis.* 109. ideoque possunt de suis bonis disponere, sicut de secularibus, ut pluribus relatis fundat Fontanella ubi suprà, *numer.* 3. & etiam si aliqua opera pia ibi exerceantur, ut dicit *numer.* 50. ex Gratiano, de Ponte, Genuense, & Cavalcano ubi suprà. Verùm si in dictis Collegiis Artificum, adsint Minores, tunc eis conceditur restitutio in integrum, ut decisum refert Fontanella *decis.* 106. *numer.* 6. *&* 14. licet ipse in hoc non concurrat, dum putat Collegia prædicta æquiparari universitati, quæ restituitur sive adsint Minores, sive non adsint.

Ideo dicimus, quòd Collegium Nobilium in hac Civitate erectum per quondam Joannem Baptistam Mansum Marchionem Villæ, sine authoritate Archiepiscopi Neapolitani, cujus gubernium fuit commissum Patribus Jesuitis, est laicale, & consequenter coram judice laico debet conveniri, quia voluit Marchio Villæ, quod fieret dictum Collegium, & quod in eo educarentur juvenes Neapolitani Equites, in omnibus scientiis, ad eosdem pertinentibus, & commisit Patribus Societatis Jesu, ergo non per hoc sequitur esse Ecclesiasticum, quia cura committitur Jesuitis, nam sicuti non repugnat, quòd laici tamquam Oeconomi administrent bona cujuslibet loci Ecclesiastici, per Gloss. *in Clementina*, *quia contingit de Religiosis domibus*, *§. Ut autem*, *vers. Secularibus*, ubi Cardin. Zabarella *numer.* 50. Rota *decis.* 725. *numer.* 8. *part.* 1. *divers.*

Marta

Marta *voto* 169. *numer*.9. ita non est inconveniens, quòd Religiosis viris committatur Gubernium Collegii secularis,
14 quod si dicta Cura, & Gubernium dicti Collegii non fuisset data à dicto Marchione Patribus Societatis, utique spectaret ad judicem secularem, quia universitas æquiparatur Pupillo, *l.Rempublicam*, *Cod. de Iure Reipublicæ*, *lib*. 11. sed si Pupillus caret Tutore, Judex supplebit, *leg.Bonorum*, *Cod. qui admitti*, *l.Si infanti*, *Cod.de Iure deliberandi*, ergo ita in Collegio Judex supplebit defectum administratoris, Bart. *in l.Nulli*, *num*.3. *ff. Quod cujusque universitatis nomine*, ubi etiam Glossa *in verbo Lex*, sequitur Losæus *de Iure universitatis*, *part*.2. *numer*.15. *cum duobus sequentibus*. Quando verò Collegium habet Clericos, & Laicos, an dicatur Ecclesiasticum, an seculare, tractat Maranta *in Praxi*, *part*.4. *dist*.11. *numer*.23. post Bart. *in l.fin.numer*.14. *ff. de Collegiis illicitis*.

15 Et quia statuta laicorum non ligant loca Ecclesiastica, nec personas tales, *cap. Ecclesia sanctæ Mariæ*, *de constit*. & post alios Gipsius ad Capic. Latr. *decis*.16. *numer*.13. Abruzzus *in tract. de servit. personali*, *commentario* 1.*num*. 427. Hinc Baro vigore *pragm*.14. *de Baronibus*, non potest cogere Vassallos, ut vadant ad ejus molendina, furnos, & alia similia, nisi privilegio, aut alia legitima præscriptione, aut consuetudine præscripta, hoc jus prohibendi, ne accederent ad alia Molendina habeant, Anna *sing*.116. Francus *decis*.16. Novarius *de Gravaminibus Vassallorum*,
16 *lib*.1.*gravam*.58. etsi Baro habeat jus prohibendi, illud jus non continet Molendina, & similia Ecclesiæ, & ideò Vassalli ad illa non prohibentur accedere, ut fundat Tassonus *in pragmat. de Antefato*, in causa Universitatis sancti Laurentii de Padula cum universitate Montisani, *vers*.3. *allegat*.7. *à numer*.122. *usque ad numer*.126. & decisum tradit idem D. de Franchis *decis*.380. sed postea fuit contrarium decisum in causa Monasterii Sanctæ Mariæ de Gratia de Olibano, cum Archiepiscopo Salernitano de mense Octobris 1575. junctis Aulis, in Banca Miloni, ubi fuit decisum licere dicto Monasterio habere Molendina intus Monasterium, in quibus possint moli ejus olivæ, etiam donatæ, ac legatæ, non obstante, quòd lite pendente fuerat ordinatum Archiepiscopum esse manutenendum in possessione juris prohibendi, & sic Vassalli ad Molendina Monasterii accedere nequeunt ad molendas olivas, sed tantùm illa haberi posse per dictum Monasterium pro usu, non obstante jure prohibendi.

17 Hoc idem dicimus in Confraternitatibus laicorum erectis intus Ecclesias Regularium, quia subjiciuntur Judici seculari, etiamsi habeant Cappellas, & oratoria, in quibus celebrentur Missæ, & fiant in illis opera pia, ita Baldus *in leg.cum Senatus*, *ff.de rebus dubiis*, *& in l.sodales*, *ff. de Collegiis illicitis*, idem Baldus *in leg. si quis ad declinandum*, §.*in omnibus*,*num*.21.*Cod.de Episcopis*, *& Clericis*,ubi videtur dicere, quod cum Confratres habitum, & saccum inducant videntur redacti ad instar Collegii Ecclesiastici, tamen postea concludit, quod habent accidentia sine subjecto, & quod omninò subsunt Principi seculari, quod repetit Baldus in quamplurimis locis, & idem sentit Paulus *in leg.cum Senatus*,*numer*.3.*Cod.de hæredit.instit*. Soccinus Senior *consil*.8. in causa vertente inter Confraternitatem Sanctæ Mariæ de Lucignano *num*.34. *lib*.4. Cardin.Zabarella *consil*.13. *& consil*.31. Abbas *consil*.31. Cardin. Parisius *consil*.34. *numer*.38. *part*.4. Verallus *decis*.328. *part*. 1. Cardinal. Tusch. *littera F*, *conclus*.455. *numer*.20. Rebuffus *ad leges Gallicas*, *in titul. de Confratribus*, *num*.8. Navarrus *consil*.3. *de foro competenti*, Romanus *consil*. 477. *num*.10. Felinus *in capit*.20. *numer*.11. *in verbo disciplinatorum*, *de foro competenti*, Jacobus Portius *de regul. juris civilis*, *& Pontificii*, *lib*.5. *conclus*.6. Tiraquellus *de pia causa in præfatione*, *versic. relictum factum Confraternitatibus*, ubi refert opiniones hinc inde Anna *singul*.90. Petrus Genedus *canon. quæst*.22. *num*.14. Bovadilla *in Politica*, *lib*.20. *capit*.17. *num*.141. *casu* 96. *& capit*.
18 18. *numer*.218. *casu* 113. ubi ait quod si res est spiritualis spectat ad Episcopum, sed si pro re, & negotiis secularibus ad judicem loci, & inter negotia secularia reponit præcedentiam in processionibus, ut dixit Anna *dicto singul*.90. & Decianus *lib*.4. *criminalium*, *capit*.9. *numer*.38. Cevallos *quæst*.897. *à num*.982. Valaschus *consult*.105. Capra *consil*.97. Menochius *consil*.635. *à num*.1. *lib*.7. Gabriel. *consil*.162. *&* 165. *à numer*.13. *volum*.1. Marta *de jurisdictione*, *part*.3. *cap*.10. *numer*.25. *& part*.2. *capit*.18. *& part*. 4. *cent*.2. *cas*.113. Ansaldus *de jurisdictione*, *part*.2. *tit*.9. *cas*.14. *num*.10. *&* 41. Parladorus *part*.3. *diff*.9. §.1. *num*.9. Perez de Lara *de anniversariis*, *lib*.1. *capit*.24. *num*.16. *& cap*.24. *num*.20. qui distinguit inter res spirituales, & temporales, & super processionibus, earumque præcedentiis distinguit, quod si differentia est super jure, spectat ad judicem Ecclesiasticum, si super facto ad judicem laicum, in aliis temporalibus subsunt judici laico, & *lib*.1. *cap*.24. *num*. 19
16. dicit Lara, quod non possunt per judicem Ecclesiasticum compelli, ut ad publicas processiones accedant, sed solùm allici, & hortari, quod etiam dixit Barbosa *allegat*. 78. *numer*.24. *vers*.4. *limita*, unde cum Arias de Mesa *lib*.3. *variar.cap*.41.*num*.25. *& dicto lib*.... *cap*.46. *numer*.31. est cavendum a Barbosa, qui *in eodem tract. post pauca*, subjunxit esse de jurisdictione Episcopi, sed postea dicit, quod non possunt compelli ad processiones, & sic ad actum spiritualem; unde nil mirum si idem Barbosa *dicta allegat*.75. *à num*.30. *&* 31. dixerit ad forum Ecclesiasticum pertinere, & postea in ultimis additionibus se retractaverit, dicens quod subjiciuntur potestati Episcopi, ut videlicet possint compelli rationem ei reddere, vel per eum cogi, ad recipiendum, vel rejiciendum aliquem ex eorum cœtu, item quod si agatur de ipsis rebus universitatis, vel jure aliquo spirituali, ita quod ratione rei subjectæ, jurisdictio spectet ad Episcopum, in reliquis verò quomodocumque sint affixæ Ecclesiis, & sint institutæ auctoritate Episcopi non habent privilegium fori, ad quod allegat Barbosa plures modernos, & sunt Maranta *consil*.133. *num*.50. & consilium de Ponte 18. *lib*.1. & Capyc. Latro *decis*.95. D.de Marinis *c*.116.*post num*.8.

Quod ita pluries decidit Rota Romana, ut in Valentina 20
Beneficii Veneris 6. Octobris de anno 1576. coram Robusterio, & est *decis*.557. eadem Rota apud Farinacium *decis*.603. in Romana domorum 21. Maji 1614. *part*.1. quæ loquitur in Archiconfraternitate Sanctissimæ Trinitatis de Urbe, & sic approbata à Sanctissimo, juxta Bullam Clementis VIII. de qua Quaranta in Summa Bullarii in verbo Confraternitas, Rota quæ loquitur in Confraternitate Sancti Spiritus apud Farinacium *decis*.193. & in una Taurinensi Decimarum 12. Januarii 1607. *tom*.2. & sic decisum in S. C. de mense Januarii 1648. & confirmatum decretum in gradu reclamationis in mense Maji ejusdem anni, & cum Procurator Confraternitatis petiisset restitutionem in integrum, fuit dictum non esse deferendum, & cum comparuisset Episcopus Civitatis Cavæ, ubi erat Congregatio, & Guardianus Sancti Francisci, intus cujus Monasterium erat erecta Confraternitas die 7. Julii 1648. fuerunt decreta prædicta confirmata, & non quiescente Episcopo fuit in reclamatione totum confirmatum, Consiliariis votantibus, D. Præside Merlino, D. Varela, D. Cioffo, D. Brancaccio, D. Caravita Juniore, D. Capacio, D. Carillo, & D. Filingerio, ut refert Dominus meus recolendæ memoriæ amicissimus Doctor veritatis Constantinus Casarus *lib*.1. *quæst*.18. *num*.8. qui *num*.11. refert post Francum *decis*.402. *num*.6. homicidium commissum intus unum ex istis Oratoriis tempore, quo ibi Missa dicebatur, non esse sacrilegium, quia non est locus sacer, ex quo non publicus, sed solùm ad usum Confratrum, Doctores verò qui in contrarium allegabantur per Doctissimum tunc Dominum meum Advocatum Primarium, nunc verò dignissimum Consiliarium D. Josephum de Rosa, Paulus de Castro, Afflictus, Gratianus, Mastrillus, Carolus de Grassis, Cavalcanus, de Ponte, Lambertinus, Tuschus, Zerola, & alii optimè salvantur per eumdem D. Casarum, ut procedant, quando esset Ecclesia formata, & Cappella publica cum janua exteriori, &c. ut bene ille *in fine*.

Quod adeò verum est, ut etiam si habeant tales Confra- 21
ternitates, & Collegia, statuta approbata, & confirmata ab Episcopo, vel à Summo Pontifice, tamen quoad forum subjiciuntur judici Laico, Baldus *in dict. l. Si quis ad declinandum*, Marta, Gabriel, Vivius, & alii, de quibus D. Casarus *dict. quæst*.18. *numer*.19. & dictus de Ponte *consil*.18. *numer*.6. ait, quod DD. fecerunt communem conclusionem, quod ubi apparet Hospitalia, Confraternitates, & Extauritas regi, & gubernari per Laicos, nihil in eis habet commune Episcopus, & quod hæc est immemorabilis Consuetudo, & quod pluries Sacrum Consilium decrevit, & allegat Anna *dicto sing*.90. & D. Capicium Latro *decis*.95. qui loquitur in Ecclesia

22 Sancti Joannis in Curte, quæ est in platea Judechæ hujus
Civitatis, & dicit fuisse decisum, quod quando Ecclesia
regitur per Laicos, possunt ipsi Gubernatores coram judice
Laico conveniri, & sic decisum refert de anno 1637. & bis
ante centum annos refert decisum Napodanus *de Iure congrui*, *num.*75. & Vivius *in decis.*517. *in addit. num.*41. &
dictus Prorex de anno 1593. sic Præsidi Salerni respondit,
ut scilicet Archiepiscopus Salernitanus visitaret loca pia,
per Laicos gubernantur circa Spiritualia tantum, etsi dicta loca non sunt sub immediata Regia protectione, possit Archiepiscopus in visione computorum intervenire,
sed ut non permittat amoveri libros Computorum à locis,
ubi reperiuntur, & quando Laici venirent significati, executio fiat per Laicos judices, de qua re Danza *in tit. de
Legatis piis*, *cap.*3. *fol.*343. *vol.*1. & subdit idem Danza,
quòd semper ita fuit observatum per Collaterale Consilium, in multis causis piis, de quibus ibi, & tempore
23 Ducis de Arcos, cum Episcopus Bojanensis protulisset
sententiam excommunicationis contra Oeconomos Laicos Ecclesiæ Parœcialis, eo quod eleemosynam Sacerdotibus nolebant solvere, qui Missas celebraverant; Prorex
cum voto sex Dominorum Regentium, litteras hortatoriales rescripsit, quatenus censuras nullas declararet, cui
cum Episcopus replicasset per verba, de quibus D. Cafarus *dict. quæst.*18. *num.*21. *in fine*, fuit iterum responsum ordine Excellentissimi tunc Proregis, & tandem paruit Episcopus ut ibi videre est.

24 Dices, protectio, & tutela, quam habent Reges, est
nuda ab omnibus jurisdictione, & imperio, ad notata
per Lotterium *de re beneficiaria*, *lib.*1. *quæst.*11. *numer.*84.
Natta *cons.*636. Geminianus *cons.*81. *num.*20. & nihil aliud
est, quam simplex Advocaria, unde dicebat Gaillus *lib.*1.
*observ.*54. *numer.*50. intentos esse debere protectores, ne
prætextu hujusmodi protectionis perniciosè peccent, dum
jus illud plus æquè extendatur, & ad quæstum, privatamque utilitatem transferatur, & sic protectio Regis cujuscumque loci pii, non tollit jurisdictionem Ordinariam
competentem, sed tantum inducit jus tutelare, ut latè Frances *de Ecclesiis Cathedralibus*, *cap.*27. *num.*138. *& seqq.* unde protectio Domini nostri Regis est actus pietatis, quo
imbecilliorem, quasi recommendatum sub umbra suscipit,
nec est talis protectio nova in Summis Principibus; quandoquidem etiam alicui Magistratui, seu Principi competiisse constat, in Ecclesiis etiam de jure patron. simul cadit
protectio Regis Frances *cap.*18. *numer.*707. *cum seq.* quod
latè dicit Daniel *de Nobilibus*, *disput.*49. *num.*23. *& num.*26.
qui *in addit.* addit protectionem: solum se extendere, in
executionem decretorum, ut auxilium ferat Ecclesiastico
judici requirenti brachium seculare, non verò, ut ipse
jurisdictionem Ecclesiasticam sibi abroget, ut benè Barbosa *in Collect.* ad Trident. *sess.*25. *cap.*20. *in fine*, quod idem
dixerat Frances ubi suprà, *cap.*25. *num.*138. cum pluribus
sequentibus advertens ne sub falso prætextu protectionis
Laici Ministri, decipiantur extimantes se obsequium præstare Deo in sedandis scandalis, ergo licet Ecclesiæ per
Laicos administrentur non per hoc erunt exemptæ à Constitutionibus, & Bullis Pontificiis, declarationibus Sacræ
Congregationis de celebratione Missarum emanatis, & à
Synodalibus Constitutionibus Ordinariorum stipendium,
acceptationem, & reductionem Missarum statuentibus,
ergo cum Bulla Urbani VIII. disponat de reductione Missarum facienda solum per Sedem Apostolicam, & cum decreta Sac. Congregationis idem disponant, & statuta Synodalia certum taxent stipendium Missarum non potest
dici, quòd Ecclesiæ, quæ gubernantur per Laicos ad hoc
non teneantur.

25 Pro responsione sciendum est, quod ab initio nascentis
Ecclesiæ constituti fuerunt Oeconomi, qui res, & prædia
Ecclesiarum administrarent, qui cum non sufficerent,
constituerunt defensores Ecclesiasticos, ut Ecclesiam, &
ejus bona, necnon plebem sibi creditam à Potentiorum injuriis venerentur, qui assumebantur ex Clericis, sacrique
Ordinis, & Magistratus erant, ut in Concilio Calcedonensi *Canone* 11. *de quo in cap. Si Episcopus*, 1. *quæst.*1. *cap.
Salvator* 1. *quæst.*3. quod etiam Constitutione Justiniani
dispositum fuit, ut *in l. Omnem* 42. §. *Præterea, Cod. de Episcopis, & Clericis*, inter Ordinatos verò in minoribus Ordinibus illos refert Gelasius in Epistola prima ad Episcopum
Lucensem, de qua *in cap. Monachus* 76. *dist.* licèt aliquando defensores assumerent ex Ordine Presbyterorum, ut
de Juliano Presbytero dicit Gregorius Turonensis *de vitis
Patrum*, *cap.*7. apud Surium; quod si interdum tales defensores instituerentur Laici, utique solebant eligi de illis, qui ad Sacros Ordines aspirabant, qui promoveri
non poterant, nisi servatis interstitiis, *cap. in Singulis* 76.
dist. Officium autem istorum solum erat Ecclesiam, plebemque tueri ab injuriis, & offensionibus vi Potentiorum
causandis, Monachos in urbe vagantes, & passim turbam
facientes ejicere, & ad erema, vel loca propria redire curare, juxta Concilium Calcedonense *can.*23. *cap. Prohibitum* 26. *quæst.*1. unde apparet tales defensores fuisse Ecclesiasticos, & de Ordine Clericorum, sed cum non satis rebus Ecclesiæ per ipsum consultum esset placuit, ut defensores ab ipso Imperatore peterentur, in Concilio Cartaginensi 50. *can.*11. de quo est textus *in cap. Ab Imperatoribus* 23.
*q.*3. ne autem per imperium aliquod malum fieret, dispositum fuit in Concilio Milevitano 2. *can.*16. ut ab ipso Imperatore peterentur defensores, Periti Scholastici, ut sunt
Advocati forenses, qui facultatem haberent pro negotiis
Ecclesiarum quoties necesse esset, ingredi secretaria judicum; hoc posito.

Respondeo ad argumentum, protectionem Regiam per 26
Gubernatores Laicos exercitam in suis Ecclesiis, non
tribuere eisdem Gubernatoribus jurisdictionem, sed Oeconomicam quandam potestatem respectu Gubernatorum,
& D. Rex protector constituit alium Ministrum pro jurisdictione exercenda, ut sunt Domini Delegati, vel Regii
Consiliarii, vel Domini Regentes Collateralis Consilii,
quorum erit videre, ne graventur Ecclesiæ per laicos, per
Monachos, vel per alios Ecclesiasticos in causis, & casibus,
ubi non agitur materia extra sphæram laicalis jurisdictionis, ut est ista, de qua agimus, ut infrà probabo; idque
exemplo Domini Dei nostri, qui utitur Angelorum mini- 27
sterio, ad salutem Animarum, ad Mundum gubernandum, & ad evitandos homines, ab omnibus violentiis diaboli juxta Prophetam *Psalmo* 37. ibi *(& vim faciebant, qui
quærebant animam meam)* Ephesi 1. *vers.*21. & ut ab omni
diabolica vi custodiant homines, & teneantur, *Psalmo* 9.
*vers.*11. Matthæi 18. Regum 6. *cap.*16. *&* 17. Actorum Apostolorum 50. *cap.*19. quatenus in afflictionibus, tam ad
corporalem, quàm ad spiritualem vitam tangentibus homines consolantur Angeli, corroborant, & erigunt Consiliis, piisque auxiliis, Samuel 2. *cap.*24. *vers.*15. *cap.*16. Regum 19. *part.*2. Regum 1. *cap.*50. Act. Apost. 27. *cap.*23. sunt
enim Reges in temporalibus Vicarii Dei, ejusque locumte- 28
nentes, ac substituti, & hoc attributo, & fine sunt à Deo
constituti, ut latè Salgadus *de protect. Regia*, *cap.*1. *à num.*
41. & de supplicatione ad Sanctissimum *tom.*1. *part.*1. *cap.*1.
*num.*23. & D. Navarrettæ *in discursu politico*, *cap.*22. *col.*5. dicit, quod Reges sunt Vicarii Dei in temporalibus, non ad
ostentationem, & fastum, sed ad protectionem Vassallorum
miserabilium, & sicut à Deo habent delegatam, & mandatam potestatem, ita illum debent imitari, ut bene Bellarminus *de Principe*, *lib.*1. *cap.*9. latè Giurba *cons.*1. *à numer.*27.
quia si talis protectio Deus sibi reservasset, & non communicasset Regibus, multum defecisset, Deus hominibus in
necessariis temporalibus, quod non est ipsius providentiæ
consentaneum, ut cum Cajetano, & aliis dicit Suarez *lib.*
2. *de legibus*, *cap.*16. *num.*12. & inter principales protegendas
est Ecclesias, ipsarum immunitatem, & dogmata tueri S.
Augustinus *Epistola* 48. 50. *&* 165. quem ad hoc refert Michael Agia *de exhibendis auxiliis fundam.*28. de quo est textus elegans S. Isidori *in cap.*23. *Principes*, 23. *q.*5. *& in cap. dicat aliquis*, *d.*23. *q.*5. *cap. Administratores plane*, 23. *q.*5. *cap. res
autem*, 23. *qu.*5. & Leo Papa *in epistola* 75. *ad Leonem Augustum* quam refert Michael Aja *de exhibendis auxiliis fundamento* 23. Gregorius *lib.*9. *Epistolarum epist.*60. *ad Regem
Angliæ*, Fabius de Monte Leone *in praxi arbitraria*, *p.*4. *q.*2.
*num.*15. *&* 16. Valenzuela *p.*2. *de Bello consid.*2. *num.*96. *&* 97.
& est textus *in cap. Reatina*, 63. *dist. cap. quando* 93. 23. *quæst.*4.
S. Augustinus *tract.*11. *in Ioannem*, *& c. Incestuosi* 23. *quæst.*5.
Sicque boni Principis est, omnia quæ ad Ecclesiasticam functionem spectant, tueri, & protegere, *cap. boni Principis est*,
96. *dist.* & per hoc tributum esse solvendum dicit Urbanus
Papa *in c. tributum* 23. *q.*8. S. Thomas *in Homilia* 25. *c.*13. *lect.*
1. Lucas de Pena *in l. quicumque*, *C. de omni agro deserto*, *lib.*
11. & est textus, in quo profitentur Principes Christiani an
obligationem, *in Auth. quomodo oporteat Episcopus*, §. *nos igitur*, & facit textus *in l. universi* 4. *C. de fundis rei privatæ*, *&
saltibus divinæ domus*, *lib.*11.

Unde

29 Unde patet solutio argumenti, quod licèt Princeps vigore protectionis in Ecclesiis, cognoscere debet id, de quo agitur, nihilominus jurisdictione non eget, nec requiritur, ut latè Salgadus *de Regia protectione, part.1. cap.1. per totum*, & præcipuè *præludio 50. à num.192. & de retentione Bullarum, part.1.cap.1.num.142.* qui ait, quod qui commendata, data, & attributa est protectio Ecclesiæ, vel personæ, sola defensio extrajudicialis non tamen jurisdictio in eo data est, ut latè probat, quod idem sequitur Daniel *de Nobilibus, quæst.49.num.25.* post Gaillum *lib.2. observat.54.* Genedus *canon.quæst. cap.11.* nisi alia concurrant, quæ subjectionem arguant Seraphinus *decis.125. num.3.* Ricciullus *lib.4. de jure personarum, cap.15. numer.9.* Lotterius *lib.1. de beneficiis, q.4.num.85.* Francus *c.25. num.131.* Tambur. *de jure Abbatum, tom.1.disp.15.q.5.* Donatus *de regularibus, p.2.tract.13. de empt. Religiosorum, q.5.*

Quod idem dicit Regerius Sixtinus *de regalibus, lib.2. cap.14.à num.103.* qui ait, quòd licèt jus protectionis tale sit, & tantùm, ut protector armis etiam, & vi contra injuriam aliorum, & vim majorem defendere possit, & debent eos, quos in tutelam, & protectionem recipit ex *l. desertorem, §.fin.ff.de re militari,* Bart. *in proœmio, ff. in princ. col.1.* Skhurfius *cons.23.centur.3.* Gaillus *d.lib.2. observat.54.* tamen hujusmodi protecti, & defensi sint ad instar Forensium, & jus protectionis, jurisdictionem non tribuit, ex *cap. recepimus, in fine, cap.ex parte, de privilegiis,* & Joannes de Platea *in rubrica de domesticis, lib.12.* Gaillus *dict.observat.54.* Skurfius *dict.cons.23.* Choppin. *de Demanio Franciæ, lib.3.tit.18.num.7.* Petrus Gregor. *lib.5.syntag.cap.50.* Rosental. *de feudis, part.1.cap.4.col.14.* D.Joannes de Solorzano *de jure Indiarum, lib.3.cap.1.num.38.* unde Sixtinus *dict. cap. 14. numer.107.* dicit, quod Ecclesiasticæ personæ à principe habente in protectionem, & tutelam suam, nequeunt ab eo collectari, Gaillus *dict. observat.54.* & quod protectio Ecclesiæ, aut Hospitalis alicui competens, vel concessa non tribuat jurisdictionem, dicit Hieronymus Gabriel *cons.195.lib.2.* Joseph Ludovicus *decis.4. num.3.* Seraphinus *decis.1021. num.7.* & latiùs prosequendo Thorus *in verbo Iudex delegatus, 2.part.per tot.fol.309. & seqq.* Mascardus *de probat. conclus.31.* Erasmus à Cochier *in tract. de jurisdictione in exemptos, part.1. quæst.9. num.3.* Augustinus Barbosa *in dict.capit.recipimus, num.8.& in capit.ex parte de privilegiis,* Ascanius Tamburinus *de jure Abbatum, tom.1.disp.15. quæst.15. à num.14. cum seqq.* habent ergo cognitionem causæ, seu Oeconomiam, non autem jurisdictionem super Ecclesiis, Hospitalia, &c.

SECVNDI CAPITIS.

SUMMARIUM.

1 *Missarum diminutio, & reductio qualiter differat.*
2 *Missarum reductionis exempla traduntur, & diminutionis.*
3 *Missarum numerus an augeatur, fructibus auctis.*
4 *Obligatus ratione certæ rei, extinctivè absolvatur ab obligatione.*
5 *Episcopus jure antiquo diminuebat Canonicorum numerum, diminutis fructibus præbendarum.*
6 *Diminutio fructuum triplex est.*
7 *Canonicorum diminutio, fructibus diminutis in omnibus Ecclesiis locum habebat.*
8 *Vicarius Generalis, vel Capitularis an possit Canonicorum numerum diminuere, diminutis fructibus.*
9 *Missarum obligatio cessat fructibus diminutis.*
10 *Episcopus jure communi poterat minuere numerum Missarum.*
11 *Trid.sess.25.cap.4.de reformat.per ly* (facultatem) *explicatur.*
12 *Episcopi, Abbates, & Generales possunt vigore Concilii minuere numerum Missarum.*
13 *Bulla Vrbani VIII. & decreta Congregationis adducuntur.*
14 *Episcopus in Diœcesi, vel Generalis in Capitulis reducebant Missas.*
15 *Textus in d.§.20.Bullæ explicatur.*
16 *Onerum perpetuorum acceptio quare prohibetur.*
17 *Licentia moderationis Missarum qualiter detur.*
18 *Missas celebrandas post Concilium reducit Episcopus.*
19 *Missas impositas, ante Concilium in limine fundationis non poterat Episcopus diminuere.*
20 *Missas, & Anniversaria potest reducere Episcopus.*
21 *Episcopus, an possit extra Synodum moderare Missas.*
22 *Decreta S. Congregationis loquuntur cum Sacerdotibus, secularibus, & regularibus.*
23 *Missarum diminutio, an fieri debeat cum authoritate S. Congregationis.*
24 *Missarum reductio à Gubernatoribus Laicis Ecclesiarum in hoc Regno, an possit fieri sine Sede Apostolica.*
25 *Fagundez doctissimus Author adducitur pro Missis reducendis à Laicis.*
26 *Principes Laici leges faciunt pro augendo cultu divino.*
27 *Principes Laici sunt protectores S. Concilii Tridentini.*
28 *Princeps Laicus potest statuere, ne Sacerdos celebret, sine justo stipendio.*
29 *Decreta S. Congregationis loquuntur cum Sacerdotibus, Secularibus, & Regularibus.*
30 *Sacerdotes seculares, non se intromittunt in pecuniis Ecclesiarum per Laicos gubernatorum.*
31 *Missarum satisfactio potest fieri secundùm opinionem probabilem, relicta alia probabili, vel probabiliori.*
32 *Bulla, ut sit in Regno recepta, requiritur Regium exequatur.*
33 *Scripturæ forenses in Regno, ut recipiantur, requiritur licentia Proregis.*
34 *Thomas del Bene tom.2.c.9.dub.33. adducitur, & explicatur.*
35 *Bulla Vrbani VIII. de Residentia non fuit in Regno recepta.*
36 *Gubernatores Ecclesiarum, licèt Laici, possunt diminuere numerum Missarum.*
37 *Missarum reductio quid requirat.*
38 *Regulares post Bullam Vrbani VIII. nullam habent facultatem reducendi numerum Missarum.*
39 *Missarum onus, an possit acceptari, & cujus authoritate.*
40 *Anniversaria, an possint commutari in tot Missas.*
41 *Missarum numerus potest reduci sine consensu Capituli.*
42 *Missarum oneris acceptatio sine licentia Episcopi, an sit p.m.*
43 *Decreta de celebratione Missarum, an ubique fuerint recepta.*
44 *Decreta Sac. Congregationis de celebratione Missarum cum quibus loquantur.*
45 *Pecunia pro Missis celebrandis qualiter sit investienda.*
46 *Missarum obligatio quando incipiat.*
47 *Dictio* statim *remittitur in arbitrio judicis.*
48 *Missas supplere, an teneantur pecuniam non investientes suo tempore.*
49 *Missarum quantitas relicta pecunia major, an tota sit investienda.*
50 *Missarum pecunia, an possit implicari in domo reparanda.*
51 *Pecunia pro Missis, an possit expendi in ædificando Monasterio.*
52 *Regulares non habentes Conventum, an possint illud ædificare cum pecunia relicta pro Missis.*
53 *S.P. Vrbani finis qualiter fuerit in sua Bulla, & Decretis S.Congregationis.*
54 *Licentia Ordinarii, quando non requiratur in Missis celebrandis.*
55 *Missarum reductio qualiter fiat per Papam.*
56 *Dispositio omnis intelligitur, excepta Superioris authoritate.*
57 *Missarum numerus, an diminuatur ob expensas in fundo relicto.*
58 *Missarum celebratio, an possit præscribi contra Ecclesiam & contra Cappellanum, & quanto tempore.*
59 *Regulares vi coactiva non tenentur ad taxam Missarum factam per Episcopum.*
60 *Missarum onus suscipiens sine licentia Ordinarii, an sit validum.*

61 *Interdicti pœna, & privationis in Regularibus, an requirat declarationem.*
62 *Pœna contra acceptantes sine licentia onus Missarum qualiter tollatur.*
63 *Missarum onus, non perpetuum, non subjicitur Decretis S. Congregationis.*

ARGUMENTUM.

Missarum diminutio, & reductio qualiter differat, & à quo jure antiquo diminuerentur Missæ, à quo jure Tridentini, & qualiter hodie ex Decreto Sanctissimi Urbani VIII. de Celebratione Missarum, & quid si Ecclesiæ gubernentur per Laicos. Missarum acceptatio qualiter facienda per Superiores Ecclesiarum secularium, qualiter per Superiores Regularium, & quid in Ecclesiis, quæ gubernantur per Laicos, & harum Ecclesiarum bona qualiter alienentur; Missarum pecunia qualiter expendenda in emptionem stabilium, & an possit expendi, in ædificationem Monasterii à Regularibus.

JURIS RESPONSUM

PRO

Ecclesia S. Eligii, ejusque Gubernatoribus,

CVM

Tribunali Rever. Fabricæ Sancti Petri de Urbe.

Commissarius Dominus meus R. Cons. Joseph de Rosa, &c. in secunda Instantia, &c.

CAPUT II.

De Missarum reductione, acceptatione, & stipendio in Ecclesiis, quæ gubernatur per laicos.

1 SUppono Primò differre inter se diminutionem Missarum, à reductione eorumdem, & reductio requirit decretum S. Congregationis regulariter, diminutio verò non requirit, differentia verò est, quia diminutio Missarum est, quando cessant fructus rei legatæ, unde tunc extincta obligatione ratione rei, non remanet obligatio Missarum ad totum onus in suo vigore, & sic dicitur diminuta re, diminui numerum Missarum, in qua diminutione non erit necessaria authoritas Romani Pontificis, neque alterius, quia extincta obligatione non est necessaria aliqua reductio, seu moderatio, tunc verò est reductio, seu moderatio oneris Sedi Apostolicæ reservata regulariter, quando onus Missarum, illarumque obligatio manet in suo robore, sed quando ex se cessat, fructibus cessantibus, tunc est extinctio obligationis, quia reductio est actio reducens ad æquitatem, quod alias non esset æquum, ut ait Baldus *in leg.*
2 *Societatem*, §. *arbitrorum*, *ff. pro socio;* ergo est de eo, quod alias cadit sub obligatione, exemplum reductionis Missarum est, quando ver. gr. Ecclesia habet debitum pro pluribus Missis præteritis non dictis, & exposcit, ut satisfaciat pro illis dicendo aliquas Missas, ista est reductio, quæ cum fiat per applicationem Thesauri Ecclesiæ, cujus claves pertinent ad S. P. ideò per S. P. fit talis reductio: in alio sensu contingere potest reductio, putà si Ecclesia est obligata dicere decem Missas quolibet die, pro qua habet carolenos decem, sed quia Sacerdotes nolunt celebrare pro uno caroleno, fuit tempore pestis, & post ipsam transactum in Civitate Neapolitana, sed voluerunt carolenos duos, &c. reducebantur Missæ ad congruam æquitatem, de hac reductione est quæstio, à quo fieri possit, quia de prima certa est conclusio, quod pertineat ad Sedem Apostolicam, at quando minuuntur fructus non manet obligatio in suo vigore, quoad totum onus, ut in puncto doctus Pasqualigus *de Sacrificio Missæ*, *q.*1076. quod si fructus augeantur expensis, & industria possidentis legatum, non debet augeri Missarum onus, quia tale augmentum cedit in beneficium possessoris, quia sunt fructus industriæ, sed si augeantur fructus extra industriam legatarii, tunc vel est præscriptis à testatore Missarum numerus, & non augetur, vel non est præscriptus à fundatore numerus Missarum, sed testator dixit, quòd Missæ celebrentur cum mensura ad proventus, & fructus, & tunc si augeantur fructus augeri debet etiam numerus Missarum, dummodò augmentum sit notabile, ut dixit Genuensis *in practicabilibus*, *quæst.*229. Fraxinellus *de obligat. Sacerdot. sect.*4. *col.* 4. §.25. *num.*20. Pasqualigus *quæst.*1077. *per totam;* differt 3
ergo in jure nostro diminutio Missarum à reductione earundem, ut in simili quis sit obligatus ratione certæ rei, vel possessionis ad aliquod onus, cessante causa possessionis rei, cessat quoque obligatio, quia omnis dispositio restringitur per causam finalem, *leg. cum Pater*, §. *dulcissi-* 4
mis, *ff. de leg.*2. ut latè Antoninus de Amato *resol.*21. *tom.*1. & in simili fit reductio, quando excessivum esset onus, eo modo, quo discurrit D. Capycius Latro *decis.*18. ubi additio plura cumulat, & ita tenent Doctores citati, quicquid dicat Fagnanus *in capit. ex parte*, *num.*29. *de constitut.* & Passarinus *de statu hominum*, *tom.*2. *quæst.*182. *art.*4. *q.*4. & 5. *à num.*1037.

Suppono secundò, jure communi antiquo canonico, 5
diminutis fructibus Canonicorum, potuisse Episcopum diminuere numerum Canonicorum, & Missarum eorumdem, per textum *in cap. ex parte*, *de constitut.* sic diminutio præbendarum, earumque suppressio fieri debet fructibus earumdem diminutis, Barbosa *in dict. cap. ex parte*, Rota apud Seraphinum *decis.*1383. Riccius *collect.*1560. Verallus *decis.*203. *part.*1. idem Seraphinus *decis.*1387. Franciscus Tondutus *part.*1. *cap.*37. Fermosinus *in cap.*8. & 29. *de præb.* & *in cap.*8. *de excessibus Prælatorum*, Barbosa *de potestate Episcopi*, *allegat.*67. *num.*6. 7. & 8. quia suppressio tendit ad diminutionem divini Cultus, & sic difficilius permittitur, *capit. cum accessissent*, *de constitut.* 6
quæ causam requirit, quæ secundùm Petrum de Gregorio *de Beneficiis*, *cap.*19. triplex est, prima fructuum diminutio, ut assignatur per textum *in cap. finali*, *de verborum significat.* cum adductis per Lotterium *de Beneficiis*, *lib.*1. *quæst.*28. *à num.*80. ubi tradit qualiter sit articulanda, & probanda talis fructuum diminutio dicens non in genere, esse articulandam, sed in specie cum sua causa, & requiritur probatio, quod persona idonea non possit vivere cum illis fructibus omnia onera adimplendo. Secunda causa est quando fuit excessum contra determinationem fundatoris, quam causam videtur agnovisse Justinianum *in Auth.* ut determinatus sit numerus Clericorum. Tertia causa quando in nimiam multitudinem esset effusus, Lotterius *d. quæst.*28. *numer.*93. & hoc procedit tum in Cathedralibus, 7
tum in Collegiatis insignibus, at hoc faciet Episcopus cum suo Capitulo ex Tridentin. *sess.*24. *de reformat. cap.*15. Gabriel *lib.*1. *cons.*186. Barbos. *allegat.*67. Garzia *part.*12. *de Beneficiis*, *capit.*20. *à numer.* 75. Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.*12. *quæst.*1. *num.*245. & *de distribut. quotid.* *part.*1. *cap.*50. *numer.*30. & in Prælatis Regularibus circa beneficia Regularia sua, Vicarius Generalis, vel Capitularis 8
non poterit talem numerum diminuere, & latè Fermosinus *in dict. cap. ex parte*, *de constitut.* quod quidem faciunt Gubernatores Ecclesiarum, qui absque ulla difficultate numerum Sacerdotum augent, vel minuunt secundum exigentiam introituum, quam habent, oneribus tamen illorum optimè satisfacientes, ut infra probabo, & exempla traduntur notissima.

Idque ex eo, quia fructibus pereuntibus designatis pro 9
Missis, cessat obligatio celebrandi, & idem dicas, si non possint exigi, ita Honcada *de Valore Missarum*, *artic.*17. *proposit.*1. Perez de Lara *de Anniversariis*, *lib.*1. *capit.*15. *num.*9. Fraxinellus *de obligat. Sacerd. sect.*4. *conclus.*4. §.17. Riccius *in Praxi*, *resolut.*105. Lezana *in Summa*, *in verbo Missa*, *num.*37. Alphonsus de Leone *de Cappellaniis*, *quæst.*5. *sect.*14. *numer.*236. Bordonus *resolut.*25. *numer.*31. Tamburinus *in Opusculo*, *de Sacrificio Missæ*, *lib.*3. *cap.*1. §.3. *num.* 89. Peyrinus *tom.*3. *de Privilegiis*, *capit.*1. *numer.*29. Calsinensis *in Catechesi Regularium*, *tit.* 12. *de Sacramentis*, *cap.*12. *quæst.*9. *numer.*97. Garzia *in Summa*, *tract.*3. *differ.*10. *dub.*10. Pasqualigus *quæst.*1074. *tom.*2. sicque eisdem diminutis diminui debet onus Missarum, communiter DD. ubi suprà, apud Tamburinum *num.*90. & 91. & generaliter loquens

quens de onere annexo legatis piis dicit Bart. *in l. Sejo, ff. de Annuis legatis*, & DD. *in leg. Planè*, §. *Si duobus, ff. de leg. 1.* Surd. *cons. 389. numer. 9.* Merlin. *decis. 53. numer. 3.* Pasqualig. q. 1112. qui dicunt, quòd non statim diminuendus est numerus Missarum, sed compensandus est unus annus pro alio. His positis sit

10 Prima conclusio: Episcopi, de jure communi poterant reducere numerum Missarum, ad congruum numerum, patet ex *dict. cap. Ex parte, de constit.* ibi, (*licèt non sint ejus diminuti redditus*,) in quo textu S.P. reprehendit quosdam, quod diminuerant numerum Canonicorum, licèt redditus Canonicorum non essent diminuti, ergo si fuissent redditus diminuti, potuissent diminui, & reduci ad minorem numerum, ita Glossa *ibi in verbo* (*diminuti*) & facit Glossa *in cap. Cum accessissent, in verbo confirmatum, de constitut.* Lambertinus *de jure patronatus, lib. 3. quæst. 6. artic. 4.* Garzia *de Beneficiis, part. 8. cap. 1. numer. 125.* Henriquez *in summa lib. 9. capit. 22. numer. 6.* Layman *lib. 56. tract. 5. part. 3. numer. 50.* Fagundez *præcepto primo, lib. 3. capit. 7. numer. 11.* Castrus Palaus *part. 2. tract. 13. de Beneficiis, disput. 1. part. 6. numer. 23. & part. 4. tract. 22. disput. Unica, puncto 15. num. 4.* Barbos. *allegat. 29.* Garzia *in Summa, tract. 3. diff. 10. dub. 9.* Franciscus Lugo *lib. 1. de Sacramentis, capit. 12. quæst. 9. numer. 83.* qua ratione regiminis Ecclesiæ tenentur providere illis omnibus, quæ exigunt suum Pastorale munus, nisi sint reservata Sedi Apostolicæ, unde caveas ab Aversa *quæst. 11. de Euch. sect. 19.* oppositum

11 dicente, qui moventur ex Trident. *sess. 25. cap. 4. de reformat.* quatenus injungens Episcopis hanc moderationem dicit facultatem dat Episcopis, quæ verba significant alias non habuisse talem facultatem, dico enim non per hoc esse denegandam talem facultatem, quia facultas, quam habent Episcopi est generalis, at illa Concilii est generalis ad hunc effectum, quæ non est frustratoria, quia si contingeret dubitare de facultate generali, non posset de ista dubitari, tamquam de specifica, & in specie ad hunc effectum concessa.

12 Secunda conclusio Episcopi, Abbates, & Generales possunt moderare numerum Missarum ex Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 4. de reformat.* ubi conjungitur necessitas reducendi numerum Missarum, si id necessitas exigat, quia finis decreti est, quod adimpleantur onera injuncta, cum legatis, & modo meliori, quo fieri potest, talis autem facultas, quam concedit Concilium non se extendit ad omnes Missas, sed tantum ad illas, quæ ratione Legatorum celebrandæ sunt, nec possunt moderari in omni casu: prima si tantus sit numerus, ut nequeat satisfieri: Secunda, si eleemosyna sit ita tenuis, ut non reperiatur, qui velit onus suscipere, ut *in dict. capit. 4.* unde talis facultas datur à Trident. est minor extensivè, quàm illa, quæ competit Episcopis de jure communi, est tamen major intensivè, sive auctoritativè, quia moderationes factæ vigore hujus decreti authorizantur ab ipso Concilio, eo modo, quo declarat P. Passarinus *in tom. 2. quæst. 187. art. 50. quæst. 19. a num. 1079.*

13 Tertia conclusio, ex Bulla S.D.N. Urbani VIII. 43. in ordine de celebratione Missarum Romæ edita pro Italia, &c. die 21. Junii 1625. inter cap. 18. ibi disposita adsunt nonnulla videlicet.

14 Primò, ne Episcopi in Diœcesana Synodo, vel Generalis in Capitulis generalibus, vel alias quoquo modo, reducant illa onera Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis, sed pro his omnibus moderandis, reducendis, aut commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, alias nullæ sint tales moderationes.

15 Secundo statuitur pœna interdicti ipso facto incurrenda, ut pecuniæ, seu bona mobilia collata Ecclesiis, cum onere perpetuo Missarum celebrandarum deponantur, & investiantur, in tot bonis stabilibus fructibus, cum expressa mentione oneris, illis annexis; ita *in* §. 50.

16 Tertiò prohibet, Superioribus, tam locorum secularium, quàm Regularium, ne in posterum suscipiant dicta onera perpetua, nisi de licentia Episcopi, vel Vicarii pro secularibus, & Generalis, vel Provincialis pro Regularibus, cum pœna secularibus interdicti ab Ecclesia: pro Regularibus privationis Officiorum, ac inhabilitate ad eadem ipso facto incurrenda, §. 7.

17 Quartò mandat Superioribus, ut in concedendis licentiis pro perpetuis Missis suscipiendis, diligenter inquirat de viribus bonorum si sufficientes sint ad onera recipienda.

Ex decretis editi, post dictam Bullam talis facultas est 18
restricta ad Missas post Concilium impositas, unde Missas ante Concilium impositas poterit moderare, dummodo non sint impositæ in limine fundationis, quia tunc etiamsi essent impositæ ante Concilium poterunt moderari, at si sint impositæ post Concilium non possunt per Episcopos moderari ex justis causis, si tamen sint extra limites fundationis imposita, sive ex testamento, sive ex pacto, quia quidquid non reperitur reservatum, intelligitur concessum, *leg. Necnon*, §. *Quod ejus, ff. Ex quibus causis majores*, ergo si conceditur moderatio Missarum ante Concilium impositarum, dummodò non sint in limine fundationis impositæ, datur intelligi, alias non posse moderare, Pasqualigus *q. 1162. in fine*.

Facultas ergo à Trident. concessa non habet locum in 19
Missis impositis in limine fundationis, ita post alios Alphonsus de Leone *de Officio Cappellani, quæst. 5. sect. 14. numer. 237. & sect. 20. num. 289.* Tambur. *de Iure Abbatum, tom. 2. disp. 5. quæst. 10.* Franciscus de Lugo *de Sacramentis, cap. 12. quæst. 9. num. 87.* & sic vigore Trident. *sess. 25. cap. 4. de reformat.* non poterunt Episcopi reducere onus Missarum impositarum in limine fundationis, ut pluries declaravit S. Congreg. apud Collectores in Trident. *d. sess. 25. cap. 4.* & has Missas impositas in limine fundationis Concilium reliquit in dispositione juris communis, cum nihil circa ipsas disposuerit, & sic habetur pro casu omisso, at casus omissus remanet sub dispositione juris communis, *l. si vero*, §. *de viro, ff. soluto matrim. l. commodissimè, ff. de lib. & posth. cap. cum Venerabilis, de Religiosis domibus*, & talis dispositio Tridentini non solùm procedit in Missis, sed etiam in Officiis, & 20
Anniversariis, ut declaravit S. Congregatio, Missas verò impositas post Concilium, non posse Episcopum moderare, ut declaravit S. Congregatio, Franciscus de Lugo *lib. 5. de Sacramentis, cap. 12. quæst. 9. numer. 88.* Bonacina *disput. 4. de Sacramentis, quæst. ultima, puncto 7. §. 2. num. 11.* Pasqualig. *quæst. 1064. tom. 2.* contra alios dicentes oppositum apud Pasqualigum ubi suprà, & Missas impositas ante Concilium Tridentinum poterit moderare, & reducere in Synodo ex Trident. ubi suprà, in qua datur forma, & modus reducendi, ut contra nonnullos dicentes etiam extra Synodum posse moderari, dicit Pasqualigus *q. 1165.* Sic Abbates, & Ge- 21
nerales in Capitulis Generalibus possunt reducere numerum Missarum ante Concilium impositarum, Pasqualigus *q. 1166.* P. Petrus Passar. *tom. 2. de statu hominum, qu. 187. art. 4. à n. 862. & à n. 1053.*

Et quia super dictis capitibus, de quibus ibi occurrerunt 22
viginti dubia explicanda, & declaranda per Sacram Congregationem fuerunt ad dicta dubia, datæ congruæ responsiones, ut ibi post Bullam videre est, & omnes ea reportant, ut novissimè P. Candidus Brugnolus Ordinis Minorum *in suo speculo Clericorum, de Sacrificio Missæ, cap. 13. de oneribus celebrandarum Missarum moderandis*, & Nicolaus *lib. 3. institut. Canon. tit. 41. de celebratione Missarum*, quæ decreta, ut isti Doctores observant, loquuntur cum Superioribus Sacerdotibus secularibus, aut Regularibus, ne possint Missas acceptare sine decreto, &c. sic etiam cum in dictis decretis S. Congregationis prohibentur reductiones Missarum, ut *in* §. 1. *Episcopis, & Generalibus, &c.* quorum onera sunt suscepta post Concilium, aut ante Concilium imposita in limine fundationis, & reservatur Sedi Apostolicæ, etiamsi legatum ita tenue sit, ut nemo reperiatur, qui velit onus suscipere: ideò de pluribus fuit controversum in consulendo.

Primò, an, ut diminuantur Missæ requiratur auctoritas S. Congregationis. Prima opinio affirmat, quia accepta- 23
to legato cum onere præscripto, non est amplius locus pœnitentiæ, & cum diminutio contineat mutationem voluntatis Fundatoris, pertinet tantùm ad Summum Pontificem, ita Genuensis *in practicabilibus Eccles. quæst. 179.* Azorius *part. 2. lib. 8. cap. 24. quæsito 6.* Secunda opinio est non requiri decretum Sac. Congregationis, ita Bordonus *in consiliis Regularibus., quæst. 25. num. 37.* Aversa *de Sacramento Eucharistiæ, quæst. 11. sect. 18.* Franciscus de Lugo *lib. 5. de Sacramentis, capit. 12. quæst. 9. num. 97.* Garzia *in summa, tractat. 3. difficult. 10. dub. 10. numer. 6.* Sic dicunt plures in terminis Bullæ Pii V. quod deficiat census pro rata, deficiente re, super qua est fundatus, quoad aliquam partem, ita Duardus *de censibus*, §. 50. *quæst. 1. num. 16.* Gaillus *lib. 1. observat. 7.*

ſervat.7.num.11.Facchineus *lib.2.cap.*44. Leſſius *lib.2. c.22. dubio* 20. *num.*8.Rota Romana cenſus coram Merlino,& eſt *deciſ.*457. apud Duardum, ſed ſolutio quæſtionis, ut bene Paſqualigus *quæſt.*1076. deciditur ad favorem Epiſcopi, & Superiorum Regularium ex illa differentia, de qua ſuprà, quod aliud ſit diminuere, aliud reducere, ut diximus quicquid dicat poſt Fagnanum, Paſſarinus *d. quæſt.* 187. *art.* 50. *quæſito* 4.*&* 5.*à num.*1037.

24 Secundò quæritur, an in N.Civitate, & Regno, ubi ſunt plures Eccleſiæ fundatæ, quæ reguntur per laicos ſub immediata Regis protectione, an tales Magiſtri laici, Protectores, & Gubernatores teneantur ſervare talia decreta, & in dicta Bulla diſpoſita, & in ſpecie an poſſint ipſi Gubernatores reducere numerum Miſſarum, ergo ſæpius requiſitus dixi non teneri ad hoc: & contra Paſqual. *q.*1071. plura adduxi.

25 Primò, (emiſſa diminutione, quæ, ut ſuprà, dixi, ab omnibus etiam hodie fieri poteſt,) quia, ut in terminis Fagundez *de præceptis Eccleſiæ, præcepto primo, lib.*3. *cap.* 7.*num.*16. *&* 17. qui teſtatur de praxi ſemper obſervata, tales Cappellaniæ ſunt à laicis fundatæ, & de bonis laicalibus, ergo tum ratione erigentium, tum ratione bonorum ſubjiciuntur juriſdictioni Principis, qui tamquam communis, & pius parens per ſuos miniſtros procurat, quòd ultimæ voluntates exequantur, & hoc faciunt Miſſas reducentes ad debitam æqualitatem, & hoc non eſt laicos diſponere circa ſpiritualitatem, ſed circa leges temporales ſuorum ſubditorum, quæ temporis intervallo factæ ſunt injuſtæ, & iſti eligunt Cappellanum abſque eo quod in eo ordinarius aliquid ſe intromittat, nec talis facultas eſt annexa rei ſpirituali, nempè cum Miniſterio ſpeciali Sacerdotis in offerendo ſacrificium, ſed eſt mera facultas œconomica bene gubernandi bona Eccleſiarum ſuarum, non ſolùm diminuentes, ſed etiam reducentes numerum Miſſarum ad æqualitatem, ergo pro talibus Eccleſiis non eſt neceſſe recurrere ad S.Sedem Apoſtolicam, ſed ipſi de per ſe poterunt facere tale, ne dicam, diminutionem, ſed reductionem ſervatis ſervandis, licèt contrarium dicat P.Paſſarin.*tomo* 2. *q.*187. *art.* 50.*quæſito* 13.*à num.*1082.

26 Secundò probatur, quia etiam ad laicos Miniſtros pertinet, & ad Oeconomos, ac Gubernatores prædictos pertinet leges facere, ut *in l.*28.*tit.*3.*lib.*1. *Recopilat.* de Cultu divino conſervando, augendo, & nulla ex cauſa minuendo, & cauſam diminutionis amovendo, ut dicunt Imperatores Theodoſius, & Valentinianus *in l. unica, C. nemini liceat ſignum ſalvatoris, &c.* ibi (*cum ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni numinis Religionem tueri, &c.*) & eſt textus *in l. claras, §. Victor Iuſtinianus, Cod. de Summa Trinitate, & fide Catholica*, & hoc ad Regis officium pertinet, dixit S. Thomas *in tract. de Regim.Principis, cap.*14. *&* 15.& Aureus Robertus *rerum judicatarum,lib.*3.*cap.*1.ait, quod nihil certè convenientius Regiæ Majeſtati videatur, quam ſi Chriſtiani Principes, Eccleſia inſtituta, ritus, & leges, ac Sacerdotalia jura ſervent, & tueantur, & poſſe Principem ſecularem Eccleſias reparare in negligentiam Sacerdotum ex propriis redditibus Eccleſiæ, exemplo Joadis Regis Iſraelitæ, qui negligentias videns Sacerdotum, captis redditibus templi, illud fecit reparari, 1.Regum *cap.* 12. *& cap.*22. *& cap.*2. Paralipomenon *cap.*24. at magis eſt cogere, & facere reparare Eccleſias, quam numerum Miſſarum reducere, & ſi boni Principis eſt Eccleſias contritas reparare, & ædificare *cap. boni Principis*, 96. *diſt.*ergo ejuſdem erit boni Oeconomi, delegati, & Protectorum, quibus cura Eccleſiarum à Prorege eſt commiſſa, numerum Miſſarum reducere, & *in cap.*1. *ne Sede vacante*, Rex cum Proceribus Regni, multum poteſt, & operatur circa ſtatum Eccleſiæ reformandum, ſic *in cap.filiis, vel Nepotibus*, 16. *q.*8.habetur, quod Prælatis diſſipantibus bona Eccleſiæ,adiri poteſt dignitas Regia.

27 Tertiò probatur, quia Principes laici Chriſtiani protectores ſunt S.Concil. Trident. ad quod protegendum Papa omnes convocat, ut poſt Trident. *ſeſſ.*25. *capit.*20. *in Bulla* 161.Bellarminus *lib.*3.*de laicis, cap.*18. Riccius *in praxi aurea,reſolut.*299.Henriquez *de clavibus Pontificis,lib.*2. *capit.* 15.*& cap.*11.§.3.*& cap.*12.§.20. Diaz de Mena *lib.*1. *variar. quæſt.*12.*num.*8.*& quæſt.*4. *numer.*35. Bovadilla *lib.*2.*capit.*50. *num.*34.Cevallos *de violentia,gloſſ.*6. *numer.*61. Salgadus *de Regia protectione,part.*1.*cap.*1.*numer.*73. ergo ad hanc protectionem, tamquam ad ſupremam Regaliam pertinebit de juribus Eccleſiarum ſibi commendatarum ſtatuere Miſſas reducendo, &c. & ſi poteſt Princeps laicus ſtatuere per legem ſuam, ne ullus Sacerdos celebret Miſſam abſque ſtipendio, ut ait Caſtrus Palaus *de Euch.tract.*22. *diſp.unica,punct.* 28
15.*num.*5.*&* 7.*in fine*, cur non poterunt Miniſtri laicales diminutionem Miſſarum facere, & earumdem reductionem abſque alia authoritate, cum hoc pertineat ad Oeconomicam poteſtatem, quam habent ſibi communicatam à Principe conſtituente, tales Gubernatores.

Quartò probatur, quia talia decreta Congregationis lo- 29
quuntur cum Sacerdotibus, & Superioribus Regularium, ad quos mittuntur, & ſic onera Miſſarum perpetua non poſſunt acceptari de novo à Clericis ſecularibus ſine licentia Epiſcopi, à Regularibus verò ſine licentia Generalis, vel Provincialis, aliàs Regulares privantur omnibus officiis, & voce activa, & paſſiva; ſeculares verò Clerici ſunt interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ *in dicta Bulla*, §.7. ſicque Bulla,& decreta loquuntur cum Sacerdotibus ſecularibus, & Regularibus acceptantibus onera, ut bene P.Laurentius Brancatus de Lauria *in Epitome omnium Canonnm, & Conciliorum, ac Decretorum, in verbo Miſſarum onera, fol.*557. at in Miſſis, & oneribus perpetuis, quæ relinquuntur Eccleſiis per laicos gubernatis, nihil commune habent Sacerdotes, qui non ſunt Superiores Eccleſiarum, nec bona illarum adminiſtrant, ſed ſolùm habent Clericorum ſuperintendentiam, & nihil commune cum bonis Eccleſiarum, quod patet, quia ibi dicitur pecuniam relictam pro Miſſis perpetuis eſſe implicandam in emptionem ſtabilium,at Clerici, & Sacerdotes ſeculares Eccleſiarum,quæ reguntur per
laicos non ſe intromittunt in talibus pecuniis adminiſtran- 30
dis, nec eas poſſunt videre; ergo ad quid illi erunt obligati, ſcilicet ſacriſtæ, &c. ergo non tenentur ſacriſtæ Eccleſiarum, quia illorum non eſt gubernium, & bonorum adminiſtratio, aut pecuniarum inveſtitura, neque ad hoc tenebuntur Gubernatores laici, quia cum iſtis non loquuntur verba Bullæ, vel decretorum, ergo nullo modo tenentur talium Eccleſiarum Protectores.

Probatur quintò, in ſatisfaciendis oneribus Miſſarum 31
ſequi poſſumus opinionem probabilem etiam tutam, ut bene Marchinus *de Sacramento Ordinis, tract.*3. *part.*2. *cap.*17. tum quia in adminiſtratione Sacramentorum poſſumus ſequi opinionem probabilem, licèt minus tutam, & expoſitam, periculo irritationis Sacramenti, non obſtante obligatione, qua Sacramentis debemus reverentiam, ergo etiam licebit ſequi in ſatisfaciendis oneribus Miſſarum, conſequentia probatur, quia ſi licet in miniſtratione Sacramentorum, quæ obligat aliquando ex charitate, & aliquando etiam ex juſtitia, ut cum miniſtrantur ex debito muneris, licebit etiam in ſatisfactione onerum Miſſarum, quia non minus tenemur exhibere Sacramenta certa, quam certam ſatisfactionem onerum Miſſarum, tum quia non habet quis majorem obligationem erga alios, quàm erga ſe ipſum, ergo cum poſſit ſuſcipere Sacramentum cum opinione probabili, accedendo, verbi gr. ad Sacramentum Pœnitentiæ cum ſola attritione cognita, quamvis poſſit habere contritionem, poterit etiam miniſtrare cum opinione probabili; ergo etiam ſatisfacere juxta opinionem probabilem oneribus Miſſarum, quamvis fortaſse adſit periculum, ne in re ſit illa ſatisfactio plena, quæ eſt debita, quicquid dicat Paſqualigus *tom.*2.*q.*961.*per totam*.

Probatur ſextò, ex facto ſucceſſo tempore Innocentii X. 32
quando per S. P. fuit facta Bulla loquens cum Regularibus de deſtruendis, & ſupprimendis quibuſdam parvis Conventibus, & cum Collaterale Conſilium conſiderans perturbari quietem Regni, per talem ſuppreſſionem multorum fundatorum laicorum, qui Conventus fundaverant pro ſuis familiis, & deinde videbant eos deſtrui, & bona ad arbitrium Epiſcoporum applicari, vel ſeminariis Puerorum, vel Eccleſiis Parœcialibus Diœceſum, noluit dare exequatur Regium, & cum reſcripſiſſet Nepos Pontificis Cardin. Pamphilius, dicens Bullam loqui cum Regularibus: unde non erat neceſſe Regium exequatur, ad quod fuit reſponſum per Collaterale Conſilium litteris datis Illuſtriſſimo tunc Nuntio-Sperello, quibus dicebatur, quod etiam tempore Clementis VIII. de anno 1596. fuit impeditum Regium exequatur cujuſdam Brevis directi Eminentiſſimo tunc Cardinali Jeſualdo, tunc Archiepiſcopo Neapolitano, in quo ordinabatur, ut deſiſterent omnes Religioſi Conventuales S.Franciſci, ab Officio audiendi Confeſſiones in quibuſdam Monaſteriis Monialium, & directè

reſpon-

respondendo dictum fuit etiam Bullas Pontificum indigere Regio exequatur, quia aliud est potestatem laicalem absolutè mandare, vel constituere, ne quisquam pareat litteris Apostolicis justitiam, & gratiam continentibus, ne executioni mandet easdem, aliud verò esse potestatem secularem, mandare, aut constituere, ut sine suo beneplacito, & examine, nemo pareat hujusmodi litteris, nec eas executioni mandet, & primum fieri non potest contemptu Ecclesiasticæ libertatis. Secundum verò potest fieri absque tali contemptu, latissimè Salgadus de supplicatione ad Sanctissimum *part.1. cap.20. num.50.* & fundatur *in cap. si quando de rescriptis*, Diana *de legibus resol.6.* & fundatur *in cap. cum Episcopus, de officio ordinarii in 6.* jurisdictio Ecclesiastica, quam habet S.P. uti Pontifex, est circa causas, & personas, neque habet Territorium, quia Territorium est D. N. Regis, qui habet dominium temporale; unde per hoc dixit Oldradus *cons.17.* post Abbatem *in cap. inter alia, de immun. Eccles.* paulò ante *num.3.* Boerius *decis.264.* Belluga *rubrica 22. num.43. & rubr.14. vers. restat, numer.37.* post plures, quos allegat, quod non possunt
33 exequi litteras Apostolicas, nisi videatur an rescripta prædicta contineant merum interesse Ecclesiasticum, & Regens Rovitus *in pragm.5. sub titulo de citationib.* & habemus legem in Regno nullam scripturam venientem ab extra Regnum, etiamsi esset ordo S. C. Majestatis posse exequi in Regno, nisi habeant beneplacitum Proregis, & ejus Collateralis Consilii, *ut in pragm.1. usque ad 4. de citationibus*, & aliam habemus pragm. de anno 1578. *ut pragm. 1. de privilegiis*, infra annum exhibendis, ubi si non exhibeantur, & exequutoriantur Regalia privilegia infra annum non valeant, & Follerius *in Constitutione Regni Mundi machinam, nu.103.* adducit praxim, & formam petendi dictum Regium exequatur.

34 Neque obstat P. Thomas del Bene *de immun. tom.2. cap. 9. dub.33.* qui dicit Regium exequatur solum requiri in scripturis privatis, & Brevibus inter partes, vel ad instantiam alicujus, non autem in legibus generalibus, & decretis universalibus, ut sunt Bullæ Pontificiæ, & adducit Rao *in in responsionibus ad dubia circa immun. Eccles. fol.32.* & rationem adducit, quia si dictæ Bullæ generales indigerent Regio exequatur, reveret universalis Ecclesiæ gubernium.

Respondeo enim, Thomam del Bene loquutum fuisse aereè, & sine fundamento, tum quia potuisset adducere pro se Doctores majoris notitiæ, quàm Rao, de quo nec ipse notitiam habuit, ut à me per litteras requisitus rescripsit, & est, ut credo author Apocryphus, sicut sunt Sellius, & Aldanus apud Barbosam, Rubionus apud Riccium, &c. & contra del Bene, quod etiam in legibus universalibus requiritur Regium exequatur Regni, dicit Suarez *de legibus, lib.4. cap.17. per totum*, Salas *de legibus, quæst.96. art.14. tract.14. disp.13. sect.4. numer.21.* Bañes *2. 2. disput. 78. ex cap.1. de tregua, & pace*, Granadus *de contractibus 2. part. tract.3. dub.20. fol. 241. vol.2.* Vilalobos *tom.1. tr.20. dub.16. nu.6.* & in anno 1634. cum ab Urbano etiam VIII. fuisset emanata Bulla, per quam disponebatur Prælatos etiam Cardinales debere residere in propriis Ecclesiis, &
35 aliud ne Prælati valeant recedere ab eorum Ecclesiis sine licentia in scriptis Summi Pontificis pro tempore regnantis, in quo secundo capite non fuit data exequutio, quia erat in præjudicium jurisdictionis regalis, quando vocantur Episcopi ad audiendum verbum Regium, quod habetur in consultatione quadam manuscripta quondam Regen. Scipionis Roviti, actis regalis jurisdictionis, & in consultatione Regentis Capycii Latro in litteris Cardinalis Pamphilii ad Comitem de Ognatte, respondit Regens Zufia Illustriss. Nuntio Neapolitano Sperello, quod etiam in Indulgentiis requiritur Regium exequatur; ut ibi refertur.

36 Probatur ultimò, quia per potestatem Oeconomicam Gubernatores sæculares Ecclesiarum possunt diminuere numerum Missarum, sicuti possunt quicumque Episcopi, & Superiores Regularium, cum diminutio secundùm probabilissimam sententiam in talibus decretis, non contineatur, possunt etiam numerum prædictum reducere, & moderari, quia talis reductio pertinet ad auctoritatem, & potestatem Oeconomicam, vel Politicam, quam Superiores habebant ante Concilium, ex *dicto cap. ex parte, de constit.* per Concilium verò disponitur, ut Episcopi moderentur, & reducantur in Synodo, & loquitur Trid. cum Episcopis Bulla Urbani, & decreta loquuntur, etiam cum Ecclesiasticis Superioribus, ut patet; ergo non comprehendit Gubernatores laicos Ecclesiarum protectores, & licèt aliquando S. P. concesserit facultatem reducendi Missas, tamen fuisse locale privilegium, & non commutabile aliis resultantibus, dixit post alios Passarinus *q.187. art.50. quæsito 14. n.168.*

Et licèt in tali reductione Missarum requiratur causæ cognitio, tamen non est per viam judiciariæ authoritatis, parte citata, termino dato, &c. sed oportet videre, quando onus sit impositum, quæ proportio fuerit inter stipendium, & onus, & quæ sit de præsenti, & quantum sit necessarium pro alimentis Sacerdotum, & an Ecclesia habeat suam utilitatem: Secundò requiritur, quod talis reductio fiat secundùm conscientiam, & ad ejus dictamen: Tertiò, requiritur necessitas reductionis, Concilium Tridentinum *dict. sess.25. de reformat. cap.4.* & tandem requiritur, quòd in tali reductione semper statuatur commemoratio illorum defunctorum, in quorum favorem onera sunt adimplenda, Trid. *dict. sess.25. cap.4.* hoc est talis memoria erit celebratio unius, aut plurium Missarum, vel recitatio collectæ, vel aliarum precum, vel ratio in solo memento, post consecrationem, ita S. Congregatio apud Barbosam in Trid. *ubi supra*, Barbosa *alleg.29. num.21.* Tamburinus *de sacrificio Missæ lib.3. cap.1. §.20. n.50. in fine*, Pasqualigus *q.1076.* hoc totum pertinet ad facultatem Oeconomicam, sic hodie videmus Gubernatores laicarum Ecclesiarum pretium, sive stipendium Missarum, minuere Sacerdotibus secundùm temporis circumstantias, numerum eorundem moderantur secundùm necessitatem, Regulares verò post 37
Bullam Urbani VIII. nullam habent facultatem moderandi Missas, neque aliquod habent privilegium ab eodem Urbano, vel ab aliis concessum, sed expresè cum eis loquens, id prohibet Pasqualigus *qu.1182.* Passarinus *d.q.187. art.50. num.168.* licèt possit hodie post Concilium Episcopus reducere onus residendi, seu personaliter inserviendi, si diminutis redditibus sit factum nimis onerosum: nam est sufficiens causa reducendi, & si pro Missæ celebratione sit imposita aliqua hora, erga meridiem, vel noctis tempore, poterit mutari per Episcopum, ut benè Pasqualigus *quæst. 1186.* 38

Quæritur tertiò, an possit acceptari onus Missarum, & cujus authoritate. 39

Respondeo quod ex Trid. *d. sess.25. de reform. cap.4.* nihil statutum fuit circa acceptationem qualiter sit facienda oneris Missarum, sed solùm ibi disponitur circa moderationem earundem non posse fieri, nisi ab Episcopo in Synodo Diœcesana, & ab Abbatibus, & Generalibus Ordinum, ut in suis Capitulis generalibus re diligenter perspecta, possint pro sua conscientia, in prædictis Ecclesiis, quas hac provisione indigere cognoverint; in quo loco Concilii nulla fit mentio de acceptatione facienda onerum Missarum, sed solùm de earundem moderatione ab Episcopo in Synodo facienda: cum quo loco Concilii, concurrit Concilium Bracharense IV. *act.4. cap.26. in fine*, Henriquez *in summa lib.9. c.12. §.6.* Seraphinus *decis.611.* Quaranta *in summa Bullarii in verbo Missa*, Zerola *in verbo Missa*, §.3. Riccius *in praxi, resol.404. in 1. editione* aliàs 341. *in 2. editione, & p.4. decis.25.* Naldus *in verbo Missa, n.18.* Bonacina *de Sacramentis, disp.4. quæst. ult. puncto 7. §.20. num.9.* Molfesius *in summa tract.3. cap.16. num.29. & 30.* Moneta *de comm. ult. voluntatum, cap.50. numer.365. cum seqq.* Novarius *lib.1. quæst. for. qu.107.* Homobonus *in examine Eccles. tract.1. q.129. & tr.11. cap.9. q.21.* Diana *p.1. tract.14. resol.2.* Lezzana *par.1. cap.21.* Alphonsus de Leone *de officio Cappellani, q.3. sect.10. n.305.* cum multis concordantibus, Torreblanca *lib.2. jurium specialium, cap.9. n.73.* Bartholomæus à S. Fausto *lib.1. de suffragiis, qu.76. cum seqq.* Barbos. *de potest. Episcopi par.2. alleg.29.* ex quo capite concedebatur Episcopis facultas moderandi numerum Missarum, & anniversariorum, atque Officiorum pro defunctis, non modo intestatis relictorum, sed etiam in aliis similibus dispositionibus causa mortis, vel aliis actibus inter vivos, Moneta *cap.3. numer.368.* Barbosa *dict. alleg.29. num.9.* & anniversaria poterit commutare in totidem Missas, vigore 40
ejusdem decreti, & sanè juxta vires legati, esse commutandas, si tenuis sit eleemosyna, ut vix sufficeret pro illis celebrandis, & debebit Episcopus in tali reductione Capituli consensum requirere, licet illud sequi non teneatur, Barbos. *dict. alleg.29. n.6.* & Genuensis *quæst.179.* ait, quod sicuti

ſicuti diminuta eleemoſyna diminui debet numerus Miſſarum, ita ſi augeatur eleemoſyna præſtanda Sacerdotibus, tenetur hæres data capacitate hæreditatis, ſupplere mercedem, quia teſtator non reliquit ſimpliciter pro eleemoſyna ſolvenda, ſine onere Miſſarum, ſed pro Miſſis celebrandis ſuo tempore pro anima ſua, & ſi prævidiſſet augmentum, non utique diminueret numerum Miſſarum, cum hæreditas totum reddere poſſet, Barboſa *dict. allegat.*28. *num.*7. Riccius *in praxi part.*3. *reſ.*364. Diana *part.*1. *tract.* 24. *reſol.*17. Miſſas verò in fundatione Eccleſiæ, ſeu Cappellæ erectione, in titulum, non poterit Epiſcopus diminuere, Barboſa *dict. alleg.*29. *num.*12. & in Trid. *ſeſſ.*25. *de reformat. cap.*4. *num.*7. neque in beneficiis in ſui fundatione requirentibus centum Miſſarum numerum poterat Epiſcopus vigore Tridentini, Miſſas reducere ad majorem numerum, Bonacina, Naldus, Fauſtus, & alii, *ubi ſupra*, & licèt Trid. *ubi ſuprà*, dicat in Synodo eſſe Miſſas di-
41 minuendas, tamen non eſt neceſſaria talis circunſtantia, ſed poterit abſque conſenſu Congregationis Synodalis minuere numerum Miſſarum, Barboſa *dict. alleg.*29. *numer.* 12. & in Trident. *ubi ſuprà*, *num.*12. in quarum Miſſarum diminutione ſemper fieri debet commemoratio eorum defunctorum, qui pro ſuarum animarum ſalute, legata illa ad pios uſus reliquerunt, & commemoratio ſatisfieri poterit, vel in memento, vel in collectis, Barboſa *in Trid. ubi ſuprà n.*13.

42 Per Bullam verò Urbani VIII. & decreta S. Congregationis requiritur talis acceptatio, quod ſi quis ſine licentia Ordinarii ſuſcipit onus Miſſarum ſecundùm unam opinionem non peccat mortaliter, ita Tamburinus *de Sacrificio Miſſæ*, *lib.*3. *cap.*1. §.8. *numer.*18. quia probabile eſt, quòd pœnæ, quæ imponuntur ſuſcipientibus Miſſas ſine licentia non ſint ſignum peccati mortalis, nempè interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & quoad Regulares privatio officiorum, & vocis activæ, & paſſivæ, & inhabilitatis ad ipſa, etenim aliquando ſimiles pœnæ, poſſunt infligi ſine delicto, ut conſtat in privatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ, tempore interdicti, in irregularitate, &c. quicquid alii dicant cum Paſqualigo *quæſt.*1102. *tom.*2. Neque dici poteſt
43 pro Regularibus, & Sacerdotibus ſæcularibus, quòd talia decreta non fuerint ubique recepta, & acceptata, & ſic neque antiqua privilegia ubique revocata, quia non poteſt dici non fuiſſe acceptata, ſaltem quoad ea, quæ obligant de jure naturali, & ex juſtitia, ut quod tot celebrentur Miſſæ, quod ſoluto ſtipendio exiguntur; addo quod cum privilegium contineat ſpecialem facultatem Pontificis, liberaliter conceſſam, non requiritur acceptatio, & conſenſus privilegiati, ut ſortiatur effectum, ut benè Suarez *lib.*8. *de Legibus, cap.ult. num.*7. & ut tale privilegium habeat effectum, indiget voluntate Summi Pontificis ſupplentis de Theſauro Eccleſiæ pro illis Miſſis, quæ non celebrantur, & conjungentis cum Miſſa, quæ valet pro pluribus, & in ejus ſupplementum, ergo eo ipſo, quod S.P. removet voluntatem, & impeditur diſpenſatio de Theſauro Eccleſiæ, remanet Miſſa in ſuo eſſe, quod habet independenter à Privilegio, quia caret ſupplemento neceſſario, & proinde non eſt apta, ut ſatisfaciat pro pluribus ſive ſit acceptata, ſive non acceptata privilegiorum revocatio, & ſic privilegium de ſatisfaciendis pluribus Miſſis unica Miſſa cum pluribus collectis, eſt abſolutè revocatum, ut benè Paſqualigus *quæſt.*
44 960. *tom.*2. Neque Regulares, & Sacerdotes Superiores Eccleſiarum ſæcularium poſſunt dicere ſe non acceptaſſe, quia cum illis loquitur S. P. *in dict. Bulla*, & S. Congregatio *in decretis*, idque fuit originaliter diſpoſitum ad improbandum lucrum, quod fieri potuiſſet ex Miſſarum acceptatione, & celebratione, quod nō militat in ſæcularibus protectoribus Eccleſiarum, quæ per Laicos gubernantur, quia in iſtis non conſideratur tale lucrum, & quæſtus improbus, ſed ſolum Oeconomicum gubernium Eccleſiarum, qui videntes fructus non ſufficere pro omnibus, eas moderantur, & diminuuntur ad eorum arbitrium.

45 Et quia Bulla, & decreta non loquuntur cum ipſis, talis acceptatio poterit ab eiſdem fieri, ſine tali ſolemnitate, abſque ullo ſcrupulo; dummodo pecunia pro Miſſis perpetuis celebrandis relicta convertatur in emptionem ſtabilium, nam pecunia pro Miſſis celebrandis pro unica vice, non eſt neceſſario convertenda in emptionem rerum frugiferarum, ſed ſufficit ſi Miſſæ injunctæ celebrentur, & legatarius poterit ad libitum diſponere de ea, ſive ſit pecunia, ſive aurum, ſive argentum laboratum, ſive ſupellectilia, ſive quodcumque aliud, quia accipiuntur tanquam eleemoſynæ pro ſuſtentatione celebrantium, & ideo ſicuti poſſet converti in eorumdem ſuſtentationem, ita etiam poterit converti in quemcumque alium uſum, ſi verò pro Miſſis perpetuis relinquantur pecuniæ, vel bona mobilia, tunc reduci debent in emptionem bonorum frugiferorum, ut in dicta Bulla Urbani VIII. decretis S. Congregationis, &c. quia cum dicta legata ſint conjuncta cum onere habente tractum ſucceſſivum annuum, debent eidem oneri proportionari; ita ut, qui portat onus, ſentiat etiam commodum ex Regula *cap. Qui ſentit, de reg. juris in* 6. *& cap. Cum omni, de vita, & honeſtate Clericorum*, quia non eſt juſtum, quod unus percipiat totum commodum, & alter portet onus ſine ullo incommodo, *l.*2. §. *damnum*, *ff. ne quid in loco publico*, *l. ſi igitur in fine*, *ff. pro ſocio*, ergo niſi ex pecunia, vel mobilibus conſtituantur fundi frugiferi, ſucceſſor ſentiret onus Miſſarum abſque ullo commodo legati, & in- 46
cipit obligatio prædicta non à die acceptationis legati, ut ait Tamburinus *lib.*3. *de Sacrificio Miſſæ*, *cap.*1. §.6. ſed à die realis acquiſitionis, quia ſtatim deponi debet pecunia, ut ſcilicet perveniat pecunia ad manus legatarii, & licet teneatur legatarius quam primum acceptare, vel reſpuere legatum, non tamen per hoc excluditur, quin non faciat diligentiam, ut informetur de quantitate, & valore rerum legatarum, ut poſſit deliberare, an ſit onus acceptandum, & ſi quis irrationabiliter impediret acceptationem legati peccaret mortaliter, ſi inde ſequatur grave damnum, & tenetur ad reſarciendum, ut notat Tamburinus *lib.*3. *de Sacrificio Miſſæ*, *c.*1. §.6. *nu.*1. juxta regulam generalem, quod lædens alium notabiliter, peccat mortaliter; & debet damnum reſarcire, & deponi non ſolùm debet pecunia, ſed
etiam ipſa mobilia, & licèt dicatur (*deponi ſtatim*) ta- 47
men illa dictio *ſtatim*, reſolvitur in arbitrium Judicis, Gloſſa *in cap. quicumque*, *in verbo ſtatim* 77. *diſt.* Menochius *de arbitr. caſ.*9. *numer.*4. *lib.*2. Tamburinus *d. lib.*3. *de ſacrificio Miſſæ*, *cap.*1. §.6. & non eſt neceſſe, ut deponantur penes ædes ſacras, vel perſonam idoneam, ſed erit in arbitrio deponentis eligere, quem maluerit, etiamſi eſſent
ædes ſacræ, ut benè Tamburinus *ubi ſuprà*, §.6. *nu.*15. & ſi 48
Regulares, aut alii, ad quos ſpectat differunt inveſtire pecunias in bonis immobilibus in fructiferis, ex negligentia, tenebuntur ſupplere Miſſas, quas alias celebraſſent, ſi facta inveſtitura percepiſſent fructus: nam cum ad ipſos ſpectet inveſtire, juxta decreta, de quibus ſuprà, negligentia inveſtiendi eſt ipſis imputanda, & proinde onerantur damnis omnibus, quæ inde ſequuntur, juxta textum *in l. lex quæ Tutores*, §. *ſed ſi parens*, *C. de adminiſtratione Tutorum*, Paſqualigus *q.*1065.

Quod ſi relinquatur major ſumma, quam pro una Miſ- 49
ſa debeatur, tunc tota ſumma debet reponi in emptionem, Paſqualigus *quæſt.*1067. non tamen ex pecunia pro Miſſis inveſtienda, poterit conſtitui cenſus ſuper bonis ſtabilibus Monaſterii, vel Eccleſiæ, Paſqualigus *centuria* 2. *canon. quæſtion. quæſt.* 172. Bordonus *reſolut.* 25. *numer.* 34. Lezzana *in verbo Miſſa*, *numer.*34. Tamburinus *lib.* 3. *de ſacrificio Miſſæ*, *cap.*6. *nu.*9. Gabriel de ſancto Vincentio *de Sacramentis diſput.*3. *de ſacrificio Miſſæ*, *quæſt.* 7. *diff.*6. quia, ut benè Paſqualigus de ſacrificio Miſſæ *quæſt.*1072. pecunia debet taliter inveſtiri, ut accreſcant novi fructus, qui correſpondeant oneri, Peyrin. autem *in ſuo formulario littera A*, *cap.*11. *num.* 20. ponit, an pecunia relicta pro Miſſis implicari potuiſſet in reparatio- 50
nem cujuſdam domus combuſtæ, quæ inſerviebat pro habitatione Colonorum, qui colebant certos agros Monaſterii, & cogebantur conducere ad hunc effectum aliam domum à vicino, & dicit affirmativè, alii tamen dicunt contrarium cum Bordono, Lezzana, ſancto Vincentio, Tamburino, & aliis *ubi ſuprà*, quia debet converti in bonis frugiferis ſtabilibus in ordine ad ſuſtinendum onus Miſſarum, ad quod requiritur, ut fructus ſint pro oneribus; ergo debent accreſcere novi fructus, ut onus injunctum ſit cum utilitate, ſicuti requirit Sacra Congregatio, ac
ſi domus fabricetur in ordine ad locandum, tunc valebit, 51
quia eſſet nova domus ſubjecta oneri Miſſarum, ergo non poterit pecunia pro Miſſis relicta applicari pro fabrica Monaſterii, quia Monaſterium non fructificat, quia
non poteſt locari. Neque dicas, quòd ſi Regulares non 52
haberent Conventum, poſſent conducere domum, ſolvendo penſionem, & utendo fructibus legatis, pro Miſſis ſolvendis, quia ſi dicta pecunia fabricetur Conventus, non

non remaneret fundus frugifer pro Missis, nec annua utilitas pro sustentando onere, & si conducit domum, & fructus pro Missis præceptis solvant pensionem, tunc percipiunt utilitatem pro onere Missarum, quod autem in hoc, vel illud opus pium expendant impertinenter se habet, ut notat Pasqualigus *quæst.* 1072.

53 Quia ergo S. D. N. Urbanus VIII. voluit quæstuandi, seu lucrificandi modum auferre quem faciebant Sacerdotes Regulares, & sæculares, per celebrationem Missarum, aliqui mare magnum habentes, & unica Missa pluribus satisfaciebant, alii ex privilegiis unica Missa, pluribus collectis, satisfaciebant pluribus oneribus Missarum susceptis ex stipendio, quidam non habentes stipendium dicebant Missam pro primo stipendium daturo, quidam solam præsentiam uni vendebant, alii applicationem, & meritum, quidam partem universalem uni, & particularem alteri concedebant stipendio mediante, ad hoc autem modos lucrandi tollendos S. D. N. Urbanus, & Sacra Congregatio talia edicta, & decreta statuerunt; cum suis ergo subditis Regularibus, & sæcularibus Sacerdotibus loquuntur, non cum protectoribus sæcularibus Ecclesiarum, qui talia lucra, nec etiam somniarunt; ergo non eos ligabit Bulla, neque decretum aliquod, de quibus suprà, ergo non poterit aliquis vigore alicujus Privilegii unica Missa satisfacere, cum quibus Collectis, pluribus oneribus Missarum susceptis ex stipendio, ut dicunt Hieronymus Rodriquez *in compendio resol.* 25. *num.* 16. Cardin. Lugo *de Euch. disp.* 11. *sect.* 2. *num.* 28. Aversa *quæst.* 11. *de Euch. sect.* 17. Franciscus de Lugo *lib.* 5. *de Sacramentis, cap.* 12. *qu.* 6. *num.* 67. Alphonsus de Leone *de officio Cappellani, quæst.* 8. *sect.* 14. *num.* 93. Fraxinellus *de obligat. Sacerdot. sect.* 6. *arg.* 21. *num.* 4. Faustus *lib.* 2. *de Euch. quæst.* 162. qui scripserunt post prædicta decreta Sacræ Congregationis de celebratione Missarum, quia talia privilegia sunt revocata cum consensu, & approbatione Summi Pontificis à S. Congregatione in dictis decretis de celebratione Missarum, §. *id verò*, cum amplissimis postea declarationibus eorum omnium.

54 Probatur etiam, quod in talibus oneribus perpetuis Missarum relictis Ecclesiis gubernatis per laicos non requiratur licentia Episcopi, vel Vicarii, ex illis, quæ post Tamburinum *de sacrificio Missæ, lib.* 3. *cap.* 1. §. 7. *num.* 4. docet Pasqualigus *tom.* 2. *quæst.* 1103. quod si testator injungit hæredibus, quod in perpetuum faciant celebrare aliquas Missas, aut eligat exequutorem aliquem ad hunc effectum, cui incumbat curare celebrationem Missarum non requiritur licentia Ordinarii, qui tale onus non imponitur hæredibus, vel executoribus, qui non tenentur celebrare Missas, sed solùm tenentur procurare, ut in perpetuum celebrentur Missæ, & sic tales Gubernatores non accipiunt onus celebrandi, sed onus procurandi celebrationem, & sic si quis leget Ecclesiæ Annuntiatæ, Spiritus Sancti, S. Mariæ de Constantinopoli, Ecclesiæ Incurabilium, sancti Eligii, &c. onus Missarum, nihil aliud facit, nisi relinquere Gubernatoribus onus procurandi celebrationem Missarum, non onus celebrandi; ergo non requiritur acceptatio Ordinarii, & finis decreti est, ne Ecclesiæ, aut alii tot onera suscipiant, ut non possint satisfacere, at hæc ratio non habet locum in hæredibus, exequutoribus, aut similibus, qui non tenentur ipsi satisfacere oneribus, sed tantùm procurare, ut satisfiat, ut benè Doctores, *ubi supra*, & idem Pasqualigus *quæst.* 1104. idem tenet de Regularibus, Collegiis, Confraternitatibus, quibus imponit onus procurandi celebrationem Missarum in perpetuum, quia neque ad tale onus acceptandum requiritur licentia Ordinarii, quia decretum prohibet, ne suscipiatur onus perpetuum celebrandi Missam, non verò procurandi celebrationem Missarum.

55 Ex quibus infertur primò, quòd si Ecclesia sit gravata obligatione decem millium Missarum, verbi gratia, & consumpta sint stipendia pro illis recepta, etiamsi adhuc vivant, qui dederunt stipendia, poterit nihilominus, hunc numerum Missarum S. P. reducere ad multo minorem, ita D. Fagnanus *in cap. Significatum, num.* 17. *de præb.* Pasqualigus *quæst.* 1178. Granadus *de Euch. disp.* 11. *num.* 8. P. Passarinus *quæst.* 187. *art.* 4. *n.* 1029. sic poterit S. P. de talibus oblationibus relictis disponere, viventibus etiam illis, quæ reliquerunt, & numerum Missarum reducere ad æquivalentem, tum quia pactum inferioris non potest præjudicare

56 juri Superioris, *cap. Cum accessissent de constit.* tum quia in talibus pactis sicut & in juramento, semper intelligitur excepta authoritas Superioris, *cap. Venientes* ubi Glossa *in verbo Superioris, de jurejurando, cap. Constitutus, in verbo juramento, de rescriptis*, sic futuras Missas potest reducere, ut pro eis dicatur una Missa adjectis aliquibus collectis, Passarinus *ubi suprà, num.* 972. Tamburinus *lib.* 3. *cap.* 1. §. 4. *n.* 7. idem Passerinus *n.* 1030. Fagnanus *in cap. Significatum, num.* 9. *de præb.* & hoc fieri potest per applicationem Thesauri Ecclesiæ per Pontificem faciendam, Pasqualigus *quæst.* 1150. Passarinus *n.* 1034.

Infertur secundò, quòd si testator relinquat fructus pinguiores pro Missis celebrandis, & opus sit expensas facere pro fundo colendo, &c. tunc tales expensæ non diminuunt numerum Missarum, sed si redditus annui non excedunt consuetam eleemosynam, putat Bordonus *res.* 25. *numer.* 30. has expensas non esse resarciendas, quia esset mutare voluntatem testatoris, ac contrarium putat Pasqualigus *quæst.* 1095. quia talis detractio est compensationis species, licet aliter explicet Passarinus *dict. tom.* 2. *quæst.* 187. *art.* 4. *quæsit.* 6. *per totum*, præsertim *in fine, num.* 1046. qui *quæsit.* 17. *nu.* 1102. quærit an onus Missarum possit præscriptione minui, vel augeri, puta Cappellanus tenetur ad quinque Missas in hebdomada, an præscriptione possit obtinere, ut celebret quatuor, vel sex, & dicit, quòd sic post Tamburinum *lib.* 3. *cap.* 7. §. 1. *numer.* 1. Pasqualigus *quæst.* 1193. sed ad probandum minorem numerum Missarum requiri tempus quadragenarium, non tamen possant Cappellani præscribere facultatem applicandi sacrificium ad eorum libitum, ut putat Pasqualigus *quæst.* 1194. Passarinus *numer.* 1104. quod si obligatus sit quis ad quatuor Missas in hebdomada, & celebret sex, an præscribat Ecclesia contra Cappellanum, & licèt dicat Fraxinellus *sect.* 4. *concl.* 4. §. 17. *n.* 7. posse præscribi, tamen Pasqualigus *quæst.* 1195. & alii dicunt, jus Missarum non posse præscribi contra Sacerdotem; sed alii tenent oppositum, de qua re Passarinus *ubi suprà, num.* 1106. *per totum*, qui dixit, quod contra Regulares præscriptio vigore privilegii est annorum centum; verum Bulla Urbani VIII. de præjudicialibus, per quam reprobatur præscriptio quadragenaria non habet locum in præscriptione inter Ecclesiam, & Ecclesiam, Passarin. *ubi suprà*, qui sic refert decisum per Rotam Romanam. 57

58

Infertur tertiò, Regulares ad taxam factam ab Episcopis pro stipendio non teneri, nisi quoad vim directivam, ut post Tamburinum *lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. Pasqualigum *quæst.* 930. & alios dicit Passarin. *dict. art.* 4. *n.* 930. qui subdit *num.* 934. stipendium Missæ posse taxari, affirmativè, ut sit tantum, sed non negativè, ut non sit majus, quia non potest Episcopus taxare stipendium Missæ, ut liberè non possit dari in quacumque quantitate; & liberè recipi in quacumque quantite, & si talis lex daretur, utique esset scandalosa, & Simoniaca, ergo taxatio negativa non valebit, Passarinus *dict. quæst.* 187. *art.* 4. *q.* 4. *nu.* 939. Pasqualigus *q.* 927. & 928. Passarinus *loc. cit.* 59

Infertur quartò, suscipientem onus Missarum sine licentia Ordinarii, validè suscipere secundùm Tamburinum *lib.* 3. *de Sacrificio Missæ*, sed secundùm Pasqualigum *quæst.* 1109. est nulla talis acceptatio, quia fieret actus sine forma substantiali inducta à lege, ergo actus est irritus ipso jure, neque poterit accipiens retinere onus susceptum, tum quia retentio est correspectiva ad susceptionem, ergo si accipiendo peccat, peccabit retinendo, tum quia non adest obligatio ex nullitate actus, ergo fundaretur mens Testatoris, & ad firmandam, & sanandam hanc nullitatem sufficeret impetrari talem licentiam, ut tunc incipiat valere susceptio, quia præsumitur consensus Testatoris perseverans, Pasqualigus *ubi supra, num.* 11. & talis licentia valebit etiamsi non fuisset in scriptis Tamburinus *dub.* 10. licèt Pasqualigus *quæst.* 1110. dicat requiri in scriptis, & licet non detur gratis, non per hoc erit nulla; Tamburinus *dict.* §. 7. *num.* 11. Pasqualigus *quæst.* 1111. & sicuti pœnam interdicti Ecclesiæ incurrunt Sacerdotes sæculares aliter onus Missarum perpetuarum accipientes, idque statim sine alia declaratione, ita Regulares incurrunt pœnam privationis Officiorum, & vocis activæ, & passivæ, absque alia declaratione post alios Pasqualigus *qu.* 1112. & *seq.* Passarinus *dict. art.* 4. & habita deinde licentia absolvi poterunt sæculares Sacerdotes à suis ordinariis, & Regulares restitui ad pristinum statum à suis Prælatis, Pasqualigus *q.* 1114. at Passarinus *num.* 1227. dicit esse validam acceptationem sine licentia Ordinarii, & peccat venialiter acceptantem, 60 61 62

ac

ac posse cessari, nec requiri scripturam talem licentiam dicit ipse *n.*1229.

63 Infertur quintò, quod cum in decreto de celebratione Missarum agatur de oneribus perpetuis, ideo non continetur onus Missarum, per triginta, vel quadraginta, aut quinquaginta annos, Lezana *in verbo Missa*, *num.*37. Bordonus *res.*25. *num.*36. & Tamburinus *lib.*3.*cap.*1. §.6. *nu.*16. extendit etiam ad onus centum annorum, at verius est tempus centum annorum haberi pro perpetuo, qua de re multa notabilia notat Passerinus *dict. art.*4. *à* 1235. *cum seqq.* Missas verò fuisse celebratas, an possit probari juramento dicentium, præsertim inter Regulares dicunt quod sic, cum Donato *in prax. Regularium, tom.*4. *tract.*4. *res.*76. Alphonso de Leone *fol.*814. *num.*416. *cum seqq.* Pasqualigo *qu.* 1803. *cum seqq.*

DISCEPTATIO CLV.

SUMMARIUM.

1 *Factum proponitur disputandum, & testamentum Spectab. quondam Regentis de Marinis.*
2 *Religio Carmelitarum ab Elia figurata, originem habuit in novo testamento.*
3 *Religiones omnes à Christo Domino exemplatæ, post ipsum originem habuerunt.*
4 *Carmelitæ qualiter ab Elia dicantur descendere.*
5 *Religio quid sit, secundum S. Thomam, & Theologos.*
6 *Carmelitarum Regula, quando accepta, & à quo, & sub quo Pontifice.*
7 *Patres Discalceati Carmelitæ, quando à S. M. Theresia instituti, & ubi.*
8 *Patres Discalceati Carmelitæ, quando suum Generalem habuerint.*
9 *Patres Discalceati Carmelitæ, quando separati sint Itali ab Hispanis.*
10 *Religio Discalceatorum Carmelitarum est inter mendicantes.*
11 *Non coguntur ad processiones.*
12 *Officium recitant juxta Ritum Breviarii Romani.*
13 *Discalceati Carmelitæ ad solam Carthusianam Religionem transire possunt.*
14 *Discalceati Carmelitæ gaudent omnibus privilegiis Mitigatorum Fratrum.*
15 *Fratres Carmelitæ Discalceati, non tenentur ad quartam funeralem.*
16 *Carmelitæ Discalceati, non possunt hodie ædificare Monasteria, nisi, ut alii Regulares.*
17 *Erema Fratrum Discalceatorum fœminæ non ingredi possunt sub excommunicatione, &c.*
18 *Discalceati non possunt impediri in quæstuando.*
19 *Familiares eorum quoad præceptum annuum confessionis, &c. à Superiore inquiruntur.*
20 *Patres Carmelitæ Discalceati erant capaces tempore Clementis VIII. de anno 1600.*
21 *Incapaces sunt Discalceati Carmelitæ certis in casibus.*
22 *Constitutionis verba adducuntur pro incapacitate.*
23 *Capaces quibus in casibus sunt.*
24 *Vrbani VIII. adducitur Breve confirmatorium constitutionum de anno 1631.*
25 *Discalceatos Carmelitas esse incapaces, dicunt Patres, & authores dictæ Religionis.*
26 *Trid. sess.25. cap.3. de Regularibus, qualiter intelligatur per Fratrem Ioseph à Iesu.*
27 *Incapacitas Discalceatorum probatur ex ore S.M.Theresiæ.*
28 *Insignis Pater Lezzana zelantissimus Carmelita fundat incapacitatem Discalceatorum.*
29 *Idem Lezzana declarat incapacitatem Discalceatorum.*
30 *Discalceati quibus in casibus sint capaces, & quibus incapaces.*
31 *Fratres Carmelitas Discalceatos apponentes nobis rejicimus.*
32 *Incapacitas horum Fratrum fuit à Fulgosio cognita, & à D. Consiliario, ac doctissimo viro omni integritate Domino meo Paulo Staibano.*
33 *Legatum factum Fratribus incapacibus applicatur Reverendæ Fabricæ.*
34 *Mendicantes sunt duplicis generis ex Regula, & Constitutionibus, vel solum ex Constitutionibus.*
35 *Patres Discalceati Carmelitæ sunt incapaces, tum ex regula, tum ex constitutionibus.*
36 *Incapacitas eorumdem fundatur ab Abbate Lappo.*
37 *Fulgosius negat dari posse consuetudinem contra incapacitatem Regularium.*
38 *Constitutiones hujus Religionis factæ de anno 1623. approbantur in anno 1631.*
39 *Religio Discalceatorum unica est in Hispaniis, & in Italia.*
40 *Pecunia numerata quando veniat inter stabilia.*
41 *Pecuniam in Bancis an Fratres incapaces possint habere.*
42 *Stabilia etiam infrugifera habere non possunt Fratres Discalceati Carmelitæ.*
43 *Pecunia quando enumeratur inter stabilia.*
44 *Transactio quam Patres opponunt, quid arguat pro eis?*
45 *Præambula adducta in processu quid operetur pro Patribus.*
46 *Patres vendidisse plura stabilia nihil prodest in præsenti.*

ARGUMENTUM.

Religio PP. Discalceatorum sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, quandonam originem habuerit, & ubi, & quando separati fuerunt Itali ab Hispanis Fratribus. Capaces an sint ex Regulæ, vel Constitutionis, & in quibus locis, & quid eorum Patres de tali incapacitate senserint, & quid fuerit Neapoli observatum interdum.

Spectabilis quondam Regens Donatus Antonius de Marinis de Terra Jungani, Celenti ex honestis familis natus, Neapolim veniens suis propriis meritis ac Doctrina ad officium Regentis Collateralis assumptus, & ad Hispaniam accedens reversus Neapoli non stetit, nec vivit nisi per annum, & mensem, quando die 18. Aprilis in anno 1666. mortuus est, ex fluxu sanguinis, & febri, & habens in Patria sororem utrinque conjunctam, & quinque nepotes, de illis nulla facta mentione, instituit hæredem Monasterium Discalceatorum sanctæ Theresiæ supra studium Neapolitanum, cujus testamenti verba damus.

Die decimo tertio mensis Iulii 9. indictionis 1656. Neapol. ad preces, &c. nobis præfato Notario publico, & infrascriptis testibus factas pro parte Domini Donati Antonii de Marinis Præsidentis Regiæ Cameræ Summariæ personaliter nos contulimus ad quondam Domum magnam, quæ est Domini Erasmi de Ponte Iudicis M.C.V. sitam in loco vulgo detto il vico di Regina Celi, & dum essemus ibidem absque tamen Regio Iudice ad contractus, qui hoc tempore pestis nullo modo inveniri potuit non obstante magna diligentia in hoc adhibita invenimus dictum Dominum Præsidentem pedibus erectum sanum Dei corpore mente, & intellectu, ac in sui recta locutione, & memoria pariter existentem qui considerans statum fragilem, & caducum humanæ naturæ, & quod nihil est certius morte, & incertius hora ejus, timens ne (quod absit) decederet intestatus hoc præsens suum ultimum nuncupativum condidit testamentum, quod valere valuit, & mandavit jure testamenti nuncupativi, & si tali jure non valeret, valere voluit jure Codicillorum, vel legati, seu donatis causa mortis, & omni alia meliori via, &c. cassans, &c. annullans, &c. omnia alia testamenta, Codicillos, & ultimas dispositiones etiam, ad pias causas per eum hactenus condita, & voluit, quod hæc sit sua ultima voluntas, & quod quilibet sibi quocumque jure succedens sive ex hujus testamenti vigore sive ab intestato teneatur ad unguem præsens testamentum, & omnia, & singula in eo contenta adimplere, & observare juxta sui seriem, continentiam, & tenorem prohibens exprese præfatus testator, quod ab eodem præsenti testamento non possit aliquid detrahi seu defalcari jure naturæ ratione falcidiæ quartæ Trebellianicæ, aut pro debito bonorum subsidio nec ea quavis alia causa.

Pri-

Primieramente detto Signor Presidente Testatore raccommanda con tutto l'affetto del cuore, l'Anima sua all'Onnipotente Iddio suo Creatore, & lo prega per l'infiniti meriti della Sacratissima Passione del suo unigenito figliuolo Christo Signor nostro si degni haver misericordia de' suoi peccati, & condurla in luoco di salute, invocando in ciò l'agiuto della Gloriosissima semper Vergine Maria sua Signora, Avocata, e Madre, di tutti li Santi, e Sante del Cielo in particulare Santa Teresa.

E quando piacerà al Signore chiamarlo à se, vuole che il suo cadavero sia sepellito nella Venerabil Chiesa della Madre di Dio de Santissimi Scalzi del Carmine sopra li Regii Studii, con l'Esequie, che saranno permesse dal tempo corrente, che piaceranno all'infrascritto suo herede.

Instituisse, e fà à se suo herede Universale, e particolare il Venerabil Convento della Madre di Dio de' Santissimi Scalzi Carmelitani, sopra li Regii Studii sopra tutti, e qualsivoglia suoi beni, stabili, mobili, oro, argento, denari contanti, crediti, nomi di debitori, & altri qualsivogliano beni, e raggioni à lui in qualsivoglia modo spettanti, e che li potessero spettare per l'avvenire dovunque siano situati, e posti in qualsivoglia modo consistano.

Eccetto però l'infrascritti legati, quali vuole siano ad unguem adempliti, & osservati justa la loro forma continenza, e tenore; e senza detrattione alcuna, come di sopra, e questo non con altro peso, se non che pieghino li RR.PP. di detto Convento, nostro Signor Iddio per l'Anima di esso Testatore.

Lascia all' Hospedale della Santissima Annuntiata di Napoli ducati cento per una volta, è per elemosina.

All' Hospedale di S.Eligio di questa Città ducati cento per una volta, è per elemosina.

Et al Monte della Misericordia di questa Città lassia ducati trecento per una volta, è elemosina.

Al Sacro Monte della Pietà lassia ducati cento per una volta, è per elemosina.

Vuole, che si osservi quel tanto, che per esso Testatore stà ordinato in uno foglio di carta sigillato scritto, e sottoscritto di sua mano, quali per lui si consignerà al Reverendo P.Priore del detto Convento della Madre di Dio de Scalzi Carmelitani.

E finalmente lascia esecutore del presente suo testamento il Padre Priore pro tempore del detto Convento della Madre di Dio de' Scalzi Carmelitani, al quale dà tutta l'autorità bastante, e come di ragione si ricerca di adempire, e fare adempire quanto in esso testamento si contiene, senza decreto di Giudice, ne altra sollennità giuditiaria.

De quibus omnibus super actis, &c. præfatus Dominus Præsidens Testator statim nos præfatum Notarium, & infrascriptos Testes requisivit, &c. quod conficere deberemus publicum instrumentum &c. vos autem, &c. unde, &c.

Intervenientibus suprad. Dom. Erasmo de Ponte Iudice M.C.V. & Domino Andrea de Ponte, Domino Claudio de Ponte, Martio Nappo, Petro Maida. Petro Paulo Pellegrino, & Ioanne Peveninno textibus ad supradict. vocatis, atque rogatis.

Extracta est præsens copia ab actis mei Silverii Antonii Terelli de Neapoli hujus inclitæ, & fidelissimæ Civitatis Notarii, salva, &c.

Die 21. Septembris 1665. Copia.

Adhuc in eadem voluntate persisto.

Ego, qui supra Donatus Antonius de Marinis.

Ergo vero vocatus ad defendenda jura consanguineorum dicti quondam Regentis, assumpsi ad probandam meam intentionem, in capacitatem hæreditatis prædictæ dicti Monasterii, & propterea, vel Reverend. Fabricam Sancti Petri de Urbe, spectare, vel advenientes ab intestato, quos defendebam, & antequam de materia testamenti, agam, oportet circa patres prædictos aliquantulum discurrere.

2 Suppono primo præsumi per Patres Carmelitas eorum Religionem originem habuisse, ante Christum natum, ab Elia scilicet communiter tamen omnes asserunt, Religiones illius temporis si quæ erant figuras, tantum præsentium Religionum fuisse, sed omnes, quoad institutionem in genere à Christo derivasse, ut ex oratione qua utitur Ecclesia in communi Sanctorum Apostolorum, illis, verbis (Da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum; per quos Religionis sumpsit exordium) cujus orationis verba, non tantum de Religione à Baptismate, quam à professione intelligenda sunt, alias sequeretur Religionem à Baptismo; quæ est Ecclesia Christi militans, esse posteriorem Religione, à professione, & sic speciem esse genere Priorem, nam Genus est Ecclesia universalis Romana, & sic dico omnes Religiones à Christo Domino cepisse exordium, & temporibus suis erectus ab Auctoribus, cum ergo Religiones Canonicorum, Monachorum, Prædicatorum Minorum, & Sancti Augustini post Christum erectæ fuerunt datur intelligi Carmelitas post Christum institutos, & cæpit esse ab Honorio III. qui illis Regulam confirmavit, præscriptam ab Alberto Parmensi Patriarcha Hierosolymitano, ut in Bulla, quæ incipit, *ut videndi*, data 20. Februarii 1126. apud Tamburinum *tom.2. disp.24. qu.7. n.9.* quicquid Anonymus quidam Religionem hanc ab Elia descendentem defendat ante Christum natum, de qua re Pater Bordon. *de profess. Regul. c.1. fol.14.* cum pluribus sequentibus, & descendentes ab Elia dicendos esse, non generatione spirituali, qualis fuit illa Pauli, ego vos per Euangelium genui, sed per quandam imitationem, &c. ut post aliam Bordon. *ubi supra*, quia ante Christum in veteri lege, nulla erat vera Religio sub tribus votis in quibus consistit propriè Religio, sed tantum in umbra, figura, nomine, & Cortice, quod patet Pauli authoritate 1. Corinth. *c.* 10. Hæc omnia figura contingebant illis, & in principio dicti capitis, patres nostri, omnes sub nube fuerunt, ergo quicquid egerunt SS. Patres Veteris Testamenti erat figura, umbra, &c. & nubes eorum, quæ in re futura erant per Christum, ergo etiam Religio Eliæ fuit in figura, & nube non in re, & veritate, ergo Religiones fuerunt adumbratæ in *l. Veteri*, ut benè Bellarminus *c.5. de Monachis*, Basilius Pontius *lib.7. de matr. c.1. n.20.* Lezan. *p.1. c.1. n.21.* Mirand. *in Manual. tom.1. q.3. art.20.* Bordon. *d.c.1. fol.16.*

Quod sanè probatur, tum quia in omni sententia Religio est status hominum ad perfectionem Christianam tendentium, per vota paupertatis, obedientiæ, & castitatis, à Christo Domino institutus, ita S. Thomas 2. 2. *quæst.* 186. Bellarmin. *c.2. de Monachis*, Basilius Pontius *lib.7. cap.1.* Cast. Pal. *part.3. tract.16. disp.1. part.1. num.1.* idem Bellarminus *cap.4.* Vasquez *par.25. disp.165. cap.5. num.44.* Azorius *part.1. lib.11. cap.22. quæst.5.* Sanc. *in summa, lib.5. cap. 1. num.15.* Elias non erat sub statu Christi Domini ergo, &c. & licèt vixerit Elias sine uxore, sine facultatibus Deo obediens, non tamen erat Religiosus, licèt vixerit in rigida paupertate; quia non erat sub voto, plura allegat, & fundat Bordon. *ubi supra, à num.54.* & licèt quandoque Religio Carmelitarum sub Reguli S. Basilii militaverit, ultimam tamen, quam nunc habet Regulam, acceperunt ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, in Monte Carmelo antequam Civitas Hierusalem caperetur à Saladino Ægypti Soldano Anno Domini plus minusque 1171. ut in ejus Bulla 8. aliàs 28. *tom.1. Bullarii pag.5.* & moderata postea fuit Regula, quo ad jejunia, usum carnium, clausuram, & alia nonnulla ab Innocentio III. ut in ejus Bulla 6. de anno 1147. & ab Eugenio IV. in Bulla 3. quæ incipit *Romanus* 15. Kalendas Martii 1431. *in Bullario, tom.1. pag.271.* eisque uti Cappis Albis jussit Bonifacius VIII. *in Bulla, quæ incipit inst.7. Kalendis Decemb.1195. & ex Bulla 3. tom.1. pag.140.* cujus meminit Novarius *in lucerna Regular. in verbo Carmelitæ, num.* 3. nec Carmelitæ possunt portare habitum Fratrum Discalceatorum, ut prohibuit Siciliæ, & in Belgico Urbanus VIII. *in Bulla* 15. aliàs 125. de anno 1631. *in Bullario, tom.4.*

Tali ergo tempore erecta Carmelitarum Religio, & ab antiquis Regulis deflectens, surrexit Congregatio Fratrum Discalceatorum in Regnis Hispaniarum, à S. Matre Theresia: & Philippo II. instante fuit approbata à Sede Apostolica, per Gregorium XIII. die 22. Junii 1580. ut ex Bulla Gregorii XIII. 64. quæ incipit *Pia consideratione*, apud Laertium *in Bullario pag.444.* & ex dicta Bulla primæve erectionis Carmelitæ Discalceati fuerunt exempti, & separati à jurisdictione Priorum Carmelitarum, qui mitigati dicuntur, eisque concessum, ut gratias, & privilegia Carmelitarum habere valeant, & ad nullum alium Ordinem transire possint, quam ad Ordinem Carthusianum ita Frater Didacus de Reges, Franciscus Ribera Societatis Jesu, & Frater Joannes de Jesu Maria, ejusdem Ordinis, postea à Papa Clemente VIII. *in ejus Bulla* 71. de anno 1590. 20. Septembris à reliquo corpore Religionis cum suo proposito Generali separatur, ut benè observat, Novarius

varius *in lucerna Regul. in verb. Carmelitæ, num.*7. Polydorus Virgilius *de Inventoribus rerum, lib.*7. *cap.*3. Thomas de Jesu, *super Regulam Carmelitarum*, *Ioan. Patriarchæ Hierosolymitani*, Cassaneus *in Catalogo gloriæ Mundi, p.*4. *considerat.*7. Joan. à S. M. *in Chronicis Carmelitarum*, Panvinus *in Chronic. de anno* 1441. Card. Baron. *tom.*12. *Annalium, anno Christi* 1118. Jacob. Salian. *tom.*4. *Annalium veteris testam. anno Mundi* 3139. *n.*16. Paul. Morigia *de origine Religionum, lib.*4. *pag.*279. Joannes Marquez *de Vera origine Eremitarum S. Augustini, cap.*14. §.9. Reg. Tapp. *in auth. impress. in verb. Monasteria, c.*17. Emanuel Rodriquez *tom.*1. *quæst.*5. *art.*6. Frater Ludovicus Miranda *tom.*1. *in manuali Prælatorum, q.*4. *art.*7. Suarez *tom.*3. *de Religione, tr.*7. *lib.*3. *c.*1. & 2. & *tom.*4. *tr.*9. *lib.*2. *c. ult.* Ascanius Tamburinus *tom.*2. *disp.*24. *q.*7. *n.*4.

9 Hæc eadem Congregatio Fratrum Carmelitarum Discalceatorum in Italia ab Hispania separata, & Italicæ Congregationi conceduntur privilegia concessa, & concedenda quomodocumque Hispanicæ Congregationis, & eidem Italicæ conceditur facultas, Conventus extra Hispaniam ubique erigere, & quæcumque bona sibi relicta recipere, & ad habitum admittere, eique conceditur erectio Confraternitatum Laicorum, sub denominatione Beatæ Mariæ de Monte Carmelo; sed illi prohibetur cura quarumcumque Monialium, præterquam Monasterii de Jesu Maria, Januensis, ut *in Bulla Clement. VIII.* 71. *incipiente in Apostolicæ*, 11. *Novembris* 1600. apud Laertium Cherubinum *tom.*3. *pag.*101. Generales igitur duo sunt, Italus, & Hispanus sub Hispano, qui ad sex annos durat sunt octo Provinciæ, in quibus plusquam centum Monasteria numerantur sub Italo, qui triennium non excedit sunt Provinciæ decem, in quibus plura Monasteria reguntur gubernatione Aristocratica, ut benè Ascanius Tamburinus *de jure Abbatum, tom.*3. *disp.*1. *quæst.*2. *numer.*10. Casanate *in Paradiso Carmelitici decoris præambulo* 29. *nu.*

10 3. est etiam Ordo Carmelitarum Discalceatorum numeratus inter Ordines Mendicantes, eorumque gratiis omni-

11 bus frui, ejusque Religiosos ad processiones omnes accedere non esse cogendos, & si aliquando humilitatis causa ad eas accedent, & non in eo loco, qui eis debetur, nulla præscriptio suis privilegiis valeat derogare, ut in Bulla Clementi VIII. 101. quæ incipit *Romanum* 20. *Augusti* 1603. apud Laertium Cherubinum *tom.*3. *pag.* 127. & obtinuerunt facultatem recitandi Divinum Officium juxta Ri-

12 tum S.R.E. & facultatem habendi Romæ Procuratorem Generalem, ut ex Bulla Sixti V. quæ incipit (*Quæ à prædecessoribus*, 20. *Septembris* 1586.) de qua Frater Idelphonsus à Jesu Maria *in compendio privilegiorum Fratrū Discalceatorum de anno* 1624. *pag.*141. nec ipsi Discalceati tenentur recipere Fratres Mitigatos, vel alterius Ordinis Religiosos, nec à se semel ejectos, ipsi verò exire à propria Congregatione, vel ad aliam; nisi Carthusianorum transire, si-

13 ne licentia expressa Romani Pontificis non possunt, ut idem Sixtus V. disposuit in Bulla, quæ incipit *decet Romanum Pontificem* 27. *Junii* 1587. de qua Idelphonsus à Jesu Maria *pagina* 149. & de anno 1595. Clemens VIII. in Bulla, quæ incipit *Pastoralis* separat dictos Fratres Carmelitas Discalceatos à Mitigatis, eosque Sedi Apostolicæ immediatè subjecit nomen Vicarii abrogat, & Præpositum Generalem Discalceatorum constituit cui sex consultores adjungit, cum voto decisivo, & præcipit, ut ex unaquaque Provincia unus eligatur definitor, non excedendo senarium numerum, qui sit ex Conventualibus illius Provinciæ, vel habeat officium pro ea, aut pro universo Ordine, qui durante Capitulo, diffinitor vocatur, eoque finito, Consiliarius, vel Assessor, sive Assistens vocatur, qui omnes definitores in eodem Conventu, simul cum Præposito Generali existere debent, & ipsorum concessio, aut Congregatio appellabitur consulta de qua Idelphonsus à Jesu Maria *pag.*171.

14 Gaudent etiam Carmelitæ Discalceati, Moniales, Domus, & Monasteria, tam virorum, quam mulierum, omnibus privilegiis, quibus gaudent Fratres Mitigati Carmelitæ, tam principaliter, quam per communicationem, & privilegia omnium Ordinum, etiam Mendicantium, Confraternitatum, & piorum locorum, Fratribus Discalceatis Carmelitis communicantur, ut ait Clemens VIII. in sua Bulla, quæ incipit *cum Dudum* 31. Martii 1594. idem Idelphonsus à Jesu Maria *ubi suprà pag.*153. ad processiones publicas hos Fratres non esse compellendos statuit Clemens VIII. *in Bulla*, quæ incipit *Religiosorum* 8. *Maji* 1590. apud Idelphonsum à Jesu Maria *pag.*191. & in Bulla Pauli V. quæ incipit *ex injuncto* 24. *Septembris* 1605. nec quartam funeralem solvere tenentur Clemens VIII. *in Bulla*, quæ incipit *quod semel* 24. *Maji* 1597. Idelphonsus à Jesu Maria *pag.*198. & tales Fratres Discalceati Carmelitæ ubique locorum præcedunt Fratribus B. M. de Mercede Clemens VIII. *in Bulla*, quæ incipit *ad Romanum Pontificem* 20. *Septembris* 1604. eisdem etiam præcipitur, ut ubique locorum in suo quisque districtu Monasteria erigere valeant; cum sola ordinariorum licentia, nullo alio Regularium requisito consensu, ita concessit Paulus V. *in Bulla* incipiente *ad Ecclesiæ* 11. *Decembris* 1605. etiamsi fundationes sint intra 120. Cannes proxime aliis Conventibus, ita Gregorius XV. *in Bulla*, quæ incipit *aliàs* 8. *Novembris* 1621. sed tales licentias, quæ nondum effectum sortitæ fuerat revocavit postea Urbanus VIII. *in constitutione* 25. incipiente *Romanum Pontificem* 28. *Augusti* 1624. ut meminit Novar. *in verb. Carmelitæ, num.*11. & tales Fratres Carmelitæ Discalceati, ad Fratres B. M. de Mercede, & ad alios ordines transire prohibetur ex Paulo V. *in Bulla*, quæ incipit *cum sicut*, 20. *Novembris* 1608. apud Idelphonsum à Jesu Maria *loco citato*, *pag.*145. quod extenditur ad suos oblatos sive Donatos professus à Gregorio XV. *in dict. Bulla*, quæ incipit *aliàs* 29. *Octobris* anno ejus primo, & prohibetur transire ad Camaldulensem ex Paulo V. *supra cit.* quæ incipit, *alias* 16. *Martii* 1616. de qua idem Idelphonsus *pag.*166. ad quorum Fratrum Erema mulieres si ingrediantur, excommunicationem incurrunt latæ sententiæ, & hanc eandem censuram incurrunt illas introducentes, ut ex Bulla Gregor. XV. quæ incipit *Exponi* 23. *Junii* 1622. apud Idelphonsum *ubi supr. pag.*406. nec possunt impediri in quæstuando eleemosynas non obstante quod alii Fratres Mendicantes eadem die eleemosynas quærant, ut de anno 1608. declaravit Sacra Congregatio Episcoporum, & regularium de qua Idelphonsus *pag.*293. & eadem Sacra Congregat. declaravit familiares Laicos FF. Carmelitarum Discalceatorum intra claustrum illis servientes cum habitu sæculari, si verè familiares sint, & continui eorum commensales, eisque autem inserviant eodem jure censeri debeant, ut scilicet ad superiores Regulares, & non ad Episcopos inquirere pertineat, an satisfecerint præcepto Ecclesiæ Doctores *ubi suprà*.

Suppono secundo patres istos Italiæ Congregationis fuisse capaces successionis, & omnium bonorum quomodocumque acquisitorum, quod patet ex Bulla Clementis VIII. 71. sed postea in anno 1631. novas sibi fecerunt pro Italia constitutiones in quibus certis casibus declararunt esse incapaces, certis vero minimè, inter hos casus est hæreditas D. Spectabilis Reg. de Marin. damus verba utriusque Bullæ scilicet Clement. VIII. & Urbani VIII. in quo tali tempore se declararunt incapaces respectu quorundam locorum, verba Bullæ Clementis sunt scilicet *in d.* 71. §.5. *fol.*101. *Bullarii tom.*3.

§.5. Necnon etiam, ut quæcumque bona stabilia, & mobilia ipsis domibus ex quibuscumque piorum Christi fidelium eleemosynis, largitionibus, donationibus, successionibus, legatis, & aliis dispositionibus acquirere, & recipere, ac in eorundem Conventuum, & domorum usus, & utilitatem convertere possint, ita Clemens VIII. *in dict. Bulla, de anno* 1600. *die* 13. *Aprilis*, ut ibi legitur.

Postea Patres Carmelitæ Discalceati in anno 1123. mense Junii, fecerunt quasdam constitutiones, quas in anno 1631. petunt approbari, seu confirmari per Sum. Pontificem Urbañ. VIII. quas approbat S. Pontifex cum derogatione, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis non obstantibus.

Inter constitutiones verò quas petunt approbari, una est in *cap.*3. de paupertate, §.2. ibi.

Domus nostræ, quæ missionibus destinatæ non sunt in Urbibus, vel oppidis magnis sitæ, frui nequeant ullis propriis redditibus, nisi in §.4. proponendis. Nomine autem reddituum intelligimus etiam prædia sive possessiones frugiferas, & quodlibet aliud stabile, etiam infrugiferum, præter hortos competentes, aut stabile aliud, sine cujus possessione fratres in Conventibus, quietè, & sine subjectione vivere non possunt, aut stabilia alia, quæ non sint redditibus percipiendis destinata quamvis non nihil emolumenti, inde proveniat, quæ omnia à definitorio Provinciali judicentur.

§.3. Si

23 §.3. Si in oppidis parvis, vel extra Urbes, & oppida Conventus nostri fuerint Præpositus ac Definitores Generales, re maturè considerata solius necessitatis rationem habentes concedere potuerint: ut aliquis ex iis Conventibus redditus habeat.

§.4. Conventus nostri omnes promissis, aliisve functionibus piis, annuos redditus moderatæ quantitatis recipere possint, qua in re si dubium oriatur à definitorio Provinciali decidatur.

§.5. Ne Fratres nostri, pia opera contendere videantur, quasi conscientia coacti ratione hæreditarii juris, legatorum, aut rerum, testamento, aut alio quovis modo relictorum, possunt litem movere de consensu Capituli Conventualis, ac de licentia Provincialis, & non aliter, quod si gravis necessitas aliud exigat, & periculum sit in mora, tunc solum de consensu Conventus, cum omnibus suffragiis litem movere poterit, quod per sæcularem procuratorem semper fiat.

Ista sunt, quæ juxta constitutiones circa paupertatem in communi, Summo Pontifici Urbano VIII. proponuntur confirmanda sub anno 1631. Ista, & non alia confirmat Urbanus cum expressa derogatione cæterarum Apostolicarum Constitutionum.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

24 *IN Supremo Apostolatus solio, meritis licèt imparibus, immensa Redemptoris nostri benignitate constituti, inter cæteras Apostolicæ servitutis curas, illas nos jugiter sollicitos habet; ut Religiosi viri præsertim sub strictioris observantiæ Regulis Altissimo famulantes, felicioribus in dies curis Domini proficiant incrementis, quamobrem si quæ præterea facti fuisse comperimus, illa quæ firmius subsistant exactiusque observentur, Apostolicæ nostræ confirmationis munimine roboramus, prout ad Dei gloriam, felicemque ipsorum Religiosorum statum, & directionem conspicimus in Domino salubriter expedire, exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Ferdinandus à S. Maria Præpositus Generalis, ac Fratres Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum Congregationis S. Eliæ Italiæ, quod pro felici, prosperoque Congregationis hujusmodi regimine, & gubernio, nonnullæ Constitutiones editæ fuerunt, tenoris sequentis.*

Inseruntur omnes Constitutiones uno libello impressæ postea sequitur Bulla.

Cum autem sicut eadem expositio subjungebat Præpositus, & Fratres prædicti, primum capiant præinsertas Constitutiones hujusmodi, quæ à dilecto filio nostro, Martio S. Mariæ Novæ Diacono Cardinale Gimnetto, de mandato nostro recognitæ fuerunt, pro firmiori earum subsistentia, & inviolabili observantia Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut eorum votis hujusmodi annuere, ac desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictæ Congregationis prosperam felicemque directionem, sinceris desiderantes affectibus Præpositum, & Fratres prædictos, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet, innodatæ existant ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Constitutiones præinsertas hujusmodi, Apostolica authoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robores adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, siquidem super quomodolibet intervenerit supplemus, decernentes easdem Constitutiones, ab omnibus, & singulis dictæ Congregationis Fratribus, sub pœnis in eis contentis inviolabiliter observari, easque, ac præsentes litteras semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac irritum, & inane; si secus super his, à quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 22. Martii 1631. Pontificatus nostri anno octavo.

Quæ Bulla inserta est in Constitutionibus eorumdem Fratrum, quas ipsi servant pro suo regimine.

Ergo, ut videtis Patres, & Domini Judices M.C.V. & S.C. Patres isti sunt incapaces hujus hæreditatis Spectab. Regentis de Marinis, quorum incapacitas fundatur primo ex vi suarum Regularum, ubi *in cap.8. dub.6.* Pater Frater Joseph à Jesu Maria Carmelita Discalceatus *in exponenda Regula, d.c.8. dub.6.* quærit an dicti Patres sint incapaces in communi, & affirmat dicens suam Religionem unam esse ex mendicantibus incapacem, non obstante Conc. Trid. *sess.25. cap.3. de Regularibus*, qui respondet P. Joseph, quod Trid. loquitur, & procedit solùm in illis, qui sunt incapaces ex vi Constitutionum, & non ex vi Regulæ, quia quando sunt incapaces ex Regulæ, neque post Trid. erunt capaces, quod S. M. Theresia *cap.14. suorum gestorum par. 2.* scriptum reliquit, ubi vocata à DD. Aloysia della Cerda sorore Ducis Medinæ Cœli, sciens enim dicta Dom. Aloysia, quod S.M. Theresia habebat licentiam fundandi Monasteria petiit instantissimè, ut fundaret in Terra Malagone, noluit S. Mater facere, ob tenuitatem loci, propter quod necesse erat habere redditus annuos, ut sustentaretur, quod ut ipsa dicebat graviter odio habebat, & ei persuadens Confessarius, quod Sacrum Concilium Tridentinum, concedebat licentiam posse retinere redditus, replicavit, & optimè S. Mater Theresia, ut ibi, quod etiam dixit, & seipsam declaravit *in cap.28.* ubi dum fundaret domum seu Monasterium S. Josephi in Civitate Siviglia: *fol.195. tom.2.* ipsa S.Mater dixit, quod nunquam fundabat Monasteria in locis parvis, nisi cum redditibus annuis, quia vel non erant facienda in oppidis parvis, vel debebant habere, unde sufficienter vivere possent, at in Civitatibus magnis eleemosynis congruè potuissent vivere, ergo intentio S.Matris Theresiæ fuit incapaces esse Fratres eorumque Monasteria in Civitatibus magnis, ut Patres in Constitutionibus postea dixerunt, atque constituerunt, ut supra addiximus verba Constitutionum. 25 26 27

Hoc ipsum asseruit Pater Lezzana sui Ordinis zelantissimus, *tom.1. part.2. cap.1. nu.2. in fin.* ibi: *Nunc ex peculiaribus Constitutionibus eorum Patrum Discalceatorum, prohibitum ex Conventibus illorum bona immobilia possidere, ex Constitutionibus Hispanicis, quod sine dubio propter strictiorem observantiam Paupertatis, statutum fuit.* 28

Idem Lezzana *part.2. cap.1. num.7. in fine*, ibi: *Pariter etiam Reverendi Patres Discalceati Carmelitæ, etiamsi Collegiis pro ipsorum sustentatione annuos redditus possideant, non tamen in Conventibus, quia illis quæcumque bonorum immobilium possessio denegatur, Collegia quoque ipsarum jure succedendi in bonis fratrum sunt privata*, ità Lezzana *ubi supra*. 29

Unde plures sunt distinguendi casus, pro capacitate, vel incapacitate eorundem, Patres pro Domibus Missionum sunt capaces, ut in Persia, in Arabia, in India, Ægypto, & similibus.

Secundus casus est, in parvis terris sunt capaces cum licentia Definitoris Generalis.

Tertius casus est, in Civitatibus magnis, sunt capaces pro Missis, & aliis operibus piis, ut pro ædificatione Conventus, Monasterii.

Quartus casus est, si simpliciter relinquatur, sunt incapaces; ut ex Apostolicis Constitutionibus colligitur.

Igitur cum Regens de Marinis suum condidisset testamentum, in quo Monasterium instituit Matris Dei Discalceatorum sine ullo onere, nisi ut orent Deum pro eo, quod quidem non est opus, sed opera, cum in jure nostro distinguatur opus ab opera, benè colligitur incapaces esse successionis prædictæ, præterquam quod obligatione antidotali, obligati essent Patres prædicti, ad preces Deo effundendas pro anima ejusdem, unde non est opus injunctum, quod non intelligeretur ex natura dictæ institutionis, sicque licèt sit expressum orent Deum pro eo, nullam tamen conditionem importat nullum onus, nulla opera pia sunt imposita, sed pias operas, vigore prædictæ institutionis antidotaliter debitas. 30

Quod si aliquis dicat, ut audivi Patres dicentes P. F. Thomam à Jesu *supra*, relatum in expositione Regulæ Discalceatorum *p.3. dub.6. fol.225.* loquutum fuisse de Conventibus Hispanorum, sed ego video P. F. Antonium à Spiritu Sancto Carmelitam Discalceatum, *in Directorio Regularium*, 31

rium, *lib*.3. *de obligationibus Regularium*, *disp*.4. *sect*.1. fundat latè, Mendicantes esse post Concilium, nisi aliter dicerent constituit.

32 Quod idem post Fulgosium *cons*.103. fundat Dom. meus Consil. Staibanus *tom*.2. *resol*.162. *num*.50. ubi Patres istos Carmelitas, æquiparari dicit Fratribus S. Francisci de observantia Patribus Jesuitis domus professæ, & similibus, quos incapaces esse nedum institutionis hæredis, imò etiam annui legati, ut ipsemet D. Staiban. *numer*.50. reportat, ubi legatum factum ducentorum ducatorum annuo-
33 rum Hospitaleti sive ejus Ecclesiæ factum Fratribus de observantia fuisse conversum in beneficium Reverendæ Fabricæ propter incapacitatem Fratrum, imò cum in eadem causa, pro qua scribebat D. Staib. se subscripsissent quinque Advocati Romani, contra eundem, ut videre est *in resol. seq*. 163. ita fuit practicatum, distinguit enim idem D. Staiban. *numer*.25. duo genera mendicantium, scilicet primo mendicantes tum ex Regula tum ex constitutionibus, 20.
34 non ex Regula, sed ex solis constitutionibus, illi primi, scilicet mendicantes, tum ex Regulis, tum ex constitutionibus, nullo modo capere possunt, illi secundi, scilicet mendicantes non ex Regulis, sed ex suis constitutionibus solum sunt capaces ad finem vendendi, imò idem D. Staiban. ait, quod transmissis ad Almam Urbem Romæ juris allegationibus, transactione causa fuit sopita, inter suum clientem, & domum professam Societatis Jesu.

35 Patres verò Discalceati Carmelitæ præsertim Congregationis Italiæ, quod sint incapaces, tum ex regulis, tum ex constitutionibus, patet evidenter, primo ex regulis, quia in regula, cujus titulus est, quid licitum sit habere in communi, dicitur, Asinos autem sive Mulos prout vestra expostulaverit necessitas, vobis habere liceat, & aliqua animalium, sive volatilia ad nutrimentum.

Quod sint incapaces ex vi constitutionum patet ex eisdem constitutionibus *cap*.3. *de paupertate*, ubi dicitur, quod eorum domus, in urbibus, vel oppidis magnis nullos possint possidere redditus, nulla prædia, nullas possessiones frugiferas, nullum aliud stabile frugiferum, in oppidis verò parvis, pro suis necessitatibus habere pro missis etiam dicendis, possunt etiam comparere in judiciis pro piis operibus relictis ad eorum confidentiam, ut ibi habetur, quas constitutiones supra adduximus.

36 Unde pro eorum incapacitate fundanda non Bulla Clementis VIII. 71. non quid dixerint DD. sed quid eorum constitutiones disponant, attendi debet, præsertim confirmatæ de ann. 1631. à Sanctiss. Urbano VIII. *in c*.3. *de paupertate*, cum enim de jure communi isti Patres ex vi regulæ sint incapaces, ut Abbas Lapus fundavit *in alleg*.44. Fulgosius *cons*.103. qui consuluit, quod non obstante, quod esset legatum modicæ quantitatis annuæ incapaces erant, imò non obstante quacumque consuetudine, quia
37 cum ista consuetudo repugnet voto mendicantis illaqueat eos ad peccatum, unde, quanto diutius est observata, tantò gravius detinet eos alligatas, *cap. Cum tanta de consuet*. Fulgos. *ubi suprà*, *in fin*. qui objiciens sibi, quod isti Fratres retinent Granaria, & Cellaria, in quibus recolligitur frumentum, & vinum pro toto anno respondit, & dicit, quod hoc fit per quæstum incertum, quod non repugnat mendicitati, quia quandoque ratione loci ubi sunt sita Monasteria eorum, non possunt quotidie discurrere, pro quotidiano quæstu, & victu, ideò eis permittitur congregare eleemosynas in granario pro certo tempore, quod secus esset, quando vellent retinere aliquid annuatim persolvendum, quod non congruit eorum statui, unde de jure non videntur esse capaces legati annui, ut benè Fulgosius *ubi suprà*, nec hæreditatis.

38 Cum igitur utpotè Mendicantes ex Regula, id sciverint Patres, propterea in anno 1623. Spiritu strictioris observantiæ, & paupertatis adducti; congregati fuere, ad constitutiones formandas, super eandem incapacitatem, ut dicebamus, quas benè redactas, & compositas, porrexerunt, Pontifici Urbano, confirmandas, in anno 1631. qui ita eas confirmat, ut sub pœnis fratribus præcipiat observantiam, dixitque perpetuo esse valituras, firmas & efficaces, & subdit quodcumque contra factum fuerit, irritum, & inane, dicit tandem, quod si aliquod super scienter, vel ignoranter factum sit, irritum, & inane declarat, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscumque.

Sed audio Patres istos à regula, & constitutionibus recedentes plura contra eorum incapacitatem dicere.

Primò Fratrem Thomam à Jesu loquutum esse, in locis Hispanis, non de Italica Congregatione, sed contra, quia unica est Religio S. Matris Theresiæ licet divisæ Congregationes scilicet Italica, & Hispanica, unde si est una Regula, benè posuit suam quæstionem Pater Frater Thomas à Jesu, nec quæritur utrum nostra Religio, votum habeat paupertatis in communi, & non quærit utrum nostra Congregatio, quia benè sciebat Sanctissimus ille vir, unam esse Religionem divisam in duas Congregationes, unam esse regulam, licet plures constitutiones pro observantia Regulæ factæ sint, sed vigore constitutionum, Congregationis Italicæ isti patres sunt incapaces nisi in casibus, de quibus supra, igitur nihil ad nos responsio ipsorum valet.

Dicunt etiam 20. Regentem de Marinis non reliquisse stabilia, sed tota ejus hæreditas in pecunia numerata consistit.

Sed rogo patres, ut sciant, quod licet pecunia numerata, regulariter non veniat sub nomine stabilium, ut in *l. Si chorus*, §.1. *ff. de leg*.3. tamen in tota Italia mobilium nomine non venit, ut tenet Thesaur. *decis*.160. *n*.7. sicuti etiam suus Senatus decidit, quod pecunia in magna quantitate consistens sub appellatione stabilium continetur, dixit etiam suus Senatus ibid. *n*.10. quod si pecunia sit apud Argentarios sive, ut vulgò dicitur in bancis, vel fœnori destinata, aut in aliquo Monte tunc non venit appellatione mobilium, ut *in d. l. Si chorus*, §.1. *ff. de leg*.3. quod ex Tiraq. & aliis dixit idem Thesaur. *ubi supra*, in dubio dicit Thesaurus post Gabrielem quem allegat, quod nummi censentur destinati, ad negotiationem; quia non præsumuntur eorum generis homines habere pecuniam otiosam, ut experientia rerum Magistra nos docet.

Hinc Bald. *in cap. Cum causa in fine*, *de re judicata*, dicit, quod pecunia posita in Bancis, quæ frequentantur Venetiis, & Lugduni, inter immobila connumeratur, & ideò infert, quod Fratres Mendicantes non possunt pecuniam, quam ex venditione immobilium habuerunt super hujusmodi Bancis reponere, ut sibi ex ea capitale constituant, ut post Tiraq. & alios dicit Peregrinus *decis*.70. *n*.1.

Imò Rogo Patres, ut videant eorum constitutiones, ubi dicitur *c*.3. *de paupertate*, §.2. (nullum aliud stabile etiam infrugiferum possidere posse) pecunia vero reposita licet regulariter, nullas capiat usuras, juxta Chrysostomi dictum, in Canone ejiciens Dominus vendentes, & ementes de templo *dist*.84. frugifera tamen est, ut subest industriæ, ut notat Cajetan. 2.2. *q*.79. *art*.20. *in responsione ad primum*, *& in art*.2. *in responsione ad sextum*, Rota Romana *p*.1. *in recentior. decis*.72. *numer*.50. *in fin*. quod notat Episcopus Marant. *in resp*.20. *p*.1. *n*.115. *& in respons*.62. *nu*.13. *p*.5. ubi plura deducit quod etiam dixit *in Medulla decreti*, *litt.P*. *fol*.549. ergo cum sit res frugifera repugnat constitutionibus eorumdem illam habere.

Imò licet pecunia sit mobilis, quia sæpius movetur præterquam ab avaris §. *si verò universa Auth. de nuptiis*, *coll*. 4. ibi: *In pecuniis*, *aut in aliis mobilibus rebus unde dicitur de rebus*, *quæ servando servari non possunt*, Glossa *in l. interdum*, *ff. de condit. indebiti*, *& in l*.1. §. *fuit quæsitum*, ubi Jason. *ff. ad Trebell*. quas Glossas confirmat Text. *in l. Julian. ff. de petit. hæreditatis*, sic consuluit Decius *cons*.472. tamen si pecunia sit destinata, ut mutuo daretur, tunc non dicitur mobilis, nec computatur inter mobilia, ut *in l. si chorus supracit*. Franciscus Cursus *cons*.185. *col*.1. post Jason. *cons*. 65. *col*.2. *vol*.1. ibi: *Quando esset destinata ad emptionem prædiorum*, *& in l. quid ergo*, §. *quid ergo*, *ff. de contraria*, *& utili administrat. tutelæ*, Roman. *singulari* 103. Franciscus Crementis *sing*.59. Corsettus *in sing. incipiente pecunia*, item si fuerit destinata ad emptionem redditus perpetui, vel deposita penes nummularium ad licitum, & honestum redditum comparandum Gratian. *cap*.811. *tom*.5. Ludovicus Romanus *in cons*.188. *in fine*, sicuti lignum destinatum ad ædificia computatur inter stabilia, ut post alios Rebuff. *in leg. monentium*, *ff. de verb. sign*. Cyriacus *controv*.415. qui dicit pecuniam destinatam ad aliquod fœnus venire sub nomine stabilium, ita erat Domini, pecunia spectabilis de Marinis, quia summa ducatorum 9000. residuum quantitatis 12. jam erat ad fœnus datum Sacro Monti Pietatis, fides crediti ducatorum 17. m. jam erat destinata pro simili honesto quæstu faciendo, prout illa ducatorum 10. mil. quæ

mil. quæ erat in domo ejusdem, ut suo loco, & tempore probabitur igitur frugifera res est; repugnans constitutionibus de quibus *suprà*.

44 Nec obstat Patres jactari, de quadam transactione facta cum Sede Apostolica circa redditus possessos.

Respondeo enim nos non absolutè negare, & simpliciter incapacitatem eorundem, quia nec illam constitutiones præscribunt, nam in oppidis parvis sunt capaces, pro Missis celebrandis sunt etiam capaces, igitur super istis bonis, & fructibus eorundem, dicitur fuisse celebratam transactionem, de qua ipsi loquuntur.

45 Nec obstat Patres apud acta M. C. V. (ut audio) adduxisse plura præambula ad eorum beneficium facta.

Respondeo me hæc non vidisse, quibus visis dabitur Responsio, & erit, quod non quod fit, sed quod fieri debet, servandum est 20. ista præambula possunt esse ex testamento cum onere Missarum, Ecclesiarum constructione, & c. 30. quia hoc negotium latebat prius sub ungue Leonis, unde nec Reverenda Fabrica de hoc habuit notitiam sicque Patres faciebant sibi præambula nemine contradicente 4. quia præambula non faciunt actum judiciarium, nec inducunt litis pendentiam, sed sunt-præparatoria ad judicium 5. quia talia præambula si forsitan facta fuerunt, de incapacitate oppositum non fuit.

46 Neque obstat, quod Patres prædicti etiam jactantur plura vendidisse bona stabilia, & possidere nunc.

Quia respondeo, quod licitum est eisdem vigore constitutionum stabilia aliqua habere propè Monasteria, quando si illa possiderentur à sæcularibus induceretur servitus Fratribus, ut pacificè, & quiete vivere non possint in Monasterio, unde sic arguo, vel ista stabilia vendiderunt, & possident, servata forma constit. & illaquearunt eorum animas ad peccatum mortale, ut dixit Fulgosius *d. consil.* 103. & quanto diutius fuerunt peccato illaqueati, quapropter, &c.

DE EADEM RE.

SUMMARIUM.

1 *Advocatus Monasterii qualiter proponat constitutionis sensum.*
2 *Religionem reservasse sibi facultatem declarandi, qui redditus sint magni.*
3 *Diffinitorium Provinciale quid declaret per adversarium.*
4 *Advocatus Monasterii non habuit facti notitiam.*
5 *Declarationi committit Advocatus, scilicet definitorii.*
6 *Incapaces dicit Advocatus partis adversæ, sed ad finem retinendi, non vendendi.*
7 *Relicta incapacibus Monasteriis an valeant per Adversarios.*
8 *Mendicantes hodie post Concilium stabilia possident.*
9 *Pecunia numerata non venit inter stabilia per adversarios.*
10 *Pecunia fœnori destinata, venit sub nomine stabilium, & quis teneatur hoc probare.*
11 *Pecunia est ad usum personæ destinata secundum authores.*
12 *Pecunia in dubio, non præsumitur fœnori destinata.*
13 *Æquivocum Advocati contrarii detegitur.*
14 *Absurdum maximum in constitutionibus sequeretur posita intelligentia Advocati contrarii.*
15 *Quid commissum sit Definitorio ostenditur, & quale.*
16 *Discalceati alibi non possident stabilia.*
17 *Constitutionum ponderatio ab Adversario, & nobis in publicum ponitur confutanda.*
18 *Advocatus Romanus notitiam non habuit hæreditatis de qua hic.*
19 *Incapax Religio nec legatum modicum habere potest.*
20 *Constitutiones de paupertate, an possint declarari per Patres.*
21 *Declaratio in quibus cadat, & qualiter.*
22 *Incapacitas hujus Ordinis Discalceatorum non ex Triden. sed ex constitutione arguitur.*
23 *Incapacitas succedendi, ex quo capite possit esse.*
24 *Pecunia numerata quando veniat appellatione rei stabilis, & frugiferæ.*
25 *Pecunia in dubio præsumitur in banco posita ad finem inveniendi lucrum.*

Scripsit pro Fratribus Romæ eorum Advocatus, cujus verba ut expendamus scripsimus.

NEAPOLITANA
PRO
RR. Patribus Carmelitanis Discalceatis Neapolis,
CONTRA
R. Fabricam Sancti Petri.

Reverende Pater, Constitutio Religionis Patrum Discalceatorum in *cap.3. de paupertate* non prohibet absolutè fruitionem certorum redditnum, & bonorum immobilium, sed excipit duos casus, quibus fruitionem permittit. Primo quando sine dictis bonis Religiosis quietè, & sine subjectione in Conventibus vivere nequeunt. Secundo, quando annui redditus, modicæ quantitatis relicti sunt pro missis, vel aliis piis functionibus. Cognitio verò declarandi, quando scilicet quiete, & sine subjectione vivere possint, vel quæ sint modicæ quantitatis, reservatur Diffinitorio Provinciali. 1

His attentis nullum jus videtur habere Reverenda Fabrica in hæreditate piissimi Testatoris Domini de Marinis, qui hæredem scripsit Conventum Carmelitarum ea ratione, quia cum Religiosi non possint in plus ligari, quam semetipsos in dictis constitutionibus ab eisdem confectis ligatos esse voluerint, utique cum illis cognitionem sibi reservassent declarandi, quæ bona conferant eorum quieti, & præcaveant à subjectione, & qui redditus sint modicæ quantitatis, consequenter standum est in hoc diffinitorii Provincialis declarationi, per Gloss. communiter receptam *in cap. Statutum*, §. *Assertorum*, *in verb. relinquatur de rescript. in* 6. ubi, quod solus Deus est Judex talis declarationis, & latè expendit Tiraq. *de præscript. gl.*8. §.1. *vers. Quam ergo sententiam*, Sanchez *de Matrim. disp.* 8. *lib.*3. *nu.*4. ubi, quod nulla desuper requiratur probatio, & Rot. coram Carillo *dec.*225. *n.*10. 2 3

Ex abundanti inspecto numero Patrum, & expensis, quæ ob auctum numerum eorundem in dies augentur, ac etiam ære alieno cui subjacet dictus Conventus procul dubio summa, quæ ex hac hæreditate, solutis legatis superit licet in scutis 15. m. ingens dici nequit, ut in simili ratiocinatur Cancer. *var. resol. c.*9. *de dote*, *n.*192. *lib.*1. Rota *in Pisauren. Jocalium*, 22. *Junii* 1648. §. *Quæ doctrina*, *coram Arguelles*. 4

Et huic declarationi, est deferendum, etiam attenta qualitate Religiosorum adeò strictæ observantiæ, & paupertatis, & quos non præsumitur contra propriam conscientiam super statu Conventus declarare. 5

Ulterius constitutio non inhabilitat Patres ad succedendum, vel accipienda legata stabilia, sed tantum prohibet modis tamen supradictis) illorum retentionem, unde valent illa vendere, pretiumque in proprios usus, & extinctionem æris alieni convertere, ut in fortioribus, quando Religiosi sunt penitus incapaces, latè Barbos. *de Offic. & potest. Episc. alleg.*95. *nu.*59. *p.*3. qui loquuntur de Capuccinis, quibus arctissimè vetitum, est hæreditatem acquirere, & retinere, & de Fratribus S. Francisci de observantia, Tamb. *de jur. Abbat. disput.*11. *quæs.*4. *n.*47. *usq. ad* 50. 6

Ea enim mente censetur relictum Monasterio incapaci, ut illo utatur eo modo, quo potest, & firmus sit modo, quo fieri potest, Ricc. *in prax. for. Eccl. dec.*56. *in* 1. *edit. & res.* 53. *in* 2. *edit.* Quarant. *in suo Bullar. verb. alien. n.*32. & 41. *in fin.* ubi exemplificat in Capuccinis, & observantibus, Castro Palao *oper. moral. p.*2. *disp. unic. de retent. debit. Eccl. punct.*15. *n.*12. *fol.* 139. Del Bene *de immun. Eccles. c.*17. *dub.* 7. *n.*4. Abbas *cons.*27. *num.* 4. *lib.*2. cum ibi allegatis, & latè prosequitur Spin. *de Testam. gl.*12. *n.*39. & 40. 7

Et in specie, quod omnes Mendicantes possint bona sibi relicta recipere, ut venderent, & pretium in ipsorum usum, & subventionem convertant præter Quarant. Castr. Pal. & alios supra allegatos Dec. *in c. in præsentia*, *n.*270. *de prob.* ubi inter Mendicantes numerat Carmelitas, prout etiam Fulgos. *cons.*104. & Peregr. *de jure fisc. lib.*3. *tit.*14. *numer.*2. *conclus.*16. 8

9 Prædicta verò nullam patiuntur difficultatem respectu pecuniæ numeratæ, quam certum est non computari inter mobilia *auth. de nupt.* §. *Quia parum*, Surd. *conſ.26. nu. 7. lib.*1. Rota *dec.*410. *n.*4. *p.*2. *rec.*

10 Et quamvis adsit distinctio inter pecuniam quotidianis usibus, præsidio, & fœnori, emptionique stabilium destinatam, de quibus latè Gabr. *conſ.98. à numer.*31. *lib.*1. attamen illud videtur certum incumbere alleganti probare pecuniam fuisse destinatam fœnori, vel emptioni stabilium, *l. ſi Chorus*, §.1. ibi, *nummos* ibi *repoſitos*, ut mutuo darentur non esse legatos, & *l. Si ita legatum*, ibi, *nummos ad diem exactos*, ut alii nominibus collocarentur non puto legatos esse, *ff. de legat.*3. & latè dictas leges expendit, Altogr. *conſ.*70. *n.*42. *&* 52. *lib.*1. Mascard. *de prob. concl.*934. *n.*1. *& ſeq.*

11 Concurrente originali naturæ ipsius pecuniæ, ut sit inventa, & parata in usum personæ, cujus est Alexan. *in l.* 1. §. *Quæſitum*, *numer.*4. *ff. ad Trebell.* & ibi Jaſ. *numer.*31. *&* 36.

12 Et quod in dubio non præsumatur destinata fœnori, vel emptioni, Peregr. *conſ.*37. *n.*5. *& ſeq. l.*2. Natt. *conſ.* 117. *n.* 5. Pariſ. *conſ.*67. *n.*12. *&* 14. *lib.*2. Altogr. *d. conſ.*70. *n.*60. *l.*1. Quare, &c.

Carolus Granconius.

13 PErvenit ad manus meas scriptura facta Romæ pro Patribus Discalceatis Carmelitanis cum Tribunali Reverendæ Fabricæ super incapacitate eorundem Patrum, cui ut respondeam munere mei Tribunalis, cui assisto, & ex officio mihi commisso.

Respondeo, quod Advocatus partis adversæ sumit maximum æquivocum, dum supponit posse definitorium Provinciale dare licentiam Patribus possidendi stabilia, pro quo allegat *cap.*3. *de paupertate*, §. 2. in quo quidem capite, & §. *permittitur*, Definitorio Provinciali vendere stabilia propè Conventum sibi donata, vel relicta, an inducant servitutem Monasterio ad finem illa possidendi, sed non permittitur super constitutiones Pontificias authoritate Urbani VIII. approbatas, alterando destruere, & interpretando corrigere, cum S. P. Urbanus dixerit, ut omne contra eas factum inane sit, & irritum, tum quia *in* §.3. loquendo S. P. sive approbando, ut rectius loquar, dicit in Conventibus parvis posse possideri redditus cum expressa licentia Patris Generalis, & Definitorii Generalis, in Civitatibus verò magnis nullo modo possunt re-
14 tinere, & hoc dicit *conſt. prædict. in* §.2. nam alioquin esset magnum absurdum, quòd Præpositus Generalis, & Definitorium Generale posset dispensare in oppidis parvis ubi minores sunt eleemosynæ, & in magnis Civitatibus, ubi majores sunt eleemosynæ Definitorium Provinciale dispensaret; hoc enim nunquam voluerunt illi Sanctissimi Patres Constitutionum conditores; remittunt vero Patres *in dict. conſt.* §.2. arbitrio definitorii Provincialis, quę sint
15 stabilia, sive redditus, quæ sint modici emolumenti, ut silvam habere propè hortum, olivetum, &c. sed non permittunt, Definitorium posse declarare, quæ bona stabilia possint retinere, quia hoc expresè contradiceret constitutioni, permittitur etiam Definitorio videre, quæ stabilia propè Monasteria servitutem inducant, quietem Monachorum impedientem, sed non permittitur definitorio dispensare, ut bona stabilia possideant.

16 In quo rogo Patres, ut imponant perpetuum silentium super hoc articulo incapacitatis hujus hæreditatis Reg. de Marin. dum ipsorum Authores fidelissimi testes eorum damnant capacitatem, si Romæ coram Pontifice (uno loco excepto nihil possident si in tota Lombardia ad instar Cappucinorum se tractant, cur Neapoli contra Reverendam Fabricam tantò Spiritu bona occupant, & faxit Deus, ut nunc Reverenda Fabrica videre nolit omnes eorum introitus, ac stabilia, quæ habent, quomodo habeant? & in præjudicium fisci Rever. Fabricæ tot possideant contra formam constitutionum, quando Patres illi zelotes eorum observantiæ de incapacitate testantur, quando sic cantant eorum regulæ, & constitutiones.

17 Dicit eadem scriptura pro Patribus Romæ facta, quòd nullum jus habet Reverend. Fabrica super bonis quondam Reg. de Marin. quia Patres Discalceati Carmelitani sunt incapaces ad arbitrium Definitorii Provincialis, cum in illis sibi reservaverit cognitionem declarandi, quæ bona conferant eorum quieti, & impedient subjectionem, & qui redditus sit modicæ quantitatis.

Sed rogo lectorem constitutionum ne decipiatur ab æquivoco partis, statuit constitutio ibi Domus nostræ, quæ missionibus destinatæ, non sunt in Urbibus, vel oppidis magnis sitæ, frui nequeant, ullis propriis redditibus, nisi in casibus §.4. ponendis nomine autem redditUum intelligimus etiam prædia, sive possessiones frugiferas, & quodlibet aliud stabile etiam frugiferum. Hæc est conclusio inhabilitans Patres subdit deinde præter hortos competentes, vel stabile aliud sine cujus possessione in Conventibus quiete, & sine subjectione vivere non possunt. Ecce, quod permittit aliquod stabile, sine quo induceretur subjectio, & servitus, hoc dicit posse retineri putà Neapoli hortum ad faciem Ecclesiæ Matris Dei, in Burgo Plagæ domum propè Ecclesiam sæcularium habitationis, quia enim posset eis induci servitus, permittitur Patribus ea possidere, ut locent, cui velint, hominibus bonæ conditionis, & famæ, ne in præjudicium eorum Regularis Observantiæ, si ibi essent Domini sæculares locarent forsitan scandalosis hominibus, & malæ vitæ, propterea permittitur stabilia ad servitutem impediendam possidere, & hoc remittitur arbitrio Definitorii Provincialis, ut legenti oculata fide constitutiones patebit.

Subdit constitutio, quid si est etiam aliquod stabile sine redditibus, id est, non destinatum ad redditus, licet emolumentum aliquod haberet, ut silva, hortus, &c. & dicit posse possideri arbitrio Definitorii Provincialis, alias si Definitorium Generale requiritur *in* §. 3. ut in oppidis parvis possideant redditus, in Civitatibus, ubi constitutio proponit regulam negativam, sufficeret Superior minoris authoritatis, scilicet Definitorium Provinciale, quod est absurdum, & contra verba constitutionum, si perfectè, veridicè, & justè legantur, quæ benè Patres sciunt, sed ad jus hoc Tribunalis Reverendæ Fabricæ nolunt intelligere.

In hac eadem scriptura lego Advocatum non fuisse certioratum de veritate, etenim culpa est hujus sæculi: nam si partes dicerent veritatem, non requireretur judex, dicit ergo scriptura, ibi: *Ex abundanti inſpecto numero Patrum*, *&c.* quasi quod numerus Patrum sufficeret ad accipiendam hanc hæreditatem, quando repugnat eorum Regulis, & constitutionibus, & propè eos sunt Cappucini in longè majori numero ipsorum qui contenti de suis constitutionibus, & fisi in divina Providentia eleemosynaliter vivunt, ne fraudent eorum vota, sicut etiam isti Sanctissimi Patres vivunt Romæ, & in tota Lombardia sine ullis redditibus, cur non poterunt etiam hic Neapoli vivere? ubi majores eleemosynæ fiunt, quam in quacumque alia Europæ parte.

Dicit Advocatus partis adversæ hanc hæreditatem esse ad summam duc. 15. m. solutis legatis, quæ modica est quantitas, sed errat Advocatus tum in jure, quia si vidisset Fulgoſ. 103. nec legati modicæ quantitatis sunt capaces; in facto errat, quia sunt novem mille pro una parte ad quatuor pro centenario super S. Monte Pietatis Neapolis sunt 17. m. in fide crediti, de quibus pluries interrogavit Gubernatores locorum piorum, & proxenetas arrendamentorum, ut invenirent occasionem expendendi in emptionem annuorum redditUum, quòd suo tempore testes omni exceptione majores deponere sunt parati, sunt 9. m. alii, & plus, minùsque in tot aureis, monetis domi repertis, & nunc apud Patres existentes, sunt effectus in gabellis hujus Civitatis, studium adest duc. 5000. sic appretiatum, sunt mobilia, & supellectilia, ac ut supra argentea, unde tota hæreditas ascendit ad summam duc. 50. m. à qua deductis legatis eisdem Patribus cæterisque aliis ad summam duc. 5000. remanet in duc. 45. m. circiter salvo majori calculo, & Patres Romæ figurant esse duc. 15. m. unde mendax in uno, in omnibus est mendax.

Subdit Advocatus in libello, standum esse declarationi Definitorii, & Patrum, quia non præsumuntur contra conscientiam declarare.

Sed peto ab Advocato, quod declaratio cadit super dubiis, non super claris, nos habemus claras constitutiones loquentes de paupertate in communi, habemus sex Patres Religiosos testes ejusdem Religionis, qui in suis scriptis vulgò editis, incapaces eos appellant, habemus Patrem Lezzanam, famosissimum modernum Scriptorem, eos incapaces appellantem, & nunc volo recurre ad declarationem Definitorii, parcat mihi Advocatus partis adversæ.

Subdit

Subdit Advocatus, quod constitutio non inhabilitat Patres ad succedendum, vel ad accipienda legata rerum stabilium, sed solum ne retineant, & sic ad finem vendendi, dicit esse capaces, ex his, quæ allegat.

22 Sed facilis est responsio, quia nullus unquam dubitat Mendicantes esse capaces post Concilium, nullusque dubitat posse aliquos Mendicantes recipere ad finem vendendi, ut Patres Theatini, Domus Professæ Societ. JESU, &c. sic enim S. Rota, apud Burat. & alios decidit. At nos non ex eo, quod sint Mendicantes arguimus incapacitatem, sunt enim hodie Mendicantes capaces ad notata per D. Fagnan. *in c. in præsentia de prob.* sed totam incapacitatem arguimus & colligimus ex vi Regulæ, & dictæ Constitutionis: nam certè scio ex Clem. VIII. *in Bulla* 71. §. 5. hos Patres fuisse capaces, sed quando postea Zelotes Patres de anno 1631. à Sanctiss. Urbano confirmari petierunt constitutiones cum clausula irritante nullam aliam habent capacitatem, nisi quam sibi præscripserunt, unde non oportebat dilatare filacterias Authorem scripturæ pro Patribus in fundando Mendicantes esse capaces ad finem vendendi, sed oportebat distinguere Mendicantes ex vi constitutionum, & ex utrisque simul, qui enim sunt ex vi Regulæ, sed non ex vi constitutionum, sunt hodie capaces, qui sunt ex vi consti-
23 tutionum, & regularium non sunt capaces, ut d. F. Thom. à Jesu, Discalceatus Carmelita *p.3. super regulas, fol.6.* & sic legatum factum Patribus de Hospitaletto Neapoli duc. 200. annuorum accepit Tribunal Rever. Fabricæ, ut benè Consil. Staiban. *to.2. res.*162. qui bene distinguit duo genera Mendicantium, & quid Romæ tunc fuit practicatum relata causa, non ergo isti Patres aliam habent capacitatem, nisi quam eis constitutionibus suis præscripserunt, contra quas authoritas Pontificia requiritur, ut derogentur.

24 Dicit etiam pecuniam numeratam, fuisse in hac hæreditate, sed ipsemet Adversarius dicit, quod si sit destinata ad stabilia, vel ad fœnus, tunc venit appellatione stabilium, de ista pecunia quondam Regentis supradiximus quantitatem duc. 9. m. fuisse implicatam, cæteras quantitates destinatas ad implicandum illam præsentis duc. 17. m. in Banco existentem apud nummularium sub appellatione stabilium & rerum frugiferarum venire, jura exclamat, ad notata per Rom. *sing.* 103. per Franc. Crementia *sing.* 59. per Curset. *sing. incip. pecunia*, per Grat. *c.*811. *to.*5. per Ludov. Roman. *cons.*188. per Cyriac. *controv.*415. unde Fratres Mendicantes incapaces esse hujus pecuniæ post Bald. & alios dixit Peregr. *dec.*70. *n.*1.

In dubio etiam præsumitur, quod nummi censentur destinati pro aliqua implicatione lucri, quia non præsumuntur ejus generis homines tenere pecuniam otiosam, ut post alios dicit Thesaur. *in dec.*160. *n.*7.

Quare, &c.

DE EADEM RE.

SUMMARIUM.

1 *Religio incapax, an per Consuetudinem fieri possit capax.*
2 *Consuetudo contra essentialia Regulæ non datur, sed contra accidentalia fit.*
3 *Argumentum valet: potest Princeps, ergo & Consuetudo.*
4 *Consuetudo contra leges à Papa approbatas, ut valeat requiritur scientia in Pontifice ejusdem.*
5 *Religio an possit dispensare super sua incapacitate.*
6 *Religio dispensat in rebus levibus Constitutionis non obstante, quod sint à Papa approbatæ.*
7 *Trid.* sess.25. c.1. *de Regularibus dispensatione in Regulis.*
8 *Dispensatio super Regulis, & Constitutionibus fieri potest 7. de causis à superiore.*
9 *Capitulum generale potest dispensare super Constitutionibus, non obstante confirmatione Pontificis.*
10 *Dispensatio, Abrogatio, & Derogatio quæ sint, & qualiter differant.*
11 *Dispensatio duplex est, una in vim Privilegii, alia in vim juris communis.*
12 *Abbas dispensat cum Monachis in usu Carnium.*
13 *Capitulum dispensat in Constitutionibus, non obstante confirmatione Pontificis, & quando.*
14 *Constitutionum confirmatio à Papa facta, non est essentialis, sed accidentalis.*
15 *Constitutionum verba confirmatoria (perpetuo observandas esse,) quid significent.*
16 *Constitutionum verba confirmatoria (irritum, & inane) quid significent.*
17 *Religioso statui, non repugnat possessio bonorum stabilium in communi.*
18 *Apostolorum vera Religio, sed possidebat bona in communi.*
19 *Professio valet cum retentione stabilium, & quomodo.*
20 *Breve adducitur Clem. VIII. ad Regem Persarum, ubi incapaces appellat hos Patres.*
21 *Incapacitas Patrum facit locum Fabricæ, non parentibus Testatoris.*
22 *Religiones strictioris observantiæ possunt per Consuetudines fieri capaces.*
23 *Religionem esse capacem ad observantiam Regularem, magis utile esse, quàm incapaces esse.*

ARGUMENTUM.

Religio incapax, potest per Consuetudinem fieri capax, & Capitulum Generale, quatenus dispensare potest super Constitutionibus Religionis, & quando Breve adducitur Clement. VIII. super incapacitate, & quid sit utilius pro bono statu Regulari esse incapacem, an capacem.

JURIS RESPONSA,

PRO

Tribunali Reverendæ Fabricæ Sancti Petri de Urbe,

CUM

Incapacitate fundanda P. Discalceatorum Carmelitarum.

Supponebant aliqui, Patres istos per Consuetudines introductas contra Regulas, & Constitutiones acquisivisse capacitatem: at sanè in hoc puncto Patres volebant, & nunc videndum est, an hoc facere potuissent. 1

Respondeo contra Regulam prout dicit tria vota essentialia Religionis, non posse dari consuetudinem, sed ut dicit accidentalia posse dari, verbi gratia, paupertatis votum, dicit abdicationem dominii essentialiter, quod autem in communi aliquid possideatur, vel quod aliquid in particulari habeatur, de consensu Superioris hoc non est essentiale voto paupertatis, sest est veluti quid adjunctum, est etiam perfectionis opus, ista non facere, vel non habere; non autem est essentiale, sed essentiale, vel substantiale est, abdicatio dominii in particulari, & nihil agere independenter, vel contra voluntatem Superioris, ita Sanchez *in summa, c.2. num.*26. Lezzana *in summa, qu. Regul. p.*1. *cap.*7. *n.*18. unde contra Regulam: ut dicit non essentialia potest dari consuetudo, quæ legitimè posita cessat obligatio Regulæ, & ipsa prævalet. 2

Quod verò possit dari contra Regulam, sed non contra essentialia probatur, quia quod potest Princeps concedere, potest etiam consuetudo inducere, *l. si quisquam, ff. de diversis, & temp. præscript.* regulariter enim dici solet, quod potest Princeps, potest & consuetudo, *c. super quibusdam*, §. *præterea, de verb. sign.* Minsinger. *centur.*4. *observ.*24. sed Summus Pontifex concessit pluribus Religionibus privilegia relaxantia paupertatem, & alias observantias, ergo hoc potest consuetudo, tum quia consuetudo tollit omnem legem, quæ non sit jus naturale, vel Divinum, quæcumque illa sit, sive Ecclesiastica, sive Civilis, *c. licet ex quadam, de testib.* latè Sanchez *de matrim. lib.*7. *disp.*4. *num.*14. ubi asserit consuetudine tolli impedimenta dirimentia matrimonium, sed Regula continens ista non essentialia, votis, est lex humana à fundatoribus Religionum promulgata, & à Summo Pontifice approbata, ergo consuetudo potest illas tollere. 3

Verùm requiritur, quod si leges sint approbatæ per Pontificem, consuetudo sit introducta sciente Pontifice, sed si sint factæ à Capitulo generali, tunc non poterit totum Capitulum simul cum Generali quicquam statuere, quod sit supra Regulam, & omnes obliget, sed requiritur consensus omnium, quia quę omnes tangunt ab omnibus 4

autem tu aliqua de eorum instituto intelligas, pauca quædam tibi significanda duximus; ex quibus cætera facilè conjicias. Habuerunt olim Religionis hujus professores, sicut à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris memoriæ proditum est, sui instituti auctores Sanctos Prophetas Eliam, & Elisæum, omnibus nationibus, & gentibus notos, & à B. Alberto Patriarcha Ierosolymitano, magni nominis viro proprias regulæ constitutiones acceperunt; quibus illis in primis præcipitur, ut summam obedientiam, perpetuam paupertatem, & castitatem servent, deinde, ut in lege Domini meditantes, contemplationi, & orationi vacent, tum prædicationi verbi Dei, atque animarum saluti incumbant; atque ideò ad regiones longinquas mittuntur. Et jam Hispaniarum Regna, & Indiam Occidentalem, nonnulasque Italiæ Civitates peragrarunt, bonorum temporalium (ut illorum quoque vivendi rationem accipias) nec communi quidem nomine, proprietatem, aut usum retinent: & quotidianum victum, aliaque ad Ecclesiarum cultum, & usum vitæ necessaria, ex pia eleemosynarum oblatione capiunt: nudis pedibus Apostolorum more, soleis utentes incedunt, unde Discalceati nuncupantur, perpetuo à carnibus abstinent, corpus vigiliis, & jejunio macerant, horrido cilicio domant, & crebris verberibus in servitutem redigunt, ut legi mentis non repugnet, & in omnibus divinæ subjaceat voluntati. Dumque se à carnis petulantia, & terrenarum rerum ambitu atque à visibilium voluptate custodiunt, ab his etiam alias admonendo compescunt. A te igitur petimus, ut illos, & libenter audias, & Christianas functiones cum fidelibus subditis tuis exercere permittas: nec verò incultum, & rudem illorum vestitum despicias: nam si vitam, & mores inspexeris, ut in Domino confidimus, sub illo vili, asperoque indumento latere quasdam præclaras animi dotes, atque virtutes, quibus se Deo, & hominibus gratos præbere student. Et licèt pedibus longinqua loca peragrantes pulvere conspergi, & inquinari luto videantur, ex eorum tamen colloquiis, & usu frequenti comperies, ut speramus, quam omni labe immunes, quam à rerum humanarum colluvie liberi, quàm denique speciosi sint pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, die 5. Octobris, anno 1604. Pontificatus nostri 13. Ita Clemens VIII. ad Regem illum paganum.

Quod Breve refert, unus ex doctissimis ac sanctissimis Patribus ejusdem Religionis, scilicet P. Elias à S. Theresia Carmelita Discalceatus *in 1. to. missionis Ecclesiæ triumphantis ad militantem, pro liberandis animabus Purgatorii, lib.2. c.31. n.90. fol.621.*

21 Sed quia ex parte Patrum Discalceatorum dici potest, contra Reverendam Fabricam, quod data incapacitate hæredis scripti, fit locus venientibus ab intestato ex notatis à DD. *in l.1. Cod. de hæred. instit.* Oltradus *cons.39.* Peregr. *de jure fisci, lib.3. tit.1.* Regens Sanfelic. *dec.412. tom.3.* ubi Additio solemnis plura citat, & refert; ergo cum Patres Discalceati Carmelitæ sint incapaces, non fit locus Reverendæ Fabricæ, sed venientibus ab intestato, cum quibus jam negotium transactum fuit.

Hujus motivi apparet congrua solutio, ex lectura privilegiorum Reverendæ Fabricæ, & in primis videndum est, quod dicitur, *in §. ad hæc etiam in certa,* in manuscriptis privilegiis, & instructionibus Reverendæ Fabricæ, ubi habetur, legata pia facta personæ, seu loco pio incerto, vel incapaci, ac omnia ea, quæ à locis, seu personis, quibus legatum est, postquam legitimè apparverit, ea repudiata Reverendæ Fabricæ applicari, cui textui concordis est alius in declarationibus facultatum Reverendæ Fabricæ typis impressis de anno 1589. 18. Martii ibi declaramus hujusmodi, quæ à principio personis incapacibus facta sunt, sive ex post facto incapaces sunt redditi, non adjudicari posse, sed ad Fabricam ipsam, nedum in vim institutionis, sed etiam substitutionis, & fideicommissi, tanquam incerta effecta spectavisse, & spectare, & sub privilegiis ipsius Fabricæ comprehendi, prout etiam, quæ fortè ex quacumque causa à legatariis ipsis etiam capacibus recusata, & non acceptata fuerunt ac recusantur, & non acceptantur, ergo ex dictis privilegiis, & declarationibus apparet, stante incapacitate legati, aut hæreditatis, fideicommissi, & substitutionis Ecclesiæ, vel alterius pii loci instituti Reverendam Fabricam subingredi in dispositionibus prædictis, quod observavit insignis Quaranta *in summa Bullarii, in verb. Fabrica S. Petri, de Vrbe, fol.333. §. quoniam privilegia* eidem Reverendæ Fabricæ concessa, de legatis hæreditatibus, & piis dispositionibus, quodque ponderat D. Episcop. Marant. *tom.1. responsorum responso 19. nu.41. cum seq. & p.4. resp.32.*

Infertur ultimò consuetudinem induci posse, aut legitima præscriptione: ut Fratres Cappucini, & strictioris Observantiæ habeant bona in communi, ita Sanchez *in summa, to.2. l.6. c.2. numer.26.* specialiter loquens de modo paupertatis, de quo in præsenti, & magis in particulari, idem Sanchez *l.7. c.25. numer.16.* ubi expresè asserit probabilius esse, posse consuetudine induci, ut Fratres Minores habeant bona immobilia in communi, quod etiam sequitur Pellizzar. *in manuali regularium, tract.4. c.2. sect.2. nu. 69.* Lezzana *consult.15. n.13.* Quæ quidem consuetudo pluribus ex causis est rationabilis; Primò, quia melius conservatæ fuerunt in Regulari disciplina illæ Religiones, quæ possident bona in communi, quàm aliæ: Secundò, quia illæ Religiones, quæ excludunt bona in communi, plures invenerunt formalitates ea possidendi per æquipollens, & plures admiserunt declarationes Pontificum circa observantiam propriæ Regulæ paupertatis, & invenerunt formalitates ea possidendi ad sublevandam propriam indifferentiam: Tertiò, quia si Religiosi coguntur vivere ea eleemosynis Mendicantes, minorem habent libertatem in usu Ministeriorum spiritualium, quæ exercent erga proximos in reprehendendis eorum vitiis, idque ex metu, ne ipsi offendantur, & priventur solitis eleemosynis: Quartò, quia charitate refrigescente, & primitivo fervore Religiosorum, nisi adsint bona stabilia in communi minus bene consulitur indigentiis Religiosorum: Quintò, quia sic in Religionibus inducitur particularium singularitas, & cur ea Regularis disciplinæ omnimoda destructio, ut bene Peyrinus *de Prælato, & subdito qu. 2. c.1. nu.2.* Pellizzar. *tract.4. c.4. sect.1. num.11.* Lezzana *consult.15. in fine.*

22 23

DISCEPTATIO CLVI.

SUMMARIUM.

1 *Factum Carmelitarum Discalceatorum defenditur ab Adversario.*
2 *Discalceati Carmelitæ sunt capaces secundùm eosdem.*
3 *Constitutionum verba adducuntur.*
4 *Incapacitatis species duplex est, & qualis.*
5 *Mendicantes ante, & post Concilium qualiter capaces.*
6 *Mendicantes quibus modis sumantur.*
7 *Mendicantes ex regula, vel ex Constitutionibus an differant.*
8 *Franciscanis permittitur usus facti.*
9 *Mendicantes sunt in duplici differentia, etiam post Concilium.*
10 *Constitutiones Discalceatorum Carmelitarum adducuntur de paupertate loquentes.*
11 *Carmelitarum Discalceatorum duplex est Congregatio.*
12 *Discalceatorum Congregatio Italiæ, an sit capax bonorum.*
13 *Carmelitarum Discalceatorum domus Missionum sunt capaces.*
14 *Carmelitæ Discalceati sunt capaces bonorum, & quando.*
15 *Carmelitæ Discalceati extra Vrbes, & Civitates an sint capaces.*
16 *Hæreditatis Regentis de Marinis, qualiter fuerint capaces Carmelitæ.*
17 *DD. pro incapacitate Discalceatorum Carmelitarum explicantur.*
18 *Pater Lezzana, d. Staibanus, & alii explicantur à parte.*
19 *Conclusio partis adversæ adducitur.*

ARGUMENTUM.

Discalceati Carmelitæ fundare conantur suam capacitatem possidendi bona stabilia, pro obtinenda hæreditate Regentis de Marinis, sed rogo videri quæ allegant in præsenti.

JU-

JURIS RESPONSUM PRO Discalceatis Carmelitis, CUM Reverenda Fabrica sancti Petri de Urbe.

1 QUamvis perspicua, & manifesta sint jura Venerabilis Monasterii Matris Dei Discalceatorum Carmelitarum ad hæreditatem Domini Regentis de Marinis, nec rem claram argumentis comprobandam unquam crediderim; cùm tamen nuper editum fuerit responsum pro Reverenda Fabrica, quo Monasterii incapacitas fundari contenditur, nefas duxi silentio rem pertransire, ac prorsus negligere, ne aut alii superbiæ tribuant, aut vulgus diffidere conjiciat. Cæterùm quæ longo paginarum numero deducta fuere paucis refellam, cùm nec plura ad causam, nec reliqua magni ponderis sint, & ex iis, quæ proferuntur facilè pateat doctum Authorem cuncta coegisse, non ut veram deprimeret juris conclusionem, sed ingeniosam duntaxat excitaret disputationem.

2 Et sanè Discalceatos nostros, licèt mendicantes, capaces tamen esse in commune bonorum stabilium, & hęreditatum certissimi juris est, tum ex dispositione Concilii Tridentini *sess.*25. *de Regular. cap.* 3. qua sancitum fuit Monasteria omnia Mendicantium (*Cappucinis & Minoribus de Observantia exceptis*) bona immobilia possidere posse. Tum ex peculiari Constitutione Summi Pontificis Clementis VIII. edita anno 1600. die 13. Novembr. ubi primùm Congregatio Italica nostrorum Discalceatorum instituta, & separata fuit à Congregatione eorundem Hispaniæ, qua disertis verbis *in* §. 5. cautum fuit, ut valeant quacunque bona stabillia, & mobilia, ex quibuscunque donationibus, successionibus, legatis, aliisve dispositionibus acquirere, & retinere.

3 Quæ cum explorata sint, nec cavillari queant aliunde propterea conatur Adversarius incapacitatem nostri Monasterii elicere, nempe ex novis Constitutionibus ejusdem Religionis conditis Anno 1623. & confirmatis ab Urbano VIII. Anno 1631. Cùm enim inibi *part.*1. *c.* 3. *de paupertate*, §.2. statuatur quod domus quæ Missionibus destinatæ non sunt, & in Urbibus, vel oppidis magnis sitę frui nequeant ullis propriis reditibus, nisi pro Missis aliisve functionibus piis infert propterea exinde Monasterium Matris Dei, utpote situm in Urbe, incapax esse hæreditatis prædictæ Dom. Reg. quæ sine onere Missarum, vel aliarum functionum piarum relicta fuit. Quamvis cæteroquin fateatur capaces esse tam Conventus Missionum, & sitos in oppidis parvis, quam etiam sitos in Urbibus ex oppidis magnis pro celebratione tamen Missarum, aut aliarum functionum.

4 Verùm hujusmodi difficultatem nullius esse momenti clarissimè patebit, quod ut facilius exequar, nonnulla de incapacitate, & mendicantibus præmittenda censeo.

Prętnotandum igitur erit duplicem esse incapacitatis speciem, alia namque dicitur incapacitas dominii, seu acquirendi; alia verò dicitur possessionis, seu possidendi. Et sic alios esse incapaces acquirendi, alios incapaces possidendi tantùm, non autem acquirendi. Nec implicat quod eadem Religio sit capax dominii, & incapax possessionis, seu possidendi, cum longè inter se hæc differant, ait P. Anton. à Spiritu sancto *p.*2. *tr.*3. *de obl. Regular. in manuali Regular. to.*1. *cap.*2. *n.* 29. Sanchez *in præcepto decal. to.*2. *lib.*7. *cap.* 27. *numer.*19. *&* 20. & consentiunt DD. omnes ut *infrà* patebit.

5 Mendicantes autem tam ante Concilium Tridentinum quàm post illud diversimodè accepti fuere. Etenim ante Concilium nonnulli absolutè, & generaliter tradidere mendicantes omnes esse incapaces acquirendi, & possidendi, ita Bald. *in authent. si qua mulier, num.*13. *C. de sacrosanctis Ecclesiis*, Fulgos. *consil.*103. Archidiac. & Ancharan. quos recenset Menochius *cons.*1014. *n.*12. *in fine*. Alii verò unanimi ferè consensu discrimen constituerunt inter mendicantes.

Nam vel tradidere Minores sancti Francisci esse incapaces acquirendi, cæteros autem ut putà Augustinianos, Dominicanos, & Carmelitas esse incapaces possidendi retinendive stabilia, & annuos redditus, sed posse acquirere ad finem vendendi, & pretium impendendi in Monasterii necessitates, ut cæteris relatis Peregr. *de jure fisci*, *l.*3. *tit.* 14. *nu.*1. *& fin. vers. Decima sexta conclusio*, & novissimè Fagnanus *in cap. in præsentia*, *de probationibus*, *num.*39. *& num.*65.

Vel tradidere mendicantes ex Regula esse incapaces dominii; mendicantes verò ex constitutionibus esse incapaces possessionis tantum. Ita Clarus *in* §. *Testamentum*, *qu.* 20. *numer.*2. & Menoch. *dict. cons.*1014. *numer.*7. *cum tribus sequentib.* qui alias recensent. Idemque explicant Fratres Minores Divi Francisci esse mendicantes ex Regula, quoniam in Regula S. Francisci tam retentio, quàm dominium, & acquisitio prohibita fuit; Cæteros omnes dicunt mendicantes ex constitutionibus ob id quod in Regula nulla sit prohibita immobilium possessio, sed tantummodo in constitutionibus editis à successoribus institutoris Religionis. Et hanc communem ex catalogo DD. fatetur Menoch. *numer.*12. & tradidit Gloss. *in cap.*1. *de Religios. domibus in* 6. *verb. domum*; cum nec pervenisse dicatur, quod non est permansurum, nec momentaneum dominium mendicitatem infringat. 6

Cæterum ipse existimo minus cautè hoc explicatum à Doctoribus prædictis, & verè nihil interesse, an ex Regula vel ex constitutionibus incapacitas oriatur, si eodem modo, tam per Regulas, quàm per constitutiones prohibitio fiat, sed ex diversa formalitate prohibitionis, sive Regulæ, sive Constitutionum, colligi diversitatem etiam incapacitatis. 7

Cùm enim in Regula S. Francisci prohibeatur acquisitio cujuscumque rei, & tantum usus facti permittatur, ut patet ex *c. Exiit*, *de verborum significat. in* 6. & ex Clem. *Exivi*, *de Paradiso*, *de verborum significat.* hinc est ut illius Fratres incapaces sint acquirendi, in aliis verò sive Regulis, sive Constitutionibus aliorum ordinum quoniam non acquisitio rerum, sed possessio & retentio prohibetur, exinde sequitur incapaces esse possidendi tantum, non autem acquirendi, & pretium ad proprios usus impendendi, ut claret ex iis quæ pro domibus Professis Jesuitarum perpendit Borat. *dec.*245. *nu.*7. *cum duobus sequent.* & Menoch. *ubi supr. nu.* 19. 8

Post Concilium Tridentinum Mendicantes adhuc sunt in duplici differentia, etenim Capuccini, & Fratres Minores de observantia sunt omninò incapaces. Cæteri vero Mendicantium ordines sunt capaces tam acquirendi, quàm possidendi stabilia, ex nova dicti Concilii dispositione *sess.* 25. *cap.*3. *Regular.* qua expresè id cautum fuit. Et insuper adsunt etiam alii mendicantes, qui sunt incapaces ad finem possidendi, sed non ad finem vendendi, & pretium ad proprios usus impendendi, cujusmodi sunt Theatini, & domus Professæ Jesuitarum, quę beneficio d. Concilii Tridentini renuntiarunt expresè. 9

Ex quo proinde infertur Religiones, vel esse incapaces in genere, quoad omnia Monasteria, & hujusmodi est Religio Capuccinorum, & Fratrum Minorum, vel esse capaces generaliter quoad omnia Monasteria, & hujusmodi sunt cæteræ Religiones Mendicantium. Vel esse capaces in genere, sed tamen aliqua Monasteria illius esse incapacia, & hujusmodi est Religio Jesuitarum, qui in genere sunt capaces, sed tamen Monasteria Domuum Professarum sunt incapacia ad finem possidendi, & retinendi: nam acquirere posse ut vendant, ex pecunia utantur dubitari haud potest; Etenim *in eorum Constitutionibus*, *p.* 6. *cap.*2. §.2. ita Paupertas præcipitur, ut possessio tantum redditAAuum & stabilium inhibeatur. Dicitur enim in domibus vel Ecclesiis quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur, redditus nulli ne Sacristiæ quidem, aut Fabricæ applicati *haberi* possint, & *in* §.3. additur: Professi vivant ex eleemosynis, nec redditibus eorum in domibus utantur, & *in* §. 5. subnectitur, non solum redditus, sed nec Possessiones ullas *habeant* in particulari, nec in communi domus, vel Ecclesię Societatis, pręterquam ad habitationem vel usum necessarium eis. Propterea ibidem, *in Declarationib. lit.E*, exponitur non esse prohibitam acquisitionem ad finem vendendi, *ibi*, quia ut in litteris Apostolicis dicitur non est habitura Societas jus civile ad rem ullam stabilem nisi ad ipsius habitationis, & usum esset opportuna: quidquid stabile illi datum fuerit teneatur, eo quam primum poterit *se exuere* ac vendere, ut Pauperibus Societatis, vel externis sua in penuria subveniatur. Quamvis hoc ita 10

ita se habeat temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda: ex quo liquet præter necessitatem id pluribus comprobasse Menoch. *d. cons.* 1014. ex Burat. *dec.*245.

11 Tandem prenotandum erit Carmelitas Discalceatos duplicem habere Congregationem, alia namque dicitur Congregatio Hispaniæ; & sunt omnes Conventus siti in Provinciis Hispaniæ; alia dicitur Congregatio Italiæ, & sunt omnes Conventus tam in Italia, quam alibi siti præter Hispaniam; quę Congregatio in Italia primum instituta fuit, & separata ab illa Hispaniæ à Summo Pontifice Clem. VIII. anno 1600. ut *in ejus Bulla* 71. incipiente *in Apostolicæ, tom.* 3. *Bullarii*, cum facultate construendi ubique locorum extra tamen Provincias Hispaniæ.

Et quod attinet ad Congregationem Hispaniæ certum est Religionem esse capacem in genere; verùm *in Constitutionibus, part.*1. §. 11.12.13. distingui Collegia à cæteris Conventibus, Collegiis namque permittitur retentio annuorum redituum legatorum, & aliarum eleemosynarum. At verò cæteris Conventibus interdicit, quidem possessio stabilium, ex annuorum redituum, sed tamen clare exponitur *in* §.12. posse acquirere, & vendere, *ibi*.

Et quia in Regula nostra non solùm in particulari, sed etiam in communi paupertas commendatur, in primis sancimus ne Conventus nostri possessiones, annuos redditus, sive, alia, immobilia bona, ex quavis causa seu titulo possint *habere*.

Poterunt tamen legata, & alias quascumque eleemosynas recipere, quæ si fuerint in bonis immobilibus, censibus, aut redditibus statim vendantur, & eorum pretia convertantur in usus illius Conventus, cui relicta, vel donata sunt, poteruntque institui hæredes, sed de bonis inde acquisitis sicut de aliis disponat.

In Collegiis nostri Ordinis pro eorum sustentatione licebit, juxta Conc. Trident. annuos redditus, pia legata, & alias fidelium eleemosynas *retinere*; non tamen in Fratrum hæreditatem jure hæreditario succedere.

12 Quod verò attinet ad nostros Discalceatos Congregationis Italiæ, adhuc exploratum est etiam servata forma novissimarum Constitutionum ab Urbano VIII. approbatarum Religionem in genere capacem non esse, sed tantùm quasdam domus, & quoad quædam prohiberi possideant stabilia, vel annuos redditus; etenim *in citata* 1.*p. cap.*3. §. 2. 3. & 4. (cujus verba Adversarius fideliter transcripsit *in ejus Responso, numer.*22. & 23.) distinguuntur domus destinatæ promissionibus, vel sitæ extra urbes, aut in oppidis parvis ab illis quæ sitę sunt in Urbibus vel oppidis magnis.

13 Inique statuitur posse quidem domos destinatas ad Missiones, vestitas extra Urbes, aut in oppidis parvis possidere stabilia, & annuos redditus, sed præcipitur ne Conventus siti in Urbibus, aut oppidis magnis frui queant stabilibus, aut annuis redditibus, nisi pro Missis aliisve functionibus piis. Verùm ex hujusmodi prohibitione possidendi, & retinendi stabilia, inferri minimè potest incapacitas acquirendi. Tum quia constitutio prædicta possessionem tantùm, & fruitionem stabilium inhibet, *ibi* domus nostræ quæ missionibus destinatæ non sunt, & in urbibus vel oppidis magnis sitæ *frui* nequeant ullis propriis redditibus. Verbum namque *frui* significat potiri, & uti nedum ad usum quotidianum, sed etiam ad compendium, & quæstum ut explicat Joan. Calvinus *in suo lexico, verbo frui* plus est quam uti; tum quia *in iisdem Constitutionibus, part.*3. *cap.* 28. §. 4. expresè disponitur à Definitorio Generali distribuenda fore inter alia Monasteria redditus, & immobilia donata alicui Conventui qui illa habere non posset. Si Conventui alicui (ait constitutio) legata, vel donata fuerint aliqua bona immobilia reddituscve, aut annui census, Prior ac Discreti illa nequeant alienare sine consensu Præpositi, ad Definitorum generalium, qui si Conventus cui ea bona obvenerunt redditus habere non possit, aut certè si possit *habere* non tamen indiget ob alia bona, quæ jam ei sufficere videantur inter nostra Monasteria distribuent, aut uni vel pluribus juxta nostra Privilegia tribuent prout eis expedire videbitur.

14 Cùm igitur nullibi prohibeatur acquisitio stabilium, sed tantummodo fruitio ac retentio illarum; consequitur proinde Conventus prædictos esse duntaxat incapaces fruendi, ac possidendi, non autem acquirendi; nec enim bona transferri alteri possent, ni quæsita fuisset illi à quo transferuntur nec obvenire, dicerentur, nisi acquirerentur.

His ita positis (quæ clara ex iisdem Constitutionibus sunt, nec ulteriori indigent confirmatione, imò in contentionem deduci non possunt) Partis objectus facilè tollitur, etenim cum Conventus omnes Discalceatorum juxta earum Constitutiones sint capaces, vel ad finem possidendi, & retinendi stabilia, vel ad finem vendi, ac pretium in proprios usus erogandi consequitur Conventum Matris Dei nostrorum Discalceatorum, vel esse capacem possidendi, vel saltem (*quatenus retinere non posset*) esse tamen capacem ad finem vendendi. At quovis modo dicatur super Reverenda Fabrica excluditur; cùm enim negari non posset quin noster Conventus sit capax acquirendi saltem ut vendant; propterea nullum jus nullaque Reverendæ Fabricæ actio competere potest quam unus ille hæreditate prædictæ jam delata, & quæsita potiatur.

Quamvis autem nec aliud inquirendum nobis esset Assero tamen nostrum Monasterium verè capax etiam possidendi, & retinendi duplici medio.

Primùm quoniam est situm extra Urbem propter quod 15
ex vi constitutionum *dicto cap.* 3. §.3. certum est possidere nec refert non longè abesse ab Vrbe licet sit extra Urbem. Quandoquidem constitutio generaliter loquitur, ut Conventus omnes siti extra Urbes possidere possint stabilia, & redditus, nullo adhibito discrimine, aut lege præscripta circa distantiam, ac proinde generaliter accipienda *l.*1.§.*generaliter, ff. de leg. præstandis, l. in fraudem,* §.*fin. ff. de testam. milit. cap. solite, in fine, de majorit. & obedient.* eo magis sumus in prohibitivis quo casu verba sunt strictè intelligenda *cap. in nostra, de injuriis*, nec facienda extensio etiam ex identitate rationis, Corsetus *in sing. verb. extensio*, Honded. *consil.* 95. *numer.* 98. & 112. *lib.*1. quemadmodum è converso Privilegia & favores sunt ampliandi *l. cum quidam, ff. de liberis, & posthumis, c. odit, de regul. juris in* 6. Cæterùm si esset dubium, quoniam modo verba, extra Urbem, accipienda sint quandove ex mente Constitutionum dicantur Conventus siti extra Urbem; vel quænam distantia exigatur, hujusmodi declaratio spectat ad definitorium generale Religionis, ut expresè statuitur *in cap.*3. *Constitutionum, cap.*12. §. 2. *ibi* ad Definitorium generale spectat decidere dubia circa Ordinarium, manuale, &c. dubia etiam circa nostras Constitutiones exorta declarare, & condere acta toti Religioni usque ad Capitulum sequens; cumque Definitorium Generale facultatem dederit nostro Conventui hæreditatem adeundi nihil remanet alterius disceptandum.

Secundò, quoniam hæreditas Domini Regentis de Ma- 16
rinis relicta fuit nedum cum onere plurium legatorum, & piorum, & profanorum, sed etiam cum onere Deum orandi pro ejus anima, quo casu quemlibet Conventum posse recipere, & possidere apertè sancitur *in eisdem Constitutionibus, dicto cap.*3. §.4. nec officit nullum fuisse à testatore certum præscriptum onus sive Missarum, sive aliarum functionum piarum. Etenim cum testator adjecerit onus orandi pro anima, ut patet ex verbis testamenti ibi. *E questo non con altro peso, se non che preghino li RR. PP. del Convento, nostro Signor iddio per li anima di esto testatore*, nihil interest onus Missarum, vel aliarum functionum non fuisse expressum, sed relictum Patrum arbitrio: sufficit namque onus tunc affectum, quod satis indicant verba illa: *Non con altro peso, se non che preghino Iddio per li anima di esto testatore*. Et in specie nedum pro Missis, aut Anniversariis, sed etiam pro onere orationis, aut alterius exercitii Religion. posse Conventus reditus possidere testatur P. Antonius à Spirito sancto *in suo directorio Regular. tractat.*3. *disp.*4. *sect.*1. *à num.*42. *ad* 48. Imò hac in re si dubium exoriri posset non ab aliis quam à Definitorio Provinciali decernendum foret cum *in eadem Constitutione, loc. cit. dicto* §.4. id expresè statuatur ibi. Qua in re si dubium oriatur à Definitorio Provinciali decidetur, & *in Constitutionibus Congregationis Hispaniæ, p.* 1. *cap.*7. §. 14. & 15. à parte dicitur tam Collegia, quam Conventus redditus possidere posse pro celebratione Missarum, vel ratione alicujus fundationis Patronatus alicujus Conventus Ecclesiæ, aut Cappelle, vel ratione alicujus memoriæ Anniversarii, *Orationis* aut altrius functionis Religiosæ.

Re-

17 Reliquum nunc est ut dispiciamus num Doctorum authoritates, quæ in contrarium afferuntur, adversentur, & quidem P. Thomas à Jesu *in tractatu de statu Monachorum, capit. 8. dub. 6.* loquitur de incapacitate possidendi, non autem de incapacitate acquirendi, quod manifestè declaravit *in tract. de vol. paupertatis, p. 5. c. 2. vers. Secundi vero generis*, ubi sic asserit hujusmodi igitur paupertatem in communi servat Congregatio Hispana nostri Ordinis, in Italia verò licet Monasteria non possunt immobilia bona sive annuos redditus possidere, tamen non arcentur à successione hæreditaria, neque ullo alio modo sunt incapacia hæreditatis, & in eo quod tradidit *dict. dub. 6.* Religionem esse mendicantem ex vi Regulæ, nec Concilium Tridentinum procedere in mendicantibus ex Regula, sed ex Constitutionibus merito improbatur à P. Lezzana *in Summa Regul. tract. 2. cap. 1. sub numer. 2.* & à Pellizzario *tract. 4. cap. 2. numer. 3.* qui docent Concilium comprehendere quoscumque mendicantes sive ex Regula, sive ex Constitutionibus exceptis Capuccinis, & Fratribus de Observantia. P. Antonius à Spiritu Sancto *in suo direct. Regular. part. 2. tractat. 3. de obligat. Regular. disputat. 4. sect. 1.* tradit quidem *numer. 15. & 16.* ex dispositione Concilii Tridentini mendicantes possidere in communi stabilia, exceptis Minoribus Sancti Francisci & Cappuccinis, nisi alias renunciaverint dicto Privilegio, ut Carmelitæ Discalceati quoad conventus & Religiosi Societatis Jesu, quoad domos Professas, sed tamen subdit *numer. 26. 30. & 32.* posse mendicantes incapaces possidendi, & Congregationem Discalceatorum hujusmodi succedere in hæreditate, non ut retineant, sed ut vendant quod idem confirmat inferiùs, *numer. 59. cum trib. seq.* ubi ait: Conventus nostri Domus Professæ Jesuitarum statim acquirunt Dominium bonorum in quibus succedunt sive per testamentum, sive per donationem non ut ea possideant, sed ut illa vendant. Non enim repugnant habere incapacitatem possidendi annuos redditus in communi, & capacitatem Dominii in eadem Religione; sunt enim res omninò diversæ & loqui de Congregatione Hispaniæ patet ex eo quod allegat Constitutiones illius.

18 Pater Lezzana *tom. 2. quæst. regular. cap. primo, sub num. 2. & 7.* loquitur apertè de Conventibus Congregationis Hispaniæ, & de incapacitate possidendi Fulgos. *consil. 103.* scripsit de Fratribus Carmelitis ante Concil. Trident.

Dom. Conf. Staibanus *tom. 2. resolut. 162.* conatur quidem probare domum Professam Societatis Jesu esse incapacem legati annui perpetui vel ad vitam alicujus Religiosi, sed tamen ultrò concedit *numer. 26. 27. & 28.* posse acquirere ad finem vendendi; nam, etsi (*ait ille*) prohibita sit retentio bonorum, non tamen est prohibita adeptio, ut vendant, ut supra cum illud dominium momentaneum tamquam non considerabile eorum Regulam non infringat, Gratian. *disceptat. forens. capit. 203. numer. 42. & 43.*

Ex quibus jam liquidò patet DD. allegatos minimè obesse, quin imò apertè favere.

19 Cæteris proindè omissis vel ut inutilibus tam circa consuetudinem, an ex illa potuerit abrogari Constitutio quam circa qualitatem hæreditatis num uti consistens in pecunia, & mobilibus articulo incapacitatis subjaceat cum ex iisdem Constitutionibus manifestè liqueat nostrum Conventum capacem, esse & acquirendi, ac possidendi, vel saltem acquirendi, ut vendat consequitur pernecesse nullum jus, nullamque actionem Reverendæ Fabricæ competere, & sequestrum factum ex tempore parte inaudita, nec causæ meritis expensis omnino revocandum fore.

DISCÆPTATIO CLVII.

SUMMARIUM.

1 *D. Adversarius pro Patribus Carmelitis Discalceatis nihil novi adducit.*

2 *Incapacitas ad finem acquirendi Dominum, & ad finem retinendi, vera est, sed non applicabilis Congregationi Italiæ PP. Discalceatorum Carmelitarum.*

3 *Incapacitas ad finem retinendi, & non ad finem acquirendi, quare est in Iesuitis Domus Professæ, & in Theatinis.*

4 *Religiosi incapaces ad finem retinendi alienant bona relicta sine assensu Apostolico.*

5 *Alienandi facultas, & alia privilegia concessa vivæ vocis oraculo, sunt ab Vrbano Octavo ablata.*

6 *Iesuitæ, & Theatini alienant sine assensu Apostolico.*

7 *PP. Discalceati Carmelitæ sunt incapaces tum ex regula, tum ex Constitutionibus Italicis in Italica Congregatione.*

8 *Regula adducitur de paupertate in contrarium.*

9 *Constitutiones adducuntur de paupartate.*

10 *Formalitatum distinctio in usum facti, & usum juris in præsenti non applicabilis.*

11 *Regulæ, & Constitutiones Regulares non sunt formalizandæ, sed ad litteram explicandæ.*

12 *Incapacitas omninò est in Discalceatis, & quare non assimiletur Italica Congregatio domui Professæ Societatis Iesu, & Theatinis.*

13 *Capacitas ad finem vendendi, unde orta sit in quibusdam Rgularibus.*

14 *P. Elias à S. Theresia quid referat dictum à Clemente VIII. Regi Persarum de incapacitate hujus Italicæ Congregationis.*

15 *Iesuitarum Regulæ, & Constitutiones in novum adducuntur pro Italica Congregatione Discalceatorum Carmelitarum.*

16 *Capacitas ad finem vendendi à quo inventa, & secundùm Adversarium etiam in Capuccinis posset dari.*

17 *Vsusfructuarius fruitur ratione servitutis proprietatis, sed Dominium habet fructuum.*

18 *Carmelitarum Discalceatorum modus vivendi describitur à Clemente Octavo Sciababæ Regi Persarum.*

19 *Definitorium generale, quid possit circa bona distribuenda.*

20 *Definitorium generale quid possit applicare alteri Monasterio, & quando.*

21 *Privilegia vivæ vocis oraculo sunt sublata per Vrbanum Octavum.*

22 *Ridicula partis refellitur responsio.*

23 *Definitorium generale, an & quando possit Constitutiones declarare.*

24 *Opera pia, & onera talia, quæ sint, & an in præsenti.*

25 *Responsio ad Patrem Thomam à Iesu refellitur manifestissimè.*

26 *Pater Antonius à Spiritu Sancto, loquens de Hispanicis Constitutionibus, non potest applicari ad casum.*

27 *P. Antonius allegat Constitutiones, & locum illarum, quas non habemus inter Italicas Constitutiones Congregationis Discalceatorum.*

28 *Lezzanæ locus corroborat nostram sententiam.*

29 *Capacitas diversa est in Hispaniis, ac in Italia inter Patres Discalceatos.*

30 *Transactione fuit terminata D. Staibani controversia, ergo non benè explicatur à parte.*

31 *Historia Clementis VIII. cum Sciababa Rege Persarum, non diluitur à Patribus.*

ARGUMENTUM.

Incapacitas succedendi ad finem retinendi, & non ad finem vendendi, licèt possit practicari in domibus professis Jesuitarum, & Theatinis, non tamen poterit practicari cum Patribus Franciscanis Capuccinis, vel strictioris Observantiæ, neque cum Discalceatis Carmelitanis Regulæ & Constitutiones Regularium sunt diversæ. Quid disposuerit S. Theresia de paupertate, quid Patres zelotes ejusdem. Quid possit Definitorium Generale super Constitutionibus, & in quo differt Congregatio Hispanica, à Congregatione Italica quoad capaci-tatem eorum Patrum.

VERIDICA RESPONSIO
ad fundandam incapacitatem hæreditatis quondam Regentis de Marinis, Monasterii Sanctæ Mariæ Matris Dei Discalceatorum Carmelitarum,

ADVERSUS

Æquivocas quasdam propositiones, & utramque Congregationem confundentes Hispanicam, & Italicam;

CORAM

D. R. Consiliario de Rosa.

1 Illustrissime Domine, ab Adversario pro Patribus Discalceatis Carmelitis scribente, nihil aliud novi affertur, nisi quod Romæ dictum est, à D. Secretario hujus Tribunalis in scriptis typis impressis adductum pro Patribus, tamen quia video sese involuentem in explicando novo incapacitatis genere vero, sed non applicabili, nec à Patribus Italicæ Congregationis somniato, ejus dictis brevissimè respondendum puto.

2 Duplicem incapacitatem distinguit, unam ad finem fruendi, retinendique, aliam ad finem vendendi, quam agnoscimus sanè in domibus professis Societatis, & in Patribus Theatinis, ad primam reducit incapacitatem Patrum Discalceatorum, scilicet ad finem retinendi, & fruendi, sed non ad finem vendendi; sed vellem in testes adducere Patres illos, qui suas Constitutiones firmarunt, vellem adducere, Zelotes Patres nunc viventes aliter sentientes, vellem adducere, quod sibi Præsuli Illustrissimo dixerunt interdum, quod dubitant an in Capitulo generali sint Zelotes parati ad concurrendum pro tali capacitate denuo in ordine instituendo, quando vidimus, & videmus tam Amatores S. Paupertatis, ut pro ea vitam dimittere sint parati.

3 Hoc tamen argumento clauditur os Adversarii, si Patres Discalceati Carmelitæ essent capaces, ubi Missiones sint non sunt, & in Civitatibus magnis ad finem acquirendi, & vendendi, sed non ad finem retinendi, & fruendi, rogo ab Adversario quem adducit pro hoc Authorem clarè sunt Constitutiones denegantes tali casu capacitatem, nullus ex Patribus hujus Sanctissimæ Italicæ Congregationis id somniavit pro Jesuitis, & domibus professis ex renuntiatione jam facta in Congregatione generali talem modum loquendi agnoscimus apud Suarez, Sanchez, Molinam, Castrum Palaum, Lugo, Bellarminum, Vasquez, Pellizzarium, Azorium, cæterosque alumnos dictæ Societatis, apud Theatinos taliter incapaces eandem agnoscimus explicatam à Naldo Megalio, Peregrino, Pasqualigo, Vitali, Pelliccione, Diana, del Bene, Castaldo, Sylos, cæterisque, at Adversarius suo marte hanc incapacitatem in hac Sanctissima Congregatione Italica introduxit contra Regulas, & Constitutiones ejusdem contra declamatam à S. Matre Theresia paupertatem, & contra alias Constitutiones, & ordinationes tam sanctè, tam salubriter institutas.

4 Secundò, sic argumentor: Religiosi, qui sunt incapaces ad finem retinendi, sed non ad finem acquirendi, & vendendi, alienant bona stabilia ex necessitate, quæ premuntur alienare, & hoc fine assensu Apostolico, ut post Lezzanam, Sanchez, del Bene, Barbosam, Riccium, Palaum, & alios dicit P. Antonius à Spiritu Sancto Carmelita discalceatus *de privilegiis*, *tractat.*20. *disput.*1. *sect.* 4. §. 1. *numer.*177. Sic videmus declarasse Sacram Congregationem in Theatinis, & Patribus domus professæ Societatis Jesu, & talis est Observantia; sed Patres discalceati Carmelitæ nequeunt alienare bona sine assensu S. P.
5 ut ex Bulla Urbani, & declaratione ab eodem facta, de qua Tamburinus *tom.*3. *de jure Abbatum*, *disput.*13. *quæsito* 6. Peyrinus *to.* 2. *de privilegiis*, *ad Bullas Urbani VIII. fol.*363. *& seqq.* P. Antonius à Spiritu Sancto *dicto tract.*20. *disput.*1. *sect.* 4. §. 1. & novissimè P. Frater Augustinus à Virgine Maria Discalceatus Carmelita *de privilegiis Regularium*, *in verbo alienatio*, *in fine*: unde omnia privilegia Regularibus concessa alienandi, sunt revocata, sed
6 non illis, qui sunt incapaces ad finem retinendi, & sic solum domus professæ Societatis Jesu, & P. Theatini alienant sine assensu Apostolico, quia sunt incapaces ad finem retinendi, & sic coguntur vendere; ergo quomodo dici poterit ab Adversario, Patres Discalceatos Carmelitas esse capaces ad finem vendendi, non ad finem retinendi.

Dictus Adversarius putat dari aliam incapacitatem ex 7
vi Regulæ, & ex vi Constitutionum, Fratres Sancti Francisci strictioris Observantia vocat incapaces ex vi Regulæ, & ex vi Constitutionum, at cæteros vocat Mendicantes ex vi Constitutionum, quasi non ex vi Regulæ: sed rogo Adversarium videat Regulas; sunt enim Regulæ ante Constitutiones positæ, quæ fuerunt porrectæ Urbano confirmandæ simul, & Constitutiones legat caput illud *folio* 6. cujus rubrica Regulæ est; quod liceat habere in communi, & videbit, Asinos autem sive mulos, prout vestra 8
expostulat necessitas, vobis habere liceat, & aliquot Animalium, sive volatilium ad nutrimentum, ò Sanctissima Religio, ò Zelotes Patres verè Sanctissimi, quid præceperint posse in communi haberi, & retineri, non prædia 9
Afragolæ, & alibi, non domos, & viridaria ad finem percipiendi emolumenta, & frugifera, sed solos Asinum, vel Mulum, & aliqua Animalia ad usum necessarium, & tales sunt etiam Patres hodie Zelotes, qui eam observant; distinguere ergo quomodo poterit Adversarius, quando luce meridiana sunt incapaces tum ex Regula; tum ex Constitutionibus, quibusdam tamen locis exceptis, ut alias dictum fuit.

Recurrit adversarius ad modum, & formalitatem Aquarii Soncinnaris, & aliorum scilicet ad modum loquendi 10
Regularium, quia dicit, ex quo Regula S. Francisci permittit usum facti, ideò illius fratres sunt incapaces etiam ad finem acquirendi, quasi quod in Regulis Discalceatorum permittatur usus facti & juris, & ideò sunt capaces acquirendi.

Sed parcat mihi Adversarius, quando nec in Regula S. Francisci permittitur usus facti, nec in hac sanctissima Religione permittitur usus juris, quia isti sunt termini Scholarum non sanctissimorum Fundatorum, & in Regula Discalceatorum, ut supra dicebamus sub rubrica, quid licitum sit habere in communi, nihil aliud dicitur, nisi Asinos, sive Mulos, prout necessitas expostulaverit, & aliqua animalia ad nutrimentum, & non est res parvi pendenda, quia sunt Regulæ, & Constitutiones, quæ agunt de toto asse ad finem perfectionis acquirendæ, & non di- 11
stinguitur usus facti in Mulo, vel Asino, aut in volatilibus, & quando pervenerunt Constitutiones adjunxerunt usum viridarii sine ullis redditibus, & emolumentis, & nunc volumus dare capacitatem ad finem vendendi, discutiant hæc omnia in eorum conscientiis, quia non sunt quæstiones de lana Caprina, nec de *leg. Gallus*, *ff. de Liberis*, *& Posthumis*, sed de legibus Regulæ, & Constitutionum, quibus Religiosus dirigitur ad perfectionem, qua Regula defraudata finis Religionis non acquiritur.

Pergit D. Adversarius dicere: quod post Trid. Mendi- 12
cantes adhuc sunt in duplici differentia, quia Capuccini, & strictioris Observantiæ sunt omninò incapaces, cæteri Mendicantes capaces quoad utrumque effectum, Domus Professæ, & Theatini ad finem vendendi tantùm sunt capaces & ad finem retinendi incapaces.

Sed ad primum de incapacitate Capuccinorum, &c. non occurrit dubitare ad alios Mendicantes nec etiam, & sub tali genere poterant Patres collocari, & benè stabant ante annum 1631. quando porrexerunt Constitutiones, & Regulas Sanctissimo Urbano VIII. confirmandas, Domus Professa, & Theatini: audiat Adversarius veram rationem, sunt incapaces, quia ipsi voluerunt esse tales, Jesuitæ pro domibus Profesis renunciarunt capacitati sibi traditæ à Concilio, Theatini sunt incapaces, non ex vi Regularum, sed quia noluerunt eam capacitatem habere; & ideò non porrexerunt Pontifici Regulas, vel Constitutiones continentes positivam incapacitatem, sed Patres nostri sanctissimi tradiderunt Constitutiones: confirmandas Pontifici, ubi se incapaces in Regulis, & Constitutionibus dixerunt, & pro aliquibus locis se fecerunt capaces: nunc verò quod loco incapaci est hæreditas relicta ad effugiendum jus aliorum, dicunt se esse capaces ad finem vendendi, veniant Capuccini, Fratres strictioris Observantiæ, & alii, & dicent etiam se esse tali modo capaces, at hoc esset totum cœtum Regularium destruere, ergo talis for-

formalitas numquam audita, à Patribus non cogitata, à Sanctissimis illis Religiosis non exorata; sed omnimoda petita, destruenda nunc non est, & si Jesuitæ, & Theatini renunciarunt expresè capacitati, isti Patres renunciarunt expressivè, & oppositivè Regulas, & Constitutiones condentes de incapacitate loquentes, neque ullum verbum de tali formalitate loquentes, sed est merus intellectus, & speculatio subtilis Advocati Discalceatorum.

13 Undè argumentor ad hominem contra Adversarium per Regulas, & declarationes eorumdem Jesuitæ ita dixerunt (quicquid stabile illi datum fuerit, teneatur eo quam primùm poterit se emere, & vendere Jesuitæ pro domibus Professis hanc condiderunt legé, sed Patres Discalceati nullam talem Regulam, nec Constitutionem, nec declarationem adducunt: ergo non possunt ullo modo dici capaces ad finem vendendi, quia talis capacitas non à cerebro, sed à Regula, & Constitutione, vel alia declaratione est habenda à Summo Pontifice approbata, ut fecerunt Patres Discalceati S.Congregationi, qui non possunt dici incapaces ad finem retinendi, sed se capaces fecerunt elapsis annis in Capitulo generali, pro Monasterio S. Nicolai de Tolentino Neapolitano, ut videmus talem authenticam declarationem, quam cum nostri Discalceati non adducant omninò incapaces sunt,ut verè, & juratè dici debent.

14 Pergit Adversarius ad distinctionem Provinciarum Religionis, inter Hispanicam, & Italicam Congregationem, & dicit fuisse confirmatam Italiæ à Clemente VIII. Congregationem Italiæ sub anno 1600. *in Bulla* 71.

Sed rogo Adversarium, ut dicat Patribus, ut ad se adducant librum Doctiss. Sanctiss. Viri P. Eliæ à S. Theresia Carmelitæ Discalceati, qui duo volumina scripsit de missione Ecclesiæ triumphantis & militantis pro liberandis animabus Purgatorii, hic Pater *lib.2. cap.31. numer.90. folio* 621. refert Clementem VIII. de anno 1604. misisse ad Regem Persarum Sciababam quatuor Patres Sanctissimos, & dum Clemens redderet Regi Persarum rationem statutorum, & observantiæ eorumdem Patrum, ut patet ibi (*ut illorum quoque vivendi rationem accipias, nec communi quidem nomine proprietatem, aut usum retinent, & quotidianum victum, aliaque ad Ecclesiarum cultum, & usum vitæ necessaria, ex pia eleemosynarum oblatione capiunt nudis pedibus, &c*) ergo ecce quomodo Clemens VIII.à Patribus accepto vivendi genere, ad Sciababam Persarum Regem illos misit, & qualiter declaraverit incapaces esse, & modum vivendi, vel ergo Patres deceperunt S. Pontificem, & ipse decepit Sciababam, vel & tunc, & modo ad nullum decipiendum nati, sed solam veritatem præ oculis habentes, se omnimodo incapaces dicere debent: & miror, quomodo ad hanc Historiam à Patre tam Sanctissimo relatam nihil responsionis agnoverint in partis adversæ allegatione, quod mirum non est, quia certè scio Patres ita sentire, prout ego.

15 Et sic Regulæ pro domo Professa Jesuitarum ab ipso allatæ potiùs probant contrarium ejus ad quod allegat pro hac sanctissima Congregatione, quia ibi apertè datur capacitas ad finem vendendi, sed in nostra Discalceatorum Cong. Italica,nec ad finem vendendi,nec ad finem retinendi,ut patet legenti Regulas,& Constit. gratis; ergo confundit,imò ut rectius loquar gratis sibi figurat pars talem incapacitatem, neque ex eo, quod eam videat in Jesuitis quoad domos Professas, & in Theatinis applicare poterit ad hanc de qua agimus Congr. Italicam, quia illæ expresè renuntiarunt capacitati quoad illum modum, sed ista strictioris Observantiæ causa Regulas, & Constitutiones sic approbari à Summ. Pontif. Urbano postulavit quoad omnimodam incapacitatem, ut & S. Mater Theresia dictaverat, & Sanctissimi Patres fundaverint, & ad loca S. Matris Theresiæ nullam video datam responsionem, sed ad formalitates recurrentes vidi, quibus non judicandum in materia tam nervosa, sed argumentandum potius censeo.

16 In versiculo, quod verò attinet ad nostros Discalceatos Congregationis Italiæ, dicit Adversarius, per Constitutiones ejusdem prohiberi possessionem tantùm, & uti frui, non verò acquisitionem in ordine ad venditionem, quam concedit in Civitatibus magnis fieri posse.

Sed peto ab Adversario plura: Primò, quis ei hoc revelavit, quis Patrum Discalceatorum super Constitutionibus Italicis scribens hoc asserat, quando id declaravit unquam sacra Regularium Congregatio, quando sic Sacra Rota Romana id deciderit, sanè ullus, & numquam sic interpretatum fuit, & ratione, quia si hoc esset, posset idem dici ad relaxandam paupertatem in Religione Cappuccinorum, & strictioris Observantiæ, quod falsum est, & alia ratione, quia Sacra Rota decidit, talem incapacitatem in Jesuitarum domibus professis, & Theatinis ob eorum renuntiationem capacitati, quam in Patribus nostris non habemus, & illi, qui sunt incapaces ad finem retinendi statim vendunt, & alienant bona sibi relicta, ex vi suarum Constitutionum, quod hic in Patribus non habemus, & si prohibetur (*frui*) prohibetur dominium 17
etiam bonorum acquirere ad exemplum usumfructuarii, qui est Dominus fructuum, quos percipit, unde si prohibetur dominium acquirere, quomodo habent ultra usum etiam frui re relicta, quis scit si hoc exemplo ducti Fratres Cappuccini, & strictioris Observantiæ, dicant nobis prohibitum est frui, sicque possessio, ergo possumus habere bonorum dominium nobis relictorum ad finem vendendi, si hoc dicant authoritate hujus Doctoris, & non aliorum dicere possunt, & tunc væ væ Observantiæ Regulari Fratrum Minorum, sicuti ergo non possunt hoc dicere Fratres Minores, sic neque isti Patres, quorum modus 18
vivendi, ut Clemens VIII. Regi Persarum scripsit etiam Patribus Pontifici porrectum, totus est in eleemosynis fidelium, legatur Breve prædictum Regi Persarum directum in Missione illorum Sanctissimorum Virorum, ne dicamus Pontificem decipere voluisse Sciababam Persarum Regem.

Sed Adversarium audiamus adducentem ad nostrum fa- 19
vorem Constitutiones Religionis *p.3. c.28.* §.4. ubi agentes prudentissimi Patres de officio Discretorum, & dicunt, quod si Conventui alicui legata, vel donata fuerint aliqua bona stabilia, reditusve annui census, Prior, ac discreti illa nequeant alienare sine consensu Præpositi, & Definitorum Generalium, qui si Conventus, cui illa bona obvenerunt redditus habere non possit, aut certè si possit habere, non tamen indiget ab alia bona, quæ jam ei sufficere, videantur, inter nostra Monasteria distribuent, aut vel pluribus juxta nostra privilegia tribuant, prout ei expresè videbitur.

Sed videant Patres, quàm benè eorum Constitutiones non agnoscunt capacitatem ad finem vendendi, quia posset illud Monasterium incapax vendere, ut possunt domus professæ Societatis Jesu, & Patres Theatini, sed Constitutio dicit non posse vendi, sed aliis Monasteriis applicari, ergo, &c. præterquam quod hoc nihil ad nos, quia loqui- 20
tur de legatis, & donationibus, non de universalibus dispositionibus factis, ac etiam Cappuccinis, & strictioris Observantiæ quorum Monasteria sunt incapacia hæreditatis possunt legata, & donationes fieri, dummodo non sint in perpetuum, sed pro unica vice, vel ad annos triginta, & recol.memoriæ Regens Cacacius reliquit RR.sororibus Cappuccinis quingentos ducatos infra decennium solvendos per Montem septem operum Misericordiæ, quod numquam prætendit Reverenda Fabrica, & de talibus dispositionibus loquitur Constitutio, quod possint Patres si relinquantur loco incapaci applicari alteri per definitorium generale, at in præsenti quando Definitorium generale hanc hæreditatem alteri applicavit, forsitan vult nunc quando est aliis jus quæsitum, certè non poterit, ergo, &c. tum quia d. Constitutio non loquitur de hæreditate,& dato quod ita loqueretur non est à Definitorio alteri applicata, apertè concludit non esse capaces ad finem vendendi, sed simpliciter incapaces, imò P. Antonius à Spiritu Sancto *de privileg. in particul. tr.20.disp.1.sect.1.§.1.n.*175. disputavit articulum ad interpretationem Constitutionis 21
Italiæ *p.3. c.28.* §.6. & Hispanicæ 2. *parte*, *c.4. numer.* 19. an possit Prælatus de sui Capituli Provincialis licentia dare librum aliquem unius Monasterii alteri Monasterio, & dicit posse, sed non fundatur in privilegiis Religionis, quæ cum fuerint concessa vivæ vocis oraculo omnia per Urbanum VIII. fuerunt sublata ad notata per Fratrem Juniparum à Trapena, de revocatione privilegiorum vivæ vocis oraculo concessorum, & notat idem P.Antonius, & novissimè P.Augustin. à Virgine Maria Carmelita discalceatus *de privil. in verbo alien.* &c. *& in verbo privilegia vivæ vocis articulo.*

In

22 In versiculo, quod incipit (*quamvis autem*) noster Adversarius, dicit esse Monasterium capax ex duplici medio: Primò, quia Constitutiones loquuntur de Monasteriis, quæ existunt in urbibus magnis, quod sint incapacia, sed Monasterium, de quo agimus est extra urbem, ergo baculus est in angulo, & hoc motivum jocosè potius dictum fuisse autumo, nec Patres somniarunt, quandoquidem tractantur, ut Neapoli, non extra Neapolim commorantes, & me de hoc remitto ad eosdem Patres, qui non dicuntur extra districtum commorantes, sed in Urbe Neapoli, propè studia, nec dicitur Monasterium alterius loci, nisi caput, & Metropolis Provinciæ Neapolis, cum hic sit residentia, &c.

23 Ad id verò, quod ad Definitorium generale spectat declarare Constitutiones, recipit argumentum, quia cum hoc adhuc non fecerit totum generale Definitorium, non poterit nunc facere, quando hæreditas est loco incapaci relicta, & si oportet antecedenter locus fuisset declaratus capax, quod cum non sit factum, & vigeant adhuc Constitutiones Discalceatorum, non poterit nunc facere Definitorium generale, & quando ad Capitulum pertinet dividere bona, &c. intelligitur, ut Constitutio cantat de bonis relictis titulo legati, non titulo hæreditario, cujus dicta domus, & aliæ similes sunt incapaces.

24 Fuisse hæreditatem relictam cum onere eidem Conventui, asserit quando nullum aliud onus apposuit, nisi orandi Deum pro Anima sua, quantum enim apparet in hæreditate sunt scuti quinquaginta mille, salvo meliori calculo, & ad minus remanet pro quadraginta millibus Monasterio Discalceatorum, cum solo onere orandi Deum pro ipso, quod propriè incapacitatem denotat, atque significat vigore Constitutionum, & Regularum ejusdem Religionis, nec est onus adjectum ad arbitrium Patrum, philosophatur Adversarius, sed simplex onus, & opus orandi, ut patet ibi, (*non con altro peso, se non, che preghino Dio per l'anima d'esso Testatore*,) quare onus nullum, nulla opera pia sunt adjecta, sed opus simpliciter orandi, sicque nullum anniversarium, nullum onus Missarum, alioquin possent dicere Patres, quod relicta hæreditate loco incapaci intelligeretur onus Missarum, & piorum sacrificiorum ad fraudandum ei, cui jus acquiritur ex incapacitate, quod falsum est dicere, & à Definitorio Provinciali potest taxari numerus Missarum relictarum scilicet ratione fundationis alicujus Monasterii, vel Collegii, quod non est in casu nostro, ubi non sumus in fundatione, aut constructione alicujus loci pii, sed in relicta hæreditate loco incapaci, ad quam incapacitatem fraudandam, volumus philosophari de Missis, & aliis relictis, quando Testatoris voluntas circa talia opera nulla fuit.

25 Neque aliquid dicitur in responsionibus ad authoritates adductas in contrarium, non ad illam zelantissimi Patris Thomæ à Jesu, non benè dicitur sanctissimum illum Patrem loquutum fuisse de incapacitate ad finem retinendi, & conservandi, non ad finem acquirendi dominium, videte Patres ne vos decipiatis, quia loquitur ibi de Tridentino loco, qui fecit capaces omnes Regulares mendicantes, eosque ad omnem effectum, exceptis Capuccinis, & strictioris Observantiæ, nec erat nota Tridentino talis incapacitas ad finem retinendi, sed à Rota fuit applicata in Domibus Professis Societatis Jesu, quæ renunciarunt tali capacitati, quod idem in Patribus Theatinis dixit Rota, sed Patres nostri non renunciarunt capacitati, quasi quod eorum Regulis non repugnaret, sed expresè suas Regulas, & Constitutiones super incapacitate loquentes Pontifici porrexerunt & confirmatas habuerunt, ergo P. Thomas à Jesu de hoc non loquitur, sed de omnimoda incapacitate in communi, rogo, ut videant Domini judicantes talem zelantissimum sui Ordinis Patrem, & cum eo judicentur, & in tractatu de paupertate, qui adducitur ad probandam capacitatem, non advertunt Patres, quod scripsit ante ann. 1631. & ante confirmatas Constitutiones ab Urbano VIII. quando de suis Constitutionibus reddiderunt positivè incapaces pro Congregatione Italica, licet aliter, ut infrà dicemus sit in Congregatione Hispanica, de qua loquitur Pater ille.

26 Sed Domini judicantes cavete, ne decipiat vos locus allegatus à parte, scilicet Patris Antonii à Spiritu Sancto in *tractat. 3. de obligat. Regularibus*, *disput. 4. sect. 1. numer. 15. & 16.* ubi ait, quod Congregatio Carmelita Discalceata renunciavit prædicto privilegio Trident. quoad Conventus, & allegat Constitutiones suæ Congregationis *part. 1. cap. 7. numer. 11.* ubi advertite judicantes, quod P. Antonius loquitur de Congregatione Hispanica Carmelita Discalceatorum, quæ capax est quoad Collegia, incapax quoad alia, sed non de Congregatione Italica, quæ habet suas Constitutiones à Papa Urbano firmatas, & nullibi de dicta Constitutione, quæ nec etiam apud Constitutiones Italicas, ergo attendite, & videte, ne vos decipiatis taliter legentes, sed legite Italicas Constitutiones, de quibus nunc agimus, à quibus tota oritur incapacitas Discalceatorum, quia de tali renunciatione Trid. nec verbum illud Patres in eis somniarunt.

Et dum P. Antonius *in dict. disput. 4. sect. 1. numer. 26. 30. & 32.* ait posse Mendicantes incapaces possidendi, ut Congregationem Discalceatorum succedere in hæreditatibus, non ut retineant, sed ut vendant, ad quod allegat suam Constitutionem Hispanicam *part. 1. cap. 7. numer. 11. & numer. 59. cum tribus seqq.* ubi allegat easdem Constitutiones *dict. part. 1. cap. 7. numer. 14.* quæ tamen in Constitutionibus Italicis non sunt, quia Pater Antonius loquitur secundùm illas, & ideò rogo videri, quia apparebit æquivocum partis adversæ, nos enim Itali, & Italica Congregatio discalceatorum non vivit secundum Constitutiones Congregationis Hispanicæ, sed secundùm suas proprias, quas fecit de anno 1631. & approbari fecit cum clausula irritante à Sanctissimo Domino nostro Urbano VIII. & ad illas est recurrendum pro incapacitate fundanda, non ad illas Hispanicas à P. Antonio adductas, inter quas Italicas verbum ullum adest de tali renunciatione capacitatis, & in hoc æquivocant Patres, quia quando aliquid est sibi favorabile, recurrunt ad Constitutiones Hispanicas diversæ Congregationis, ut per se patet, sed quando est odiosum ibi, & favorabile in illis Italiæ, recurrunt ad illas Italiæ, quod fieri non posse patet ex approbatione facta super dictis Constitutionibus à Sanctissimo Urbano cum clausula, & pœna taliter vivendi, & non aliter, & quod hoc sit verum eadem pars adversa respondens ad Lezzanam *tom. 2. Regul. quæst. cap. 1. sub numer. 107.* dicit Patrem Lezzanam loqui de Conventibus Congregationis Hispaniæ, & in eis dat incapacitatem possidendi, & sic loquitur P. Antonius secundùm Constitutiones, quas refert scilicet Congregationis Hispaniæ, ubi Collegia sunt capacia, Conventus sunt incapaces eo modo, quo explicat, sed Italicæ domus in locis magnis sunt omnimodo incapaces ad utrumque effectum, ut ex Constitutionibus apparet Italicis scilicet non Hispanicis, cum illis enim vivimus, non cum istis.

Ad Dom. Pauli Staibani locum nihil video respondi, sed scio fuisse illud negotium transactione sopitum, non decisum; esto quòd Patres Societatis Jesu domus Professæ vigore renunciationis factæ, sint incapaces ad finem retinendi, sed capaces ad finem acquirendi, & vendendi, & tamen video ibi Doctores tam solemniter scripsisse, & negotium non sententia, sed transactione finitum.

Ad illam Historiam solemnem de Rege Persarum, & Clemente VIII. scribente, ac totum statum hujus Apostolicæ Religionis discribente nihil video responsum, & nil mirum, quia res est claro clariùs hos Patres esse incapaces ea incapacitate, non quam figurant Adversarii, sed quam sibi præscribunt Constitutiones Apostolica authoritate roboratæ, hoc totum est hodiè propositum pro veritate, in die autem judicii unicuique notum erit qualiter hoc negotium se habeat, etiam zelotissimi Patres ita mihi quotidiè tradunt, & scribunt Amatores eorum pristinæ, & reformatæ paupertatis, &c.

DISCEPTATIO CLVIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Episcopus non potest dismembrare fructus Collegii, & quando.*
3 *Litteræ Apostolicæ sunt omni reverentia servandæ.*
4 *Bullæ Pontificiæ plura possunt recipere impedimenta.*

5 Pos-

5 *Possessorium Capituli Terræ Montellæ est manutenendum in cura animarum, & electione ex ipsis Canonicis in tali cura Parœciarum.*
6 *Episcopus non potest Collegium facere, neque destruere.*
7 *Ultimus status Capituli Terræ Montellæ servari debet.*
8 *Episcopus Nuscanus in præsenti turbat Capitulum Terræ Montellæ.*
9 *Cura animarum, quæ est penes totum Capitulum non potest ab Episcopo dari solum Archipresbytero, aliis nolentibus.*
10 *Episcopus non potest imponere novum onus Collegio, Beneficio, &c.*

ARGUMENTUM.

Episcopum non posse separare fructus à Collegio Canonicorum, & quid si Bulla Pontificis sit obtenta pro aliis Parœciis construendis, & an Cura Animarum possit alteri applicari ab ea Ecclesia, cui primò erat applicata, & quando, & an si sit penes totum Capitulum, possit uni tantùm applicari?

PRO

RR. Archipresbytero, Primicerio, & Canonicis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Plano Terræ Montellæ,

ADVERSUS

Prætensiones Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi Nuscani.

1 PRætensionem Illustrissimi Episcopi Nuscani, ut Canonici, Archipresbyter, & Primicerius eligant Sacerdotes extra Capitulum in Terra Montellæ in Parœcialibus aggregatis jam Collegiatæ ejusdem Terræ non esse juridicam firmissimè assero; &

2 Probo primò, quia Episcopus non potest dismembrare fructus Collegii pro novis imponendis oneribus, quando sufficientia Parœci deputati per Capitulum Collegialis Ecclesiæ Montellæ satis ad curam animarum est, *cap. utriusque*, ubi omnes Canonistæ, præsertim Cardinalis Zabarella, & Imola *de vita, & honestate Clericorum*, Cassadorus *decis.* 19. *de præbendis*, Verallus *decis.* 222. *part.* 3. Rebuffus *in tit. de congrua, numer.* 65. præsertim cum non probetur defectus servitii, ita quod propter paucitatem ministrorum, & Parœcianorum multitudine, aliqui decesserint sine Sacramentis, ut sic practicatum refert Genuensis *in praxi, capite* 75. *in annotationibus*, Riccius *in praxi, part. prima, resolut.* 43. Ergo posita facti specie, de qua in præsenti, non potest Episcopus id facere.

3 Probatur secundò, quia dato quòd esset necessitas urgens, Collegialis Ecclesiæ Terræ Montellæ auctoritate Apostolica Summi Pontificis Leonis X. fuit erecta, qui etiam disposuit curam animarum Parœciarum aggregatarum administrari per aliquem, sive aliquos Presbyteros sæculares ponendos, & amovendos ad nutum Canonicorum, ut in Bulla erectionis; quæ cura cum fuerit penes totum Collegium, & Capitulum, fuit ab eisdem Canonicis commissa tribus diversimodè. Ergo Episcopus utpotè executor literarum Apostolicarum, debet eas ad unguem servare, nec in aliquo alterare. Quod si aliter sibi nunc videatur faciendum, Summo rescribat Pontifici; si aliquod impedimentum, vel scandalum prævideat secuturum ex adimplemento illarum, ut in puncto de his materiis loquuntur jura *in cap. si quando* 50. *de Rescriptis, cap. cum teneamur* 6. *de Præbendis, Auth. de mandatis Principum, §. deinde competens*, ubi Glossa *in verb. Nuntians*, Covar. *pract. cap.* 35. qui ait: Quod literæ Apostolicæ sunt manutenendæ, & exequendæ, & quando aliquod prætenditur in contrarium, quod non possint Episcopi eas impedire; ut latè Camillus Borellus *de præstantia Regis Catholici, cap.* 52. *numer.* 4. Gened. *quæst.* 18. *numer.* 19. Bovadill. *in politica, lib.* 2. *cap.* 18. *numer.* 208. Zerola *in praxi benefic. §. litteræ Apostolicæ*; Emanuel Rodriquez *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 6. *artic.* 8. Menochius *consil.* 1000. *volum.* 10. Ergo multo magis in præsenti; ubi non agitur de illis 4
observandis à principio; sed de retinendis eisdem per certum, & plures annos observatis, circa quod facilius dantur remedia, & manutentio, Abbas *in c. Iudæi, numer.* 2. *de Iudæis*, Valenzuela *consil.* 4. *numer.* 36. Solorzanus *de jure Indiarum, lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 10. Alexand. *consil.* 83. *numer.* 4. *lib.* 20. & facilius conceditur retinere quam de novo acquirere, *l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris*, Surdus *decis.* 40. *numer.* 5. Menochius *consil.* 32. *numer.* 37. & facilius toleratur jus quæsitum, quam quærendum *leg.* 2. *§. ex his, leg. pluribus, §. finali, ff. de verborum, leg. ut pomum, §. ultimo, ff. de servit.* Quemadmodum è contra facilius impeditur jus competiturum, quam extinguatur acquisitum, *leg. Papinianus, §. conditioni*, ubi Glossa *ff. de inoffic. testamento*, & difficilius impeditur introductio, quam productum in esse *dicta leg. patre furioso*, Gratianus *capit.* 965. *numer.* 50. Ergo non est juridica prætensio Illustrissimi Episcopi Nuscani.

Probatur tertiò, quia non solùm Capitulum habet pro 5
se petitorium, & titulum, ut fundavimus ex vi erectionis, sed etiam habet possessorium pro tempore, de quo in scripturis. Ergo debet manuteneri in hac antiquissima possessione, cum tali solemni titulo erectionis pro quo sufficeret etiam sine titulo, ut latè Rota Romana coram Motmanno in Vicentina Collegii die Lunæ 7. Junii 1652. Circa id verò quod dictus Illustrissimus peculiariter prætendit prædictos, scilicet Canonicos non posse eligere seipsos; sed debere eligere alios ad exercendam dictam curam animarum, Parœciarum unitarum prædictæ Collegiatæ. Tunc verum esset, quando electio ista compromissa esset uni soli, & in tali casu non posset eligere se ipsum, *ut per capit. quia Clerici, de jure patronatus*, & habetur apertè in Glossa, tum quia jussus dare alicui, non potest sibimet retinere, tum quia videretur sibimet auctorizare, ut per Text. *in capit. qualiter, de electione*; tum etiam quia inter electum, & eligentem debet esse distinctio, sicuti inter baptizatum, & baptizantem. At in re nostra diversus est casus, diversa est ratio, diversus est modus, cum plures sint electores; & semper magis idonei, & per Episcopum approbati eligantur ad habendam curam animarum prædictarum Parœciarum: quia ipsi electores Archipresbyter, Primicerius, scilicet, & Canonici se habent in hac electione per modum compromissarii, quibus compromittere Summo Pontifici visum est: Et quis umquam negavit, quod Compromissarii non possint eligere ex se, vel ex aliis, si velint, magis ideoneos? cum hoc practicari in dies videamus: Sic habetur *in cap. cum in jure peritus* 33. *de electione*, ubi etiam Glossa *in apostillis*, Castren. *consil.* 230. & notat Speculator hoc titulo circa finem, Roccus de Curte *numer.* 16. & multi alii. Ergo sequitur, & benè capitulum posse eligere aliquos ex suis, & multò magis ob centenariam continuatam possessionem. Nec po- 6
test Episcopus aliquid facere contra, quia esset destruere collegium, quod non potest construere, ut benè Rota *p.* 1. *divers. decis.* 155. argumento sumpto à correlativis, quod valet, ut dicunt DD. *in rubrica, ff. de acquir. possess.* ergo capitulum collegiatæ Montellæ debet manuteneri in quasi 7
possessione curæ animarum per suos administrandæ, non per extraneos, ut benè Rota *decis.* 560. *part.* 2. Cavaler. *decis.* 609. Rota *decis.* 151. etiam in possessione data ab executore literarum Apostolicarum, Burattus *dec.* 318. *numer.* 12. *&* 13. Lotterius *de Beneficiis, lib.* 3. *quæst.* 5. *numer.* 38. Postius *observat.* 30. *per tot.* & sufficit pro capitulo ultimus status pro manutentione in possessione juris administrandi Sacramenta, Seraphin. *decision.* 1213. Mastrillus *decision.* 12. Postius *observat.* 71. *numer.* 55. *&* 56. *& sequent.* Rota apud Postium *decis.* 3. *&* 258. Ciarlinus *tom. secundo, capit.* 204.

Ergo turbat Episcopus capitulum, & collegiatam, de 8
qua agimus, si cum habeat curam animarum non manutenetur, sed illud turbat insolita administratione Sacramentorum pacificè, & quietè, ut latè Ciarlinus *tom.* 2. *cap.* 180.

Nec potest dici ab Illustrissimo Episcopo, se velle Ar- 9
chipresbyterum tantùm curam animarum administraturum; quia Episcopus debet manutenere capitulum in ultimo statu, in quo reperitur, argum. *c. consultationibus, de jure patron.* Ciarl. *d. c.* 204. sed ultimus status fuit Doctoris

ris D. Hieronymi Carfanei tunc temporis Primicerii, nunc verò Archipresbyteri, & aliorum duorum; ergo talis status attendi debet.

10 Neque potest Episcopus imponere novum onus Collegio, licèt pium, & Ecclesiæ favorabile, *capit. significatum*, *de præb.* latè Ciarl. *controvers. forens. capit. 69. tom.1.* nec facere unionem, aut dismembrationem Collegii, latè idem Ciarlinus *ubi suprà*, *tom.2. capit.* 113. sicut neque potest Episcopus sine justa causa removere Cathedram, & Tribunal à Civitate DD. communiter apud Riccium *tom. 2. resolut.*350. ergo debet Episcopus accedere ad S. Pontificem pro hoc faciendo, & interim, tum in titulo, tum in possessione non turbare capitulum collegialis Ecclesiæ Montellæ, ut faciendum omninò puto.

Nec potest Episcopus cogere Archipresbyterum, ut ipse tantùm administret Sacramenta; & præcipuè Sacramentum baptismatis; qui quotiescumque est legitimè impeditus potest præcipere aliis Sacerdotibus idoneis, ut baptizent, & alia administrent Sacramenta fidelibus, ut patet expresè ex *cap. Officium*, §. *finali*, *de officio Archipresbyteri*. Ibi: Ad Christianos quoque faciendos, & baptizandos infantes, & ad succurrendum, omnia à Sacerdotibus, per jussionem illius fiant. Ratio quia habet jurisdictionem ordinariam, & illam delegare potest aliis. Sicut Episcopis, legitimè impeditis, in visitatione, prædicatione, confessione, aliisque muneribus obeundis; conceditur assumere idoneos ad id exercendum, ut *in capit. inter cætera de officio judicis ordinarii*, *& ex regulis juris*, *in sexto*, qui per alium facit per ipsum facere videtur, &c.

Nec obstant motiva adducta in facto: quia circa primum, quod Ecclesiæ Parœciales Montellæ defraudentur, dico hoc non esse præsentis inspectionis, tum quia non defraudantur, ut in facto; tum quia hoc non pertinet ad Episcopum, sed adeat Sedem Apostolicam, & interim manuteneatur capitulum Montellæ in suo ultimo statu, ut supra dicebamus.

Nec obstat dici in Bulla, quod cura animarum sit administranda ab uno, vel à pluribus, quia; Resp. verba hæc esse ad favorem Capituli remissa; ergo ad ipsum pertinet, unum, vel plures constituere non ad Episcopum. Accedit, quod observantia talis est; ergo manutenenda, nec potest dici intrusio, quia est titulus erectionis; ergo, &c. die 12. mensis Maji .....

DISCEPTATIO CLIX.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur disputanda.*
2 *Procuratio inseritur, quæ fuit datum mandatum ad contrahendum matrimonium.*
3 *Dispensatio gradus à Sede Apostolica concessa verificatur, &c.*
4 *Imploratio voluntatis D. Isabellæ Mastrillo, refertur.*
5 *Denuntiationum dispensatio ad bonum finem facta.*
6 *Patris D.Isabellæ comparitio in Curia Nolana, & in Archiepiscopatu Neapolitano.*
7 *Comparitiones, & replicationes hinc inde adducuntur.*
8 *Procuratio data ad matrimonium quando dicatur revocata à D. Isabella, & qualiter.*
9 *Procuratio nulliter dicitur tunc revocata, sed potuisset ad libitum prius.*
10 *Quæstio de qua hic, alios contingit apud Hispanos de anno* 1582.

1 SUpponitur in facto, quod D. Isabella Mastrillo annorum 16. disposita, cum esset contrahere matrimonium, cum D. Alexandro Mastrillo Duce S. Pauli annorum 22. non solùm ob reciprocum amorem, ac affectionem, & propter qualitates dicti Ducis, sed etiam ob maximam prudentiam, cum essent consanguinei inter se, & ambo descendentes à D. Martio Mastrillo seniore, quæ D. Sabella, utpotè carens fratribus, & sororibus congruè, ac rationabiliter judicavit, bona sua præsentia, & futura titulo dotis velle transferre in consanguineum suæ propriæ domus. Cum ergo esset educationis causa in Monasterio Civitatis Nolæ amborum conjugum Patria, & prævidens, quod expectare maritum haberet, & ad matrimonium contrahendum industria sui patris Ducis Marigliani esset in longum ire negotium suæ sortis; seipsam disposuit, ad contrahendum matrimonium cum eodem: unde ad hunc effectum constituit specialem procuratorem, præcedente etiam dispensatione Sedis Apostolicæ, *fol.* 1. quæ quidem procuratio, seu mandatum ad contrahendum, non solum fuit ab eadem benè consideratum, sed lingua vulgari lectum, & subscriptum propria manu duobus testibus ejusdem D. Isabellæ, quæ in propria subscriptione, non solum approbavit dictam procurationem, sed specificè propriis verbis dixit: *Io. D. Isabella Mastrillo vista, e letta la sudetta scrittura, quella approvo, e sottoscrivo di mia mano, e constituisco mio procuratore à contrahere matrimonio in mio nome con il Sig. D. Alessandro Mastrillo Duca di S.Paolo, quale voglio per mio marito, come di sopra, e di propria mano l' hò scritta. Io D. Esabella Mastrillo.* Quæ procuratio fuit facta per actum publicum 15. Decembris 1667. inseratur.

Copia.

DIe quintodecimo mensis Decembris millesimo, sexcentesimo, sexagesimo septimo, in Civitate Nolæ Provinciæ Terræ laboris, & propriè in Venerabili Collegio Sanctissimæ Annuntiatæ Monialium prædictæ Civitatis, ante crates ferreas ipsius à patre interiori cratium prædictarum, in nostra præsentia constituta Dom. D. Isabella Mastrillo de eadem Civitate, spontè asseruit coram nobis, qualiter se ipsam fecisse diebus præteritis procurationem per epistolam in personam Dom. D. Ascanii Capicii Equitis Neapolitani ad nomine ipsius Dom. D. Isabellæ, contrahendum solemne, & legitimum matrimonium, per verba de præsenti vis, & volo, in faciem Ecclesiæ, cum Domino D. Alexandro Mastrillo Duce S. Pauli, præcedente Apostolica dispensatione ob parentelam inter ipsos existentem, & d. Dom. D. Alexandrum, habendum, & acceptandum in ipsius Dom. D.Isabellæ Sponsum, & Virum, prout ex d. procuratione per epistolam subscripta propriæ manus supradictæ Dom. D. Isabellæ, ac infrascriptorum testium subscriptionis roborata. Tenor cujus sequitur, & est talis, v3.

Con la presente scrittura fatta per mio ordine, e volontà, e che da me di propria mano sarà sottoscritta, Dichiaro Io D. Isabella Mastrillo, haver di mia spontanea volontà libera, risoluto di contraher matrimonio, e voler per mio marito il Sig. D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo persona a me nota, precedente dispensa di Sua Santità, per lo parentado ch' è frà noi, e non potendo per alcune cause contrahere detto matrimonio con la mia presenza, e volendo in in ogni modo effettuarlo, perciò constituisco mio vero, indubitato, e special procuratore il Sig. D. Ascanio Capece à contrahere detto matrimonio in mio nome, col sudetto Sig. Don. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo, & ad accettare il suo consenso, e volontà di volermi per sua moglie, & esplicare il mio consenso, e volontà di voler lui per mio marito, & à proferire per me, & in mio nome, come mio procuratore le parole habili per detto effetto, & à fare ogni atto, affinche detto matrimonio frà detto Sig. D. Alessandro Mastrillo Duca di San Paolo, e me, resti rato, fermo validamente, & indissolubilmente contratto, così come s' Io presentialmente accettassi il consenso, e volontà di detto Sign. D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo di volermi per sua moglie, e dichiarassi la mia volontà di volerlo per mio marito. E concedo anco potestà à detto Sig. D. Ascanio Capece mio procuratore, di poter à quest' atto di contraher matrimonio in mio nome con detto Sig. D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo, sustituire uno, ò più procuratori insolido, come à lui piacerà, e che possa per ogn' uno d' essi contraherſi in mio nome detto matrimonio, come hò detto, & ogn' uno delli procuratori, che lui sostituisce, do la medesima speciale, & ampla potestà come al detto Sign. D.Ascanio mio procuratore ho concessa, e voglio che questa mia procura s' intenda del miglior modo, che può valere, & amplissima per l' effetto predetto, e da me non limitata nè per tempo, nè per luogo, nè per conditione alcuna, volendo omninamente, che detto matrimonio si contraha in mio nome,

me, come hò spiegato, precedente dispensa di Sua Santità, acciò sia valido, e fermo, e percio hò fatto fare la presente scrittura, che di mia propria mano sottoscrivo, e perche detta mia deliberata volonià s'esequisca. Io. D. Isabella Mastrillo vista, e letta la sudetta scrittura, quella approvo, e soscrivo di mia mano, e constituisco mio procuratore à contraher matrimonio in mio nome col Sig. D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo, quale voglio per mio marito, come di sopra, e di propria mano l'hò scritta. Io D. Isabella Mastrillo. Io Anibale Mastrillo sono testimonio, e conosco la sudetta Constituente. Io Carlo de Leonardis sono testimonio, e conosco la sudetta Constituente. Et procuratione prædicta per me prædictum Notarium lecta de verbo ad verbum dictæ Dom. Isabellæ, & per ipsam benè considerata, & recognita ejus subscriptione, spontè coram nobis non vi, dolo, &c. & omnia alia meliori via, &c. eamdem procurationem per epistolam factam dicto Dom. D. Ascanio, & omnia, & singula in ea contenta, &c. ratificavit, emologavit, & acceptavit, ac ratificat, &c. juxta sui seriem continentiam, & tenorem, &c. Necnon iterum, & de novo prædicta Domina Constituens ad majorem cautelam, & spontè coram nobis constituit, & fecit suum procuratorem prædictum Dom. D. Ascanium ad procuratorio nomine, & pro parte ipsius Domin. D. Isabellæ Constituentis, contrahendum dictum solemne, & legitimum matrimonium per verba prædicta de præsenti vis, & volo, inter d. Dom. D. Isabellam Constituentem, & d. Dom. D. Alexandrum Ducem S. Pauli, & ipsum Dom. Ducem acceptandum per ipsius Dom. Constituentis D. Isabellæ verum, & legitimum Sponsum, & Virum (& si oportuerit) dictum Dom. Ducem osculandum, & annuli fidei impositionem, & subharrationem recipiendum, &c. & omnes, & singulas alias cæremonias, & solemnitates exercendam, & faciendum pro contrahendo matrimonium prædictum, prout ipsa Dom. Constituens facere posset, & valeret, ac si præsens, & personaliter adesset, etiamsi in ea requireretur, specialis mentio, & facultas, quæ semper intelligantur pro expressis, at specificè declaratis, & concessis, etiamsi speciale, aut specialissimum mandatum exigerent. Necnon d. Domina Constituens concessit dicto Domino D. Ascanio procuratori omnimodam potestatem, & facultatem addendi, & extendendi in dicta procuratione omnes, & singulas alias clausulas, & facultates ei visas, & placitas pro reducendo in effectum matrimonium prædictum, &c. obligandum namque, &c. sub pœnis, &c. de rato, &c. & similes, &c. instrumentum verò, &c. dans, & concedens, &c. & generali, &c. promittens, &c. dictumque procuratorem non revocare, &c. & proinde juravit, &c. mihi, &c. in cujus rei testimonium, &c. unde, &c.

Præsentibus opportunis.

Extracta est præsens copia à suo originali: instrumentum Actorum mei Notarii Angeli de Sanctis de Neapoli, & facta collatione concordat, meliori salva semper, & in fidem signavi, &c.

N. † A.
De Sanctis.

3 Cum verò esset concessa gratia dispensationis matrimonii à Sede Apostolica, & litteris, ac Brevi præsentato Illustrissimo Episcopo Nolano die 29. Decembris, ex eodem fuit dictum, *ut capiatur informatio ad verificandum expositum*, & primo die Januarii 1668. examinati fuerunt D. Alexander Mastrillus, *fol.* 3. *à tergo*, & Carolus de Alfano, *fol.* 6. *à tergo*, ambo patritii Nolani, tam super verificatione gradus, quam etiam deponentes, quod per aliquid spatium temporis fuerat inter illos talis tractatus de matrimonio contrahendo, & cum die 3. Janu. fuisset interpositum decretum à Curia Nolana, per quod fuit dictum, *Breve Apostolicum esse verificatum*, & proinde licere dictis contrahere matrimonium in faciem Ecclesiæ, eadem die in Civitatem Nolæ se contulit ordine S.E. Dom. Franciscus Moles meritissimus Judex M. C. V. in criminalibus, & ordine ab Episcopo Nolano obtento, ac præsente ejusdem Vicario Generali, ac separata in griptis ferreis D. Isabella ab aliis Monialibus, sola præsente Abbatissa Monasterii, Patris ejusdem D. Isabellæ confidentissima :
4 ut patet ex instantia quam posteà fecit poni posse illius. Accessit ergo idem D. Franciscus Moles ad explorandam voluntatem ejusdem, super matrimonium contrahendum cum eodem D. Alexandro, & dixit se velle D. Alexandrum in suum virum, sed de consensu sui patris, & cum Judex ille dixisset, si vellet matrimonium contrahere, etiamsi pater suus dissensisset, respondit D. Isabella quod sic, & de hoc publicam attestationem fecerunt tam Dom. Judex, quàm Vicarius Generalis Episcopi Nolani, *fol.* 15. & cum institisset dictus D. Alexander Mastrillus pro licentia contrahendi matrimonium apud Episcopum, petens etiam super denuntiationibus, sive publicationibus dispensationem ad evitanda scandala, & violentiam quæ potuisset eidem D. Isabellæ inferri, *fol.* 13. fuit à Judice commissa captura informationis, & sub die 4. Januarii, ut patet *dict. folio* 13. *à tergo*, examinatis testibus, scilicet Clerico Rodulpho Mastrillo, *fol.* 14. & Clerico Francisco Mastrillo; *fol.* 15. comparuit procurator Ducis Marigliani patris ejusdem D. Isabellæ, qui nomine sui principalis exposuit ad ejus notitiam pervenisse, qualiter per Illustr. D. Episcopum Nolanum, & ejus Generalem Vicarium, præsumebatur dispensari super publicationibus super prætenso matrimonio suæ filiæ D. Isabellæ, & præsumens potuisse allici à suis consanguineis Monialibus, institit consignari Abbatissæ loci (quod sanè superfluum fuit, quia dum erat in Monasterio, supponebatur esse sub obedientia Abbatissæ, & sub illius custodia, unde rationabiliter Curia Nolana non audivit, nec providit super tali superflua instantia) & deinde procedi ad expeditionem causæ *folio* 16. *à tergo*, cui instantiæ cum fuisset à patre replicatum, quod ob eandem rationem, quod pater D. Isabellæ præsumebat, vim facere eidem D. Isabellæ, & impedire matrimonium prædictum, debebat Illustr. Episcopus super publicationibus dispensare, *folio* 17. *à tergo*, & examinatis tribus aliis testibus de Nobilibus Civitatis Nolæ, *folio* 19. *à tergo*, & 20. qui dicebant, quod pater erat impediturus dictum matrimonium, ex qua orta fuissent scandala gravia per Curiam Episcopalem Nolanam fuit interpositum decretum 5. Januarii 1668. *licere contrahere matrimonium sine publicationibus*; sed ut post illud contractum, Sponsi non valeant inter se conjungere, nisi factis publicationibus, *folio* 22, & hoc eodem die fuit per procuratorem D. Isabellæ cum eodem Domino Alexandro contractum matrimonium prædictum, vigore subscriptionis, cujus erat data facultas, *fol.* 23. 5

6 His factis, & matrimonio solemniter contracto, comparuit pater D. Isabellæ in Curia Archiepiscopali Neapolitana, uti Metropolitana Civitatis Nolæ eadem die 5. Januarii exponens, quamprimum notitiam habuit, quod D. Isabella ejus filia, fuisset inducta ad constituendum procuratorem, ut matrimonium contraheret cum persona supposita, & quod votum emiserat solemne Castitatis, & hoc non obstante per Curiam Episcopalem Nolanam fuit processum ad explorationem voluntatis ejusdem D. Isabellæ, & ad alios actus præjudiciales, *fol.* 24. ob quod obtinuit inhibitoriam, *fol.* 25. notificata deinde hora 23. sed Vicarius Nolanus scripsit suo Episcopo, quod cum omnia essent completa in ordine ad liberam voluntatem D. Isabellæ, non impediretur procedere, prout de jure, *fol.* 26. *à tergo*, quod verò erronea essent exposita pro parte partis, scilicet Ducis Marigliani in compartione porrecta in Curia Archiepiscopali Neapolitana; patet, quia ibi dicit D. Isabellam fecisse votum solemne Castitatis, at votum dicitur solemne quando fecisset professionem, dicit procurationem fuisse factam collusivè, dum interesse erat solùm contrahentium, ergo ubi cadere poterat collusio: hoc tamen in eodem patre videtur hodie, quo nedum procurat impedire actum jam solemnizatum, sed etiam procurat diversi facere filiæ voluntatem, quod fieri non potest. Quod enim Deus conjunxit, homo non separet.

7 Die octava Januarii idem Illustrissim. Dux pater comparuit etiam nomine D. Isabellæ in Curia Archiepiscopali, & gravatus fuit de decreto, & de omnibus actis in Curia Nolana, & obtinuit ordinem pro transmissione ipsorum, *folio* 27. sed talis instantia præsentatur absque procuratione. Die verò 14. Januarii, fuit à Curia Archiepiscopali Neapolitana expedita citatio, ut D. Alexander constitueret procuratorem ad omnes actis, prævia instantia Illustr. Ducis Marigliani, & ejusdem D. Isabellæ, *fol.* 30. absque ulla tamen procuratione præsentata, in qua asserta fuit fuisse inductam dolosè ad constituendum procuratorem, ad finem

finem contrahendi dictum matrimonium, eique fuerat persuasum, quod pater concurrebat ad matrimonium, & quod de communi consensu procurator, ille constituebatur, & quod D. Isabella, tam prius, quàm posteà, protestata fuerat, pluries coram pluribus testibus, quod nullo modo volebat contrahere dictum matrimonium, nisi sui patris præcedente consensu, & quod sub hac conditio-
8 ne expressa, & non aliter, constituebat dictum procuratorem, & quod erat nulliter contractum, & contra ejus voluntatem; & quod habita notitia dicti asserti matrimonii, revocavit, & annullavit procurationem, & omnem consensum, & quod re vera nunquam præstitit internum consensum eidem, sed anteriorem, in constituendo procuratorem, cum expressa protestatione, &c. & ob hoc fecit instantiam declarari nullum dictum matrimonium, & licere ad sui libitum cum alio contrahere, & manuteneri in monasterio; Quæ quidem instanti quod procuratio erat conditionata, & quod non fuit consensus intrinsecus est aerea, & erronea, cum Rev. quia prædictus fuit simplex, & consensus intrinsecus præsumitur, & arguitur ex extrinsecis, & cum fuerit stipulata, ratificata, lecta, firmata, & additis ab eadem sua propria manu verbis de quibus suprà.

9 Fuit etiam producta procuratio alia D. Isabellæ per epistolam, quæ dicitur facta die 7. Januarii pro annullando matrimonio prædicto, quæ procuratio est Latina, quod totum datur intelligi à patre, & consanguineis procurati, quando omnimoda libertate constituit procuratorem D. Isabella ad finem contrahendi matrimonium, cum facultate substituendi procuratorem, absque ulla conditione, nisi tantum impetrationis dispensationis à Sede Apostolica, & explorata voluntate ejusdem à D. Judice, & Vicario Nolano, declaravit velle contrahere matrimonium etiam quod pater noluisset consentire, & existens in Civitate Nolæ, atque transactis duobus diebus, potuisse sanè dissentire, & revocare procurationes omni sua commoditate, & facilitate, ac etiam certiorare D. Vicarium Nolanum, & omnia impedire, quia vero solus pater est, qui hæc omnia aereè figurare prætendit, prout in tantum procuravit impedire, satis enim eidem nota erat voluntas D. Isabellæ ad matrimonium contrahendum.

10 Articulus, & controversia quam defendimus, contingit de anno 1582. tempore gloriosæ memoriæ Philippi Secundi, & per septem Judices Ecclesiasticos conformiter electos, fuit decisa inter duos Hispaniæ Magnates; nempè Ducem de Alba, & de Alcala, quorum primus, ut refert Barbos. *in Prætermissis, ad capit. final. de procurat. in sexto, numer.* 17. postquam speciale mandatum dederat, ad contrahendum matrimonium, cum alterius Ducis filia antequam mandatum illud executioni traderetur, uxorem duxit aliam, & cum hac secunda fuit dictum valere matrimonium, refert etiam eundem casum personis non nominatis, Alphonsus Vega *in summa, cap.* 34. *casu* 131. licet Guttierez citet eundem *in* 1. *ed.* ut videre est *de matrimon. capit.* 44. *numer.* 97. videtur tamen Guttierez referre casum inter nepotem Ducis de Alcala, cum filia Ducis de Alba: Ego tamen ordinem supradictorum DD. servabo, sed æquali fortuna, ibi enim matrimonium primum fuit dictum nullum fuisse, quia antequam mandatum exequeretur fuit probatum revocatum, at in primis D. Isabella Mastrillo libellum præsentavit, & dixit quod ex quo notitiam habuit matrimonii contractum, revocavit procurationes, & mandatum; est ergo disputatio nostra ad favorem Ducis S. Pauli decidenda, ut ibi fuit decisa ex revocatione, & mutatione facti ad alterius partis favorem: dividam hoc juris responsum in quatuor capita. Caput primum, de libertate in matrimonio requisita. Secundum erit, de matrimonio contracto per procuratorem Nuncium, vel epistolam; ad Text. *in c. fin. de Procur. in* 6. *in fin.* Tertium caput erit, an mandatum ad contrahendum matrimonium, possit, vel censeatur, quandoque tacitè revocatum. Caput quartum, erit, qualiter dissensus ad revocationem mandati probari valeat.

PRIMI CAPITIS

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium summa cum libertate contrahi debet.*
2 *Matrimonium valere sine consensu, nec Rex, nec Papa facere potest.*
3 *Matrimonium contrahere potest Princeps interdum subditum cogere, & qualiter intelligatur.*
4 *Princeps in aliis contractibus potest supplere consensum, sed non in matrimonio.*
5 *Matrimonium contractum sub conditione impossibili, an vitietur, & quando.*
6 *Tridentin.* session. 24. de reformat. capit. 9. *explicatur.*
7 *Anathematis nomen de quo in Tridentin.* sess. 24 de reformation. matrimon. capit. 9. *quid significet.*
8 *Princeps Sæcularis impediens Matrimonium contrahi, an incurrat in pœnam excommunicationis.*
9 *Privata persona cogens ad Matrimonium contrahendum, non incurrit in excommunicationam.*
10 *Imperator, & Reges non veniunt sub generali excommunicatione, & quare.*
11 *Paræcus cogens subditum ad matrimonium contrahendum, pœnas non incurrit.*
12 *Magistri militares cogentes ad matrimonium, an pœnam servatam incurrant.*
13 *Matrimonium justa causa impedientes, nullam incurrunt pœnam.*
14 *Parentes ad matrimonium cogentes filias, vel retrahentes, an pœnam incurrant.*
15 *Matrimonium jure antiquo Canonico non valebat, si fieret à filio sine consensu patris.*
16 *Filius in spiritualibus quando exeat à patria potestate, & non teneatur obedire parentibus.*
17 *Filius de honestate tenetur sequi parentum votum in matrimonio contrahendo.*
18 *Filia non tenetur ad matrimonium, quod pater suo nomine alteri promisit.*
19 *Filius, & filia in qua ætate liberentur à patria potestate in spiritualibus.*
20 *Sponsalia promissa à Patre pro Filia impubere, an teneatur Filia deinde observare cum pubes fiat.*
21 *Sponsalia contracta sub honesta conditione valent.*
22 *Matrimonium sub conditione, si pater voluerit, validè contrahitur.*
23 *Matrimonium factum sub consensu patris si ille primo loco consentiat, deinde dissentiat, an valeat primo.*
24 *Matrimonium contractum blandis verbis, sed non importunis, an valeat.*
25 *Matrimonium metu reverentiali est validum.*
26 *Matrimonium celebratum per preces importunas valet.*
27 *Matrimonium à Deo fuisse institutum, nequit ab homine separari.*
28 *Conjuges in matrimonio dicuntur esse in quadam servitute.*
29 *Matrimonium de quo in præsenti omnimodam habuit libertatem.*
30 *Mulieris voluntas in matrimonio contrahendo non semper sequenda est.*

ARGUMENTUM.

Matrimonium summa cum libertate est contrahendum, neque Papa potest facere, ut valeat sine consensu, & qualiter possit quis cogi ad illud faciendum, & an vitietur si sint sub conditione impossibili, *Tridentin. sessione* 24. *de Reformat. capit.* 9. explicatur, & an

& an possint Principes sęculares cogere ad matrimonium faciendum, & quid de filiis contrahentibus sine consensu Patris, & quid si contrahatur blandis verbis.

CAPUT I.

De Libertate in matrimonio requisita.

1 SAcra Tidentina Synodus *sess.24. de reform. matrimonii, cap.1. & 9.* ait matrimonium adeò ex plena libertate contrahi debere, ut neque contrahentes cogantur, neque impediantur, in utroque enim æqualis est culpa, cum enim matrimonium sit vinculum perpetuum, & uti sunt, S. Thom. *in 4. dist.28. quæst. unica*, in illa sit servitus quædam perpetua, & ordinetur ad mutuum amorem, & sobolis educationem, debet contrahi ex animo, libero consensu contrahentium, ne homo qui natura sua est liber cogatur subire perpetuam servitutem, & inter contrahentes vigeat odium, vitæ, amoris, & soboles deseratur, quare in matrimonio, non sufficit simplex consensus, sed requiritur plena securitas, ut cum pluribus dicit Rota Romana *in decis.86. num.34.* apud Buratt. & alii DD. quos allegat Bellarminus *in dict. cap.9.* Concil. Trident. & constat ex *cap. Gemma, de Sponsal.* ubi post antiquiores Canonistas, sic dicunt, & reportant concordantes, Augustinus Barbo-
2 sa, & Prosper Fagnanus *in d. Textu*: ex quo fit nullam humanam potestatem Principis Ecclesiastici, etiam Summi Pontificis, neque Principis sæcularis posse facere, ut matrimonium valeat absque consensu contrahentium, ut de communi credunt DD. cum Guttierez *de matr. cap.46. nu. 3.* Franc. Molina *lib.2. de ritu nuptiar. differentia 7. num.6. & 7.* Michaele Salonio *de Iust. & jure, qu.5. de Dominio, art. 6.* Sanch. *lib.2. de matr. disp.27.* Filliucio *part.1. tract.10. cap.3. n.69.* & constat ex Trid. *d. c.9.* Et licet Princeps sæ-
3 cularis, & Ecclesiasticus, aliquem sibi temporaliter subditum, sive baptizatum, sive non baptizatum, & baptizatum solum spiritualiter subditum, Principi Ecclesiastico, possit cogere ad matrimonium contrahendum, pro bono communi, si id exigat aliqua justa causa, ob quam ipse subditus contrahere teneatur: ut docent Guttierez, Sanchez, Filliucius, & alii *ubi sup.* Hurtadus *de matr. disp.6. diff. 7. nu. 16.* tamen absque ejusdem subditi consensu non valeret, Petrus de Ledesma *de matrim. qu.47. art.2.* Henriq. *lib.11. cap. 16. n.7.* idem Hurtadus *disp.3. diff.6. n.15.* Coninchus *disp. 24. dub.5. num.51.* & Rota *dec.86.* apud Burattum, quod
4 si Princeps in aliis contractibus poterit supplere consensum, & contrahentibus invitis transferre dominium, eosque in servitutem redigere, id evenit, quia illorum fines non impediuntur: in matrimonio autem impediretur mutuus amor, & prolis educatio, ad quæ tanquam ad finem, ordinatur matrimonium, & propterea Ecclesia *in cap. is qui fidem, de sponsalibus*, decernit sponsalia per copulam tran-
5 sire in matrimonium, *& in cap. fin. de conditionibus appositis*, matrimonium contractum sub conditione, impossibili substantiæ matrimonii non contraria, esse validum statim, rejecta conditione, & id facit, non quia supplet consensum, sed quia in dictis casibus, præsumitur adesse verum contrahentium consensum, ut benè Bossius *de matr. c. 3. & cap.10.*

6 Pro qua libertate tuenda in matrimonio, Conc. Trid. *sess. 24. de refor. matr. cap.9.* excommunicat ipso facto, locorum Dominos, & Magistratus cujuscumque conditionis sunt, cogentes directè, vel indirectè, minis, vel pœnis, subditos suos, aut alios quoscumque, quominus liberè matrimonia contrahunt, in quo Textu sub illo verbo, Anathematis, non intelligitur sola maledictio, ut aliqui putabat, sed pœna excommunicationis majoris, ut post alios Barbosa *d. cap.*
7 *9. nu.1.* Bellarminus *dict. cap.9. in verbo Anathematis*, Sanch. *lib.4. de matr. disp.22. num.8.* Zipeus *lib.4. de matrim. n.22. & 27.* quia in jure sub anathematis nomine, continetur major excommunicatio, *cap. debent 11. q.1. cap. fin. 3. q. 4. & in d. c.9.* dicitur, quam ipso facto incurrant, maledictio autem solemnis semper est ab Ecclesia ferenda, unde Anathema ad summum significat eam excommunicationem majorem, cui quando fertur ab homine, additur maledictio solemnis, ergo per illa verba *ipso facto, &c.* declaratur hanc excommunicationem esse latæ sententiæ: & quæ incurritur ipso facto, quia talia verba important pœnam præ-

sentem illatam non futuram, & ferendam, illius autem absolutio est Episcopalis, cum in Trid. *d. c. Non reservetur Papæ, neque alteri, Cathechesis Neapolitana, casu 3. q.1.* Tolet. *lib.2. c.4.* De Leone *in Thesauro fori Eccles. p.2. c.24. n.13.* & Bellarminus *d. c.9.* Non tamen incurrunt hanc excommuni- 8
cationem Domini temporales, Principes, & Magistratus, si soli prohibeant: seu impediant contrahere, quia fertur contra cogentes, & compellentes, illi verò qui retrahunt à matrimonio contrahendo, non incurrunt secundum veram opinionem, alii dicunt etiam incurrere, coactè impedientes matrimonium, de quibus Henriquez, Sanchez, Hur- 9
tadus, & alii, *ubi suprà*, & licet aliqui dicant etiam comprehendi personas privatas cogentes ad matrimonium, tamen rectius alii docent, hos tales non contineri, quia Concilium solum loquitur de Dominis temporalibus, & præsertim de Magistratibus jurisdictionem habentibus, & Sac. Congregatio sic declaravit apud Bellarmin. Barbosam, & alios, verum tamen est, quod licet Imperator, & Reges, habeant jurisdictionem externam, non tamen afficiuntur 10
dicta excommunicatione, cum oporteat eos exprimi, quemadmodum Concilium expressit *sess.22. cap.11. de reformatione matr.* & illos exprimit Bulla Cœnæ, ita Sanchez, Hurtadus, & alii *ubi supra*, ex quo parentes cogentes, vel impedientes matrimonia filiorum, licet graviter peccent, non tamen incurrunt pœnam excommunicationis, de quo in Tridentin. *ubi suprà*, ut post alios Diana *part.1.* 11
tract. 11. resolut. 74. neque in eam incurrit Parœcus cogens, quia ille non habet jurisdictionem externam in foro sæculari, alii dicunt Episcopum cogentem incurrere, quia licet non habeat jurisdictionem in foro sæculari, tamen habet jurisdictionem erga subditos in foro externo, & ita dicunt Guttierez, Sanchez, Henriquez, & alii suprà cit. Neque Dominus si cogat suum mancipium ad contrahendum, excommunicationem incurrit, Docto- 12
res *ubi suprà*. Magistratus militares cogentes suos milites ad contrahendum, vel impedientes contrahi cum istis, vel illis adhuc excommunicationem incurrunt, sic Duces exercituum, Centuriones, &c. quia habent jurisdictionem sæcularem, Doctores *ubi suprà*. Ille tamen qui justa causa impedit, vel cogit, & justa intentione, & coactione, nullam pœnam incurreret excommunicationis, quia Con- 13
cilium loquitur de injusta coactione, post alios Barbosa in Tridentin. *ubi suprà*, & Bossius *de matrim. cap.11. §.3. à n.29. cum seqq.*

Sicut verò nulla potestas civilis, aut Ecclesiastica, ita 14
nec paterna potestas, scilicet avi, vel patris potest cogere filiumfamilias, in eorum potestate existentem ad matrimonium contrahendum, vel ne contrahant, aut contrahere valeant, sine eorum consensu; id verò quod fuit controversum illud est, an jure antiquo Canonico, valuisse sine patris, vel avi consensu, matrimonium filii, vel filiæfami- 15
lias, putant aliqui jure civili, & jure antiquo Canonico non valuisse, ita Covar. *p.2. de sponsalib. cap.3. §.8.* Menoch. *casu 433. num.9.* Julius Clarus *in §. finali, in verbo Statutum, quæst.82.* Fontanella *de pactis nupt. tom.1. clausul.4. gloss.2.* Cevallos *quæst.604. num.3.* Molina *lib.1. de ritu nuptiarum, cap.1. num.13.* Borellus *tom.1. tit.1. ubi suprà, num. 28.* Bellarminus *de matrim. cap. 19. & 20.* & constat *in cap.1. §. finali, de desponsat. impub. cap. veniens, de sponsalibus, cap. sufficit 27. quæst.1. cap. cum virum, de Regularibus*, & hoc ob libertatem quam in se continere debet matrimonium, ut supra diximus, quia in illis quæ sunt de jure naturæ, homo homini non tenetur obedire, sed soli 16
Deo, S. Thomas 2. 2. *quæst.104. num.5. in corpore*, ubi exemplificat in illis, quæ pertinent ad corporis sustentationem, & generationem, unde concludit, quod nec tenentur servi Dominis suis, nec filii parentibus obedire in matrimonio contrahendo, vel virginitate servanda, atque hodie post Concil. Trident. *ubi suprà*, est de fide valere matrimonium sine consensu parentum, à filiisfamilias contractum, & contrarium dicere esset hæreticum, idque ex dispositione Concilii Tridentini *sess.24. de reformatione, cap.1.* & sic leges Civiles, quæ id prohibebant, ut text. *in l. unica, Cod. de raptu virginum, & principium, instit. de nuptiis, l.2. ff. de ritu nuptiarum*, sunt abrogatæ, *l. nuptias, eodem tit. l. in conjunctione, C. de nuptiis*, ut docent DD. suprà citati.

Valeret etiam matrimonium sine parentum consensu, 17
sed quia honestum est adesse talem consensum patris in matrimonio filiifamilias, ideò peccaret filius, vel filiafamilias mor-

mortaliter aliter contrahens, & hoc est, quod in Isaac, Jacob, & Sampsone servatum est, in divina Scriptura, scilicet requisitum fuisse parentum consensum, in eorum nuptiis, de honestate tamen, non de necessitate; & in hoc sensu in Sacris litteris parentibus tribuitur hoc munus tradendi filias nuptui, ut Eccles.7. *Da filiam tuam viro prudenti*. Et Paulus 1. ad Corinthios, cap.7. idem copiosè docet: *Non enim secundùm honestatem virginalis pudoris est, maritum eligere, sed parentum judicium expectare*, ut ait Ambrosius lib.1. de Patriarchis, & refertur in cap. honoratus 32.q.2. *Sic possunt parentes revolvere, & levi correctione filios, filiasque corrigere, ne contrahant certum matrimonium*. Ut benè Guttierez, Sanchez, Zypeus, & Hurtadus *ubi suprà*, Bossius *c.*11. §.6. *in fin.* Franciscus Salernus Siculus *cons.*15. *per tot.* ut latissimè.

18 Imò si parentes promiserunt filiam cum tali contracturam matrimonium, nec illi tenetur stare in foro externo, Valerus *in verbo Matrimonium*, *diff.*8. & probatur per Textum *in cap.*1. *in verbo debet*, *de desponsat. impub.* ubi Abbas *n.*5. *& in c. si vir*, *n.*3. *de adulteriis*, quia filius ab ann.14. & filia ab anno 12. incipit esse sui juris quantum ad ea, quæ sunt juris divini, vel naturalis, *c. cum virum*, *c. cum scimus*, *de regularibus*, *c.*2. *de instit. in* 6. S.Thomas 2. 2. *q.*189. *art.* 5. *&* 6. Valerus *ubi suprà*, *num.*3. & sic quoad spiritualia
19 filius exit à potestate patris in anno 14. si masculus sit, & si fœmina in anno 12. *cap. finali*, *de judiciis in* 6. & sic ab eo anno filius non tenetur in foro exteriori in actis factis à patre, in illis quæ à solo arbitrio, & voluntate filii dependent, ut sunt contrahere matrimonium, vel ducere hunc, vel illum, vel in domo, aut perseverare in Religione, & his similibus, in foro verò animæ, & conscientiæ, an filius teneatur, est quæstio; affirmat Valerus *ubi suprà*, *num.*5. Bellarminus *de matrim. cap.*19. Sanchez *lib.*4. *disp.* 23. qui plures allegant, & adducunt Text. *in cap.*1. *de despons. impub.* ubi filius tenetur ad sponsalia promissa per pa-
20 trem, dum erat impubes, sed probabilius est, filiusfamilias in matrimonio contrahendo, vel non contrahendo, non teneri obedire patri, & consequenter neque teneri contrahere cum ea, vel cum eo, quibus pater promisit, ita plures Doctores quos allegat Barbosa *in collect. ad textum in dict. cap.*1. *de desponsat. impub. numer.*5. & post eos Angel. Boss. *de matr. cap.*11. *num.*75. quia matrimonium inducit quandam servitutem perpetuam; ergo homo qui liber est, non tenetur promissioni paternæ stare, cum in illis quæ spectant ad statum, filius, vel filia, non sit in posse patris, & jura Canonica dicentia, filium teneri adimplere sponsalia contracta per patrem, intelligi debent, de honestate, non de necessitate.

21 Quod si sponsalia sint contracta sub conditione honesta, ut si pater meus velit, *cap. per tuas* 6. *de conditionibus appositis*, *& cap. super eo*, *eodem tit.* quo casu matrimonium suspenderetur, & nihil actum diceret, dum pendet conditio, Barbosa *in dict. cap. super eo*, cui non obstat, quod matrimonium, nec diem, neque conditionem recipiat, ex Covarruv. *part.*2. *de sponsalibus*, *cap.*3. *numer.*3. Cotta *in verb. Matrimonium*. Respondent enim conditiones illas non adjici matrimonio, nec illum suspendere, sed magis dicitur consensui futuro, qui non est matrimonium, sed causa illius ex S.Thom. 3. *p. quæst.*45. *artic.*1. *ad* 2. *l. nuptias*, *ff. de ritu nuptiarum*, & talis consensus non est actus legitimus, ideoque suspendit primum actum non obstante regula *d. l. actus legitimi* 78. *ff. de regul. jur.* de qua re Molina *de ritu nuptiarum*, *lib.*1. *cap.*16. *numer.*9. *& quæst.*2. quod
22 adeò verum est, ut fiat matrimonium sub conditione si pater meus voluerit suspenditur matrimonium, quousque pater, non declaraverit velle, quia est conditio honesta, quæ potest adjici; utpotè honesta Menoch. *consil.*69. *num.*
23 42. Barbos. *num.*5. quod si pater primo loco consentiat, & deinde dissentiat estque an erit matrimonium, putant aliqui quod sic; quia omnis actus intelligitur pro primo, *l. Boves*, §. *Hoc sermone* 132. *ff. de verb. sign.* Sanchez *lib.*5. *de matrim. disput.*7. *num.*4. alii qui dicebant requiri alium consensum, & disputat Bossius *cap.*10. *de matrim. num.*51. & videtur *in num.*61. *&* 62. qui addit *num.*65. quod illa conditio (si pater tuo placuerit) intelligitur impleta, si pater neque consentiat, neque dissentiat, quia taciturnitas favore matrimonii habetur pro assensu, legas Sanchez, & alios apud Bossium, *n.*69.

24 Addo quod neque blandimenta, si non sint importuna, & molesta, neque proveniant à Principe tyranno, aut alio Superiore, qui tyrannicè, & malè tractare solet precibus suis non obsequentes, etiamsi sint principis, non inducunt justum metum, ita communiter DD. cum Basilio Pontio *lib.*4. *cap.*13. *n.*13. Vasq. *de Success. creatione*, *lib.* 3. §.26. *num.*35. Genuensis *in pract. quæst.*760. Farinac. *in* 3. *part. fragmentorum criminalium*, *in verbo metus num.* 101. Mascard. *concl.*193. & Sanchez *lib.*4. *de sponsalibus*, *disp.*8. alioquin nihil liceret Principibus à subditis postulare, & ratio est, quia unde jura nascuntur inde injuriæ occasio nasci non debet, & licet aliqui putent, preces importunas per se solum sumptas, & non conjunctas cum metu reve-
rentiali, esse sufficientes ad matrimonium annullandum, 25
tamen alii dicunt, preces prædictas importunas, sive de per se sumptas, sive junctas cum metu reverentiali, provenientes à persona, cui debetur reverentia, non inferre metum legaliter justum, seu coactionem sufficientem ad annullandum matrimonium, & rescindendos alios contractus; ita Abbas *in c. Cum inter*, *n.*8. *de electione*, Roland. Villalob. & alii apud Sanchez *ubi sup. disp.*6. *num.*7. quia preces licet importunæ, non videntur habere tam vim, & tantam co-
actionem inferre, ut debeant rationabiliter movere virum 26
constantem, nec tales preces æquivalent metui, nec inferunt coactionem, qualis juxta leges requiritur ad annullandum matrimonium, & rescindendos alios contractus: nam quando preces importunæ non sunt armatæ, neque junctæ minis tacitis, vel expressis non causant metum sufficientem ad matrimonium annullandum, Bossius *cap.*12. *de matrim. n.*158.

Ex quibus infertur primò, matrimonium divina institu- 27
tione formatum, Proverb. 19. & à Deo viro præparatur uxor, & ideò apud à Deo est institutum ab homine separari nequit, *cap. deinde*, *cap. Non diù oportere* 26. *dist. cap. sicut non omnis* 3. §. *Idem respondetur* 32. *q.*3. & idem explicat S.P. *in cap. unic. de Voto*, *& voti redemptione in* 6. & solo consensu celebrari certum est, quia fides maritalis, non concubitus facit matrimonium, *cap. Non enim* 32. *q.*1. *cap. Sufficit*, *cap. matrimonium* 27. *qu.*2. Navarrus *consil.*1. *in fin. & cons.*4. *lib.*4. *de sponsalib. & in Manuali*, *cap.*22. *num.*2. qui enim matrimonium contrahunt, suam personam alienare
videntur, quia non habent amplius sui corporis potesta- 28
tem, & sibi invicem vir, & uxor, sunt servituti obnoxii, *cap. Si infidelis* 28. *q.*2. ubi Gloss. *in verbo relinquitur*, *c. Non debet*, *de consanguinitate*, *& affinitate*, Rota apud Manticam *dec.*371. *& p.*4. *divers. dec.*281. Gigans *cons.*42. *n.*2. Ergo matrimonium metu contractum dicitur nullum quia deficeret consensus, Rota *decis.*561. *nu.*2. *&* 3. *p.*1. *divers.* etiamsi metus causetur à patre, *l. Non cogitur*, *de ritu nuptiarum*, *cap. Cum locum sponsalibus*.

Infertur secundò, quod cum in hoc articulo sit fundatum 29
non teneri nisi de honestate filios obedire parentibus suis, & cogi non posse ad matrimonium contrahendum, vel ad statum eligendum quia in illis quæ sunt spiritualia non subjiciuntur filiis parentibus, & ab anno 14. masculus, & ab anno 12. fœmina exeant à patria potestate, nullamque potestatem civilem, vel Ecclesiasticam, aut privatam habere posse: ut cogant filios, aut alios ad matrimonium contrahendum, & ad illud cogentes, aut retrahentes ab eo in censuram incurrunt. Justo ordine sequitur conclusio nostram D. Isabellam Mastrillo, liberè contraxisse, suo proprio consensu datum in scriptis per procuratorem stipulatum à die 15. mensis Decembris 1667. in quo actu expressit plenissimè suam voluntatem, & geminatis verbis in interrogationibus sibi factis tam à D. Judice Moles, quàm à Vicario Nolano, cui etsi respondente primo loco dicendo cum voluntate patris, tamen modificavit, & conditionem rejicit, & absque alio facto simpliciter, & in casu etiam contrario suam voluntatem declaravit. Unde dict. ejusdem D. Isabellæ voluntate, nullus poterit dubitare, ergo matrimonium ex hoc capite valet.

Infertur tertiò, sponsalia de præsenti, vel de futuro con- 30
tracta à filiisfamilias jure civili requirere, ut parentes in quorum potestate sunt, consentirent, quia non semper est sequenda voluntas mulieris, contra voluntatem patris, quia plerumque consensus fœminæ invenitur adversus propria commoda laborare, *l. Si pater*, *C. de sponsalibus*, demùm masculis minoribus, & talis consensus videtur requisitus etiam secundum Canones, *cap. ut in* 35. *q.*5. *can. nostrates*, *& cap.*2. 32. *q.*2. *cap.*1. *c. ex litteris* 11. *cap. Sicut*, *de desponsat. impub. cap. Continebatur* 6. *eod. tit. & causa* 22. *qu.*4. tamen dicta jura fuerunt vera secundum leges, non secun-

dum

dum Canones, *cap. Videtur, qui matrimonium accusare possunt, in verbo ibi secundum leges*, quasi dicat secundum Canones, ut ait Hostiensis *in Summ. de Sponsalibus*, §. *Qualiter contrahatur, n.7.* & intelligitur de honestate, non de necessitate, quia de necessitate solus requiritur consensus contrahentium, *d. cap. Sufficit, 27. q. 3. & cap. ult. 32. q. 2. cap. Cum apud, de sponsalib.*

SECVNDI CAPITIS

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium potest contrahi per procuratorem.*
2 *Matrimonium contractum à duobus diversi idiomatis, quid agendum.*
3 *Matrimonium posse contrahi per procuratorem, est de Iure Divino.*
4 *Matrimonium per procuratorem valet, si habeat procurator mandatum speciale.*
5 *Procurator generalis quid possit facere pro suo Domino.*
6 *Procurator specialis cur in matrimonio requiratur.*
7 *Procurator cum libera, non sufficit ad matrimonium.*
8 *Procurator specialis, quando dicatur.*
9 *Aditio hæreditatis, requirit speciale mandatum.*
10 *Matrimonium celebratum vigore mandati generalis, quid si superveniat speciale, deinde.*
11 *Matrimonium, cur requirit speciale mandatum.*
12 *Matrimonium potest contrahi per Procuratorem, etiam hodie post Concilium Trident.*
13 *Mandatum ad contrahendum matrimonium, non est necesse, quod detur coram Parœco, & testibus.*
14 *Matrimonium inter absentes, qualiter possit celebrari.*
15 *Matrimonium per litteras, & per Nuntium, qualiter celebretur.*
16 *Matrimonium potest celebrari per interpretem, & quæ requirantur.*
17 *Matrimonium per Epistolam, qualiter celebretur.*
18 *Matrimonium per litteras, vel per Procuratorem, est verè Sacramentum.*
19 *Matrimonium taliter contractum negatur ab aliquibus, esse Sacramentum, sed reprobatur.*
20 *Procurator non est minister matrimonii, nec in se recipit gratiam.*
21 *Procuratores ad matrimonium possunt esse duæ fœminæ, vel duo viri.*
22 *Trident. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1. explicatur.*
23 *Regula qui per alium, quomodo explicatur in matrimonio.*
24 *Procurator non est Minister Sacramenti matrimonii, neque illud recipit in se.*
25 *Procurator ad matrimonium debet habere speciale mandatum.*
26 *Procurator ad matrimonium contrahendum, non requirit scripturam, sed potest oretenus.*
27 *Mandati revocatio, probari potest per protestationes.*
28 *Mandatum generale quando sufficiat, & speciale mandatum, in quibus casibus requiratur.*
29 *Mandatum requiritur ad contrahendum cum tali persona determinata.*
30 *Mandatum ad matrimonium debet esse liberè datum.*
31 *Procurator ad matrimonium constitutus, non potest substituere alium ad contrahendum matrimonium.*
32 *Procurator non potest excedere fines mandati, & multò magis in matrimonio.*

ARGUMENTUM.

Textus in cap. fin. de procuratoribus in 6. explicatur, & qualis debeat esse Procurator ad matrimonium contrahendum, & quale esse debeat mandatum ad contrahendum, & an possit per litteras contrahi, & an Procurator sit matrimonii Minister, & an tale mandatum requirat scripturam, & an Procurator ad matrimonium possit substituere?

CAPUT II.

De matrimonio contracto per Procuratorem, Nuncium, vel Epistolam.

Ad Textum *in cap. fin. de Procurat. in 6.*

1 Matrimonium posse contrahi per Procuratorem, disponit S.P. *in cap. fin. de Procur. in 6.* & si sint contrahentes diversi idiomatis, poterit contrahi coram Parœco, & testibus per interpretem, qui notitiam habeat utriusq; idiomatis, ita Glossa *in cap. ex litteris, in verbo Intellexerit, de sponsalibus*, ubi Joannes Andreas *n.5.* Abbas *n.3.* Præpositus *n.4.* Covar. 4. *decretalium, p.2. cap.4.* §.1. *n.3.* Barbosa *in collect. ad Decretales, lib.4. tit.1. c.7. n.8.* & talem declarationem per interpretem factam, satisfacere Tridentino, licet dubitet Basilius Pontius *lib.5. cap.21. nu.10.* P. Vega *collect. de millionibus, epist.21. de matrim. q.181. per totam*, tamen omnes dicunt oppositum satis esse ad valorem matrimonii, explicationes conjugum per interpretem, etiam secundùm Trident. Sanchez *ubi suprà*, Bonacina *quæst.2. punct.8. nu. 8.* Vivaldus *de matrim. num.36.* quia satis est, ad verum matrimonium, si contrahentes explicent, talem mutuum consensum per interpretem, cui integra fides danda est, nec se habet, ut testis, sed ut electus ad communem consensum declarandum, & Parœcus, & testes, sunt testes de auditu proprio, quia testes de auditu alieno: nam verè sunt testes de auditu proprio, quia interpres non fungitur vice testis, sed se habet tanquam vox ipsorum contrahentium, Boss. *d. cap.3. num.253. & seq.* & 3 posse contrahi matrimonium per Procuratorem jure divino etiam, apertè probatur *Genesis c.24. vers.3. & 37.* ubi constat matrimonium inter Isaac, & Rebeccam per mediam personam servi ad hæc destinatam fuit contractum, eoque figurari matrimonium inter Christum Dominum, & humanam naturam per Carnem ex Maria Virgine assumptam, Procuratore quoque, seu Nuncio ad hoc destinato Archangelo Gabriele, ut habetur *Lucæ 1.* & dicit S. Antonin. 2. *part. Historiæ, lib.1. cap.1.* §.8. Lanceilott. *lib.2. inst. Canonicarum, tit.10. de sponsalibus, in verbo Nuntium*, & etiam de jure Canonico, & Cæsareo id probatur, ex *l. sufficit 4. ff. de sponsalibus, l. mulierem 5. l. generali 34. ff. de ritu nuptiarum, cap. nec illud 8.* ubi Glossa 3. *qu.5. cap. honorantur 13.* juncta Glossa *in verbo Consulitur 36. quæst.2. cap. veniens 5. qui Clerici, vel voventes, cap.2. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, cap. ex part. 14.* ubi Glossa *de conversione conjugatorum*, & lege Regia Hispanica, patet ex *l.1. & l.10. & l.5.* ubi insignis Gregorius Lopez, S. Antoninus 3. *part. tit.1. cap.19.* Covarruv. *in 4. Decretalium 2. part. cap.4.* Genedus *collect.3.* Didacus à Mendrano *de consensu connubiali, cap.12.* Sanchez *lib.2. de matr. cap.34.* Bonacina *quæst.2. puncto 5.* Pontius *lib.1. cap.10. & lib.2. cap.15.* Ochag. *de Sacram. matr. tract.2. quæst.3.* Filliucius, Molina, & alii apud Vela *tom.1. dissert. in fine, cap. final. de procur. in 6. n.1.* quia verba ad nihil aliud desiderantur in matrimonio, nisi ad declarandum consensum, *l. habeo, §. idem Tubero, ff. de supellectili legata*, & consensus potest etiam, & multò magis, signis, vel factis declarari, *l. de quibus 32. ff. de legibus, l. si tamen 48. ff. de ædilitio edict. l. pro hærede 2. ff. de acq. hæred. cap. Dilecti 52. de appellat.* Guttierez *c.63. n.25.* ergo talia signa sunt sufficientia: quia ubi est effectus, non curamus de modo, *l. Si mulier 21. ff. ad Trebell. l. Fideicommissa 11. §. Si cui, ff. de leg.5. l. Si mater 2. Cod. de inst. l. finali, C. de donat.* latè Sarmientus *lib.2. selectarum, cap.1. num.13. & 20.* & patet ex *cap. is, qui fidem de Sponsalib. & cap. finali*, ibi, *Nec verbo nec facto consentit, de conjugio servorum*, & notat S. Thom. *ex 4. dist.27. q.1. art.2. quæstiuncula 2. ad 3.* & ita docent Theo-

Theologi, de quibus suprà, & Canonistæ cum Geminiano *cons.*61. Soccino *cons.*26. *lib.*2. Aretino *cons.*15. Mascard. *concl.*1024. Cevallos *quæst.*406. *&* 750. neque contrarium probatur, *ex cap. tuæ* 25. *& cap. Consultationibus* 28. *cap. Si inter* 31. *de sponsalib. cap. licet* 3. *de sponsa duorum*, Respondeo enim jura, de quibus supra intelligi exemplificativè, & factum narrando, frequentius enim est valentibus loqui per verba, quam per alia signa matrimonium contrahi, & ideò secundum hunc sensum jura respondent, similem non excludentia, arg. *l. Nam ad ea* 5. *ff. de leg.*3. DD. *ubi sup.* Vel a *in d. cap. fin. à n.*5. *cum seqq.* legatur Textus *in cap. Honorantur* 13. *qu.*2. Castrus Palaus *de matr. disp.*2. *punct.*9. Trullench. *lib.*7. *dub.*7. *cap.*7. Baunius *in summa tract.* 12. *q.*5. Leander *tom.*3. *de matr. disp.*4. *n.*13.

4 Itaque matrimonium per Procuratorem cum mandato speciali valet, *l. Generali* 34. *ff. de ritu nuptiarum*, & licet Procurator ex mandato generali, possit vigore illius quodcumque negotium gerere, *l. Rescriptum* 10. §. *ultim. cum duobus seqq. ff. de pactis, l. Procurator* 58. *juncta l. seq. ff. de Procuratoribus, l. Iusjurandi* 17. §. *ult. ff. de jurejurando*, *l. solutum* 11. §. *finali, juncta l. sequitur, ff. de pignor. act. l. Qua ratione* 9. §. *Nihil autem* 4. *ff. de acq. rer. dominio*, quibus juribus habetur procuratorem virtute generalis mandati, posse nomine Domini pacisci jusjurandum deferre, exigere, solvere, permutare, vel aliter alienare, quas res constat esse difficillimas, & gravissimas, quia verò in matrimonio, maxima oriuntur incommoda, non tantum ex parte viri, *l.*
5 *Pro oneribus* 2. *juncta Glossa, Cod. de Iure dotium*, sed etiam fœminæ, *c.*2. *de convers. infidelium*, & cum ex matrimonio resultet vinculum inseparabile, Matthæi *cap.* 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet*, de quo *in cap. Quod Deus* 18. 35. *quæst.*2. & patet ex definitione matrimonii, de qua *in* §. 1. *instit. de patria potestate*, de qua Piccardus *ibi*, Sanchez *lib.*2. *de matr. disp.*1. propterea fit ad matrimonium speciale requiri mandatum, ad quod facit regula, *cap. in generali* 81. *de reg. juris in* 6. ubi quæ speciali nota
6 sunt digna, nisi specialiter notentur, neque lecta intelliguntur, *l. Item apud Labeonem* 15. §. *Hæredum, vers. Ea enim, ff. de injuriis, cap. Quoniam* 4. *ver. quanquam, de præb.* quem expendit Abbas *cons.*114. *n. ult. lib.*2. & neque sufficit generale mandatum, cum aliquibus specialibus negotiis, ut post alios Morla *in emporio utriusque juris*, *tit.*5. *in præludiis, n.*22. Antonius Cardozius *in Praxi Iudicum, Advocatorum, in verbo Procurator num.*24. Card. Tusch. *lit. A, conclus.*52. Camillus Borellus *p.*1. *tit.*66. *à num.*16. etiamsi in
7 mandato sit addita clausula cum libera, & ad cætera omnia, quæ licet ad cætera non expressa extendi soleat, *c. qui ad agendum, de procur. in* 6. tamen non extenditur ad matrimonium contrahendum, DD. apud Card. Tuschum *ubi suprà*, Medranus *de consensu connubiali*, *cap.*12. Sanchez *lib.* 2. *disp.*11. *num.*3. & mandatum speciale licet dicatur etiam,
8 quando datur ad vendendum, donandum, petendum, &c. licet non exprimatur res, vel persona, de qua, vel cum qua celebrari debeat, Bart. *in l. Filiusfamil.*8. ubi DD. *ff. donat.* Covar. *lib.*2. *var. cap.*6. Caldas Pereyra *in l. Si curatorem, verb. implorandum, n.*6. *Cod. de in integrum restitutione*, Cevallos *q.*135. ad matrimonium tamen contrahendum requiritur specificatio certæ personæ cum qua contrahatur, *d. cap. fin. de procur. in* 6. Gomez de Leone *dec.*84. Medranus *cap.*12. *nu.*8. Mantica *de contractib. lib.*7. *tit.*2. *num.*25. Cardin. Tuschus *ubi suprà conclus.*52. *num.*2. *& concl.*120. Trentacinquius *lib.*2. *tit. de Procuratorib. resol.*3. *numer.*33. Rebellius *lib.*2. *quæst.*5. Cardozius *d. verbo Procurator*, *num.*33. Camillus Borrellus *tit.*66. *num.*262. Guttierez *de matrim. cap.*43. Bonacina *quæst.*2. *pun.*5. *n.*8. Basilius Pontius *lib.*2. *c.*15. *n.*3. *&* 4. Filliucius *tom.*1. *tr.*10. *punct.*1. *cap.* 1. Franc. Molina *de rit. nupt. lib.*1. *cap.*25. Barbosa *de clauf.*
9 *clauf.*17. *num.*12. alias *clausula* 35. *nu.*23. sic ad adeundam hæreditatem, quia agitur de oneribus hæreditariis, & plerumque latentibus, quibus hæres implicatur, *l. More*, 8. *ff. de acq. hæred.* §. *Neque tamen*, ubi Glossa *in verbo lucrosa*, *instit. de omn. tutor.* requiritur mandatum speciale adeundi hæreditatem talem, scilicet certæ personæ, *l. Si quis mihi bona* 25. sed etiam, *&* §. *Sed si mandavit*, *&* §. *Planè*, *l. Si quis alieni* 48. *l. qui in aliena* 61. *ff. eodem tit.* Mysingerius *lib.*2. *observ.*26. *nu.*5. Covar. *lib.*1. *variar. cap.* 6. Facchin. *lib.*6. *controv.*96. Ajora *de Partitionibus*, *part.*3. *qu.*4. *num.*9. *&* 10. Card. Mantica *d. tit.*2. *num.*24. P. Molina *to.*2. *de just. tract.*2. *disp.*573. *nu.*27. Usfelli *in add. ad Covarr. ubi sup. num.*2. mandatum esset generale si dicatur contrahas cum pulchra, cum nobili, &c. vel si dicatur contrahas cum una ex filiabus Caji si plures habeat ad suum arbitrium, Nicolaus *institut. Can. lib.* 1. *tit.* 38. *fol.*80. *num.*1.

Imò famosa in hac materia contingit disputatio, quod 10
post mandatum in genere ad matrimonium contrahendum, cum qualibet, cujus virtute cum tali muliere contractum fuit, & postea speciale mandatum subsequutum fuit, ad contrahendum cum eadem, cujus specialis erat mulier ignara, & tradiderat consensum vigore primi, an valeret matrimonium fuit disputatum, & affirmat valuisse Alexander *cons.*146. *vol.*5. sequitur Cardin. Tuschus *d. litt. A, concl.* 52. *num.*2. *& concl.*124. alii dicunt non valuisse, ita Butreus *cons.*64. & Ancharanus *cons.*228. 229. *&* 250. quia ab initio erat nulliter contractum de defectu mandati specialis, ergo non potuit validari, ex mandato speciali postea dato, Barbosa *in dict. cap. finali, de Procurat. in* 6. *nu.* 2. 3. *&* 4.

Ratio verò quare matrimonium possit fieri per Procu- 11
ratorem ea est, quia contractus omnes regulariter possunt fieri per procuratorem, nisi reperiatur expresse prohibitum, ut *in l.*1. *in fine*, *l. licet*, *C. de procur.* & matrimonium propriè est contractus, latè Molina *de ritu nuptiarum comparatione* 1. & Christus Dominus non per hoc, quod extollit contractum matrimonii adesse Sacramentum, censetur naturam contractus destruxisse, ut sic habet praxis Ecclesiæ ut valeat ratione contractus contrahi per procuratorem Bossius *cap.*3. *num.*255. Marcus Antonius Cucchus *institut. Can. lib.*5. *tit.*11. *num.*56. Covarruv. 2. *part. de sponsalib. cap.*5. *num.*8. Molina *lib.*1. *de ritu nupt. comparat.*25. *num.*5. Guttierez *c.*43. *&* 44. *de matrim.* Barbosa *tom.*3. *in collect. lib.*1. *tit. de Procur.* Theologi communiter cum Basilio *lib.*1. *de matr. c.*10. *& lib.*2. *c.*15. *n.*4. Bonacina, Filliucius, & alii apud Dianam *part.*3. *resol.*5. Leander *tom.* 2. *disp.*4. *q.*19. & sequitur Trullenchius *lib.*7. *cap.*7. *dub.*17. Baunius *in summa tract.*12. *q.*5. *per totam*.

Hoc autem matrimonium per Procuratorem contra- 12
ctum, an per Trident. sit sublatum quæstio est, aliqui dicere solebant fuisse hunc modum contrahendi sublatum, quia Trid. requirit partes contrahentes coram Parœco, & testibus ad validitatem matrimonii: Communis tamen est resolutio, etiam hodie valere matrimonium per Procuratorem, servata forma Concilii, coram Parœco, & duobus testibus contracta, ita post alios Guttierez *de matrimonio*, *cap.*43. *num.*11. Barbosa *lib.*1. *tit.*19. *c.*9. *n.*2. Sanchez *lib.*2. *disp.*11. *n.*10. Basilius Pontius *lib.*1. *cap.* 10. *num.*1. & ita est praxis Ecclesiæ, de qua non est licitum dubitare, & sic inter Reges Hispaniarum, & Gallorum, pluries factum fuit, & inter Imperatores Austriacos pluries sic fuerunt matrimonia contracta: & in dies taliter celebrantur inter alios Principes, & etiam inter privatas personas, cum enim Concilium nihil de hoc determinaverit, remanet negotium sub dispositione juris communis, scilicet sub dispositione, *cap. final. de procurat. in* 6. illud verò mandatum quod da- 13
tur ad contrahendum, non est necessario ut detur coram Parœco, & testibus, quia Trident. requirit præsentiam testium, &c. quando fit matimonium, non quando fit procurator ad contrahendum ut post alios Bossius *cap.*3. §. 61. *nu.* 300. nec ad valorem matrimonii requiritur, quod Parœcus, & testes, qui intersunt in matrimonio videant litteras in quibus continetur potestas procuratoris, Sanchez *lib.*5. *de matr. disp.*8. *n.*24. Guttierez *cap.*44. *num.*100. & contra Layman, & Koninchum docet Bossius *ubi suprà*, *cap.*3. *nu.* 303. Leander *de matr. q.*17. *disp.*5. contra Riminald. senior. *cons.*467. *&* 703. *vol.*4.

Possunt ergo matrimonia celebrari inter absentes per 14
Procuratorem multipliciter. Primò, per duos Procuratores qui coram Parœco, & testibus nomine suorum principalium, exprimant mutuũ illorum consensum, de præsenti, & contrahant. Secundò, inter principalem, & procuratorem alterius, qui accepto mandato contrahitur, & alios modos, refert Bossius *fol.*304. posset etiam hodie matrimonium celebrari per litteras, ut primum exemplum ponit Julius Sanazarius *de sponsalibus, & matimonio*, *num.*113. puta si quis mittat litteras quibus dicat, *Te accipio in uxorem, vel virum cum has meas acceperis, & Parœco, & testibus saltem duobus præsentibus, eas notas feceris, quas volo meas vices sortiri*; quia tunc si ille qui tales recipit litteras Parœcum, & testes adhibuerit, & illis præsentibus, illas recitari fecit, qui Parœcus, & testes agnoscant esse litteras ejus qui

scri-

scripsit, & ille qui litteras accipit, fatetur se in easdem nuptias consentire, erit validum matrimonium, & si loco litterarum mittet Nuntium erit validum matrimonium, si per Nuntium exprimatur, *accipio te in uxorem, vel virum, cum corã Parœco, & testibus duobus N. meus Nuntius quem volo meas vices gerere*, id sibi significaverit, & aperuerit & consenserit, & id fiat coram Parœco, & testibus, erit va-
16 lidum matrimonium. Secundum exemplum est Henriqu. *lib.*11. *cap.*2. §.6. *littera L*, quod approbat Sanchez *loco cit.* si litteras, seu epistolam mittens scribat se, non solùm facere sui corporis traditionem, sed ex tunc traditionem per alterum sibi faciendam acceptare: nam tunc si epistola lecta coram Parœco, & testibus, alter consentiat, jam utriusque traditio, & acceptatio fit coram eodem Parœco, & testibus, & est verum matrimonium, & perfectum. Tertium exemplum est, quod idem Sanchez dicit se apud neminem invenisse, si recipiens epistolam rescribat mittenti, se accepisse litteras in quibus vult ipsum in conjugem, & si-
17 militer ipsum velle, tunc enim si hæc epistola recepta lecta coram Parœco, & testibus recipiens coram illis consentit etiam mutua acceptatio, & traditio constat Parœco, & testibus, quia illa epistola continet traditionem rescribentis, & acceptationem traditionis factæ à priore mittente, & prior mittens se tradit, & acceptat coram Parœco, & testibus, ac proinde fit matrimonium; at hæc non sunt necessaria, quia sufficit contrahere secundum primum exemplum, ut constat ex Sanchez, & aliis *ubi supra*, & licèt talis modus contrahendi etiam post Trid. validus sit, periculosus tamen est ob multas circunstantias, & dubitationes, quæ possunt intervenire scilicet: nam litteræ illius, qui supponitur illas misisse essent veræ, vel falsæ, & an facta sit consensus mutatio, & ex hoc talis modus contrahendi est periculosus, & in praxi non adhibendus, nisi cum maxima cautela.

18 In omnibus tamen casibus supradictis matrimonium contractum per Procuratorem, per Epistolam, &c. est verum Sacramentum cum non mutata sit natura contractus, per elevationem ad esse Sacramenti, Bellarminus *lib.*1. *de matrim. cap.*5. *& cap.*7. *&* 8. Bonacina *quæst.*2. *puncto* 5. *num.*3. Basilius Pontius *lib.*1. *cap.*10. *numer.*3. Filliucius, Azorius, & alii, quos sequitur Diana *part.*3. *tract.* 4. *resol.*24. nec postea iterum tales contrahentes per Procuratorem, per Nuntium, vel per Epistolam, iterum in facie Ecclesiæ celebrare id tenentur, sed ad cautelam solent interdum id facere ob maximas utilitates Bossius *c.*3. §.69. *fol.*320. Vela *in d. cap. finali*, *n.*39. Guttierez *d. cap.*44. *num.*101.

19 In hoc ergo errarunt Durandus, Melchior Cano, & alii, dicentes matrimonium contractum modis quibus supra non esse Sacramentum, sed solùm valere ratione contractus, contra quos est communis Theologorum, & Canonistarum sententia, validissimum esse in ratione etiam Sacramenti, ita dixit uterque Sotus Dominicus scilicet *in* 4. *distinct.*27. *qu.*1. *art.*3. & Petrus Soto *de matr. assert.*3. Villalobos, Bonacina, Filliucius, Ochagavia, & alii *de matr.* quos sequitur Diana *part.*3. *tract.*4. *resolut.*250. Machadus *documento* 4. Canonistæ apud Barbosam *in d. cap. final.*
20 *tom.*6. *collect. in addit.* Ratio est, quia Procurator non est minister, nec in se recipit Sacramentum, sed potius principales contrahentes sunt Ministri, & ipsi gratiam recipiunt, & consensus conjugum per Procuratorem declaratus est materia, & forma hujus Sacramenti, ut benè Sanchez *disp.*11. *num.*28. Guttierez *cap.*43. *n.*23. Pontius *de matrim. lib.*1. *cap.*10. *numer.*6. & sic verum est gratiæ receptionem
21 esse personalem, & causari in personam contrahentis, non in Procuratore, & non obstat ambos utriusque contrahentis procuratores, viros esse vel fœminas, ut benè post Sanchez, Basilium, Guttierez, & alios, & dicit Bossius *ubi suprà*, Leander *de matrim. quæst.*2. Diana *p.*3. *tom.*2. Neque etiam obstabit consensum tempore constituti Procuratoris præstitum fictum esse, quando tempore constituentis verus intercedit consensus, neque peccabit procurator, si dum contrahit est in peccato mortali, quia ille non recipit gratiam, aut Sacramentum, nec ministrat, sed principalis contrahens, qui sanè peccabit mortaliter, si eo tempore quo per procuratorem, ipsius nomine matrimonium contrahit in peccato existat, ut post alios Bonacina *de matrim. quæst.* 2. *puncto* 5. *num.*12. *&* 13. Basilius Pontius *d. cap.*10. *lib.*1. *num. ult.* Guttierez *ubi suprà*, *n.*25. Sanchez *disp.*11. *num.*29. *&* 30.

22 Neque dicas Concilium Tridentinum *sess.*24. *de reform. matrimonii*, *cap.*1. *vers. qui aliter*, dixisse Parœci, & testium præsentiam, requiri pro forma ad matrimonium contrahendum, & aliter contrahentes sunt inhabiles, & contractus nullus sit.

Respondeo enim quod decretum Concilii dictam præsentiam non requirit ex parte contrahentium, sed ex parte Parœci, & testium, ut coram eis consensus matrimonialis exhibeatur, quod per Procuratorem fit, quia verus ibi, & realis contrahentium consensus explicatur, ex mutua sui ipsius alteri concessione quam exigit Textus *in cap.*1. *de Sponsa duorum ab uno merè personaliter, ab altero verò per procuratorem*, quod non tollit quin principalis cum constituit procuratorem, propriè matrimonium contrahere dicatur, quia actum per Procuratorem faciens, ipse videtur facere, *l.*1. *§. ultim. ff. si mensor falsum modum dixerit*, *l. pater* 22. *in fine*, *ff. de manumissis vindicta*, *l. certum* 6. §.1. *ff. de procurat.* & in terminis notavit Marinus Freccia *de subfeudis*, *lib.*2. *quæst.*47. *num.*2. quod enim dici solet eum qui per alium facit propriè, & per se non facere, sed impropriè, & interpretativè. Respõdeo id procedere quoad ipsum 23
actum materialem, aut ministerialem; secus quoad formalem, & commodum, vel damnum quod ex eo resultat, ut latè explicat Petrus Pecchius *in cap. qui per alium, de reg. juris in* 6. *nu.*5. ex quibus, & aliis sic concludit contra Bartholomæum Ledesmam *in summa*, *de matrim. dub.*28. Cardin. Bellarminus *lib.*1. *de matrim. cap.*5. Henriquez *in summa*, *lib.*11. *cap.*2. Antonius Cucchus *lib.*5. *majorum inst. tit.*11. *n.*35. Petrus Ledesma *de matrimonio*, *quæst.*42. *art.*1. *dub.*2. Cevallos *quæst.*750. *à num.*63. Filliucius *tom.*1. *tract.*11. *de Sacram. matrim. part.*1. *cap.*1. *num.*23. Sanchez *d. disp.*11. *n.*2. Guttierez *cap.*43. *n.*10. Machadus *lib.*3. *p.*1. *tract.*8. *docum.*4. *n.*2.

Itaque Procurator non est minister Sacramenti matri- 24
monii, neque in se ilud recipit, sed prius principales contrahentes sunt ministri, & gratiam ipsi reipiunt, atque ipsorum consensus per Procuratorem declaratus est, materia, & forma Sacramenti hujus, ut benè Sanchez *disp.*11. *num.* 25. Guttierez *cap.*43. *num.*23. Basilius Pontius *lib.*1. *cap.*10. *num.*6. & sic gratiæ receptio est personalis, & causatur in personam contrahentis, non in Procuratore, Vela *in dict. cap. finali*, *n.*8. *& seq.*

In procuratore verò ad matrimonium constituto, plura 25
requiruntur. Primò, requiritur, ut habeat mandatum speciale ad matrimonium contrahendum cum tali, & non sufficit mandatum generale ad contrahendum, *d. cap. fin. de procurat. in* 6. nec sufficit speciale mandatum ad contrahendum, sed debet exprimi persona, cum qua contrahi debet, ita *in d. Textu*, ubi Glossa Joannes Andreas, & alii Mozzius *de mandato*, *in tit. de divisione mandati*, *num.*11. Molina *comparatione* 25. *num.*7. Barbosa *ubi suprà*, *cap.*9. *num.*2. & habetur *in l. generali*, *ff. de ritu nuptiarum*, in gravibus enim, & arduis, specialissima requiritur expressio, Clement. *non potest*, *de procur. cap. Procurator*, *de elect. in* 6. *l. non solum*, *in fine*, *ff. de procuratoribus*, & ubi dolus, fraus, aut malum aliquid incidere potest, individua requiritur specificatio, Molina post alios *ubi suprà*, Pontius *c.*15. *n.*3. & dicit Sanchez *ubi suprà*, sufficere etiam mandatum, 26
oretenus, vel per litteras persona exprimatur, quia mandatum hoc procuratorium, non exigit scripturam, & poterit probari per testes Angelus *cons.* 112. Sanchez *lib.*2. *de matr. disp.*11. *n.*14. Alexander *cons.*149. *num.*16. *vol.*5. relatus, & receptus à Card. Tuscho *practic. conclus. litt. M*, *concl.*124. *num. ult.* Guttierez *dict. cap.*43. *num.*16. & ad revocationem ejusdem mandati sufficere debent testes, argumento Textus *in cap.*1. *de reg. jur. in* 6. *& l. nihil tam naturale* 36. *ff. de regulis juris*, & hoc procedit, licèt mandatum in publica 27
scriptura datum sit, imò & illam requirat: nam adhuc poterit per testes probari revocatum, ut de communi Vela *in dict. cap. finali*, *num.*46. & quales testes ad prædictam revocationem probandam requirantur latissimè tradit Guttierez *de matrimonio*, *cap.*24. *à n.*9. *usque ad n.*30. *& à n.*66. *usque ad num.*97. *remissivè*, Vela *in d. cap. fin. n.*46. & nos *infrà cap. ult.* dicemus.

Hinc Textus *in cap.*4. *ad agendum*, *de procur. in* 6. ait 28
mandatum generale non sufficere, ubi requiritur speciale, Surd. *decis.*209. *num.*6. Card. Mantica *de tacitis*, *tom.* 1. *lib.*7. *tit.*11. *num.*7. Christoph. Paz. *de tenuta*, *cap.*34. *nu.* 11. Noguerollo *alleg.*9. *num.*10. Suarez de Paz *in practica*, *tom.*1. *annot.*4. *num.*15. Fragosius *de regimine Reipubl. Christianæ*, *part.*1. *lib.*4. *disput.*12. §.8. *numer.*198. Pareja *de inst.*

de inst. edit. tit. 5. *resol.* 10. *mob.* quæ autem sint negotia requirentia speciale mandatum, tradunt communiter Doctores cum Glossa *in cap. qui ad agendum, in verbo vel pacisci*, ubi Philippus Francus *quæst.* 38. Firmianus *in suo repertorio, in verbo mandatum*, ubi congerit 72. casus, in quibus requiritur speciale mandatum, quos enumerat etiam Fragosius *ubi suprà*, §. 8. *n.* 297. & Pareja *ubi suprà*.

29 Illud verò mandatum quod ad contrahendum requiritur quodque debet esse speciale, tale non dicitur nisi nominatim detur ad contrahendum cum certa, ac determinata persona, Glossa *in d. cap. fin. in verb. Speciale, in medio, & in fine*, ubi Ancharanus *num.* 1. *in* 23. *notabili*, Dominicus *num.* 2. Francus *n.* 4. Abbas *in cap. coram, num.* 5. *de restit. in integrum*, Tiraquell. *ad leges connubiales, glossa* 7. *num.* 111. Rolandus à Valle *consil.* 26. *numer.* 4. & 21. *lib.* 2. Covar. *de sponsalibus, part.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. & 11. Gomez de Leo *decis.* 84. Caldas Pereyra *in l. si Curatorem, in verbo Implendum, num.* 6. Card. Mantica *lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 25. Cardin. Tusch. *littera M, conclus.* 52. *numer.* 2. & *conclus.* 124. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. procur. resol.* 3. *num.* 33. Rebellus *lib.* 2. *de oblig. justitiæ, quæst.* 1. *num.* 5. Cardosius *in praxi Iudicum, & Advocatorum, in verbo Procurator num.* 54. Camillus Borrellus *part.* 1. *tit.* 66. *num.* 262. Molina *lib.* 1. *dict. comparatione* 25. *numer.* 5. & 7. Guttierez *cap.* 43. *num.* 3. Bonacina *quæst.* 24. *part.* 7. *num.* 8. Basilius Pontius *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 3. & 4. Filliucius *p.* 3. *cap.* 1. Machadus *de perfect. confess. lib.* 3. *part.* 1. *tract.* 92. *dub.* 5.

30 Secundò, requiritur in mandato, ut liberè detur, & acceptetur; constitutio enim procuratoris ad matrimonium cum tali contrahendum requirit similem libertatem, ae in matrimonio requiritur, Sanchez *lib.* 4. *disp.* 12. *num.* 12. Bossius *c.* 12. *num.* 147. Ratio est, quia sicuti matrimonium debet esse liberum, ita etiam procurator liberè constitui debet, ad matrimonium contrahendum, & addit Sanchez idem esse in dotis promissione, Doctores *ubi suprà*, cum Bossio *cap.* 12. *num.* 148. Guttierez *cap.* 70. *de matrim.* Glossa *in cap.* 2. *in verbo Coactus, de his quæ vi*, Farinacius *in verbo Meus, cap.* 27. & alii apud eosdem, & est ipso facto irrita si fiat ob metum cadentem in constantem virum, Doctores *ubi suprà*.

31 Tertiò, requiritur in mandato ad contrahendum matrimonium, ut exerceatur per eundem mandatarium, ipse enim debet illud exequi cui datum est, neque poterit alium substituere, nisi specialiter talis facultas in mandato concessa sit, *dict. cap. final. de procurat. in* 6. Guttierez *de matrimonio, cap.* 13. *numer.* 4. Basilius *lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 5. Bonacina *ubi suprà, quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 8. nam cum matrimonii contractus sit res magni ponderis, & momenti, & quæ non nisi interno amico familiari, vel propinquo committi ad quam mandans talem forsan de alio fiduciam non haberet, & proinde procurator datus ad rem prædictam, & sic certam habeat personam præfixam cum qua contrahat, non tamen alium suo nomine substituere poterit, nisi talis sibi facultas specialis fuerit concessa, quia nempe illius industria in dubio electa censetur, propter magnum periculum, quod posset imminere, ex facto tam arduo, ut eisdem verbis significat Textus *in dicto cap. finali*, ubi Joannes Andreas, Dominicus à sancto Geminiano *numer.* 1. Franciscus Molina *de ritu nuptiarum, dicto lib.* 1. *coomparatione* 25. *numer.* 860. Trentacinquius *variarum resolutionum, resolut.* 3. *num.* 33. Pontius *lib.* 2. *cap.* 15. *numer.* 5. & ita dicit Cujac. *lib.* 3. *ad edict. Pauli in leg.* 11. *ff. de pactis*, Sanchez, Rebellus, Filliucius, & alii *ubi suprà*. Quando verò in mandato est concessa procuratori specialis facultas, & potestas substituendi, tunc poterit alium substituere, ut *in dict. cap. finali, de procurat. in* 6. Sanchez *dicto lib.* 2. *disp.* 11. *numero* 5. Guttierez *cap.* 43. *numer.* 4. Basilius *dict. cap.* 15. *numer.* 5. & 6. Bonacina *ubi suprà, punct.* 5. *num.* 8. nam licèt procurator ad negotia possit alium suo nomine, & periculo liberè deputare, Socinus *reg.* 606. Turzanus *tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 8. *de procur. num.* 7. Cardosius *in verbo Procurator, num.* 75. Card. Tuschus *littera P, conclus.* 849. Trentacinquius *lib.* 2. *resolut.* 3. *de procurat. num.* 25. sic ad lites Procurator dum est factus dominus litis, scilicet ea contestata, poterit substituere, Doctores *ubi suprà*, Cardosius *ubi suprà, num.* 73. & 74. Cevallos *quæst.* 33. Card. Tusch. *littera P, conclus.* 849. Joannes de Hævia Nolanus *in Curia Philippica, part.* 1. §. 10. *num.* 25. at matrimonii contractus cum sit magni ponderis, & momenti, ideò non nisi intimo amico, familiari, vel propinquo committi solet; ergo non poterit alium substituere, nisi de speciali licentia principalis, Vela *in dict. cap. fin. part.* 3. *num.* 2. *de procurat. in* 6. & patet ex *dict. cap. fin.* Ratio est, quia in gravibus negotiis censetur electa industria personæ, in qua specie, substitutioni locus non est, ut benè Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 38. & sic non potest excedere fines mandati, & si excedat non valet matrimo- 32
nium, ut si mandatum detur contrahendi certa dote constituta, & procurator contrahat ea non servata nihil agit, Guttierez *ubi suprà, num.* 19. Sanchez *disp.* 11. *num.* 11. Basilius *d. cap.* 15. *num.* 6. Diana *d. res.* 250. *p.* 5. *num.* 8. & patet ex *l. diligenter, ff. mandati*.

TERTII CAPITIS SUMMARIUM.

1 *Procuratoris mandatum si sit revocatum, etiam ignorata revocatione si fiat, matrimonium nullum erit.*

2 *Procurator veluti organum principalis matrimonium contrahit.*

3 *Procurator validè agit licet revocatus, si revocatio ab eo ignoretur, quod fallit in matrimonio.*

4 *Matrimonium cum duobus contrahens, sed diverso modo, quodnam valeat ex illis.*

5 *Ratificatio matrimonii contracti post revocationem procuratoris, quid operetur.*

6 *Mandati revocatio tacita, vel expressa sufficit, ut matrimonium non valeat.*

7 *Procuratoris revocatio tacita, qualiter exemplificetur.*

8 *Procuratoris revocatio merè interna, quid operetur.*

9 *Procurator constitutus ad contrahendum matrimonium cum juramento, etiam validè revocatur.*

10 *Procurator ad matrimonium fictè constitutus, si deinde verus accedat consensus, an validè contrahat.*

11 *Matrimonium mandans contrahi per Procuratorem, si incidat posteà in amentiam, an valeat matrimonium.*

12 *Matrimonium contractum per Procuratorem, tunc temporis, quo mandans dormit, valet.*

13 *Procurator ad matrimonium, nullam habet à jure præscriptam ætatem, vel sexum.*

14 *Procuratoris verba quibus contrahit matrimonium, referuntur.*

15 *Matrimonium per Procuratorem valet, licèt principalis, dum contrahitur in aliis sit occupatus.*

16 *Procuratio jurata quando validè, & quando non validè revocetur.*

17 *Mandatum ad matrimonium contrahendum non est perfectio contractus.*

18 *Mandatum ad contractum juramento vallatum quando sit irrevocabile.*

19 *Procurator ad permutandum, vel resignandum beneficium, an possit revocari.*

20 *Matrimonium contractum per epistolam, vel procuratorem qualiter differant inter se.*

21 *Matrimonium per Procuratorem revocatum non valet ad matrimonium contrahendum.*

ARGUMENTUM.

Procurator constitutus ad matrimonium contrahendum, si sit revocatus, antequam illud fiat, non valet matrimonium, etiamsi revocatio non innotescat alteri parti, & quibus modis possit mandatum ad matrimonium contrahendum revocari?

C A-

CAPUT III.

An mandatum ad contrahendum matrimonium datum Procuratori possit revocari, expresse, vel tacite, & quid si illo revocato, ac non notificata revocatione, contrahatur matrimonium, ad Text. in dict. cap. finali, de proc. in 6.

1 INter alia requisita ad validè matrimonium contrahendum per procuratorem, illud est, quod mandatum procurationis non fuerit revocatum: nam revocato mandato, non potest amplius nomine mandantis contrahere, *d. cap. finali, de Procur. in 6.* quamvis revocatio ipsa ad notitiam procuratoris non pervenerit, cum quo procurator agit dictam revocationem ignoranter: nam quicquid sit in cæteris contractibus, & negotiis posteà per procuratorem revocatum valent, dummodò revocatio non sit notificata procuratori: tamen in matrimonio contrahendo per procuratorem constitutum, non requiritur notificatio revocationis mandati, ut contractus matrimonii per eundem Procuratorem revocatum celebratus sit nullus, sic expressè definitur *in d. cap. fin. de procur. in 6.* ubi communiter DD. & ratio est, quia matrimonium de jure Divino, & naturali,
2 requirit consensum verum, & proprium contrahentis illumque liberum, quem neque Ecclesia, neq; Princeps quicumque poterit supplere: quare cum procurator sit veluti organum Domini mandantis, neque loquatur ex se, sed ex persona constituentis, cujus consensus verus, & proprius est necessarius, ut eo cessante cesset matrimonium, & statim facta revocatione, illicò deficit talis consensus, ergo ex necessitate sequitur, ut procurator etiam ignorans mandati revocationem nulliter agat, si matrimonium nomine mandantis celebret, & hæc est ratio Summi Pontificis *in dict. cap. fin.* & illa veluti specialem in matrimonio, contra rece-
3 ptissimam traditionem, quod cæteris contractibus, & negotiis, gesta per procuratorem revocatum valeant, dum revocatio non est notificata procuratori, DD. *in dict. cap. fin.* ideò si Dominus principalis revocato mandato, cum altera contrahat, & procurator contrahat cum expressa in mandato illud, & non hoc matrimonium prævaleat, quia in illo, & non in hoc est verus consensus; ut benè Molina *ubi suprà, num.* 19. sic si ego contraho cum Berta sub condi-
4 tione, si Papa dispensaverit; quia forsan parentes sumus, non valebit matrimonium; ratione præstiti consensus si contrahi postea cum alia, etiam non certiorato procuratore, &c. quia certioratio ex natura hujus contractus matri-
5 monii, non requiritur, & infert Basilius Pontius *ubi suprà*, quod si Dominus posteà ratificet matrimonium, à procuratore jam revocato, celebratum, ut valeat, seu convalescat, opus esse, ut ea cum qua contraxit procurator iterum consentiat, quia prior contractus sit nullus, ex defectu consensus alterius, quod prius dixerat Guttierez *cap.* 42. *n.* 43. *de matrim.* Bossius *c.* 3. *n.* 265.
6 Quod adeò verum est, ut non solum expressa, sed etiam tacita mandati revocatio sufficiat, ad hoc ut matrimonium à procuratore etiam revocationis ignaro, virtute dicti mandati, tacitè revocati contractum sit nullum, etiam in foro exteriori, si de tacita revocatione constat; eritque tacita revocatio si principalis, post datum primum mandatum, de contrahendo matrimonio, concederet alteri, vel eidem, secundum mandatum, ad contrahendum cum alia, vel idem mandans matrimonium, ignorante procuratore, interim contraheret cum alia, Covar. *ubi suprà, cap.* 4. *num.* 11. Molina, Guttierez, Sanchez, & alii suprà citati, vel si Dominus principalis vetaret ne procurator à se constitutus
7 contraheret matrimonium, quod exemplum ponit Glossa *in dict. cap. finali, in verbo revocatus*, ubi additur, *vel vetitus ne contraheret*, quam Glossam sequuntur ibi communiter DD. dicentes, quod vetare, ne procurator contrahat, habet vim tacitæ revocationis, alia exempla tacitæ revocationis, videri possunt apud Menochium *lib.* 2. *præsumpt.* 35. & hanc ampliationem amplexi sunt Abbas *in cap. in causis, de electione*, Molina *comparatione* 25. *numer.* 26. & 56. Sanchez *disp.* 11. *num.* 10. Pontius *dict. cap.* 15. *num.* 11. & latè contra nonnullos Jurisperitos probat Guttierez *cap.* 43. *numer.* 28. *usque ad num.* 43. quia per tacitam revocationem Dominus sive principalis mandans ostendit se pœnitere prioris consensus, illumque revocare, ex qua tacita revocatione colligitur dissensus, at deficiente consensu matrimonium non valet, ergo, &c. ita dixit S. Pontifex *in dict. cap. finali*, ibi, *cum illius consensus defecerit.* Unde colligitur non valere matrimonium à procuratore post revocationem contractum, sive revocatio fiat per litteras, sive per verba, sive per factum contrarium; quibuscumque enim modis fiat dicta revocatio valebit, & erit nullum matrimonium posteà à procuratore contractum, ob defectum consensus, imò valebit talis revocatio procurato- 8
ris merè interna, quoad forum conscientiæ scilicet, ut matrimonium post dictam internam revocationem à procuratore contractum, ipso facto sit nullum, ob defectum consensus, licet quoad forum externum, incumbat onus revocanti eam probandi testibus.

Imò dicta procuratoris ad matrimonium revocatio ex- 9
pressa, vel tacita valet, & habet effectum suum, scilicet ut matrimonium postea à procuratore contractum sit nullum, etiamsi principalis mandans, in mandato jurasset, se nunquam revocaturum mandatum; ita Glossa *in dict. cap. finali, de procur. in 6.* quam ibidem sequuntur communiter DD. Guttierez *cap.* 45. *num.* 9. Sanch. *disp.* 11. *num.* 8. Barbosa *tom.* 2. *in collectaneis, lib.* 1. *tit.* 19. *cap.* 9. *numer.* 9. nam in hoc casu deficit consensus principalis mandantis, & quod revocatio procuratoris, etiam ad alia negotia, præter matrimonium facti; contra juramentum de non revocando valeat, & habeat effectum eundem, dicunt Jurisperiti, & Canonistæ, de quibus Covarr. *in cap. Quamvis pactum, part.* 1. §. 4. *num.* 1. & *part.* 2. §. 2. *num.* 18. Guttierez *de juram. c.* 37. Seraphin. *de juram. privileg.* 75. Molina *comparatione* 25. *n.* 53. Bossius *dict. cap.* 3. *n.* 270. & in procuratore ad matrimonium, dixit Glossa *in dict. cap. finali, in verbo revocatus, de procur. in 6.* & in casu quo revocet principalis non obstante juramento esset revocans perjurus, nisi ex justa causa revocaret, quia posita justa causa revocandi non esset perjurus, Pontius *ubi suprà, c.* 15. §. 2. *nu.* 34. *lib.* 12. *c.* 8. §. 1. *n.* 57.

Quod si à principio mandans consensum dederit fictè, 10
sed posteà dum contrahit procurator, verum habuit principalis, tunc valebit matrimonium, quia tempore contractus est verus, & proprius consensus; ergo quocumque tempore intermedio dissensus fit, tamen si tempore contractus sit consensus validè contrahuntur, & à tempore quo contrahitur per Procuratorem, ipse principalis, neque consentiat, neque dissentiat, quia in aliis stat occupatus, tunc adhuc matrimonium valebit, quia adest verus consensus, cum duret virtualiter prior consensus in constitutione procuratoris, elicitus, & expressus, Henriquez *lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 4. Sanchez *disp.* 11. *num.* 11. Guttierez *cap.* 43. *num.* 14. similiter si idem principalis, qui mandatum dedit in 11
amentiam incidat, quæ duret etiam tempore contracti matrimonii, valebit tale matrimonium, quia adest verus consensus, quia remanet virtualiter prior consensus cum non sit revocatus, neque tacitè, neque expressè, Henriquez, Guttierez, & alii apud Bonacinam *de matrimon. quæst.* 2. *punct.* 5. *numer.* 13. Bossius *cap.* 3. *numer.* 274. licèt oppositum dicat Pontius *dict. cap.* 15. *numer.* 14. quem sequitur Diana *part.* 3. *tract.* 14. *resol.* 249. idem dicas, si mandans tempore quo Procurator contrahit matrimonium dormit, tunc verum, & validum est matrimonium, licèt 12
tempore quo dormit, non possit habere actualem, seu formalem consensum, & tamen valet, quia sufficit consensus virtualis.

In tali verò Procuratore ad contrahendum matrimonium constituto, nulla desideratur ætas, nec alia qualitas, præter eam quam jus naturale exposcit, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 41. *num.* 8. Guttierez *dict. cap.* 44. *num.* 48. sic impertinens est diversitas sexus: unde tam fœmina, quàm masculus poterit esse procurator, Sanchez *disp.* 15. *num.* 15. Guttierez *cap.* 43. *num.* 17. & poterit absque scriptura constitui, ut in quocumque Procuratore generaliter tradit Glossa *in l. maritus, in verbo præscripserunt, C. de procurat.* ubi communiter Doctores quos refert, & sequitur Guttierez *dict. cap.* 43. *num.* 16. & Sanchez *disp.* 11. *num.* 24. neque interest, quibus verbis procurator matrimonium contrahat, an ipse absentis nomine, an verbis ipsorum sui principalis conceptis, hoc est, *contraho tecum matrimonium in nomine* 13
Sempronii, aut si dicat: *Sempronius tecum matrimonium contrahit, vel te in uxorem accipit, me mediante, sive me illius procuratore ad hoc constituto.* Quæ verba ponit Abbas *in c. ex parte, de conversione conjug.* Covar. 2. *p. de sponsalib. c.* 4. *num.* 8.

num. 8. Molina comparat. 25. n. 1. Guttierez d. cap. 43. nu. 14. Sanchez, & alii relati ab eo.

14 Sufficit igitur pro validitate matrimonii, quod procurator, neque expresſè, neque tacitè ſit revocatus quamvis tempore quo contrahitur, conſenſus poſitivus mittentis procuratorem, non exiſtat, eo quod in aliis ſit occupatus, quia ad validitatem matrimonii ſufficit conſenſum virtualiter perſeverare tempore matrimonii, ut in ſimili de Baptiſmo ſic recepto habetur in c. majores, de Baptiſmo, ſic omninò retinens poſſeſſionem eam non amittit, ſi demens, vel fatuus eſt, l. ſi is qui 27. ff. de acquir. poſſeſſ. l. nunquam 31. §. ſi ſervus, ff. de uſucap. Gomez. variar. lib. 3. c. 15. n. 4. ergo per ſupervenientiam furoris, &c. non dicitur revocatúm mandatum procuratoris ad matrimonium contrahendum, quia talis voluntas ſicuti superveniente ſomno non ceſſat, ſed magis durat, ita ſuperveniente furore, Sanchez lib. 2. de matrimonio, diſp. 11. num. 11. cum ſeqq. Guttierez d. cap. 43. à num. 14. Bonacina quæſt. 24. de matrimonio, puncto 5. num. 13. Filliucius tract. 10. punct. 1. cap. 1. num. 250. & ſic cavendum eſt ab illis, quos ſequitur Baſilius lib. 2. de matrimonio, cap. 15. num. 24. dum intendunt probare, non valere matrimonium ſi fiat à procuratore, quando ille qui conſtituit demens factus fuit, quia ſi eſſet verum, neque valeret, quando conſtituens procuratorem dormiret, ut benè Vela in dict. c. finali, in fine, num. 52. & Henriquez in ſumma, lib. 11. cap. 4. num. 4. Sylveſter in verbo, Matrimonium, il 5. quæſt. 10. Idelphonſus Rodriquez in ſpeculo conjugum, par. 1. art. 16. dub. 6. Sanchez d. diſp. 11. num. 12. & 32. Burgos Salon de Pace conſ. 6. verſ. ultim. cum quinque numeris ſeqq.

15 Quod ſi Procuratòr fuerit conſtitutus cum promiſſione jurata de illo non revocando, & poſtea rovocat, validè revocabitur, & nullum erit matrimonium poſteà contractum, Gloſſa in dict. c. finali, in verbo Revocatus, de procurat. in 6. quia juramentum operabitur, ut revocatio fiat cum peccato contra juramentum, ſed valida erit, & ſic nullum erit matrimonium etiam ignorata revocatione per procuratorem, ut latè Corduba de Lara in l. ſi quis à liberis, §. parentes, à num. 90. & 99. ff. de liber. agno. Covar. in cap. quamvis pactum de pactis in 6. part. 2. c. 4. nu. 10. & 13. & c. 6. num. 2. Guttierrez de jurament. par. 1. c. 1. num. 80. & 81. & c. 58. num. 17. & 18. & c. ultim. num. 3. & de matrimonio, cap. 43. num. 9. Sanchez ubi ſuprà, num. 8. Surd. conſ. 264. num. 41. vol. 2. Burſatus conſil. 379. num. 13. volum. 4. Trentacinquius de procurat. reſolut. 3. num. 33. Rebellus lib. 2. quæſt. 5. num. ultim. Filliucius c. 1. num. 24. Reg. Capycius Galeota lib. 1. contr v. 6. num. 1. 3. & 11. Pontius dict. c. 15. num. 12.

16 nam ex eo quod quis dedit mandatum ad contrahendum matrimonium, non perficitur contractus, neque ex eo, quod juretur ejus ſubſtantia alias revocabilis mutatur, itaut efficiatur irrevocabilis, Covar. ad rubricam de teſtamentis, p. 2. n. 45. Cevallos q. 268. n. 7. & 8. Corduba de Lara d. §. parens, n. 45.

17 Cum autem dicimus mandatum licet perpetuum, & juratum poſſe validè revocari, intelligendum eſt, ſi ſimpliciter ſit juratum, ſecus ſi eſſet aliquid promiſſum parti, cum juramento, quia tunc non datur revocatio, ita Baldus in rubrica de procurat. col. 2. in Decretalibus, qui ſic limitat Gloſſam in dict. cap. finali, de procurat. in 6. dicens, quod ideò ſtante juramento de non revocando Procuratorem, admittitur revocatio, per Text. in dict. cap. finali, quia ex tali juramento nulla reſultat obligatio, ſecus ſi eſſet promiſſum adverſario, de non revocando, quia ex tali pacto licito, & honeſto, ne adverſarius illudatur benè oritur obligatio, & ideò revocari tunc non poteſt, Natta conſ. 426. n. 11. lib. 2. Palatius de donat. inter vivos, §. 45. n. 6. Rolandus à Valle conſ. 6. num. 5. vol. 1. ideò Rota deciſ. 104. in antiquis, in tit. de procurat. ait, quod ſi aliquis facit Procuratorem ad

18 permutandum, vel reſignandum ex permutatione beneficium, & jurat non revocare, ratione juramenti non poteſt venire contra; & ſi revocet, non valet revocatio, quia altera parte invita, non poteſt fieri, legas Barboſam in d. cap. fin. de procurat. in 6. in add. tom. 6. collect. canonicatum, & ſic conciliantur Doctores pro contraria opinione, de quibus Vela diſp. 4. n. 31. in d. cap. fin.

19 Ex quibus infertur primò, convenire inter ſe matrimonium contractum per Epiſtolam, per Nuncium, vel procuratorem, quia ſi per Nuntium, vel per Epiſtolam celebretur, & mittens, ſe pœniteat de Epiſtola data, vel etiam de Nuncio miſſo, & talis pœnitentia non ſit intimata, non valebit quod geſtum eſt, ut contra Gloſſam in l. 1. ff. de contrah. emption. communiter dicunt DD. cum Gloſſa ſingular. in verſ. tenet, verſ. Quare dicunt alii, in Clem. unica, de renunc. ubi Ancharanus nu. 1. Francus n. 7. Zabarella n. 9. Gomeſius num. 2. var. cap. 4. n. 3. Gonzal. in reg. 8. Cancellariæ, gloſſ. 26. n. 16. & gloſſ. 63. num. 42. Sanchez dict. diſp. 11. num. 7. Medranus de conſenſu connubiali, cap. 12. num. 17. Guttierez cap. 43. Card. Tuſch. litt. P, concl. 801. num. 32. ergo non oportet eſſe conſcium revocationis, tum procuratorem, tum etiam illum, cum quo negotium geritur, ſive extrajudicialiter, ſive judicialiter, Gomeſius ubi ſup. nu. 3. in princ. Auguſtinus Miſſa, Gelaſius de formula Cameralis obligationis, par. 2. q. 24. n. 4. Oſualdus Illigerius ad Donellum lib. 16. comment. cap. 23. litt. E, Vela part. 4. in d. cap. finali, num. 5. tum quia procurator ad matrimonium conſtitutus cenſetur tanquam nudus miniſter, & ſic veluti merum inſtrumentum, & organum principalis, per quod conſenſum exprimit, & verba profert nomine principalis, Card. Tuſch. Bonacina, & alii ubi ſup. Ergo deficiente conſenſu partis, quæ ad matrimonium mandatum dedit, nullum erit matrimonium licet ignoret procurator, quod fuerit revocatus, Gloſſa in Clem. unica, de renunciatione, in verb. revocat, verſ. Quare dicunt, & facit tex. in l. cum ita 66. §. 1. ff. ad Trebell. poſt alios Vela diſp. 4. à n. 28. cum ſeqq.

Infertur ſecundò, matrimonium contractum per procuratorem revocatum non valere, quamvis procurator, vel alter conjux, revocationem ignoret, ut in dict. textu, cap. final. habetur, & Gloſſa in dict. Clementina unica, in verbo teneat, verſ. Sed illud ſpecialiſſimum, de renunciat. poſt alios Bonac. q. 2. ſect. 5. & ad hoc, ut ſit invalidum tale matrimonium contractum per procuratorem revocatum, etiam ignarum revocationis, idque in etiam externo ſufficit tacita revocatio mandati, hoc eſt pœnitentia, ſignis, ſeu factis aliquibus, arg. ſi pœnituit 4. & l. finali, ff. de divortiis, nam voluntas plerumque magis declaratur factis, quam verbis, l. Paulus 5. ff. rem ratam haberi, l. ſi tamen 48. §. ei qui ſervum, ff. de edil. edict. Covarr. de ſponſalib. 2. p. c. 4. nu. 11. Sanch. lib. 2. diſp. 11. n. 10. Trentacinquius de procuratoribus, reſol. 3. num. 33. puta ſi quis mandatum dedit ad contrahendum cum Titia, deinde mandatum ad contrahendum cum Caja, tunc enim, cum non poſſit contrahi cum ſecunda niſi recedatur à prima, ideò fit, quod dato mandato ad contrahendum cum ſecunda, videtur primum mandatum revocatum, quaſi quod pœnitentia veluti præambulum neceſſarium, cenſeatur, ut in puncto Emilius Ferrettus conſ. 281. n. 12. Joan. Guttierez c. 43. de matr. art. 2. n. 24. & cap. 44. per tot. Franc. Molina lib. 1. comparat. 25. n. 24. & 56. qui refert litem apud Hiſpanos, nempe inter duos illos Magnates Ducem de Alba, & Ducem de Alcala, quorum primus poſtquam mandatum ſpeciale dederat ad matrimonium contrahendum cum filia alterius Ducis, antequam mandatum illud exequeretur duxit aliam in uxorem, cum qua tantum matrimonium validum contractum fuit. 20

QUARTI CAPITIS SUMMARIUM.

1 *Mandatum fuiſſe revocatum non eſt neceſſaria ſcriptura.*
2 *Mandati revocatio interna per conſtituentem procuratorem ad mandatum revocandum an valeat.*
3 *Procurator conſtitutus cum mandato, & ficto conſenſu non valet.*
4 *Teſtes probantes revocatum mandatum, an ſufficiant ſingulares.*
5 *Teſtes ſingulares ſunt triplicis ſingularitatis, obſtativa, ſcilicet diverſificativa, & adminiculativa.*
6 *Teſtes non debent eſſe omni exceptione majores ad impugnandum matrimonium.*
7 *Teſtes quando dicatur omni exceptione majores.*
8 *Teſtes conſanguinei, & affines an probent matrimonium revocatum.*
9 *Conſenſus defectus, in matrimonio revocando, qualiter probetur.*
10 *Mandatum revocatum poteſt probari per Proxenetas matrimonii.*
11 *Qualitas quod teſtes ſint omni exceptione majores non eſt neceſſaria ad mandatum revocandum.*

12 *Casus Hispaniæ decisus, quot habebat probationes, & qualitates.*
13 *Filia validè contrahit etiamsi timeat patris indignationem, & quando.*
14 *Mandati revocatio, an possit probari per testes familiares.*
15 *Testes familiares, & domestici, quæ occulta probent, & quæ non.*
16 *Testes familiares, & domestici, quando veritas aliunde haberi non posset, qualiter admittantur.*
17 *Testes inhabiles quando cum habilibus admittantur ad probandum.*
18 *Testis unus, & juramentum revocantis, probant mandatum revocatum.*
19 *Epilogum ejus quod dicebamus quatuor supradictis capitibus.*

ARGUMENTUM.

Mandati revocatio qualiter probetur, si fuerit datum in ordine ad matrimonium. Testibus probatur matrimonium fuisse revocatum, & quales debeant esse tales, etiamsi sint consanguinei, affines, &c.

NEAPOLITANA
Validitatis Matrimonii
CONTRACTI
Per Procuratorem, inter D. Isabellam Mastrillum, cum Alexandro Mastrillo Illustriss. Duce S. Pauli.

Ad interpretationem Textus singularis in cap. fin. de procurat. in 6.

CAPUT IV.

Qualiter probari debeat mandatum fuisse revocatum, ad hoc, ut non valeat matrimonium.

1 Cum certum sit ad revocationem probandam mandati dati, pro matrimonio contrahendo, non esse necessariam scripturam, ut supra dicebamus, ideò dico sufficere testes, ex notatis per Angelum *consil.*122. per Alexandrum *consil.*149.*num.*16.*vol.*5. per Cardin. Tusch. *tom.* 5. *littera M*, *conclus.*124.*num.ult.* Sanchez *lib.*2. *disput.*11. *num.*14. Guttierez *cap.*43. *numer.*16. argum. text. *in capit.*2. *de reg.juris*, *in* 6. *& l. nihil tam naturale* 36. *ff.eodem titul.*
2 Quales autem testes ad prædictam procuratoris revocationem requirantur, dicemus infrà, quod si contingat revocatio mera interna, utique valebit quoad forum conscientiæ in quo solum veritas attenditur, *capit. veritate*, 8. *dist.* licèt quoad externum Ecclesiæ quæ de occultis non judicat, *capit.erubescant*, 11.*dist.* incumbat revocanti onus, eam testibus, vel alias legitimè probandi, alias pro matrimonio judicabitur, quod nihilominus apud Deum nullum erit, ea nimirum ratione, quia quantumcumque sint verba externa, deficiente tamen interno consensu; ex quo mutua corporum traditio, & subjectio procedere debet,
3 quemadmodum deficit re vera, ex quo constituens procuratorem, eum intus, & apud se revocavit, non potest quoad Deum qui intima cordis novit, *capit. novit*, 13.*de judiciis*, *cum similibus*, matrimonium à tali procuratore contractum valere ex ratione textus *in dict.capit.finali*, ibi: *Cum illius consensus defecerit sine quo firmitatem habere nequiverit*, ita S. Thomas *in* 4.*dist.*49. dicunt Sanchez *lib.*2. *disput.*11.*num.*9. Guttierez *cap.*43. *de matrim. numer.*9. Filliucc. *tract.*10.*de matrim.part.*1.*cap.*1. *num.*24. & induci potest text. *in cap. tua nos* 26.*de sponsalibus*, junctis illis quæ scribunt Covarr.2.*p.de sponsalibus*,*cap.*2. *numer.*2.*&* 3. Guttierez *cap.*43.*numer.*35.38.*&* 39. Valerius Reginald.*de pœn. lib.*31.*c.*3.*num.*13. *&* 14.
4 Circa verò testes probantes, & deponentes mandatum à principali constituente fuisse revocatum, est prima quæstio an possit probari per testes singulares, & licèt videatur dicendum non posse probari, tum quia testes singulares regulariter non probant, *cap. nihilominus*, ubi Glossa 3. *qu.*4. *cap.tam litteris*, *de testibus*, *cap.licet causam*, *de prob.cap.Bonæ,de elect.* Cravetta *consil.*41. & mille testes singulares tantum probant quantum unus, Baldus *in leg.jusjurandi*, *col.* 2. *Cod.de testibus*, Surdus *consil.*12. *num.*5. *lib.*1. Gabriel *lib.* 1.*de testibus*,*colum.*2.Menoch.*casu* 98. *num.*12. *lib.*1. qui ait hoc esse divina lege statutum in omni negotio, Deuteronomii *cap.*19. *Ergo credere dicto unius testis singularis*, *est contra jus divinum*, *& humanum*, ut cum Baldo affirmat Rolandus à Valle *cons.*95. *vol.*4. *num.*2. Surdus ubi suprà, redduntur verò testes singulares ex diversitate loci, & temporis, etiamsi testes singulares, tendant ad eumdem finem, DD. ubi suprà.

Contrarium tamen dicendum est cum Guttierez ubi suprà, *num.*52. qui dicit, quod singularitas triplex est obstativa, scilicet posita repugnantia, ut in testibus Susannæ, & hæc singularitas nihil probat, cum testes dicantur contrarii magis, immò in falsum incidisse, & uti tales punitos, Daniel *cap.*13. alia singularitas est diversificativa, ex qua inducitur diversitas rei, & effectus in substantia, putà si actor dicat, mutuasse decem, sed testes aliqui dicunt mutuasse decem, in mense Augusti, alii in mense Septembris, & isti sunt testes singulares loco, & tempore, sed non sunt contrarii, ideòque non probant, nec contestes dicuntur, nec conjunguntur ad faciendum, nec plenam, nec semiplenam probationem. Tertia singularitas est commutativa, sive adminiculativa, quando videlicet, ex ipsius singularibus testibus, nulla resultat repugnantia, sed diversitas factorum, ut omnes super ipso facto principali conveniant, & ad eumdem finem tendunt, ad probandum, & coadjuvandum actoris intentionem super eo, quod per ipsam actionem petitum fuit, licèt in loco, & tempore diversi reperiantur, & tunc conjunguntur ad plenam probationem faciendum, & hæc sufficit, & non nocet, quia tendunt testes ad eumdem finem, Mascardus *conclus.*858. Farinacius *quæst.*47. *num.*265. Guttierez *d.c.*44. & tales testes probant mandatum fuisse revocatum, quod fuit datum ad matrimonium contrahendum. 5

Secunda est quæstio, an debeat probari mandatum fuisse revocatum per testes omni exceptione majores, videtur enim dicendum quòd non, quia quando testes patiuntur plures exceptiones, non faciunt fidem in causa matrimonii, quia non sunt omni exceptione majores, & tales debent esse in causa matrimonii, *cap.*1. ubi Glossa *in verbo*, *Majores*, *de consanguinitate*, *& affinitate*, ubi Butreus *notab.*8. Abbas *numer.*5. Præpositus *num.*9. Gabriel *lib.*1. *de testibus*, *conclus.*8. Mascardus *conclus.*1021. *numer.*4. *& concl.* 1361. *numer.*6. Covarruv. 2.*part.de sponsalibus cap.*8. §.12. *num.*7. Grammaticus *consil.*26.*num.*48. ubi ait non sufficere, quod alias sint idonei, & debeant esse probatæ vitæ, & quod non sit verisimile perjurium facere, *cap. desuper qui matrimonium accusare possunt*, Sanchez *de matrim. lib.*3. *disp.*41. 6

Dicuntur autem testes omni exceptione majores, qui nulla exceptione repelli possunt, Glossa *in capit.*1. *de consanguinitate*, *& affinitate*, *& in capit. At si Clerico*, *de judiciis*, & talis qualitas debet deduci, & probari, Mascardus, Gabriel, & alii ubi suprà, & nisi probetur, nihil valent, nihilque probant testes examinati, Alexand. *conclus.*361. *&* 1239. *num.*12. & licèt qualitas idoneitatis, & bonæ famæ præsumantur, Mascardus *conclus.*222. *&* 223. *vol.*1. *& conclus.*1086. *vol.*2. tamen quando in aliqua dispositione juris communis, vel municipalis, requiritur, esset probanda. Unde consanguinei, & affines non sunt testes omni exceptione majores, quia obstat consanguinitas, vel affinitas, Gabriel *conclus.*13. & quando agitur de matrimonio probando admittuntur testes consanguinei, & affines, sed quando agitur de reprobando alio matrimonio, non admittuntur, *dict. cap.*1. *de consanguinitate*, *& affinitate*, Guttierez *de matrim. c.*44.*numer.*53. 7 8

Verùm contrarium dicas, quod ad mandatum fuisse revocatum probandum, non est necesse, ut testes sint omni exceptione majores, quia admittuntur fœminæ, & consanguinei, *d. cap. super*, il 2. *de testibus*, Guttierez *d. cap.* 44.*numer.*68.69.*&* 70. Farinacius ubi suprà, *num.*102. Guttierez *numer.*71. Sanchez *lib.*3. *de matrim. disp.*41. *numer.*2. ex eo quod Tridentinum requirit ad validitatem matrimonii, Parœcum, & duos testes, & non requiritur alia qualitas ad validitatem matrimonii, etiamsi agatur de dissolvendo matrimonio, *cap. Videtur*, *qui matrimonium recusare possint*, latè Guttierez ubi suprà *numer.*78. Farinacius *quæst.*54. *num.*191. Mascardus *conclus.*1022.*num.*12. Sanchez *lib.*2. 9

*lib.2.diſput.37.numer.*11. *& in cap. Inſuper qui matrimonium accuſare poſſunt* qui Textus ſequitur poſt text. *in d. cap.videtur*, & eſt ejuſdem Clementis III. ubi habetur, quod debet defectus conſenſus probari per teſtes, nec requiritur quod ſint alias omni exceptione majores Guttierez ubi ſuprà *numer.89.*

10 Unde poterit probari revocatio mandati per Proxenetas matrimonii, ut contra aliquos, de quibus Gabriel *tit. de teſtibus concluſ.*14. dicit Guttierez *cap.*44. *numer.*25. *&* 26. & per teſtes familiares, & domeſticos poterit probari mandati revocatio, quia licet non ſint tales teſtes omni exceptione majores, *cap.in litteris*, *de teſtibus*, *capit.*1.2. *&* 4. *cap. Accuſatores* 3.*quæſt.*3.*cap.*1.§.*Teſtes*, *&* §. *etiam* 4.*quæſt.* 3.*cap.*1.14.*quæſt.*2.*l.etiam*, *de teſtibus*, Gabriel *concluſ.*10. *de teſtibus*, Maſcardus *concluſ.*1358. *num.*46. Farinacius *de teſtibus*, *quæſt.*55. Grammaticus *crimin.*26. *num.*33. Farinac. *num.*88. *&* 132. ſicuti teſtis multum amicus partis, non eſt omni exceptione major, nam maxima, & vehemens amicitia minuit fidem teſtis, Gabriel *concluſ.*11. *de teſtibus*, *numer.*4. Farinacius *numer.*236. Guttierez *dict.cap.*44. *num.* 19. tamen talis qualitas, quod teſtis ſit omni exceptione
11 major non eſt neceſſariò requiſita: ut ſuprà dicebamus, & in dubio eſt pronunciandum pro matrimonio, *cap. finali*, ubi DD. *de ſentent. & re judicata*, & ſic pro matrimonio, eſt judicandum, non pro revocatione mandati, & multo minus pro ſecundo matrimonio, quia in materia matrimoniali, quod certius eſt tenere debemus, *cap. Iuvenis*, *de ſponſalibus*, & ſic tutius eſt in dubio credere valere matrimonium, Navarrus *conſil.*23.

12 Quare pro revocatione conſenſus, & probatione ſufficiente ejuſdem, fuit deciſum in Hiſpania in Regia Curia, & Regali Conſilio per ſeptem Judices delegatos Apoſtolicos conformiter electos per Regiam Majeſtatem Philippi II. Hiſpaniarum Regis, inter quos fuit Joannes Guttierez, ut ipſe dicit *dict.cap.*44.*num.*97.*& numer.*30. *verſ. Secunda pars*, ubi mandatum fuit datum ex metu patrui, & probata fuit magna crudelitas, & terribilitas ejuſdem, quod ſufficit probare ad annullandum mandatum, Guttierez *d. cap.*44.*numer.*32.*in fine*, *&* 33. *&* 36. 37. *&* 38. & Sanchez *lib.*4.*diſput.*6. *à numer.*7. *per totum*, quia ergo ibi intervenerunt multæ, ac importunæ preces, & perſuaſiones patrui magni, erga nepotem, ad hoc, ut daret mandatum coram Tabellione ad matrimonium contrahendum nominatim cum prima, & non cum altera, cum minis ejiciendi nepotem è domo ſua; & à Curia Regis, per hoc fuit dictum, mandati conſtitutionem eſſe meticuloſam, & ſimulatam, Guttierez *num.*38. *in fin.&* 39. Tertiò, quia ille de quo ibi poſt datum mandatum contrahendi cum prima, illud revocavit: & accerſiri juſſit ſuum Advocatum ad ſibi conſulendum de revocatione mandati dati ad contrahendum cum prima, Guttierez *d.c.*44.*à num.*51.

13 Quod ſi filia matrimonium contrahat non præcedentibus minis, ſed ſolum timore, ne patris indignationem incurrat, matrimonium erit validum, quia talis metus non creditur cadens in virum conſtantem, Gloſſa *in l. Si patre cogente*, *ff. de ritu nuptiarum*, Sanchez *lib.*4. *de matrimon. diſput.*6.*numer.*14. dummodò filia credat brevi tempore fore talem indignationem, quia ſi crederet patrem ſemper habere infectam, & indignationem, tunc ſi ob hoc illud faciat, non valebit, Guttierez *dict. cap.*44. *num.*41. *&* 42. quæ cauſa non militat in metu reverentiali matris, cum minus arduæ ſint, & imbecilliores, *leg. quiſquis*, §.*ad filias*,*C.ad l.Iuliam Majeſtatis*, & ſic fœminæ minus timentur, niſi mater eſſet multum terribilis, & auſtera, Guttierez *d. c.*44. *num.*49.

14 Dicebant aliqui poſſe probari mandati revocationem per teſtes familiares, & domeſticos, quando alter veritas haberi non poteſt, & quando ſumus in probandis factis domeſticis, *capit. veniens*, *il* 2. *de teſtibus*, Gabriel *concl.*7. *de teſtibus*, ergo dicebant ad probandum mandatum fuiſſe revocatum, ſufficit probare per teſtes domeſticos, familiares, &c.

15 Sed contra, quia admittuntur ad probandum teſtis in argum. allati, quando veritas ſui natura aliunde probari non poteſt, & in crimine hæreſis, conſpirationis, & ſimilium, ſecus verò ſi ex accidenti, aliundè probari non poſſit, ita Gabriel *concluſ.*7. *num.*5. & in illis ubi nec actu, nec habitu aliunde poſſent haberi teſtes, ut illa quæ ſui natura occultè fieri ſolent, ut furtum, partus ſuppoſitus, ſimulatio contractus, ſimonia, adulterium, fraus, dolus, & hujuſmodi, de quibus Menochius *caſu* 116. ſecus in illis quibus actu, & habitu plures teſtes poſſunt inveniri, ut benè Guttierez *dict. cap.*44. *numer.*26. ad revocandum verò conſenſum, potuiſſent accedere alii teſtes, vel cum Notario, vel ſine eo, non enim erat de genere prohibitivo, talis revocatio: ut benè Guttierez *num.*36. *verſ. Sed ſic eſt*, ergo cum potuerint haberi teſtes omni exceptione majores, fruſtra recurrimus ad teſtes domeſticos, & familiares, & ſua culpa, ſcilicet revocantis eſt, ſi non adhibuerit Notarium faciens rogari inſtrumentum revocationis mandati, prout fecit dum illud procuratorem conſtituit, & ad hoc poterant extranei teſtes adhiberi, ut benè Guttierez ubi ſuprà.

Reſpondeo ergo familiares domeſticos, &c. admitti ad 16
probandum mandatum fuiſſe revocatum, non ſolum quando veritas aliundè haberi non poſſit, ſed etiamſi poſſet aliunde haberi, dummodò tamen non ſit probanda res per teſtes omni exceptione majores, quo caſu talis qualitas eſſet articulanda, & probanda, ſed quia Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*1. *de reform. matrim.* nullam ſimilem qualitatem requirit in teſtibus ad matrimonium probandum requiſitis, ideò neque in probanda diſſolutione illius, aut revocationis mandati, dati ad contrahendum, communis tenet opinio non rejici affines, neque domeſticos, neque Proxenetas ad contrahendum matrimonium adhibitos, neque amicos, &c. non quod non poſſet aliundè probari, quia tale argumentum non probat, ut dixi *in verſ. Sed contra*, ſed quia talis qualitas non eſt à Concilio, nec à DD. requiſita, nec ad conficiendum, neque ad revocandum matrimonium, ut ſupra dicebamus.

Neque valet quod alii dicebant admitti inhabiles cum 17
habilibus. Reſpondeo enim in cauſis criminalibus, & in civilibus arduis majorem numerum non ſupplere defectum Guttierez *c.*44. *num.*30.

Immò ad probandam revocationem procuratoris in ma- 18
trimonio contrahendo conſtituti, ſufficeret unus teſtis cum delatione proprii juramenti. Hoſtienſis, Abbas, Joann. Andreas, & alii, quos ſequitur Corſettus *ſingul.*175. *in verbo*, *mandatum*, Maſcardus *concluſ.*1013. *numer.*6. Vela *part.*4.*in dict.cap.final.num.*40. *in fine*, ſic ad revocandum procuratorem extrajudicialem ſufficiunt teſtes abſque ſcriptura, juxta Gloſſam, Bartolum, Baldum, & alios *in l. maritum*, 12. *C. de procuratoribus*, *cap.*1. *de procurat.* ubi Gloſſa, & alii Cævallos *num.*400. *num.*7. Borrellus *tom.*1. *tit.*66. *num.*251.

Videant ergo Domini judicantes D. Iſabellam dediſſe 19
conſenſum procuratoremque conſtituiſſe D. Aſcanium Capycium, cum facultate ſubſtituendi unum, vel plures procuratores ad contrahendum matrimonium cum D. Alexandro Maſtrillo, vigore cujus mandati, contractum fuit, & ut ipſa in comparitione data in Curia Archiepiſcopali Neapolitana dixit, ex quo notitiam habuit talis matrimonii contracti, mandatum revocaſſe, quod ad nihil deſeruit: Paternam indignationem, quam nunc timet, non eſſe ſufficientem ad annullandum matrimonium ſupra dicebamus eſſe in anno 17. ſuæ ætatis, quando fœmina in anno 12. exit à patria poteſtate quoad ſpiritualia, & ſtatus electionem, mandatum datum potuiſſet revocari, ut ille Princeps in Hiſpania revocavit, ſed D. Iſabella minimè, unde matrimonium illud ex illo capite ſirit nullum declaratum, ſed hoc ex eiſdem mediis validum erit omninò declarandum, nec modos video poſſe practicari contrarios, nec eſt vis facienda in denuntiationibus matrimonialibus omiſſis in hoc caſu, quia harum omiſſio matrimonium non invalidat, omnes Doctores de quibus ſuprà.

DISCEPTATIO CLX.

SUMMARIUM.

1 *Articuli diſputandi qui ſunt, & quales.*
2 *Matrimonium à Deo inſtitutum, & quare.*
3 *Matrimonii inſtitutio in Paradiſo terreſtri, quare ſit facta.*
4 *Matrimonium ſolo conſenſu perficitur, & qualis eſſe debeat conſenſus.*
5 *Matrimonium contrahentes, videntur ſuas perſonas alienare.*

6 *Ma-*

6 *Matrimonium, quod metu contrahatur nullum est.*
7 *Matrimonium ex metu Patris contractum est nullum.*
8 *Matrimonium, ut fiat requirontur denunciationes.*
9 *Denuntiationes non sunt de substantia matrimonii.*
10 *Matrimonii potest fieri interdum sine denuntiationibus, & postea quid agendum.*
11 *Denuntiationes qualiter possint omitti.*
12 *Denuntiationes qua de causa possint omitti.*
13 *Denuntiationes in præsenti fuerunt dispensatæ, & quare.*
14 *Matrimonium legitimè contrahitur per Procuratorem.*
15 *Matrimonium fit cum solo consensu contrahentium.*
16 *Matrimonium ex parte utriusque conjugis fieri potest per Procuratorem.*
17 *Procurator ab utroque conjuge potest constitui ad matrimonium contrahendum.*
18 *Trident. decretum sess. 22. c. 1. adducitur.*
19 *Matrimonium potest contrahi per Procuratorem post Concilium.*
20 *Matrimonium per Procuratorem contractum, habet etiam rationem Sacramenti.*
21 *Matrimonium per Procuratorem valet, si habeat speciale mandatum.*
22 *Procurator non potest substituere ad matrimonium contrahendum.*
23 *Procuratoris constitutio qualiter facta in præsenti.*
24 *Procuratoris constitutio plenaria fuit in præsenti, & sufficiens.*
25 *Potestas substituendi data Procuratori fuit ad matrimonium contrahendum.*
26 *Notitia plena de mandato dato Procuratori.*
27 *Procuratoris constitutio ad matrimonium indubitata.*
28 *Substituendi potestas qualiter data.*
29 *Matrimonium an, & quatenus valuerit antiquius an filiofamilias sine consensu Patris.*
30 *Edictum de matrimonio contrahendo est prohibitorium.*
31 *Filia an, & qualiter contrahere potuisset matrimonium sine Patris consensu.*
32 *Matrimonium hodie an valeat sine consensu Patris.*
33 *Galli quid in Tridentino supplicaverint pro matrimonio.*
34 *Rationes afferuntur pro libertate matrimonii.*
35 *Prior affertur ratio.*
36 *Secunda affertur ratio.*
37 *Tertia affertur ratio.*
38 *Quarta affertur ratio.*
39 *Quinta affertur ratio.*
40 *Conclusio adducitur in præsenti facto.*

ARGUMENTUM.

Matrimonium quando, & quare sit institutum? potest contrahi per Procuratorem, & erit verum Sacramentum, debet tamen Procurator nonnulla habere requisita, & quæ sint, quod in præsenti totum fuit adimpletum, filiifamilias, quando contrahunt matrimonium, an debeat esse consensus Parentum, & quid supplicatum fuerit à Gallis in Concilio Tridentino pro matrimonio filiifamilias, & afferuntur rationes, sive motiva pro libertate matrimonii repræsentata Patribus in Concilio.

JURIS RESPONSUM,

PRO

Domino Alexandro Mastrillo Duce sancti Pauli,

CUM

D. Isabella Mastrillo,

Super validitate matrimonii contracti per Procuratorem.

Ad explicationem Textus in cap. finali, de procuratoribus, in 6.

EX supradicto facto quinque videntur consideranda super validitate, vel nullitate dicti matrimonii, omissis cæteris, quæ ex facto jam legitima esse plenè constat. 1

Videamus.

Primò, circa validitatem matrimonii, per solum consensum contrahentium, & de expresso consensu ibi præstito.

Secundò, per dispensationem solemnitatum, scilicet in omittendo debitas denunciationes Canonicas, quæ solent præcedere.

Tertiò, an matrimonium legitimè contrahatur per procuratorem cum speciali mandato.

Quartò, & quid per substitutum.

Quintò, an sit validum matrimonium contractum absq; consensu parentum.

Matrimonium cum à Deo institutum sit ex solemni Proverb. 19. Etenim à Deo præparatur viro uxor, ideoque nefas est illud crimen appellare, & quod à Deo institutum est, ab hominibus posse dividi. Ex Innocentio Papa Ruffo Eusebio, & cæteris Episcopis per Macedoniam in Can. deinde ponitur non diu oportere eum 3. ante medium 26. deducitque Gratian. *in Can. sicut non omnis* 2. §. *Ita respondetur* 32. q. 3. 2

Dicens prima institutio Conjugii in Paradiso facta est, ut esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ, & in eodem Paradiso unionem, & indissolubilitatem accepit, dixit Bonifacius VIII. Bittiren. Episcopo scribens *in capit. unico, de voto, & voti redemptione in* 6. illudque magnum est in Christo, & in Ecclesia Sacramentum. Et est tempore antiquitus, & usu communius. Antiquius, quia ante peccatum institutum est. Communius, quia cum Sacramenta omnia sint in Ecclesia Dei, hoc tamen apud gentes omnes est. Sanctitas autem ejus non, nisi in Monte Sancto ejus, id est, ubi Ecclesia ædificata est, ita Glossa Gratiani *in Summa causa* 27. *verbo quidam votum castitatis in ipso causæ principio, & summa.* 3

Ad nostrum igitur factum videamus circa primum, an per solum consensum contrahatur matrimonium. Et in dubium non vertitur, quin consensus, & fides matrimonialis, non concubitus facit matrimonium, ex S. Augustino contra Julianum *in cap. Non enim in sola* 32. *quæst.* 1. deducitque verbis expressis D. Joann. Chrysost. *in Can. Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas*, & Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum *in cap. Sufficit secundum leges solum eorum consensus*, de quorum conjunctionibus agitur 2. ibique Gratian. & §. *Cum ergo inter istos consensus intercesserit* 27. *quæst.* 2. Navarr. *consil.* 1. *in fine, & consil.* 4. *lib.* 4. *numer.* 1. *de spons. & matrim. & in manuali, cap.* 22. *num.* 20. Et quando in matrimonio adest consensus mutuus, jam illud perfectum est ex Ambrosio *in Can. Cum initiatur conjugium* 35. ibique Gloss. *& in Can. seq.* & ex Hieronymo *in Can. Quæpropter in filiabus vestris* 37. ibiq; Gloss. 279. 2. 4

Ideoque qui matrimonium contrahunt, suam personam alienare videntur, quia non habent amplius sui corporis potestatem, & sibi invicem vir, & uxor servituti obnoxii sunt, ex Gregor. *in Can. Si infidelis* 2. 28. *quæst.* 2. ibique Gloss. *in verbo relinquitur in fine*, ex Apost. rationem reddente, quod vir non habeat potestatem sui corporis, sed mulier, neque mulier habet potestatem sui corporis, sed vir, prosequiturque Innocentius III. *in Concil. generali, in cap. Non debet* 8. *de consanguin. & affinitate*, & in causa matrimoniali agitur de statu hominis, cum per hoc servitus constituatur gloss. 1. & communiter approbata Rota apud 5

apud Cardin. Mantic. *decis.* 371. *num.* 2. & *part.* 4. *diversorum, decis.* 281. *numer.* 2. & Gloss. *in cap. Mulieris* 24. *de jurejuran.* Gigas *cons.* 42. *numer.* 2.

6 Hinc est, quòd matrimonia, quæ metu contrahuntur sunt nulla, quia deficit proprius consensus cum libertate, Rot. *divers. part.* 1. *decis.* 561. *num.* 2. & 3. Gloss. *in cap. Sericus de sponsalibus.*

7 Quod ampliatur etiam quando ex metu Patris filius contraheret, arg. *l. Non cogitur, de ritu nupt. & cap. Cum locum, de sponsalibus.*

Qui consensus liber in casu nostro fuit satis plene declaratus non tam in scriptis per procurationem stipulatam usque à die 15. mensis Decembris 1667. in qua expressio plenissima suæ voluntatis, & geminatis verbis facta fuit. Verùm etiam in interrogationibus illi factis à dicto Domino Judice Ordinario S. E. coram Reverendissimo Vicario, in loco immuni, & tutò, ubi nulla formido, immò perfecta securitas, ergo, &c.

8 Circa secundum, breviter assero per verba decreti Sac. Concil. Trident. *sess.* 24. *capit.* 1. *de reform. matrim.* circa materiam denunciationum, quæ solent præcedere matrimonium dicitur, nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur. Ergo arbitrio Ordinarii hæc posita sunt, circa quod notandum est illum verbum Ordinarius non intelligitur etiam aliquis inferior Episcopo, ex quo non dixit Diœcesanus ex doctrina Cardin. Bellarmin. *in addition. ad observat. doctrinæ Concilii Tridentini super dict. capit.* 4. *de reformat. matrim. num.* 16. & indubitatum est, quod Vicarius Generalis Episcopi habet facultatem dispensandi, ne fiant dictæ denunciationes, de quibus hic Narbon. *de appellation. à Vicario ad Episcop. part.* 1. *numer.* 210. asserit hanc opinionem veram, & receptiorem, Salzed. *ad pract. Diaz. capit.* 24. *litt. D*, & legitur *in suo director. jud. Eccles.* 2. *part. cap.* 16. *numer.* 1. & 20. Vera Crux *in Appendic. ad spec. conjugiorum, fol.* 4. P. Henriquez *in Summa, lib.* 11. *capit.* 15. Florum Dia. *var. quæst. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 26. ubi dicit, quod hæc opinio practicatur, & sic fuisse à Sacra Congregatione declaratum de anno 1591.

9 Immò dictæ denunciationes non esse de substantia, ac forma matrimonii, cum possint arbitrio Ordinarii ex causa prætermitti, & hanc sententiam communiter sectati sunt & sequuntur DD. nam plusquam quadraginta adducit Barbosa *de Offic. Episc. alleg.* 32. *sub numer.* 1. contra solum duos Jurisconsultos Cephalum scilicet, & Menochium *cons.* 79. *num.* 70. *lib.* 1.

10 Et quando dubitaretur de aliquo impedimento malitiosè adversus matrimonium coram solis Parœco, & Testibus posset illud celebrari, dummodo posteà ante ejus consummationem denunciationes fiant. Nisi Episcopus aliter debere fieri judicaverit, ejus enim prudentiæ committit Concilium.

11 Quod ampliatur quando dubitaretur ab Ordinario difficillimè obtineri posse talem dispensationem denunciationum, & vereretur esse matrimonium impediendum malitiosè, nam tunc potest Parœcus eas omittere, Henriquez *lib.* 11. *capit.* 5. §. 6. Sanchez *lib.* 3. *disput.* 7. *numer.* 17. Menochius *consil.* 69. *num.* 61. Navarrus *consil.* 1. *de clandest. despons.* & alii apud eumdem Barbosam *cit. allegat.* 32. *num.* 19. & 20.

12 Et inter justas causas potest connumerari quoties creditur matrimonium injustè impediendum putà vel per maleficia, vel per fraudes Parentum, vel aliorum, ita Franciscus Molin. *diff.* 11. *numer.* 51. Bonacina *part.* 6. *numer.* 7. *vers. Rogatis*, Ugolin. *cap.* 60. *num.* 4. Basilius Pontius *de impedim. matrimonii, c.* 26. §. 4. & *vers. tertius casus*, & Barbosa *loco cit. num.* 41.

13 In casu autem nostro quænam clarior justitia, ut dictæ Denunciationes dimitterentur, ex quo bene constitit de impedimento imminenti dicti Matrimonii illius, cujus libera voluntas jam fuerat explorata, & declarata, igitur si Sac. Concil. hoc remisit arbitrio Ordinarii, rectè quidem fuit per Reverendissimum Vicarium causa tam bene cognita probatum, quod omittantur solemnitates, & publicationes, quæ fiant post contractum matrimonium juxta dicti text. Sacr. Concil. verba, nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, quæ jam fuerunt postea celebratæ absque impedimento aliquo.

14 Circa tertium, an matrimonium legitimè contrahatur per Procuratorem, & per juris dispositionem firmiter dici posse per textum *in capit. Procurator fin. de procuratoribus, in* 6. & *Can. Honorantur* 32. *quæst.* 3. & Gloss. *ibi in verbo, Pudoris, & argum. Can. Nec illud* 13. *quæst.* 5. ubi Gloss. affert text. *contra qui Clerici, vel not. veniens, ff. de ritu nupt. mulier. de sponsal.* ex ea conclusione, quod omnes contractus, qui consensu contrahuntur inter absentes celebrantur, *l.* 1. §. *est autem, ff. de contrah. empt.* quia vera non irritant gujusmodi contractum, ergo validè celebrari potest, Cardinal. Tusch. *tom.* 5. *conclus.* 124. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 12. aliique per Bonac. *de magno matrim. qu.* 2. *puncto* 5. *num.* 1.

15 Et in matrimonio sufficit solus consensus contrahentium, *cap. sufficit* 27. *q.* 2. immò dicit lex, quod inspiciendum sit quid agatur, *ff. de actionibus, & obligat.* obligationum argum. contra extra *de spons. duobus*, ibi corde, & ore; & ore dicuntur consentire cum Procuratores eorum nomine consentiunt *gloss.* 30. *quæst.* 5. nec illud, & *l. qui per alium, ff. de regul. jur.* & Procurator in hoc est quasi picaminister, & organum Domini, *l. licet, ff. de constitut. pec.* & alii per Glossam *ibid.*

16 Nihilominus aliqui hanc conclusionem de jure dixerunt non subsistere, quia licèt maritus per Procuratorem, seu Nuntium possit uxorem ducere, mulier tamen per proprium Nuntium non potest nubere, sed ubi maritus per litteras, vel per Nuntium contrahit, non videtur expresse, nisi deducatur in domum viri, adest text. *in leg. mulierem, ff. de ritu nupt. & leg. denique sequenti.*

17 Tamen re vera hæc opinio secundùm sacros Canones est falsa, ut ait Card. Hostiens. *in summa, de spons. & matrim.* §. *qualiter contrahantur, numer.* 7. *argum. cap.* 1. *de dolo, & contumacia, & cap. dilecti, de judic.* cum aliis per eum adductis. Quia sicut vir potest per Nuntium uxorem ducere, sic & mulier virum, ex quo non debent ad imparia judicari circa matrimonium, *cap. gaudeamus, vers. Nec ulli in fin. de divortiis.* Et est verum, quod matrimonia jure poli cum jure fori reguntur 2. *quæst.* 3. §. *hoc distinguendum*, & illum text. *leg. mulierum*, intelligas hoc disposuisse de honestate, non de necessitate. Etenim secundùm Canones de necessitate matrimonii non requiritur, nisi consensus personarum, de quarum conjunctione quæritur 27. *quæst.* 2. *sufficiat* 32. *quæst.* 2. *capit. ult.* & sine dicto consensu nihil agitur quantumvis Pater, & Mater consentiant 30. *quæst.* 2. *ubi non est, de restitut. spoliat.* Et quod matrimonium inter Procuratores contractum sit validum, nemo est, qui dubitat ex Innocent. *in capit. juvenis, de spons. numer.* 5. Cardin. Hostiens. *in summa, in dicto tit. de spons.* §. *qualiter contrahatur*, Covarruv. 1. *part. de matrim. cap.* 1. §. *unico, num.* 5.

18 Et licèt Cardin. Bellarmin. *in libro declarat. Congregat. S. R.E. Cardinalium ad decret.* Sac. Concil. Trident. *super dicto decret. de reform. matrim. sess.* 22. *cap.* 1. in observatione doctrinæ dicti Decreti ad ea verba (*Hoc ipsos contrahentes*) ponit dubium, & dicit, quod per dicta verba videtur, quod matrimonium non possit hodie contrahi per Procuratorem juxta dictum textum *in cap. fin. de procurat. in* 6. quia Concilium ibi requirit præsentiam contrahentium, & verba illa, *ego vos conjungo*, non possunt aptari ad procuratores.

19 Tamen ipsemet Eminentissimus Cardinalis eodem loco paulò inferiùs dicit, quod contrarium est veritas, quia iste casus, qui omittitur à Concilio remanet sub juris dispositione juxta *dict. capit. fin. de procurat.* Præterea satis est, si consensus ostendatur per mandatum, & adhibeatur forma præscripta in dict. text. S. C. nec dicit se moveri ex verbis, quæ idem Concilium exprimit, per quæ contrahentium sit, quia remittit se ad præceptum, cujusque Provinciæ ritum.

20 Ampliant etiam Doctores istam conclusionem, ut non solùm matrimonium contractum per Procuratorem, sit validum ratione contractus, sed etiam ratione Sacramenti, Sotus *in* 4. *dist.* 17. *quæst.* 1. *artic.* 3. §. *ex hujusmodi*, Gregor. de Valent. 4. *tom. disp.* 10. *quæst.* 1. *part.* 6. Pontius *de Sacram. matrim. lib.* 1. *capit.* 10. *numer.* 3. quos refert Capyc. Latr. *in tom.* 2. *decis. S. C. decis.* inter Victoriam Bonito hæredem Sanciæ Gattulæ, cum Monasterio Sanctæ Catharinæ Civitatis Gaetæ *num.* 20. Sylvester *in verbo, Matrimonium*, 5. §. *fin.* Henriquez *lib.* 11. *c.* 2. *numer.* 2. & alii per Bonac. ubi suprà, *q.* 2. *p.* 5. *numer.* 1.

21 Et conclusio prædicta intelligitur vera (*prout in casu nostro*) quando scilicet Procurator habuit super dicto Matrimo-

trimonio contrahendo speciale mandatum, ex text. *d. cap. Procurator, de procurat. Cod. quidquid dixerint multi Doctores*, quod sufficeret mandatum generale ad omnia negotia cum potestate agendi omnia, quæ posset ipse constituens: nam hoc intelligi debet ex antiquis ante tempus promulgationis dicti textus. Essentialia verò Sacramenti matrimonii bene contracti per Procuratorem, tria sunt. Primò, præsentia Parœci, & testium. Secundò, ut litteræ, seu mandatum non sit ficta, scilicet sint facta vero animo contrahendi. Tertiò, ut habeat speciale mandatum ad contrahendum cum tali persona certa, ut Doctores omnes super *d.cap.fin.de procur.*

22 Quibus fundatis ad tertium pervenitur dubium, stante text. ibi *dict. cap. fin. de procur.* expresse mandante non posse contrahi matrimonium per substitutum per ea verba, in hoc tamen casu propter magnum, quod ex facto tam arduo posset periculum imminere non potuit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. At casu nostro mandatum fuerit sufficiens, etiam pro dicta substitutione facienda.

23 Hæc quæstio facti est, & satis abundè hoc apparet & procuratione prædicta per illa verba, V.G. *Dichiaro Io Domina Isabella Mastrillo haver di mia spontanea volontà libera risoluto di contrahere matrimonio, e per voler per mio marito il Sig. Duca di S. Paolo, persona a me nota precedente dispensa da Sua Santità, per il parentado, che è frà noi, e non potendo per alcune cause contrahere detto matrimonio con la mia pretenza, e volendo in ogni modo effettuarlo, constituisco mio vero, indubitato, e speciale Procuratore in Signor D. Ascanio Capece a contrahere detto matrimonio, in mio nome col sudetto Sig. D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo, & ad accettare il suo consenso, e volontà di volermi per sua moglie, & esplicare il mio consenso, e volontà di voler lui per mio marito, & à proferire per me, & in mio nome, come mio Procuratore le parole habili per detto effetto, & a far ogni atto, affinche detto matrimonio frà detto Sig. D. Alessandro resti rato, fermo validamente, & indissolubilmente contratto, così come io presentialmente accettasse il consenso, e volontà di detto D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo di volermi per sua moglie, e dichiarassi la mia volontà di volerlo per mio marito.*

24 Per quæ verba quisnam dubitare poterit non fuisse concessam specialissime plenariam, ac omnimodam potestatem validissimè matrimonium prædictum contrahendi, ejusque deliberatam, firmam voluntatem declarandi? Quæ voluntas semper perstitit firma, & invariata, ut apparet ex actis à dicto die 15. mensis Decembris 1667. quando dicta procuratio per publicum actum fuit ratificata, acceptata, & emulgata usque ad dictum diem tertium Januarii 1668. quando fuit ejus voluntas judicialiter explorata per dictum judicem Moles, & semper invariata, ac firma super dicto proposito remansit usque, & per totum diem contractionis, seu celebrationis matrimonii prædicti, & deinde circa potestatem dicto Procuratori specialiter concessam alterum, seu alios insolidum substituendi legitur in eodem mandato.

25 *E concedo anco potestà a detto Signor D. Ascanio Capece mio Procuratore di possere a questo atto di contrahere detto matrimonio in mio nome con detto Sig. D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo sustituire uno, ò più Procuratori insolido, come à lui piacerà, e che possa per ogn'uno d'essi contraherst in mio nome detto matrimonio, come hò detto, & ad ogn'uno delli Procuratori che lui sustituisce, dò la medesima speciale, & ampla potestà, come al detto Sig. D. Ascanio mio Procuratore hò concessa, e voglio, che questa mia procura s'intenda del miglior modo, che può valere, & amplissima per l'effetto predetto, e da me non limitata, nè per tempo, nè per luogo, nè per conditione alcuna, volendo onninamente, che detto matrimonio, si contratta in mio nome, come hò spiegato precedente dispensa di Sua Santità, acciò sia valido, e fermo, e perciò hò fatto fare la presente scrittura, che di mia propria mano sottoscrivo, e perche detta mia volontà si esseguisca.*

26 *Io D. Isabella Mastrillo vista, e letta la sudetta scrittura, quell'approvo, e sottoscrivo di mia propria mano, e constituisco mio Procuratore a contrahere detto matrimonio in mio nome col Sign. D. Alessandro Mastrillo Duca di S. Paolo, quale voglio per mio marito, come di sententia, e di propria mano l'hò scritta io D. Isabella Mastrillo.*

27 Et jure quidem tam supradicta speciali potestate ad contrahendum, quàm ad substituendum, nulla penitus dubitatio oriri potest, tam uti scripta Italico sermone affirmata ejus propria manu ut sententia, & exinde ratificata per publicum actum cum juramento, ut ex actis.

Et cum postmodum fuisset facta substitutio similiter cum omnimoda potestate concessa eidem Domino Procuratori substituenti in personam D. Annibalis Mastrilli substituti similiter facti est ut legitur. Et non habens speciale mandatum ad substituendum, non potest substituere, Gloss. *in d. cap. fin. de procur.* Et non potest excedere fines mandati, cum sit res magni momenti, quia alias diceretur illa agere sine potestate, *l. diligenter, ff. mandati*, Specul. 1. *part. art.* 17. Tusch. *consil.* 124. *numer.* 1. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 11. *numer.* 87. Guttierez *cap.* 43. *numer.* 4. & 19. Menoch. *cons.* 69. *num.* 47. & alii, per Bonac. ubi suprà, *numer.* 8. Sic tandem enucleari nobis remanet quinta propositio, nempè an sit validum matrimonium contractum absque Parentum consensu. 28

Hæc quæstio satis inter DD. agitata fuit antiquis temporibus, & aliqui dixerunt, quòd quando sponsalia contrahuntur inter filios familias, necesse est, quod Parentes, in quorum potestate sunt, consentiant, quia non semper sequenda est voluntas mulieris contra voluntatem patris, ea potissimum ratione, quia plerumque ipsius fœminæ consensus invenitur adversus propria commoda laborare, ut *l. Si pater, Cod. de spons.* idemque dicendum in masculis minoribus. Et sic videtur requiri consensus paternus, alioquin nulla viderentur facta sponsalia etiam secundùm Can. *ut* 35. *quæst.* 5. *cap. Nostrates, & cap.* 232. *qu.* 2. §. *Cum dicitur, & cap. Sequenti, quæst.* 3. *cap.* 1. *infrà eodem ex litteris* 11. *& cap. Sicut ex litteris, desponsat. impuberum, & cap. Continebatur* 6. *eodem tit. &* 22. *quæst.* 4. *capit. Tribus, & capit. Pueri, quæst. ultima*, tamen veritas est in contrarium, & quod prædicta fuerunt vera secundùm leges, non secundùm Canones, ut argum. expresso *in cap. Videtur, qui matrimon. accus. poss. in verb. ibi secundùm leges*, quasi dicat aliud secundùm Canones, ut ponderat Hostiens. *in Summ. de sponsal. & matrim.* §. *Qualiter contrahatur, numer.* 7. *vers. Potest autem*, qui dicit quod matrimonia jure poli, non jure fori reguntur 1. *qu.* 3. §. *Hoc distinguendum*, vel hoc intelligendum est de honestate, non de necessitate, quia de necessitate solus requiritur consensus personarum, de quarum conjunctione quæritur *c. Sufficiat* 27. *q.* 2. *c. ult.* 32. *quæst.* 2. *& c. Cum apud, de sponsal. per ea verba.* 29

Quod cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo, ut quicumque non prohibetur per consequentiam admittitur, ut sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum, de quorumcumque conjunctionibus agitur, & *c. cum locum, eod. tit. de sponsal.* 30

Firmum itaque remanet usque ab antiquo matrimonium contractum à filia etiam sine parentum voluntate validum haberi ex Concilio Toletan. III. *in Can. hoc sanctum affirmat Concil.* 16. ibique Gloss. *in verbo, Parentum* 22. *quæst.* 2. dicit, unde non est necessaria Patris voluntas, quantum ad hoc, quin teneat matrimonium, licèt non adsit voluntas ejus. Quod si aliter in antiquis alibi invenitur scriptum, illud intelligendum est ex honestate, ut diximus, non ex necessitate, ut dict. Gloss. *ad c. sufficiat* 27. *q.* 2. quæ allegat *c. nostrates* 30. *q.* 5. & ubi Glossa *in verbo, Non interveniat.* 31

Hodie autem clarum habemus Textum *in c.* 1. *sess.* 24. S.C. Trident. *de reform. matrim.* ex illis verbis decreti (*Sancta Synodus*) 5. ut supra dicit anathemate dumtaxat eos, qui falso affirmant matrimonia à filiisfamilias sine consensu Parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse, nihilominus Sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit, non aliam sanè ob causam, nisi ut sancitum est *in cap. non omnis, & cap. honorantur, ex cap. fin.* 32. *qu.* 2. *& c. aliter, & c. nostrates* 39. *qu.* 5. *cap. videtur, qui matrim. accusar. poss.* Concil. Toletan. 3. *cap.* 10. 32

Et licèt Oratores Regis Galliarum fortiter institissent in eodem S. Concilio pro annullatione matrimoniorum, quæ contrahuntur à filiisfamilias absque parentum voluntate, vel saltem illis ea prohibere usque ad certam ætatem, tamen hoc, negotio maturè discusso, fuit denegatum. 33

Et ratione hujus justissimæ sanctionis in dicto Sacro Concilio relatæ potissimum fuere, ut refert dictus Cardin. Sforzia Pallavicinus *in ejus histor.* Concil. Trident. *lib.* 22. *c.* 4. scilicet. 34

Prima

35 Prima ex libertate juris naturæ esse, quæ habiles reddet masculos ad se copulandum cum fœminis post annum eorum decimum quartum, & fœminas post duodecimum, igitur huic juri non debebat inficiari, & ampliari parentum potestas, etiam ad evitandum proximum periculum fornicationis.

36 Secunda, matrimonia esse de jure divino, & ideò universaliter locutum fuisse Apostolum, quod inconvenientes nubant, nec cum dixisse oportere nubere post talem ætatem, nec si ejus parentes consentiunt, sed simpliciter *dict. nubant.* Ergo hoc non poterat limitari.

37 Tertiò, eo fortiùs, quia humana concupiscentia in omnibus hominibus insita, quam unusquisque ob pudorem dissimulat, unde hoc malum cum à nemine, nisi à seipso sciatur, rarò ex alicujus cura remedium habet.

38 Quartò, quia ex eadem sacra Scriptura habetur in Genesi, propter hanc relinquet homo Patrem suum, & Matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & docuit Divus Paulus, quòd meliùs est nubere, quam uri, & propterea non erat conveniens, nec bonum in authoritate Parentum relinquere filios cujusque ad certum tempus.

39 Quintò, in usu Sacramentorum nullam paternam potestatem habere locum, ut habetur *in capit. cum causa, de Baptism.* immò nec Dominus habere jus super servis, & propterea licere servis matrimonium contrahere, etiam invitis Dominis, ut mandatur *in capit.* I. *de conjug. servorum*, ad quem faciunt disposita *in cap. licet ob causam, de raptoribus, & in cap. cum causa*, inter decretal. Alexandri III. *cap.* 14. quod confirmatur ex *leg. filiusfamilias, ff. de ritu nupt.* quod adhuc à filio emancipato reverentia debetur parentibus, & nihilominus absque eorum permissione potest matrimonium contrahi etiam argum. text. *in l. viduæ, C. de ritu nupt.*

40 Tamdem dispositio prædicta post longam, & maturam considerationem, promulgata fuit, ut legitur, ne in posterum illa super hoc esset amplius altercatio; igitur quodnam dubium potest esse super dicti nostri matrimonii validitatem.

Et in facto præsenti, aurea verè videntur verba textus *in cap. cum locum, de spons.* ubi cum validè de metu paterno dubitaretur, taliter statutum est. Cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit, necesse est, ubi assensus cujusquam requiratur coactionis materia repellatur, matrimonium autem solo consensu contrahitur, & ubi de ipso quæritur plena debet securitate ille gaudere, cujus est animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis perturbare, &c.

DISCEPTATIO CLXI.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Comites Palatini fiunt, Doctores legentes per annos viginti.*
3 *Textus in l. unica, C. de professoribus, qui in Urbe Constantinopolitana, lib. 12. explicatur.*
4 *Comitum ordo inventus fuit, à Constantino Imperatore.*
5 *Comites Consistoriani qui, & quales fuerint.*
6 *Privilegium concessum Hospitali, censetur concessum œconomo illius.*
7 *Comites Scholarum qui, & quales fuerint.*
8 *Comites rei militaris qui, & quales fuerint.*
9 *Substitutus in locum alterius, an, & quando gerat ejus vices.*
10 *Comites Archiatri sacri Palatii, qui & quales fuerint.*
11 *Comites Palatini qui, & quales erant antiquitus.*
12 *Comites Palatini an essent perpetui.*
13 *Comites Palatini, & Equites Velleris aurei qui, & quales sint.*
14 *Comitis nomen quale erat, & cur dicebatur.*
15 *Comites Palatini cur tales dicti sunt.*
16 *Comites Palatini cum titulo quales fuerint.*
17 *Palatini Comites cur tales dicti sint.*
18 *Comites Palatini cur dicantur abusivè tales, & quomodo.*
19 *Comites Palatini eam habent potestatem, quam Princeps concessit.*
20 *Comites Titulares non eodem modo se habent omnes, sed diversimodè.*
21 *Comiti Palatino non creditur asserenti se habere talem facultatem.*
22 *Comitis Palatini dignitas est personalis.*
23 *Doctor legens per annos viginti Comes Palatinus.*
24 *Doctor legens, dicitur quasi Regulus, inter suos scholares.*
25 *Iasoni dabatur salarium pro lectura ducatorum mille annuorum, & deinde mille, & ducentorum.*
26 *Comiti Palatino cur concedatur Privilegium.*
27 *Dignitas & tripliciter concedi solebat, & qualiter hodie.*
28 *Comes qualiter creatur quoad honorem tantum.*
29 *Comes Palatinus an dicatur illustris, an spectabilis.*
30 *Dignitas qualitas concedatur cum administratione.*
31 *Dignitas concessa cum officio, & administratione, qualis sit.*
32 *Doctores, qui libros composuerunt, præferuntur aliis Doctoribus.*
33 *Doctor excellens in doctrina licèt junior præfertur aliis Doctoribus.*
34 *Scholaris doctus præfertur Doctori insufficienti.*
35 *Doctori excellenti remittitur juramentum in testificando.*
36 *Doctoris, vel cujuscumque hominis excellentiæ causa relaxantur jura.*
37 *Scientia non dependet ab ætate, sed à studio.*
38 *Textus concedens dignitatem Lectoribus fuit localis pro Civitate Constantinopolitana.*
39 *Titulus de Professoribus, & Medicis, & Titulus de Professoribus Urbis Constantinopolitanæ, qualiter procedant.*
40 *Lectores legentes per annos viginti, in aliis studiis, an consequantur dignitatem.*
41 *Lector per annos viginti fit Comes Palatinus, in quocumque studio legat.*
42 *Iason fuit factum Comes Palatinus.*
43 *Doctor legens per annos viginti, ut consequatur dignitatem Comitis Palatini, quæ requirantur.*
44 *Doctor legens uti ordinarius gaudet dignitate.*
45 *Doctor legens per annos viginti, cum bona fama fit Comes Palatinus.*
46 *Doctoris requisita quæ sint, ut consequatur Comitis dignitatem.*
47 *Doctor debet esse copiosus.*
48 *Doctor legens coram pluribus fit Comes Palatinus.*
49 *Lector continuò legens per annos viginti, fit Comes Palatinus.*
50 *Doctor legens per annos viginti, est persona spectabilis.*
51 *Comites Palatini quid facere poterant antiquitus.*
52 *Privilegium est stricti juris, & nihil tentandum contra ejus tenorem.*
53 *Doctor legens, per annos viginti comparet, per Procuratorem.*
54 *Doctor legens, per annos viginti excusatur à tutela, & cura.*
55 *Doctor legens, per annos viginti fit Illustris, & potest donare filio in potestate existenti.*
56 *Comites Palatini facti, ab Imperatore possunt alios doctorare.*
57 *Doctores Bullati fiunt nobiles.*
58 *Comites Palatini concedunt insignia, & quæ.*
59 *Doctores legentes, per annos viginti possunt legere per subscriptos.*
60 *Substituere in officiis qualiter puniatur in Regno.*
61 *Officialis quando possit substituere in Officio.*
62 *Officium si concessum sit inhabili, videtur data licentia exercendi per substitutum.*
63 *Substituere competit de jure Canonico cuique officiali.*
64 *Industria personæ electa, non est licitum substituere.*
65 *Industria personæ, quando dicatur electa.*
66 *Industria personæ, censetur electa in Officio prædicandi.*

67 *Ia-*

ARGUMENTUM.

Textus in leg. unica, Cod. de Professoribus, qui in Urbe Constantinopolitana, lib.12. explicatur, ubi Comitis nomen, & origo ostenditur, ejusq; divisio, ac Comitis Palatini origo, & privilegia, quæ antiquitus habebat, & quę nunc habet. Comitis Palatini dignitas concessa à lege illis Doctoribus, qui legerunt per annos viginti, ad quid extendatur, quæ requisita requirantur, & quos effectus producat, substituere, an possit Lector in legendo, & qualitates substituti enumerantur, industria personæ electa non datur licentia exercendi per substitutum, & quando dicatur talis industria electa, & quibus verbis, ac in quibus casibus substitutus in casu absentiæ dicatur etiam in casu mortis, & substituens, an teneatur de delictis substituti, & quibus casibus, Doctori, an expediat plures habere libros, & quando.

PRO

U. J. D. Julio Capone.

1 CUm legissem in studio Neapolitano per annos viginti, & plus, petii in Collaterali Consilio admitti ad dignitatem Comitatus Palatini solitam, & de jure debitam pro tali tempore legentibus, & porrecto memoriali Excellentissimo Proregi D. Petro de Aragonia, fuit responsum, ut Illustris Cappellanus major relationem faceret de expositis, ac examinatis Testibus, & productis scripturis necessariis fuit facta relatio per Dominum meum Cappellanum majorem Dominum Joannem de Cespedes, ac ejus Consultorem Dominum Franciscum Roccum Regium Consiliarium, & per Collaterale expeditum privilegium in forma Cancellariæ, ut infrà.

2 Quia verò fuit mihi quæsitum, quibus gauderet privilegiis, ac facultatibus Comes Palatinus, visum fuit aliqua adnotare pro hac dignitate, ad aliorum exemplum, & amicorum petitionem: etenim fundari dicebam meam petitionem *in leg. unica, Cod. de Professoribus, qui in Urbe Constantinopolitana, lib.12.* dicente, ex leg. meruerunt Comitivam, ubi Imperatores Theodosius, & Valentinus disposuerunt, Grammaticos tam Græcos, quàm Latinos, Sophistas, & Jurisperitos, in hac Regia Urbe professionem suam exercentes, & inter statutos connumeratos, si laudabilem in se pro his moribus vitam esse monstraverint, si docendi peritiam, facundiam dicendi, interpretandi subtilitatem, copiamque disserendi se habere patefecerint, & cœtu amplissimo indicante digni fuerint æstimati, cum ad viginti annos observatione jugi, ac sedulo docendi labore pervenerint, placuit honorari, & his, qui sunt ex Vicaria dignitate connumerati, quem textum Bartolus, & communis opinio Doctorum dicit procedere in omnibus Civitatibus habentibus studii privilegium, & Glossa dicit, quod ly *(Vicaria dignitate)* intelligitur de Comite, quia Vicarius Principis æquiparatur Comiti, & Duci; ergo est Comes, & Dux, qui per annos viginti legit, cum requisitis, de quibus in textu prædicto.

Pro cujus textus interpretatione suppono Primò, quòd sicuti in Urbe Constantinopolitana fuit Collegium Archiatrorum, ita & liberalium Artium Professorum, qui si per annos viginti professionem suam probè exercuissent, honorabantur prærogativa primi Ordinis, & his qui erant Vicariis Principum æquiparabantur, *dict. leg. unica*, & ad hoc respexit Quintilianus dum scribit, post impetratam studiis meis quietem, quæ per viginti annos erudiendis juvenibus impenderam, unde arguitur Veteranis Professoribus, plura dari privilegia, & alia præmia finitis laboribus, de quibus *lib.10. Cod. tit.52.* & in hoc fundatur fœlicitas Reipublicæ, si disciplinarum professoribus opulenta præmia concedantur, teste Symmacho *lib.1. epist.73.* nam sublatis studiorum præmiis studia sunt peritura, teste Tacito *lib.11. Annalium*, & antiquo jure ornabantur Episcopalibus dignitatibus, & beneficia conferebantur, teste Perez *in d. leg. unica num.2.* & post laborem viginti annorum, non tantùm spectabiles dicti sunt, sed etiam Illustres, *Authent. habita, C. ne filius pro patre*, & plures habebant prærogativas, de quibus infrà. 3

Suppono secundò, quòd ordinem Comitum invenit Constantinus Imperator, ut bene Cassiodorus *lib.6. variar.* in formula Comitis primi Ordinis: nam ut plures honoribus afficeret Imperator, diversos dignitatum gradus excogitaverat, ut ait Eusebius Cæsar *lib.4. de vita Constantini, cap.1.* appellabantur Comites à Comitatu Principis aula, qui in primo Ordine erant spectabiles, in secundo clarissimi, & in tertio perfectissimi, Guido Pancirolus *lib.1. Thesauri variar. lectionum, cap.50. per totum*, Paurmeist. *lib.2. de jurisdict. cap.11. num.1. & 2.* & Comites erant in multiplici specie, unde *in leg. si quis 10. Cod. de decurionibus*, ubi Amaja, *& in leg. unica, C. de recusationibus munerum, lib.10. num.78.* qui ait dari etiam Duces qui sunt limitum custodes, de quibus anteà *in l.6. C. de omnibus liber.* qui solebant bestias à venationibus captas in variis Provinciarum sylvis ad Principem transmittere ad spectacula, Symmachus *lib.8. c.56.* 4

Primò, erant Comites Consistoriani, qui in Palatio quo Princeps legatos admittebat, assistebant, quos ratione dignitatis spectabiles vocabant, & Proconsulibus æquabat Imperator per textum *in l.1. Cod. de Comitibus Consistorianis, lib.12.* & privilegia competentia principalibus agentibus in rebus ex *leg. finali, Cod. de Principalibus agentibus in rebus, lib.12.* talibus Comitibus competebant, ratione scilicet sportularum, & ut ex scripto conveniantur, & ut fidejussores dent, arbitrio defensoris locorum, ea etiam privilegia communicentur Comitibus Consistorianis, quando vel conveniebantur, vel alios conveniunt, eorumque uxoribus, liberis, colonis, & servis communicent, quando scilicet tales criminaliter, vel civiliter in possessione momentanea litigabant, per textum *in l.2. Cod. de Comitibus Consistorianis, lib.12.* unde colligit Brukman *in dicta leg. unica.* Primò, Colonos referri inter domesticos: Secundò, privilegia data scholaribus competere etiam famulis, Christineus *decis. Rotæ Belgicæ 114. numer. 12.* & sic ad subditos extenduntur privilegia Magistratibus data, *leg. restituendæ, C. de Advocatis diversorum Iudicum*, & privilegium concessum Hospitali communicatur etiam Oeconomo Gaillus *lib.2. observat.68. num.6.* & privilegium, quod datur habili communicatur etiam inhabili ob communio- 5 6

muniorem, Marsilius *singul.*180. & privilegia concessa Civitati, vel familiæ extendi ad villas, & Castra dixit Niconitius *in rubrica,ff.solut.matrim.numer.*118.*& ultimo*, privilegium alicui tributum in agendo, magis competere, dum convenitur, ut bene Brukman *in d.l.unica,Cod.de Comitibus consistorianis, lib.*12.

7 Secundò, erant Comites ex Tribunis Scholarum, & erant illi, quibus competebat gubernatio Scholarum, & interdum erant Comites primi gradus, & æquiparabantur Comitibus sacri stabuli, id est, æquorum Præfectis, & Curatoribus Palatiorum, ad quos cura Fabricæ pertinebat, intererant epulis Principis, easque adornabant, & ad Principis adorationem, id est, salutationem admittebantur, & illi deposito etiam officio, parem dignitatem habebant cum Comite Ægypti, & Ponti, alii verò Præpositi, qui non habebant illam Comitivam deposito officio Ducibus Provinciarum æquiparabantur.

8 Tertiò, erant Comites rei militaris, & erant illi, qui mittebantur ad regendas Provincias, illasque protegendas, & judicabant præcipuè de negotiis militaribus ex *l.*1. *Cod. de officio Vicarii*, & hi erant inferiores Proconsulibus, quibus subjiciebantur, etiamsi primi gradus Comitivam essent consecuti per textum *in l.*1.*Cod. de Comitibus rei militaris*, in oppidis etiam milites regebant, & præerant Equitum Turmæ, vel cohorti, aut legationi, *dict. l.*1.*& tot. tit. Cod. ne rei militaris Comitibus Tribunis*, *&c.* qui & ipsi tamquam primi Ordinis erant spectabiles, & propter hanc rationem aliquando erant Ducibus digniores, Pancirola, & Paurmeist. ubi suprà, de quibus Hoppinguius *de insigniis, & armis*, *capit.*6. *membr.*6. *à numer.*860. *cum pluribus sequentibus*, regulariter æquiparabantur Ducibus excepto Comite Ægypti, & Ponti, qui erant Comitibus rei militaris superiores, *l.*2.*Cod.de Comitibus rei militaris*, *lib.*12. quod illarum Provinciarum honori, & robori datum est, ex quo textu colligit Brukman *in l.*1. *Cod. de Comitibus*, *lib.*12. quod ille, qui suscipit vicem alterius, non

9 per hoc est ipsi æqualis in dignitate, licèt ejus juribus utatur, quando scilicet in perpetuũ subrogatus est, non quando ad tempus ejus vices gerit, ubi tamen aliquibus privilegiis utitur, de qua re Menoch. *consil.*729. *numer.*10. Evekelies *de Privilegiis,lib.*2.*c.*4. *num.*122. *& numer.*131. Tiraquellus *de Iure primogenituræ*, *qu.*40. *num.*44. & quærit Brukman *in d.l.unica*, *C. de Comitibus rei militaris*, an substitutus gaudeat privilegio substituentis.

10 Quartò erant Comites, & Archiatri Sacri Palatii, ut *in leg.unica,Cod.de Comitibus*, *& Archiatris Sacri Palatii*, *lib.*12. ubi Medici principales, qui in Palatio Imperatoris artem exercebant, & Comitativam primi Ordinis adepti erant, eam consequebantur dignitatem, quam habebant Duces belli Vicarii Præfecti Prætorii, sed inter eos, tantum est prærogativa temporis, unde colligunt Archiatrum Principis nobilissimum esse, de quo Tiraquellus *de Nobilitate*, *capit.*31. & per hoc stolidam dicunt esse sententiam nonnullorum de vulgo, qui putabant, nobilem genere, si medicinam faciat, immò etiam Principis corpus curet, amittere privilegia nobilium, cum tamen Archiatri inter Comites primi Ordinis censeantur, & in hoc errat Cassaneus *in Catalogo gloriæ Mundi*, *part.*6. *considerat.*13. qui per Archiatrum intelligit Præpositum Atrio, quem acriter perstringit Tiraquellus *de Nobilitate*, *capit.* 31. *numer.*18.

11 Suppono tertiò, cum Besoldo *de Monarchia Romana*, *capit.ult. num.*171. quòd Duces sequuntur Comites Palatini, qui in Palatio, & Aula Regis plerumque erant, & qui ad Provincias regendas interdum mittebantur, idem Besoldus *de Comitibus*, *capit.*4. *de Monarchia Germanica*, *capit.*4. dicens originem Comitum à Germania pervenisse, teste Zasio apud Rogerium Rolandum *de Commissariis*, *part.*2. *lib.*5. *cap.*4.*num.*26. & à Comitando dicti sunt Comites, Cassadorus *lib.*6. *variar. Epistola* 12.*& sequenti*, Vegetius *de re militari*, *capit.*9.Besoldus *dict.cap.*4.*numer.*2.*&* 7. & apud Francos, ac Germanos vox Comitis in genere judicem denotabat, ut etiam accipitur *in cap.*1. §.1. *in tit.si de investitura inter Dominum*, *& Vassallum:* nam apud Germanos in certis Civitatibus mittebantur, & habebant territorium, & districtum, cui præficiebantur, & ex hoc

12 Comitatus dici cœpit, Besoldus *numer.*50. & licèt à principio Comites temporales fuerint, tamen posteà perpetui in administratione Provinciarum propositi fuerunt, hodie tamen sunt nomina dignitatis, argumento *cap. Primi*, §. *Et quia vidimus*, *de his qui feudum dare possint*, *cap. unico in fine*, *de alienatione feudi*, *cap. unico in principio*, *de feudo Marchiæ*, & notat Schurphius *lib.*4.*cap.*29.*fol.*290. Besold. ubi suprà, *num.*12. & quæ sit major dignitas, equitis aurei 13
velleris, an Comitis, & cui dignitati sit comparandus eques aurei velleris, tractat Besoldus *tom.*4. *consil.*191. *quæst.*9. in quo plura dicit de tali dignitate, *& cons.*194. *quæst.*12.*& quæst.*11. tractat an Comites coronabantur in sui institutione antiquitus, sicuti Duces, & an Comites Palatini possint creare Tabelliones, tradit Ægidius Bellamera *decis.*21. de qua Marta *tom.*4. *in tit. Comes*, *cap.*1. & licet antiquitus Legatus à latere potuisset creare Comites Palatinos, tamen fuit eisdem revocata talis potestas à Papa, Rota Romana *decis.*251.*part.*2.*in novissimis Aldobrandinis*, Marta *tom.*4. *in tit. Comes*, *capit.*2. *&* 3. Franciscus Juvenis *Miscellan. juris in Symmachum*, *lib.*2. *Epistolarum*, *Epistola* 83.*& lib.*3. *Epistola* 74.Kichardus *lib.*1.*de Carolo Magno*, *& lib.*3. *de Regibus*, Cujacius *in titulo*, *Cod.de hæredibus decurionum*, Cerda *Animadversionum lib.*45.*capit.*15. Berlingerius *lib.*2.*de Imperio Romano*, *cap.*17.*vers.Comitum*, Giteldinus *de officio Domus Augustæ*, *lib.*2. *cap.*50. & ne recedant Comites à Curia sine Principis licentia dicitur *in dict.leg.Curiales* 25.*Cod. de Decurionibus*, *lib.*10. sicut in urbium moderatoribus dicitur *in leg. Nullus* 9.*Cod. de Officio Rectoris Provinciæ*, & in Episcopis, ne proprias Sedes, & Ecclesias derelinquant, §.*Interdicimus auth.de Sanctissimis Episcopis*, & in electis Episcopis, ut ab Aula Pontificia sine licentia non recedant, *cap.Si postquam* 33.§.*Si vero,de elect. in* 6. & in Beneficiatis, ne à Beneficio curato recedant, nisi in gravi causa, & petita ab Episcopo licentia, *c.*4.*& cap.Inter* 10.*de Clericis non residentibus*, quod etiam ex Trid.*sess.*23. *cap.*1. *de reform.* innovatum est, Garzia *part.* 3.*de beneficiis*, *cap.*2. *num.*35. Barbosa *in Collectaneis à num.* 24. Sic Auditores, & Senatores Regii in Audientiis non possunt se absentare sine licentia Præsidis, qui illam concedit ex justa causa, latè Amaja *in d.l.*25.*Cod.de Decurion. lib.* 10.Erant etiam antiquitus Comites rerum privatarum, qui faciebant Fisco incorporationem rerum Fiscalium, Principis privatum patrimonium administrabant, *l.*1. *Cod.de Bonis vacantibus*, & de incorporatione eorumdem, *lib.*10.*l.*1. *& toto titulo,C.Theodosiani,de incorporat. l.*1.*C.Theodosiani de Bonis proscriptorum*, Cujacius *in l.*5. *Cod.de Bonis vacantibus*, *lib.*10. Sixtinus *de Regalibus*, *lib.*2.*capit.*9. *numer.*3.*&* 33.Mastrillus *lib.*3.*de Magistratibus*, *cap.*10.*numer.*361. Farinacius *in fragmentis*, *litt.B*, *num.*16. quæ incorporatio multipliciter fiebat, ad notata per Amajam *in l.*5. *C.de bonis vacantibus*, *lib.*10. & est titulus, *Cod.de Offic. Comitis rerum privatarum*, *lib.*10.*& l.*2.*C.de petit. bonor.lib.*10. & dicebantur Comites, quia Principem comitabant, quorum ministerium depingit Cassiadorus *lib.*6. *formula* 8. latè Amaja *in d.l.*5.*C.de bonis vacantibus lib.*10.

Dabatur etiam Comes Sacri Ærarii, qui erat Procurator, seu Præfectus Ærarii, non dispensator, Cujacius *in tit. C.de Comite Sacrarum largitionum*, *lib.*10. & sicut antiquitus duo erant Æraria, unum Sacrum, quod consistebat in Sacris largitionibus consistentibus non solum in argento, gemmis, & vestibus, sed etiam in possessionibus, Domibus, Palatiis, Prædiis, servis, &c. quod vocabatur Ærarium Sacrum: aliud privatum, quod consistebat in bonis ad Principis personam pertinentibus, *l.*2.*C.de Canone largitionum*, *lib.*10.*l.*3. ubi Senatores, vel Clarissimis *l.*1. *C. Theodosian.de cursu publico*, *l.*2.*C.Theodosiano,de Commeatu*, *leg.Si quis* 16.*Cod.Theodosiano,de Morilegulis*, *l.*2. *C.Theodosiano de his,qui cum dispensatore,&c. l.Rationales* 42. *C. de appell.* Cassiodorus *lib.*6.*Epistolarum*, *Epistola* 7. Amaja *in titul. C. de Canonis largitione*, *lib.*10.

Et per hoc observat Antonius Perez *lib.*12. *Cod.tit.*10.*de* 14
Comitibus Consistorianis, quod Comitis nomen dicitur, & ex eo quod causa officii quis Principem comitabatur, & sequebatur, *leg.Is*, §.16.*ff.de Injuriis*, & Princeps eligebat sibi Comites, & Asseclas, sic Tiberius in Germaniam iturus elegit Comites, qui sibi assisterent, in publicis negotiis obeundis, ut refert Tacitus *lib.*1.*Annalium*, quos tamen Otho, non omnium negotiorum voluit esse participes, Tacitus *d.lib.*1. *Historiæ*, Nero quoque in Achajam profecturus Vespasianum nullis antea honoribus persunctum, Comitem habuit, ad notata per Sveton.*in Vespasiano*, *capit.*4.Item Adrianus, Julium Celsum, Salvum Julianum, & alios peritissimos Jurisconsultos habuit Comites, eorumq; Consiliis Imperium administravit, & sacer Comitatus dicitur ipsa Aula Prin-

Principis, *leg.1. Cod. de his, qui per metum Iud.* non appellant, & ut dixi, Comites Consistoriani erant illi, qui in Consistorio Principis assidebant, & Consistorium erat locus, in quo assistebant Consiliarii Principis, qui antiquitus dicebantur præsentales, *leg.13. Codic. de re militari, & Novella 22. in fine*, & sunt Principi necessarii ad molem Reipublicæ gubernandam, plures enim audire debet Princeps si sperare, & perdurare velit: nam ibi salus, ubi multa consilia: nam non exercitus, nec Thesauri presidia Regni sunt, sed amici, & expedit non unum Comitem, sed plures esse spectatæ fidei, prudentiæ, & industriæ, qui à secretis Consiliis sunt, & majora Regni negotia tractent, penes Principem, qui non tantùm sunt Comites, & Amici, sed etiam status præsentis auxilium, ex Aristotele 3. *Politic. capit. ultim.* latè Jacobus Gutheus *de officio domus Augustæ, capit.17.* alii erant Comites, & Tribuni Scholarum, *ut in titul.6. de Comitibus, & Tribunis Scholarum, lib. secundo*, ubi Antonius Perez *in explicatione*.

15 Suppono quartò, hos omnes supradictos Comites dictos fuisse Palatinos, quia Palatio Principis assistebant, sicuti enim Comitis nomen est æquivocum, ut notat Andreas Kuinchen *in sua Encyclopædia, capit. 1. numer. 197. & seq.* ac generaliter Comitatus significat gubernandi, & judicandi Provinciam, idem Kinton de jure Territorii *capit.1. numer.45.* & Comites erant, qui Comitatum cum Territorio, titulo Comitis habebant, Pacianus *lib.2. cap. 16. numer.12.* Gregorius Tholosanus *lib.6. juris universalis,*
16 *cap.8.* & etiam ipsi in suis Territoriis Principes dicuntur, Sichardus *cons.8. numer.15. part.4.* Paurmeist. *lib.2. de jurisdictione, cap.10.* dicti à comitando, *leg. item apud Labeonem, §. Comitem, ff. de injuriis*, ex quo Dominum suum comitari, & sequi teneantur Borcolten *de feudis, cap.50. numer.35.* VVesembechius *cap.4.* Duarenus *cap. 6. numer.8.* Sonsbek *part.6. numer.8.* ita Palatini à Palatio di-
17 cti sunt, & erant interdum Judices Palatii Cæsaris, Vultejus *de feudis, cap.1. tit.1.* de quibus Comitibus fit mentio *in l. unica, Cod. de Præpositis laboris, l.2. C. ut dignitatis ordo servetur, & in tit. Cod. de Comitibus Consistorianis*, de Comitibus, & Archiatris, de Comitibus, & Tribunis Scholarum, de Comitibus, qui Provincias regunt, ubi Gotfredus, sunt verò aliqui cum Imperio, ut Comes Rheni, Nassaniæ, Boemiæ, Frisiæ, &c. sine Imperio verò sunt Comites Palatini dicti à Palatio Principis, quod olim sequebantur Althusius *in Polit. c.18. numer.118.* Arumeus *in Politica de jure publico, cap.17. Thesi 30.* &
18 tales dicuntur abusivè, & impropriè tales, quia de nullo Comitatu sunt investiti, ut benè post Baldum dicit Paurmeister *lib.2. de jurisdict. cap.11. numer.19.* Bonus de Curtili *de nobilitate, part.3. numer.11.* Pacianus *de prob. lib.2. cap.36. numer.3. & 4.* Petrus Gregorius *lib.6. syntagm. juris cap.8. numer.36.* VVssembechius *consil.199. numer. 86. vol. 4.* Rosental *de feudis, cap.2. n.6.* Mastrillus *lib.4. de feudis, cap.2. numer.6.* Mastrillus *lib.4. de Magistratibus, capit.7. numer.18.* Sixtinus *de Regalibus, lib.1. cap.4. numer. 108. & capit.50. numer.154. & lib. 2. capit. 17. numer. 180. cum seqq.* Paurmeist. *lib. secundo de jurisdictione, capit. 11. numer.19.* & dicuntur Titulares, ac solo titulo Comitatus, Petrus Gregorius *lib.6. capit. 18.* Sigonius *lib. 7. de Regn. Italiæ, pagin.176. numer.30.* Lancellotus *in templo omnium Iudicum, lib. primo, capit. primo, §. 4. in verbo Comites Palatinos, numer.1.* Paurmeist. *dict. capit.11. num.19.* Matthias Stephanus *lib.2. capit. 6. numer. primo*, Lymneus *lib. 6. Iuris publici, cap.6. numer.31.* & aliquando eisdem datur facultas concedendi Regalias majores ex dictis à Sixtino *d. l.2. c.17. n.17.* Matth. Steph. *d. c.6. n.1.* Kircherius *lib.4.*
19 *de offic. & dignit. Cancell. capit. 6. n.78. 79. & 80.* & non aliam habent facultatem, quàm illam, quæ à Principe in Privilegio conceditur, etenim eo casu, quod ex concessione, vel delegatione Superioris fit aliquod censetur factum ab ipso principali, *cap. hi qui authoritate, in 6. cap. cum aliquibus 4. de Rescriptis, in 6. l.1. §. sed & hoc 7. Cod. de veteri jure enucleando*, Jason *consil.129. numer. 2. lib.4.* Afflict. *decis.366. num.15.* Gomezius *lib.1. variar. capit. 9. numer.2.*

20 Ideò fit, quòd non omnes isti Comites Titulares una trutina sunt mensurandi, quia licèt omnes habeant jus creandi Notarios, aliqui habeant jus legitimandi, alii jus habeant concedendi veniam ætatis, & authoritatem in adoptionibus impartiendam, vel in arrogationibus, ut benè Corradus Sixtinus, & alii *ubi suprà*, alii habeant facultatem creandi Doctores, & restituendi famæ, & honoribus, & interdum alii habent potestatem conferendi insignia Cæsareo nomine: tamen non possunt Aquilam Imperialem, aut coronam Regiam in Galea apponere in insigniis, ut benè Thomas Sagittarius *de Comitibus Palatinis, concl.33. lit. E*, Lymneus *l.6. c.6. n.31. & l.1. c.14. n.33.* & Nicolao Reusnero, aliisque concessum fuisse Palatinatum Comitatum dicit Hoppingius *de insignib. c. 8. §. 1. memb.4. n.81.*

Non tamen creditur Comiti Palatino asserenti se habere 21
à Principe hanc, vel illam potestatem, nisi probet, ut ex Curtio seniore *consil.17. num.9.* Rolando à Valle *consil. 89. numer.24.* & aliis apud Pacianum *de prob. lib.2. cap. 36. numer.7. & 8.* Mastrillus *de Magistratibus, lib.4. cap. 10.* Secundò, Riccius ad Francum *decis.115.* Mascard. *de prob. to.1. concl.314.* Carpatius *ad consuetudines Mediolanenses, part.1. cap.456. numer.82.* latè Amendola ad Francum *dict. decis.115.* qui etiam ait quod gerens se pro Comite punitur pœna mortis, quia delinquit in Principem si se Comitem facit, cùm non sit, Gaballus *casu 176.* & debet ostendere privilegium, ubi expressè dicatur, quod conceditur, *c. Porro 7. de privilegiis, leg. fidejussores 68. §. 1. ff. de fidejussor.* & in Regalium, & reservatorum concessione, nunquam Princeps facilis præsumitur, Martinus Laudensis *in capit. unico, §. naturales, il 2. de feudis*, Valentinus Forasterius *lib.6. de success. ab intestato, capit.39. numer.7.* etenim illa, quæ magni momenti sunt, qualia judicantur esse Principi reservata, speciali nota sunt digna, *cap. fin. de prob. cap. cum Clerici 19. de verb. signif.* Cravetta *consil. 895. num.21.* Matthias Stephanus *lib.2. p.1. c. 6. num.1. 72. & 73.*

Quia verò talis dignitas est personalis, & extinguitur 22
cum persona, ideò specialiter fuit concessum ab Imperatore Maximiliano II. Joanni Cratoni, trium Imperatorum Consiliario, & Archiatro, dignitas Comitatus Palatini, & cum qualitate pro se, & hæredibus, ut post Matthiam Dresserum *in oratione (de Ioanne Cratone)* dicit Matthias Stephanus *d. c.6. membro 1. n.26. & seq.* nec potestatem poterit alteri delegare Sixtinus *d. l.1. c.4. nu. 110.* latè Hoppingius *dict. cap.8. membro 4. numer.86. & 87.* His positis, sit

Conclusio generalis, Doctor legens per annos viginti 23
consequitur à lege dignitatem Comitis Palatini, sic habetur *in d. l. unica, Cod. de Professoribus Vrbis Constantinopolitanæ, lib.12.* ubi ponit requisita Joannes de Platea Doctoris legentis, ut sit eruditus, mansuetus, non negligens, non arrogans, Lucas *n.2. & n.25.* ait, quòd corpore deformes ad docendum non admittantur, & sicuti Musæ nomero figurabantur à Poetis, de quibus Lucas de Peña *n.22.* ita novem esse requisita Doctoris legentis dicit Luc. *nu. 22. & n.18.* ponit modum docendi, non scilicet, ut Scholares sibi accommodentur, sed ut ipsi se accommodent Scholaribus docendo, & quæ ab illis facilè percipi possunt, & non difficilia.

Probatur nostra conclusio ex DD. *in dict. l. unica*, quos 24
sequitur Cassaneus *in Catalogo gloriæ Mundi, part.10. consid.26.* ubi omnes asserunt legentes per annos viginti, fieri Comites, ex *dict. l.1. Cod. de Profess. lib. 12.* & idem Cassaneus dicit *part.5. consider.53.* qui etiam ait, quòd Doctor legens apud suos Scholares dicitur etiam Regulares, Baldus *in Proœmio Gregoriano, col.5.* & quidem Comites fiunt Illustres, & excusantur à talliis, de quibus Cassan. *disput.10. consider.26.* Guid. Papa *decis.386. & quæst. 39.* & est notandum, quòd inter Lectores actu legentes præferuntur, qui majora stipendia habent, ex *leg.1. & 2. Cod. de Offic. Magistr. Officialium*, ubi dicit Textus, quod in gradu cæteros antecedit, quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire, & concordat Textus *in cap. Miramur, §. penult. 61. dist.* & Cassaneus post alios *d. cons. 27.* qui hoc refert de Jasone, qui habuit à Rege Galliæ an- 25
nuos scutos mille, & Mediolani habuit ducatos mille, & bis centum, quod salarium nunquam habuit, nec Bartol. nec Baldus, nec Barbatia, & de Jasone refert Cassaneus, quod recusavit Cardinalatum, & multa Beneficia, & nunquam voluit neque uxorari, nec promoveri ad Sacerdotium, Cassaneus *d. consid.27. in fin.* & plures fuerunt tales declarati, ut Nicolaus Rausnerus, Schroterus, Obrectus, Elia, Forestierius, Paulus Melittus, Pontascamannus, Adamus Vindersarus Theologus, de quibus Attrerus Fristi-

chius *in Exercitationibus juris publici*, *tom. primo*, *disput.*
13. folio 585. ex dict. leg. unica, *Cod. de Professoribus Urbis*
26 *Constantinopolitanæ*, quod sanè privilegium conceditur,
tum ob labores, quos sustinent, tum ob commodum pu-
blicum, quod promovent, quorum labores magni sunt,
& cum dispendio sanitatis, ut latè Schaligerus *exercitat.*
309. debent tamen illi artes rectè, & sincerè docere, *l. cui*
præcipuè 57. ubi Gedeus *numer. 11. ff. de verb. signific. leg.*
Magistro, *Cod. de Profess. & Medicis*, *& tot. tit. extra*
de Magistr.
27 Probatur secundò conclusio, quia concessio dignita-
tum Regalium tripliciter consideratur, primo titularis
tantùm sine administratione, & loco; Secundò, cum
Officio, & Jurisdictione; Tertiò, cum Officio, juris-
dictione, & loco, ita Andreas, & alii *in cap. 1. in tit.* quis
dicatur Dux, vel Marchio *in titul. qui feudum dare pos-*
sunt.
28 Prima est, quando Rex ex causis sibi benè visis creat
Comitem, vel alium similem titulum concedit, ad hono-
rem tantum, qui denominatur Comes, non tamen gau-
debit immunitatibus, honoribus, & prærogativis, prout
alii Titulati Regni, ut declaravit Rex noster Catholicus
per literas Regias datas sub die 7. Maji 1608. executoriatas
Panormi die 20. Julii ejusdem anni, ad justitiam Titulato-
rum Regni, Dominus de Franchis *dec. 115.* ubi refert sic
decisum per S. C. in persona Marci Antonii Flictii Lectoris
Feudorum per annos 20. Joannes Baptista Lotterius per
annos viginti fuit Lector Juris Canonici, & privilegium
habuit ad notata per Francum *dict. decis. 115. in fin.* plura
29 Menochius *casu 68.* qui ait, quod nec etiam Illustres dici
possunt, quia eis mortuis dignitas prædicta extinguitur,
& propterea dicuntur Comites abusivè, Freccia *lib. 2. de*
de subfeudis, *in tit. quis dicatur Comes*, *numer. 34.* & post
eum Francus *d. dec. 115. n. 4.* ubi ait, quod isti quibus con-
cessa est dignitas sola sine territorio dicuntur Comites nu-
do titulo, prout sunt Abbates Titulares, Episcopi nulla
tenentes, Canonici in herba absque præbenda, & de eis
dici potest, ut de Rege taxillorum ludi, de Imperatore
Græcorum, de Cardinalibus Ravennæ, & demum de DD.
absque lege, in quibus sunt nomina absque juris effectu,
de quibus Comitibus plures sunt in Lombardia, ut notat
Freccia *ubi sup.* & notat Episcopus Riccius *in add. ad decis.*
115. D. de Franchis, qui addit quod tales Comites in Re-
gno Siciliæ non sunt, cùm omnes statum habeant & terri-
torium; sed ego agnovi Comitem Amarellum in secunda
Messanensi.
30 Secunda concessio est, cum Officio, & administra-
tione, ut quando Summus Pontifex aliquem creavit
Ducem Spoleti, qui impropriè dicuntur Duces se-
cundùm eundem Frecciam *in tit. Quis dicatur Dux*,
num. octavo.
31 Tertia est concessio, cùm officio, jurisdictione, & lo-
co, ut est, quando Rex, vel alius supremus Princeps ali-
quem cum terra investivit, de Principatu, Ducatu, Mar-
chionatu, & Comitatu, qui propriè dicuntur Principes,
Duces, Marchiones, & Comites, secus si simpliciter feu-
da concessit, non exprimendo in feudum Marchionatus,
Ducatus, &c. ita Petrus de Gregorio *de Feudor. concession.*
p. 2. q. 3. n. 9. & hæc dicuntur habere dignitatem, quæ ad
posteros transmittitur ea ratione, quia videtur semper
idem Populus, & nunquam extinguitur, nisi locus ipse
destrueretur, ut ait Glossa *in l. Forma*, *§. Quamcumque*,
ff. de censibus, Mastrillus *de Magistratibus*, *to. 2. lib. 4. cap.*
10. numer. 16.
32 Probatur tertiò conclusio, quia sicuti præferuntur Do-
ctores illi, qui libros composuerunt, sic qui per annos
viginti docuerunt. Antecedens patet, nam maximo sunt
honore digni, & sunt veluti stellæ in firmamento Cœli,
qui libros composuerunt, Danielis *capit. 11.* & satis magni
sunt, qui inveniunt sapientiam, & scientiam *Eccles. 30.*
non enim solum sibi laborant, sed omnibus exquirentibus
veritatem, *Eccles. 34.* de quibus dici potest Beati seminant
super aquas scilicet supra Populos, *capit. Cum Martæ*,
§. Est verum, *de celebratione Missarum*, semen enim sa-
33 tum in chartis perpetuò manet, latè Cassaneus *consider.*
28. sicuti Doctor in doctrina excellentior, licèt Junior
præferatur seniori, & antiquiori per Glossam *in verbo tem-*
pus, *in §. Ordinatione*, *in Authent. de Monachis*, & ibi
Angelus *colum. 1.* & facit Text. *in leg. Providendum in prin-*
cipio, ibi, (*aut meritum*,) *Cod. de Postulando*, ubi Sa-
lycetus, *glossa 1. in l. 1. Cod. de Annonis civilibus*, *lib. 11.*
ub dicit, quòd Scholaris si sit peritus, & excellens in do- 34
ctrina, præcedere debet Doctorem insufficientem, & fa-
cit Textus *in leg. sed & reprobati*, *§. valdè disciplinatos*,
ff. de excusat. tutor. per quem Textum dicit Romanus fuis-
se Bononiæ determinatum, ubi erat statutum, quòd mi-
nor 25. annis non posset habere lecturam ordinariam,
fuisse recessum à statuto propter excellentiam, ita Roma-
nus *in leg. si verò*, *§. de viro*, *ff. soluto matrimonio*, & se-
quitur Jason *in leg. cum quid*, *ff. si certum petatur*, etenim 35
homini excellenti deferendum est, in multis, sic in Curia
Athenarum Xenocrati Philosopho, testimonium redden-
ti, propter ejus excellentiam, juramentum remissum
fuit, & solo ejus verbo fuit dictum esse credendum, de
quo Valerius Maximus *lib. 2. in tit. de Majestate*, sic Se-
natus Romanus repulit accusationem legis Juliæ repetun-
darum, propositam contra Metellum Consulem, propter
ejus excellentiam, & sanctitatem, teste Valerio *libro se-*
cundo in principio, sic Alexander Magnus cum concessis-
set Militibus Thebas igni, & ferro diripiendas, ta-
men unicam Pindari clarissimi Philosophi domum cre-
mari vetuit, propter illius excellentiam, Valerius
lib. octavo, & licèt Dionysius fuisset tyrannus, Pla-
tonem tamen sapientiam propter ejus excellentiam mirifi-
cè suscepit, Polycratus *lib. 8. capit. 38.* Cassaneus *part. 10.*
consid. 30.
Probatur quartò, quia jura relaxantur propter excel- 36
lentiam hominis, quia multum excellens in sua Arte,
non punitur pœna mortis, ob delictum meritorium talis
pœnæ, ex *leg. ad Bestias*, *ff. de pœnis*, Jason *in leg. 1. in*
2. colum. ff. de legibus: nam inter Artifices longa est diffe-
rentia, & ingenii, & naturæ, & institutionis, *leg. inter*
Artifices, *ff. de solut.* & plura de excellentia hominis, quod
jura relaxentur tradit Guglielmus de Benedictis *in dicto ca-*
pit. Raynutius, *in verbo Adjectæ*, *à numer. 18. usque ad*
finem, neque in hoc fit injuria majori, si à minore meliùs
dicitur in jure, *leg. Potionis*, *§. 1. Cod. de offic. Recto-*
ris Provinciæ, etenim interdum revelatur minori, quod
major, & antiquior ignorat, *capit. ad audientiam*, & ibi
Glossa *de consuetudine*, & sicut malitia supplet ætatem *ca-*
pit. 20. de desponsat. impub. ita scientia supplet ætatem, *leg.*
prima, *C. qui & adversus quos*, *cap. fin. de desponsat. im-*
pub. l. secunda, ubi Gloss. *Cod. de proximis sacrorum Scri-*
niorum, *l. 12.* cum scientia sit donum Dei, *cap. qualiter de*
elect. cap. illo vos, *de pignor.* itaut sint aliqui, qui plus ad- 37
discunt in uno anno, quàm alii in tribus, quia tunc inge-
nium ipsorum utetur diplomate, *l. continuus*, *§. cum ita*,
ibi, quod si diplomate usus, *ff. de verb. oblig.* præsertim
quando sunt juvenes, qui ad discendum sunt natura aptio-
res, *l. præcipimus*, *ff. de ædil. edict.* & videmus de Baldo,
qui in ætate sua 15. annorum publicè repetiit, *l. centum ca-*
puæ, *ff. de eo*, quod certo loco, Barbatia, qui in 2. anno
quo leges audire cœpit, publicè sub Jo. Anania de jure re-
spondit in materia satis difficili, *l. 1. C. de cond. indeb.* & in
3. anno sui studii fuit conductus ad publicè legendum Bo-
noniæ, ut ipsemet ait *in c. cum vigesimum*, *col. 15. de offic.*
delegati, *c. final. de solut.* Cassaneus *part. 1. consider. 30. in*
fine.
Dices Textus *in d. l. 1. C. de Professoribus Urbis Constan-* 38
tinopolitanæ, *lib. 12.* dicens, quod ille, qui legit per ann.
20. efficitur Comes, loquitur de Lectoribus Urbis Con-
stantinopolitanæ; ergo alibi legentes, & non *in d. Civita-*
te, non habent tale privilegium Comitatus, ut patet ex
Textu ibi (*In hac Regia Urbe professionem exercentes*) er-
go cum essent alia studia, ut in Civitate Berethinensi, ubi
legebat Dorotheus, ut *in l. 1. §. sed cum Novella*, *Cod. de*
emendat. Codicis. Accedit, quod ibi Imperator loquutus
est, cum dictione demonstrativa Urbis Constantinopo-
litanæ per consequens non erit intelligenda lex de legente
in alio studio, vel quolibet alio Gymnasio, sed in dicta
Urbe tantùm.
Confirmatur primò, quia cum Imperator voluerit loqui 39
de privilegiis communibus omnibus Professoribus, fecit
titulum generalem, ut *in tit. Codicis*, *de Profess. & Me-*
dicis l. 10. ergo cum haberet titulum generalem, dicendum
est fecisse specialem, ut solùm comprehendat legentes in
studio Constantinopolitano.
Confirmatur secundò, ex verbis rubricæ ibi de Pro- 40
fessoribus, qui in Urbe Constantinopolitana, &c. quod
relativum (*qui*) restringit latam significationem verbi
(*Pro-*

(*Professoribus*) ex *l. ea tamen adjectio*, *ff. de leg.*3.& Quia Rubrica habet orationem perfectam, potest allegari pro Textu, ex notatis per DD. *in l. prima*, *ff. si certum petatur*; ergo legentes in aliis Gymnasiis non consequuntur dignitatem, nec fiunt illustres, nec spectabiles per lecturam viginti annorum, ut ponderat Bellonus *lib.* 1. *var. declaration. c.*13. qui etiam posita opinione nostra dicit, quod Comes hic non fit illustris, nec spectabilis, ex Alexandro *in l.*1. *ff. de officio ejus*, licèt Alexander ibi teneat contrarium.

41 Respondeo ad argumentum, & confirmationem, satis esse, quòd Doctor legat, in quocunque publico studio per annos viginti, ut gaudeant privilegio Civitatis, sicuti si legisset in Urbe Constantinopolitana, quia privilegia, & leges extenduntur ex identitate rationis ex Bart. *in leg. si constante*, *num.*37. & ibi Alexand. *ff. solut. matrim.* sicuti ergo Virgo, & similes gaudent privilegio *l. unicæ*, *Cod. si inter Pupillos*, & viduas, ita in aliis locis similibus legentes per annos viginti gaudebunt privilegiis, unde Cassan.

42 *part.*10. *consider.*26. loquitur de Jasone, qui in diversis famosis Academiis legens per annos viginti fuit Comes Palatinus affectus, & illustrem dignitatem consequutus, licèt non legisset in Urbe Constantinopolitana, & adduco Salycetum *in leg. fin. C. de ædificiis privatis*, ubi notatur, quòd licèt aliqua Imperatoris Constitutio juris communis correctoria sit directa ad aliquem Præfectum, sicut erat Textus *in dict. l. fin.* directa ad Amontium Præfectum Urbis Constantinopolitanæ, tamen semper intelligitur generalis, nisi de contrario appareat, ex quo Regens Capyc. Latro *decis.*50. fundat, neminem posse ædificare in suo, impediendo alteri aspectum ad mare, & licèt Textus *in d. leg. final.* sit facta pro Urbe Constantinopolitana, tamen ligabit etiam in aliis Civitatibus Romano Imperio subjectis, & de facto sic fuisse decisum in S. C. refert P. de Franchis *decis.*115. quem refert Camillus de Curtis in diversorio feudali in principio Capituli incipientis feudorum materia *numer.* 20. *in fine*, Riccius *collect.* 1848. Mastrillus *lib. quarto de Magistratibus*, *capit. decimo*, *numer.* 3. Thorus *part. prima in verbo Doctor*, *fol.* 150. *tom.* 1. *colum.* 2.

43 Ut autem Doctor legens per annos viginti hanc consequatur dignitatem Comitis Palatini, plura requiruntur, ut notat Joannes de Platea *in dict. leg. unica*, *Cod. de professor. lib.*12. 1.*p.* requiritur, quòd publicè legat in Roma, vel Constantinopoli, vel in alia Urbe habente privilegium studii.

44 Secundò, requiritur, quòd sit descriptus intra statutum numerum, ut *in dict. leg. unica*, & *in dicta lege prima*, *Cod. de studiis liberalibus*, *lib.*10. Cum fuisset dubitatum, an lectura feudorum sit ordinaria, ut eam legens per annos 20. efficiatur Comes? fuit dictum affirmativè, Franc. *dec.*115. *n.*3.

45 Tertiò requiritur, ut demonstret vitam laudabilem in suis moribus, nam potest Doctor, tam propter morum defectum, quàm scientiæ reprobari, *l. Magistros*, *C. de professor. & Medicis*, *l.*10.

46 Quartò requiritur, ut habeat docendi peritiam, & mentes legum benè intelligat, Glossa *in dict. leg. unica*, *Cod. de Professoribus Urbis Constantinopolit. lib.* 12. *in verbo*, (*Peritiam*,) & dicendi facundiam Joannes de Platea *in dict. l.*1. *Cod. de studiis liberalibus*, & *in dict. l. unica*, & interpretandi subtilitatem scilicet in juribus dubiis, quæ tamen interpretatio legibus probanda est, cum Doctoris opinio probabilis tantum sit, ut *in leg.* 1. *Codic. de legibus*, de qua interpretatione latè Joannes de Platea *in dict. leg. unica*, *numer.*6. *Codic. de Professor. qui in Urbe*, &c. *lib.*12.

47 Quintò requiritur, ut sit in docendo copiosus, ut quod non plenè probatum est in una oratione, vel allegatione possit suppleri per aliam, ut notat Glossa *in l. Qui filium*, §. *Sabinus*, *ff. ad Trebellianum*.

48 Sextò requiritur, quòd in amplissimo cœtu Doctorum dignus fuerit existimatus, & sufficiens ad legendum, & docendum, & ad minus coram septem docuerit *dicta leg. Magistros*, ubi Gloss. *Cod. de Professor. & Medicis*, *lib.* 10.

49 Ultimò requiritur, quòd per annos viginti continuos legerit, sicuti ad conservandam missionem in armata militia requiritur tempus continui biennii, ut *in leg. tertia*, *Cod. de prox. Sacrorum Scriniorum*, *lib.*12. de quo legas Cassaneum *part. decima*, *Catalogi gloriæ Mundi consider.* 26. unde non sufficit ad hoc privilegium obtinendum conjunctio temporis intermedii, ex notatis à Bartolo *in leg. Interdum*, §. *Quoties*, *ff. de publicanis*, & sic Glossa Accursii, & Joannes Glossator habuerunt prærogativas, propterea fuerunt Comites facti, Platea *in d. l. unica*, *Codic. de Professor. Urbis Constantinopolitanæ*, *lib.*12. Jason, qui fuit Præceptor Cassanei per 20. annos legit Mediolani, & Franciæ, & fuit Comes effectus, Cassaneus *part.* 10. *consider.* 26.

Unde Joannes de Platea *in dict. leg. unica*, *lib.* 12. ait, 50 quòd toto anno allegatur dicta lex unica, ad probandum, quòd Doctor, qui publicè legit per annos 20. efficitur Comes, ut ibi dicit Glossa super rubricam ibi (& *etiam Dux*) ubi Glossa *in verbo*, (& *Vicariam*,) & per consequens est spectabilis, sicuti est Vicarius Principis, ut in titulo de Comitibus, & Archiatris, *dict. leg. unica*, sed alius Doctor, qui per vicennium non legit, clarissimus est, *leg. final. Cod. de Decurionibus*, *lib.*12. & licèt Textus loquatur de legentibus in Urbe Constantinopolitana, tamen habet locum etiam in aliis legentibus in aliis Civitatibus, argumento *leg. Philosophis*, *ff. de excusat. Tutor.* ut benè Joannes de Platea *in dict. l. unica*, *numer.*4. ergo per hanc dignitatem Lector legens per annos viginti appellatur spectabilis, & habet dignitatem sine administratione, & æquiparatur Duci, & Vicario Principis, ut benè Platea *numer.*50.

Tales verò Comites Palatini plura poterant facere antiquitus, licèt enim nullam habuerint jurisdictionem, quia 51 numquam habuerunt coercitionem, sine qua non datur jurisdictio, *leg. Imperium*, *ff. de Jurisdict. omnium judicum*, Vultejus *lib. primo*, *capit.*12. *numer. septimo*, Zeutlerus *part. prima*, *disputat. titul. tertio*, *Thesi* 5. habuerunt tamen quædam privilegia personalia, quæ non egrediebantur personas, argumento Textus *in* §. *Sed & quod Principi*, *instit. de Jure naturali*, *leg. Quod Principi* 1. §. *Planè il secundo*, *ff. de Const. Principum*, neque ad alium transeunt, *leg. Exceptiones septima*, *ff. de Exception.* sed cum persona extinguuntur, *leg. Quia tale* 13. *ff. Sol. matrimon. leg. in omnibus causis* 68. *ff. de Regul. juris*, *leg. privilegia* 190. *ff. de eodem*, *leg. unica*, *leg. Si in una*, *eademque causa*, *leg. Sordidorum* 13. *Cod. de Excusat. munerum*, quæ tamen facultates habent, & potestates dependentes à tenore privilegii concessi, aliàs nullam aliam habent, quia privilegia sunt stricti juris, & contra eorum 52 tenorem, nihil est attentandum, *leg. Prætor ait*, §. *Si quis à Principe*, *ff. Ne quid in loco publico*, Gothofred. *in leg. Beneficium* 3. *ff. de Constitut. Principum*, *capit. Porrò*, *de Privilegiis*, *capit. Legimus eodem titulo*, & privilegium non extenditur ad agnatos si sit personale, aliàs personam egrederetur, unde dicuntur Comites abusivè; quia illi dicuntur veri Comites, quibus est datus Comitatus in feudum, ut ait Andreas in titul. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio? & Comites Palatini non habet territorium, Franc. *decis.*115. *numer.*4. & 50. cujus tamen peculiaris dignitas, & aptitudo unicè electa est, imò naturam privilegiorum realium indueret, hæc enim ad hæredes, & alios deveniunt, *l. Ætatem* 3. §. *Rebus*, *ff. de Censibus*, *l. Cum Patronus* 28. *ff. de leg.*2. *l. In omnibus* 68. ubi Philippus Matth. *numer.*26. *ff. de regul. jur. cap. Reg.* 3. *dist. c. Petisti* 7. *quæst.*1. & licèt Doctoratus sit dignitas, *c. Quanto de Magistr.* Tiraquellus *de nobilitate*, *c.*50. *num.*3. unde cum quidem Doctor fuisset relegatus, & debuisset dare cautionem de servandis finibus, & illam non haberet, juravit se pœnam triremium subiturum, si contravenisset, fuit decisum, non potuisse se subjicere huic pœnæ in præjudicium sui Doctoratus, ut refert Thorus *tom.*1. *in verbo Doctor*, & in Curia Archiepiscopali Neapolitana, Ricc. *p.*2. *dec.*83. Thor. *ubi sup.*

In præsenti verò dicendum est.

Primò, quòd possunt DD. legentes per annos viginti, 53 in causa criminali comparere per Procuratorem ad agendum, *leg. unica*, *Cod. de Injuriis*, ubi latissimè Perez *in explicatione*.

Secundò, se excusant ab oneribus publicis, ut à tutela, vel Cura, quam tamen si spontè susceperint, 54 non coguntur satisdare, sed statur eorum promissioni Juratoriæ etiam in causa criminali, Perez *in leg. unica*, *Codic. de Professoribus Urbis Constantinopolitanæ*, *numer.* 3.

55 Tertiò, dicit Bolognettus *in Auth. habita*, *Codic. Ne filius pro patre*, *numer.* 110. & Perez *in dict. leg. unica*, *numer.*3. quòd juris antecessores, utpotè personæ Illustres possunt donare filiis in potestate eorumdem constitutis, quod tamen aliis non est licitum, sequitur Petrus Rebuffus *de Privileg. studiorum*, qui colligit privilegia 180. & de eis librum præscripsit peculiarem sequitur Perez *in dict. leg. unica*, *Cod. de Professor. Urbis Constantinopol. lib.*2. & licèt antiquitus habuissent potestatem legitimandi, tamen hoc de consuetudine non servatur, sed sufficit in Regno præcedentia inter DD. qui habent digitatem sine administratione & per Collaterale fuit dictum gaudere dignitatibus, declarandis, quæ tamen nunquam fuerunt declaratæ & ideò Novarius de quo Franc. *d. dec.* 115. tam in S. C. quam in Collaterali, & S. C. fuit tractatum donec vixerit prout prius ante sententiam tractabatur, Franc. *ubi sup.* qui in fine ait esse communem opinionem hos Comites esse illustres.

56 Quartò, Comites Palatini creati tales ab Imperatore, vel aliis possunt Doctorem facere, & si fuisset Doctor Medicus creatus Comes, posset Doctorem facere Juristam, vel è contra, ut benè Assuerus Fristichius *tom.*1. *juris publici*, *fol.*619. & talis Doctor creatus à Comite Palatino gaudet privilegiis, sicuti si in Academia publica esset Doctoratus, ut benè Treutlerus *parte* 1. *Thesi* 7. *littera A*, & ibi Hunnius *quæst.*4. *fol.*93. quem sequitur Assuerus *tom.* 1. *disput.*13. *fol.*622. contra Colerum *de processibus executivis*, *part.* 2. *capit. tertio*, *numer.* 129. Guido Papa *decis.* 88. *numer.* 3. Senserius *in discursu politico*, *de incremento*
57 *Academiarum Thesi* 284. quia tales Doctores Bullati fiunt nobiles, quidquid de Medicis contrarium putet Cavalcanus *de testibus*, *part. prima*, *capit. primo*, *numer.*46. qui ait, quòd Medici respectu medicinæ non tantam habent dignitatem, nec nobiles vocentur, & talibus concedebatur ab Augustis facultas pingendi, & concedendi insignia
58 secundùm formam privilegii ad hoc dati, teste Altrovando *lib.* 2. *Ornithologiæ*, *capit.*2. *de Chriseato*, *in titul. usus in insigniis*, *quæ vulgò arma dicuntur*, *pagina* 177. *tom. primo*, Petrus de Andol. *lib. secundo de Imperio Romano*, *capit.*14. Larius *lib.* 9. *Reipublicæ Romanæ*, *cap.* 17. Sixtorius *de Regalibus lib. primo*, *capit. secundo*, *numer.* 33. Paurmeist. *lib. secundo de jurisdict. cap.*3. *numer.*27. *& c.*11. *numer.*19.

59 Quintò, DD. qui per annos viginti legentes sunt declarati Comites Palatini poterat legere per substitutos, *leg.*60. *Codic. de Decurionibus*, *lib.*10. nam licèt regulariter nullus possit servire per substitutum, nisi habeat de hoc privilegium, aut sit persona illustris, *dict. leg. Nullus*, *Codic. de Decurionibus*, *lib.*10. sic in Regno nostro nemini licet per substitutum deservire, ut in Ritu M. C. V. 2. & in Ritu 7. & 309. *& in capit. Reginæ Ioannæ* 276. ubi Niger, *& in pragmat. prima*, *& secunda*, *sub titul. de administr. &*
60 *in pragmat. quarta*, *sub titul. de officio Iudicum*, & est constitutio, quæ incipit *Officia*, quæ personis, ubi erat imposita pœna capitis substituenti, & substituto, quæ posteà fuit declarata ad pœnam publicationis bonorum, ut in Constitutione Regni, quæ incipit *Duram*, *& Diram*, jure etiam communi id prohibetur, ut *in Authent. ut nulli Iudicum*, *& in Authent. de collationibus*, §. *ad hæc prohibemus*, *& in leg. prima*, *ff. de officio ejus*, Capycius *decis.* 151. Paris de Puteo *de syndicatu in verbo substitutus*, id ta-
61 men limitatur multipliciter: Primò, si id fuerit habitum expressè ex privilegio: Secundò, si substituens sit illustris persona: Tertiò, si aliter postularet necessitas: Quartò, si eveniat mutatio status in substituente: Quintò, si concedatur Principis licentia, Bart. *in leg. continuus*, §. *si ab eo*, *ff. de verbor. obligat.* Caravita *in ritu* 3. ubi allegat textum *in capit. Pastoralis*, *in verbo exonerare*, *de officio delegati*, ubi notat Glossa standum dicto substituentis, quando impedimentum allegat, licèt non constet, quod probat, Andreas *in capit. si quis Clericus*, *si de feudo defuncti militis*, *& in capit. si quis decesserit*, *eodem titul.* & Capycius addit aliam limitationem *in dict. decis.*21. cum Andrea *ubi supra*, quòd si ex certa scientia concedatur officium in-
62 habili; tunc censetur concessa facultas serviendi per substitutum, sequitur Regens Constantius *in dict. leg. Nullus Codic. de Decurionibus*, *lib.*10. *numer.*23. jure tamen Ca-
63 nonico quilibet ordinarius potest sibi substituere Vicarium, ut *in tit. de officio Vicarii*, *in* 6. Capycius *decis.*15. *numer.* 1.

Regula ergo est juris Civilis, & Canonici desumpta ex 64
leg. inter Artifices, *ff. de solutionibus*, *& capit. finali*, *de officio delegati*, quæ dicit, quòd quando est electa industria personæ, non licet substituere, è contra verò: ubi non est electa industria, licebit substituere, qua in re est 65
videndum quandonam dicatur electa industria personæ, dicit Bald. *in leg. unica*, §. *ne autem*, *Cod. de caducis tollendis*, *numer.* 4. *cum seq.* & post eum Felinus *in cap. fin.* §. *is autem*, *de officio delegati*, proponit plura exempla, Primum est in officio prædicandi, quod si fuerit alteri impo- 66
situm, non potest alteri committi. Secundum in lectore, qui non potest legere per substitutum, nisi in casu necessitatis, vel si legisset per annos viginti, quo casu efficeretur illustris persona, & potest legere per substitutum, DD. *in l.*1. *ff. de officio ejus*: nam per talem mutationem status, haberet facultatem substituendi, ex *d. l. nullus*, & Jason *in d. l.*1. *numer.*12. & in omni commissione, ubi essent dictione (*pro te*, *vel personaliter*, *vel manu tua*, *vel tuæ conscientiæ committimus*) & semper quod committitur res magni momenti: nam magnitudo prohibet actum exerceri per alium, Felinus *loco cit. numer.*4. sic in execu- 67
tore testamenti, qui non potest substituere, quia censetur electa industria personæ, intellige de executore dato à testatore, secus si à lege, vel Canone, prout est Episcopus, quia ille, qui habet jurisdictionem à lege, subdelegare 68
potest, argumento *leg. prima*, *ff. de officio ejus*, Fel. *ubi sup. numer.* 50. sic dicimus in tutore, cujus personæ industria censetur electa, Baldus *in leg. cum Magistratus*, *Codic. quando provocare non est necesse*, & Doctores *in leg. neque tutores*, *Cod. de Procuratoribus*, & tandem in omni actu, 69
qui fieri debet in conspectu Principis, Felinus *ubi supra*, *numer.* 6. & in omni actu faciendo pro Principe, ut notat Apostilla ad Baldum *in l. quisquis*, *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*, vel quando alicui committitur nudum ministe- 70
rium, ut est excommunicare, absolvere, & similia, per Text. *in d. c. finali*, §. *fin. de officio delegati*; sic ille, cui commissa est testium audientia, non poterit alteri commit- 71
tere examen, nisi ambæ partes expresè consentiant, Speculator *in tit. teste*, §. *qualiter*, *numer.* 22. & alii relati in Apostilla Constitutionis, quæ incipit *in pecuniariis*. Sic 72
Notarius non poterit mandare alteri, ut scribat in Protocollo, quia debet esse de manu propria, ut ex ea possit fieri comparatio manus, sed poterit alteri committere, ut extrahat à Protocollo, dummodò ipse Notarius subscribat, poterit etiam committere alteri, ut scribat (sed non in Protocollo) vel extrahat, &c. Regens Constantius *in dict. leg. nullus*, *numer.* 32.

In testamento unus testis, an possit substitui ad se sub- 73
scribendum pro alio, quæstio est, affirmat Lucas de Peña *in d. l. nulli*, *C. de muner. lib.*10. at Gregorius Lopez *in l.*2. *Hispanica*, *tit.*1. *p.*6. *glossa* 11. qui dicit, quod jure communi non est dispositum, sed permitti apud Hispanos per illam legem, & in instrumentis testis descriptus, si mortuus sit, & oporteat illum redigi in publicam formam, non poterit ille testis subscribere, quia mortuus, sed in locum ejus alius substituitur ad subscribendum, servata forma *pragm.*1. *sub titulo de fide instrum.* & si mortui essent, non solùm testes, sed Notarius, & Judex in locum eorum substituuntur alii, ut est praxis S.C. desumpta ex pragmatica Caroli V. posita *sub tit. de fide instr.* Secunda in ordine, de qua Reg. Constant. *in d. l. nullus*, *numer.* 35. *C. de Decur. numer.*12. Franciscus Roccus *to.*2. *resp.*12. ubi latè agit de reassumptione instrumenti, mortuo Notario, Judice, & testibus.

Quòd si testis non esset mortuus, verùm nequeat scri- 74
bere, nimia senectute confectus, vel ob tremorem manuum; tunc poterit ejus manus ab aliquo Perito capi, & ad scripturam dirigi, si tamen is, cujus manus tenetur, sit mente sanus, & id fiat in præsentia Testium, ipso mandante, quod dictum valdè notat Lucas de Peña *in dict. leg. Nulli*, *Cod. de Mun. & Actuariis*, *lib.*12. Regens Constantius *in dict. l. Nullus*, *Cod. de Decurion. lib.*12. post Lo- 75
pez *ubi sup.* vel posset Notarius illius tenere manum, & illam per certam trahere, ita quòd faciat eum per longum lineam facere, & à latere, & sic signum Crucis, & allegat Textum optimum *in* §.1. *Auth. de Testib.* quod etiam commendat Alvarodus *l.*3. *de Conject. mente defuncti*, *c.*2. *numer.*9.

In omnibus tamen casibus, in quibus licitum est eligere 76
substitutum, debet eligi substitutus qualificatus, itaut inter eum,

eum, & substituentem sit omnimoda proportio, seu similitudo, respectu conditionis, unde Doctor non posset per Scholarem deservire quantumcumq; sufficientiam, nec Miles, nisi per alium Militem, æquè idoneum, & strenuum, Bart. *in leg. prima*, *Codic. de Præpositis agentibus in rebus*, & est Textus *in leg. Parabolani*, *Codic. de Episcopis*, & *Clericis*, quem Baldus notat contra Assessores, & Judices, qui dum à Provincia recedunt, & subrogant in locum suum unum ex Advocatis Provinciæ, quia cum non possit à principio Officialis constitui, nec poterit substitui,
77 sed per modicum tempus substituere possunt Officiales in Regno locum tenentes, Francus *decis.*198. quod modicum tempus intelligitur per dies quindecim, ut pluries fuisse decisum dicit Dominus Rovitus *in pragmat. prima*, *numer.*14. de Syndicatu Officialium, Regens Constantius *in dict. leg. Nullus*, *Cod. de Decurionibus*, *lib.*10. *numer.* 48. substitutus verò in casu absentiæ, an censeatur substitutus in casu mortis principalis substituentis, quæstio est, & Respondeo, quòd non ex Giurba *decis.*9. nisi habeat
78 facultatem substituendi à Principe, quia talis substitutus in casu absentiæ, ex Principis facultate censetur substitutus in casu mortis, Francus *decis.*255. *numer.* 4. Reg. Con-
79 stantius *in dict. leg. Nullus*, *numer.*52. sic Procurator constitutus in omnibus causis, & negotiis Pupilli, mortuo tutore, in negotiis cœptis durat, sed in negotiis non inceptis mandatum dicitur extinctum, Francus *decis.* 466.
80 & quòd Tutor in casu absentiæ datus censeatur etiam in casu mortis est Text. *in leg. Quæsitum*, *ff. de Tutelis*, Vivius *decis.*2. Giurba *dicta decis.*9. Regens Constantius *ubi suprà*, *numer.*55. & posse Proreges substituere in casu absentiæ, infirmitatis, & similibus dicit Regens de Ponte *de potestat. Proreg. in titul. de Assensibus*, *titul. primo*, §.6. & Rever. Rovitus *in Pragmat. prima de Administratoribus*, Mastrillus *lib.* 1. *de Magistratibus*, *capit. sexto*, *numer.* 161.

81 Semper tamen quòd potest fieri substitutio tenetur substituens de excessibus, & delictis commissis à substituto, ut *in dict. leg. Nullus ibi*, (periculo suarum facultatum,) *leg. prima*, *ff. de Magistratibus conveniendis*, Paris de Puteo *de Syndicatu*, *in verbo substitutus*, *capit.* 1. Lucas de Peña *in leg. Agentes*, *numer.*10. *Cod. de Præpositis agentibus in rebus*, *num.* 10. & ibi Joannes de Platea, Romanus *consil.*297. Gregorius Lopez *in l.*9. *glossa* 10. *titul.* 8. *partita quinta*, Cancer. *part.*2. *variar. cap.*2. *de Jurisdict. omnium judicum*, *numer.*87. Rovitus *in Pragm.* 5. *numer.* 53. & 55. *de Syndicatu*, dummodo eligatur ex voluntate, quia si teneretur ex necessitate eligere, ut in facto, de quo Cancer. *ubi suprà*, vel in facto de Erario nominato ob universitate, sed electo per Baronem, non tenetur eli-
82 gens, sed nominans, Gizzarell. *decis.*31. *numer.*8. & si à principio sit idoneus substitutus, licèt ex post facto delinquat, non tenetur de tali delicto substitutus, ut practicatum refert D. Regens Constantius *in dict. l. Nullus*, *numer.* 62. *Cod. de Decurionibus*, *lib.*10. ubi plura reportat ad materiam.

83 Tandem fuit pluries mihi quæsitum, an Doctori legenti, vel alio cuicumque Doctori expediat habere plures libros, dixi ego hanc difficultatem tangere Speculatorem in fine universi temporis, qui ait non esse expediens, quia superfluitas reprobatur, de qua superfluitate plura notat Giurba ad Consuetudines Messanæ *gl.* 1. *cap.*2. *numer.*7. *fol.* 186. & ait Speculator, quod turbat acumen ingenii legen-
84 tium prolixa multitudo librorum, alii verò dicunt tarditatem ingenii eruditionis diligentia compensari, & Oltrad. *consil.*84. per plura exempla, & rationes defendit multitudinem, & copiam librorum esse meliorem, etenim librorum lectio animi ægritudinem levat, & mitigat, & aliquod solatium habet, D. Regens Valenzuela *consil.* 43. *numer.*163.

85 Quod adeò verum est, libros plures bonum esse habere, ut si quis imprimi faciat librum, debentur ei per Typographum tot Codices, quot sufficiant pro illis, quibus Codex est dicatus, & aliis amicis, etiam non apposito pacto, ex Marzatio *cons.*73. quem refert, & sequitur D. Rovit. *in pragm. impress. librorum*, Baldassar de Ang. *in l.*1. *C. de Novo C. Faciendo*.

Hæc sunt quæ pro Comitis Palatini dignitate atque notitia scripsi, quod est dicere pro me ipso, in facto itaque expedito memoriali per suam Excellentiam, captaque informatione de expositis, fuit expeditum privilegium in forma Cancellariæ, & quia materia non est usualis, sed raró contingens; damus verba rescripti, & privilegii.

Carolus Dei Gratia Rex, & Regina Mater Tutrix, & Gubernatrix. 86

Don Petrus Antonius de Aragona Dux Segurbi, & Cardona, Comes Amburiarum Eques Cavicularius Ordinis Alcantaræ Cameræ, & Consilii Belli S. C. Majestatis, ejusque Guardiæ Alemanæ Capitaneus, Orator obedientialis apud Summum Pontificem, & in præsenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis, spectabilibus, & Magnificis Viris Magno hujus Regni Protonotario, Magno Camerario, Magistro Justitiario, Deputatis, in S.R.C. Præsidentibus, & Rationalibus Regiæ Cameræ Sum. Regenti, & Judicibus M. C. V. Gubernatoribus, & Auditoribus Provincialibus, Capitaneis Assessoribus, Syndicis, electis, Universitatibus, & Hominibus, ac aliis quibuscumque Officialibus, ad quos, seu quem præsentes pervenerint, spectabunt, & fuerint quomodolibet præsentatæ Regiis fidelibus dilectis, gratiam Regiam, & bonam voluntatem, significamus qualiter de nostro Ordine per Rev. Regium majorem Cappellanum fuit nobis facta relatio hujusmodi sub tenore V. G. *Illustr. Eccellent. Sign. Per parte dell'infrascritto supplicante m'è stato presentato l'infrascritto memoriale con Regia decretatione di V. E. di mia commissione del tenor seguente*, v.g. *Eccel. Sign. Il D. Giulio Capone Lettore ordinario della lettura del Ius civile primario della sera nel Regio publico studio di questa fedelissima Città dice à V. E. che per spacio d'anni 5. hà letto la lettura delle Pandette, e poi per anni quattro la lettura della glosa, & Bartolo, e poi per anni 20. la detta lettura primaria, con salario, e stipendio della Regia Corte, e perche conformo alla legge, e Canoni se li deve di ragione il titulo di Conte Palatino, solito darsi à Lettori Catedratici, che per anni venti continuati hanno publicamente letto, supplica percio l'E. S. à restar servita di dar ordine, che di dette sue fatiche sia honorato del detto titolo di Conte Palatino, con farnele spedire Privilegio*, in forma Regiæ Cancellariæ, ut Deus, &c. Rever. Regius Cappellanus major videat, & in scriptis referat, Galeota Regens, Carillo Regens, Capiblanc. Regens, Ortiz Cortez Regens, Valero Regens, Provisum per S. E. Neapoli die 29. Septembr. 1670. Anastas. *E volendo l'ordini di V. E. esequire, e dell'esposto informarme, per farneli matura, e considerata relatione, dico, che da me, con il parere del M. Consiliario Francisco Rocco mio ordinario Consultore, fu ordinato, che dell'esposto nel preinserto memoriale si dovesse pigliare informatione, e dal supplicante in detto termine furono presentati alcuni articoli, sopra de quali hà fatto esaminare tre testimonii, due d'essi Dottori, e per la depositione di detti testimonii, e per scritture autentiche presentatemi, ha fatto constare d'essere Dottore*, in utroque jure, *e che si Dottorò nell'almo Collegio di questa Città nell'anno 1635. e che cominciò à legere nel publico studio nell'anno 1639. la lettura del* Jus Civile *extraordinario, nominata le Pandette, in luoco del Dottor Gio. Paolo Vernaija lettore d'essa, e quella lesse per tutto l'anno 1643. senza salario, & havendo dopò detto Vernaija rinunciata detta lettura, fu quella provista in persona del detto Dottor Giulio Capone con il salario di annui scuti cento decorrendi à suo beneficio d'alli 18. Ottobre 1641. participando del tempo, che detta lettura stava in testa di Vernaija, attenta la fatica fatta da esso Capone*, de communi consensu, *& questo in esecutione d'ordine del Sign. Duca di Medina de las Torres all'hora Vicerè, dopò à 13. di Gennaro dell'anno 1644. dall'istesso Sign. Duca di Medina fu provista in persona del detto Dottor Giulio Capone la lettura de Testi, Glosse, e Bartoli con salario d'annui scuti cento settanta, vacata per morte del Dottor Gio. Maria Coscia, mediante lettura Regia per Cancellaria registrata* in Beneficiorum 2. fol. 134. *e quella lesse per tutto lo primo di Maggio dell'anno 1647. e vacando dopò là lettura del jus Civile della sera sotto li 14. di Marzo 1652. dal S. Conte d'Onatte fu quella incarricata per l'interim al medesimo Giulio, con il salario d'annui scuti 650. metà delli scuti 1300. che all'hora teneva di dote detta lettura, come dalla lettera Regia per Cancellaria, registrata*, in Beneficiorum 3. fol. 64. *e detto Giulio lesse detta lettura per tutto il primo di Maggio 1656. godendo detto salario di annui scuti 650. & essendo poi stata provista detta lettura al Rocco Consiliario Gallo* à 23.

à 23. Decembre 1658. cessò detto Giulio di legerla per tutto lo primo Maggio 1660. & havendo quella rinunciata detto Rocco Consiliario Gallo, dal Signor Conte di Pigneranda sotto li 24. Decembre 1660. fù provista in persona del detto Dottor Giulio Capone, con il salario d'annui scuti 1400. che godeva detto Rocco Consiliario Gallo, come per lettera Regia per Cancellaria registrata in Beneficiorum 3.fol.158. *quella lesse detto Dottor Giulio per tutto li 30. Marzo 1667. & essendosi nel medesimo anno per ordine di V. E. esposta detta lettura, come l'altre à concorso, e fattasi l'oppositione nel teatro di detti Regii studii in presenza de votanti,* juxta solitum, *fù dichiarato per il più degno dell' oppositori il detto Dottor Giulio Capone, e publicato per Lettore d' essa con il salario d' annui scutti* 1100. tantum, *cioè scuti* 1000. *de salario, che paga la Regia Corte, e scutti cento, che gode detta lettura della Catapania, e sotto li 31. Marzo 1667. li fù spedita la lettera Regia per Cancellaria registrata,* in Beneficiorum 4. fol. 9. *dal qual tempo hà sempre letto, & hoggidi continua detta lettura del jus Civile primaria della sera publicamente nelli Regii studii, e consta anco per la depositione di detti testimonii, che dette letture lette dal supplicante in detti Regii publici studii sono state, e sono profittevoli, e di molta sodisfattione, e concorso d' ascoltanti, per essere detto Dottor Giulio persona di qualità, & lettere, e di quelle con l' altri requisiti, che si ricercano dalle leggi communi. Per tanto visto, e considerato il tutto, adhibito in ciò il parere del detto Regio Consiliario Rocco, mio ordinario Consultore, sono de voto, che l' E.V. può restar servita di dar ordine, che al detto Dottor Giulio Capone supplicante citra pregiudicio d' altri, e della Regia Corte, se li spedischi privilegio* in forma Regiæ Cancellariæ, *che possa godere tutte le dignità, & honori di Conte Palatino,* tantum, *che dalle leggi sono concessi à simili lettori de letture ordinarie delli Regii publici studii, conforme à quello fu osservato l' anni passati con le persone delli qq. Gio. Battista Lettiero, Marco Antonio Floccaro, Gio. Dominico Coscia, & altri per esser il supplicante esercitato con Regio stipendio in leggere publicamente per anni venti, & più nelli Regii publici studii di questa Città. E quest' è quanto occorrere riferire à V.E. al cui prudentissimo giudicio rimettendo il tutto, li fò humilissima reverenza, e b. l. m. Da Casa in Neapolitana à 27. di Luglio 1671. de V.E. Ser. y Cappellan. D. Iuan de Zespedes. Francisco Rocco, registrata Gio. Lanza,* &c.

Et visa per nos relatio præinserta fuit per nos, & Reverend. Coll. Consiliarium interpositum decretum tenoris sequentis: V. E. in causa magnifici U. J. D. Julii Capone circa petitam dignitatem Comitatus Palatini die 31. mensis Augusti 1671. Neapol. visa relatione in scriptis facta S. E. per Reverendum Regium Cappellanum majorem Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, atque mandat, stante quod prædictus magnificus U. J. D. Julius Caponus fuit per annos viginti, & ultra publico stipendio conductus, & publicè legit in publico gymnasio hujus fidelissimæ Civitatis lecturam Pandectarum, Gloss. & Bart. ac lecturam primariam cum maxima omnium commendatione, ac publica utilitate, ac propterea fuit adeptus dignitatem Comitatus Palatini, ac proinde idem Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandat, atque decernit eumdem gaudere debere omnibus prærogativis, dignitatibus, & honoribus, quibus de jure gavisi fuerunt, & gaudent cæteri Comites Palatini, excepta tamen potestate legitimandi, creandi Notarios, & Judices ad contractus, ac legendi per substitutos, hoc suum, &c. Galeota Regens, Camillo Regens, Capiblancus Regens, Ortiz Cortez Regens, Valero Regens, Anastasius. Suppositum propterea nobis extitit pro parte supradicti magnifici U. J. D. Julii Capone, quatenus pro observatione Regii præinserti decreti Regias observationales litteras expediri facere dignaremur, nos autem suis supplicationibus benignè annuentes, volentes cum prædicto magnifico U. J. D. Julio Capone gratiosè agere, dicimus, præcipimus, & mandamus supradictis omnibus officialibus, & cujuslibet ipsorum, unicuique in sua jurisdictione, quatenus attenta per eos, & unumquemque ipsorum diligenter forma, & tenore præinserti Regii decreti, illud observent, & observari faciant per quos decet prædicto magnifico U. J. D. Julio Caponi, juxta ipsius seriem, continentiam, & tenorem, omni dubio, difficultate, & impedimento cessantibus, & contrarium non faciant pro quanto gratiam prædictæ Majestatis caram habent, pœnamque duc. mille cupiunt evitare. In quorum fidem hoc præsens privilegium fieri fecimus magno prædictæ Regiæ Catholicæ Majestatis, sigillo impendenti munitum. Datum Neapol. in Regio Palatio die .... mensis Septembris 1671. *El Duque de Segorbe, y Cardonas, &c.* ut Galeota Regens, ut Camillo Regens, ut Capiblancus Regens, ut Ortez Cortez Regens, ut Valero Regens. Anastasius.

Privilegio di Conte Palatino in persona del magnifico Giulio Capone con insertione della relatione del Rever. R. Cappellano Maggiore in forma Reverendæ Cancellariæ, &c.

DISCEPTATIO CLXII.

SUMMARIUM.

1 *Authoris intentio, & protestatio affertur.*
2 *Operis divisio proponitur, & observatur.*
3 *Constitutio Societatis Iesu adducitur pro incapacitate domus Professæ.*
4 *Glossæ authoritas adducitur super easdem Constitutiones.*
5 *Relictum pro fabrica domus Professæ non potest commendari Patribus.*
6 *Professi Iesuitæ vivunt ex eleemosynis.*
7 *Domus Professæ Societatis Iesu, quid habere debent pro fundatione.*
8 *Legata non possunt fieri Collegiis, ut dent domui Professæ aliquid.*
9 *Concilio Tridentino* sessione 25. capit. 3. de Regularibus, *renunciavit Societas, quoad Professos.*
10 Reg.66. *inter communes adducitur, pro incapacitate domus Professæ.*
11 *Iura ex Congregatione generali adducuntur, pro incapacitate domus Professæ.*
12 *Commutatio temporalium de usu in usum, quibus committatur in Societate Iesu.*
13 *Iesuitæ in foro conscientiæ, uti possunt omnibus gratiis Fratrum Minorum, & qualiter.*
14 *Paupertas domus Professæ præcipitur in examine generali Societatis.*
15 *Paupertas domus Professæ commendatur à Gregorio XIII.*
16 *Paupertas domus professæ commendatur.*
17 *Paupertas domus Professæ à S. Francisco Borgia commendatur.*
18 *Paupertas Societatis Iesu, excludit omnem hæreditatem ex P. Mutio Vitellesco.*
19 *Iesuitæ non possunt testamentis condendis interesse ex P. Mutio, & Regulis.*
20 *Paupertas Societatis Iesu, commendatur ab Eminent. Card. Pallavicino Iesuita.*
21 *Domus professæ, cur non teneant chorum.*
22 *Domum professam esse incapacem probatur ex Iesuitis.*
23 *Cardinalis de Lugo pro paupertate est, quoad institutionem hæredis.*
24 *Paupertas Societatis Iesu, declaratur à P. Vadigno Iesuita Gallo.*
25 *P. Vadignus reprobatur in suis dictis.*
26 *Vadignus improbatur ex scriptis à P. Mutio Vitelleschio, & S. Borgia.*
27 *P. Vadignus reprobatur ex alio dicto P. Claudii Aquavivæ.*
28 *Layman cum aliis Iesuitis, & cum Patre Antonio Rossi adducitur, ad nostram conclusionem probandam.*
29 *Argumentum Patris Rossi adducitur, & respondetur.*
30 *DD. adducuntur à P. Rossi, pro capacitate domus professæ ad finem retinendi.*

31 So-

ARGUMENTUM.

Domum Professam Societatis JESU esse capacem habendi legata, donationes, & alia titulo particulari relicta etiam in testamento, non tamen esse capacem hæreditatis testamentariæ, vel ab intestato ex persona suorum Professorum; Et hanc esse veram interpretationem Constitutionum, Regularum, Gratiarum Apostolicarum, & Sententiam S. P. Ignatii, Sancti Francisci Borgiæ, ac Illustrissimorum pro tempore Generalium, ut Patris Mutii Vitelleschii, Patris Claudii Acquavivæ, & aliorum, quam PP. Societatis docuerunt, Domum verò Probationis, & Collegia omnia, omnimodam habent capacitatem, respectu tamen suorum non professorum, & hac sententia posita, reprobantur illi, qui omninò incapaces faciunt domus professas, & illi, qui ex adverso capaces faciunt ad finem acquirendi, non verò retinendi. Et unde oriarur, quòd in hac sola capacitate, vel incapacitate tantùm insudaverint Doctores consulentes, & decidentes.

JURIS
RESPONSUM
PRO
Consanguineis quondam Joseph Trigaldi,
CONTRA
Domum Professam Societatis JESU Neapol. &c.

NOn est meum in præsenti ne umbram existimationis auferre à Venerabili Societate Jesu, ut meo clientulo satisfaciam, pro qua Societate sufficiat mihi, tam benè, tam sanctè locutos esse Summos Pontifices, Concilia, Sacras Congregationes Eminentissimorum Cardinalium, Episcopos, ac Archiepiscopos, Imperatores, & Reges, Academias ferè omnes, & omnes sacros Ordines aliorum Religiosorum, Sanctam Theresiam, Sanctum Philippum Nerium, & alios, de quibus novissimè P. Andream Mendo Societatis Jesu Hispanum in sua Crisi Societatis Jesu, ubi de pietate, doctrina, & fructu multiplici Societatis Jesu, sed tantùm assumo probare domum Professam Societatis Jesu esse incapacem succedendi ad hæreditates quascumque, sed solùm capacem esse legatorum, donationum, & fideicommissorum particularium, in testamento relictorum. Pro qua conclusione probanda in primis adducam loca specialia suarum Constitutionum, Regularum, Bullarum Pontificum illas confirmantium, decreta in Congregationibus generalibus ejusdem Societatis, litteras Sancti Ignatii, Sancti Francisci Borgiæ, Mutii Vitelleschii, & aliorum Generalium Ordinum, qui hoc declararunt, respectu domus Professæ, & alii doctissimi Jesuitæ, qui hoc doctissimè tradiderunt. Secundo loco adducam Patres, & Doctores ejusdem Societatis, qui verè loquuntur, sed ubi de legatis, de donationibus, & fideicommissis particularibus tractaretur, non de hæreditatibus testamentariis, vel ab intestato, ex persona Professorum. Tertio loco respondendum est ad argumenta partis adversæ qualiter procedant. Et tandem adducam DD. qui talem conclusionem nostram firmiter probarunt. 1 2

Circa primum, facit primo loco Textus *in Constitutionibus Societatis Iesu, part.6. capit.2. folio mihi 236. in parvis*, §.12. ibi: *Quo melius paupertatis puritas, & quies illa, quam secum affert, conservetur, non solum particulares Professi, vel Coadjutores formali hæreditariæ successionis non erunt capaces, verùm nec domus, nec Ecclesia, scilicet Collegium eorum ratione, sic enim omnibus litibus, & controversiis præcisis, charitas cùm omnibus ad Dei gloriam melius conservabitur*, hoc idem *in* §.2. *littera A*, ibi: *In domibus, vel Ecclesiis, quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur reditus nulli, ne Sacristæ quidem, aut fabricæ applicati haberi possint, sed neque ulla alia ratione, itaut penes Societatem eorum sit ulla dispensatio, sed in solo Deo, cui per ipsius gratiam inservit fiducia constituatur sine redditibus ullis ipsis nobis prospecturum de rebus omnibus convenientibus ad ipsius majorem laudem, & gloriam*, & notat Glossa, ibi: *Non potest Societas in hoc, quod pertinet ad paupertatem dispensare, & vovent hoc Professi*, & subdit Glossa: Quòd si aliquis ex fundatoribus domorum, vel Ecclesiarum vellet redditus aliquos ad Fabricæ usum relinquere, dummodò nec dispositum eorum ad Societatem pertineat, nec sicunde ei competat actio in illas (quantumvis id illi curæ esset, ut is, cui tale onus commissum est, suum officium faciat) & sic in omnibus similibus non esse id à paupertate Societatis alienum. *Litt. G*, *fol.* 138. ibi. Professi vivant ex eleemosynis in domibus cum aliquo non mittantur; unde domus professæ exigendæ sunt in Civitatibus magnis, ubi Generalis arbitrio videbitur, ut *in secunda Congregatione generalem Iesuitarum decreto 17. per tot.* 3 4 5

Secundò facit, quia domus Professæ fundatorem habere possunt quemadmodum, & Collegia, fundator autem domus Professæ ille censeri debet, qui dat Ecclesiæ necessaria ad cultum Dei, suppellectilem, domesticam, & librariam sufficienter instructam, & suffragia facienda sunt ad fundatoris arbitrium, ut *ex decreto* 17. *Congregationis* 7

8 *Societatis*. Est etiam contra votum paupertatis Jesuitarum Professorum relinquere Collegio annuos reditus perpetuos vel donare cum pacto, & onere partem aliquam dandi domui Professæ, quia Congregatio tertia judicavit hoc esse contra institutum, & peculiare paupertatis Jesuitis indicatam, ideò non est admittendos tales reditus perpetuos, nec paulatim, ut *in decr.* 5. *d. Constitutionis*, ergo domus Professa est incapax cujuscunque hæreditatis, & successionis hæreditariæ, præterquam legati, donationis, & alterius contractus, quorum habent capacitatem.

9 Tertiò, facit in secunda Congregatione generali decreto ibi. Cum Concilium Tridentinum *sessione* 25. *capit.* 3. *de Regular.* facultatem dederit omnibus Religiosis, exceptis Observantibus minoribus, & Capuccinis habendi bona immobilia in communi, non obstantibus constitutionibus quibuslibet eorum, quod propositum fuit Congregationi ad restringendam sanctam paupertatem, placeret cedere juri cuicunque ad habenda bona immobilia in domibus Professorum, quod ex decréto Concilii prædicti vobis esset acquisitum, placuit magno consensu Patribus, ut cederemus cuique juri ex Concilio nobis provenienti, & secundum nostras constitutiones, & vota, quæ post professionem emittuntur paupertatem in Professis, ne ipsorum domibus retineremus, & sic cesserunt totius Societatis nomine, ut *in decreto* 33. *Congregatione secunda*, propterea *in compendio privilegiorum Societatis*, *in verbo domus*, §. 20. dicitur domus probationis Societatis Jesu possunt habere reditus ex Pio IV. 19. August. 1561. & confirmatum, *pagina* 89. & Gregorius XIII. *in sua Constitutione*, 8. *Kalendas Iunii* 1584. *pagina quarta*, hoc idem dixit, & disposuit, incapacitatem domus professæ commemorando.

10 Quartò facit, quòd habetur inter Regulas Societatis Jesu, *Reg.* 66. *sub titul. de his*, *quæ pertinent an res temporales*, ibi, si quid stabile donatum, legatumque domui fuerit, Provincialem admoveat ut quamprimum vendatur, & pretium in suos necessarios usus juxta illius judicium expendatur temporis tamen opportunitas ad vendendum non est excludenda, & *in reg.* 67. dicitur lites fugiat, nec ullam inconsulto Provinciali intentet, nec respondeat, nisi cogatur.

11 Quintò facit, quòd habetur *in Congregatione* 2. *generali*, quæ est *in* 6. *par. Constitutionum generalium*, *capit.* 2. §. 2. & in alio tomo, cui titulus est, Canones Constitutionum generalium Societatis Jesu, *in Constitutione* 2. *Canone* 21. *fol. mihi* 21. *in fine*, ubi ita habetur: Congregatio totius Societatis nomine cessit cuicumque juri provenienti ex concessione Concilii Tridentini, ad habenda bona immobilia in communi in domibus Professorum, vel eorum Ecclesiis, ut juxta nostras Constitutiones, & vota, quæ post professionem emittuntur, paupertatem in professis, ac ipsorum domibus retineamus, ita deciderunt Patres illi prudentissimi *decreto* 48. & quamvis ex eleemosynis vivat Societas, & opus bonum sit eleemosyna Societati collata, atque ad bona omnia inducere quosvis possimus, tamen ad majorem ædificationem, paupertatis nostræ sinceritatem, & puritatem, placuit præcipere nostris omnibus, ut nulli externo suadeant, (nam de nostris in Constitutionibus, & decretis dictum est,) ut nobis potius quàm aliis pauperibus, dent eleemosynam, sed simus, ubi petimus eleemosynas quotidianas illas simpliciter, ac planè amore Dei petere. Ad donationes verò quascumque, sive legata simpliciter etiam, & planè possimus tantum nostras necessitates explicare, definitionem tamen ejus devotioni relinquamus, à quo petimus has eleemosynas, ac proponere tantum illi possimus, ut ad orationem, & alia media occurrat, quibus possit de donatione, vel legato constituere, juxta id, quod Dominus inspiraverit, & ratio recta suaserit, ut est *decis.* 75. *in* 2. *Congregatione generali*, ergo apertè apparet domum Professam Societatis Jesu, omnis hæreditariæ successionis esse incapacem, posse tamen ex legato, vel donatione aliqua accipere.

12 Sextò facit, quia per facultates concessas Prælatis Ordinis Minorum, Jesuitis communicatas, Præpositi omnes, & Rectores communes de uno usu ad alium necessarium legata, quæ relinquuntur nostris Collegiis, aut domibus dummodò id fiat sine scandalo eorum, ad quos solutio talium legatorum pertinet, juxta disposita per Sixtum IV. *in supplemento Minorum*, *fol.* 95. *concess.* 317. & habetur *in eorum compendio*, *in verbo commutare*, §. 1. quam concessionem ampliavit Leo X. in rebus donatis per viventes, si tamen non sequatur scandalum prædictorum, ut habetur *in dict. supplemento*, *folio* 93. *pagina* 2. *concess.* 293. & habetur *in compendio privilegiorum Minoritarum*, §. 2. & *in compendio privilegiorum Societatis Iesu*, *in verbo commutatio*, §. 4. unde possunt Jesuitæ in foro conscientiæ 13
uti omnibus gratiis per Antecessores Pii V. minoribus concessis etiam quoad illas, quæ sunt restrictæ, sive derogatæ per Concilium Tridentinum, prout eisdem concessit idem Pius V. vivæ vocis oraculo die 13. Martii anno 1566. ut *in compendio privilegiorum Iesuitarum*, *in verbo Concilium Tridentinum*, §. 3. ergo domus professæ ad exemplum Minoritarum sunt incapaces cujuscumque successionis.

Septimò facit, nam in examine generali *capit.* 1. *folio* 6. 14
litter. A, dicitur, finis hujus Societatis est non solum saluti, & perfectioni propriarum animarum cum divina gratia vacare, sed cum eadem impensæ in salutem, & perfectionem præmiorum pari modo incumbere, hunc finem melius consequendo tria vota in ea obedientiæ, paupertatis, & castitatis emittuntur, sic paupertatem accipiendo, ut nec velit, nec possit redditus ullos ad suam sustentationem, nec ad quodvis aliud habere, quod non tantum in particulari de unoquoque, sed etiam in Ecclesiis, & domibus Societatis professæ, est intelligendum, ut in dicto examine habetur; ergo evidenter apparet domum professam incapacem esse successionis hæreditariæ.

Octavò facit, quia Gregorius XIII. in Bulla, quæ incipit: *Ascendente Domino*, *& Salvatore nostro in naviculam inter litteras Apostolicas Societatis Iesu*, *fol. mihi* 228. 15
ibi habetur: votis emissis tam hi, qui spirituales, quam qui temporales Coadjutores formati fuerint, certum in Societate gradum habent, suntque omnis hæreditariæ successionis incapaces, nihilque omninò proprii juxta Constitutiones ejusdem habere possunt, sicut nec in Professorum bonis domus ulla, aut Ecclesia, vel Collegium dictæ Societatis succedere potest, & profitentur etiam cum quarto voto se numquam acturos, vel consensuros, ut quæ in Constitutionibus Societatis circa paupertatem ordinata sunt, immutentur, nisi quando ex justa rerum exigentium causa paupertas magis restringenda videtur, 16
ut *in dict. Bulla*, *fol.* 229. *in princ.* Et ibi, Biennio Novitiatus completo, & emissis votis simplicibus una est omnibus vivendi, & obediendi ratio: debent enim omnes in omnibus obedire, & in communi vivere, non secus alii, atque ipsi professi, & Coadjutores formati, idque in domibus quidem probationum, & Collegiis ex redditibus, in domibus verò Professorum, quæ nullos omninò redditus habere possunt, ex eleemosynis tantùm, ergo clarè apparet, quod supra dicebamus.

Nonò facit, S. Francisci Borgiæ Generalis Societatis 17
Jesu, pulcherrimum dictum in Epistola ad Patres, & Fratres Provinciæ Aquitaniæ, de mediis conservandi Spiritum, *numer.* 10. qui ait: cum de paupertate 6. Constitutionum parte Sanctus Ignatius agat, eam esse confirmat, instar muri fortissimi Religionum, quo illæ in statu suo, & disciplina conservantur, & à quam pluribus hostibus proteguntur, quam eximia nobis est habenda ratio tanti præsidii, illudque in primis solicitos nos tenere debet, ne Religionis, aut zeli specie dum Collegia stabilire, aut domibus volumus adjumento esse subeat animum solicitudo in moderatione, propensioneque cupiditati quam probari posit hominibus, atque adeò domesticis ipsis dolorem afferat, & mœrorem.

Decimò facit, Pater Mutius Vitelleschius *in Epistola* 18
ad Patres, *& Fratres*, *de Oratione in Epistola* 1. *fol. mihi* 99. inter litteras Patrum generalium, ponderando Davidis Psalmum decimum, *ibi*: Oculi ejus in pauperem respiciunt, palpebræ ejus interrogant filios hominum, adducit Nazianzenum dicentem, ait: Oculi in pauperem respiciunt, palpebræ autem interrogant filios hominum, subdit Vitelleschius, quòd per hoc significatur Jesuitarum domos Professas hæreditatem omnem extra Deum habere non posse; unde ait, ut omnem hæreditatem defugiant, & pleno animo decantent Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei, cum Davide *Psalm.* 15. ita Vitelleschius.

Idem P. Mutius *in eadem epistola*, *folio* 402. ibi: Ad 19
hoc si à litibus abhorrebimus testamentis condendis interesse,

esse, ex Regularum nostrarum præscripto versabimus, quod tantopere suis etiam Fratribus inculcaverat S. Bonaventura idemque si nos ita geremus, ut omnes prospiciant hominum animos non marsupia nos quærere, neque id agere, ut ista nobis; verùm ut illos Deo lucremur, qui nos insimulare valeat aviditatis. Unde S. Franciscus Borgia conquerebatur teste Patre Vitelleschio *in epist.*1. *citata*, *fol.* 413. dum dixit. Quòd multi veniunt ad nos, ut fiant ditiores, quàm pauci, ut fiant meliores, quæ verba ad quem sensum dixerat S. Borgia explicat Vitellesch. *ubi supr.* quem rogo etiam videri *in epist.*3.§. *de paupertate*, ubi videas quid dicit.

20 Quod tandem corroboratur ex dictis á Patre Sfortia Pallavicino Eminentissimo postea Cardinali *in vindiciis Societatis* JESU, *cap.*49.*fol.*381. qui ait: Professorum domus emendicato stipe omni reditu prohibeatur, Collegia quidem dotata sunt, sed dote, quæ (si fas est dicere) matrimonii onera plerumque non satis compensant, quando ferè omnia ære alieno præmuntur, neque id ex lautiore victu, ex splendidiori cultu, sed ex census tenuitate, di-
21 cit etiam *c.*9. *in vindiciis societatis contra Scotum*, *fol.*35. proponens dubium, cur domus professæ non teneant Chorum pro officio, dicit, & optimè, quod sexaginta domus professas habet Societas JESU suo tempore dico de anno 1649, & plures ad eleemosynas quæstuandas sunt destinati, alii ad audiendas Confessiones, & per hoc non possunt ad Chorum attendere, quia domus professa vivit de eleemosynis; ergo apertè apparet domum professam Societatis JESU esse incapacem cujuscumque hæreditatis, posse verò capere ex legato, donatione vel particulari fideicommisso, non tamen hæredem ex testamento institui. Et hęc dicta sint pro primo capite probando, ubi ex Regulis eorum, Constitutionibus, gratiis Pontificum, dictis à sanctissimis eorum Fundatoribus, confirmatis per eorum prudentissimos, & zelantissimós Patres Generales, probatum esse credimus.

22 Circa verò secundum caput de probationibus facientibus ad materiam adductis ab eruditis illis Doctoribus, qui de eadem Societate scripserunt, remanet ut probemus, non per ordinem juxta antiquitatem eorum agendo, sed ut vidimus.

23 In primis Cardinalis de Lugo Jesuita, & Cardinalis *disp.*3. *de justit. & jur. tom.*1.*sect.*9. *numer.*212. loquens ad propositum sic ait: nam licèt nostra Societas non sit capax succedendi in bona subditorum, est tamen capax sicut & omnes alię Religiones acquirendi per subditos omnia, quæ ipsi acquirere possunt hoc modo v. g. sive per testamentum, sive per contractus, sive per donationes, quatenus ipsi capaces sunt, & hunc modum acquirendi omnes Religiones habent, si ergo Professo nostræ Societatis, vel coadjutori formato deferretur majoratus, non quidem per modum hæreditatis (pondera Eminentissimum Lugo) sed per modum legati, vel fideicommissi fundatus, vel excludens Religiosos non apparet, cur sicut capax est acquirendi quodlibet aliud legatum, non possit etiam istud acquirere, quod certo modo minus juris dat, quàm alia legata, cum non det jus plenum, sed legatum cum onere restituendi post mortem, & non alienandi, & hujus capax erit domus Professa, dummodò non sit ex hęreditate, & licèt sit fideicommissum, erit particulare, uti legatum, donatio, &c. quod idem Cardinalis Lugo *disp.*3. *tom.*1.*sect.*5. *num.*100. se declarat dicendo, quoad legata verò non solùm Collegia, & domus Probationis, ac domus etiam Professa, sed singuli etiamsi sint Professi sunt capaces legati, licèt tales Professi, & Coadjutores non possint esse hæredes; ergo evidenter Cardinalis de Lugo Domum Professam facit capacem legati, donationis, & etiam fideicommissi particularis, quod est legati species ad notata per DD. *in rub. ff. de legatis* 1. sed non eam facit capacem hæreditatis universalis, & hæredis institutionis.

24 Secundo loco Pater Vadignus doctus Gallus *in suo tr. de contract. disp.*4. *dub.*5.*pag.* 333. & 334. dicit: Probabilius esse Professos Societatis Jesu incapaces esse successionis ab intestato, & circa successionem eodem modo se habere Professos Societatis JESU, ac se habent omnes alii Religiosi in Gallia, qui ab intestato non succedunt, sed tantùm ex testamento, possunt ergo Professi Societatis hæredes ex testamento institui, sicuti Religionum aliarum Professi, & Collegia, vel domus Professæ possunt eorum nomine hæreditatem adire, sed Pater Vadignus non bene loquitur, quia nec Societas doctrinam admisit pro Professis in ordine ad successionem ab intestato, necnon possum non admirari de tanto viro, qui volens probare suum assumptum dixit, quòd nullus adest locus, in quo colligatur incapacitas succedendi ab intestato, & opponens ibi de loco Constitutionum Societatis *par.*6. *cap.*2.§.12. ubi Textus excludit domum Professam à capacitate hæreditatis ab intestato, & sic confirmavit Gregor. XIII. in Bulla *ascendente Domino*, dicit Vadignus Gallica quadam su- 25
perbia suæ Nationi propria, talia verba non loqui de successione ex testamento, sed ab intestato, sed siste mecum Pater Vadigne. Tu dicis nullibi adesse locum prohibentem Domum Professam ex testamento succedere, nonne vidisti Regulam 66. Societatis, quam bene calles, quia Jesuita es, supra mea adducta, ubi habetur legata, & donationes sola posse per Domum Professam recipi? nonne vidisti quòd S. Borgia, Sanctus Ignatius, Pater Mutius, 26
cæterique ejusdem Societatis illustratores, qui loquuntur, omnem hæreditatem per domum Professam non posse recipi, si dixisset hæreditatem simpliciter, posset intelligi, ut tu prætendis, ultra quod non potest intelligi, quia Domus Professa non intendit ab intestato succedere suis Patribus Professis, sed dicit omnem hæreditatem, intelligendo tum ex testamento, tum ab intestato, præterquam quod quid est, quod dicit S. Franciscus Borgia, dum advertit, nullam hæreditatem habere debere, sed contentari cum Davide dicere, Dominus pars hæreditatis meæ, &c. si ergo Regulæ Societatis Apostolicæ Constitutiones, Pontificia Privilegia, Patres Illustrissimi, de quibus *supr.* nec ipsa Societas admisit duas distinctiones in Italia circa hoc, quomodo possumus cum Patre Vadigno fundare sententiam contra paupertatis observantiam, quam intrasti Pater Vadigne in quarto voto tuæ Professionis non ampliare, sed restringere semper debere, & de hoc vo- 27
vent Jesuitæ. Siste etiam mecum P. Vadigne, dicis, quòd P. Claudius Aquaviva Generalis Præpositus Societatis JESU, cujus est authenticè interpretari Constitutiones, sic illa interpretatus fuerit, rescribens ad Provincialem Lituaniæ, de ann. 1613. Tibi respondeo, nec Patrem Claudium fecisse, nec potuisse facere; non fecit, quia inter litteras Patris Claudii non est hæc, ut patet legenti, non potuit facere, quia fuisset contra votum, quod facit quilibet Professus tempore quatuor votorum de procurando paupertatem domuum Professarum restringi potiùs, non augeri; Ergo ne Regulæ, & Constitutiones Sancti Ignatii apprpbatæ à Beatissima Virgine, teste Joanne Baptista Nincubergh in vita Sancti Ignatii de anno 1631. *pag.*11. & 17. abierunt in desuetudinem contra votum expressum, quia sic dicit Pater Vadignus. Ne ergo miremur, si Abbas Constantinus Cajetanus *de vindiciis Benedictinis*, *fol.*6. *pag.*3. aliquantulum extra rem loquatur.

Tertio loco, adduco Patrem Layman *lib.*3. *tract.*5. *c.* 28
5. *numer.*5. Castrum Palaum *tom.*3. *disp.*3. *punct.*10. *num.* 1. *tract.*16. Card. de Lugo *de just. tom.*1. *disp.*3. *num.*100. 104. & 212. Pellizzarium *tom.*1. *tract.*4. *cap.*2. *sect.*2. *num.* 126. Thomam Sanchez *in Summa*, *lib.*7. *cap.*27. *num.*25. Escobar *in Theologia morali*, *lib.*5. *numer.*63. Hermann. Busembaum *in Medula Theologiæ moralis*, *lib.*3. *tract.*5. *cap.*4. *dub.*5. quos refert, & sequitur P. Antonius de Rossi in alia causa scribens, (qui hodie est ille idem, qui scribit contra nos,) qui Jesuitæ communiter docent domum professam esse capacem acquirendi, tum ex legato, tum ex donatione, non autem jure hæreditario, & testamentaria dispositione, assignat P. Rossi disparitatem post Layman, quia legatum, & donatio non continent onera, sicuti continet hæreditas, qui cum hæreditate transeunt omnia onera, ac obligationes variæ, cum quibus plerumque lites, & actiones judiciales conjunctæ esse solent, at verò legatum cum sit rei particularis habet se instar eleemosynæ, seu rei donatæ, ideoque sicuti donata potest quilibet Religiosus acquirere, & sic ordini, Monasterio, aut Collegio acquirere potest absque sua, vel Monasterii obligatione, ita legatum, vel donatio, & hoc argumento, se defendebat P. Antonius Rossi à Rever. Fabrica super donatione illa, quam fecerat illis de Pagano Pater Eustachius Pagano, ergo in præsenti idem dici debet domum professam non esse capacem hæreditatis illorum de Tipaldi, quia non sumus in legato, nec in do-

donatione, ſed in hæreditate ex teſtamento, ut in facto
eſt clarum.
29 Neque dicat Pater Roſſi, argumentum continere falla-
ciam, quia loquitur à ſenſu diſtributivo; id eſt, à Patri-
bus profeſſis ad domum profeſſam, quaſi quod ſecundùm
ipſum Patres Profeſſi ſunt capaces, tum legati, tum do-
nationis, non hæreditatis teſtamentariæ, ſed domus Pro-
feſſa eſt capax omnium ſupradictorum ad finem tamen
vendendi, non retinendi.
Reſpondeo enim hoc non poſſe dici, loquitur in Pro-
feſſis, non in domibus Profeſſis, quia eſſet loqui contra
Textum, & Bullam Julii III. de qua in litteris confirman-
tibus inſtitutum Societatis JESU, *fol. mihi* 58. ibi: ſinguli,
li, & univerſi perpetuam paupertatem, & non ſolùm priva-
tim, ſed neque etiam communiter poſſint Profeſſi, vel
ulla eorum domus, aut Eccleſia ad aliquos proventus,
redditus, poſſeſſiones, ſed nec ad illa bona ſtabilia, er-
go inſtitutio Societatis taliter cantat, ut nec Profeſſi, nec
domus eorum ſint capaces acquirendi, præterquam per
donationem, vel per legatum, aut ſimilem diſpoſitionem
particularem in teſtamento confectam, non autem per hæ-
reditariam ſucceſſionem, propter illam rationem diſpari-
tatis, quam poſt Layman aſſignat Pater Antonius, *loc.ci-
tato*, præterquam quod abſurdum eſſet dicere, Patres
Profeſſos, non poſſe inſtitui, domum verò Profeſſam poſ-
ſe; nam peto ab illis forſitan inſtitutio caderet ſuper pa-
rietibus, vel ſuper materialitate ipſorum; Cadit enim ſu-
per domum formalem, id eſt, ſuper Patribus domum fa-
cientibus, ſed Patres ſunt incapaces hæreditatis teſtamen-
tariæ, ut fundavit Pater de Roſſi, ergo etiam domus Pro-
feſſorum eſt incapax dicti tituli hæreditarii teſtamentarię
diſpoſitionis, unde memor ſui ipſius debet Pater Anto-
nius, hoc idem aſſerere, in cauſa, de qua agitur.
30 Circa tertium verò caput, nempè reſponſionis adverſa-
riæ partis, Primò adducit P. Antonius Ludovic. Molin.
to.1. de juſt. diſp. 195. ubi domus Profeſſas capaces eſſe bo-
norum dixit non ſolum circa legata, ſed etiam hæredita-
tes à Chriſti fidelibus ne in eleemoſynam relinqui poſſe,
bona immobilia acquirere poſſe ad finem, ut vendat, &
ſe ſuſtentet. Secundò adducit Thomam Sanchez *in Sum-
ma, lib.7. cap.27. numer.*15. ubi ait: Profeſſos particula-
res incapaces eſſe ſucceſſionis hæreditariæ, nec ex eorum
cauſa domum Profeſſam, vel Collegium poſſe ſuccedere,
poſſe etiam domum profeſſam recipere quamcumque rem
ſtabilem, non retineat, ſed ut vendat, & nullam agno-
ſcit diſtinctionem, ſive titulo legati, ſive titulo hæredita-
tis relinquatur. Tertiò Paulum Layman *in dict. capit.*5.
*numer.*4. Cardinalem de Lugo *ubi ſuprà, numer.*99. Ca-
ſtrum Palaum eodem loco, Vadignum, & alios, quos
allegat.
31 Pro quorum ſolutione, reſpondeo, benè dixiſſe P. An-
tonium Roſſi *in principio allegationis*, contra quem ſcri-
bimus, quòd rem omninò indubitatam comprobare com-
pellebatur, poſſe ſcilicet domum Profeſſam Societatis JE-
SU, hæredem inſtitui, eo quòd in dubio id revocatum
eſſe audiverat, & ſubdit rationem dubitandi ortam eſſe
ex ignorantia Conſtitutionum, & inſtituti Societatis JE-
SU, ex qua ignorantia in varia iverunt Doctores, ſed
eidem de Roſſi, dico non eſſe ignorantiæ eorum inſtitu-
tuti attribuendum, ſed ipſiſmet: nam Jeſuitæ in ſua Re-
gula mandant, ac ſeverè præcipiunt, ne quis extraneo-
rum Regulas, vel Conſtitutiones, &c. ullo modo habeat,
prohibent Patribus ſuis, ne quocumque modo concedant
extraneis ſub graviſſimis pœnis, de quibus ibi cœperunt
poſtea imprimi Lugduni de ann. 1607. & tandem Antver-
piæ de anno 1635. unde cum non permitteretur omnibus
Conſtitutiones, Regulas, & privilegia poſſe legere, pro-
pterea in diſparatis iverunt DD. in materia ſucceſſionis, &
capacitatis eorumdem, tanto magis, quòd Societas JE-
SU, eſt corpus heterogeneum tot conflatum gradibus,
quot ſunt perſonæ, inter quas perſonas longa eſt diverſitas,
ut ſuprà diximus, qui ergo de capacitate ſucceſſionis age-
re voluerit, non ad particulares Patres, vel Doctores ac-
cedere oportet, ſed ad fontes, nempè ad ipſa Regulas, &
32 Conſtitutiones, quòd Jeſuitæ ſuprà citati dicunt licere do-
mum Profeſſam recipere ex donatione, & legato, liqui-
dò conſtat ex Regulis *ut ſuprà*, diximus; Scriptores ve-
rò, qui ſcripſerunt in materia paupertatis ejuſdem Socie-
tatis, videntes, quòd regula dicebat poſſe recipere ex te-
ſtamento, uno verbo ſe expedierunt, adjugentes (hære-
ditatem) quando debebant dicere legatum, vel ſimile
particulare fideicommiſſum, quæ in jure ſunt æquiparata,
capere poterit, propter illam diſparitatem, quam aſſigna-
vit Pater de Roſſi poſt Layman *ubi ſuprà*, ſed parum ad-
vertentes, ad ſui favorem negotium trahentes illud lega-
tum extenderunt ad teſtamentum, quod in Regulis, &
Conſtitutionibus, privilegiis, & Bullis Pontificum non 33
habetur, & debebant advertere Jeſuitæ, quòd quando
ipſi profitentur quartum illud votum, quod eos conſtituit
in gradu, profitentur etiam voto particulari, nullo mo-
do conſenſuros ad ea, quæ paupertatem relaxant, ſed
potius ad ea, quæ reſtringunt illam, ſi ergo per Regu-
las ordinatur, quòd ſi donatio, vel legatum fiat domui
Profeſſæ de aliquo ſtabili, ut ſuperior domus denuntiat
Provinciali ad finem illud vendendi, quomodo intrat nunc
ſucceſſio teſtamentaria, quòd ſi Patres ipſi Profeſſi non
poſſunt hæredes inſtitui, ut Pater Roſſi fundavit, quomo-
do poterit nunc tota domus Profeſſa inſtitui hæres; ergo
Molina, Sanchez, Layman, & alii *ſuprà* citati debuiſſent
id advertere; non adverterunt, & bene, quia ſolùm di-
xerunt, poſſe ex teſtamento capere, dico ego poſſe, ſed
legata, ſed fideicommiſſa particularia, non hæreditates
univerſales, propter illam eandem diſparitatem, quam ſu-
pra mihi aſſignabat Layman Buzembaus cum Patre de
Roſſi, igitur tota cauſa dependet ab hoc æquivoco diſpun-
gendo, & hæc eſt ratio, cur in tot diſparata iverunt Do-
ctores
In quo ſenſu à nobis explicato concordantur Doctores, 34
qui in diſparata iverunt, Menochius enim *conſ.*1014. lo-
quitur de Magnifico Galeotto Alano Mediolanenſi, qui
teſtamento condito filium proprium hæredem inſtituit,
& quod expenderet fructus in beneficium quarundam fa-
bricarum pro Eccleſiis, præſertim pro Fabrica ſancti Fi-
delis Eccleſiæ Societatis JESU, contra quam Eccleſiam
objiciebatur incapacitas, quia erat Eccleſia domus Pro-
feſſa Societatis JESU, tamquam una ex Religionibus
mendicantibus, quærit Menochius utrùm poſſet Eccle-
ſia ſancti Fidelis capacitatem habere reſpectu illius quar-
tæ partis pro fabrica relictæ, & reſpondet, quod ſic,
quia relicta erat pro dicta Fabrica in teſtamento, quod ni-
hil ad nos.
Conſilium verò Hieronymi Gabrielis 28. *tom.*1. non eſt 35
adducendum in hac materia, quia non loquitur de capa-
citate Domus Profeſſæ inſtitutionis hæredis, vel alte-
rius legati, ſed ſolùm fundat Societatem JESU eſſe Reli-
gionem mendicantem, quod ultra conceditur inter tales
ordines à Pio V. declaratam, ut inter litteras Apoſtolicas
Societatis *in Bulla Pii V. de anno* 1571.
Deciſio verò Buratti 245. fundat potiùs opinionem no- 36
ſtram, quia poſtquam *à num.*1. dixerit Burattus Societa-
tem JESU eſſe mendicantem ex Pio V. declaratam *in Bul-
la 7. Iunii* 1571. apud Menoch. *conſil.*1014. *num.* 14. &
15. & per Eugenium XIII. 7. Maii 1572. & per hoc ex vi
Conſtitutionum, & Regularum non poteſt poſſidere bo-
na ſtabilia, tamen dicit, quòd poterit legatum habere
etiam ſtabilium, ſed non ad poſſidendum dicta ſtabilia,
ſed ad finem vendendi, ut poſt Jeſuitas dixit Rota co-
ram Buratto, *ubi ſuprà*, & ſubdit Buratt. *num.*15. per hoc
poſſe domum Profeſſam alienare ſtabilia relicta, vel do-
nata, idque ſine beneplacito Apoſtolico, quia ad hunc
effectum alienatio eſt neceſſaria. Cùm verò Burattus *n.*
16. dicit, domum Profeſſam admitti ad hæreditates ad-
ducit Menochium loco citato, qui loquitur de domo
Profeſſa ſancti Fidelis Mediolani, ubi fuit admiſsa ad quar-
tam partem fructuum pro Fabrica; ergo eſt capax reci-
piendi ex teſtamento, & ab hæreditate legata, ſcilicet,
& fideicommiſſa particularia, non verò hæreditates ipſas,
& univerſalia fideicommiſſa ex diſparitate *ſuprà* tradita à
Layman, & à Patre de Roſſi.
Neque dicat Pater Antonius conſenſum eſſe omnium 37
Jeſuitarum explicantium Conſtitutiones Societatis, do-
mum profeſſam eſſe capacem ad finem vendendi, cum ne-
mo ipſorum melius proprias Conſtitutionem, & Regulas
explicare poſſit.
Reſpondeo non pertinere ad Jeſuitas explicare Conſti-
tutiones, & Regulas, ſed ad Patrem Generalem, eo mo-
do, quo ſupra dicebamus, præſertim quòd in præſenti
opus non eſt explicatione, quia *in dicta par.* 2. *Conſtitu-
tionum ſuprà citata*, dicitur quòd ſi legatum, vel dona-
tio alicujus ſtabilis fiat domui Profeſſæ, &c. certioretur
Pa-

Pater Provincialis, qui illud vendi faciat. Secundò, demus Patri de Rossi hoc, nonne cum Layman ipse explicando dicit esse incapaces hæreditatis, sed non legati, vel donationis, & assignat disparitatem hujus rei? Neque dicat Pater de Rossi, quòd intellexerit de Patribus professis, non de domo Professa, quasi quod illi sint incapaces hæreditatis, non domus eorum, quod non bene dicitur, tum quia Constitutio dixit: si quid Domus, &c. tum quia domus professa non intelligitur materialiter, sed formaliter pro Patribus, quos continet.

38 Adducitur Gratiani *controvers. forens. cap.* 202. *in fin.* ubi domum professam dicit posse acquirere, sed non retinere, Concedo totum, dico ego, posse acquirere ex donatione, ex testamento, & aliis, ut supra dicebamus, sed non titulo hæreditario, propter illam disparitatem, de qua Pater Layman, cum Patre Antonio *ubi suprà*, & nil mirum est, quia vigore Regularum capacitas solùm est in legato, & in donatione, & quia legatum fit in testamento, dicimus eos capaces ex testamento, quoad illa, quæ dependent ex titulo particulari.

39 Adducitur Fusarius *de substit. quæst.*430. *numer.*21. ubi quærit, quæ sint Monasteria incapacia bonorum, & enumerat Societatem JESU inter incapacia se referendo ad *consil.*85. *lib.*1. qui tamen Fusarius si in cortice consideretur, non bene ponit Regulam generalem, sed debet distingui materiam, prout nos in præsenti distinguimus.

40 Adducitur Barbosa in Tridentinum *sess.*25. *de Regular. c.*3. *numer.* 9. qui loquitur generaliter ad nostrum favorem potiùs, dicit enim Societatis JESU in ann. 1565. cessisse privilegiis tibi concessis vigore Tridentini, quæ renuntiatio consistit in hoc, ut non possit habere, & perpetuò possidere stabilia, non autem ut capiat ad finem vendendi, & ideò domum Professam dicit esse capacem acquisitionis stabilium, quod nos ultra concedimus, loquendo de capacitate circa donationes, & legata, non autem circa titulos universales institutionis hæredis.

41 Adducitur per adversarium rec. mem. Episcopus Ricciullus *libr.*8. *de jure personarum*, *cap.* 9. qui referendo se ad ea, quæ Jesuitæ dicebant, nihil de Constitutionibus, & Regulis videndo, quæstionem proposuit *numer.*19. quærendo an domus Professa potest hæres institui, & distinctis duobus casibus, concludit, quòd sic; contra quem posset etiam aliquis dicere, Capuccinos, & strictioris Observantiæ posse hæredes institui, ut vendant, & sic ad finem vendendi esse capaces, quod est omninò falsum, Replicat Ricciullus, quod hoc quod de Jesuitis dicimus; fundatum est in Constitutionibus eorumdem authoritate Apostolica roboratis, contra quem replico, si non vidit ipse Constitutiones Reverendas, quomodò ausus est hoc dicere? quia si vidisse, expresè dixisset non esse capacem domum Professam ad finem vendendi, nisi solius legati, vel donationis, non autem tituli hæreditariis universalis.

42 Adducitur etiam Dominus Fagnanus *in c. in præsentia*, *num.*66. *de probat.* ubi ait: Domum Professam Societatis JESU, non modo per viam legati, sed etiam per viam institutionis universalis capacem esse, non quidem ad effectum retinendi, sed ad effectum vendendi, & pretium erogandi in suas necessitates, vel alios pios usus, nam alioquin paupertas domus Professæ Societatis JESU, non esset in ordine ad conservandum statum regularem,

43 tam perfectum, qualem ipsi prædicant, sed potiùs esset status quidem conformis legibus politicis Principum sæcularium; putant enim plus statutum laicale faciens Monasteria successionis incapacia, vel prohibens Monachos ultra certam quantitatem bonorum disponere in favorem piæ causæ valere, & in pluribus partibus Cat. servari testatut Vadignus *disput.*4. *de contract. dub.*4. *fol.*334. *vers. Difficultas est*, dixerunt alii, tale statutum esse contra immunitutem Ecclesiasticam, & subdit Vadignus, quòd statuta, & Consuetudines Galliæ excludentia Religiosos à successisione, fuerunt ex consensu Ecclesiæ ap-

44 probata, ex quo Monasteria sunt satis opulenta, nec expedit ipsis ditari amplius; Neque valere statutum laicale rejiciens laicorum bona Ecclesiæ relicta intra certum tempus vendenda esse, nam hoc est contra libertatem Ecclesiæ, & Alexander IV. disposuit esse contra immunitatem Ecclesiæ conditionem prædictarum, ut *in c.*1. §.*final. de Immun. Eccl. in* 6. de qua re Thomas del Bene *de Immun. Eccles. cap.*8. *dub.*43. ergo vel ad conformandos se cum legibus politicis, domus Professa est incapax, quod dici non debet, vel ut suam generosam paupertatem observet, prout verum est, & tunc debet esse incapax, tum ad finem acquirendi, tum ad finem retinendi, exceptis tamen donationibus, & legatis, vel ex testamento provenientibus titulo tamen particulari, nunquàm verò titulo universali.

Ex quibus patet, quomodo intelligatur Jacobus Matta *part.*3. *qu.*13. *art.*1. *num.*18. ibi, quartus casus est Patres Jesuitæ, qui mendicantes verè sunt, ut probat Mandosius, de privilegiis ad instar, duplicem habent domum, alteram quam appellant Collegium, in qua habitant illi, qui quartum Religionis votum non emiserunt, altera est domos professorum, de qua scribit Gabr. *cons.*28. *vol.*1. ubi ostendit, caput Societatis JESU esse domus Professorum, Collegia verò esse ipsarum membra, & licèt domus Professorum nihil habere, & possidere possint, quia verè mendicantes sunt, & ita expressam Professionem emittunt, tamen Collegia, tamquam membra, quæ possidere possunt, non alterant naturam capitis, ut benè Marta *ubi sup. in fi.* qui tamen si simpliciter intelligatur, non benè dicit, sed si reducatur ad concordiam eo modo, quo supra diximus, vera est sua sententia. 45

Sic Marius Cutellus *de donat. contemplat. matrim. part.* 1. *tract.*1. *discurs.*2. *art.*4. *numer.*5. Sic dicit, Professi quatuor votorum Societatis JESU, vivunt in altissima paupertate, quare personæ, vel domus Professæ sunt incapaces omnis generis bonorum, & in communi, & in particulari, ad instar Capuccinorum, vel Minorum de observantia, & per reputantur uti verè mendicantes, viventes ex eleemosynis piorum hominum, quorum solemnis Professio mortem plenariam operatur ad omnem juris effectum, non minus, ac in dictis Religionibus fuisset emissa, ita Cutellus, qui si simpliciter intelligatur, loquitur contra Constitutiones, & Regulas Societatis, quia aliqualem habent capacitatem, *ut sup.* diximus, si verò reducatur ad concordiam nostram, benè loquitur. 46

Sic doctissimus Guido Pancirolus *consil.* 114. *Præsertim*, *numer.*3. dicit Presbyteros Societatis JESU Professos, non capere in communi, neque acquirere bona, fideicommissa, & alia, quia sunt omninò incapaces propter renunciationem, quam fecerunt suæ capacitatis, qui si intelligatur de omnimoda incapacitate, malè loquitur, sed si de capacitate, (excepto titulo universali hæreditario) bene loquitur. 47

Sic Dominus Paulus Staibanus *res.*162. *tom.*2. *ubi à n.* 5. præsupposita incapacitate Petrum Jesuitarum cujusdam legati annui, cum præcepto venditionis bonorum, & erogatione pretii in alia opera pia, defendit esse incapaces, & idem dicit *tom.*1. *res.*97. *num.*4 qui ait omninò esse incapaces, ut Capuccini, & Strictioris Observantiæ, & idem dicit *nu.*16. *&* 17. *& res.*163. refert causam inter Jesuitas, & illos de Alexandro fuisse transactione finitam, ergo dicendum est Dominum Staibanum, si de omnimoda incapacitate loquutus est, non bene dixisse, si verò de aliquali à nobis explicata, bene loquitur, interim tamen rogo Patres hæreditatem, de qua in præsenti, debere cedere illis de Tipaldo, utpotè incapaces titulo universalium pro domo Professa. 48

Neque obstat Rotæ Romanæ *dec.*477. *posthum.* Farinac. *tom.*2. *in una legati* 10. *mensis Maij* 1617. quæ est illa eadem, quæ fuit apud Burattum, quia loquitur in legato census facto domui Professæ Societatis JESU Romæ, fuit dictum valere legatum ad finem habendi exactionem convertendam ad suas necessitates, & usus pios, & licet ibi discurrat Burattus de hæreditate, tamen est vera propositio, ut suprà dicebamus, capacem esse recipere ex hæreditate legata, ex titulo particulari relicta, non verò titulo universali, ut est nostra veridica interpretatio collecta ex Regulis, & Constitutionibus, litterisque Apostolicis de quibus *sup.* 49

Nec obstat decisio Rotæ apud Manticam in una Romana hæreditatis die 1593. quia illa loquitur de Religione Societatis Ministrantium infirmis, quę ad finem vendendi capax est hæreditatis, &c. nec tanta stricta paupertate utitur, sicuti domus Professa Societatis JESU, ut patet ex Constitutionibus, & Regulis suprà adductis, in qua *decis. num.*12. dicitur Societatem JESU esse capacem reci- 50

cipiendi quoscumque redditus ad finem vendendi, quod ultrà admittimus eo modo quo *suprà*.

51 Nec de Diana *par.9. tr.8. res.26.* curandum est, qui ad disputata more solito processit, nihil concludendo, sed solùm Vadignum reportando, imò Dianam ipsum reprobandum esse videtur ex P. Ant. *ubi sup.* nam Vadignus dicebat relatus à Diana, non solùm domos Professas, sed etiam illos Patres particulares Professos capaces esse hæreditatis ex testamento, quod Pater Antonius negavit, & optimè, assignando disparitatem, de qua *suprà*.

Quare liquidò constat Societatem JESU esse quoad Collegia, & domos probationis capacem succedendi quocumque titulo, sed quoad domos Professas legati, & donationis capacitatem habere ad finem vendendi, ex hæreditate, legata posse consequi, sed non hæreditatem ipsam, ac alium titulum universalem, ne litibus se implicet in præjudicium voti paupertatis, & ad præceptum S.Francisci Borgiæ præscribentis, ut omnem hæreditatem fugiant, & soli contenti esse debent cum Davide dicere, *Dominus pars hæreditatis meæ, tu es, qui restitues hæreditatem mihi*, &c.

Quia verò Pater Jesuita Professus fundaverat in Tribunali Nunciaturæ domum Professam esse capacem donationis, non hæreditatis postea verò scribendo pro illis de Tigaldo dicit esse capacem tum donationis, tum hæreditatis, illas rogo videri, quas tibi appono.

DISCEPTATIO CLXIII.

JURA

PRO

Domo Professa Societatis JESU,

CONTRA

Reverendam Fabricam Sancti Petri,

Relatore Domino U. J. D. Domino Florillo,

CORAM

R. Consiliario Domino Francisco Rocco Primarum causarum Judice, &c.

Reverendus Oeconomus Reverendæ Fabricæ S. Petri petiit à domo Professorum Societatis JESU Neapolitana aureos 1500. solutos ab ejusdem Collegio Consentino dictæ Domui in redemptionem annuorum 90. emptorum sub nomine Caroli Pagani à R. P. Vincentio Pagano dictæ Societatis.

Hanc ego petitionem adversari juri, & juris ordini luculenter ostendam.

Adversatur quidem juris ordini, quia pendet adhuc sub Judice Ecclesiastico Reverendæ Nuntiaturæ Apostolicæ lis super sorte aureorum 1500. ejusque reditibus, debitis olim Carolo, aut aliis Paganis, & ex parte tantùm est absoluta, excluso, scilicet Carolo Pagano Nucerino, & reservata est ulterior discussio, utrùm debeantur Carolo Pagano Neapolitano, hodie Ordinis Sancti Benedicti in Hispaniis degenti, quare, ut juridicè agat Reverenda Fabrica, vel expectet ultimam sententiam, vel agat, etiam audito dicto Carolo Pagano Neapolitano, quod tamen ignoro, an permittere velit Illustrissimus Dominus Nuntius, dum lis coram ipso pendet.

Atque ita quidem est adversùs ordinem erratum, quod levissimum videri possit, si animadvertatur ad errata adversus jus ipsum.

Duplici juris fundamento nititur Reverenda Fabrica, alterum deductum ex incertitudine, ex incapacitate alterum, utroque infirmum nimis, & sponte sua ruinosum esse, paucis quidem, sed indubitanter, & liquidò satis confirmabo.

Ex incertitudine argumentum ita desumit, dicam verius, ita fingit. Fingit, inquam, PP. Eustachium, & Vincentium Pagano, dum audiendis confessionibus, & habendis concionibus darent operam, acquisivisse multas ex eleemosynis pecunias in pios usus erogandas, ex quibus ait, dictum P. Vincentium emisse annuos aureos 90. à Collegio prædicto aureis 1500. sub nomine U.J. D. Caroli Pagano Neapolitani, & dum vitam ageret exegisse reditus prædictos, atque in pia opera ex præscripto donantis, impendisse, asserit etiam, demortuos esse ambos PP. Vincentium, & Eustachium, nulla explicatione, aut declaratione præcedente, in quod certum opus pium sors, & reditus prænarrati erogandi essent, atque hinc tandem concludit, ratione incertitudinis ex amplissimis Fabricæ Privilegiis, ipsi Fabricæ omnia deberi.

In hoc fundamento aliquid veri, sed ad rem fabricæ non facientis, multis figmentis intersertum reperitur. Verum quidem est, dictum P. Vincentium nomine, atque, ut dixit, pecunia U. J. D. Caroli Pagano Neapolitani emisse pretio 1500. annuos 90. à Collegio prædicto huic uni verò quatuor luculenta, absit injuria verbo, inania figmenta sunt interposita. Figmentum est, dictos Patres acquisivisse eleemosynas, dum audiendis Confessionibus, & habendis concionibus darent operam: hoc enim gratis ponit Fabrica, & verò etiam non sine injuria adversus PP. illos, quibus, nec pro Missis quidem aliquid ex suis constitutionibus accipere licet; delictum autem non præsumitur *l. merito, ff. pro socio.* Figmentum est, acceptam pecuniam, ut in pios usus converteretur. Figmentum est exactos reditus ad pia opera ex donantis præscripto impensos, & est itidem figmentum, nullam de pecuniis illis erogandis declarationem existere: hoc ultimum esse falsum constat ex ipso instrumento emptionis prædictæ, dum transcripta est pecunia U.J. D. Carolo Pagano Neapolitano nepoti P. Vincentii ementis; atque hinc etiam aliorum falsitas patet; quod enim sanguine junctis attribuitur, pietatis causam non habet, & si pauperi facta sit largitio, prævalet enim causa naturalis sanguinis, Menoc. *de arbitr. lib.2. casu 8. numer.36. & lib.4. præs. 115. numer.9.* Surdus *de alimen. tit.5. qu.6. numer.9. & decis.322. numer. 16.* Sanchez *de matrim. lib.1. disp.4. numer.9.* Barbosa novissimus *in repet. vers. Legatum factum consanguineo pauperi.*

Sed data, & non concessa ab initio incertitudine, & pietate illius dispositionis, quid prohibet asserere, tacitè dictos PP. declarasse spectare ad domum Professam, cujus erant professi; est enim receptissima propositio quod habens potestatem declarandi, & eligendi, si decedat, censeatur elegisse venientes ab intestato, Menoch. *consil.210. numer.50. & lib.4. præsumptione 27. numer.10.* & in puncto de Monacho optimè Reg. de Marinis *tom. 1. quotid. cap.88. numer.4.* ubi consului amico, ut Monasterio satisfaceret, tamquam à *l. ad Monachi successionem vocato.*

At enim nulla major probatio, quam adversarii confessio, *l. cum te, cap. de trans.* Sed ipsi Patres domus Professorum professi sunt in positionibus exhibitis apud Tribunal Reverend. Nunciaturæ Apostolicæ, in tertia positione dictos PP. Eustachium, & Vincentium fecisse, *alcune compre sotto nome di diverse persone, per doverne dopò disporre à beneficio di chi haverebbero stimato maggior gloria di Dio.* Dubitari ergo nequit, R. Oeconomus, quin ad pia opera fuerint destinati annui redditus à P. Vincentio empti, quod enim ad honorem Dei fit, destinatur, vel relinquitur utique pium est, Text. *in §. Si quis in nomine Dei, auth. de Eccles. tit. de collat.9.* & certè nihil est aliud pietas, nisi Deo, ejusque sanctis habitus honor, ut eleganter habet Doctissimus Dom. Reg. Consil. de Rosa *consult.36. num.3.* & tradunt Theologi passim *in 2.2. D. Thom.*

Audivimus potissimum Rev. Oeconomi fundamentum, sed audiat ipse responsiones non pauciores, quam 20. & nisi fallimur maximam partem evidentes.

Respondemus confessionem PP. domus Professorum posse præjudicium parere, aut negotium facessere D. Carolo Pagano Neapolitano Benedictino in Hispaniis degenti, de cujus re agitur, & cujus interest petitionem R. Oeconomi, ut inanem rejici.

Dato, quod dicti PP. deberent de pecuniis illis ad majorem Dei gloriam disponere, quis tamen dixit, aut dicere poterit sine probatione, hujusmodi debitum ortum esse ex præscripto donantium eas pecunias, & non potius ex privata propria pietate cujuslibet Religiosi viri, qui sua omnia, & seipsum ad Dei gloriam dirigere debet, ex debito condecentiæ, & virtutis perfectæ, quod si de his piis operibus cognoscere Tribunal Rev. Fabricæ poterit, omnia profectò Christianorum Tribunalia conticescent, quia Christiani omnes piam vitam agere tenentur. Sed admittamus, eam confessionem esse ambiguam, adhuc expli-can-

canda est, ut confitenti ne obsit, sed potiùs prosit. Ant. de Butrio *cap. Ex litteris* 1. *de sponsalibus*, communniter ab omnibus receptus, ut testatur Hector de Guido *tractat. de viribus confessionis*, *part.*1. *quæst.*16. *numer.*2. & confessio explicari potest à confitente in alio judicio, Abb. *c. Per inquisitionem*, *num.*13. *de elect.* Guido *l. c. q.* 15. *nu.* 6.

Demus esse PP. confessos, eas pecunias ex præscripto donantis, ad M. D. G. fuisse erogandas, adhuc excludenda est Fabrica, quia illa confessio, in qua nititur, non emanavit à R. P. Præposito dict. domus, sed ab asserto Procuratore, & quidem laico V. I. D. Antonio Plastena, qui bona fide credidit, tertium illum articulum explicari debere Religiosis illis verbis constat autem non posse Procuratorem confitendo principali præjudicare ad Text. *in l. Sed an & ipsos*, *ff. de confess.* ubi Bart. Socin. *consil.* 55. *numer.*8. *libr.* 1. Ursil. *decis.*148. *numer.* 7. Joseph. Ludov. *decis. Lucensi* 5. *numer.*30. *&* 31. Rovit. *cons.*25. *numer.*1. *lib.*2. Surd. *decis.*229. *numer.* 28. Castill. *decis.* 111. *numer.*17. Gratian. *discept.*3. *numer.*8. *&* 9. optimè in puncto loquens de articulis à Procuratore productis nunquam satis laudandus Dom. Consil. Rosa *consult.* 56. *numer.*14. ibi, hi articuli sunt producti à Procuratore Principis, qui confitendo non potest principali præjudicare. Unde oritur, ut non possit positiones facere, sine specialissimo, aut saltem speciali mandato ex communi Michalorus *de posit. cap.*6. *numer.* 18. *& seq.* & multò minus Procurator, de quo agimus, potuit præjudicare, quia non rectè de facto erat instructus, dum locutus est divinans, non enim scire poterat intentionem dantium, aut accipientium fuisse, ut dispositio fieret ad majorem Dei gloriam, ad tradita per Capyc. Latro *consult.*87. *numer.*7. *&* 8. & Verall. *part.*1. *dec.*198. *numer.*1. ibi, quia præsumitur ab eo facta, tamquam de causa malè informato: conferunt tradita per Mascard. *conclus.*348. *num.* 56. Et hoc est omnino indubitatum quando sumus in diverso judicio optimè Alexan. ad Bart. *l. unica*, *Cod. de Confessis*, *litt. A*, ibi, quamvis aliquando confessio facta in uno judicio facit prohibitionem in alio, nunquam tamen hoc est verum, si sit facta per Procuratorem. Addo Burat. *decis.*46. *numer.*10. ubi, quod confessio Procuratoris facta in una causa non præjudicat in alia, & etiamsi esset inter easdem partes Noguer. *allegat.* 25. *numer.*156.

Quia confessio illa facta est in articulis simplicibus, qui non fuerunt positiones, quoniam in eis non adest verbum, item pone, sed solum verbum, *vuole provare*, constat autem, simplices articulos non probare contra articulantem, nisi quando adesset verbum: item ponit, quia tunc transirent in positiones Ursill. ad Afflict. *dec.*7. *num.* 9. ibi differunt articuli à positionibus, quia qui ponit fatetur; qui articulat, non consentit Mascard. *conclus.* 368. *numer.*15. ibi, confessio autem facta in articulis non præjudicat articulanti, addo Seraph. *decis.*154. *numer.*2. ibi, tum quia articulans non fatetur; ubi ita decisum, etiamsi articuli probati fuissent per testes singulares: multò igitur minus præjudicare poterit ille tortius articulus, nullo teste probatus, quod pertinet ad partem illam *per doverne poi disporre*: idem habet Scaccia *de Iudiciis*, *lib.*2. *cap.* 6. *numer.* 685. & alii quos citatos sequitur Dom. Rosa cit. *consultat.*56. *numer.*15. addo Durand. *dec.*514. *numer.* 9. ubi testatur idem alibi passim traditum à Rota, addo etiam Latro *dict. consultat.* 87. *numer.* 14. Peñam *decis.* 1075. *numer.*6.

Quia Procurator non habebat speciale mandatum ad illud confitendum, & ideo non nocet præsertim in alio judicio, Decius *l.*2. *numer.*63. *Cod. de edendo*, post Specul. Alex. & Aret. Guido *de conf. part.*3. *cap.*1. *numer.*120. Duran. *suprà*, *numer.*10. & potest semper à principali revocari. Beltram. ex Rota *in decis. Ludov.* 282. *numer.* 9. imò requirebatur mandatum specialissimum, seu in individuo, ad sic, & sic ponendum Burat. *decis.*127. *num.*12. ubi Ferent. *num.*20. & alii apud ipsos Grat. *cap.*772. *nu.* 26. Farin. *tom.*2. *p.*1. *dec.*779. *num.*4. & nunquam præjudicat in alio judicio, etiam si adfuisset speciale mandatum; Mancinus *de confess. cap.*9. *art.*5. *numer.*18. Noguer. *alleg.*29. *numer.*51.

Quia R. P. Præpositus per specialem petitionem revocavit expressim particulam illam dicti tertii articuli, quo casu confessio Procuratoris nullo pacto nocet, in puncto Dom. Consil. Rosa *ibid. n.*17. & ratio est, quia principalis potest revocare confessiones factas à Procuratore, etiam non docto de errore Verall. *decis.*198. *part.* 1. Ludovis. *decis.*270. *numer.*9. & etiamsi confessio fuisset geminata Addentes *ibid.* Hector Guido *de viribus confess. p.*2. *c.* 1. *numer.*39.

Quia Ecclesiæ datur restitutio in integrum, ubi ex confessione Procuratoris ipsi oriri posset præjudicium. Masc. *concl.*367. *n.ult.* quæ restitutio petitam jam est.

Responsio sit, quia confessio facta etiam à principali, & etiam coram eodem judice, si facta sit in uno judicio, non præjudicat in altero, & si sit super eadem causa, ut si facta esset in judicio possessorio, non præjudicat in judicio ordinario optimè post plurimos cit. Rosa *consult.*56. *num.* 16. quomodo igitur præjudicare poterit confessio facta à Procuratore, non solùm in alio judicio, sed in alia causa, & coram alio judice, juvant tradita per Decium *l.* 2. *numer.*61. *Cod. de edendo*, & Noguer. post alios *alleg.* 29. *nu.*48.

Quia verba illa apposita *in fine* 3. articuli *à maggior gloria di Dio*, sunt apposita enunciativè, & non principaliter, sed demonstrationis causa magis, quàm quod pertinerent ad actum, de quo agebatur, quod enim ibi principaliter agebatur, erat ostendere solitos fuisse illos PP. census emere aliorum nomine supposito, quod autem dicti PP. de illis deinde essent dispposituri in hujus vel illius beneficium, ad hunc, vel illum finem, sive pium, sive indifferentem, nihil ad rem pertinebat, & fuit potiùs dictum explicationis, & demonstrationis causa, quam quod id ad rem pertineret, hoc autem casu confessio non præjudicat, quando principaliter in judicio agitur de enunciato optimè Buratt. *dec.*168. *numer.*26. Decius *l.*2. *n.*65. *C. de edendo*, & Franc. Aret. communiter receptus *cons.*13. *n.*23. *vers. Prætereà*, ista confessio est facta per verba enunciativa emissa propter aliud, & quod fortius per verba enunciativa prolata demonstrationis causa magis quam quod pertinerent ad actum alios addit Mascardus *concl.*345. *nu.* 21. *&* 22. Grat. *cap.*151. *nu.*14. post Tiraq. Noguer. *allegat.* 29. *nu.*49.

Hinc deducitur responsio, quod verba illa ultima articuli prædicti, ut impertinentia ad causam intelligantur ipso jure rejecta, & ac si non essent posita; sicuti, si quis respondeat positionibus adversarii impertinentibus, illa responsio habetur pro non reddita in puncto Gemin. *cap.* 1. *num.*17. *de confessis in* 6. & quod pars illa articuli sit impertinens constat, quia, ut diximus, nihil juvat, aut nocet in illa causa articulanti ad tradita per Regentem Rov. *Pragm.*12. *de ord. judiciorum*, *n.*4. ubi ex de Franchis concludit, quod articuli impertinentes illi dicuntur, qui non faciunt ad causam, quo casu nunquam præjudicant Guid. *de vir. confess. p.*3. *c.*1. *n.*13.

Quia confessio illa respectu Rever. Fabricæ, fuit facta parte absente, atque adeo non nocet, & revocari potuit, etiamsi fuisset in judicio facta à principali in puncto Franc. Aret. *dict. consil.*13. *num.*23. ibi, quia ista confessio, quoad Comitem G. facta est parte absente alios refert Mascard. *concl.*349. *num.*3. quod nullam habet difficultatem, cum confessio est facta sine causa, idem Mascar. *concl.*345. *n.*1. ita est in casu nostro, quia Procurator articulans nullam reddidit, nec reddere potuit causam, unde sciret faciendam fuisse dispositionem ad majorem Dei gloriam; neque illius testis id deposuit.

Responsio, quia articulus ille à nemine fuit acceptatus non à partibus, inter quas disceptabatur, scilicet à duobus Carolis Paganis quinimò hi contradixerunt, affirmantes re vera eam emptionem ad se pertinere, nec solum nomen, ut articulis supponebat, eos accommodasse neque fuit acceptatus ante revocationem à Rever. Fabrica, cum qua hodie bis est: nam ante litem noviter contestatam cum domo Professa, secuta est revocatio, & per plures menses ante; nec obstat, quod Rev. Fabrica illo articulo usa est ante revocationem, agendo contra Collegium Cosentinum, quia ille articulus nullo modo pertinebat ad dictum Collegium, nec pro nec contra, & denique neque fuit acceptatus à Tribunali R. Nunciaturæ, nam super eo non est judicatum, sententia enim illius Tribunalis solum definitum est, Carolo Pagano Nucerino nihil juris competere adversus Collegium Cosentinum, ad quam sententiam nullo modo concurrere potuit ille articulus qui supponebat suppositum fuisse nomen Caroli Pagani Neapolitani,

ni, super quo in dicta sententia adest expressa reservatio.

Addo subtiliùs, & verissimè, nec posse, nec potuisse super parte illa articuli hodie controversa judicari in causa agitata coram Nuncio Apost. nam illa pars ait, dispositionem faciendam fuisse ad majorem Dei gloriam: hoc autem nullo modo potest pertinere ad decisionem controversiæ, utrum dicta pecunia spectaret ad Carolos Paganos, an verò ad Religionem, ex eo quod esset acquisita à Religioso, & quidquid acquirit Monachus.

Quia ea confessio posset inducere distractionem bonorum Ecclesiæ prætiosorum, & fuit facta sine assensu, ideo est nulla, etsi esset facta à Prælato, Boss. *to.3. var. tit.18. numer.277.* post multos, & præsertim post Ferentillum ad Burat. *dec* 560.

Quia illa concessio, si qua fuit, habita est inter alias personas, unde succedit Text. cum ibi notatis *l.2. Cod. Quibus res judicata non nocet*, ubi Gloss. scribit res inter alios acta aliis non nocet, nec prodest: & Bart. *l.2. n.20. C. de edendo*, ponit hanc regulam, sicut res inter alios judicata, non nocet, ita & acta, & in puncto de confessione, quod non præjudicet inter diversas personas, Noguer. *alleg.11. n.20. alleg.27. n.13. alleg.29. n.48.*

Quia etiam si facta fuisset à R.P. Præposito, non præjujudicaret Ecclesiæ, Bal. *in Auth. hoc jus porrectum, nu.8. C. de Sacros. Eccl.* maximè ubi confessio nullis juvatur adminiculis, quæ pertineant ad illud idem, ad quod pertinet confessio, Grat. *c.113. n.59.* Noguer. *alleg.27. numer.33.* in casu sunt potiùs adminicula contraria, quia dicti PP. nullam declarationem fecerunt ad pia, sed solum ad commodum consanguineorum, quod utique non fecissent si obligati fuissent ex voluntate donantium ad pia disponere, fuisset enim delictum, quod non præsumitur *l. Merito, ff. pro socio, cum concord.* apud Barbos. *axiom.68.* præsertim ubi agimus de viro nobili in quo cessat suspicio fraudis, Grat. *c.925. n.27.28.* & Religioso, qui ab omni culpa præsumitur multò magis alienus, ad tradita per Farin. *de opposit. contra personas testium, q.60. illat.17. n.477.*

Quia ille articulus positus est, ut excluderetur uterque Carolus; ideo, si qua in eo confessio est articulanti non nocet, quia confessio facta ad unum effectum, ad alium non nocet Burat. *dec.200. n.9.* Mendez. *in praxi, l.3. c.12. numer.14.*

Articulus ille tertius refertur ad scripturas, ibi, *come dalle scritture presentate appare*, constat autẽ confessionem non præjudicare, cum refertur ad aliquid, quod non apparet ita in individuo Bald. *l.2. n.4. C. de Error. advoc.* Ceph. *cons.200. n.8.* Jas. *l. Editâ, n. 37. C. de edendo.* Surd. *decis.114. numer.14.* Covar. *comm. cont. comm. quæst.44. numer.3.* quos sequitur Guido *de viribus confess. par.1. quæst. 12. nu.22.*

Quia etiam post sententiam revocari potest confessio, quando non refricatur eadem lis ratione personæ rei vel causæ, Bald. *in l. Error. nu.9. C. de jur. & fact. ignor.* Guido *de vir. confessionis, p.7. c.1. n.68.*

Quia, etsi singulæ præcedentes responsiones non sufficerent, conjunctim acceptæ omninò evincunt.

Nam quæ non prosunt singula, juncta juvant, ut testis est Ovidius, ad idem; Textus *in l. Spadonem, §. qui jura, ff. de excus. tutor. & l. rationes, cum l. instrum. C. de prob.* ita in simili dicimus, quod ubi conjecturæ seorsim sumptæ simulationis contractus, fideicomissi, seu majoratus agnatitii non evincunt, tamen copulatim acceptæ, ad tradita per Dom. Staib. *to.2. res.156. n.8.* Casanatte *cons.57. nu....*

Denique respondetur, ex dictis manifestè colligi probationes pietatis, & incertitudinis, ut minimum esse obscuras, atque adeo reos esse absolvendos ad Text. *in l. Favorabiliores, ff. de reg. juris, c. Cum sunt eod. tit. in 6.* ut enim post alios Rovit. *dec.95. n.8.* sufficit reo, ut absolvatur, quod judex titubet de justitia actoris. Neque in his ullo potitur privilegio Fabtica S. Petri optimè Maranta *resp.32. n.33. l.4. & resp.44. l.5. n.44.* ubi *n.45.* testatur, quod Regens Rov. secundarum causarum consultor severiùs requirebat, ut Fabrica concludenter probaret suam intentionem.

Transeamus nunc ad examen alterius rationis, qua utitur Rev. Fabrica, ad caput, scilicet incapacitatis professorum Soc. JESU.

Orta est hæc oppositio ex ignoratione, aut potius ex superficiaria cognitione instituti ordinis Soc. JESU, habent quidem professi hujus ordinis incapacitatem indubiam ab intestato succedendi suis consanguineis, ut habetur *6. p. constit. c.2. §. 12.* adhuc autem sub judice lis est, utrum sint itidem incapaces hæreditatis ex testamento capiendæ, ut videre est apud Petrum Uvadingum *de contract. disp.4. dub.5. c.333. & 334.* Busembaum *in medulla Theologica, l.3. tr.5. c.4. dub.5. vers. hæredes*, & Dian. *p.9. tr.9. res.16.*

Sunt etiam indubiè (sicut, & professi aliorum ordinum) incapaces acquirendi sibi quocumque titulo, idque ratione voti paupertatis quod ipsis tollit dominium omne, unde est vulgare proloquium, quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterium, *c. Statutum 18. q.1.* cum similibus allegatis à Donato *to.1. praxis reg. tr.11. q.2. n.1.* imò receptius est, ut non sibi primò, sed immediatè etiam acquirat Monasterio, Covar. *c.1. num.21. de testam.* de Franch. *dec.40.* & licet aliqui putent, Monachum sibi immediatè acquirere, & mediatè tantùm Monasterio, ut apud Clarum, & addentes, §. *Testam. qu.* 30. hoc tamen ad rem nostram utrolibet modo se habeat, nihil attinet plura verò apud Sanch. *loc. cit. Summæ, c.22. n.35.36.* legi possunt.

Cæterùm quod Professi Societ. JESU, possint acquirere suis Collegiis, & domibus ex quocumque titulo, sive donationis, sive legati, sive alio quocumque excepto tantùm titulo hæreditario, est omninò indubitatum, nec est ullus, qui id, non dico negaverit, sed ne in dubium quidem revocaverit.

Expressim verò ita scribit Laym. *l.3. tr.5. c.5. nu.5.* Castr. Palao *to.3. disp.3. p.10. n.1. tr.16.* Card. de Lugo *de just. to.2. disp.3. n.100.104. & 212.* Pellizz. *to.1. tr.4. c.2. sect.2. n.126.* Thom. Sanch. *in Summa, l.7. c.27. n.25.* Escob. *in Theolog. mor. l.59. n.63.* Hermanus Busemb. *in med. Theol. l.3. tr.5. c.4. dub.5. vers. dixi hæreditates*, ita etiam alii passim, nec est ullus, quem ego sciam, qui contradicat.

Et sanè id omninò est certum, quia jure communi Religiosi sunt capaces acquirendi monasterio, ut dictum est; jure autem peculiari Societatis JESU prohibetur solùm Professis hæreditaria successio, ut *6. p. constit. c.2.* igitur alii acquisitionis tituli firmi remanent, ut in simili optimè arguit Sanch. *in Summa, l.7. c.27. nu.15.* etenim exceptio firmat regulam in contrarium, *l. Quæsitum §. Denique, ff. de Fundo instr.* cum ergo Professis hujus ordinis prohibeatur solum acquisitio ex titulo hæreditario, firma omninò esse debet regula, quod omni alio titulo possint acquirere quòd etiam roboratur ex eo, quod exceptio ubi non reperitur posita non est à regula recedendum *l. Dissentientem, C. de Divortiis, l. Illam, C. de Collat.* & in non exceptis quod fit in contrarium demonstrat exceptio Burat. *dec.391. n.3.*

Discriminis autem ratio quamobrem Professi Soc. JESU, sint incapaces acquirendi titulo hæreditario, non verò alio quocumque, non rectè quæritur, satis enim est, unum titulum esse ipsis prohibitum ex suis constitutionibus, non alios: adhuc tamen eam afferam verbis Layman *cit. n.5.* ubi sic habet: dico maximum esse discrimen inter hereditatem, ac legatum, tum quia hæreditas longè majus continet jus atque dominium, quàm legatum: tum quia cum hæreditate transeunt onera, atque obligationes variæ, cum quibus plerumque lites, actiones judiciales conjunctæ esse solent; at verò legatum, cum sit rei particularis, habet se instar eleemosynæ, seu rei donatæ; ideoque sicuti donata Religiosus quilibet accipere, & sic Ordini Monasterio, aut Collegio acquirere potest absque sua, vel Monasterii obligatione, ita legatum.

Ex dictis evidenter dejecta confida incapacitas Professorum Societ. JESU, acquirendi ex legato, donatione, aut alio contractu, cum sola sit incapacitas hæreditariæ successionis ab intestato, & ad summum, etiam ex testamento: cum ergo PP. prædicti nullam acquisiverint hæreditatem, nullum jus Fabricæ competit ex titulo incapacitatis; sed neque ex incertitudine piorum operum, cum initio demonstratum sit, nec ullam in re nostra esse incertitudinem, nec aliquam piam dispositionem, quare absolvendi sunt conventi, &c.

Antonius Rossi Soc. IESV.

DE

DE EADEM RE.

JURIDICA DEMONSTRATIO
Capacitatis hęreditarię successionis ex testamento Domorum Professarum Societatis JESU;
PRO
Domo Professa Societatis JESU Neapolitana;
ADVERSVS
Consanguineos quondam Joseph Tipaldi.

Illustr. ac spect. Dom. Regens Capiblancus Marchio Carisi Commissarius.

REm omninò indubitatam comprobare compellor: posse scilicet domos Professas Societatis JESU hæredes institui, eò quod in dubio id revocatum esse audiverim. Et ratio dubitandi orta est ex ignorantia constitutionum, & instituti Societatis prædictæ: seu potius ex superficiaria ejus instituti cognitione.

Statuitur quidem *6.p. constit.* hujus ordinis *c.2.§.12.* Professos particulares esse successionis hæreditariæ incapaces; id tamen nihil officit, quominus ipsæ *Professæ domus* hæredes institui possint, quod duplici methodo evidenter confirmo.

Et primò, aliud esse adverto, succedere alicui, aliud, hæredem ab aliquo institui. Succedere enim, est, ab intestato ad hæreditatem pervenire: hæredem verò institui est, ex testamento hæreditatem acquirere, ut rectè distinguit *VVadingus* statim citandus. Professi particulares hujus Ordinis succedere quidem non possunt jure intestatæ successionis suis consanguineis, quia id juris renuntiaverunt; at verò nihil prohibet hæredes ex testamentaria liberalitate fieri Professos, etiam particulares, ut latè, & solidè probat ex *constit.* Societatis prædictæ, & declaratione Claudii Aquavivæ Generalis ejusdem Ordinis, & ex jure communi Petrus UVadingus *de contract. disp.4. dub. 5.§.4.pag.333. & 334.* sequitur Busemb. *in medula Theologica, l.3.tr.5.c.4. dub.5. vers. Hæredes*, & Diana *p.9. tr.9. resolut.16.* species autem nostra est de hæreditate ex testamento.

Secundò adverto, aliud esse, quod Professus Societatis particularis possit hæres institui: & hoc est controversum, ut videre est apud Dianam *loc. cit.* Aliud verò est, posse domum ipsam Professam in communi institui hæredem; & hoc est indubitatum, ut ex citandis, & allegandis erit evidens.

Afferamus primo loco primum omnium hujus doctrinæ authorem, ex Theologis, & Jurisconsultis Societatis JESU, præclarissimum non minus Jurisconsultum, quam Theologum, Ludovicum Molinam *tom.1. de just.disp.195. col.2. vers. A regula proposita*, cujus hæc sunt verba: *Domibus autem nostris Professis, quæ dominii bonorum mobilium capaces sunt, non solum legata, sed etiam hæreditas à Christi fidelibus in eleemosynam relinqui potest. Bona tamen immobilia, quorum dominium eædem domus habere non possunt, vendi debent, cum primum id fieri potuerit, ut ex pretio congrua sustentatio capiatur.* Hæc ille, quem secuti sunt absque ulla hæsitatione reliqui scriptores ejusdem Societatis, quorum aliquos hic subjiciemus.

Thomas Sanchez *in summa, lib.7. cap.27.n.15.* rem latè probans, sic ait: *Quinta conclusio. Domus Professæ Societatis JESU possunt a quocumque hæredes institui, sive bonorum mobilium, sive stabilium, & à fortiori quodcumque hujusmodi legatum possunt recipere; non, ut bonum illud stabile retineant, sed ut vendant, & pretium in suo necessarios usus convertant; nisi res illa stabilis sit necessaria, aut valdè conveniens ab habitationem, aut recreationem nostrorum; illam enim possunt retinere, quod bene docet* Molin. to. 1. de just. disp.195. *Et probatur, quia jure communi, ut constat, nullibi interdicitur domus Professas Societatis hæredes institui, imo regula generalis est, posse quamcumque Religionem hæredem institui, nisi peculiariter excipiatur, ut Religio minorum excepta est in* Clement. exivi de verb. signif. *ubi hujusmodi institutionis redditur incapax. Nec in suis constitutionibus hoc interdicitur. Nam* 6. p. constit. c.2. §.12. *ubi de hac re sermo est solum statuitur, Professos particulares, aut coadjutores formatos esse successionis hæreditariæ incapaces, & nec domus professas, nec earum Ecclesias, nec Collegia eorum nomine, succedere; quod non est omninò excludi domos professas ab hæreditaria successione, sed à sola successione ratione personarum. Quod apertè constat, quia idem statuitur ibi de Collegiis, quæ tamen constat capacia esse, ut hæredes instituantur, ut probavimus* n.1. *Imo cum particularis exceptio sit, ne domus professa jus habeat succedendi ex persona suorum Religiosorum, firmat regulam in aliis casibus non exceptis, ut possit scilicet hæres institui. Item quia, ut constat ex dictis* nu.3. *integrum est domibus professis recipere quamcumque rem stabilem, non ut retineant, præter necessariam, aut valdè convenientem ad habitationem, vel recreationem, sed ut vendant, ubi nulla fit distinctio, sive ea titulo legati, sive titulo hæreditatis relinquatur.*

Paulus Layman *in Theol. moral. l.3. de just. & jur. tr.5. c.5. numer.4. vers. An vero.* Sic habet: *At verò Societas* JESU, *etiam domus Professæ, simpliciter hæredes institui, atque hæreditates adire possunt. Ita tamen, ut si in hæreditate domui professæ relicta contineantur bona immobilia, quæ eorum usui, ac habitationi non inserviant, ea vendi debeant, cum illa possidere nequeant.*

Cardinalis de Lugo *de just. & jur. to.1. disp.3. numer.99.* ibi: *Domus etiam professæ possunt hæredes institui*, Ferdinandus de Castro Palao *to.3. tr.16. disp.3. punct.10. nu. 2.* ibi: *Neque item est adversus hanc paupertatem, quod domus professa possit institui hæres.* Petrus UVadingus *cit. tr. de contract. disp.4. dub.5.§.4. n.5.* ibi: *Collegia, & domus professæ possunt hæredes institui, sive ab aliquo suo Religioso, sive ab extraneo*, Franciscus Pellizz. *in manual. Regular. to.1. tr.4. cap.2. sect.2. numer.125.* ibi: *Quæres 57. an, & qualiter Societas* JESU *institui possit hæres, tam quoad domos professas, quam quoad Collegia, & domos probationis? Respondeo posse, & quidem non solum quoad bona mobilia, sed etiam quoad immobilia; ita tamen, ut si hæres sit domus professa, talia bona immobilia vendantur, pretio illorum in necessarios usus ipsiusmet domus converso*, Herm. Busemb. *in medul. Theol.mor. l.3. tract.5. c.4. dubit.5.* ibi: *Collegia Societatis* JESU, *& domus etiam professa hæreditates accipere possunt, modo bona immobilia, quæ communi usui, & habitationi non deserviunt, vendantur, & non deferantur intuitu professi, aut vota formata habentis*, Vincent. Filliuc. *to.2. tr.34. cap.7. qu.8. num.160.* ibi: *Etiam domus Professæ Societatis* JESU *relinqui possunt hæredes.* Et prætermissis aliis, non omittam celeberrimus Jurisconsultum ejusdem Societatis Valentinum Mangionium, qui fuit etiam assistens Reverendiss. Patris Generalis, *in opusculo de Religiosa paupertate, p.1. nu.46.* ibi: *Societas* JESU *Professa est capax hæreditatum ad effectum tamen bona stabilia vendendi.*

Et quamvis communis iste sensus, & indubitatus consensus Doctorum dictæ Societatis, omnem tollat dubitationem, cum nemo ipsius rectiùs proprias Constitutiones explicare possit, afferemus etiam externorum testimonia, ne pro Jesuitis soli Jesuitæ pugnare videantur.

Jacobus Menochius *tom.11. cons.1014.* latissimè probat Domum Professam Societatis JESU Mediolanensem sub titulo S. Fidelis, capacem esse hæreditatis, quod consilium ita incipit. *Dubitandum non est, quin prædicta Ecclesia S. Fidelis capere, & consequi possit partam illam hæreditatis portionem sibi relictam*, & ante ipsum Doctor Navarr.. *in C. Non dicatis 12. quæst.1. numer.82.* quem refert Ricciullus paulò post citandus, & *in comment.2. de regul. numer.50. in fi.* Hieron. Gabriel. à Menochius citatus *cons. 28. numer.6. & 12. lib.1.* Grat. *discept.202. in fi.* ubi Menochium citat, & sequitur Fusar. *de subst. quæst.430. fine, & consil.98. num.6.* qui citat etiam, & sequitur Menochium, Burattus *decis.245. per totam*, & præcipuè *numer.16.* ibi, *& hanc opinionem opprobavit etiam observantia subsecuta; cum dict. Domus fuerit hactenus absque controversia hoc modo admissa ad hæreditates, & relicta stabilium, ut in Domo Mediolanensi testatur* dictus Meno. *d. consil.1014. num.11. & in Domo Professa Vrbis, de qua agitur, plura recenseri possent exempla, & præsertim hæreditatis quondam Ioan. Baptistæ Muccarani, cujus partem, in qua fuerat instituta, lite acta in Rota coram b.m. Litta consecuta fuit: istius autem observantiæ vis est notissima*, & de ea latè Menoch. *ibid. num.28.* hæc Burattus, & idem habet Farinac. *in posthum. tom.2. dec.477. num.2.* ubi refert concordantem dec. coram Mantica, in Romana hæreditatis anni 1593. 5. Maij Antonius Ricciullus *de jure personarum, l.8. cap.9.* ubi

ubi *à numer.*19. *usque ad finem*, ex instituto latissimè disputat, an Domus Professa Societatis JESU, possit hæres institui, & nemine in contrarium citato, concludit cum Navarr. & Menoch. *loc. cit.* posse institui hæredem, ut patet *numer.*22. ibi, *quibus non obstantibus contrarium ex hujus Societatis constitutionibus Apostolica auctoritate firmatis, colligitur, quarum auctoritate suffulti, hoc in specie concludunt*, Navar. & Menoch. *loc. cit.* & deinde respondet ad motiva, quæ possent in contrarium fieri, Ferentillus *in additionib. ad citatam dec.* Buratti *lit. B*, refert, & sequitur Ricciullum *citat. c.*9. *numer.*22. & addit, quod allegata illa decisione, idem fuit dictum *in Romana hæreditatis* 2. *Aprilis* 1619. *coram, b. m. Vbaldo*. Meminit etiam *cit. dec.* Buratti, & eam commendat novissimè Fagnanus *in cap. in præsentia*, *num.*6. *de probat.* ubi sic habet: *Domus Professæ Societ.* JESU, *sunt capaces acquisitionis possessionum, & annuorum redditUum, non modo per viam legati, sed etiam per viam institutionis universalis, non quidem ad effectum retinendi, sed solum vendendi, ut in terminis resolvit*, Rota coram Buratto *dec.*245. *ubi artic. plenè, & accuratè examinat, & respondet objectis*, Barbosa sequitur, & citat eandem decis. in Trid. *sess.*25. *c.*3. *n.*9. & citat etiam ad idem Menoch. ab omnibus citatum, & præterea Mandosium, & Nigronium, Antoninus Diana *p.*9. *tr.*8. *resol.*16. refert, & sequitur UVadingum docentem, quod non solum Domus Professæ, sed etiam ipsi particulares Professi sint capaces hæreditatis ex testamento, Lezana Generalis Carmelitarum *in summa*, *quæst. Regularium*, *tom.*2. *c.*19. *nu.*44. Ant. à Spiritu Sancto *in direct. regul. p.*2. *tr.*3. *disp.*4. *sect.*1. *n.*61. & 62. ibi, *nostri conventus*, & Domus Professa Societ. *statim acquirunt dominium, non solùm super legata, sed etiam super omnia bona, in quibus succedunt, sive per testamentum, sive per donationem, non, ut ea possideant, sed, ut illa vendant*.

Habemus ergo pro certissima conclusione DD. Soc. JESU 10. & extra eum ordinem alios 18. numeratis *dec. Rotæ Romanæ*.

Rationes autem hujus indubitatæ doctrinæ non repetimus, quia jam allatæ sunt in verbis Thomæ Sanch. & Buratti, qui, obsecramus, ut relegantur.

Superest nunc, ut respondeamus ad ea, quæ in contrarium possent adduci.

Primò dici potest, quod Societas, vel non est comprehensa sub dispositione Sacri Conc. Trid. in *c.*3. *sess.*25. *de Regular.* vel si est comprehensa, illi renunciavit, obtinendo Pontificias Constitutiones contrarias, & præceptivas veræ paupertatis, ergo circumscripta dispositione Concilii remanet in sua pristina, & propria paupertate, quæ eam cogit ad universum ex eleemosynis.

Respondeo ex Ricciullo, Menochio, Barbosa, & Buratto *loc. cit.* quod renunciatio facta per dictam societatem dispositioni Sacri Conc. Trid. *sess.*25. *c.*3. *de Regular.* per quam conceditur Monasteriis etiam mendicantium, licere immobilia possidere; intelligitur quod ad hoc, ut possit habere, & perpetuò possidere stabilia; non autem, ut capiat ad vendendum, ut bene declarat Menoc. *d. cons.* 1014. *n.*28. quod comprobatur ex concessionibus alienandi sibi factis post dictam renunciationem; quæ nihil operarentur, si prohibita diceretur acquisitio; ut fuit per supra citatos consideratum.

Secundò dici posset, quòd Domus Professæ Societatis JESU æquiparantur in paupertate. Fratribus Minoribus, etiam Capuccinis: sed isti non possunt hæredes institui, neque ut vendant, ut docet Bart. & alii apud Gabr. *tit. de hæred. instituend. concl.*1. *n.*1. ergo neque Domus Professæ prædictæ.

Respondetur, ex Ricciul. *citat. c.*9. *n.*23. & 24. quod vera paupertas excludit quidem institutionem ad effectum retinendi reditus hæreditarios, non verò ad effectum illos vendendi: quando paupertas, prout in casu nostro, non provenit ex mera incapacitate, sed ex Constitutionibus à Sede Apostolica approbatis, secundum receptiorem opinionem, quam sequuntur quadraginta tres Doctores longa serie relati per Gabr. *d. concl.*1. *tit. de hær. instituen.* & per Peregr. *de fideicom. ar.*11. *n.*99. & collecti omnes habentur per Menoc. *præsumpt.*120. *numer.*5. *l.*4. & latiùs *d. cons.*1014. *nu.*12. Æquiparatio autem allegata, ut rectè notat Ricciul. *l. c. nu.*24. inter Domos Professas Soc. JESU, cum Fratribus Minoribus, & Capuccinis, in materia paupertatis, non est totalis, sed in aliquibus conveniunt, nam aliquibus paupertas Societatis est mitior, & in aliquibus durior, adeoque ab una ad aliam non bene argumentum concipitur, hoc enim argumentum non procedit, nisi quando æquiparatio est in puncto æquiparato. Imol. & Abb. *in cap.*1. *de solut.* Everard. *in cent. legali, in loco à simili*, *numer.*11. Menoch. *cit. cons.*1014. *nu.*27. In quo autem sit comparatio paupertatis inter has Religiones, & excessus unius respectu alteriùs, latè explicant Menoc. & Ricciul. *ubi sup.* & prætereà Francisc. Suarez *de Relig. tom.*4. *l.*4. *c.*9. *num.*4. Nobis autem satis est adnotare cum Ricciul. *cit. c.*9. *num.*26. quod paupertas Domus Professæ Societatis, sit minor paupertate Minorum, & Capuccinorum in hoc, quod *domus Professa est capax hæreditatis, & relicti cujuscumque valoris ad effectum tamen vendendi, & expendendi pretium in usus necessarios*, quæ sunt ipsissima verba Ricciulli.

Et hinc etiam remanent soluta omnia opposita per D. Reg. Consil. Staibanum *to.*2. *res.*162. & 163. Præterquam quod hic Auctor loquitur in alia specie, quæ aliquam patitur controversiam. Nam ibi agebatur de legato annuo retinendo ad vitam unius professi facto domui Professæ Societatis JESU hujus urbis: quod legatum repugnare paupertati domorum Professarum significant etiam nonnulli Doctores dict. Societatis, quia videtur expressè repugnare Constitutionibus ejusdem Societatis, ut patet *p.* 6. *cap.*2. *n.*2. ibi: *In domibus, vel Ecclesiis, quæ à Societate ad auxilium animarum admittentur, reditus nulli, ne Sacristiæ quidem, aut Fabricæ applicati, haberi possint*. Legatum autem annuum, utique reditus est, & propterea repugnare videtur Constitutionibus. Et hic obiter advertendum est, toto cœlo aberrare à jure, quo utitur hæc Societas, eos, qui putant, quod hujus ordinis Fabrica, vel Ecclesia, aut Sacristia possit habere reditus. Veritas enim est, quod neque domus, neque Ecclesiæ, neque Fabrica, neque Sacristia possint reditus retinere, etsi possint acquirere, & vendere.

Et licet citatus Dominus Staib. *res.*162. *nu.*20. uno verbo significet, quod domus Professa sit incapax institutionis universalis, tamen nihil, & nullum allegat; & propterea credendum magis erit tot citatis auctoribus, tam Jesuitis, quàm aliis, & tot dec. Rotę Romanæ, & observantiæ nunquam in dubium revocatæ in toto orbe Christiano, à qua observantia nunquam recessum est in Magna Curia Vicariæ, in qua innumera decreta præambuli expedita apparent pro domo Professa Neapolitana, ut propterea huic petitioni temerè propositę sit imponendum perpetuum silentium; & eò magis, quò directè contra illas duas solutiones Domi. Staibani, scriptas ex fervore patrocinandi, fuit judicatum in cit. dec. Buratti, & aliorum Rotæ Romanæ; transactio autem allegata in causa contenta in illis resolutionibus, fuit inita super aliis controversiis: nam annuum legatum ibi contentum fuit semper solutum usque ad mortem professi, de quo agebatur; atque adeo nullus omnino in hoc puncto esse poterit dubitandi locus, sicuti nunquam de eo fuit dubitatum.

Antonius de Rossi Societatis JESU,
Vincentius Raetanus.

DISCEPTATIO CLXIV.

SUMMARIUM.

1 *Factum proponitur ex testamento quondam Fabii Ricca senioris de anno* 1582.
2 *Fabii dispositio pro fœminis suis, & filiorum.*
3 *Illustr. Dux Apellusiæ Fabius junior quid in testamento disposuerit de an.*1662.
4 *D. Magdalenæ Ricca prætensiones adducuntur.*
5 *Refelluntur, ut in aere Magdalenæ prætensiones.*
6 *Fœmina in fideicommisso masculino sub appellatione filiorum non venit.*
7 *Fœmina non venit in fideicommisso facto favore agnationis.*
8 *Fœmina, an, & quando faciat deficere conditiones si sine liberis.*
9 *Fœmina non conservat agnationem, & quando.*
10 *Masculorum vocatio facit pro agnatione, & familia conservanda.*
11 *Fœmina scilicet exclusa à fideicommisso denotante perpetuitatem.*

12 *Fœ-*

12 *Fœmina excluditur à fideicommisso quando prohibita est dotatio fœminarum.*
13 *Fœmina excluditur à fideicommisso conservativo familiæ, & adducuntur decisiones.*
14 *Fœmina non venit in fideicommisso pro linea masculina.*
15 *Testamentum Fabii senioris masculos vocasse ostenditur.*
16 *Castilli locus tom.5.part.2.cap.143.§.unico, tom.4. explicatur.*
17 *Fœmina an, & quando succedat extinctis agnatis.*
18 *Fœmina exclusa propter masculos ab intestato quando reintegretur.*
19 *Fœmina semel exclusa in feudalibus, an reintegretur.*
20 *Fœmina semel exclusa à fideicommissis non reintegratur.*
21 *Fœmina semel exclusa in allodialibus semper excluditur, & quando.*
22 *Fideicommissum duplex aliud restitutorium, aliud conservativum.*
23 *Roviti consil. 27. 28. 29. & 30. qualiter procedant.*
24 *Regentis Capicii Latro decis.103. adducitur pro nobis.*
25 *Fideicommissi ultimus gravatus alienat ad libitum.*
26 *Mirabilis decisio Rotæ apud Farinacium 2.p. d.103. affertur & ponderatur.*
27 *Solemnis decisio S.C. de anno 1644. ad relationem doctissimi Merlini adducitur.*
28 *D. Magdalenæ prætensio de bonis antiquis refertur.*
29 *Bona licet antiqua possunt nova dici sic disponente testatore.*
30 *Dictio* ex quacumque causa, in perpetuum, &c. *explicantur.*
31 *Testamenti verba intelligenda sunt ex mente testatoris licet improprientur.*
32 *Actus quicumque intelligitur secundùm suam naturam, &c.*
33 *Libertas disponendi concessa hæredi tollit consuetudinem.*
34 *Donatio facta per affectionem ad aliquem non subjicitur consuetudini.*
35 *Tiraquelli locus, §.32. de retract.n.43. reducitur ad propositum.*
36 *D.de Franchis decis.4. n.18. adducitur.*
37 *Regens de Marinis tom.2. cap.56. num.18. adducitur.*
38 *Regentis Roviti consil. 94. à numer. 19. adducitur.*
39 *Consuetudines nostræ non sunt leges, sed pacta.*
40 *Text. in l.1. §. veteres, ff. de acquir. possess. explicatur.*
41 *Additione qualiter bona incorporentur.*
42 *Testator gravando potest facere, ut non sint bona antiqua.*
43 *Soccinus in d. §. veteres, explicatur.*
44 *Text. in d. §. veteres, qualiter non procedat in fideicommisso.*
45 *Decisio apud Thorum refellitur, & quare, &c.*

ARGUMENTUM.

Fœmina, an & quando veniat exclusa à fideicommisso, & an in perpetuum censeatur exclusa, an durantibus masculis, & in quo fideicommisso procedat Regula? de qua re multa ad propositum suprà adducuntur.

JURIS RESPONSUM,

PRO

Illustriss. Ducissa Apellusiæ,

CUM

Domina Magdalena Ricca.

COMMISSARIUS

Dominus Boliaga.

Marcellus Figliola Act. M.

In anno 1580. Illustriss. Fabius Ricca suum condidit Testamentum, & habens septem filios, quatuor masculos, & tres fœminas, fecit sibi hæredem universalem Gasparum Ricca suum primogenitum, fol.114. tribus aliis filiis masculis, scilicet Lucio, Joanni Vincentio, & Joann. Baptistæ reliquit ducatos septem mille pro unoquoque, & subdit eodem fol.114. *litt. A*, fideicommissum se facere talibus verbis. 1

Item ordino, & voglio, & espressamente comando, che la Massaria mia grande di moja mille in circa (descrive li confini) la quale Massaria, seu Territorio descritto, e confinato con ogni loro ragioni, e fabriche, nullo modo, nullo unquam futuro tempore, *in tutto, overo in parte, se possa per detto Gasparo suoi heredi, e successori descendenti*, ut infrà respectivè, vendere, alienare, censurare, donare, *dare in dote, nè altrimente transferire, nè obligare con patto de retrovendendo*, vel sine, *per qualsivoglia urgente, e urgentissima causa, civile, ò criminale etiam per redentione de mano de Cattivi, ò altra qualsivoglia causa cognita, & incognita etiam se fosse tale, della quale bisognasse farse espressa, e speciale mentione; Ita che il detto Gasparo, e suoi descendenti primogeniti, e loro successori, & heredi* in perpetuum & in infinitum, *s'intendano, e siano miei possessori, & usufruttuarii tantum di detta Massaria con case, e selve*, ut suprà, *consistente, e li predetti descendenti legitimi, e naturali in perpetuum non vengono alla successione di detti beni come heredi di detti heredi, mà come successori miei*, ac si particulariter, *e distinte fussero per me nominati si come li sustituisco miei heredi, e successori*, ut infrà, *per ogni miglior via che posso, e vaglio, perche la mia volontà, e totale intentione è, che detta Massaria, con case, e Selve, e Terre sia inalienabile, e che* in perpetuum, & in infinitum, *con gratia di Nostro Signor Iddio siano delli primogeniti di Casa Ricca descendentino dal predetto Gasparo, e suoi descendenti* in infinitum, *e dove il predetto Gasparo venisse a morte senza figli mascoli, in tal caso voglio, che in detta Massaria succeda, e debba succedere il predetto Lucio mio figlio secondogenito, e suoi primogeniti* in infinitum, ut suprà, *e dove il predetto Lucio non facesse figliuoli mascoli, in tal caso in detta Massaria con case, e selve*, ut suprà, *consistente debba succedere il predetto Gio: Vincenzo mio figlio terzogenito, e suoi primogeniti*, ut suprà & casu quo, *il predetto Gio: Vincenzo venisse a morte senza figli mascoli legitimi, e naturali, in tal caso voglio, che in la predetta mia Massaria con case, e selve*, ut suprà, *consistente debba succedere il predetto Gio: Battista mio figlio quartogenito, e suoi figli primogeniti* in infinitum, ut suprà, *quali similmente siano, e debbano essere miei possessori, & usufruttuarii tantum della predetta mia Massaria*, ut suprà *consistente* ad bene utendum & utifruendum, & bene gubernandum *la predetta Massaria, con case, e selve*, ut suprà, *consistente in tutto, overo in parte, voglio, che quello che contraveniră sia privato di detta Massaria, ò di quella parte, che alienasse, e quella nel caso predetto ceda in beneficio del predetto Lucio, e suoi primogeniti, e contravenendo l'uno, e l'altro, ceda in beneficio, del terzogenito, e suoi primogeniti, e tutti contravenendone ceda in beneficio del detto Gio: Battista quartogenito, e suoi primogeniti, & altri descendenti di Casa Ricca*, ut suprà, *osservando la predetta mia volontà. E quando tutti s'accordassero insieme, e contravenissero alla presente mia dispositione in tal caso la predetta Massaria con case, e selve*, ut suprà, *consistente, in tutto, ò in parte, che s'alienasse*, ut suprà, *ceda in beneficio della Venerabile Ecclesia, & Hospedale di Santa Maria Annunciata di Napoli, il quale in detti Casi la instituisco herede della predetta Massaria ò parte di essa alienanda*, ut suprà, *con conditione che li SS. Mae-*

SS. Maestri di quella non possano in modo alcuno consentire a qual si voglia alienatione, overo obligatione facienda per li predetti miei figli, ò alcuni di loro ò loro heredi, e successori, ut suprà, in perpetuum. *E quando detta Ecclesia, e Signori Maestri di quella consentissero, ò si accordassero, con essi per qualsivoglia causa, in tal caso la predetta massaria con case, e selve, ò parte d'essa*, vel aliter alienanda *succeda, e debba succedere il Reverendo Collegio di Giesù di questa Città di Napoli quale in detto caso similmente instituisco herede particolare alli predetti beni alienandi*, ut suprà, *detto fol. 114. à ter. litt. A.*

Volens idem Fabius providere tribus suis filiabus fœminis unicuique earum reliquit ducatos quatuor mille, & quatuor centum, facultate adjecta, ut Gaspar primogenitus potuisse addere illam quantitatem sibi benevisam ultra supradictam à se legatam cum pacto ut filiæ fœminæ renunciationem facere debuissent in beneficium prædicti Gasparis in amplissima forma ad consilium sapientis, ut Portiæ Dianæ & Camillæ suis filiabus taliter providit fol.116. & à tergo.

Supererat, ut provideret filiabus fœminis descendentibus à prædictis suis filiis masculis propterea constituit, jussit, & ordinavit fieri quoddam multiplicum, ex cujus fructibus daretur pro unaquaque filia fœmina in subsidium suæ dotis summa ducatorum ter mille, fol.116. *à tergo litt. C.*

3 Nunc verò ultimus moriens possessor hujus fideicommissi, fuit modernus Dux Apellusiæ, qui quidem filios non habens, videns in sui personam extingui fideicommissum prædictum, testamentum fecit, in quo hæredem instituit usufructuariam tantùm Dominam Felicem Piscicellam ejus uxorem usumfructuariam tantùm, post cujus mortem in eodem usufructu vocavit Lucretiam Riccam suam sororem viduam quondam Nicolai Mariæ Piscicelli post ejus mortem in proprietate, & usufructu instituit hæredem Fabium Capycium Piscicelli filium dictæ Lucretiæ & suum Nepotem, & postea vocavit alios filios masculos cum aliis substitutionibus fol.

Declaravit insuper Dux prædictus in eodem testamento se prætendisse fideicommissum ordinatum per suos antecessores in sui persona extinctum esse, unde sibi licere semper putavit liberè de bonis prædictis disponere valuisse, propterea jussit, ut si cum effectu fideicommissum prædictum esset extinctum, ut ejus soror Magdalena Ricca succedere non valeat, tali casu voluit, atque gravavit, ut hæredes sui solvere tenerentur Magdalenæ annuos ducatos quingentos sua vita durante tantum, & eo casu, quo vellet habitare cum Ducissa uxore, & Lucretia sorore, ut ei darentur ducati tercentum annui unà in simul cum habitatione, & alimentis necessariis cur & facultatem dedit disponendi de duobus annatis dictorum ducatorum quingentorum, & quod dictum legatum suum habeat effectum quando fideicommissum prædictum fuisse extinctum, immò addit ut hoc totum intelligeretur ultra assignationem sibi factam per eumdem ducem ducatorum 250. vigore cujusdam Albarani fol.

4 Sequuta morte dicti Ducis quæ fuit 12. Decembris 1662. Magdalena soror in S.C. comparuit in anno 1663. petens declarari ad se spectare fideicommissum ordinatum per quondam Fabium Riccam seniorem, nec non medietatem bonorum antiquorum portionem virilem in bonis maternis, vel saltem dotem de paragio, immò etiam ducatos ter mille sibi donatos à quondam Paula de Mari ejus matre insimul pretii dictos quingentos sibi relictos à quondam Fabio Duce ejus fratre, casu quorum admitteretur ad fideicommissum, tamdem petiit mobilia omnia sibi relicta per eumdem fratrem, pro quibus omnibus petiit immissionem, & interim fieri sequestrum sibique liberari ducatos quatuor mille fol.7.

5 Pro parte verò hæredis instituti probandum assumo tum aeream esse prætentionem prædictæ Magdalenæ circa petitum immissionem vigore fideicommissi, tum etiam circa prætentionem bonorum antiquorum vigore consuetudinis, quod sanè ultra scripta in hac eadem causa per numquam satis laudatum Virum Scipionem de Martino, nunc meritissimum M. C. V. Judicem, quam citissime in S. C. Consiliarium ab omnibus expectatum, ultra inquam mea dicta.

6 Probatur primò, quia fideicommissum prædictum per quondam Fabium factum masculinum appellatur, ubi fœminæ sunt totaliter exclusæ, nec unquam possunt admissionem prætendere, quia licet in fideicommisso, in quo vocantur filii contineantur etiam fœminæ ordine successivo per vulgarem substitutionem, ut post alios discurrit Radenascus, qui refert septem decisiones Rotæ in eadem causa, cum filiorum appellatione, juxta propriam significationem verborum contineantur fœminæ, ut bene Ramonius *consil.*100. *num.*380. Rota Romana apud Gregorium XV. *decis.*5. *& in novissimis, decis.*317. *in impressis ab anno* 1636. quod idem dicit Marta *in summa, part.*1. *artic.*6. *& quæst.*13. *artic.*8. Ludovicus Belli *consil.*23. Cassaneus *consil.* 6. qui appellatione filiorum filia venit in fideicommisso, ut *in l. si quis ita, ff. de testamentaria tutela*, juncta *leg. si ita scriptum, ff. de leg.*2. *cum l. filia appellatione, ff. de verbor. signific.*

Quando tamen testator considerationem habuerit conservandi agnationem tunc omnes admittant masculinum non comprehendere fœmininum & appellatione descendentium, aut filiorum non venire fœminas, ut de communi testatur Fusarius *quæst.*401. *numer.*96. qui hoc ipsum dixit *in consil.*24. *num.*9. *&* 10. Gratian. *cap.*866. *num.*4. *&* 5. Marzanus *in epitome fideicommissis, quæst.*43. Marta *consil.* 70. *& consil.*97. Radenascus *consil.*8. *per totum*, quod pluries dixit Rota Romana coram Pancirola, & coram Cerro prout refert Paitellus *decis.*9. penes Rubeum *part.*9. *decis.*144. *in principio*, quod idem dicit Vivianus Cirocchus *discept. forens. discept.*2. ubi licet filiam fœminam facere deficere con- 8
ditionem si sine liberis id tamen intelligit, nisi de masculis tantùm addidisset, vel nisi addidisset bona conservari in familia, &c. quia tunc fœmina censetur exclusa; quando enim testator voluit conservari ejus bona in agnatione dicta conditio si sine filiis intelligitur de masculis non autem de fœminis, ut post Manticam, & alios dicit Vivianus Cirocchus ubi suprà, *discept.*2.

Hinc Gratian. *c.*491. ait quod per mortem ultimi gravati fuit ibi resolutum fideicommissum tamquam restrictum ad 9
certas personas & lineam, & gradum: neque obstat (subdit Gratian.) quod prætendatur extare fideicommissum in personam Lucretiæ, quia illa tamquam fœmina non est in consideratione, quia cum testator habuerit rationem conservandi agnationem non veniunt fœminæ sub appellatione agnationis Rota *part.*4. *divers. decis.*507. apud Farinacium ubi allegantur concordantes decisiones, Cardin. Mantica *lib.*8. *de conjecturis, tit.*12. *num.*16. cum agnatio conservetur per masculos, non per fœminas & quod fuerit considerata agnatio patet, quia testator vocavit solùm masculos, ut latè Gratianus ubi suprà.

Fideicommissum enim tantùm masculos vocans, ad fœ- 10
minas non extenditur; quia quando masculi sunt contemplati intelligitur de agnatione, quia conjuncti per masculinitatem dicuntur agnati, igitur dum sunt vocati masculi, qui agnationem constituunt fœmina erit omninò exclusa, *l. pronunciatio, §. fin. ff. de verbor. signific. §. media institut. de legitima agnator. success.* Idque procedit etiamsi verba fideicommissi essent apta comprehendere fœminas, ita post Soccin. Gabrielem, & alios dicit Ludov. Molina *de primogenitura, lib.*3. *cap.*5. *num.*38. Rota Romana *decis.*203. apud Farinacium Horatius Barbatus *de fideicommiss. part.*1. *cap.*9. *numer.*30. idque procedit sive tacitè, sive expresse fideicommissum esset restrictum pro conservandis bonis in agnatione, quia tunc fœmina semper excluditur, ita post multos *quæst.*252. *num.*10. Marzarius *lib.*2. *quæst.*43. Mantica *lib.*8. *de conjecturis, tit.*12. *num.*8. Simon de Petris *de interpretat. ultim. volunt. fol.*393. *numer.*67. *& fol.*337. *num.*10. Intrigliol. *centur.*7. *de institut. quæst.*85. Barbatus ubi suprà, *numer.*31. *&* 35. & post alios Capanus *de fideicomm. masculino, artic.*1. *inspect.*2. *num.*29. *&* 30. *fol.*65. *colum.*1. idque multo magis procedit, quando ultra verbum familiæ esset adjectum cognomen familiæ, sive domus, prout testator dixit in casu nostro (ut remaneant in casa Ricca) quia tunc est conjectura clara quod senserit de agnatione masculina, & ideò fœminæ excluduntur, ut dicunt Hieron. Gratus *consil.*68. *num.* 13. 14. *&* 15. *volum.* 2. Paris. *in addit. ad Decium, cons.* 287. Soccin. Junior. *cons.*181. *numer.*39. *&* 40. *lib.*2. Ruinus *cons.* 24. *lib.*2. Curtius Junior *cons.*154. *dub.*3. Hieronymus Gabr. *consil.*172. *lib.*1. Osasc. *decis.*127. *num.*3. Barbatus ubi suprà, *num.*18.

Quod si fideicommissi verba denotarent perpetuita- 11
tem, putà si dicatur in perpetuum, in infinitum, omni tempore vel semper, tunc etiam fœmina est exclusa, quia

mens,

mens, & voluntas Testatoris est, ut semper & perpetuo nulloque dato intermedio bona fideicommissata permaneant in masculis, sed transeundo in fœminas, etiam vita durante bona non permanerent perpetuo in masculis sive in familia, cum fœmina non sit de agnatione, sive de familia, Barbatus ubi suprà, *num.*22. qui alios allegat, Marta *de success. legali, part.*4.*q.*23. *art.*4. *&* 6. & ita fuisse decisum, dicit Cavalcanus *decis.*16.*num.*2.7.*&* 9. Fusar. ubi suprà, *num.*19. ubi allegat undecim DD.

12 Excluduntur etiam fœminæ à fideicommisso, quando prohibuisset testator rem tradi in dotem, hæc enim est præsumptio fœminas esse exclusas, Menoch. *cons.*197.*num.*153. *&* 155.*& cons.*900.*num.*20. Gabriel.*cons.*132.*lib.*1. Barbatus ubi suprà, *vers. limita quarto*, Capanus *inspect.*2.*fol.*67.*vers. Septimò limitatur*, quod sanè procedit multo magis in locis ubi vigent statuta exclusiva fœminarum &c. stantibus Masculis, ut est in Regno Neapolitano per Constitutionem Regni, & per consuetudinem Civitatis Neapolitanæ, Mantica, Menochius, Peregrinus, Intrigliolus, Osaschus, Barbatus, & alii apud Capanum fol.68. *col.*1. *in principio*, in quo fideicommisso excluditur fœmina etiam vita durante, ut bene Regens Valenzuela *cons.*113. *numer.*18. *volum.*2. & sic pluries decisum refert Capanus fol. 73. *num.*55.

13 Ex quibus bene infertur fœminam esse omnino exclusam à fideicommisso facto pro conservatione bonorum in familia: ut dicunt Soccinus Senior, Curtius Senior, Gozadinus, Soccinus Junior. Ruin. Gratus, Parisius, Ripa, Cravetta, & alii apud Menochium *cons.*95. *per totum*, & alii plures, quos sequitur Altogradus *cons.*92. *à numer.*54.& sic decisum refert Vivius *decis.* 10. & sic judicatum Mirandulæ dicit Merlinus *decis.*97. *num.*11. *&* 12. Sic in Rota Romana decisum dicit Mantica *decis.*151. in Senatu Pedemontano refert decisum Osaschus *decis.*127. à quo sententia non posse in praxi ullum recedere dicit Altogradus *dict. cons.*92.*à numer.*54.*in fine*.

14 Infertur secundò, fœminam non venire in fideicommisso quando Testator lineam masculinam vocavit, vel eam posuit in conditione, ut post quadraginta quinque DD. dicit Andriolus *tom.*4.*controv.controv.*251. præsertim quando agitur favore agnationis, ut bene Andreolus *numer.*17. hinc si testator pluribus in testamenti partibus vocavit masculos, tunc ex hac masculorum vocatione pluribus in locis facta sumitur urgentissima conjectura quod semper de masculis intellexerit maximè juncta ratione conservationis bonorum in familia juxta Abbatis sententiam *consil.*37. *col. ult. lib.*2. prout testatur Bursatus *consil.*228. *à numer.*61. *usque ad numer.*79. *& numer.*111. quod idem dicit *cons.*400. *num.*40. Beccius *consil.*236. *numer.*66. Mandellus de Alba *cons.*483. *numer.*7. *& sequentibus*, *& cons.*484. *numer.*11. Ancharanus Jun. *quæst.* 23. *numer.*26. *&* 29. *lib.* 1. Menochius *cons.*117. *num.*5. *cum pluribus seqq. & numer.*81. *& consil.*95. *numer.* 80. *&* 81. Guid. Pap. *decis.* 487. Peregrinus *de fideicommiss. artic.*25. *numer.*47. *& sequenti*, Ruin. *cons.*178. *numer.*13. *lib.*3. Martius Anguisolla *cons.*134. *num.*16. Altogradus *cons.*92. *numer.*59. & quia masculos vocavit, & fœminas sibi proximiores exclusit censetur semper exclusæ remotiores; ut bene Altogradus *dicto cons.*92. *num.*98.

15 Quod verò quondam Fabius Ricca in suo fideicommisso vocaverit semper masculos patet ex lectura ejusdem, (ibi: *E dove il predetto Gasparo venisse a morte senza figli mascoli in tal caso succeda Lucio, e suoi figli primogeniti, ut suprà, e dove il predetto Lucio non facesse figli mascoli succeda Gio: Vincenzo, e suoi primogeniti, e caso che detto Gio: Vincenzo morisse senza figli mascoli succeda Gio: Battista, e suoi primogeniti* in infinitum, ut suprà, igitur semper masculi in fideicommisso vocati fuere.

16 Neque dicat pars adversa cum Castillo *tom.*5. *part.*2. *cap.* 143. §. *Unico*, *num.*4. quod fœminæ veniant in majoratu masculino quando omnes masculi sunt extincti, & sic intelligit dictionem, (semper,) qua fœminarum exclusio facta fuit, scilicet durantibus, & existentibus masculis quod viderunt de mente Surd. *decis.*84. præsertim *num.*9. & *cons.*308. *numer.*9. *lib.*3. qui dicit quod ubi quis excluditur propter masculos, admittitur si masculus non existat, ut de Domina Magdalena deficientibus masculis dicit fore admittendam.

17 Quod sanè confirmatur per ea quæ post Castillum notat Censalius in addition. ad Peregrinus fol.34. ubi ait quod agnatis omnibus deficientibus fœmina ultima possessoris filia, vel etiam soror succedere debeat, & præferri debet masculo cognato cuicumque in remotiori gradu existente propter defectum masculi agnati, ac si fœminæ exclusæ non fuissent: immò quod licet fuerit considerata agnatio id tamen solum respicit personas vocatas, non autem, ut ex eorum vocatione possimus dictam dispositionem ad alios non vocatos extendere, & dictiones (semper, & in perpetuum) operantur, ut censentur exclusæ semper & perpetuo, dum masculi agnati supersunt, & non ultra, ut pòst Castill. *cap.*143.§.*unico*, *à num.*15. *cum seqq.* notat Censalius ad Peregrin. fol.34.*vers.num.*

Pro solutione enim supradictorum, Primò, respondeo doctrinas procedere in successionibus ab intestato, ubi fœmina simpliciter exclusa à successione propter masculos, controvertunt DD. utrum masculis deficientibus reintegretur, & in terminis statuti Eubii distinguit Andreolus *tom.*1. *controv.*60. si dicat simpliciter excludi non reintegratur fœmina; sed si dicat donec quousque sint masculi, &c. tunc excluditur, sed deinde reintegratur deficientibus masculis, ut notat Cyriacus *controv.*284. *&* 286. Giovagnonus *consil.*70.*lib.*1. *& cons.*7. *num.*37. *lib.*1. statutum verò excludens fœminam dotatam censetur in perpetuum excludere à successione dotatam prædictam, ut benè Andreolus ubi suprà. 18

Respondeo secundò, cum Doctissimo Altogrado *cons.* 48. *tom.*2. quod fœmina semel exclusa ob existentiam masculorum censetur semper exclusa.

Respondeo tertiò, quæstionem hanc utrum fœmina semel exclusa a successione propter masculi existentiam, intelligatur exclusa in perpetuum etiamsi postea masculi deficiant fuisse per DD. agitatam tum in materia feudali, tum etiam in Burgensaticis.

In feudalibus enim communiter affirmant, quod censeatur exclusa, ita colligunt ex *capit.*1. §.*filiam verò*, *de success. feud.* juxta text. *in* §. *qui etiam*, *in tit. Episcopum, vel Abbatem*, Bart. *in leg. fin.* §. *quando in pendente*, *ff. ad Senat. Consult.* Trebell. Paulus de Castro *cons.*290. *volum.*2. Georg. Natta *in cap. quamvis pactum*, *numer.*42. *de pactis*, *in* 6. Corneus *cons.*160.*vol.*4. Soccinus *consil.*35. *vol.*3. Curtius *de feud. part.*3. *numer.*13. *& seq.* Bocerus *de investitura feudi*, *cap.*5.*numer.*6.*& seq.* qui hoc idem dicit *de success. feud. cap.*3.*quæst.*4. Albertus Brunus *de statutis excludentibus*, *artic.*1. *quæst.*5. Borcolten *de feudis*, *part.*1.*cap.*7.*num.*36. Scraderius *de feud. part.*7. *cap.*4. *num.*13. Facchineus *lib.*7. *controvers. cap.*45. Joannes Arpettus *in princip. institut. de hæreditatibus*, *quæ ab intestato*, *numer.*196. Sic linea exclusa censetur semper exclusa dicit Molina *lib.* 1. *de primogenitura*, *capit.*6. *num.*22. Foresterius *de successionibus*, *lib.*3. *cap.*14. 19

In allodialibus verò quoad successionem legalem non esse fœminam in perpetuum exclusam dixit Afflictus *in d.* §. *qui etiam*, Sosbec. *de feud. part.*9.*numer.*130. Julius Clarus *in* §.*feudum*, *quæst.*8. Pistorius *lib.*2. *quæst.*46. Rosental *de feudis*, *cap.*7.*conclus.*33. Ultejus *de feud. part.*1.*cap.*9. *numer.*53. *& seq.* Misingerius *tit.*1.*observ.*44. Besoldus *lib.*1. *politicorum disp.*11. *numer.*7. & ibi Valentinus Vela *in consil. ad finem*, *& per totum*, in fideicommissis verò semel exclusam censeri semper exclusam dicunt Doctores communiter citati, nisi fuissent verba donec, & quousque vel quamdiu masculi de familia supersint, quia tunc non censentur semper exclusa, ut alias decidit Rota Romana, & S. C. quas decisiones infrà adducemus. 20

Tamen dico pro solutione prædictarum difficultatum quod duplex ad fideicommissum unum restitutorium, scilicet quando prohibetur hæredi ne extra familiam alienet, & tunc si alienet in fœminas masculis non existentibus, valebit alienatio, nec erit fideicommissum controventum: Secundum est fideicommissum conservativum, quia voluit testator conservari bona in familia; & tunc quia est ratio conservandæ agnationis, & familiæ dicuntur fœminæ non contineri, nec succedere, ut bene Peregrinus *de fideicomm. art.*14. *num.*37. & hoc multo magis quando testator loquutus de familia voluit loqui de masculis, ut bene Marzarius *q.*43. Menoch. *consil.* 197. *numer.*46. *vol.*2. qui contra feminas consuluit, & deinde se remittit *ad cons.*35. *num.*42. sequitur Capanus fol.95.*col.*1. *num.*27. 21

Neque dicas pro parte contraria obstare celebre Consilium Roviti 30. *tom.*1. ubi fœmina non venit in fideicommisso expresse injuncto pro conservatione bonorum in familia, 22

milia, niſi in caſu quo ſunt extincti omnes deſcendentes à teſtatore, ob quorum deficientiam ceſſat conſervatio bonorum in familia, ſic Rovitus ubi ſuprà, *num.*7.

Reſpondeo enim Conſilium Roviti trigeſimum, cum tribus præcedentibus, & ſic à *conſ.*27. nihil facere contra nos; ibi enim *à num.*27. clarè apparet non adaptari factum Roviti ad noſtrum: nam ibi Jacobus Piccolomineus Senenſis ad fideicommiſſum Palatii in Civitate Senarum, & Tinimenti Perroræ, vocavit Lineam trium filiorum ſuorum maſculorum, quibus omnibus extinctis, & extincto ultimo Scipione Piccolomineo non extabant amplius maſculi, & ipſe Rovitus dixit *conſil.*27. ante numerum primum in facti ſerie; ideòque extinctis maſculis ceſſat conſervatio familiæ, meritò conſuluit fœminam eſſe admittendam, ut ibi *num.*7. ubi allegat Alexandrum Decianum, Pariſium, & Alciatum, & ſic, quia in defectum filiorum maſculorum vocaverat totam domum, & Progeniem Piccolomineam fuit de æquitate conſultum à Rovito eſſe admittendam fœminam, de qua ibi, licèt in ea cauſa aliud deciſum referat Farinacius *part.*2. *in recent. deciſ.*293. Roviti verò conſultatio eſt conformis diſpoſitioni Textus *in authent. de reſtitut. fideicommiſſi*, per quem in defectum maſculorum fuit admiſſa fœmina; ergo Roviti Conſilium nihil obſtat contra nos.

23 Neque etiam dicas obſtare dicta per Regentem Capycium Latro *deciſ.*103. ubi fœminæ fuerunt admiſſæ extinctis maſculis in fideicommiſſo maſculino de quo *ibi.*

Reſpondeo enim quod rationes de quibus *ibi*, faciunt contra D. Magdalenam Ricca ſiquidem fœminæ illæ ſcilicet Diana & Margarita de Gaeta fuerunt admiſſæ ad bona illa fideicommiſſata, ex quo extinctis maſculis fuerunt vocatæ à teſtatore ad fideicommiſſum, qui illas vocavit in defectum maſculorum lineæ Pompei, Franciſci, & Octavii de Gaeta, & ſic non fuerunt admiſſæ tamquam agnatæ, vel quia de familia de Gaeta, ſed fuerunt admiſſæ vigore vocationis, quia fuerunt vocatæ expreſſim à teſtatore in defectum maſculorum; ergo Capycii Latro deciſio nihil facit contra nos, quia, ut bene Carrera *reſol.*237. *numer.*10. vocatio ſucceſſiva fœminarum poſt maſculos, non habet locum, niſi à principio ſint vocatæ, ad quod citat text. *in l. cum ita*, §. *in fideicommiſſo*, *ff. de leg.*2. & *in l. Gallus*, §. *quidam rectè*, *ff. de liber. & poſthumis*, Burattus *deciſ.*272. *num.*15. & *deciſ.*856. & eſt notatione dignum Reg. Capyc. Latr. *dict. deciſ.*103. *num.*32. qui dicit quod ultimus moriens, quando fideicommiſſum extinguitur, poterit alie-
24 nare, prout voluerit ex Peregrino *artic.*52. *à numer.*2. *cum ſeqq.* finitur enim fideicommiſſum, ubi notat Cenſalius, quia non ſupereſt perſona de genere vocatorum *leg. cum pater*, §. *libertis*, *l. qui ſolidum*, §. *penult. ff. de leg.*2. unde non extenditur de perſona ad perſonam, nec trahitur ad Nepotes, Molfeſius *part.*4. *tract.*2. *in add. ad quæſt.*36. *num.*12. Caſtill. *deciſ.*153.

25 Rogo tamdem DD. judicantes pro hoc articulo de perpetua excluſione Magdalenę Ricca duas recognoſcere punctuales deciſiones, quarum prima eſt Farinacii *part.*2. *deciſ.*203. *in ultimis voluntatibus*, & fuit coram Manzanedo *in recent.* ibi adducit Farinacius primo loco ſententiam pro fœmina in Curia inferiori, & devoluta cauſa ad Rotam Romanam, ad finem confirmandi, vel infirmandi illam. Prima ſententia admiſit fœminas, eo, quod maſculi defecerunt, & erant extincti omnes, attamen per Rotam Romanam fuit prima ſententia infirmata, & deciſum contra fœminas excludendo eas in perpetuum adeò quod ultimus moriens, potuerit liberè diſponere de bonis ipſis fideicommiſſariis, immò addiderunt Domini de Rocca, quod ex eo quod in dicto fideicommiſſo aderat ratio conſervandæ agnationis, ut ipſe maſculus, nec valeat diſponere de dictis bonis in beneficium dictarum fœminarum, nec illis illa relinquere ex quo fœminæ non valent conſervare agnationem, & ſic eſt deciſio contra fœminas etiam in ſubſidium, ut nec admittantur deficientibus maſculis, quam deciſionem rogo videri, quæ deciſio fuit facta coram Domino Doctiſſimo Manzaned. de anno 1607. & dicitur Carpentoratenſis fideicommiſſi.

26 Secunda eſt deciſio illa ad relationem D. Præſidis Merlini, die 23. Februarii 1644. Julii Pretæ, quam meus D. Scipio de Martino adduxit, & ipſo patrocinante fuit emanata, licet victoriam cauſæ non obtinuerit, nam fuit dictum fideicommiſſum extinctum, nec potuiſſe Portiam Petram filiam legitimam, & naturalem, quondam Julii fideicommittentis admitti, tamquam extincto fideicommiſſo, ſicque refert Thorus *in ſuo ſupplemento*, *in verbo fideicommiſſum*, *fol.*225. *à col.*1. *uſque ad folium* 228. Sicque per iſtas duas deciſiones video rejectas plures doctrinas à Caſtillo allatas à Cenſalio ſubſcriptas atque tranſcriptas, & ab aliis vel inconſideratè dictas, vel opere diſtinctionis de qua ſuprà, declarandas, intelligendas, & practicandas eſſe, verba fideicommiſſi Julii Petræ referuntur omni qua decet fide tum à Domino meo Scipione de Martino in ſua celeberrima allegatione, pro hac eadem cauſa, tum à D. Joanne Baptiſta Thoro *in dict. loco citato*, & Thorus in hoc ſibi contrarius non eſt, dum *in voto* 84. *in fine*, *part.*2. & *voto* 86. *eod. tom.*2. ait quod fœmina temporaliter excluſa, ſcilicet donec & quouſque maſculi fuerint illa linea maſculina deficiente, admittitur ad portionem, quam habuiſſet ſi non fuiſſet excluſa.

Supereſt ut ad ſecundam aeream prætentionem D. Magdalenæ Ricca accedamus, etenim ſi fideicommiſſum eſt extinctum, ut nullus negabit, & judicium S. Rotæ & noſtri S. C. approbavit, dicit ipſa ad me pertinet medietas bonorum antiquorum ſcilicet in poſſe quondam Fabii Junioris mei Fratris exiſtentium à quondam Seniore Fabio fideicommittente ad Juniorem vigore fideicommiſſi perventorum, nulla ergo erit diſpoſitio teſtamentaria ejuſdem quoad medietatem.

Quod vero vana ſit prætentio prædicta.

Probatur primò, quia primus acquirens ſcilicet Fabius Senior in teſtamento dixit quod in eis & de eis, &c. & excluſit in perpetuum ſucceſſores alios, & quod nulla cauſa quomodocumque, & qualitercumque habere debeant alii, ergo excluditur conſuetudo, nec ſorores aliquam portionem habere debent in talibus bonis & hoc vigore dictæ diſpoſitionis, quia primus acquirens poteſt rei per ſe de novo quæſitæ legem imponere quam voluerit *l. in re mandata*, *C. Mandati*, immò prohibere ne in bonis ſuis aliquis ſuccedat, ut *in Auth. ut liceat matri & Aviæ in principio*, *l.*3. *C. de inſtitut. & ſubſtitut.* & per dictionem, in perpetuum, intelligitur excluſio ſine temporis præfinitione, *l. Falſo*, *Cod. de Diverſis reſcriptis*, *l. Pure*, §. *Finali*, *ff. de Doli exceptione*, *cap.*2. *de hæreticis in* 6. ubi Archidiaconus dicit, quod ſignificat in infinitum, & verbum in fideicommiſſo appoſitum (ex quacumque cauſa quomodocumque, qualitercumque, &c.) eſt verbum generale, & comprehendit omnem modum quo ſuccedere poſſet fœmina, ut dicit Gloſſa *in Clementina* 2. *in verbo quomodolibet*, *de ſententia excommunicationis*, Soccin. *conſ.*15. *vol.*1. & dictio, *qualitercumque*, eſt univerſalis, *cap.*1. *de Clerico ægrotante*, *leg. Non ſolum*, *ff. de excuſation. tutorum*, Gloſſ. *in leg. Cum pœna*, *ff. de Arbitris*, per quem textum multa notat Alexander *conſ.* 102. *col.*1. *vol.*6. ergo poſita excluſione Magdalenæ à primo acquirente facta neque vigore Conſuetudinis poterit prætendere medietatem bonorum antiquorum ad quod rogo DD. judicantes recognoſcant illam Rotæ *deciſ.*102. *part.*2. Farinacii *ibi*, & ultimus moriens neque diſpoſitione legis, neque hominis aliquid relinquere tenebatur conſanguineo fideicommiſſo extincto: fuit ergo excluſa à principio data libertate alienandi ultimo morienti, ergo non habebit locum conſuetudo.

Probatur ſecundò, quia verba Teſtamenti ſunt intelligenda ſecundùm voluntatem Teſtatoris, etiamſi contigerit impropriari, Alvarodus *de conjecturata mente defuncti*, *lib.*4. *cap.*2. *num.*57. & *cap.*3. *num.*10. & 11. ubi citat text. *in l. Si non fuerit* 29. *ff. Pro ſocio*, Camillus Gallinius *de verb. ſignific. lib.*5. *cap.*17. *num.*91. Simon de Petris *de interpretat. ultim. volunt. lib.*1. *interpretat.*2. *dub.*2. *ſolut.*2. *numer.*25. & *ſeq.* Cardin. Tuſchus *tom.*8. *litt.V*, *concluſ.*95. & 96. & *concluſ.*111. qui enim facit actum, præſumitur illum ſecundum ſuam naturam facere, quod idem eſt ac in effectum facere ex *leg. Quæro*, §. *Inter locatorem*, *ff. Locati*, ubi promiſſio de non repellendo colonum intelligitur modo talis colonus rectè colat. Et debitam penſionem præſtet cum ea ſint de natura locationis, ſecundum quam locator non locaſſe præſumitur, *leg. Si ſtipulatus*, *ff. de uſuris*, *l.*1. §. *Si quis ſub conditione*, *ff. Vt legato nemine caveatur*, Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*38. Alciatus *regul.*3. *præſumpt.*32. Molina *lib.* 1. *de primogenitura*, *cap.*3. item Menochius *de arbitr. caſu* 99. & *lib.*6. *præſumpt.* 10. & ad ſalvandam voluntatem teſtatoris vel naturam actus etiam verba ſolent impropriari Regens de Ponte *conſ.*3. *à num.*62. Camillus Gallinius *lib.*5. *de verb. ſignific. cap.*17. *num.*92. latiſſimè Caſtill. *tom.*5.

tom.5. part.1. cap.86. per totum, unde Decianus *consil.20. à numer.45. lib.4.* ait quod dispositio quæcumque licet generalis restringitur ad naturam actus cui adjicitur per text. *in leg. Si uno, ff. Locati, & leg. Damni, ff. de damno infecto*, & hoc infert, quod si alicui sit concessa licentia testandi, intelligitur dummodo testetur secundum legis communis solemnitatem, *leg. Si quando, ff. de inoffic. testamento, & etiamsi impropriianda essent verba*, & operari semper debent aliquid, ut latè Capanus *de fideicommisso masculino, art.1. à principio*, ergo cum verba primi fideicommittentis fuerint excludere filias proprias, & alias fœminas ex suis filiis nascituras quibus de congrua dote providit eas esse semper exclusas, signum evidens est dedisse ultimo morienti amplissimam facultatem disponendi, quo casu consuetudines non habent locum.

32 Probatur tertiò, ex Molfesio *part.2. de bonis, quæst.13. num.3.* dum ait quod bona quæ ab aliquo quis habet sui contemplatione dicuntur noviter quæsita nec sunt subjecta consuetudini, quod idem *num.50.* dicit, quod si aliquis ob particularem aliquam affectionem bona ab aliquo haberet, non dicerentur antiqua, nec subjecta Consuetudini, idem si
33 propter benemerita vel si haberet aliquis bona ab aliquo consanguineo titulo oneroso, vel lucrativo, & adesse pactum, ut posset ad libitum alienare, tunc enim si bona non sint antiqua in donante, sed noviter quæsita, tamen quia donatario donavit cum pacto ut possit libere disponere, non habent locum Consuetudines in donatario, seu ultimo possessore, quia primus ille acquirens potuit legem apponere, quam volebat concedendo licentiam alienandi, ut in simili dicimus de fratribus seipsis dividentibus si divisione apposuerunt pactum, ut bona divisa ad libitum possent alienare, Molfesius *part.2. quæst.14. numer.4. & seq.* Ergo cum fideicommissum disponens ob particularem affectionem ad primogenituram, & filios masculos reliquerit bona sua non subjiciuntur consuetudini, & quia fideicommisit, duo oriuntur unum expressum scilicet prohibitio alienandi, alterum tacitum, quando à primo disponente dependet, scilicet libertas alienandi in ultimo moriente, sed quando adest talis licentia nullus dixit esse subjecta bona consuetudini; ergo in præsenti id prætendere aereum est.

34 Probatur quartò, ex solemni Theorica, Tiraquell. *de retract. lignagier. §.32. numer.43.* ubi quærit si aliquis emit fundum ab eo, cui ab intestato esset successurus, & postea eum fundum alteri vendidit, an habeat locum retractus, ut scilicet consanguineus possit illum ab emptore retrahere, & relata opinione, Joann. Fabri dicit non habere locum, quia non censetur acquisitivum, quam Fabri sententiam Tiraquell. *numer.46.* ait applicandam in eo quod donatur, vel legatur alicui qui successurus est, & tandem *numer.48.* aliter tenet in emente, sed Fabri opinionem approbat in donatione, vel legato aliquid accipiente, vel alio quovis titulo, & ideò idem Tiraquell. ubi supra, *numer.51.* ait quod donatum est ab eo cui successuri sumus, obtinet vim Patrimonii pro ea parte cui illi successimus, nisi aliter fuerit à donante declaratum, ut habeat vim acquæstus: nam tunc censebitur acquæstus non Patrimonium, dummodo talis esset res donata, de qua donans potuisset liberè disponere ad commodum sui hæredis, cujusmodi sunt acquæstus, quos ex nostra privata consuetudine quis potest donare quibuslibet etiam sui hæredibus. Unde cum jus ei sit liberè disponendi de hujusmodi acquæstus potest eam legem, quam vult in eorum donatione apponere *l. videamus, §. jurare, ff. de in litem jurando*; & proinde, ut id quod antiquum est novum facere, quantum ad vim, effectum, &c. quam Tiraquell. doctrinam sequitur in materia nostrarum consuetudinum Camillus de Medices *consil.162. à numer.9. cum seqq.* Ergo hoc est, quod ait Rota *d. decis.103.* apud Farinacium *part.2.* ubi Domini de Rota dixerunt, quod ultimus moriens neq; ex dispositione legis neque hominis debet aliquid agnatis relinquere quando ex extinctione fideicommissi potest liberè disponere ultimus moriens.

35 Probatur quintò, ex decisione Domini Franchis 4. *num.17.* qui post Decium *in l. fin. columnn.3. notabili 3. C. de pactis*, ait quod stante statuto Senis existente prohibente mulierem habentem filios ultra quartam partem bonorum alienare, quod tale statutum non habet locum in bonis acquisitis, vel relictis mulieris cum licentia, & potestate alienandi, quæ decisio pluries fuit practicata in materia consuetudinum hujus Civitatis Neapolitanæ prohibentium alienationem bonorum antiquorum, & idem de clausula ad habendum, faciendum, &c. Vivius *opinion.790.* qui ad hoc allegat, Francum *d. decis.4. numer.38.*

Et hoc est quod D. meus Regens de Marinis *tom.2. capit.56. num.18.* dicere voluit, dum ait, ex quo publicè in testamento donans declaraverat bona, de quibus agebatur, ita donasse, ut persona cui donaverat potuisset de bonis donatis tam in vita, quam in morte liberè disponere, & prout illi pro voluntate, & arbitrio melius videbatur intrare dixit doctrinam supradictam: ut dispositio consuetudinum cesset prorsus, quando ita ab agnato donatur, ut possit donatarius de re donata liberè disponere, ad quod plures allegat, & est videndus Thorus *part.3. sect.2. in verbo, Mulier an possit.* 36

Et Regens Rovitus *consil.94. à numer.9. cum seqq.* ibi, quia patet acquirens voluit acquirere in beneficium filiorum secundi matrimonii tantùm; non autem in beneficium filiorum primi matrimonii, ideòque ut ipse voluit acquirere si sit successio non obstante consuetudine; ergo secundùm Dominum Rovitum, ubi est voluntas acquirendi, vel transferendi liberè cessat consuetudinaria successio: cum enim consuetudines nostræ Civitatis non sunt propriè consuetudines, sed pacta Civium ut ex multis probat Joannes Andreas de Georgio *allegat.23.* Molfesius *ad consuetud. quæst.24. par.2. in tit. de bonis*, Regens Rovitus *consil.98. & 99.* Reg. Capyc. Latro *decis.35. per totam*, ideò sequitur, quod vigore fideicommissi, & prohibitionis expressè de non alienando censetur data facultas, & libertas disponendi liberè ultimo morienti, ut dicunt omnes supra citati in materia extinctionis fideicommissi; ergo non habent locum consuetudines data libertate alienandi ultimo morienti. Etenim bona exierunt à primo fideicommittente Fabio, ab omni consuetudine vigore fideicommissi, nunc quando pars supponit, quod in consuetudinem oportet assignare causam ingressus, quæ nulla poterit assignari, immò contraria vigore dictæ facultatis alienandi, & hoc est, quod Domini de Rota dixerunt, ubi supra, quod data extinctione fideicommissi in ultimo moriente, neque ex lege, neque ab homine censetur obligatus ultimus moriens aliquid disponere. 37 38

Et licèt per additionem factam vigore fideicommissi dicantur bona gravari; non tamen perdunt nomen, quin etiam dicantur bona primi acquirentis, ut bene Francus *decis.88. col.3. numer.6.* Ruinus *consil.58. vol.5.* & Præs. de Franchis *decis.307. numer.10.* & ut benè Zasius *in l.1. §. veteres, ff. de acqu. possess.* quoad originem, & titulum; ita qualitas in æternum non cessat, nec amittant qualitatem, quod in eis sorores succedere possint alias enim quando testator sic prohiberet non esset dare casum validum prohibitionis, quia si per additionem bona dicuntur hæredis semper is, qui est prohibitus succedere in bonis testatoris admitteretur, quia diceretur succedere in re hæredis non testatoris, quia hæc prohibitio necesse est, ut operetur post mortem testatoris prohibentis & ante operari non potest, & moreretur talis prohibitio eodem contextu cum testatore, & jura supra allegata procedere, non possent, & est impossibile quod desistentia, & actus principium, dentur eodem instanti, Angel. *in l. quamvis, §.1. ff. de acquir. poss.* quem sic declarat Tellius Fernandez *in l.17. Tauri, num.39. vers. Videtur* animadvertendum quemadmodum non potest considerari mora eo puncto quo quis obligatur *leg. qua dicimus, ff. de solut. l. promissio, ff. de constitut. pecun.* 39 40

Probatur sextò, quia licet bona sint hæredis ultimi morientis, quia tamen testator fideicommittens voluit, ut considerentur, ut bona propria sua non procedit text. *in d. §. veteres, nec glossa, in l.1. C. de elig. hæred.* quæ non procedunt quando apparet de voluntate contraria quæ colligitur ex dictione in perpetuum, in infinitum, &c. ut bene Præs. de Franchis *d. decis.307. num.12. prope medium.* 41

Neque dicas cum Soccino *in d. §. veteres, colum.3. vers. Et placet*, dum dicit generalia illa verba comprehendere jus de præsenti non autem de futuro. 42

Respondeo quod hoc non procedit stante natura dictarum dictionum, de quibus Gratus, & alii apud Barbosam de dictionibus, nec etiam procedunt quando is qui excluditur de præsenti nullum jus habet in bonis exclusis, ut est in præsenti in quo soror nullum jus habet in bonis fratris & regula *d. §. Veteres*, & Gloss. *in d. l.1.* non procedit in casu nostro, ubi cum prohibitio habeat tractum successivum, quod idem Soccin. dicit *cons.228. vol.2.* & sequitur Franch. ubi suprà, *numer.13.*

43 Probatur ultimò, quia text. *in dict.* §. *Veteres*, non procedit quando quis gravaretur restituere hæreditatem, quia propter gravamen adhuc diceretur hæreditas gravantis, Jason *in dict.* §. *col.8. vers. Ego respondeo*, *nu.19.* Unde cum in casu de quo agitur virtute Consuetudinis Neapolitanæ, bona antiqua, quæ remanent tempore mortis debent devenire ad proximiores pro medietate, quando quis decedit testatus, & sic sunt subjecta huic restitutioni non potest dici quod omninò sunt effecta bona ultimi morientis hæredis gravati, quod etiam apparet quia hypotheca quam habet hæres, in bonis defuncti, cui virtute Consuetudinis Neapolitanæ succedit non confunditur, ut decisum per S. C. refert Capyc. *decis.*195. Riccius ad Franchum *decis.*307. qui plura refert, si ergo essent alteri restituenda non haberet locum Consuetudo, ergo, quia liberè possunt ab ultimo moriente alienari, non habebit locum Consuetudo, ergo dum D. Magdalena venire vult ad bona Fabii Junioris ultimi morientis virtute Consuetudinis Neapolitanæ, quæ ei defert talia bona, ut bona antiqua, quæ eo modo pervenerunt nunc, quod ea petit succedit virtus prohibitionis factæ per testatorem, qui disposuit, quod in eis semper, & in perpetuum ex quacumque causa quomodocumque, &c. sorores aliquid habere non possint, ut bene Franchus *dict. decis.* 307. *in fine*, ergo hoc est, quod Rota Romana dixit, ubi suprà, scilicet ex dispositione legis, vel hominis non posse nec teneri aliquid relinquere ultimum morientem sororibus, &c.

44 Nulla etiam est habenda ratio decisionis in causa Hieronymæ Petræ, de qua supra, quæ licet fuisse exclusa à successione bonorum antiquorum vigore fideicommissi per quondam Julium Petram facti, obtinuit tamen pro bonis antiquis. Respondeo enim primò, quod in illa causa non fuerunt hæc ponderata pro parte Hospitalis. Secundò respondeo, quod in illa decisione adhuc pendet reclamatio, ut testatur D. Scipio de Martino Dominus meus singularis, qui fuit advocatus in ea causa, & sic numquam dici decisionem, quia per reclamationem est suspensa, &c. Et sic scripsimus hodie 7. Januarii 1665.

Quia verò in hac eadem causa scripsit Doctissimus Dominus meus tunc Advocatus primarius, nunc dignissimus, & integerrimus Dominus Consiliarius; ideò honorari volui ejus doctissima allegatione, quæ sequitur.

DISCEPTATIO CLXV.

FACTUM, ET JUS, PRO Illustriss. Ducissa Apellusiæ, CUM Domina Magdalena Ricca.

COMMISSARIUS Illustriss. Marchio Oliveti Reg. Consiliarius.

Marcellus Figliola Act. M.

1 LA Signora Maddalena Ricca figlia di Gasparo Ricca, nell'anno 1631. a' 14. di Febraro dimandò nel S. C. che se li desse la portione virile, ò saltim la dote di paraggio, overo la legitima, una con li frutti; e di più dichiararsi spettarli le portioni delli fratelli morti per l'arbitri eligendi, & interim, che se facesse il sequestro, e liberarsi duc. 1000. fol.1. processi. current.

2 Questo giuditio non se proseguì, perche passò Albarano trà essa, & il Duca dell'Apellosa suo fratello, nel quale fù convenuto, che detto Duca assegnasse à Maddalena (senza farsi pregiuditio alla dimanda fatta nel S. C. nè ad esso Duca) annui ducati 250. da esigersi d'alcuni censi, & affitti, promettendo detto Duca, che quando non li potesse esigere, di farli buone le quantità, che non potesse esigere; mà che lei li possa costringere a sue spese, con prometterli di darli habitatione nella casa, dove habitarà esso Duca, vitto, servitù, con tutte le commodità, come se conviene a sorella, fol.73. con descriversi li censi, & affitti assignati, d. fol.73. à tergo qual Albarano stà riconosciuto da essa Maddalena, fol.69.

Del detto assegnamento ne stà in possessione d'esigere, come l'hà dichiarato, d. fol.69. e da tempo sempre hà habitato con il Duca, e ricevuto l'alimenti, e servitù, *in eod.* fol.69.

E che hoggi anco hà l'habitatione, vitto, e servitù nell'istessa casa dopo la morte del Duca, lei medesima lo confessa con comparsa per lei presentata, fol.77. precedente decreto, fol.76.

Dopo la morte del Duca, che succedè a' 12. Decembre 1662. fatto il testamento, instituì herede usufruttuaria tantùm la Signora Felice Maria Piscicella Duchessa dell'Apellosa sua moglie, e dopo la sua morte, nell'istesso usufrutto, chiama la Signora Lucretia Ricca sua sorella, vedova del quondam Cola Maria Piscicello, e dopo la sua morte nella proprietà, & usufrutto, instituisce herede il Signor Fabio Capece Piscicello, figlio di detta Signora Lucretia, e suo nipote, e dopo chiamò li figli mascoli con altre sustitutioni, fol.....

Dichiarò in detto testamento, che hà preteso, e pretende, che il fideicommisso ordinato da' suoi antecessori, sia estinto nella persona sua, che perciò li sia lecito potere liberamente disponere. Per tanto ordina, che se con effetto detto fideicommisso è estinto, e che non possa succedere detta Maddalena Ricca sua sorella, in tal caso vuole, che detti suoi heredi siano tenuti pagare a detta Maddalena annui ducati 500. durante sua vita tantùm, & in caso, che volesse stare unita con la detta Duchessa, Lucretia, che se li dessero solamente annui ducati 300. l'habitatione, & alimenti necessarii, e che possa disponere d'anni due dalli detti annui ducati 500. e che detto legato habbia l'effetto, quando detto fideicommisso è estinto, e s'intenda oltre di quello, che tiene assegnato in virtù d'Albarano, d. fol....

Seguita la morte del detto Duca, la Signora Maddalena hà dimandato nel S. C. nell'anno 1663. dichiararsi spettarli il fideicommisso ordinato da quondam Fabio Ricca seniore, la metà delle robbe antiche, la portione virile nelle robbe materne, ò saltim la dote di paraggio, & anco ducati 3000. donateli da detta sua madre Paola di Mari, il legato di ducati 500. lasciatoli dal Duca, in caso, che non fosse ammessa al fideicommisso li mobili lasciateli dal detto Duca, dimandò l'immissione, *& interim fieri sequestrum*, e liberarseli ducati 4000. fol.7.

S'è fatta instanza farsi detta liberatione, fol.62. non potendosi fare, nè d'immissione per il fideicommisso, nè delle robbe antiche, nè altro, dovendosi dare il termine, e compilarsi il processo, essendosi opposte l'eccettioni in forma, nè queste petitioni se possono determinare senza compilatione di processo.

Per ottenere detta liberatione s'è forzato mostrare qualche rastro di giustitia.

Dice prima, che lei è chiamata nel fideicommisso fatto da Fabio seniore suo Avo, il quale ordinò una primogenitura, e che essa hoggi sia la primogenita, è però capace del fideicommisso, e primogenitura.

Per risolvere questa pretensione del fideicommisso, s'hà da ponderare la dispositione fatta da Fabio nel suo testamento presentato nel processo del secondo volume, fol.114. dal quale appare la manifesta esclusione delle femine, omninò, e sempre.

Fabio Ricca dunque lasciò herede nell'anno 1580. Gasparo Ricca suo figlio primogenito, fol.114.

A tre altri figli mascoli, cioè Lucio, Gio: Vincenzo, e Gio: Battista, li lasciò ducati 7000. per ciascheduno, *eod.* fol.114.

Soggiunge *eod.* fol.114. à tergo, *vers. Item ordino, litt. A.*

Verba testamenti Fabii senioris.

Item ordino, e voglio, & espressamente comando, che la massaria mia grande di moja mille in circa descrive li confini, la quale massaria, seu territorio descritto, e confinato con ogni loro ragioni, fabriche, nullo modo, nullo unquam futuro tempore, *in tutto, overo in parte, se possa per detto Gasparo, suoi heredi, e successori descendenti,* ut infrà respectivè, *vendere, alienare, censurare, donare, dare in dote, nè altrimente trasferire, nè obligare con*

con patto de retrovendendo, nel fine per qualsivoglia urgente, & urgentissima causa, civile, ò criminale, etiam per redentione de mano de cattivi, ò altra qualsivoglia causa, cognita, vel incognita, & penitùs ignorata, cognita, & incognita, etiam se fosse tale, della quale bisognasse forse expressa, e spetiale mentione. Ita, che il detto Gasparo, e suoi descendenti primogeniti, e loro successori, & heredi in perpetuum & in infinitum, *s'intendano, e siano miei possessori, e usufruttuarii* tantùm *de detta massaria, con case, e selve,* ut suprà *consistente, e li predetti descendenti legitimi, e naturali* in perpetuum, *non vengano alla successione di detti beni, come heredi di detti heredi, mà come successori miei,* ac si particulariter, & distinctè *fossero per me nominati, si come nomino, & sustituisco miei heredi, e successori,* ut infrà *per ogni miglior via che posso, e voglio, perche la mia volontà, e totale intentione è, che detta massaria con case, selve, e terre, sia inalienabile, e che* in perpetuum, & in infinitum, *con gratia di N.S. Iddio, siano delli primogeniti di casa Ricca, descendino dal predetto Gasparo, e suoi heredi descendenti* in infinitum, *e dove il predetto Gasparo venisse a morte senza figli mascoli, in tal caso voglio, che in detta massaria succeda, debba succedere il predetto Lucio mio figlio secondogenito, e suoi primogeniti* in infinitum, ut suprà, *e dove il predetto Lucio non facesse figliuoli mascoli, in tal caso in detta massaria con case, e selve,* ut suprà *consistente, debba succedere il predetto Gio: Vincenzo mio figlio terzogenito, e suoi primogeniti,* ut suprà; *E caso che il predetto Gio: Vincenzo venisse a morte senza figlioli mascoli legitimi, e naturali, in tal caso voglio, che in la predetta mia massaria con case, e selve,* ut suprà *consistente, debba succedere il predetto Gio: Battista mio figlio quartogenito, e suoi figli primogeniti* in infinitum, ut suprà, *quali similmente siano, e debbano essere miei possessori, & usufruttuarii tantùm della predetta mia massaria*, ut suprà *consistente*, ad benè utendum, & uti fruendum, & benè gubernandum *la predetta massaria, con case, e selve,* ut suprà, *consistente in tutto, overo in parte, voglio, che quello che contravennerà sia privato di detta massaria, ò di quelle parte, che alienasse, e quella in caso predetto ceda in beneficio del predetto Lucio, e suoi primogeniti, e contravenendo l'uno, e l'altro, ceda in beneficio del terzogenito, e suoi primogeniti, e tutti tre contravenendo, ceda in beneficio del detto Gio: Battista quartogenito, e suoi primogeniti, & altri descendenti di Casa Ricca,* ut suprà, *osservando la predetta mia volontà*.

In casu contraventionis vocat nonnullas Ecclesias.

E quando tutti s'accordassero insieme, e contravenissero alla presente mia dispositione, in tal caso la predetta massaria con case, e selve, ut suprà, *consistente in tutto, ò in parte, che s'alienasse,* ut suprà, *ceda in beneficio della Venerabile Ecclesia, & Ospitale di S. Maria Annuntiata di Napoli, la quale in detti casi la instituisco herede in la predetta massaria, ò parte d'essa alienanda,* ut suprà, *con conditione, che li Signori Maestri di quella, non possano in modo alcuno consentire a qualsivoglia alienatione, overo obligatione facienda per li predetti miei figli, ò alcuni di loro, ò loro heredi, e successori,* ut suprà in perpetuum. *E quando detta Ecclesia, e Signori Maestri di quella consentissero, ò s'accordassero con essi per qualsivoglia causa, in tal caso, la predetta massaria con case, e selve, ò parte di essa*, vel aliter alienanda, *succeda, e debba succedere il Rever. Collegio del Giesù di questa Città di Napoli, quale in detto caso similmente instituisco herede particolare alli predetti beni alienandi*, ut suprà, *dicto fol.* 114. *a ter. litt. A.*

15 Volendo provedere alle tre sue figlie femine, li lascia ducati 4400. per ciascheduna, con facoltà, che detto Gasparo possa aggiungerli quella quantità de più, che li parerà, e che debbano renunciare in beneficio del predetto Gasparo in ampliffima forma ad consilium sapientis, v3.

A Portia, fol. 116.

A Diana, fol. 116.

A Camilla, fol. 116. a tergo.

16 Volse anco provedere alle figlie femine descendentino da detti suoi figli mascoli, e però ordinò un moltiplico, dal quale se dessero per ciascheduna figlia femina, in sussidio delle loro doti duc. 3000. fol. 117. à tergo *litt. C.*

17 Dovendosi dunque trattare l'esplicatione della provista dimandata *in causam declarandam*, s'hà da vedere quale è la causa *in quam fieri potest provisio*.

Quattro cause se proponino dall'attrice.

La prima, è del fideicommisso che pretende spettarli.

La seconda, delle robbe antiche.

La terza, del paragio.

La quarta, è la donatione fattali dalla madre di ducati 3000.

In quanto alla prima del fideicommisso, non può l'attrice haver ombra di giustitia, non essendo in quello chiamata omnino; e però per adesso si discorrerà brevemente, per mostrare un rastro di giustitia, la quale quando s'haverà da trattare in petitorio, se ragionerà più largamente. 18

La dispositione di Fabio fideicommittente è molto chiara, dalla quale se dimostra l'esclusione delle femine. Mentre tanto nel particolare fideicommisso, ordinato della massaria, e selva, fù chiamato primo loco Gasparo figlio primogenito, quanto nella sustitutione, sono chiamati li primogeniti mascoli di Gasparo, & in difetto Lucio, e li suoi primogeniti mascoli, & in difetto Gio: Vincenzo, e li suoi primogeniti mascoli; e mancando, chiama Gio: Battista suo figlio quartogenito, e li suoi figli primogeniti mascoli. E chi dunque può dubitare, che le figlie femine non siano escluse.

Semper quod vocantur masculi, fœminæ sunt exclusæ, nec possunt umquam pretendere admissionem ad fideicommissum, licet quando vocati sunt filii simpliciter fœminæ etiam admittuntur ex iis, quæ tradit Fusar. *quæst.* 311. ubi hoc limitat, quando sunt vocati masculi, *numer.* 10. & subdit, quod verba sunt clara, & pro authoritatibus, & fundamentis remittit se ad dicta *in q.* 402. in quo articulo postquam formavit quæstionem, utrum filia fœmina faciat deficere conditionem fideicommissi, si sine filiis, vel liberis decesserit. Pro solutione proposuit plures casus, & in primo casu *num.* 1. quando agitur de conditione expressa, & tunc fœmina faciat deficere conditionem. 19

Quam conclusionem firmat *num.* 4. ut illa non procedat quando testator instituit duos filios, etsi alter sine liberis decederet, substituit alterum, & eorum filios masculos. 20

Secundò limitat, quando fuisset dictum si sine filiis masculis decesserit, & tunc fœminæ non succedunt, ex communi omnium interpretum *num.* 5. 21

Tertiò limitatur, quoties testator habens filios masculos, & fœminas, & masculos instituit hæredes, fœminis autem reliquit dotes, vel eas in re particulari instituit, eamque confirmat per novem rationes, & cum authoritatibus DD. in multo numero, tam in lecturis, quàm in tractatibus consiliis, & in judiciis, ut *num.* 5. *usque ad numer.* 17. eamque veriorem appellat *in num.* 27. Fusar. *q.* 402. 22

Ratio est, quia per illam provisionem factam fœminis censetur ab aliis bonis excludere, Bald. *in l. in multis, de stat. hom.* Zanch. Gabr. Soccin. Menoch. & Cephal. quos allegat *d. q.* 611. *num.* 95.

Quartò limitat, quando extat statutum exclusivum; *numer.* 61. *q.* 402. 23

Quintò limitat, quando progressus testator ad plures gradus substitutionis, semper vocando masculos, (in perpetuum, & in infinitum) *q.* 402. *num.* 97. 24

Sextò limitat, quando adesset prohibitio alienationis, *num.* 110. *q.* 402. 25

Septimò limitat, quando testator instituisset primogenituram: nam tunc fœminæ non sunt vocatæ, *numer.* 113. *q.* 402. 26

Octavò limitat, quoties testator constituit differentiam inter masculos, & fœminis, ita ut separatim sit facta mentio utriusque sexus, *num.* 115. *q.* 402. 27

Quodque maximè procedit, quando filios masculos nominibus propriis vocavit, ex Gloss. & aliis defendit Fusar. *q.* 311. *num.* 27. 28

Nonò limitatur, quoties fœminis specialiter est provisum, Bald. & alii, quos sequitur Fusar. *d. q.* 311. *num.* 95. 29

Quæ provisio non fuit facta stantibus masculis, ut pars autumnat illa provisio fuit perpetua, & non temporalis; nec allegata conventio cum Gubernatoribus A. G. P. hoc demonstrat: nam solutio facta per dictos Gubernatores fuit facta pendente compromisso, non quia sit declaratum fœminas non adesse, & sic in vanum illa allegatur.

Decimò, quando filiis fœminis reliquit dotem, Fusar. *q.* 402. *num.* 107. 30

Hæ omnes limitationes loquuntur specificè in hac causa. 31

32 Primò enim verificatur in illa parte testamenti, in qua semper masculi sunt substituti.

33 Secundò, quia tam filii masculi sunt instituti, quàm masculi substituti.

34 Tertia, nona, & decima, quia non solùm filiabus propriis dotem reliquit, *numer.*15. sed aliis filiabus descendentibus à masculis specialiter providit de Monte, ut *numer.*16.

35 Quinta verificatur ex pluribus gradibus substitutionis semper vocando masculos, *d.num.*14.

36 Sexta, adest prohibitio alienationis in amplissima forma, *num.*14.

37 Septima verificatur, quia adest primogenitura erecta in perpetuum, & in infinitum, *d.num.*14.

38 Octava applicatur, cum loquendo de filiabus, ipsis providit de dote, & Monte, masculis de primogenitura, *num.*14.

39 Doctrinæ quos adversus proponit non sunt applicabiles, ut fol..... appellatione filiorum veniunt fœminæ, ne pariter appellatio liberorum, descendentium, primogenituræ, illæ procedunt, quando non sunt vocati masculi, quando masculi non sunt instituti, vel substituti, vel quando filiabus providit, & separatim est facta mentio utriusque sexus, & solos masculos vocavit. Item quando non adest prohibitio alienationis, & non concurrunt aliæ limitationes, ut supra fideliter applicatæ ad hanc causam.

40 Additur etiam, quod in casu contraventionis, neque vocavit fœminas, sed Hospitale A. G. P. vel Collegium Societatis Jesu, quod maximopere influit ad fœminarum exclusionem: nam si vocavit extraneos, ergo voluit excludere fœminas.

41 Quod confirmatur ex eo (& hæc est responsio ad æquivocum, quod in principio non vocavit masculos, sed successores, & descendentes) quia apposuit dictionem (ut infrà) nam ista dictio non complet orationem, sed complere indicat, & relationem habet ad inferiùs dicenda, & secundùm ea regulatur, Paris. *consil.*98. *num.*22. *vol.*1. Roland.*consil.*34.*numer.*27.*tom.*4.Menoch.*consil.*86.*numer.*9.*&* 71.Steph.Gratian.*discept.forens.cap.*575.*numer.*28.Barbos.*de dictio. in dict.*161. *numer.*10. & operatur, ac si omnia nominata, & scripta fuissent, Bertazzol. *de clausul. instrum. claus.*4.*gloss.*3. *numer.*2. Cum ergo testator volens vocare masculos incepit à proœmio dispositionis faciendæ; dicit Primò, quod dicta bona non possunt alienari per dictum Gasparum, & ejus hæredes, & successores, & descendentes, ut infrà: hæc dictio refertur ad verbum hæredum, successorum, & descendentium, cujus explicationem, qui scilicet sint isti hæredes, successores, & descendentes. Item subdit: *Che detti heredi, successori, e descendenti, siano chiamati da esso Testatore.* Et repetit eamdem dictionem, ut infrà, incipit declarare, qui sint isti hæredes, successores, & descendentes, ibi: *E dove il predetto Gasparo venisse a morte senza figli masculi, in tal caso succeda Lucio, e suoi figli primogeniti*, ut suprà, *e dove il predetto Lucio non facesse figli masculi, succeda Gio: Vincenzo, e suoi primogeniti, e caso, che detto Gio: Vincenzo morisse senza figli masculi, succeda Gio: Battista, e suoi primogeniti* in infinitum, ut suprà.

42 Non potest igitur dubitari, quia masculi semper in perpetuum, & in infinitum sint vocati, nec ex illis verbis, hæredes, successores, & descendentes, includi possunt fœminæ, dum non perfecta oratione reservavit explicationem, qui sint hæredes, successores, & descendentes, & ideò dixit, ut infrà postea vocat masculos; ergo illi hæredes, successores, & descendentes sunt jam explicati qui sint masculi.

43 Et dum sunt vocati masculi pluribus vicibus in eadem oratione, & in eodem capitulo inseparabili explicata remanet qualitas masculinitatis, ita quod si verbum hæredes, successores, & descendentes sunt masculi, & non fœminæ. Nam si Doctores dicunt, qui in una parte testamenti sint vocati masculi, semper masculi sunt vocati, adhuc qui in alia parte testamenti non sit expressa qualitas masculinitatis; in quo puncto licet sunt duæ opiniones contrariæ, ut prima concludat fieri repetitionem, quia una pars testamenti alteram declarat, ex *l. qui filiabus, in princ. & l. si servus plurium, de leg* 2. Altera opinio fuit, quod non censeatur repetita ista qualitas masculinitatis, de quibus penes Fusar. *quæst.*403. *num.*1. *&* 6. Ista contrarietas abest, quando in una eademque parte testamenti, & oratione masculinitatis qualitas fuit expressa, & simul fuit facta mentio de filiis simpliciter, & prima opinio absque difficultate, procedit, ita ex Cuman. Curt. Socin. Sen. Corn. Dec. Curt. jun. Ruin. Paris. Silvan. Gozad. Rubeus Alexandri, Thob. Rolandus à Vall. Ceph. Hippolit. Rimin. Vegg. Socc. jun. Zuccard. Menoch. Peregrin. Surd. Anchar. jun. Odd. Præt. Trentacinq. Intrigl. Barz. Rustic. Molin. concludit Fusar. *dict. quæst.*403. *num.*8. ubi DD. allegati testantur, de magis communi, & veriori sententia. Assignant rationem ob vim copulæ, cujus natura est copulare, & exequare omnia copulata, Peregrin. *consil.*40. *numer.*13. *in med. lib.*5. Menoch. *cons.*185. *num.*6. ubi alios congerit. Alia ratio assignatur, quia eadem viget ratio, tam in filiis, quàm in filiorum filiis, Trentacinqu. & alii allegati per eumdem Fusar. *numer.*9. *&* 10.

At si hoc procedit, quando simpliciter est facta mentio filiorum in eadem parte testamenti, & oratione fortiùs militabit conclusio, quoties testator in mentione filiorum, hæredum, successorum, & descendentium, reservavit explicationem per dictionem (infrà) cum illa mentio circa expressionem hæredum, successorum, & descendentium, non erat completa, sed fuit completa infrà; meritò testator dixit, ut infrà. Infra verò explicavit masculos primogenitos in perpetuum, & in infinitum, ut diximus suprà, *numer.*41. 44

Corroborantur, quia quando sumus in eadem oratione, non datur priùs, vel posteriùs, cum tunc priora insunt posterioribus, & posteriora insunt prioribus; ad tradita *in l. contractus*, ubi Bart. *C. de fid. instrum.* per Cagnol. *in l. lecta num.*157. *ff. si cert. petat. & ad l. Aurelius*, §. *idem quæsiit, ff. de lib. legat.* Gratian. *c.*259. *tom.*2. 45

Confirmatur prædicta, quando sæpiùs est facta mentio masculinitatis, Fusar. *num.*18. latè fundat. 46

Item quando inducitur conservatio familiæ, quæ inducta dicitur ex vocatione primogenituræ, ex vocatione masculorum, ex prohibitione de non alienando, semper repetitio fieri debet; Fusar. *num.*12. Et quod ex istis qualitatibus conservatio familiæ inducatur, optimè, & acerrimè fundat Ludovic. Molin. *de Hispan. primogen. lib.*3. *c.*5. *in fin. vers. Ex quibus ubi optima additio limæ*, alios cumulant Ludovic. Cassan. *consil.*4. *ex num.*257. & Castill. Sotom. *quotidian. controv. lib.*5. *p.*2. *c.*92. *numer.*4. *cum seqq.* 47

Sunt, & aliæ limitationes, quæ pro nunc omittuntur, cum non agatur de causa principali, de quibus per eodem, Fusar. *ead. q.*403. 48

Ad authoritatis Marthæ *in* 1. *part. artic.*2. *num.*15. Respondetur Martam, non usum fuisse hac distinctione, si in parte superiori, vel inferiori, mentio masculorum sit facta. Sed is simpliciter concludit, quoties est facta mentio masculorum in una parte testamenti, semper intelligitur repetita illa qualitas. Item non loquitur quando in una oratione est facta mentio de filiis, & de masculis, & eò fortiùs, quia testator sic se explicavit per dictionem, (ut infrà,) ut *num.*41. Peregr. *alleg. art.*25. *numer.*48. nec loquitur cum hac distinctione, nec in unica oratione, cum dictione, (ut infrà,) immò se remittit ad *num.*24. ubi loquitur de diversis capitulis, & non in eadem oratione. 49

Ex his sequitur, quod dum fœminæ sunt exclusæ remanent, etiam deficientibus masculis, ita in puncto Bart. *in l. cum Avus, ff. de condit. & demonstrat.* & ibi communiter DD. Capr. *consil.*8. Dec. *consil.*182. Ruin. *cons.*168. *numer.*15. *lib.*5. Hieronym. Gabr. *cons.*132. *qu.*5. *lib.*1. Menochius *cons.* 904. *num.*11. *&* 18. *& cons.*1111. *numer.*19. *& de præsumption. lib.*4. *præsumpt.*89. *numer.*97. Peregrinus *consil.*9. *lib.*4. *& in tract. de fideicomm. artic.*27. *num.*21. Ratio est, quia dum masculi sunt vocati, fœminæ sunt exclusæ, ex regula *leg. Cum prætor, ff. de jud.* alios adducit Menochius *cons.*1099. *num.*20. facit etiam, quia semel exclusus dicitur perpetuò exclusus, *cap.*1. §. *Quin etiam Episcop. vel Abbat.* ubi Isern. Bal. Alverat. Præposit. & Afflict. Bart. *in leg. ult.* §. *Quando, num.*2. *ff. ad S.C. Tertull.* Bal. *in l.*2. *numer.*7. *Cod. de liber. præterit.* ubi Castrens. Afflict. *in cap.*1. §. *Filiæ, de success. feud.* Castrens. *in cons.*159. *num.*30. *lib.*2. Alex. *cons.*20. *num.*7. *lib.*1. Socin. Sen. *cons.*19. *num.*4. *lib.*1. Brun. *cons.*65. *num.*78. Paris. *cons.* 22. *lib.*1. *& consil.*72. *num.*79. *lib.*1. Dec. *cons.*307. *num.*5. Ricc. *cons.*9. *num.*6. *& cons.*16. *num.*60. *lib.*1. Soccin. jun. *cons.*110. *&* 114. *lib.*2. Menoch. *cons.*1152. *num.*2. *lib.*12. Peregr. *de fideic. art.*27. *num.*16. 50

Et in propriis terminis, quod vocatis masculis, fœminæ sint semper exclusæ, ita quod ultimus masculus possit extraneum hæredem instituere, stant infrascripti DD. maximæ authoritatis. 51

Steph.

52 Steph. Bertrand. *consil.*46. *num.*8. *lib.*1. ibi: *Ex præmissis infertur responsio ad primum quæsitum, quod filiæ, seu fœminæ fuerunt perpetuo prohibitæ, & repulsæ à successione prædictorum bonorum, etiam deficientibus masculis, ad quarum repulsionem etiam sufficeret, quod non fuerint invitatæ, aut substitutæ, attento quod ultimus masculus opportunè disposuit: & alius testatus est de dictis bonis, & quod facere proculdubio potuit, quoad dictas fœminas sibi non solùm non substitutas, sed ab hæreditate, & bonis dicti domini testatoris perpetuo repulsas.*

53 Jas. *in cons.*164. *lib.*4. qui scripsit in eadem causa, in qua consuluit Bertrand. ubi pro ratione dubitandi supponit, quod masculi erant vocati, in fœmina deficientibus masculis ad successionem admitti debebat, & concludit in dicta ratione dubitandi pro fœmina, ibi: *Unde ipsas potiùs admitti debet, quæ nunc ultima reperitur in dicta agnatione, quam præfatus Dominus Guillotus, qui est penitus extraneus;* deinde *num.*1. substituendo partes hæredis instituti ab ultimo masculo, subdit: *Sed istis non obstantibus breviter concludendum videtur, quod dicta Domina Margarita admitti de jure non possit*, quod latè prosequitur *in num.*2.

54 Bartholom. Soccin. *cons.*63. *à n.*12. *lib.*3.

55 Menoch. *cons.*940. *num.*52.

56 Thesaur. *decis.*63. *nu.*5. post Brunum, Joan. Camp. And. Gail. & Paris.

57 Peregr. *de fideicom. art.*27. *num.*16. *& num.* 20. cujus verba sunt: *Primus est cum Testator substituisset masculos, & hoc casu fœminæ absque dubio non comprehenderentur, ac ideo nunquam uti vocatæ succederent*, ex Bart. traditione *in l. cum Avus, ff. de condit. & demonstr.* communiter ibi recepta post multos quos allegat.

58 Joseph Sesse *in decis. Arag.*308. *tom.*3. *num.*9. ibi: *Prima sit ubicumque masculi simpliciter vocantur, vel contemplatur agnatio perpetuo, remanent exclusæ fœminæ, & idem si filii simpliciter vocentur, si illud verbum de filiis masculis intelligatur à statuto, vel dispositione: nam etiam tunc perpetuò sunt exclusæ fœminæ*, secundùm Peregrin. Molin. Menoch. Thesaurus, & alios supradictos.

59 Molina *de Hispan. primog. lib.*3. *c.*6. *num.*22. *vers.*8. ibi: *Octavo alia etiam, ac frequentissima regula occurrit in majoratibus Hispaniarum interpretanda, quod scilicet semel exclusit perpetuo exclusus censeatur; ita ut ulterius succedere non possit, quamvis ille, qui eum exclusit moriatur absque filiis, ac descendentibus. Ex qua regula plerumque scribentes dicere solent, fœminam semel exclusam, seu lineam semel exclusam, perpetuò exclusam censendam esse, ex decis.* Text. *à quo prædicta regula derivatur, in cap.*10. *§. quin etiam Episcopum, vel Abbatem, per quem Text. id notant multi DD. quos ipse allegat.*

Regens Rovit. *in cons.*94. *n.*16. 17. 18. *& seqq.*

60 Melch. Palacz Mieres *in tract. de Majorat. part.*2. *qu.*6. *n.* 44. ibi: *Cæterum, quod ubi fœminæ exclusæ sunt, non admittantur, etiam deficientibus masculis, ad quarum exclusionem, sufficit, quod non sint invitatæ, aut substitutæ*, tenet Stephanus Bertr. *in cons.*46. *n.*8. *lib.*1. ubi addit, *Quod ultimus masculus potest disponere tanquam de bonis liberis, de quo latius tracto in quarta parte hujus operis, q.*29. *ubi sequor sententiam Bertrandi, & veriorem credo.*

61 *In qua qu.*29. *quærit an bona majoratus prohibita alienari possint in extraneum hæredem transire, ubicumque non superest in rerum natura, aliquis de vocatis ad majoratum, in quo dico, quod si talis casus superveniat; bona remanent libera, & ultimus possessor majoratus, potest illa alienare, & hæredem instituere, quem voluerit*, l. qui solidum, §. prædium, *conjuncta Gloss. in verbo Extraneum hæredem, ff. de leg.*2. *l. cum Pater, §. liberis, ff. eodem, d. l. si Avia, C. de donat.* & tenet Bald. clarè *in d. l. per illum text. C. quando dies, leg. ced.* Jas. *in l. filiusfam. §. Divi, lect.*2. *lim. und. num.*81. *de leg.*1. & alii, quos referunt Peralt. *in l. unum ex familia, §. sed si fundum, n.*28. *de legat.*2. Greg. Lopez *in l.*2. *tit.*15. *in Gloss. in verb.* El mas propinquo, *in vers. Unde si aliquis, p.*2. Tiraq. *lib. de retract. §.*26. *Gloss.*1. *n.*8. Dec. *cons.*634. *nu.* 13. & 182. *n.*1. Bart. Soccin. *in consil.*113. *n.*6. *lib.*1. Goz. *in cons.*104. *n.*23. Paul. de Castro *cons.*453. *nu.*2. *lib.*1. Roland. *cons.*25. *n.*19. *lib.*1. D. Anton. de Padil. *in l. voluntas, n.*27. *C. de fideicommiss.* Rip. *resp.*81. *n.*13. *& resp.*179. *num.*19. *quæ conclusio est communis*, ut apparet ex relatis per dictos Doctores.

62 Et *in num.*2. subdit: *Hæc tamen conclusio procedere videtur, nisi supersit fœmina consanguinea descendens à primo institutore majoratus.*

Et *in eod. nu.*2. subdit: *Quam conclusionem latiùs fundavi, in* 2. *par. operis, q.*6. *in vers. Sed non ita urget, num.*20. *ubi dubitavi de quadam sententia* Bertrandi *in cons.*46. *num.*8. *lib.*1. *dicentis, quod quando fœminæ non sunt invitatæ, neque substitutæ, aut sunt exclusæ, ultimus masculus potest liberè de bonis disponere, & testari; quod etiam latè fundat* Jason. *in cons.*164. *num.*2. *lib.*4. *quod ultimus masculus de familia potest extraneum hæredem instituere, ex quo alius masculus de agnatis non superest. Idem in consil.*3. *lib.*1. *quam opinionem ego amplector, quia parum interest, quod testator habebat affectionem ad posteros, quamvis sint sexus fœminei in defectum masculorum, cùm eos minime vocaverit: imò excluserit, & non sufficit testatorem voluisse, nisi disponat, l. quidam cum filium, ff. de hæred. instit. de qua latius scripsi in* 2. *part. hujus operis, in princ. num.*8. *Imputet sibi testator, qui in defectum masculorum fœminas non vocavit, & fuit in culpa, quod propter proprium ipsius præceptum bona libera remanserunt. Et verificatur etiam ista conclusio ex l. commodissimè, ff. de lib. & posth. l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrim. & l. jus famil. C. de religiosis, & sumpt. fun. Et pro ista sententia etiam facit illa regula, quod substitutio, & fideicommissum habent locum, nisi in casibus comprehensis in substitutionibus, & semper potest dici de re, cum loquitur substitutio*, secundùm Joan. Andr. *in tit. de testam. §.*1. *vers. Occurrit, ad finem*, Oldrad. *in cons.*21. *ad quod alios authores retuli in* 2. *part. hujus operis, q.*6. *n.*88. *tamen istam ultimam sententiam in terminis nostris melius omnibus sustentat* Bartol. Soccin. *in consil.*63. *num.*12. *lib.*43. *& ad hoc etiam facit, quod scribit* Ripa *resp.*48. *num.*12. *ubi tradit, quod descendetium linea extincta jus patronatus, & Ecclesia efficitur libera, ut traditur in cap.*1. *de jur. patr. & in hac quæst. addi scripta per* Peralta *in l.*3. *§. qui fideicommissum, num.*55. *&* 56. *ff. de hæred. instit. ubi tractat qualiter possessor majoratus, in cujus potestate jam bona libera remanserunt propter defectum successorum, possit de novo in ea facere majoratum, & vocationes, & conditiones novas adjicere, & hoc ampliat idem* Peralt. *in l. statu liberum, §. strictum, num.*3. *ff. de leg.*2. *etiam ubi testator ordinavit, quod bona essent perpetuò inalienabilia, & successoribus reservarentur: nam deficientibus successoribus bona remaneant libera, quia cessat ratio prohibitionis, & favor descendentium, ob quos bona fuerunt vinculata, & alienari prohibita.* 63

Additur præcipua ratio, nam aut Domina Magdalena vult succedere ab intestato, & non potest, quia adest testamentum Ducis fratris, aut vult succedere, ut substituta, & non est substituta, neque vocata. Unde omnis via succedendi est sibi præclusa. Qua ratione utuntur allegati Doctores, & præcipuè Jason *dict. cons.*164. & Soccin. *in dict. cons.*63. 64

Hinc manifestè apparet hallucinatum fuisse Castill. Sotom. (de quo magnum festum facit adversarius) *in lib.* 5. *controv. jur. cap.*92. *num.*12. ubi allegando Mieres *de majoratu*, 1. *par. q.*2. *num.*16. *& part.*2. *q.*6. *nu.*42. nam ex prædictis, & verbis ipsius Mieres contrarium acerrimè defendit, *& in* 1. *part.* se refert ad dicenda *in dict. q.*9. in qua *n.*44. *in vers. Cæterum expressissimè*, ut est videre verbis relatis, fœminas esse exclusas, etiam deficientibus masculis, secundùm opinionem Bertrand. quam ipse sequitur, & veriorem appellat, quam latiùs confirmavit in præallegata *quæst.* 29. *part.*4. 65

Nec *decis. Ludovici à Peguera* 117. allegari potest in hac causa, in qua loquitur de consuetudine illius Regni, quod stantibus masculis, fœminæ non succedunt, quod etiam impugnat idem Sesse *in d. decis.*308. non autem loquitur in testamentaria dispositione, in qua simpliciter masculi instituti sunt vocati, & substituti in infinitum, prout est casus, de quo agitur. 66

Miror etiam quomodo allegatur Gregor. Lopez pro Domina Magdalena *in l.*3. *tit.*13. *part.*6. *in* 4. *quæst. vers. Quid autem si conditor majoriæ.* Is enim tractat quæstionem si fœminæ succedant in majoria ordinata pro masculis, illis deficientibus, & subdit: *Quid autem si conditor majoriæ voluit, quod majoria deveniret ad filios masculos, & masculos descendentes ex eis per lineam masculinam; ita quod non veniat ad fœminas, an in defectum filiorum masculorum veniat fœmina: videtur quod si conditor majoriæ, voluit majoriam esse perpetuam, quod tali casu deficientibus masculis, fœmina succedit in majoria; facit dict. lex agnato, & quod ibi notat*

notat Bart. si tamen hoc non constare videtur, quod in persona ultimi masculi decedentis expirent vincula majoriæ.

In hac quæstione Gregor. supponit fœminas esse vocatas in deficientiam masculorum. Probatur primò, quia conditor majoriæ ex illis verbis enunciatis, quod scilicet veniet majora ad masculos, & non ad fœminam, tacitè vocavit fœminas in defectum masculorum. Probatur secundò, dum dicit, quod si aliter constaret; fœminas non succedere, & bona majoriæ vinculata remanere libera in persona ultimi masculi. Quod confirmat, & clariùs loquitur in *q.*23. dum dicit, quod fœmina semel exclusa, semper remanet exclusa, & non temporaliter, dum masculus existit, ex Isern. *in d.c.*1. §. *Quin etiam Episcop.* vel Abb. & refert verba Isern. ibi: *Si tamen ex tenore investituræ constaret fœminam non perpetuò, sed temporaliter exclusam, ut quia instrumentum majoriæ causaret, quod donec masculus superesset, fœmina non succederet: tunc fœmina semel per masculum exclusa admitteretur posteà deficiente masculo.*

Ergo quando non adest ista clausula, donec masculus superesset, fœmina semper est exclusa, vel quando fœmina nunquam fuit nominata, sed ei fuit provisum de dote, nunquam succedere potest, & libera manent bona vinculata penes ultimum, quod liberè disponere potest.

67 Quod confirmatur ex decisione S.C. edita, in causa Hieronymæ Petræ, cum Sacro Hospitale A. G. P. quæ cum prætendisset fideicommissum ordinatum per quondam Julium Petra (infrascriptis verbis in beneficium ejus filiorum esse in eo vocatam, stante deficientia Nicolai, & Honophrii Petra esse extinctum, & ipsam potuisse succedere, non obstante dispositione facta per eundem Honophrium, in beneficium dicti Hospitalis, fuit per S. C. declaratum esse fideicommissum extinctum, in quo non fuerunt filii vocati cum qualitate masculinitatis, sed solùm cum verbo filiis.

68 Verba autem dispositionis dicti Julii sunt, v3.

Item ordino, & espressamente ordino, che li detti duc. 12263. *di capitale, che tengo sopra la Gabella della Seta, non si possino in conto nessuno per detti miei figli, & heredi, & successori* in perpetuum, *vendere, nè alienare, cedere, renuntiare, donare, nè in altro qualsivoglia modo transferire, ma sempre detti duc.*12263. *debbiano stare in salvo per detti miei figli, & heredi, loro heredi, e successori* in perpetuum.

Et deindè subdit: *Item, Io predetto testatore, voglio, & ordino, che la mia casa, che tengo in Posilipo, subito si debba vendere, & il prezzo si debba depositare per convertirsi in compra di tante annue entrate, della Corte, ò della Città di Napoli, in beneficio di detti miei heredi, e quelli similmente non si possino vendere, nè alienare, mà sempre detto prezzo di capitale debba stare in salvo per detti miei figli, & heredi, e loro heredi, e successori* in perpetuum.

69 Et licet ego pro dicta Hieronyma scripsissem obtinere non potui, prout notat Joan. Bapt. de Thor. *in ejus supplem. compend. decis. in verb. Fideicommissum relictum, fol.*225. tamen in hac causa in fortioribus terminis fundatur fideicommissum esse extinctum, ex rationibus prædictis intrepidè arbitramur.

70 Nec de verbis prolatis à Duce aliqua ratio desumi potest, is enim in ejus testamento expresè habuit pro vero fideicommissum in ejus persona esse extinctum, & proinde legatum eidem Magdalenæ relictum eo casu solvendum esse ordinavit, & in casu contrarii, quod non credit, legatum cessavit. Nescio ex hoc quid pars velit, nam non per hoc potest prætendi fideicommissum non esse extinctum, dum testator pro vero habebat esse extinctum, solùm tamen considerando sententias esset casus fortuitus, prout dixerunt Bal. *in l.Vi pulsus, col.*2. *ff. de act.empt.* Alex. *in cons.* 220. *lib.*2. Afflict. *in constit. hac edictali, nu.*4. cautelam addit, ut eo casu legatum non solvatur.

71 Item prætensio renunciationis factæ per Dominam Lucretiam Riccam sororem est ejusdem validitatis. Ea etenim fuit ad majorem cautelam, quæ autem fiunt ad uberiorem cautelam præjudicium non generant, *l.testamentum, C. de testam.* & hanc esse juris regulam, dicit Rom. *cons.*243. *ex proposit. n.*7.

Idcircò stante injustitia actricis in hoc capite liberatio petita est deneganda.

72 Quo verò ad prætensionem medietatis bonorum antiquorum fideicommisso subjectorum, nulla ratio suffragatur Magdalenæ, quæ etiam ex sequentibus excluditur.

Prætenditur enim Domina Magdalena, quatenus fideicommissum sit extinctum, sibi spectare medietatem bonorum antiquorum, vigore consuetudinis; At cum supra sit fundatum, fœminas ex dictis bonis fideicommisso subjectis esse exclusas, ista exclusio eas etiam repellit à medietate prætensa; nam eorum bonorum primus acquirens Fabius senior potuit legem imponere quam voluit, *l. in re mandata, Cod. mandati*, Decius *in l. fin. n.*5. *C. de pactis*, Camill. de Med. *cons.*162. *num.*10. Regens de Marin. plures citans *cap.*57. *n.*18. *tom.*2. de Franch. *dec.*4.*n.*18. Cum ergo ista bona, quoad originem, & titulum libertatis, ista qualitas in æternum non cessat, nec amittit qualitatem, quod in eis fœminæ succedere non possint, & semper remanent bona Fabii testatoris, & semel fœmina exclusa, semper remanet exclusa, prout in propriis terminis consuetudinis, ut fœmina exclusæ, testatur Præses de Franch. *in decis.*307. & sequitur Reg. Rovitus *d.cons.*97. *n.*8. *& seqq.* 73

Decisio allegata in causa Hieronymæ Petræ, quæ fuit exclusa à successione bonorum fideicommisso subjectorum per quondam Julium Petram, licet obtinuerit pro bonis antiquis, in illa causa non fuerunt hæc ponderata pro parte Hospitalis, & adhuc pendet reclamatio. 74

Patet igitur ex hoc capite, Magdalenam non favere justitiam, & proinde, non posse obtinere petitam declarationem in causam declarandam. 75

Quoad tertium caput paragii, Illustris Ducissa non impedit quod debeatur. 76

Et pro prætensa donatione Paulæ de Mari matris ducatorum trium mille, ultra quod est judicium particulare, competit adversus eam defensio, ut nullatenus debeatur, etiam quia quando subsisteret producuntur alienationes factæ per donantem, ex quibus neque remaneret legitima Illustris Ducis mortui. 77

Sed quia ipsa Domina Magdalena, cum sit sola habet nunc sufficientissima alimenta ex bonis Ducis fratris, cum habitatione, cursu, famulis, & aliis, ultra alios ducatos biscentum quinquaginta, prout ipsamet declaravit, ut *fol.*69. & 77. non potest petere liberationem in causam declarandam, quod est necessarium requisitum ad illam obtinendam, ad Textum *in l.fin. C.de ord.cognit. in l. si instituta*, §. *de inofficioso, ff. de inoffic. testam. in l.fin. de Corbon. edic. in l. Imperatores, ff. de tut. & rat. distr. in cap. ex parte, in fin. de accus.* latissimè Surd. *de alim. tit.*1. *qu.*120. Reg. Capyc. Latr. *decis.*119. 78

Additur quod ista provisio petita facienda per S. C. jam est facta ex conventione inita inter ipsam, & Ducem, tempore quo vivebat in anno 1632. mediante Albarano *fol.*73. recognito per ipsam Magdalenam, *d. fol.*69. in quo fuit conventum, quod donec ipsa Magdalena obtinuerit, habeat à fratre alimenta, & ducatos ducentum quinquaginta quolibet anno. 79

Idcircò instatur, vel dari terminum in causa, vel absque eo procedi ad ipsius expeditionem prout supplicatur. 80

Hæc pro nunc salvis addendis suo tempore.

Scipio Martinus.

DISCEPTATIO CLXVI.

IURIS RESPONSUM,

PRO

Reverendo Clerico Joanne Baptista Peccerillo,

Super Articulo, utrum clade Perempta re emphyteutica Canon emphyteuticus, debeatur, Et utrum pro ipso canone præferatur cæteris creditoribus?

Commissarius Reg. Consil. Petrus Caravita.

Supponitur in facto, quòd Reverendus Clericus Joannes Baptista Peccerillus, beneficiatus Sancti Angeli de Cicinis, vulgò dicto al Pennino; sit creditor occasione beneficii prædicti in ducatis annuis 24. ex censu emphyteutico solariego, quarundam domorum, ac apothecarum ibi propè Ecclesiam existentium, comparuit pro consequutione duarum annatarum circiter sibi debitarum, in deposito facto in banca de Avitabile per debitores pensionum præteritarum, simulque comparuerunt creditores annuo- 1

annuorum censuum, constitutorum super domibus, ac apothecis prædictis, sed quia prædictæ domus, unà cum apothecis, ac Cappella, de mese Maji præteriti anni 1648. casu fortuito, ac clade perierunt dignissimus Regius Consiliarius Petrus Caravita, causæ Commissarius liberavit eidem Joanni Baptistæ Peccerillo ratam novem mensium, decursorum, ante cladem prædictam, sed quia institit præfatus Joannes Baptista pro annuo canone præsentis anni, quo res ruina periit: placuit eidem Domino Consiliario Caravita, dicere, quòd firmo remanente deposito, audiantur partes, ad præsens juridicè fundat sibi esse liberandum canonem pro præsenti anno, & in futurum condemnari possessores soli, sive areæ restantis, ut correspondeant, ac præferri in hoc deposito cæteris creditoribus, quæ comparuerunt, pro quo probando duas inspectiones proponit. Prima, an currat census emphyteuticus soli, pro tempore, quo solum stat sine superficie. Secunda inspectio, an præferatur creditor census emphyteutici solis creditoribus superficiariis pro redditibus, ac fructibus perceptis ante destructionem domus.

Quoad primam inspectionem dicit Clericus beneficiatus durare canonem, sive solutionem faciendam esse tunc temporis, quo stat solum sine superficie.

2 Quod probatur primò, quia emphyteuta non liberatur à solutione canonis si casu fortuito sit res emphyteutica perempta; dummodo area, sive solum remaneat, quia talis area dicitur pars domus, *l. res*, §. *aream*, *ff. de solutionibus*, quia hoc casu area remanente, dicitur clade perempta, *cap. cùm per bellicam cladem* 34. *q.*1. *&* 2. *l.*1. *C. de jure empyteutico*, ibi: si tanta quidem emerserit clades, ubi dicitur quod si non ipsa substantia penitus perit, tunc tenetur emphyteuticarius solvere canonem, §. *adeo*, *inst it. de locato*, *& conducto*, Mantica *de tacitis*, *lib.*22. *tit.*24. *num.*7. Gratianus *cap.*195.
3 *num.*19. at quando clade res emphyteutica perit, remanet onus solvendi canonem in emphyteuta, qui etiam tenetur reficere ædificium, Jason *in l.*1. *num.*3. *in fine*, *Cod. de jure emphyteutico*, *num.*15. Surdus *cons.*197. *num.*12. *lib.*2. sicuti fundo emphyteutico aquis submerso, tenetur integrum canonem solvere emphyteuta si aliquid supersit, latè Gratianus *cap.*195. *num.*18. Quod adeò verum est, ut si domus emphyteutica comburatur, teneatur emphyteuta illam reficere, & mercedem præstare, quam præstabat pro tota domo, ut in puncto consuluit Natta *consil.*377. *volum.*2. nisi tota res perierit, etiam quod aream sive solum Cæpolla *de servitutibus prædiorum*, *in tit. de refectione*, *quæst.*11. Corneus *cons.*289. *lib.*1. & quod teneatur, ad solutionem Canonis, pro tempore, quo domus fuerat destructa, dicit Natta *ubi suprà*.

4 Probatur secundò, quia pensio, quæ solvitur pro re emphyteutica potius solvitur in recognitionem directi dominii quod est indivisibile, quàm ad rationem bonorum, ergo licet res pereat, pro parte, non debet emphyteuta liberarari, Julius Clarus *in* §. *emphyteusis*, *quæst.*8. *à nu.*8. Consequentia patet, quia honoris causa, & ratione dominii canonem solvit *d. l.*1. Clarus *in* §. *emphyteusis*, *quæst.*41. Corbolus *de jure emphyt. cap.*15. Facchin. *lib.*1. *controvers. cap.* 89. Connanus *lib.*7. *comment. cap.*12. Gaspar Thesaur. *lib.* 1. *quæst. forens.*32. & Anton. Thesaur. *decis.*20. Arnold. Reiger. *in Thesauro juris litt. F*, *fol.*850. *colum.*1. *& fol.*848. *nu.* 33. Gaillus *lib.*2. *observ. cap.*22. Anchar. junior *lib.*3. *quæst.*
5 78. Broncost. *centur.* 1. *assert.* 84. qui omnes dicunt, quod area remanente, sive solo tenetur emphyteuta solvere canonem, pro tempore, quo stat sic corruens, & ultra supra traditos, sic consuluit Alciat. *consil.*49. *&* 165. *lib.*1. Natta *ubi suprà*, Riminald. Jun. *consil.* 49. Mantica *lib.*22. *de tacitis tit.*21. *num.*49. Gratian. *tom.*3. *cap.*517. *& tom.*2. *c.*223. *num.*13. *& tom.*1. *cap.*195. *num.*18. Card. Tusch. *lit. E*, *conclus.* 204. sic judicatum refert Vivius *decis.* 500. *lib.*3. & in Rota Romana sic practicatum refert concordantes decisiones, Ovid. de Amicis *quæst.* 37. *de emphyteus.* Hinc ait Anton. Faber. *in lib.* 4. *Codicis*, *tit.*43.
6 *definit.*36. quod quamdiu aliquod superest ex re feudali, vel emphyteutica, totius oneris sine diminutione præstandi tenetur, licet nihil utilitatis possessor ex ea re percipiat, nec aliter liberari possessorem, quàm si totam rem cedere paratus sit, vel tota res perierit, sic Surdus *decis.* 198. fundat quod emphyteuta tenetur reficere, & solvere pro area integram pensionem, quia omne periculum pertinet ad emphyteutam, quia sicut ad emphyteutam pertinet omne augmentum, sic ad eundem pertinet omne detrimentum: plures concordantes ducit, Hodierna ad Surdum *d. decis.*198.

Neque dicat pars, quod domus tota corruit, ergo non est obligatus solvere canonem; pro tempore, quo est destructa.

Quia respondetur, quod tunc liberatur emphyteuta 7
quando Chasmate perit, Chasma autem est nomen Græcum, & ponitur pro terræmotu, vel fractione, quia fortè fracta, & aperta est terra versus abyssum, ut ait Imola *in cap. potuit*, *num.*39. Abb. *num.*15. Ovidius de Amicis *d. quæst.*37. *num.*1. & hoc casu ad nihilum teneretur, sed in casu nostro clade periit, non Chasmate, ergo detur Canon pro tempore cladis DD. citati.

Ex quibus liquidò constat, quod licet domus essent emphyteuticæ, & Ecclesiæ, tamen adhuc area manente debetur integer Canon pro tempore cladis, non Chasmatis: quæ doctrinæ, & decisiones tot Supremorum Tribunalium si non essent in præsenti practicandæ, quod non credo, duco doctrinam in puncto, Velasch. *q.*27. *de emphyteusi*, *num.*3. quòd est maxima differentia inter emphyteu- 8
sim soli, vel insulæ, & emphyteusim domus, quia hæc secunda manente sola area non manet; at soli emphyteusis domo destructa manet, quia domo destructa mutatur rei forma, quæ in sola area non consistit, ac per consequens mutata forma, videtur rei substantia quoque perempta, *l. Iulianus*, §. *sed & si quis*, *ff. ad exhibendum*, *l. Repeti*, §. *fin. ff. quibus modis ususfruct. amitt. dict. l. Qui res*, §. *Aream*, *ff. de solutionibus*, ac proinde domo casu fortuito destructa perempta est omninò emphyteusis, licet manserit sola area, nec si velit emphyteuta reædificare, admitteretur, nisi domino volente, quasi ex novo contractu, ut benè, Velaschus *ubi suprà*. Ergo cùm Reverend. Clericus Joan. Baptist. Peccerillus sit Dominus directus soli, sive areæ, ex omni capite cogi debet solvere Canonem, pro tempore, quo stat vacans, cùm ipse possideat.

Quoad secundam inspectionem apud omnes est in con- 9
fesso præferri Dominum directum pro Canone, non solum in fundo emphyteuticario, sed etiam in cæteris bonis emphyteutæ si sint obligatæ, ut adest in casu nostro, & quocumque simili instrumento censuario, ut fundat doctissimè Anton. Faber. *lib.*4. *Cod. tit.*43. *defin.*69. quia plusquam creditor est, qui Dominus quoque directus est, arg. *l.*1. §. *ult. ff. Si à parente quis sit manumissus*: & nemo potest in tali fundo jus habere antiquius, tanquam creditor, cùm 10
potentior sit vendicatio dominii, quàm pignoris, *toto tit. C. Si aliena res pignori data sit*; nec plus juris habere possunt, qui cum Domino utili contraxerunt, quàm habuerit Dominus ipse utilis, *l. Lex vectigali* 3. *ff. de pignor. act.*

DISCEPTATIO CLXVII.

SUMMARIUM.

1 *Novi operis nuntiationis materia, & sedes ubi in jure Canonico & Civili.*
2 *Iuri Canonico, an sit standum jure Civili discordante.*
3 *Canone deficiente, an recurrendum ad jus Cæsareum, an ad Regium.*
4 *Synodali existente constitutione ad illa, non ad jus commune recurrimus.*
5 *Appellatio, an detur à Constitutione Synodali.*
6 *Synodalis constitutio, quando præsumatur approbata.*
7 *Nuntiatio novi operis quid sit.*
8 *Nuntiatio, non detur ubi nihil fit novum.*
9 *Nuntiatio novi operis triplex scilicet verbis, per jactum lapilli, & judicialis.*
10 *Nuntiatio novi operis quare fit, & nuntians quid docere debeat.*
11 *Cautio, an, & quando prosit ædificanti.*
12 *Iudex in nuntiatione novi operis, quando admittat ad cautionem, & an bonum sit id facere.*
13 *Nuntiatio novi operis contra quos fit.*
14 *Consuetudo prima, & secunda, de novi operis nuntiatione explicatur.*
15 *Nuntians novum opus infra quantum temporis spatium debeat docere de suo jure vigore juris communis, & in hoc titulo.*

16 *Cau-*

16 *Cautio de demoliendo quando prosit.*
17 *Nuntiatio novi operis competit omnibus adversus ædificantem, & quando.*
18 *Nuntiatio competit Domino de cujus præjudicio fit opus.*
19 *Vsuario, vel usufructuario, an competat.*
20 *Nuntiatio an competat habenti servitutem prædialem urban. & quid in rustica.*
21 *Socio, an competat Nuntiatio.*
22 *Nuntiatio non datur contra ædificantem in re communi.*
23 *Nuntiatio datur in operis refectione si alteretur forma.*
24 *Ædificare prohibitus non censetur prohibitus reficere, & quando.*
25 *Barones in Regno an possint Castra construere, & reædificare sine alia licentia.*
26 *Servitus in re communi, quando trahitur ab alia re.*
27 *Communi in re, curti, &c. quando liceat ædificare.*
28 *Nuntiatione facta novi operis totum demoliendum quod ædificatum fuit.*
29 *Demolitio ædificii cujus expensis facienda.*
30 *Text. in cap. 2. de novi operis nuntiatione, explicatur.*
31 *Attentata revocantur ante omnia, & quando.*
32 *Iudex facit injustitiam, si non revocat ante omnia.*
33 *Cautio de demoliendo quando prosit ædificanti.*
34 *Nuntians novum opus tenetur ostendere de suo præjudicio.*
35 *Text. in cap. finali, de novi operis nuntiatione explicatur.*
36 *Nuntiatio novi operis an locum habeat in refectione Molendini.*
37 *Molendinum novum, vel vetus quando dicatur.*
38 *Nuntiatio novi operis spernenda non est.*
39 *Ecclesiæ ædificatio qualiter sit facienda.*
40 *Minori an detur restitutio in integrum in nuntiatione novi operis, & quando.*
41 *Tempore transacto, & lite non finita quid agat ædificans.*
42 *Meniana, & Balcones qualiter facienda de jure communi & consuetudinario.*
43 *Fenestras facere, ampliare, & in muro communi quando liceat?*

ARGUMENTUM.

Nuntiatio novi operis quid sit, ubi tractatur in jure Canonico, Civili, & qualiter jura Canonica, & Civilia concordentur, & quid postea inter ea discordia, & quid Canone non existente, an ad jus Cæsareum, an ad Regium recurrendum: Synodalis Constitutio attenditur, & non jus Canonicum si discrepent, & quando confirmata præsumatur à Papa, & ab ea detur appellatio. Nuntiatio quando detur contra quos & quibus, de ejus differentia inter jus Civile, Canonicum, & consuetudines? Cautio de opere demoliendo, quando prosit pro ædificio faciendo? Nuntiatio non spernenda, cujus sumptibus opus attentatum demoliendum, cur attentata statim revocentur, & an Judex non revocans ante omnia teneatur ad aliquid. Ædificatio non restauratio subjicitur ædificatio de novi operis nuntiatione. Et quid sit restauratio, & an in refectione Molendini. Meniana & Balcones qualiter facienda jure communi, & qualiter ex consuetudine, & quæ distantia requirebatur. Fenestrarum materia à quibus tractetur.

MAxima proposita causa in S. C. coram doctissimo Viro Regio Consiliario Domino meo Josepho de Rosa, quæ de facili potuisset transire in criminalem; ex parte enim utriusque aderant rixandi causæ, nec deficiebant ex utraque parte homines seminantes zizanias, quia nulla alia delectantur quiete, quam homines inquetos, & in rumoribus vexantes inspicere diaboli more; volebat enim quidam in platea hujus Civitatis reficere quandam domum, & in ea refectione denuo addebat Meniana, seu Balcones; prius enim non aderat, è contra impedivit vicinus, fabricans erat Clericus, & Commissarius Nuntii Apostolici, vicinus verò patiebatur maximum damnum, & inter cætera fenestram suæ principalis domus claudendam omninò certum erat; accenso judicio petit qui nuntiavit à tribus Doctoribus inter quos, & ego; si ejus instantia locum haberet, & collegialiter discurrentes de pluribus occurrit dubitari pro clientis defensione. In primis de quantitatibus requisitis ad talia Meniana. Secundò, an distantia quam super faciem loci consideravimus, esset sufficiens ad impediendum opus vigore consuetudinis. Tertiò, an & qualiter esset ei concedendum mandatum contra fabricantem, & an fabricans potuisset præstita cautione mandatum effugere. Quartò, an hoc judicium esset sufficienter intentatum, & nuntiatum novum opus sine speciali mandato procuratori dato. Quintò, coram quo Judice, & an posito quod in S. C. ut erat propositum potuisset Clericus Nuntiatus coram Judice suo petere remissionem. Sextò, & an si remissa ad Ecclesiasticam fuisset, & datum aliquod decretum à quo fuisset appellatum, appellatio in materia nuntiationis novi operis impediret effectum, suspenderet exequutionem. Septimò, & quid si facto mandato ab uno delegato, ne ædificaret nuntiatus, causa deinde ad ordinarium, vel ad alium delegatum transierit, duret mandatum, & inhibitio, & alia incidenter excitavi motiva, & sanè fateor fuisse omnia excitata, ut posteris innotescat modus collegiandi non ex abrupto.

CAPUT I.

De Nuntiatione novi operis.

QUoad primum: Instantia de qua in præsenti est de novi operis nuntiatione, quatenus habitans in propria domo nuntiat ædificanti ne in suo faciat Meniana, seu Balcones, de qua materia agunt Doctores *in rubrica, ff. novi, de novi operis nuntiatione*, & inter repetentes *to....* & Canonistæ *in rubrica*, & Nigro *lib. 5. decretalium, tit. 32.* Summistæ apud Barbosam *in collectaneis* post quos Gomez. *in l. 46. Tauri, à num. 34.* Facchineus *lib. 8. cap. 48.* Merenda *lib....* Cardonius *in praxi Iudicum, in verbo Nuntiatio novi operis*, Molina *tom. 3. de justitia, tract. 2. disp. 706.* Bernardus Greveus ad Gaillum *lib. 1. conclus. 16.* Gratianus *cap. 384.* Rendina *tom. 1. tit. 78.* Cardinalis Tuschus *litt. N*, latè Sylvius Spannocchius *in integro volumine, de novi operis nuntiatione per octo libros*, Arisminus Tepatus, & alii Collectores *in cap. 1. & 2. de novi operis nuntiatione*, qui ponderantes Textum ibi *l. quia sicut leges*, &c. tradunt veram conclusionem, quod in foro civili quando casus est dubius, juri Pontificio standum est, quod ponderat Menochius *lib. 1. de arbitrariis, qu. 30. num. 63. & qu. 74. nu. 54.* Hinc apud Castellanos deficientibus legibus Regiis, & consuetudinibus Provinciarum, recurritur ad jus Canonicum, ut dicunt Perez in præludiis Ordinamenti *q. 23.* Burgos de Paz *in l. 1. Tauri, num. 63.* Suarez de Pace *in practica, tom. 1. annotatione 5. num. 36.* Azevedus *in l. 5. num. 6. tom. 1. lib. 2. novæ recompilationis*, Morla *in emporio juris, part. 1. tit. 1. quæst. 16. num. 36.* sic apud Lusitanos ex R. ordinatione *lib. 3. tit. 64.* ad jus Canonicum recurritur ubi de materia agitur, quæ concernit peccatum, leges verò extra corpus juris sive sint communes, sive sint locales quas vocant inferiorum non habent locum in foro Ecclesiæ; nisi specialiter fuerit approbatæ, unde deficiente Canone in causis Ecclesiasticis, & ordinationibus Generalibus non ad jus Regium, sed ad Cæsareum est deveniendum, ut benè Rodriquez, & alii apud Barbosam *in d. cap. 1. de novi operis nuntiatione, num. 5.* qui refert sic decretum fuisse à Collegio Cardinalium in censura ad Synodum Provincialem Barcinonensem 4. *actu 2. cap. 16. & 18.* ubi fuerat sancitum, ut Regiæ sanctiones, quæ civilis juris non Lusitaniæ Regno vim habent, cum illarum dispositio ad mores Regionis sit accommodata, observarentur in Ecclesiastico judicio, & si quid incideret quod nec ex sacris Canonibus, nec ex synodalibus constitutionibus procedi posset id ex Regiis sanctionibus quoad fieri possit decerneretur, etiamsi

etiamsi aliud ex juris communis dispositione statuendum videretur quod decretum Collegium Cardinalium omninò delendum censuit: nam Clerus status Ecclesiasticus coram Romano Pontifice querimoniam proposuit ex multis causis quibus illud decretum tanquam novum, & perniciosum Ecclesiasticæ libertati abrogatum est.

4 Synodalibus verò Constitutionibus existentibus potius ad illas, quàm ad jus commune est recurrendum Gonzalez *in Regula* 8. *Glossa* 9. §.1. *num.*18. dummodo constitutiones contra jus commune non disponant, quia tunc essent invalidæ Rota coram Gregorio X. *decis.*339. *numer.*6.
5 & in Toletana synodalium 9. Februarii 1624. coram Coccino ubi etiam fuit dictum dari appellationem à Concilio Synodali ad effectum tantùm devolutivum; non verò suspensivum, si Constitutio synodalis sit juridica, & universalis, & Constitutio synodalis liget omnes existentes intra
6 terminos Diœcesis Seraph. *dec.*812. & ex diuturnitate temporis præsumitur à Sede Apostolica confirmata Seraphinus *decis.*507. *num.*3. Rota in Placentina decimarum 25. Novembris 1621. coram Buratto, sicque leges & Canones adjuvantur inter se, & differentias inter jus Canonicum, & Civile non esse novè introducendas, sed potius restringendas ad casus expressos dicit Surdus *decis.*136. *numer.*13. Notatis ergo Doctoribus de materia tractantibus ad ea, quæ in Collegio discussa fuerunt accedendo.

7 In primis ego dicebam, quod Nuntiatio novi operis est manifestatio facta ædificanti ne ædificet in aliquo loco ut *in toto titulo, ff. de novi operis nuntiatione*, & ille dicitur facere novum opus qui de novo ædificium facit, aut reficiendo pristinum ædificium, mutat pristinam formam operis
8 *l.*1. §. *si quis hic, ff. de novi operis nuntiatione*, sed si reficiat vetus, non mutata forma non est novum opus facere, & sic non datur nuntiatio novi operis *l.*1. §. *si quis ædificium, l. stipulatio*, §. *opus, ff. eod. l.*4. *Cod. de operis publicis*; & est triplex nuntiatio prima verbalis, secunda per jactum lapilli, tertia judicialis, Cardinalis Tuschus *litt. N, concl.*123. Abb. *consil.*28. *lib.*1. Gaillus *lib.*1. *observ.*16. Tepatus *lib.*1. *recept.*
9 *sentent. in titul. de novi operis nuntiatione*, §. *triplex est*, verbis fit nuntiatio quando quis ædificanti novum, extrajudicialiter nuntiat, ne opus illud faciat, & hæc parum prodest. Secunda fit per jactum lapilli in loco ubi novum opus ædificatur, Bart. *cons.*164. *lib.*1. Cardinalis Tuschus *dict. conclus.*123. Judicialis est illa, quæ initium habuit à Prætore Calvinus *in suo Lexico in verbo nuntiatio*; quod si nuntiet quis alicui reædificet in fundo alterius talis nuntiatio præsumitur facta tanquam per procuratorem, ut ille nuntians præsumatur procurator Domini Bartolus *in d. leg.*1. §. *nuntiatio, num.*7. *ff. eod.* Jason, & Felinus apud
10 Menochium *lib.*3. *præsumpt.*49. *num.*2. Fit verò renuntiatio ut quis non lædat jus alterius, Bald. *cons.*245. *lib.*2. Cardinalis Tuschus *littera N, conclus.*125. & qui nuntiat, debet docere de jure suo saltem intra tres menses *cap. fin. de novi operis nuntiatione*, quibus elapsis, & non probato de jure nuntiantis ædificans potest continuare ædificium præstita cautione de illo demoliendo, Gaillus, & alii apud Molfesium *tom.*3. *ad consuetudines*, *p.*16. *q.*2. Muta *ad Capitula Siciliæ, cap.*29. *nu.* 48. & 49. qui ait, quod talis injunctio non resolvitur in vim simplicis citationis, sed præceptum remanet firmum, ut non fiat ædificium Grammaticus *cons.* 71. Doctores communiter apud Mutam *d. cap.*29. *num.*47. & vidit pluries observatum, Molfesius *d. q.*2. *num.*5. qui etiam dicit quod facto ædificio nunquam vidit destructum, quia interest Reipublicæ ne ædificia demoliantur, & ait, quod si quis habet Judicem amicum, qui admittat cautionem, facit deinde ne amplius tollatur ædificium. Nec sufficit
11 fieri judici nuntiatio, sed debet fieri ubi fit opus, *l. de Pupillo*, §. *nuntiationem, ff. de novi operis nuntiatione*, Bart. *cons.*80. *lib.*1. Bald. *cons.*245. *lib.*2. Cardinalis Tuschus *littera N, concl.*123. *num.*4. Cavalcanus *dec.*23. *par.*4. Muta *ad consuetudines Panormitanas, cap.*1. *num.*75. & *cap.*29. *n.*44. & *seqq.* Quod si nuntiatus latitet, sufficit si fiat Procuratori Bartol. & Jason. *in leg. si Procuratori, ff. de verb.* Muta *cap.*29. *num.*45. *in fine*, Thesaur. *decis.*204.

12 Quare nota, quod Judex non statim debet remittere nuntiationem & admittere cautionem de demoliendo, ubi nuntians contradicit & dicit: hodie constat, hodie agatur, & paratus est docere in continenti de suo jure, & interesse, sed debet nuntians audiri & expectari per tres menses secundùm jus commune tum Civile, de quo *in leg. unica, C. de novi operis nuntiatione*, tum Canonicum *cap. penult.* & *finali, de novi operis nuntiatione*, Practica Papiensis *in forma libelli in actione novi operis nunt. in glossa ante aliquem*, *n.*3. Adrianus Negusantius *q* 90. Grat. *cap.*394. *n.*14. Tersonius *ad statuta Urbis, cap.*148. Additio ad Magonium *dec. Lucensi* 29. Sebastianus Medices *decis. Marchiæ* 13. Thomatus *decis.*33. & *decis.*34. *num.*27. & 28. Sperellus *dec.*53. *num.*13. quia satisdatione nuntians efficeretur possessor, & nuntians privaretur sua possessione si illam habeat, Gratianus, Sperellus, & alii citati, & quid stante statuto contrario latè Ludovicus Postius *resolut. resol.*130. *per tot.*

In qua nuntiatione duo noto: Primum quod potest fieri 13
contra aliquem etiamsi habeat privilegium, ne pro tali tempore, possit citari, ut est Panormi ubi qui matrimonium contrahit vel si alicui sit mortuus consanguineus, per novem dies, non poterit citari, ut in consuetudine Panormitana *cap.*35. sed, quia ad novum opus, ne fiat agitur de impedimento levi tempore duraturo citari poterit, ut ex Jasone, & aliis *in d. l. de pupillo*, §. *si quis ipsi, ff. de novi operis nuntiatione*, dicit Muta *dicta consuetudine* 35. *num.*4. Secundo noto talem denuntiationem posse fieri etiam diebus feriatis in honorem Dei, quia est actus extrajudicialis nullam requirens causæ cognitionem *l.*1. §. *idem nuntiatio*, *ff. de novi operis nuntiatione*, Muta *ubi supra, c.*70. *n.*9. Molfesius *q.*2. *in fin. p.*16. *n.*10.

Unde infertur primò, *ad Consuetudinem primam, & secundam, de novi operis nuntiatione*, in quibus habetur, quod 14
siquis impediat constructionem alicujus ædificii, denuntiando quocumque modo novum opus, vel defensam imponendo, vel prohibendo, vel aliter ingrediendo, & denuntians, sive impediens vocetur saltem de tertio ad tertium diem ad judicium, ad petitionem ejus, cui impedimentum præstatur causa in citatione contenta, nisi veniat paratus cum libello, quem offerat ædificanti, vel ædificari facienti, quo libello inseritur justa causa prohibitionis, seu impedimenti, ut *in dicta* 1. & 2. *consuetudine* & ex eo- 15
dem jure statuitur debere nuntiantem probare justam causam prohibitionis infra terminum à judice assignatum, ut in Consuetudine si quis impediat de novi operis nuntiatione, & comparente nuntiato citatur nuntians, ut compareat in eadem Curia ad allegandam causam quare prohibuit opus, & durante termino non fit ædificium Napodanus *in dict. Consuetud. num.*4. quod idem dico si quis prohibeat alium ne transeat per suum prædium, quia debet causam inserere prohibitionis, & nota differentiam inter jus commune, & jus consuetudinarium hujus Civitatis, quod de jure communi est obligatus nuntians docere de jure suo intra terminum trium mensium, vel unius tantùm; sed in hac Civitate in termino præfixo per judicem Molfesium *tom.*3. *p.*5. *q.*4. *per totum*, & sic de jure communi expectari debet tempus trium mensium, intra quod nuntians potest jus suum producere, *l.*1. ubi Bartolus & cæteri DD. *de novi operis nuntiatione*, Cardinalis Puteus *decis.*124. *lib.*2. intra quod tempus non debet audiri nuntiatus offerendo satisfactionem de demoliendo Crescentius *decis.* 1 *alias* 266. *de novi operis nuntiatione*, Gomez. Leo *tom.* 2. *divers. decis.*7. Gaillus *observ.*16. *n.*17. Græveus *in add.* Facchineus *lib.*8. *cap.*48. *cap. fin. de novi operis nuntiat.* & *in l. unica*, *Cod. eod.* verùm in praxi oblata fidejussione de demoliendo extinguitur inhibitio novi operis, *l. Prætor ait* 20. §.1. & §. *Si quis, ff. de novi operis nuntiatione*; quod limitant quan- 16
do nuntians se offert intra trium mensium spatium suam probationem adimplere, *l. fin. ff. de novi operis nuntiatione*, *l. unica, C. eod.* Gaillus *observ.*16. ubi Græveus, Facchineus *lib.*8. *c.*48. & patet ex *cap. penult. de novi operis nuntiatione*, quia si intra tale tempus nuntians se offerat probare suam intentionem non ædificabitur, nisi tempus esset damnosum nuntiato, si ab initio fuisset facta inhibitio antequam nuntians fecisset expensas in Cementis, & quando periculum esset in mora, vel ex alia causa hoc judici expedire videretur, quæ limitatio licet non placeat Facchineo *lib.*8. *c.* 48. approbatur tamen per senatum Pedemontanum apud Thesaurum *decis.*204. per Græveum ad Gaillum *lib.*1. *obser.* 16. *n.*10. per Franciscum Marcum *dec.*106. Cavalcan. *decis.* 25. *p.*2. qui loquitur quando à principio non apparet de aliquo jure nuntiantis & decisum refert D. Regens Capycius Latro *consult.*64. *à n.*34. *tom.*1.

Infertur secundò, Nuntiationem novi operis compete- 17
re omnibus, & adversus ædificantem in loco publico, Bald. *cons.*494. *lib.*4. & competit cuicumque Domino in cujus præjudicium fit novum opus, & in dubio nuntiatio impedit

dit Fabricari etiamsi non constet de jure nuntiantis, in claris tantum potest sperni, aliàs non nisi judex remitteret nuntiationem Romanus *cons*.51. *& cons*.42. usufructuarius non habet jus nuntiandi novum opus, & ideo licet nuntiatus non possit excipere contra nuntiantem quod ei non competit jus nuntiandi, tamen fallit quando nuntiatio fit ab eo cui clarum est non competere, ut fructuario Romanus *cons*.42. Card. Tuschus *lit.N, concl*.122. & qualiter fit facienda nuntiatio novi operis, latè Card. Tusch. *concl*.123. *litt.N*, & quod operetur demolitionem ædificari potest tradit Cardinalis Tuschus *d.lit.N, concl*.124. & ad quem effectum fiat latè Card. Tusc. *d. lit.N, concl*.125. & qualiter remittatur *concl*.126.

18 Quare nuntiatio competit in primis Domino, in cujus præjudicium fit opus. Secundò, cuilibet de populo contra eos qui in loco publico ædificant, quia singuli ex tali ædificio sentiunt interesse, Bald. *cons*.464. *lib*.4. Card. Tuschus *dict. lit.N, concl*.121. & ex Textus *in l. fin.§.Lutius, ff. de servitutibus urbanorum prædiorum*, Muta *ad Consuetud. Panormitanas, cap*.29. *num*.39. licet principaliter talis actio competat Syndico Civitatis, vel alteri administratori ex *l*.2.§. *Merito, ff. Ne quid in loco publico*, & extra Civitatem etiam fit, ut sit vicinus prope aream meam faciat opus, ob quod impediret ventum ad triticandas Messes necessarium, tunc

19 possem illi prohibere ne ædificet DD. *in l. finali, Cod. de servitutibus, & aqua*, Boer. *dec*.320. *nu*.14. *& dec*.322. *num*.12. Muta *cap*.29. *n*.40. usuario vel usufructuario, ut dicebamus non competit, quia Domini non sunt, Romanus *cons*.42. Card. Tusch. *dict. concl*.122. Gaballinus *Milleloquio, part*. 1. *num*.11. Tepatus *de nov. operis nuntiatione*, §.2. sed si habent servitutem prædialem urbanam poterit nuntiare *l. uni-*

20 *ca*, §. *Ius habet, ff. de remiss*. Bart. *in l. in servitutibus, ff. de servit. urban. præd.* pro rusticis tamen servitutibus non competit nuntiatio novi operis, *l. qui viam, ff. de novi operis nuntiatione*, Jas. *in l*.1. §. *fin. ff. eod.* Gomesius *in l*.46. *Tauri nu*. 24. quod sane procedit in servitutibus discontinuis, ut est servitus itineris Alciatus *in dict. l. qui viam in lib*.3. *parergon. cap*.24. socio non competit, sed ei datur judicium com. dividund. *l*.3. §. *si in loco, ff. de nov. operis nunt.* Tepatus *lib*.2. *sententiarum, titulo comm. dividundo, fol*.286. *col*.1. §.

21 *So ius non potest nuntiare*; ergo si non constet de jure nuntiantis, non est timenda nuntiatio, Bart. *cons*.64. Berous *qu*.3. *num*.6. Gaill. *lib*.1. *observ. cap*.16. qui ait, quod nuntians in hoc casu etiam ad interesse nuntiato, & actione injuriarum, quia injustè nuntiavit, vel si esset nullum præceptum utpotè factum à non judice, quia tunc nuntiatus potest opus continuare, nec tenetur ad pœnam Cavalcanus *d*.23. *n*.12. *par*.2. quia etiam ampliat ob periculum, quod immineret.

22 Unde ædificatione facta in re communi non licet nuntiare novum opus, quod est remedium onere extraordinarium, sed introductum est remedium ordinarium actionis communi dividundo & officii Prætoris eidem actioni deservientis, quod specificè conceditur pro ædificationibus in re communi, ut sunt text. *in l. in Provinciali*, §. *si in loco, ff. de novi operis nuntiatione, & in l. Sabinus*, §. *si in re communi, ff. commun. dividundo, l. in re communi, ff. de servit. urban. prædior.* Antonell. *de tempore, lib*.3. *c*.9. *in fine*.

23 Quod si opus non fieret de novo sed reficeretur scilicet nulla facta dilatione nec mutata forma, tunc non datur hoc interdictum, *l*.3. *hoc autem, ff. de itinere actuque privato*, Afflict. *dec*.392. *nu*.12. quod si esset totaliter dirutum non dicetur refici, sed novum, ut post Regentem Rovitum *in pragm*.2. *de ædificiis privatis*, & Regentem de Ponte *in tract. de potest. Proreg. in tit. de abundantia Civitatis*, §.3. & 4. dicit Molfesius *tom*.3. *part*.15. *de novi operis nuntiatione, quæst*.3. *num*.9. Unde Dominus meus Regens de

24 Marinis *tom*.2. *cap*.214. cum dixisset prohibitum ædificare non censeri prohibitum ædificium reficere, nisi esset penitus dirutum, duo colligit; primum, quod cum ex constitutione Regni quæ incipit *castra* sit prohibitum Vassallis Castrum reficere sine Regis licentia, quod notat Afflict. *decis*. 265. *n*.7. Reg. de Ponte *de potest. Proreg. in tit. de divers. provisionibus, in principio*; neque dispositio intelligitur quando Castrum esset funditus destructum; secus si esset vetustate corrosum, sed non omninò collapsum, sed talis distinctio non procedit in locis Baronalibus, in quibus Barones absque Regis licentia, possunt castra ædificare, & di-

25 ruta reficere; quia ut benè Isernia, Regens Tappia, & alii apud de Marinis *d. sap*.214. Barones dicuntur Reguli, & habent jurisdictionem in Territorio; ergo pro ipsorum defensione necessarium est habere munita castra ex S. Thoma de Regimine Principum *lib*.2. *cap*.11. & Petro Gregorio *lib*.2. *de Republica, cap*.3. Dom. de Marinis *dicto libro* 2. *cap*.214.

Infertur tertiò, quod si quis habet rem communem vel 26
Curtim, vel si uni debeatur servitus per fundum alterius, si unus emit aliam domum, seu prædium juxta suum ad hoc trahit usum viæ, seu Curtii communis, aut servitutem, non poterit facere, ita Lucas de Penna *in l. Parphippum, Cod. de cursu publico, lib*.12. argum. *d. leg. Parphippum cum concord. & l. Item quæritur*, §.2. & §. *illud tamen, ff. de servit. rustic. præd.* Non enim potest usum dilatare, producere, exaggerare, aut deprimere, *d.l*.3. §. *penult. ff. de itinere actuque privato*, nec potest prædium serviens amplius onerare *l. Lucius, ff. de servit. Vrban. præd. l. servitutes*, §. *si stillicidium, ff. de damno infecto*; & amplius dicit, quod si usus licitus ab illicito sit separabilis, potest etiam à licito prohibere, quia debet propriam retinere mensuram, sed contra dicit Rofredus *de libellis, in titulo de libello, in actione confessaria, vers. licet illud quæritur*, qui dicit quod aut opus, quod in- 27
tendit facere vicinus in via, seu Curti communi affert aliquod præjudicium vicino, vel illi prædio ubi habet servitutem, & hoc non potest facere; aut verò nullum affert præjudicium, & tunc non potest prohiberi, quia poterit fieri in re communi, quod non interest prohiberi Glossa *in l. Sabinus, ff. communi dividundo*, Boerius *dec*.322. *n*.12. Cravetta *cons*.376. Surdus *dec*.41. maximè quando adest consuetudo, quæ esset attendenda, Cepolla *de servitutibus urbanorum prædiorum, in tit. de pariete, n*.30. Thesaurus *lib*.2. *q*.99. Reg. Capyc. Latr. *consult*.64. *n*.44. & sic si duo habent Curtem communem, vel alteri debeatur servitus Curtii, potest eandem servitutem postea tradere ad aliam domum, postea emptam, Surd. *cons*.41. *n*.7.

Infertur quartò, nuntiatione facta novi operis, quicquid 28
fuerit ædificatum post denuntiationem, totum esse demoliendum etiamsi ædificatum sit absente Domino, & prætendat de jure sibi competere ædificare, quia ei denegatur actio; item scandala fugienda sunt omittenda illa quæ sine peccato mortali fieri possunt & faciendo, quæ sine peccato mortali omitti possunt, & non alia *cap*.2. *de novi operis renuntiatione*, quod si constaret judici evidenter de injustitia, & malitia denuntiationis non debet ipse pati quod prius demoliatur quamvis prohibitio præcesserit argumento text. *in l. æquissimum, in principio, ff. de bonorum possessor. secundùm tabulas*, Bonacossa *commun. opinionum criminalium part*.2. *in verbo Nuntiatio fol*.54. *& in verbo opus novum*, Gratianus *cap*.84. *num*.36. *cum seq.* & sanè qui ædifi- 29
cat post inhibitione, tenetur ædificatum demoliri suis expensis *d. l. de pupillo*, §. *meminisse, ff. de novi operis nuntiatione*, Card. Tuschus *in verbo Nuntiatio, concl*.124. Cavalcanus *d. decis*.23. *num*.15. *part*.2. Gail. *lib*.1. *observ. cap*. 16. Magonius *decis. Lucens*.29. Tepatus *ubi suprà*, *in §. ædificans post denuntiationem*, & etiam per modum attentati demolitur ædificium Magonius *dict. decis*.29. Bald. *cons*.245. *lib*.2. Cardinalis Tuschus *conclus*.124. D. de Franchis *decis*. 331. Regens de Ponte *in tit. de potest. Proreg. in tit. de abundantia Civitatis*, unde qui nuntiat debet mittere expertos ad videndum quantum sit ædificatum & coram testibus, & scriba protestetur ut sciat quid sit ædificatum postea, Muta *ad consuetud. cap*.29. *num*.46. Cavalcanus *dict. dec*.23. Molfesius *quæst*.5. contra operarios Judex non procedit, nisi post spretum mandatum Molfesius *d. quæst*.6. qui *quæst*.7. agit de remissione nuntiationis, vel à Judice si videat non habere jus, vel à parte expresè vel tacitè. Unde S. P. *in cap*.
2. *de novi operis nuntiatione*, ait quod quicquid fuerit ædi- 30
ficatum post denuntiationem novi operis totum est demoliendum, etiamsi fuerit ædificatum absente Domino & prætendat habere jus ædificandi; quando verò constaret evidenter Judici de injustitia nuntiantis non debet ipse pati, quod opus demoliatur; quamvis prohibitio præcesserit argumento Textus *in dict. l. æquissimum, ff. de bonorum possess. secundùm tabulas*, post alios Gratianus *cap*.84. *num*.36. *& seq.*

Debet verò quod ędificatum est spreta denuntiatione de- 31
moliri, ut attentatum licet solum fuisset ædificantis Gloss. *in dict. leg. de pupillo*, §. *& belle*, *& l*.1. ubi Glossa *in figurato casu, ff. de novi operis nuntiatione*, Joseph Sesse *de inhibitionibus, cap*.24. *n*.6. ex privilegio attentatorum *cap. Non solum, cap. Romana*, §. *quod si, de appellat. in* 6. Oldradus *cons*.206.

*conf.*206. Gaillus *lib.*1. *c.*146. Berlicchius *dec.*131. qui dicit quod adeo ante omnia revocatio attentatorum fieri debet, ut nisi fiat invitus, quis non cogitur in causa principali procedere, Misinger. *centur.*3. *c.*26. & 33. Guid. Pap. *dec.*213. Borrellus *part.*2. *tit.*36. *à n.*3. Velasch. *dec.*156. Farinac. *dec.* 870. Svelves *conf.*48. *volum.*1. Costa *conf.*21. *n.*2. & facit Ju-
32 dex injustitiam si non revocet ante omnia attentata Afflict. *dec.*98. *n.*5. & in qualibet parte litis sunt attentata revocanda Afflict. *dec.*353. *nu.*4. & plures Rotæ desiones refert Valenzuela *conf.*44. *nu.*14. *vol.*1. Rota apud Martinum Andr. *decis.*34. *per totam*, qui *decis.*16. & 37. ait, quod attentata sunt ante omnia purganda, eorumque judicium est privilegiatum & præjudiciale Farinac. *dec.*74. & *dec.*24. *part.*1. idque ob judicis contemptum, Mandosius *de inhibitionibus*, *q.*112. quia attentans dicitur offendere Judicem, jus, & partem, Sesse *de inhibitionibus*, *c.*22. §.1. *n.*14. & 15. Farinac. *dec.*235. *p.*1. Pratus ad Muscatellum *p.*1. *in glossa in forma pag.*383. & *observ.*46. *tom.*2. *n.*28.
33 Neque dicas sufficere cautionem de demoliendo, ut possit ædificari, ex Præt. 20. §. *deinde*, *ff. de novi operis nuntiatione*, quam summat Paul. de Castro.

Resp. enim Text. procedit, quando nihil erat ædificatum post nuntiationem, secus quando ædificatum, seu rectius attentatum fuit, Paulus *conf.*412. *lib.*2. quia tunc, cum attentata sint illicita, & sonent in delictum ex Glossa *in cap. Non solum in verbo*, *redimendum*, *de appell. in* 6. meritò ante omnia opus factum post inhibitionem demoliri debet sive jure, sive injuria nuntiatio processerit, *l.*1. *ff. de novi operis nuntiatione*, ubi Glossa *in verbo opus*, Ursill. ad Afflict. *dec.*352. *n.*5. unde Paulus de Castro *dict. conf.*412. ait interim autem quousque constet; an justè ædificaverit, vel non supersederi debet in ædificando etiam ablata cautione ne ædificeretur super eo quod fortè veniat destruendum cui se subscribit Gratian. *cap.*384. *n.*34. & 35.
34 Infertur quintò, nuntiantem novum opus, teneri ostendere de suo præjudicio, v.g. probando locum ad se pertinere & interim ut cessetur ab opere, vel recepta cautione de demoliendo opere, permittere statim ædificari *cap. significantibus* 3. *de novi operis nuntiatione*, & sic per nuntiationem novi operis jure, vel injuria factam inhibetur ædificationi, Surdus *conf.*121. *num.*10. Bernardus Greveus ad practicam Gailli *lib.*1. *concl.*6. nam nuntiatio novi operis competit adversus ædificationem facturam, non jam factam Maranta *conf.*56. Cavalcan. *dec.*23. *num.*16. *part.*2. Bernar-
35 dus Greveus *concl.*16. *num.*8. Casu verò quo quis denuntiat, & vult probare suum jus, tunc is qui ædificat etiamsi offerat cautionem de demoliendo opere, tenetur expectare per tres menses de jure communi, & interim cessare ab ædificio, *cap. ultimo, de novi operis nuntiatione*, & sic nuntiatio novi operis non tollitur idonea cautione si nuntians novum opus, infra tres menses doceat de jure suo, nam tunc ipsis finitis potest nuntiatus præstare cautionem, *l. unica, C. de novi operis nuntiatione*, latè Vivius *opin.*554. *nu.*4. *lib.*2. *comm. opin.* Reg. Capyc. Latro *d. consult.*116. *n.* 28. & *consult.*64. *n.*36. secus si doceat, &c.
36 Dicit verò Regens Capycius Latro *dict. consult.*116. *per totam*, quod nuntiatio novi operis, locum non habet in refectione Molendini, vel alterius ex *dict. l.*1. §. *Si quis ædificium*, *ff. de novi operis nunciatione*, & dixerat Regens de Ponte *de potestate Proreg. in tit. de abundantia Civitatis*, §.2. Sylvius Spandochius *lib.*8. *de novi operis nuntiatione in principio*, & quando dicatur novum Molendinum quando refici, &c. latè agit Capyc. Latr. *ubi supr.* in causa inter Mar-
37 chionem Camerotæ, & D. Cæsarem Pappacodam, & *ibid.* fuit dictum, quod cum prætenderet Marchio Camerotæ, signa mittere in flumine de Mingardum, & illa protendere, ultra medietatem fluminis pro facienda clusa ad finem ducendi aquam ad molendinum: quod optabat construere, & fuisset impeditus, per D. Cæsarem Pappocodam Dominum alterius medietatis fluminis, petebat Capyc. Latro non impediri Marchionem Cameratæ, & cogi per Cæsarem ad resistendum à dicto impedimento, & dato termino in causa, & introductum præceptum de nihil innovando dicebat Marchio velle signa immittere ad finem aquam ducendi, offerens cautionem præstare de demoliendo fuit dictum firmam stare inhibitionem, quia tunc satisdatio datur quando negans vicinum posse ædificare, nuntiat novum opus, & infra tres menses non docet de jure suo; tunc enim ipsis finitis potest nuntiatus præstare cautionem *l. unica, C. de novi operis nuntiatione*, latè Vivius *dec.*554. *tit.*2. *comm. opin.* Reg. Capyc. Latr. *d. consult.*116. *n.*28. & *consult.* 64. *n.*36. secus si doceat, &c.

Unde nota quòd non debet nuntians spernere nuntiationem sub prætextu, quod notoriè constet de non jure nuntiantis, nisi prius Prætor de notorio declaraverit Dec. *conf.* 383. Ciarlinus *controv. for. lib.*1. *contr.*30. *nu.*7. Antonellus *de tempore*, *lib.*3. *c.*9. *n.*3. 38

Infertur sextò, quod si agatur de ædificanda Ecclesia, quæ in præjudicium alterius ædificari non potest, tunc ultra cautionem de demoliendo dari debet licentia de ædificando, cum decreto, quod durante lite Ecclesia non benedicatur Crescentius *dec.*20. *de jure patronatus*, Antonellus *lib.*3. *c.*9. *n.*4. quia leges & Canones connexæ sunt inter se leges Barbosam *in c.*1. *de novi operis nuntiatione*, *n.*1. 39

Infertur septimò, minori dari restitutionem in integrum adversus emissam cautionem, finito tempore trimestri in casu succumbentiæ de opere demoliendo Fachineus *lib.*8. *cap.*49. Bernardus Greveus *conf.*16. *num.*20. an verò minori, si non obedivit denuntiationi, competat auxilium restitutionis in integrum, & omnes dicunt esse denegandam restitutionem novum factum post denuntiationem esse demoliendum, ut benè Caldas Pereyra *in l. Si curatorem in verbo*, *vel adversarii dolo*, *num.*67. Barbosa *in cap. finali*, *nu.* 3. *de novi operis nuntiatione*. 40

Infertur octavò, quod si transactis tribus mensibus causa non sit finita, poterit præstita cautione de demoliendo suis sumptibus opus perficere Jason *in l.*1. *ff. de novi operis nuntiatione* Greveus *conclus.*16. *num.*17. verùm si nuntiatio fiat ad tollendum ædificium, quod fit per æmulationem vicini est valida; qualiter verò probetur fieri ad æmulationem vicini tractant DD. *in cap. fin. n.*6. & 7. *de novi operis nuntiatione*. 41

Infertur nonò, meniana dici à menibus, &c. & differunt meniana ab immissis; quia meniana requiescunt in proprio solo, immissa requiescunt in loco alieno, veluti ligna, trabes, &c. quæ mittuntur, *l. meniana*, *C. de ædificiis privatis*, *l. malum*, §.1. *ff. de verb. signif. l.*2. §. *Cum quidam*, ubi Glossa *ff. Ne quid in loco publico*, Meniana sunt Balcones, & unicuique facere licet Balconem in domo sua Cepolla *cap.*62. *de servitutibus urb. prædiorum*, dummodo vicino non præjudicet in aliquo per duos palmos longe à fenestra alterius, ut in Consuetud. in titul. de aperturis à latere vicini faciendis, & in Consuetudine, & si ex latere de servitutibus, tamen quia tali facta erectione domus vicini videbatur fuit dictum claudi Balconem teste Thoro *tom.*1. *in verbo Balconum*, de quibus Balconibus, seu menianis tractat Cepolla de Servitutibus *cap.*61. & quale spatium debeat dimitti in eorum ædificatione, *n.*3. Cepollam tamen impugnat Negusantius Junior *conf.*18. *n.*13. sed cum Angelo, & Cepolla tenet Surdus *conf.*74. *n.*3. Petrus de Ubaldo *de duobus fratribus*, *p.*6. *vers.*5. *Fallentia* 6. Honnedeus *conf.*80. *n.*27. *lib.*1. Laurentius de Pina *conf.*164. *nu.*50. & ad materiam Simon de Petris *conf.*73. *n.*21. Riminaldus Jun. *conf.* 367. *num.*25, *lib.*4. sicuti fenestræ materiam tractat Cepolla *cap.*62. Additio ad Afflict. *dec.*224. & 225. Surd. *conf.*387. Berous *conf.*133. 134. & 135. *vol.*3. Alba *conf.*777. Felicius *de Societate*, *cap.*28. *n.*21. Oynotomus *de servit. rusticor. n.* 21. Aldovinus *conf.*10. Carpan. *cap.*333. Card. Tuschus *lit. B*, *concl.* 36. & an liceat fenestram ampliare Alciat. *conf.*55. *tom.*2. *lib.*5. & an facere illam liceat in muro communi obscurando fenestram vicini, Jas. *conf.*98. *lib.*1. contra quem in eodem casu respondet Ruin. sen. *conf.*71. *lib.*1. Menoch. *conf.*1237. *lib.*13. *n.*46. & *seq.* Surd. *conf.*233. Thomat. *dec.* 119. & an liceat in suo facere fenestram etiamsi inspiciatur in domum vicini tractat latè Cæph. *conf.*130. *lib.*1. & quando quis teneatur obturare fenestram factam in muro communi, Aldovin. *conf.*10. Paul. de Castro *conf.*334. *lib.*2. & tandem quando quis possit facere in muro communi fenestram ignorante, vel invito socio, tradit Cepolla *c.*62. *nu.*3. Surd. *conf.*387. cui contradicit Altogr. *conf.*100. *n.*45. Surd. *conf.*233. Thesaur. *dec.*219. *n.*5. Bursatus *conf.*57. & 58. Costa *de portione rata*, *quæst.*50. Laurentius de Penna *consil.* 164. 42 43

DI-

DISCEPTATIO CLXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Textus in l. finali, C. de ædificiis privatis, adducitur cum Novella 60. & 63.*
2 *Ædificare in ſolo ſuo uſque ad cœlum quando permittatur.*
3 *Conſuetudines Civitatis Neapolitanæ in materia ſervitutum adducuntur.*
4 *Ædificare volens prope vicinum quantum elongare ſe debeat.*
5 *Textus in l. finali, ff. finium regundorum, explicatur.*
6 *Ædificans à latere an teneatur ſervare Text. in dict. l. fin.*
7 *Aſpectus ad mare ſi impediatur, vel ad montes, non eſt licitum ædificare, niſi relicta diſtantia centum pedum.*
8 *Reg. Capycii Latro deciſ. 50. adducitur.*
9 *Text. in dict. l. fin. Cod. de ædificiis privatis fuit localis.*
10 *Leges per non uſum in deſuetudinem abierunt plures.*
11 *Regentis Capycii Latro deciſ. 50. qualiter proceſſerit.*
12 *Allegatio celebris I.C. Regii Conſiliarii Julii Cæſaris Capoccci adducitur contra deciſionem Regentis Latro, ſic alias practicatum fuiſſe oſtenditur, ac in futurum ſervandam.*

ARGUMENTUM.

Textus in l. finali, Cod. de ædificiis privatis, utpotè localem nec uſu unquam ſervatum, nec ſervandum eſſe oſtenditur. Aſpectus ad mare, & ad montes impediri poſſe non prohibetur. Nec deciſio Regentis Capycii Latro 50. in hoc fuit fundata, ut ex noviſſimis allegatis & deciſis oſtenditur.

1 RESpondent communiter Doctores *in l. fin. Cod. de ædificiis privatis*, poſſe impediri fabricantem non ſolùm ſi per directum tollatur, ſed etiamſi per obliquum, quia nunquam poterit ædificari, niſi intermiſſo ſpatio centum pedum, Gloſſ. *in d.l. penult. in verbo Directus*, & ampliat etiam ad impedientes proſpectum menſium, cum qua lege concordat *Novella* 60. aliàs 63. *in authen. de novi operis nuntiatione*, maritimi aſpectus, & eſt deciſio Regentis Capycii Latro 50. *per totam*. Etenim licèt unuſquiſque poſſit fabricare in ſolo ſuo, & in altum extollere uſque ad cœlum *l. altius, l. in ædibus, Cod. de ſervitutibus*, & aqua etiamſi
2 lumini vicini officiat *l. Proculus, ff. de damno infecto cum ſimilibus*, quod etiam jure conſuetudinario Neapolitano probatur in conſuetudine ſi quis habet de ſervitutibus, ubi Napodanus alii recentiores, & Neapol. ſi quis voluerit in ſuo ſolo ædificari contra parietem in quo fuerit apertura per conſuetudinem quæ incipit *ſi quis habet* habetur quod ſi paries habet aperturam, pro aſpectu, & lumine ingrediendo
3 tunc debet ſe elongare per palmos 12. & per tale etiam ſpatium debet diſtare novum ædificium, quod conſtruitur à dicto pariete vicini, quod Napodanus dicit eſſe jure ſervitutis *ubi ſuprà, num.* 13. & 16. quod ſanè etiam intelligitur, ſi domus nova facienda conſtruatur ex materia lignea, quia non per hoc non noceret homini & proſpectu ad quem finem fuit talis diſtantia inventa, ne illis noceat qua de re Cepolla *cap. 39. de ſervitutibus*.

4 Sed ſi à latere quis velit ædificare parietis, ſcilicet vicini ubi ſunt aperturæ tunc poteſt conjungere ædificium cum ædificio vicini, ſed debet elongare ab apertura, ſeu ejus latere prædictum ædificium per palmos duos Cannæ, & duas partes unius palmi, ut in conſuetudine, & ſi ex latere ubi Napodanus *num.* 21. & de jure communi, dum quis ædificat de latere ædificii alterius nullum ſpatium tenetur relinquere, Angelus *in leg. Meniana, Cod. de ædificiis privatis*, Baldus *conſil.* 348. *lib.* 2. Berous *conſil.* 134. *num.* 28. *vol.* 3. cujus contrarium tenet Cepolla *de ſervitutibus urbanorum, cap.* 40. Surdus *conſ.* 74. *num.* 15. & talis diſtantia ſumitur à ſummitate podii ſi ibi adeſſet vel à latere domus ad modum podii facto adhuc; ut faciliter non habeatur aſpectus Napodanus *in conſuetud. ſi aliquis, num.* 22. deciſum refert Thorus *in verbo Menſura parietis*.

Jure etiam communi ex *dict. leg. finali, ff. finium regundo-* 5
rum, habetur poſſe vicinum ædificare relicto certo ſpatio duorum pedum prope domum vicini, qui Textus tum in prædiis ruſticis, tum Urbanis locum habet, & locus ille quem percutit ſtillicidium eſt Domini domus Cepol. *de ſervitutibus urbanorum prædiorum, cap.* 28. *de ſervitute ſtillicidii, quæſt.* 8. & *quæſt.* 9. quod ſpatium duorum pedum non à pariete eſt numerandum, ſed à loco, ubi cadit ſtillicidium Cepolla *d. c.* 28. *quæſt.* 8. & *cap.* 40. *de pariete, ſeu de muro, cap.* 2. Surdus *conſil.* 74. *nu.* 15. contra Vivium *opinione* 12. contra Bellonum *conſ.* 61. Neguſant. *reſponſ.* 118. *nu.* 11. Ubaldus *de Fratribus, part.* 6. *verſ.* 6. Homnedeus *conſ.* 80. *n.* 24. & 27. *vol.* 1. Ludovicus de Pinu *conſ.* 164. *n.* 50. Simon de Petris *conſ.* 73. *num.* 21. Rimin. jun. *conſil.* 367. *n.* 25. *lib.* 4.

Ædificans à latere an teneatur ſervare diſpoſitione *d. l. fi-* 6
nalis, quod eſt Angelus *in l. Meniana* 6. *de ædificiis privatis*, dicit Textum *in d. l. fin.* non procedere in ædificante à latere, contrarium dicit communis cum Surdo *conſil.* 74. *num.* 15. poſt Cepollam *cap.* 61. *de Menianis, col.* 2. qui ait ædificantem juxta privatum ædificium, teneri ſervare diſtantiam, ſive à regione, ſive à latere ædificet, quia Textus *in dict. l. finali*, loquitur generaliter, & indiſtinctè ne vicino damnum inferatur, quod utroque modo poteſt contingere, ergo &c.

Unde ſi impediatur aſpectus ad mare tunc relicto ſpatio 7
centum pedum non prohibetur fieri novum ædificium, ex *dict. l. fin. Cod. de ædificiis privatis*, quæ licet localis fuerit pro ſola civitate Conſtantinopolitana tamen fuit à Juſtiniano extenſa, & declarata pro omnibus locis ſubjectis Im- 8
perio Romano, & in hac Civitate dicit Regens Capyc. Latro *deciſ.* 50. *num.* 28. quæ lex tempore primæ impreſſionis Codicis non erat cognita, Capycius Latro *num.* 21. & patet, quia omnes Claſſici leges illius tituli duodecim enumerant, & ideo Angelus de Peruſio *in dict. l. finali*, ait, iſta lex non legitur in Scholis, ſed poſt novas impreſſiones Codicis Venetiis ſub anno 1583. & 1591. Antonius Contius Græcæ diſciplinæ Curioſus de Græco tranſtulit in Latinum, & in dicta nova Codicis impreſſione imprimi curavit, ut ait ipſe Contius *in novella* 63. & licet aliqui dixerint eſſe localem pro urbe Conſtantinopolitana tantum, ut poſt alios refert Gipſius ad Capycium Latro *dict. deciſ.* 50. *num.* 11. & 12. qui *num.* 26. extendit etiam in impediente aſpectum ad montem, ut ibi habes.

Quod verò talis lex non fuerit uſu recepta in hac Civi- 9
tate Neapolitana communiter dicunt noſtri, quia ſicut lex probatur per uſum, ita eſt contra, per non uſum & non obſervantiam deficit legis virtus Gloſſ. *in cap.* 1. ubi DD. *de*
tregua, & pace, & non uſus declarat derogationem legis Ja- 10
ſon *in l. de quibus, ff. de legibus, num.* 33. & 34. ſicuti dicimus *de l. decretionibus, Cod. de Epiſcopali Audientia, & in l. fin. Cod. de Curatore furioſo*, ubi in damno Curatoris furioſi judex hoc facere debet in præſentia Epiſcopi, & trium primatum, & tamen Bartolus *conſ.* 144. *lib.* 1. ait has leges non fuiſſe uſu receptas; ſic in *l. finali, Cod. de jure deliberando*, juncta *auth. ſed cum teſtator, Cod. ad l. falcidiam*, habetur ultra teſtes ordinarios adhibendos eſſe loco legatariorum alios tres teſtes probatæ opinionis locupletes, & divites; & tamen, quia non fuerunt uſu receptæ, non ſervantur; Bart. *conſ.* 154. *num.* 13. ſic Text. *in l. Is qui cum telo, ff. ad l. Corneliam de ſicariis*, non fuit uſu receptus; nec ſervatur Bart. *ubi ſupra*, ergo cum fuerit pluries practicatum contrarium in hac Civitate, dicendum eſt legem prædictam non eſſe in uſu, ut poſt alius Giptius ad Capycium Latro *d. dec.* 50. *à n.* 21. *cum ſeqq.* qui fundat fuiſſe localem.

Nec deciſio Capycii Latro aliquid probat, quia ibi fuit facta deciſio non ex *dict. l. finali*, ſed ex æmulatione, qua æmulatione polita, limitatur Text. *in d. l. Altius*, ut habetur *in l. opus novum, ff. de operis publicis*, Theſaur. *dec.* 16. *num.* 10. Giptius *ubi ſuprà, num.* 32. & *ſequenti*. Imò cum quis fabricando impediret aſpectum maritimum alteri per aſpectum collaterale fuit deciſum poſſe fabricare, & alias cum hic caſus fuiſſet propoſitus inter Principiſſam Marani prohibentem D. Mariam de la Cerda ædificantem, non fuit articulus deciſus; placuit tamen afferre in præſenti allegationem factam per Doctiſſimum, & Facundiſſimum

tunc Advocatum, postmodum Regium Consiliarium Aloysium Capacium, quæ datur.

COEpit ædificare Domina D. Maria de Cerda, in suo solo in Regionæ Echiæ, ubi dicitur à Pizzofalcone novum ædificium pro ejus maxima utilitate de mense Maij anni præteriti 1643. & cum erogatione ducator. supra quatuor millia, reducto ædificio ad statum cum maximis fundamentis, lamiisque desuper, ac muris jam elevatis pro perfectione primi appartamenti: Comparvit in S. C. Illustris. Principissa Marani, asserens domum possidere in eadem Regione, ex qua semper habitum fuisse aspectum ad mare, & ad Montem Pausylippi, aliosque Montes circumcirca, petiit prætereà impediri novum ædificium, quod ad præsens facere intelligit conventa, in loco ad Fabricam non destinato, & altius Fabricam elevare, ne suæ domui aspectus prædictus tollatur, & in forma novi operis nuntiati, ordine Domini Causæ Commissarii mandatum Fabricæ prohibitum fuit expeditum, donec aliter auditis partibus fuerit provisum.

Cùmque institisset ipsa D. Maria pro revocatione mandati ex nullo jure nunciantis, fuit factus accessus per S.C. super faciem loci, & hæc, quæ notantur in facto, verissima reperta fuere.

Primò, situm novi ædificii in solo ipsius D. Mariæ distare ab ultimis angulis domus dictæ Illustr. Dom. Principissæ, non solùm spatio palmorum duodecim statuto in novis Fabricis construendis in hac fidelissima Civitate, municipali jure, sive Consuetudinario in Consuetud. incipiente, *si quis habet*, sub titulo *de servitut.* sed longiori spatio palmorum 180.

Secundò, situm hujus novi ædificii reperiri ultra supradictam distantiam ex linea obliqua à situ Dominæ Principissæ domus, dictosque situs divisionem recipere media via privata palmorum novem latitudinis, & supra tercentum longitudinis, à principio dictæ viæ divisoriæ, quæ principium capit à primis angulis domus d. Dom. Principissæ ex uno latere, & domus ipsius Dom. Mariæ ex alio.

Tertiò, prædictam viam situum præfatorum esse privatam, & de dominio absoluto ipsius D. Mariæ, & illorum de Ariano à quibus causa concessionis habetur, nulla penitus servitutis actione competente dictæ D. Principisæ, nec deambulandi, nec aspectus super dicta divisoria via.

Quartò, fenestras omnes d. domus tam Atrii Magni, vulgò, *sala*, quam processii, vulgò *Anticamera*, aspectum habere supra plateam magnam dictam *del Monte d'Iddio*, & fenestras omnium cubiculorum dictæ domus aspectum habere supra impluvium, sive Cortile absque ullo aspectu versus mare, præter duntaxat duas fenestras postremorum cubiculorum, cum deambulatione subdiali, vulgo *corritorio scoverto*, quæ ultimæ fenestræ, & Corritorio per lineam directam ex opposito versus antiquas domos illorum de Ariano, quarum altiori Fabrica (quæ ad libitum fieri potest) omnis aspectus, sive prospectus ex omni parte domus dictæ Dom. Principissæ per lineam directam tollitur.

Ex quibus in facto consistentibus nulli remanet dubitationi locus licuisse, & licere ipsi D. Mariæ jam cœptum ædificium, & ad talem statum reductum, perficere in suo proprio solo, & ad ejus libitum usque ad Cœlum, (ut DD. loquuntur,) extollere ex juris indubitata conclusione, quæ desumitur de jure communi vulg. juribus *in l. altius*, ubi Gloss. ibi in notabilibus, *in l. ædibus*, *C. de servit. & aqua*, & utrobique DD. omnes, & de jure municipali, sive consuetudinario vetustissimo *in dict. consuetud. si quis habet, tit. de servit.* ubi Napodan. & cæteri addentes, quando novum ædificium à vicino distat duodecim palmorum spatio, etiamsi luminibus vicinæ domus cum tali distantia officiat; dummodo tamen non ad vicini æmulationem, quæ non præsumitur in dubio, cum animo nocendi quis facere non præsumatur, de quo est Gloss. *in l. fluminis*, *§. fi. ff. de damn. infect.* Ursil. ad Affl. *dec.* 225. *n.* 4. & Gramm. *dec.* 15. *n.* 5. & maximè in hoc casu, dum pro maxima utilitate, & commodo novum ædificium conficitur à Domina soli etiam ex tali distantia, & hoc nullam recipit difficultatem.

Sed quia de maris prospectu agitur, quem ex sua domo habere asserit D. Principissa, illumque impediri non posse prætendit, ex allegatis *in dec. S.C.* 50. Domini mei Regentis Capyc. Latr. Ideò jura, & Doctorum authoritates in primis referam, quæ in præfata decisione allegantur, & posteà, neque allegata, neque decisionem obstare, quò minùs mandatum revocetur, & liberam ędificandi facultatem, quam jura concedunt D. Mariæ nullatenus posse impediri judicandum probabo.

Allegatur primò *in d. dec.* Tex. *in l. & pace frui* 12. *C. de ædific. priv.* ubi Zenonis constitutione forma cavetur novorum ædificiorum construendorum, atque maris prospectus vicinæ domui tolli prohibetur, nisi centum pedum spatium relinquatur.

Secundò Tex. *in l. fi. ejusd. tit.* ubi præfatam Zenonis constitutionem, quæ localis declaratur in Civitate Constantinopolitana Imperator Justinianus in omnibus Romani Imperii Provinciis servandam jussisse legitur.

Tertiò Novella constitutio ejusdem Justin. 63. *in authent. de novi operis nuntiat.* aspectus maritimi, ubi eandem Zenonis constitutionem de maris aspectu non tollendo, nisi centum pedum spatio intermisso in eadem Civitate Constantinopolitana omninò servari mandatur.

Quartò alia Novella constitutio ejusdem Justiniani 165. quæ pertinet ad dictam Novellam 63.

Quintò ibidem pro hac parte allegatur auctoritas Harmenop. *in suo promptuario juris*, *l.* 2. *tit.* 4. §. 59. *de prospectu*, *fol. mihi* 163. ubi ejusdem Justiniani Novellæ 63. meminisse videtur, & *in marg. lit. B*, notatur consimilia statuta fecisse per aliam citatam Novellam 165.

Sextò & Cujacius allegatur *in eadem leg.* 12. *C. de ædific. priv. & in citatis locis Novellis constit.* 63. *&* 165.

Septimò allegatur ex Osualdus Salligerus ad Donellum enucleatum *l.* 11. *c.* 5. *sub lit. G*, & ibi pro singulari adnotari, licere vicino prohibere, ne marinus tollatur aspectus infra dictum spatium etiam sine actione servitutis limitando Text. *in l. altius*, *cum concord.*

Octavò *n.* 28. refertur, maritimum aspectum fuisse consideratum à Muta *dec. Siciliæ* 8. *n.* 7.

Et tandem decisio S. C. relata per dictum Dominum Regentem, qui refert terminum impartitum firmo remanente mandato. Totum igitur intentatæ actionis fundamentum per novi operis denuntiationem, consistit in dispositione dictæ Zenonis Constitutionis.

Sed ego qui jura tueor D. Mariæ de la Cerda ad fundandum jura allegata à Doctor. authoritates adductas, & insuper relatam decisionem nullatenus obstare quin mandatum ad instantiam D. Principissæ injunctum, judicetur revocandum.

Dico in primis, improficuè, & inutiliter pro lege generali allegari dictam Zenobiam Græcam Constitutionem licèt Justinianum Imperatorem illam ubique terrarum servandam præcepisse legamus *in d. l. cum dubitatur*, prout consideratis temporibus tam Zenonis, sub cujus Imperio præfata constitutio promulgata refertur, quam Justiniani Imperatoris, cujus jussu pro lege universali talem Constitutionem servandam cautum dicitur ex *d. l. cum dubitatur*, & tripliciter facilè probare censeo.

Primò, quia attento Zenonis tempore illius Constitutionem cum nova forma ædificiorum construendorum spatio centum pedum præstituto inter utranque domum, ne maris prospectus tolleretur, localem fuisse, & particularē pro Urbe constantinopolitana dubio non est locus; ut clarissimè illius verba demonstrant, & Justinianus confirmat *in d. l. cum dubitatur*, ubi localem, quam asserit Zenonis constitutionem in omnib. Pontificiis Romani Imp. servandā statuisse videtur.

Attento autem Justiniani Codicis impressionis tempore rectè intuenti facilè patebit ex dispositione *d. l. cum dubitatur*, vim legis generalis non potuisse sumere relatam zenonis constitutionem ea Juridica, & irrefragabili ratione, quia tempore promulgationis Justinianis Codicis, ejusque primæ impressionis relata constitutio Zenonis non fuit impressa, imò & omninò incognita, ut statim dicam, quò circa ex defectu relatæ Zenonis Constitutionis lex illam referens vim legis sumere haud potuisse non dubitatur, licèt relatio fiat ab habente potestatem de novo condendi, quo casu dispositionem relatam non esse necesse probavit, Ferret. *cons.* 86. *n.* 6. *l.* 2. Aret. *cons.* 76. diligenter Vivii *col.* 3. quia hoc procederet in dispositione in totum certa, & specifica, itaut ea posita, ponatur oratio & ejus significatio perfecta, non autem quando ea posita non ponitur perfectio, ut optimè concludit Grat. *discept. for. c.* 508. *n.* 31. *ad* 35. *p.* 3. & idem *c.* 501. *n.* 16. *&* 17. ex Bald. *in l. in civile. in fi. n.* 3. *ff. de l.* & *in l. unica*, *§. in omnib. C. de caduc. toll.* Surd. *cons.* 419. *n.* 23. *in fi. l.* 3. Riminald. jun. *cons.* 42. *n.* 5. Felin. *in c.* 2. *n.* 14. *vers. Secus si sit specifica, de rescript.* & alia idem Grat. *c.* 289. *n.* 1. *lib.* 1.

Quòd autem Zenonis Constitutio præfato tempore non impressa, & omninò cognita fuerit apud omnes habemus, & ex Accursio glossatore maximo, qui *in d. l. cum dubitatur*, quæ suo tempore erat 12. collocata *in d. tit. C. de ædificiis privatis*, legens Justinianum meminisse dictæ Zenonis Constitutionis admiratus inquit, sed ubi est? quasi quod Justinianum notaret de constitutione loqui quę non aderat.

Et rationabilem Accursii admirationem concomitatur Patres omnes antiqui, quorum nullum (ex iis apud me, qui pauci non sunt) legitur commentasse, nec legisse *dict. leg. cum dubitatur*, & observatione est dignum, quòd apud omnes classicos antiquos numerus legum *dicti tit. Codic. de ædificiis privatis*, legitur ad duodecim, & non ultra, imò & aliqui nec meminere *d. l. cum dubitatur* 12.

Et licet Salicetus brevibus verbis summarit *d. l. cum dubitatur*, videlicet lex Zenonis de servitutibus loquens est generalis, licèt sit missa ad Præfectum Urbis: tamen nec de tali Constitutione, nec de dispositis per eam verbum nullum subdit Salicetus.

Sed Angelus de Perusio Saliceto, & cæteris accuratior super *dict. l. cum dubitatur inquit*. Ista lex non legitur in Scholis, nec in ea posset poni casus per divinationem; confirmat enim Constitutionem Zenonis in omnibus Urbibus Romani Imperii obtinere debere, quæ localis erat, & præcipit observari, præter quam in novatis per Zenonem: quæ autem novaverit Zeno non habemus, & quę introduxerit non habemus, hic non sunt alia; hæc Angelus.

Et hoc quia tam in primis Codicis impressionibus, quam apud dd. omnes leges *in d. tit. de ædific. privat.* duodecim habemus usque ad novas editiones Venetiis, sub signo Aquilæ renovantis de anno 1583. licèt *in dict. dec.* 50. D. Regentis Latro notetur de anno... quo tempore Anton. Contius varia eruditione præclarus, & antiquarum rerum ac Græcæ disciplinæ. Sedulò Curiosus, dictam Gręcam Zenonis Constitutionem anteà deperditam è Græco in Latinum transtulit, & in dict. nova Codicis impressione imprimi curavit, ut novissimi uno ore fatentur, & ipse Contius adnotavit *in d. novell.* Justin.63. *sub tit. de novi operis nunc.* maritimi aspectus *in vers. Zenonis piæ memoriæ constitutio in signo* † inquiens, hanc anteà deperditam reponi in proprio *tit. Codicis*, *sub tit. de privat. operib.* curavi, meamque translationem adjunxi Cont. Probato igitur de non existentia dictæ Zenonis Constitutionis, ad quam se refert Justinian. *in d. l. cum dubitatur*, bene concluditur illam vim legis generalis sumere nullatenus potuisse, & proinde pro lege allegari non posse.

Secundò probatur ex eodem Justiniano Imperatore, qui post conditam *d. l. cum dubitatur in dict. tit. C.* ubi Gręcam Zenonis constitutionem generaliter observandum præceperat, illam quasi in toto orbe impracticabilem tanta cum distantia, in ædificiis construendis; deinde per novam, & specialem Constitutionem abrogavit etiam per viam novæ declarationis quod patet *in d. novella* 63. dum in ea Justinianus meminens Zenonis Constitutionis substantiæ, illam localem *in dict. novella Constitutione* 63. statuisse non dubitatur, pro Regia Civitate Constantinopolitana à principio ad finem, *ibi:* causam quæ dolosè fit in hac Romana Civitate circa domuum ædificia, cohibere, & commendare justum credimus, quia enim certis mensuris distare domos ab invicem Zenonis piæ memoriæ constitutio dicit, nos etiam aliquid tale statuentes, &c. subdit postea. Sequitur autem in hac Regia Urbe, non posse aliquid ultra centum pedes prohibere maris prospectum rem omnium gratissimam, &c. & sequitur ex relatione igitur magnitudinis tuæ cognovimus divinam legem immortalis memoriæ Patris nostri Leonis, quàm super his potuit, qui in hac gloriosa Civitate ædificare voluerint, &c. & deinceps *colum.* 2. *in fine*. Et Civitati sit decori, & transeuntibus voluptati, in reliquis autem Civitatis regionibus extructas in mediis columnis officinas, prout urbi esse utile, &c. Ex quibus verbis sine dubio comprehenditur Imperatorem Justinianum Zenonis Constitutionem, quam generaliter servandam statuerat *in d. l. cum dubitatur*, in hac novella constitutione exprefsè deductam, localem in dict. Civitate Constantinopolitana restrinxisse, ac statuisse etiam per viam declarationis, quod luce clariùs patet ex finalibus verbis ibi. Quæ igitur placuerunt nobis, & per hanc sacram declarata sunt legem, tua Celsitudo in hac fœllcissima Civitate operi, terminoque contundere & in perpetuum cura cum obediente officio servari, &c. clariùs quidem probari non potest abrogasse Justinianum *d. l. fin.* dispositionem per novam declarationem quæ sibi placuit per hanc novam legem, quam in perpetuum servari jussit in dicta felicissima Civitate, quæ fit, ut validissimè localis probetur dispositio maris prospectum non tollendi, & ideo improficue allegari pro lege generali jam derogatæ, per novam specialem constitutionem per quam priori *d. l. cum dubitatur*, derogatum non dubitatur ad Text. *in l. sed & posteriores*, *ff. de legibus*, prout etiam in statutis per illum Text. consuluit Alex. *cons.* 58. *lib.* 4. *num.* 3. & pleniùs *in cons.* 122. *in princ. l.* 4. prout item & in contractibus, *l. cum plus*, *§. lex dicta*, *ff. locati*, est idem in pactis *l. pacta novissima*, *C. de pact.* & in prætoriis stipulationibus, *l.* 1. *in fin. ff. de prætor. stipulat. cum similibus*.

Tertiò probatur, auctoritate gravissimorum Jurisconsultorum in puncto tam super *dict. novella* 63. quàm super eadem, *l. cum dubitatur*: super novella habemus Bartoli Summarium sequentibus verbis videlicet: Nulli licet ædificare in hac R. Civitate: ergo extra Civitatem ędificantes non ligantur.

Sed ad clariores recurramus, & primò ad eundem Harmenopolum, qui in citata *dec.* 50. Domini Regentis pro contrario consideratur *d. lit.* 2. *tit.* 4. *fol. mihi* 163. quo in loco duo Constituuntur §§. *primus*, *scilicet* 59. *de prospectu*, & in hoc Harmenopolus referens constitutionem præfatam incipit sic in hac Regia Civitate, &c. & sequitur ea, quæ Zeno Imperator disposuerat, &c. Quocirca ex Harmenopolo localis probatur Zenonis Constitutio, nec ejus dictum progreditur ulta R. Civitatem de qua loquitur constitutio quam refert ibi, subnectit deinde Harmenopolus immediatè alterum, §. 60. *sub tit. de maris prospectu*, quem generaliter non esse in consideratione, nisi in portus & navium prospectu dispositum refert; & liceat verba transcribere, quæ aurea ad casum considerandam censui; Visoria facultas cùm inter omnes sensus auctissima sit, ac celerrima, vel ex longissimo intervallo vim suam & actum exerit. Quo fit, ut de ea non sit facilè, ac temerè quicquam statuendum, sed certæ sint pręscribendę mensuræ, quibus stetur; tres enim prospectus leges traduntur, maris, hortorum, & publicarum chartarum, quas omnes ædificaturi citra ullam præfinitionem injungunt; prospicitur etenim mare ex millibus sæpènumerò quadraginta, & ultra; prospicitur hortus, plantæ, ac nemora è viginti millibus; prospiciuntur, & publicæ chartæ è cubitis non minus ducentis. Quod si his prospectibus stemus & acquiescamus, *Nulla certè domus Pagus, aut Vrbs condi*, excogitative potest. Excluditur igitur ex antiquis vana maris prospectus ostentatio pro tanta distantia ex Zenonis Constitutione etiam illo tempore neglecta extra Regiam illam Civitatem.

Nec desunt auctores maximi novellarum Constitutionum Justiniani Interpretes, qui citatam novellam 63. localem omninò fateantur atque constituant, & inter primos allego Julianum Patritium antecessorem Constantinopolitanum in explanatione voluminis trium posteriorum librorum Codicis, & Authenticarum, seu novellarum Constitutionum Domini Justiniani Imperatoris, & cæterorum Principum cum Scholiis Antonii Contii *tom.* 5. ubi Julianus refert Constitutionem Imperatoris Justiniani de prospectu Maris *sub numer.* 26. *f. mihi* 135. inquiens. Hęc constitutio localis est, nam de his loquitur ædificiis, quæ in Constantinopolitana Civitate, per calliditatem imponuntur, & sequitur Zenoniana etiam constitutio jubet conspectu maris non posse aliquem ab alio excludi si centum pedes in medio utrorum ædificiorum fuerint. Quid igitur plura? si verba Novellæ constitutionis localem disponunt legem de maris aspectu non tollendo & ex Juliano cum Contio translatore Græcæ constitutionis Zenonis, qui in Codice reponi curavit, declaravit in hac Novella localem fuisse dispositionem.

Sed accedant magis in puncto clariores doctissimorum juris interpretum sententiæ: & ex antiquis Jo. Leucarius in sua Ecloga sive Synoposi, quæ Basilicon juris nuncupatur, ubi *l.* 58. *c.* 22. *f. mihi* 491. *in traductione è Græco in Latinum de prospectu in Mare Novellæ* 63. de qua verba facimus declarat sic: Sancimus ut ubique terrarum eadem hęc obtinebant excepto prospectu in mare: nam is Constantinopoli duntaxat, & in ejus continentibus locum habet.

Et

Et tanti authoris sententia fretus doctissimus Gottifredus super Codic. Justiniani impresso Coloniæ anno 1615. in notis ad dictam propriam *l. cum dubitatur*, de cujus intellectu agitur *litt. G. vers. Vbique terrarum*, *fol. mihi* 618. *colum.* 1. aureis verbis notavit sic ubique terrarum, hoc est non modo in urbe, sed etiam in Provinciis, quæ de ædificiis superiùs dicta sunt obtinent excepto prospectu in mare: nam is tantùm Constantinopoli, & in ejus continentibus duntaxat locum habet Syn. Basil. 58. *capit.* 22. & addit Harmezzopol. *in supra relato lib.* 2. *titul.* 4. §. 59.

Ex moderniorибus vero habemus eruditissimum authorem Renatum Choppinum Advocatum Parisiensem maximus in ejus opere de Civilibus Parisiorum moribus ac institutis *lib.* 1. *tit.* 4. *de servitutibus urbanorum prædiorum*, *& rusticorum*, *numer.* 12. ubi loquens de nova ædificiorum forma in maritimis Provinciis adnotavit pro lege Constantinopolitana intervallum centum pedum inter binas ædes, ne prospectus in mare vicino præcipiatur, & ad talem normam refert Justiniani Novella 63. ad Bizantiorum usum explicasse, & in margine notavit sic *Constantinopolitanæ leges*, quo fit ut prospectus maris in Bizantiorum Urbe duntaxat considerandus sit, & non ultra abrogata *d. l. cum dubitatur*, ab eodem Justiniano per citatas Novellas, & ex sententiis tantorum Patrum.

Præterea ultra prædicta abrogata probatur citata Justiniani *lex cum dubitatur*, cum Zenonis Constitutione, si aliquando illius dispositioni locus fuisset quod ex prædictis expresse negatur aliis quoque mediis legalibus primo, scilicet per desuetudinem in scriptis redactam secundam, quam ædificiorum constructio in hac inclita Civitate regulatur ex quibus legem abrogari expresse deciditur vulgo *l. de quibus*, *ff. de legibus*. Per desuetudinem non tantùm in Civitate, & in toto Regno, sed etiam ubique terrarum, & in Civitate satis constat de desuetudine talis legis (si tale meretur nomen) à primis ædificiis cœptis per Græcos illos paucos Partenopes Dominæ Eumeli filiæ associatores, qui electo supra mare situ in Regione, ubi ad præsens sedile Montaneæ reperitur, ibique jactis primis ædificiorum fundamentis successores deinde, sive Cumani, qui situs electione invidi ad habitandum in eodem situ acceperunt, sive Cumanis revocatis, Græci etiam suos assequentes ædificia construentes, pauca distantia intermissa à primis constructis domibus ex situs angustia, & multis in vicis minori spatio palmorum decem, prout deinde successivis temporibus Græcis expulsis variæ nationum gentes, quę variis temporibus sub variis dominiis huc appulere, eadem angusta mensura usi fuere in domorum constructione, ut in Religione sedilis Capuani, & Sellariam, atque forum publicum versus; imò & moderniorибus temporibus ex maris recessu à portu, cujus situs fines tenebat in alia regione, in qua ad præsens sedile Portus extat (nomen à portu trahens) in omnibus constructis domibus parvo intermisso palmorum spatio, & sæpissimè minus decem semper prospectu ad mare ablato per novas domos, quæ post primas ad mare aspectum habebant indifferenter practicatum patet.

Hoc idem in omnibus maritimis Civitatibus in toto Regno observatum constat. Item & in toto orbe in cujus Urbes maritimas non habemus tanta cum distantia centum pedum domos fuisse constructas, quod si tanta distantia opus fuisset in domibus supra mare construendis certè ulla Urbs, neque parvus quidem pagus condi potuisset, prout Harmenop. *adnot. cit. loco*, & si domos in hac Civitate constructas submissas tantæ distantiæ centum pedum imperatum esset, quia omnes aspectum habere ad mare situs demonstrat, dividendo constructas domos, quę ad numerum sunt supra quadraginta mille; certè non satis fuisset situ totius Provinciæ terræ laboris, & ultra quocirca dum citatæ Zenonis *constit. cum l. Iustinian. de qua agitur*, observantia nunquam fuerit petita, quando de earundem legum existentia, & validitate constitisset, subsequuta propterea esset desuetudo, quæ ob non petitam legis observantiam inducitur, ut notabiliter decidit Paul. de Castr. & cæteri *in d. l. de quibus*, *numer.* 10. *ff. de legibus*, & per illum Text. consequenter ex tali desuetudine leges abrogatas remansisse, ut Julianus statuit *in d. l. de quibus*, *in fine*, ibi quod rectissimè illud receptum est, ut leges non solùm suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnia per desuetudinem abrogentur, & per hunc Text. censent Doctores omnes per desuetudinem leges abrogari, quod fortiùs in hoc casu procedere non dubitatur, in quo Zenonis constitutio *cum d. l. non dubitatur*, unquam pro lege fuisse receptam probavimus.

Dicam tandem abrogatas citatas leges ultra prædicta ex vetustissima citata consuetudine in scriptis redacta *sub d. tit. de servitutibus*, secundùm quam ex communi Civium consensu forma est tradita in domorum constructione, ut scilicet una domus ab alia duodecim pedum spatio distet, & præter æmulationis causam usque ad sydera domus extollere licet, & si vicini domus luminibus efficiatur, quę quidem consuetudo legem vincit, & abrogat, ex Juliani sententia *in dict. leg. quibus*, ibi: inveterata consuetudo pro lege non immeritò custoditur, & hoc est quod dicitur moribus constitutum, &c. Imò, & in terminis ejusdem Zenonianæ Constitutionis Text. consuetudinem sive pactum Civium observari præcipit. Qui autem ex pacto vicini ædificent intra definitum ab eis modum ædificent; tunc enim, & eo non custodito spatio permittimus attollere ædificia etiamsi prospectum adimant, &c. Et sequitur, quandoquidem competentia jam quibusdam ex conventione jura per generalem auferri legem, non oportet.

Quò circa pactum Civium ex quo consuetudo inducitur, etiam in eadem Civitate Constantinopolitana per dictam localem legem observandum probatur, quo fit, ut dicta Neapolitana consuetudo vetustissima Civium consensu introducta omninò servanda sit etiam ex dictæ legis localis dispositione. Probatio autem Consuetudinis contra citatas leges, (si aliquando adessent,) & citatæ consuetudinis Neapol. insurgit ex forma, & qualitate domorum constructarum in hac Civitate, *ut suprà*, descriptum est & in specie in Regionæ Echiæ ubi domus Dominę Principissæ constructa maris aspectum abstulit vicinis domibus ex opposito non intermisso centum pedum spatio prout omnes domus in eodem latere constructæ maris prospectu vicinis domibus ex alio latere abstulerunt, quo circa ex juris iniqui retorquutione repellenda est ab intentato judicio & legem pati debet in novis edificiis, qua Domina actrix usa fuit contra vicinos in ipsius domus constructione.

Ex prædictis patet responsio ad omnia pro contraria parte allegata, & ad primum, & secundum ex citatis *legibus peti. & fin. Cod. de ædific. privat.* qui illarum dispositionem Constantinopoli dumtaxat, & in ejus continentibus locum obtinuisse probavimus.

Ad tertium, & quartum, ex novellis 63. & 165. liquet responsio, non solum illas locales fuisse constitutas, sed imò ex illarum dispositione, Justinianum Imperatorem *d. l. fin.* etiam per viam declarationis, ut suo loco *suprà* dictum est.

Ad quintum, ex loco Hermonopoli *suprà* dixi non probari pro lege Zenonis Constitutionem, cum citatus Author de illa localiter loquitur *in d.* §. 59. in illa R. Civitate, & deinde generaliter loquens de prospectu maris, *in sequenti*, §. 60. quasi in derisum refert maris prospectum, quia si observaretur, neque Domus, neque Pagus, neque Urbs condi possent.

Ad sextum, ex Cujacio *in dict. l.* 12. *Codic. de ædific. privat.* & *in cit. novellis* 63. & 165. respondetur; Doctissimum Cujacium loqui secundum citatam legem quam abrogatam probavimus ex citatis novellis, & insuper per desuetudinem in toto orbe ac per Consuetudinem in hac Civitate & in toto Regno, de quibus Cujac. verbum nullum ultra quod ex Gottofr. Læuciario, & Choppin. probavimus illam Zenonis Constitut. Constantinop. duntaxat observari, & non alibi.

Ad septimum ex Osualdo, Salligero ad Donellum enucleatum *libr.* 11. *capit.* 5. *sub litter. G*, *fol. mihi* 908. respondetur, citatum authorem nullatenus loqui de maris prospectu, & quod is impediri non possit, nisi centum pedum spatio relicto, sed simpliciter loqui in materia servitutis urbanorum prædiorum secundum jura de servitutibus constitutis, & illius hæc sunt formalia verba.

Ne prospectui officiatur, & uno verbo prospectus, (g.) *l.* 3. *l.* 15. *& seq. h. t.* ne faciat vicinus quo minùs longissimè, ac liberrimè aspicere liceat quaquaversum superiora, & inferiora *l.* 16. *h. t.* & ita duplo plus continet, quam lumen, ubi sufficit cœlum à quo lumen est videri: unde quid vis licèt vicino, dum non impediat lumen è cœlo,

lo, *l. 27. h. t.* Hic, à, nihil quicquam licet, quod minùs gratum, & liberum prospectum reddit *d. l. 15. & l. 12. h. t.*

Loquitur igitur Osuald. secundùm leges de servitutibus *in tit. de servit. urb. prædiorum*, & secundum prędictas leges quas allegat Osual. est intelligendus, & ex ejus verbis patet nil contineri de maris prospectu, nec de Viribus Zenonis *constit. de qua ibi verbum nullum.*

Ad octavum, ex Muta *in cit. dec. 8. n. 7.* non nego quod Muta inquit hæc verba. Et sic maximum damnum oriebatur ex tali elevatione; perdebatur etiam prospectiva quædam, quæ erat *in d. Monasterio versus mare*, & sic ratione prospectus poterat jure impedire.

Sed parcat mihi D. Muta, si dicam, quòd obtinuisse prædicta profuisset, quinimò ad probandum ejus dictum citat ea quæ nullatenus probant, & primò semetipsum *in cap. 116. Siciliæ, tom. 2. numer. 108.* quò in loco nec de mare, nec de ejus prospectu verbum ullum legitur, tractat solum materiam *l. Altius, Cod. de servitut. & aqua*, de qua cognoscunt jurati illius Regni in componendis litibus & discordiis super sepibus, finibus, & limitibus, citat præterea Beroum *consil. 124. numer. 13.* ubi agitur, quod ex licentia, & concessione aperiendi fenestram non dicitur inducta servitus, sed actio quædam personalis, & proinde hæredem concedentis non teneri ad servitutem; & hoc distat ab articulo prospectus maris quantum à terra cęlum; Insuper citat Mutas, Cæpol. *cap. 34. de servit. prospect.* quo in loco agitur quomodo servitus prospectus, & luminum differant, in terminis constitutæ servitutis, sed nec quidem verbum de maris prospectu, qui impediri non possit.

Nec tandem obstat decisio, quam refert Dominus meus Reg. Capyc. Latro, in illa causa cum dicto decreto pro mea parte potiùs liceat allegari; siquidem tacto ibi articulo de maris prospectu ex *dict. l. pen. & fin. aliisque citatis locis*, quibus juridicè supra patet responsum, tamen refertur decisio fundata in causa æmulationis, non autem viribus prædicti articuli; quocirca satis liquet Dominos vim non fecisse super dicto articulo, sed super ęmulatione, ex qua limitatur tam juris communis dispositio *in d. l. Altius*, quàm etiam & nostri juris Municipalis *in citata consuetud.*

Quoniam causa, de qua agitur allegata non expostulat, & si de ea Constantinopoli judicium esset ex Zenonis locali lege, cum ex hujus novi ædificii distantia ultra centum pedes ibidem præstitutos, tum etiam ex situ Domus Dominæ Principissæ cujus fenestræ omnes à maris prospectu sunt alienæ, præter duas postremas, quæ ex opposito habent antiqua ædificia illorum de Ariano, quorum altiori fabrica, (quę ad libitum fieri potest,) omnis tollitur aspectus ad mare, quò fit, ut localis lex Zenonis indistinctè loquens de domo habente aspectum ad mare ibi prospectum quem domi stans, vel sedens habet, non possit ad partem restringi ad Text. *in l. de pretio, ff. de publican. l. 2.* & ibi Bart. *ff. de offic. Præsid.* Et hæc dicta sint, ut facilior sit notitia de nullo jure Dominæ actricis, tam in hac fidelissima Civitate ex superius allegatis, quàm in propria Constantinopolitana, cujus leges nihil nobiscum habent commune.

Hæc sunt ad quæ alleganda diffusiori calamo, clientis instantia atque publica utilitas me impulere, ut articulo dilucidato per sententiam S. C. quæ jus facit in Regno, & ultrà, maximos terret Jureconsultos omnis litium occasio tollatur.

Infertur etiam ad casum propositum à D. Ganaverro *dec. 10.* ubi cum haberent Patres Jesuitæ domus probationis quodam Jardenum arbustatum, fructibusque plenum propè Jardenum D. Didaci Matta, ne ex uno ad aliud accessus haberetur procurarunt Patres murum intermedium fieri palmorum octo, sed de duobus fuit difficultas: primò quia Patres dicebant fieri debere expensis Matta, ex quo nihil ipsi contribuere volebant, & ex alio dicebat Matta parietem prædictum talis altitudinis non esse faciendum, quia impediebat aspectum maris; etenim intus Jardenum deambulando mare Pausilypi & Burgi Plagæ videbat, at posito pariete impediebatur aspectus, & quod paries esset faciendus, constabat ex consuetudine si quis habens Curtim *fol. 362.* ubi qui novam domum ædificaverit, & in parietem vicini signum immiserit inter utrumque astracum pectoratum octo palmarum facere debet, ut veteris domus aspectus auferatur, & licèt consuetudo loquatur inter duo ædificia tamen idem dici debet inter duos Jardenos, quorum alter sit superior altero, ut bene Stephanus de Gaeta *ad Constitutionem unicam, in titulo de Ripa, in litt. A*, ex alio capite expensis communibus parietem fieri debere, loquitur Text. *in l. 2. ff. de servitut. rust.* quia paries est communis, ergo communes sunt expensæ, *leg. si ædes, ff. commun. divid.* Circa verò aspectum maris quod impediatur, vel non adducebatur impediri non posse, *ex authentica, de novi operis nuntiatione, collectione quinta*, quem Text. esse universalem non particularem Civitatis Constantinopolitanæ probat Text. specialis *in l. finali, Cod. de ædific. privatis*, quam servitutem esse à lege introductam dicit post alios Capycius Latro *decis. 50. numer. 27.* limitando Text. *in dict. l. altius*, & sic dicebat Matta non posse ædificari, & impediri aspectus maris suo Jardeno, latè Ganaverrus *decis. 10. numer. 14. & 15.* Duo etiam notat Ganaverrus primum Jardenum inferiorem Jesuitarum, non esse locum religiosum, quia non erat intus Monasterium, & sic non obstabat Covarr. *lib. 3. var. cap. 14. numer. 8. & pragm. 3. de Monialibus:* nam habet domus approbationis aliud Jardenum, seu hortum cujus aditus communis est per interiora Monasterii, & hic est pars domus, & Urbanum prædium *l. urbana 198. ibi voluptati tantum deservientia, ff. de verbor. signific.* ibi Alciatus *numer. 16.* Secundò dicit hortum arbustatum esse prædium, non Urbanum quamvis juxta ædificium, sed rusticum, quia est ad redditum, & non ad recreationem *d. l. urbana prædia 198. ff. de verbor. sign.* ubi Alciatus *numer. 17.* & Albericus *in d. l. si prædium*, ubi Gloss. *in verbo non loco, C. de prædiis minorum, & l. ubana familia, in verbo non loco, ff. de verb. signif.* & talis hortus est destinatus ad creanda olera, hoc est ad creandas herbas comestibiles, ergo prædium rusticum esse docuit idem Text. *in d. l. urbana prædia 198. ibi:* Planè si plurimum, ii horti in reditu sunt vinearii fortè, vel oleatorii magis hæc non sunt Urbana: ponderando illud verbum oleatorii, quod malè intellexit Glossa explicans oleatorii ab olere, vel olivis: nam hortus olearius significat hortum producentem herbas comestibiles, puta lactucas, caules, raphanos, & similia. Hinc vulgo appellatur forum olerium locus publicus, ubi similes herbæ venduntur, ut ait Calepinus *in verbo olus, & verbo forum.*

DISCEPTATIO CLXIX.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio an, & quando detur novi operis nuntiatione.*
2 *Text.* in c. significantibus, de novi operis nunciatione *explicatur.*
3 *Text.* in l. 1. §. si is, ff. de novi operis nuntiat. *explicatur.*
4 *Attentatum dicitur, quod fit post nuntiationem novi operis, & ut tale revocatur.*
5 *Novi operis nuntiatio etiam diebus feriatis potest proponi.*
6 *Text.* in d. c. significantibus, *qualiter procedat.*
7 *Appellatio à qua sententia sit prohibita in nuntiatione novi operis.*
8 *Apellatio datur à sententia lata super demolitione ædificii constructi post nuntiationem novi operis.*
9 *Nuntiatio non tollitur cautione si nuntians se offerat in tres menses probare sua jura.*
20 *Sententia sive affirmativa, sive negativa in novi operis nuntiatione est appellabilis.*

ARGUMENTUM.

Appellatio à sententia lata super demolitione ædificii constructi, post nuntiationem novi operis admittitur in aliis casibus minimè. Nuntiatio novi operis, quia celeritatem requirit potest fieri etiam in diebus feriatis, & explicantur jura *in cap. significantibus, de novi operis nuntiatione, & in lege prima, §. si is, ff. de novi operis nuntiatione.*

RAtio dubii oritur ex *leg. 1. §. si is, ff. de novi operis nuntiatione;* ubi tunc audientiam sic ædificanti post de- 1

denuntiationem sibi factam, denegari constat, ut patet ibi, Prætor actionem ei denegare debet, & interdictum in eum de opere restituendo redderetur; in qua quidem quęstione sunt duæ opiniones. Prima opinio dicit dari appellationem, ita Bald. quem sequitur Jason *in dict. l.1.* ubi Vincentius Erculanus *col.8. ff. de novi operis nuntiatione*,
2 Lancellottus *de attentatis*, *p.3. c.28. numer.44. cum pluribus sequentibus*, probant primò per Text. *in cap. significantibus*, *de novi operis nuntiatione*, ubi appellatio admittitur in causa novi operis nuntiatione quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum qua pendente facta à judice ut attenta revocantur. Secundò probant ex *eod. c. significantibus*, ubi altera pars appellavit ab eo quod Judex decrevit probationes esse admittendas. Tertiò probant ex vulgata illa doctrina quod quando à jure denegatur alicui audientia in agendo tantum, non censetur tunc appella-
3 tio prohibita, nec denegata, sed in hoc casu audientia denegata est ædificanti post nuntiationem ab agendo tantum, ut probatur *in d. §. si is*, *ibi*, deinde cœperit agere
4 jus sibi esse, &c. igitur appellatio in hoc casu non est prohibita. Quartò, facit, quia id quod fit post novi operis nuntiationem per viam, & remedium attentati revocatur, ita Bald. *consil.245. lib.2.* quia si postquam sibi facta sit denuntiatio ædificat dicitur attentare, ac ideò demolitio ejus per viam attentati fit, ut bene Lancellottus *ubi sup. n.227. & seq.* ergo ita in præsenti dicendum est.

5 Contrariam sententiam docent alii, ut post Lancellottum *ubi sup. c.28. 3.p. numer.78. & part.2. cap.12. limit.50. numer.16.* defendit Salgadus *de Regia protectione*, *p.2. c.8. à numer.39.* qui dicit materiam novi operis nuntiation. proculdubio, celeritatem desiderare; ideò omnibus diebus etiam feriatis omnibusque personis, imò etiam fatuis & pupillis posse fieri nuntiationem, juxta *l.1. §. nuntiatio, & seq. ff. de novi operis nuntiatione*, quibus casibus appellationem non admitti saltem quoad effectum suspensivum probat Text. *in l.fin. ff. de appel. cum l.1. ff. de feriis, & dilationibus*, Speculator *in tit. de appell. §. in quibus, vers. 8. nu. 10.* Maranta *in sub speculo*, *p.6. q.2. principali*, *n.319. vers. 24. limita 6.*

6 In qua quidem contrarietate DD. pro veriori sententia est concludendum, non dari appellationem de qua suprà, qua retenta.

Dico ad Text. *in dict. cap. significantibus*, quod procedit in sententia revocationis ædificii constructi post nuntiationem novi operis, quod ædificans prosequutus est, imò antequam sibi fuerit à judice vel à parte facta remissio, ut *in l. pater ait*, *§. Prætor ait*, *ff. de novi operis nuntiatione*, quod etiam procedit quando quis spreta denuntiatione passus fuit agi de jure principali omisso judicio & jure attentati, ut post Plotum, Jasonem, & alios dicit Grat. *cap. 384. nu.28.*

7 Ideò fit ut à sententia sive affirmativa, ut liceat ædificare sive negativa, ut non liceat dari debet appellatio, quoad utrumque effectum cum nullibi inveniatur prohibita, sed solùm in eo casu sit prohibita quod opus novum nuntiatum est, sed ille cui est nuntiatum ædificat ante causæ cognitionem, quia tunc in odium ejus qui judicem offendit juxta Text. *in cap. Cordi de appell. in 6. juncta*, *l. Sed, & si per Prætorem*, *§. Sed, & si*, *ff. ex quibus causis majores cum l.1. §. quod autem*, *ff. de aleatoribus*, ut bene secundum hunc sensum post Ruginellum *de appellationib. §.2. c.3. n.262.* post Scacciam *q.17. de appell. limit.31.* dicit Salgad. *de R. Protectione*, *c.8. n.50.*

8 Unde Barbosa *in dict. cap. significantib.* post alios, quos allegat, ait à sententia lata super demolitione ædificii constructi atque confecti, post novi operis nuntiationem admitti appellationem, quoad utrumque effectum suspensivum, & devolutivum contra Lancellottum *part.3. de attentatis*, *c.28. nu.78.* & cum Barbosa alii plures sic dicunt apud Salgadum *de Regia protectione*, *tom.1. part.2. c.81. à numer.43.* qui varias solutiones tradunt ad Text. *in d. cap. significationibus*, quod scilicet non procedat, nec loquatur in sententia revocationis, ædificii constructi post nuntiationem novi operis, & sic in demolitione operis, quod ædificans prosequutus est contra denuntiationem, sed tantum in casu illius, quando causa novi operis simpliciter tractatur cessantibus fabris, & vacantibus à labore in ædificio, sed tantùm in causa illius, quando causa novi operis simpliciter tractabatur, cessantibus Fabris postquam sibi denuntiatum fuerat à Canonicis nihil ad-

versus denuntiationem conficientibus Salgadus, & Barb. *ubi suprà*.

Ideò nuntiatio novi operis non tollitur idonea Cautione, si nuntians se offerat intra trimestre tempus de suo jure velle probare Greneus ad Gaillum *lib.1. conclus. 16. numer.18.* Facchineus *lib.8. cap.48.* quæ conclusio tunc procedit, quando nuntiatum esset ab initio antequam ædificans expensas multas fecisset Cæmentis, & Instrumentis ad ædificandum, & non esset ædificanti grave onus supersedere per tres menses de jure communi, & nuntians allegaret pro se habere jura, quæ tamen allegationis tempore producere non posset, sed peteret spatium trium mensium ad faciendas probationes, sed si contingat è contra, quod res non esset ædificanti integra, sed periculum in mora, & ex aspectu, vel alia causa judex animadverteret nuntiationem esse calumniosam Cautio admittenda statim foret, non expectato trium mensium lapsu, Thesaurus *dec.204.* Corrocius *casu 19. n.23.* Bernar. Greneus *d. concl.16. nu.19.* Barb. *in c. fin. de novi operis nuntiatione*, *in fine*.

Et sic à sententia sive affirmativa, ut liceat ędificari sive negativa, ut non liceat dari debet appellatio, quoad quemcumque effectum cum nullibi inveniatur prohibita, sed solùm in eo casu sit prohibita, quando opus novum nuntiatum est, sed ille cui nuntiatum est ędificat ante cognitionem causæ, quia sanè in odium ejus qui judicem offendit, id habetur, juxta Text. *in c. Cordi appel. juncta*, *l. Sed & si per Prætorem*, *§. Sed & si*, *ff. ex quibus causis majores cum l.1. §. quod autem*, *ff. de aleatoribus*, & sic admittit Ruginel. *pract. de appel. tit.2. c.3. nu.262.* post Scacciam *de appell. qu.17. limit.31.* & dicit Salgad. *de Regia protect. quæst.2. c.8. numer.50.*

DISCEPTATIO CLXX.

SUMMARIUM.

1 *Via multiplex est.*
2 *Via publica numeratur inter regalias.*
3 *Via publica, nec claudi, nec alterari potest ab aliquo privato; & an præscribi valeat.*
4 *Via vicinalis qualis sit.*
5 *Via vicinalis interdum fit publica, & quando.*
6 *Via in dubio, an judicari debeat vicinalis, an publica.*
7 *Novi operis nuntiatio competit vicino, in via privata.*
8 *Novi operis nuntiatio, an competat in muro.*
9 *Fenestra potest à vicino fieri in muro communi pro indiviso.*
10 *Fenestra fieri potest super aream vicini in muro proprio actoris.*
11 *Ædificium ad æmulationem, non dicitur, quando percepit ædificans utilitatem aliquam.*
12 *Ædificans in muro communi solvit extimationem expensarum Fabricæ.*
13 *Conditionem prohibentis meliorem esse in re communi qualiter intelligatur.*
14 *Socius, an possit invito socio ædificari in pariete communi.*
15 *Nuntiatio novi operis proponitur à vicino, contra vicinum exercentem periculosam.*
16 *Columbarium vicinus, quando possit ædificare etiam contradicente vicino.*
17 *Gallinas vicinus an possit prohibere ne teneat, in damnum vicini.*
18 *Vicinus qualiter tenere posset animalia, in vicini damnum.*
19 *Stillicidium alteri vicino nocens, qualiter vicinus reficere teneatur.*
20 *Fornacem facere vicinus, in præjudicium vicini potest, & ignem non cooperienti de nocte imputatur damnum, quod sequitur.*

ARGUMENTUM.

Viam publicam, privatam, & vicinalem quando leges appellent, & in dubio vicinalis, an publica sit dicenda, & ædificanti impediendo viam quando proponi possit interdictum de novi operis nuntiatione fenestram facere, quando possit quis & quando dicatur ad æmulationem ædificare, Socius invito socio quid possit in muro communi facere. Columbarium, aut Gallinaceum tenens in præjudicium tertii qualiter conveniatur, & qua actione stillicidium, fornacem, vel ignem qualiter vicinus possit in præjudicium alterius vicini tenere. Ignem non cooperiens noctis tempore tenetur ad damnum, quod resultat ex eo igne.

1 PRo intelligentia suppono quod via duplex est, publica scilicet, privata seu vicinalis, quæ etiam potest esse privatarum personarum Afflictus *dec.62.* via publica non est illa ubi publicè ab omnibus insolitum est Cepolla *de servit. rustic. prædior. cap.3. quæst.7. numer.13.* Vivius *dec.488.* Surdus *dec.42.* Barrius *dec.156.* Menochius *cons.448. & 449.* sed oportet probari de temporis diuturnitate, & continuatione Alex. *cons.177. nu.6. vol.6.* Joan. de Amicis *cons. 1. nu.27.* ubi ait quod etiamsi totus mundus sit solitus transire per aliquem locum non per hoc dicitur via publica, sed probari debet quod solùm erat publicum, Surdus *cons. 42. n.3. & 4.* Bertazzolus *cons.471. & 472.* Laderchius *cons. 124.* & si solita sit claudi à privatis non est publica; erit ergo via publica, quæ tendit de villa in villam Cepolla *de servitutibus rustic. præd. cap.3. de servitute viarum, num. 23.* & est Text. *in l.3. ff. de locis publicis*, & sic quæ à publico incipit, & ad publicum terminat dicitur via publica Franc.
2 *dec.142. n.3.* quæ quidem via publica inter regalias numeratur *c.1. quæ sint regaliæ, in feudis*, Bossius *de via publica, num.1. & 8.* Rosental *de feud. c.50. concl.20.* Nec potest alterari sine Principis consensu Franciscus Marcus *dec.336. n. 13. par.1. & dec.597.* multo minus claudi ab aliquo privato Glossa *in d. leg.2. §. ait Prætor, & Prætor ait, ff. ne quid in*
3 *loco publico*, Cepolla *de servit. rustic. d. cap.3. q.14.* ubi ampliat etiamsi talis clausura nemini noceret, nec poterit præscribi *l. viam publicam, ff. de via publica*, Cepolla *c.3. numer. 23.* Berous *consil.136. lib.3.* Riminaldus junior *cons.626. l. 6.* Borrel. *consil.46.* & est merè facultatis via publica, Franciscus Marcus *dec.805. numer.2. part.1.* in quibus facultativis non datur possessorium *cap. cum Ecclesia Sutrina*, ubi Ripa *num.43. de causa poss. & propriet.* nec poterunt vicini Pontem extendere in alieno Territorio inconsulto Domino Territorii Franciscus Marcus *dec.382. p.2.* de qua re latè Tondutus *tom.2. var. p.2. resol.133.* Cepolla *de servitute rusticorum præd. c.3.* Vivius *dec.468.* Surd. *d. dec.42.* Bertazzolus *cons. criminali 471. & 472.* Laderchius *consil.12.* Menoch. *cons.448. & 449.* Bargius *dec.156.* & servitus viæ quando sit realis, quando personalis Bellonus junior *cons. 51.* via publica an possit præscribi tempore innumerabili, ut de publica fiat privata Berous *consil.136. lib.3.* & de requisitis ad viam publicam, & an possit præscribi latè Riminaldus junior *cons.626. lib.6.* & quanto tempore servitus viæ acquiratur agit Borrellus *consil.46.* & plura Tondutus *ubi suprà*.

4 Via vicinalis est quando una pars ejus in vias publicas exitum habet, alia verò pars absque ullo exitu intermoritur *l. fin. ff. de locis & itineribus publicis*, & etiam dicitur via vicinalis, quæ in vicis est, vel in vicis ducit *l.2. §. viarum*, ubi Glossa *ff. ne quid in loco publico*, quæ via vicinalis si sit communis poterit unus alteri prohibere, quia in re communi alter sine assensu alterius, aliquid novi facere non potest: nam potior est conditio prohibentis *l. sancimus 28. ff. de comm. dividendo*, & potest interdum via
5 vicinalis esse publica, quanto memoria hominum non extat *leg. fi.* ubi Glossa *ff. de locis, & itineribus publicis, l.2. §. viarum, ff. ne quid, in loco publico*, & quilibet poterit in loco publico, ne fiat aliquid impedire, & prohibere *l. 1. & l. 2. nè quid in loco publico*, si via sit publica, & habeat quis licentiam aliquod ædificandi, putà tectum in domo stillicidium, &c. super viam prædictam non potest intelligi cum damno vicini *l. 2. §. si quis à Principe, & §. merito, ff. ne quid in loco publico*, Cepolla *de servitutibus urbanorum prædiorum, cap. 41. de stillicidio*, si non constet viam vicinalem fuisse ex privatorum agris confectam, judicari debet via publica, 6
prout in dubio semper præsumitur Mascardus *conclusion. 1411.* Reg. Capyc. Latr. *consultat.64. numer. 25. & 29.* & hoc procedit sive habeat exitum ad mare, sive ad flumen, sive ad viam consularem publicam, sive ad prætoriam, quæ sunt synonyma Napodanus *in consuetud. quæ incipit*, ubi domus, *de jure congrui, num.56.* & etiamsi habeat exitum ad fundum vicini, in qua via verificatur etiam statutum de faciente aliquid in via publica, Bartol. *in d. l. finali*, Angelus *cons.18.* Joanne Longarille *in l. Imperium, ff. de Jurisd. omn. jud.*

Unde colliges in via privata competere impedito novi 7
operis nuntiationem contra fabricantem, vel impedientem, & in via publica minimè, quia interesse est fisci cum sic de regalibus; ut dicebamus quod si quis in sua domo velit januam aperire, per quam accessum habeat ad plateam publicam, in qua fons ædificatus est, &c. ad usum totius Civitatis si locus sit publicus poterit, ut latè Tondutus *tomo 1. part.2. resol. Civilium, cap. 60. per totum*.

In murò verò si quis ædificet, an competat novi operis 8
nuntiatio, quæstio est.

Respondeo murum communem esse, & proprium quod quibus signis probetur tradunt Menochius *lib.6. præsumption. 73.* Mascardus *conclusione 1144. alias 1145.* Thesaurus *decis.219.* Cepolla *de servit. urban. prædior. cap. 4.* Cardinal. Tusch. *littera M, conclus.432.* Gratian. *c. 273.* Tondutus *tom. 1. part. 2. resolut. 88.* qui latissimè 9
agit de materia, & quando murus est communis pro diviso quilibet ex vicinis potest facere fenestram Cepolla *cap. 62.* sed si communis pro indiviso non potest fieri fenestram invito vicino Surdus *conclusione 387.* Thesaur. *decision.41.* quia in re communi melior est conditio prohibentis Ciriacus *cap.460.* Tondutus *part.2. cap.88. numer.16.* Fellicius *de Societate, cap.27. numer.26. & cap.28. numer.24.* sed si murus sit proprius actoris licitum est illi fenestram 10
aperire super aream vicini, Cepolla *in titulo de fenestra, cap.62.* & decidit Rota revocando decisionem Buratti *631.* ut notat Rubeus *in singularibus, fol. 518.* & additio ad Burattum *dict. decis.631. numer.28.* additio ad Afflictum *decision. 225.* Carpanus *ad statuta Mediolan. cap. 333. numer.11.*

Idque limitatur nisi vicarius volens fenestram aperire id faciat, ad æmulationem scilicet, quando nullam 11
vel modicam percipit utilitatem, quia aliundè potest habere lumen: nam semper quod aliquam percipit ex fenestram utilitatem, cessat æmulatio Homnedeus *consil. 80. numer. 34. & 35. vol.1.* Laurent. de Pin. *consil.164.* Bertrandus *consil.333. vol.3. part.1.* ubi dat formam articulandi super æmulationem, & quando murus est proprius altoris, non potest Reus petere, & illius fenestræ obturantur, Surd. *consil.126.* Sed si communis sit licebit fenestras vicini obturare ædificando, nisi id fiat ad æmulationem Cavalcanus *parte secunda, decision. 3. numer. 14.* Riminaldus Junior *consil. 443.* Cardinal. Tusch. *litter. E. conclusio. 37.* Bursat. *consilio 111. volum. primo*. Parisius *consilio 63. volum. 1.* tenebatur tamen ædificans 12
super muro communi solvere medietatem expensarum Fabricæ dicti muri, Costa *de portione ratæ, quæstio. 50.*

Et licet in re communi melior sit conditio prohibentis, 13
tamen hoc intelligitur, quando quis non vult uti re communi ad usum destinatum, ideò si paries sit destinatus ad ædificandum, licitum est extollere invito Socio Thesaur. *dec. 23. & 41.* declarat quando murus dicatur destinatus ad ædificandum, & quis hoc probare teneatur, & hoc intellige dummodo ædificium fiat sine æmulatione Mascard. *concl.920.* in dubio tamen non præsumitur æmulatio Gaill. *observ.69. n.17. lib.2.* Grat. *c.745. nu.37. & 40. & cap.752. numer.92.*

An etiam in pariete communi possit Socius ędificare invito Socio quæstio est. 14

Respondeo, distinguendos esse duos casus.

Primus est, quando est communis paries pro diviso, & poterit soluta tamen parte pretii alteri Socio Thesaur. *dec.41. nu.7. & dec.219.* Cost. *de port. ratæ, q.50.* dummodo paries sit habilis ad onus, nam si debilitaretur posset cogi ædi-

ædificans ad sublevandum pondus, Rebuffus *cons.*156. *n.* 3. latè Menochius *cons.*1237. *à numer.*20. *usque ad num.*25. *& numer.*32. Cyriacus *cap.*460. *& cap.*28. Corneus *cons.* 78. *vol.*4.

Secundus casus est, quando murus est communis pro indiviso, & tunc non potest elevari in præjudicium vicini, cujus lumina obscurantur, Menoch. *ubi supra*, *num.* 48. qui sic refert judicatum, & reprobat Jasonem contrarium sentientem *cons.*98. *lib.*1. contra quem dicit consuluisse Riminaldum Seniorem.

15 Simili remedio uti potest vicinus, contra vicinum qui exercet artem periculosam veluti conficiendi pulverem tormentarium arg. *l.*19. & *l. final. ff. de damno infecto*, cautio enim peti potest de damno infecto, si possit ex igne fieri, *l. Si servus servum* 27. §. *Si futurum*, *vers. Si autem*, *ff. ad l. Aquiliam*, Cepolla *de servit. præd. urb. cap.*44. *de igne*, & sic vicini possunt expellere à vicinia talem artificem, vel ei inhibere, ne talem artem exerceat idem ob malum odorem artis, Ripa *de peste*, *p.*1. 3. *par. numer.*74. *&* 75. ubi agit de conficientibus Candelas, Cepolla *servit. rustic. præd.*

16 *cap.*43. *de aere*, *num.*2. Sic dicimus in prædio rustico, si vicinus parvum habens prædium alius vicinus ædificet Columbarium, & ex hoc magnum damnum inferatur vicino ob numerum Columbarum, & dicunt DD. quod si magnum damnum inferatur vicino pro magno Columbarum numero judex providebit, & Columbarium extrui non permittit, Sotus *de just. lib.*4. *quæst.*6. *artic.*4. sed cessante circumstantia magni damni vix poterit impediri usus Columbarum, cum Columbæ numerentur inter animalia mansueta, & Dominus non teneatur de damno dato se Columbis innocens quidem existimatur victus Columbarum, nec rerum possessoribus officit, ut benè Paponius *l.* 14. *tit.*1. *arresto* 11. *& lib.*18. *tit.*9. *arresto* 2. quando idem

17 dicimus in Gallinis, quia pro damno dato potest vicinus intentare actionem de pauperie, quia licet titulus loquatur de quadrupede, tamen etiam pro damno illato per Animal bipes datur actio utilis, *l.*4. *ff. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur*, ubi Gloss. *in figuratione casus*, quæ loquitur de damno illato per Gallinas, & similiter de Gallinis loquitur Speculator *lib.*4. *tit. de Injuriis*, §. *Sequitur*, *n.* 18. & poterit vicinus officio judicis cogi ad ita recludendas Gallinas, ut ad prædium vicini accedere non possint, ut alias decisum fuit de Cuniculis apud Paponium *lib.*18. *tit.*

18 9. *arresto* 2. *& lib.*13. *tit.*1. *arresto* 32. & etiam Civis quicumque non potest in villa sua habere animalia, quæ pascantur intra parietes villæ suæ conclusa sint, & eorum Domini amplum habeant territorium in quo alere ea possint citra vicini jacturam ut bene Ferrer. ad Guid. Pap. *dec.*218. & potest ad hoc implorari judicis officium Speculator *ubi suprà*, *numer.* 19. Tondutus *tom.* 2. *part.*2. *cap.* 140. *in fine*.

19 Infertur etiam quod si stillicidium alicujus cadat super domum meam tenetur Dominus adhibere canalem, aliò convertens Surd. *cons.*173. *n.*4. nec poterit quis aquam vertere ex suo stillicidio supra stillicidium, vel aream vicini, Cepolla *c.*28. *nu.*2. Surd. *cons.*137. nisi me volente, & idem Cepolla *num.*7. Bursatus *cons.*111. *nu.*15. *lib.*1. idem Cepolla *cap.*41. Franc. Marcus *dec.*500. *p.*1. & quando præsumatur jure servitutis, vel dominii agit Surd. *cons.*74. *n.*8. Sic

20 volens facere fornacem poterit prohiberi à vicini propter periculum ignis Marcabrunus ab Anguillis *consil.* 57. Riminald. Junior *consil.*818. sic habens domum inferiorem non potest facere, tam grandem fumum, ut noceat superiori Cepolla *c.*44. *num.*4. Francisc. Marcus *dec.*22. *p.*1. & ignem in stipulas immittere tempore ventorum culpa est, Baldus *in l. quæ fortuitæ*, *numer.*12. *Cod. de pignorat. actione*, & ignis noctu cooperire debet alias damnum inde secutum imputatur non cooperienti, Franc. Marc. *d. dec.*22. *nu.*6. *p.*2.

DISCEPTATIO CLXXI.

SUMMARIUM.

1 *Nuntiatio novi operis tum proprio nomine fieri potest, tum per Procuratorem.*
2 *Iudex inhibere potest in novi operis nuntiatione, etiam sine causæ cognitione.*
3 *Nuntiatio novi operis tanti momenti est, ut etiam juste ædificanti noceat.*
4 *Novi operis nuntiationis libellus qualiter formandus.*
5 *Libelli conclusio attenditur non narratio.*
6 *Inhibitio facta ab uno judice, an duret in judice diverso causa ad illum translata.*

ARGUMENTUM.

Nuntiatio novi operis per procuratorem expediri potest, & Judicis inhibitio etiam sine causę cognitione facta, est timenda. Libelli conclusio semper attenditur, & inhibitio facta ab uno Judice durat etiam in alio Judice diverso causa ad illum translata.

Respondeo posse fieri tum nomine proprio, tum alieno nomine, scilicet per procuratorem *l.*1. §. *nuntiatio*, *ff. de novi operis nuntiatione*, ubi Glossa *in verbo* (*alieno*) inquit scilicet procuratorio, & nomine sine mandato: dummodo de rato caveat vel Dominus ratum habuerit adducit Text. *in l. prohibere*, *in principio*, *ff. quod vi*, *aut clam*, *& in l. de pupillo*, §. *qui procuratorio*, *ff. eod.* ergo per procuratorem nuntiatio valet, quæ inter alia plura specialia habet, de quibus *in l.*1. *ff. de novi operis nuntiatione*, *& in l. superficiaria*, *ff. de rei vendicatione*, ubi communiter Doctores Jason *in* §. *æquè si agat*, *num.*12. *instit. de action.* Menochius *casu* 31. Donellus *lib.*13. *cap.*30. Equinatius Baro *lib.*6. *manualium*, *tit.*18. Vacovius *lib.*2. *declarat.*43. *n.* 23. Morla *in Emporio*, *tit.*6. *in præmissis*, *numer.*52. Larrea *alleg. finali*, *tom.*2. *cap.*.. Neque opus habet Prætoris aditione, ut ait J. C. *in d.* §. *nuntiatio*, & Judex ipse potest inhibere absque causæ cognitione; adeò quod nuntians ab ædificando abstinere, & desistere teneatur quamvis nuntians de suo jure non probasset Facchineus *lib.*8. *cap.*44. etsi nuntiatus contraveniret, quicquid fecerit demoliendum erit *l.*1. *ff. quod vi*, *aut clam*, nec est videndum an jure, vel injuria factum sit, Schurphius *consil.*154. Reg. Capyc. Latro *consult.*64. *nu.*6. *&* 7. qui ait etiam procedere si nuncians jus non haberet denuntiandi, considerans eam notabilem rationem, quia tanti momenti est nuntiatio, ut etiam justè ædificanti noceat, & ædificium fieri impediat Gaillus *lib.* 1. *observ.*16. & sic denuntiatio, sive jure, sive injuria facta sperni non debeat, & tenetur ædificans ad demoliendum Magonius *decis.*29. Imò etiam ædificans post denuntiationem in suo proprio loco ædificasset, & nuntians nullum jus in prohibendo habuisset adhuc expensis nuntiati, demoliri debet totum illud quod fuit superædificatum Reg. Capyc. Latro *d. consult.*64. *n.*8. D. Pratus *to.*2. *observ. c.*45. *n.*21. *cum sequenti*. 1 2 3

Quod si in libello nuntians novum opus ad unum cæsum, vel factum, scilicet se restringat in libello, sed in conclusione instat, & concludit non procedi ad actum novum, nec ad innovationem aliquam; tunc non attenditur narrativa libelli, sed conclusio, ut docet Abb. *in c. ex parte*, *de foro compet.* quia non id quod narratur, sed quod concluditur attenditur *l. fi. C. de fideic. libert.* Card. Tusc. *in verb. Possessorium*, *vol.*6. *concl.*450. *n.*22. Harmannus Pistorius *q.*450. *n.*22. *lib.*1. Berlicchius *dec.*26. *n.*10. & assensus Regius qui strictè est interpretandus, Regens de Ponte *consil.*22. *num.*220. & *de potest. Proreg.* §. 9. *num.*10. regulari debet à conclusione latè D. Pratus *to.*2. §. 46. *à nu.*17. *cum seqq.* 4 5

Sed dubium occurrit quid si fiat inhibitio, ne quis ædificet per Regentem Collateralis Consilii deinde causa remittitur ad S. Consilium, quia forsitan est causa justitiæ, idem dico si fiat à delegato, & deinde remittuntur ad S.C. an duret inhibitio.

Videtur dicendum quod non ex Affl. *dec.*290. contrarium defendit D. Pratus *c.*46. *à n.*33. *cum seqq. tom.*2. distinguens duos casus primus est in Banno emanato à Regente M. C. V. qui cum sit temporalis ejus Bannum non durat finito officio, & sic procedit Afflictus *decis.*290. Secundus casus est quando inhibitio fit ab officiali perpetuo; & tunc semper habet executionem donec revocetur, & durat finita etiam delegatione Rota apud Ludovisium *dec.*369. *num.*2.3. *&* 4. ubi D. Beltraminus. 6

DISCEPTATIO CLXXII.

SUMMARIUM.

1 *Nuntians novum opus est actor non reus.*
2 *Regentis Sanfelicii* dec.379. *reprobatur.*
3 *Diffamans an diffamatus sit actor in remedio* l. diffamari, C. de injuriis, *&c.*
4 *Nuntians debet se offerre probaturum jura sua infra tres menses.*
5 *Actor, & reus cur ita in judicio dici debeant.*
6 *Ecclesia quando nuntiat novum opus contra laicum.*
7 *Libellus à nuntiante novum opus qualiter contra operarios proponatur, & qualiter contra Dominum.*
8 *Operarii laicorum qualiter teneantur interdicto de novi operis nuntiatione.*
9 *Clericus fabricans coram quo Iudice convenitur, si novum opus ei nuntietur.*
10 *Pœna spreti mandati qualiter exigatur.*
11 *Iudices qualiter contumaces multentur.*
12 *Contumaciæ, & spreti mandati pœna qualis sit.*
13 *Multa insolita, & non consueta dicitur injusta.*
14 *Pœna contumaciæ quanta sit in Regno Neapolitano.*
15 *Pœna magna imponitur potius ad terrorem, quam ut exigatur.*
16 *Inobedientia non semper includit contemptum superioris, & quando.*
17 *Causa etiam bestialis excusat à pœna.*
18 *Mandatum, vel præceptum obscurum ad pœnam non obligat.*
19 *Ignorantia juris etiam intricati excusat à pœna.*
20 *Pœna spreti mandati quanta sit Neapolis.*
21 *Census disdicta ex forma Pii V. an fiat coram Iudice debitoris an creditoris.*
22 *Dominus domus an teneatur per tres menses antea Inquilino nuntiare an velit, vel locet.*
23 *Depositum coram quo Iudice sit faciendum debitoris an creditoris.*
24 *Dominus Franciscus Maria Prato commendatur* observ. pract.36.

ARGUMENTUM.

Judex competens in nuntiatione novi operis, an sit judex nuntiantis, an nuntiati, & an operarii sint notificandi, & ad quem finem pœna spreti mandati qualis, & quanta sit, & quid in Regno Neapolitano? Pœna magna cur imponatur, & qualiter excusetur quis à pœna magna. Census disdicta coram quo judice facienda debitoris, an creditoris, inquilini nuntiatio, an requiratur per tres menses antea, & coram quo judice depositum, an sit faciendum coram judice debitoris, an creditoris.

1 Ratio dubii est videre quis sit actor, quis reus in nuntiatione novi operis, putà si laicus denuntiatus est à Clerico utrum super nuntiatione nunciati forus, vel nuntiantis, sit attendendus & dico forum denuntiati esse attendendum non vero denuntiantis, ita Castillus de Bovadilla *in politica*, *lib.*2. *cap.*18. *numer.*137. *& lib.*3. *c.* 5. *numer.*30. Salgadus *de Regia protectione*, *tom.*3. *part.* 6. *cap.*11. *per totum*, *& tom.*1. Guttierez *cons.*48. est contra Carolum de Grassis *de effectu Clericatus effectu* 1. *numer.* 633. qui *ampliatione* 91. dicit quod Clericus in nuntiatione novi operis contra laicum possit adire suum judicem Ecclesiasticum, & ab eo petere, ut fiat talis nuntiatio ex *cap. Significantibus*, ubi Soccinus Junior *numer.*3. *de novi operis nuntiatione*, & rationem addit Carolus de Grassis, quia scilicet illo casu Clericus petit à suo judice, ut conserventur ejus jura illæsa, & dicitur potius provocatus, & conventus à laico, qui vult novum opus construere, quam quod ipse laicum provocet. Est etiam contra
2 Sanfelic. *dec.*379. qui dicit fuisse practicatum in quodam subdito Magni Admiratus, qui fabricabat, & ei fuit nuntiatum novum opus à subdito M. C. V. & Regens Sanfelicius dicit, quod nuntians est reus, verum distinguit quod si veniat ad se defendendum nuntians, tunc est reus, sed si veniat ad impugnandum factum tunc est actor ex Bartol. *in l. de pupillo*, §. *final. ff. de novi operis nuntiatione*, *numer.*20. & confundit Sanfelicius hunc casum *l. diffamari*, *Codic. de Ingenuis manumissis*, & cum aliis de 3
quibus Capycius *decis.*18. Covarr. *lib.*1. *var. cap.* 18. & idem Sanfelic. *decis.*168. Quod verò in terminis, *l. diffamari*, *Cod. de Ingenuis*, agens dicatur actor non reus dicit Afflict. *dec.*268. *numer.*3. de quo Thesaur. *in proœmio suarum decisionum*, *numer.* 6. ait esse primum inter omnes decisionantes, qui quandoque brevitate, quandoque prolixitate, prout negotium requirebat, & sic etiam dicit ex Afflicto Fontanella *dec.* 308. *numer.* 6. & 11. D. Pratus ad Muscatell. *part.*1. *gl. Reus*, *pag.* 20. D. Franchus *decis.* 385. Reg. de Ponte *Dec. Collateralis Consilii* 31. Prosper Caravita *super ritu* 190. *notabili* 3. alii dicunt quod agens *l. diffamari*, attenta primordiali, & originaria causa qua ad judicium provocat, dicitur reus, non actor Capyc. *dec.*18. Osasch. *dec.*151. Mastril. *dec.*14. *& dec.*239. *numer.*14. Costa *de remediis subsidiariis remedio* 50. Boerius *decis.*275. *numer.*7. Joseph. Ludovic. *dec.*32. Grat. *cap.*85. Ursil. ad Afflict. *dec.*268. Gallus *lib.*1. *observ.* 9. Marta *voto* 95. Misinger. *centuria* 5. *obser.*85. D. de Franch. *decis.*657. *numer.* 4. Pisanellus ad Afflict. *decis.* 168. Aloysius de Leo *in dict. l. diffamari* Anna *cons.*58. Capyc. Latro *decis.* 89. D. Pratus *pract. cap.*98. D. Sanfelic. *dec.*168. Fontanella *dec.*328 Giurba *decis.* 25.

Probatur primò, quia nuntians debet se offerre ad pro- 4
bandum, & ostendendum jus suum idque ad effectum producere intra 90. dies immediatè sequentes, quod si hoc non facit in dicto termino, eo elapso ad instantiam nuntianti concedi debet facultas ædificandi atque in opere nova procedendi præstitis fidejussoribus de demoliendo si ita postea per definitivam præcipiatur, imò non per hoc instantiam perit, quia post lapsum dicti Termini causa potest prosequi, & concludi, ac proinde in definitiva postea decidenda venit, ut probatur ex *l. unica*, *Cod. de novi operis nuntiatione*, ubi expresse notat Glossa Magna Bart. & communiter DD. faciunt jura *in cap. significantibus*, *& cap. finali*, *de novi operis nuntiatione*, ubi DD. concordat Text. *in legibus Hispanarium*, *in l.*9. *tit.*32. *partita* 3. ubi Gregor. Lopez, Gomesius *in l.*46. *Tauri*, *num.* 34. ubi ait hanc esse communem opinionem, quod adeò verum est ut procedat etiam licet alius nomine absentis nuntiari petat remissionem Cessationis operis, quia etiam nuntiatus diceretur reus, ut *in dict. l. de pupillo*, §. *qui remissionem*, ibi, (sustinet enim partes defensoris,) *ff. de novi operis nunciatione*, cum ergo nuntians sit actor debet sequi forum rei, secundum renulam juris vulgatam *in l.* 2. *C. de jurisd. omnium judicum*, *& in c. si Clericus laicum*, *& c. cum sit generale*, *de foro competenti*, sicque judice Ecclesiastico causam proponere.

Probatur secundò, quia judicium constat ex tribus ju- 5
dice, actore, & reo, actor seu accusator vocatus est quasi causator, quoniam quamvis conscius sceleris non sit reus, tamen est quandiù in judicio pro re aliqua petitur, *c. Forus*, *vers. in omni quoque negotio*, *de verb. signif.* ergo rectè ex hoc convincitur, quod nuntians sit actor non reus.

Probatur tertiò, quia si alius in solo Ecclesiæ ædifica- 6
ret posset Ecclesia coram suo Ecclesiastico judice opus novum nuntiare, contra laicum, ut *in c. significantib. de novi operis nunciat.* ut quidam Civis Parisiensis, qui edificabat in quadam Platea Ecclesiæ Cathedralis Canonicis contradicentibus, & nihilominus causa novi operis nuntiationis fuit agitata coram officiali Parisiensi tamquam competenti super re sive juribus Ecclesiæ, unde ibi Abbas *nu.*2. post Antonium de Butreo notat, quod hoc casu nempe cum Ecclesia nuntiat coram Episcopo potest laicus de jure conveniri quando ille qui nuntiat molestatur in jure suo, & quia quodammodo committi petit dicitur actor.

Neque dicas libellum proponi à nuntiante novum opus 7
non contra Clericum, nec contra Ecclesiam, sed contra Operarios Laicos, ergo coram judice sæculari competente Laicorum agi debet non coram Ecclesiastico, qui est Judex Clerici vel Ecclesiæ.

Respondeo enim operarios non esse in causa cum illos non tangat: nam sunt conducti mercede ad illud opus in quo bona fide laborant, & intimata cessatione operis statim ab opere discedunt; ergo eos non tangit negotium, sed est Clerici, unde contra laicos operarios agi poterit solùm

lùm si spreverint mandatum, & ad demoliendum, quod priùs bona fide fecerunt, non potest agi contra eos, sed agi debet cum parte formali, & principali cujus est opus cum sit remedium in rem scriptum, & non in personam ex *l. operis*, *& l. Prætor ait*, *in princ.* ubi Paul. de Castro *ff. de novi operis nuntiatione*, & est apud Hispanos *lex.6. tit. ultimo*, *p.3.* hinc est, quod hæres universalis, vel singularis successor nuntiari tenetur præstare patientiam,ut opus post nuntiationem factum destruat Gomez *ubi suprà*, *numer.* 40.

8 Neque cautela admitti debet, qua agunt. Nuntiantes contra operarios laicos, non verò contra Ecclesiam, vel Clericum, quia esset contra jus, & in fraudum fori Ecclesiastici ejusque jurisdictionis; ergo cum sit unica causa non debet ejus dividi continentia: prout divideretur si contra mercenarios ageretur coram Judice sæculari, & contra Ecclesiam ageretur coram Ecclesiastico, & judicium contra operarios non nocet Ecclesiæ non citatæ, nec operarii aliquid possident, neque jus habent ad rem super qua lis vertitur; ergo contra eos non est lis prosequenda, sed contra possidentem nuntiatum juxta doctrinam Abbat. in *cap. quoniam frequenter*, *§. finali*, *n.128.* at lite non contestata.

9 Neque dicas secundò, quod si citetur Clericus fabricans quatenus sua putaverit interesse, & ille compareat, erit actor voluntarius, & debet sequi foro nuntiantis per Doctores *in leg. testamenta omnia*, *Codic. de testamentis*, Maranta *part. quarta*, *distinct. 7. in fin. nu.* 54. ubi loquitur in simili citatione contra Clericum spoliatorem.

Respondeo enim, quod licèt sit verissima doctrina Clericum citatum cum clausula si sua putaverit interesse, dici actorem voluntarium, id tamen non procedit, neque locum habet ubi comparuit, & opposuit exceptionem declinatoriam, petendo se ad suum Judicem competentem remitti, quia tunc Judex laicus non dicitur competens vigore dictæ declinatoriæ, quæ secundùm Bald. *in l. si quis in conscribendum*, *Cod. de pactis*, potest opponi tam in causis magnis, quàm parvis, ordinariis, & extraordinariis, & tam coram judicibus ordinariis, quàm coram delegatis latè Rolandus à Valle *consil. 19. numer. 16. & 17. lib. septimo*, Capyc. *decis. octava*, *numer. tertio*, sequitur Menoch. *de recuperand. possess. remed. 15. numer. 24.* qui *numer. 28.* Marantæ cautelam improbat idem Menochius *de adipiscenda remedio quarto*, *numer.* 477. nec facit aliquid Text. *in leg. testamenta omnia*, *Codic. de testamentis*, quia Textus ille loquitur in actibus voluntariæ jurisdictionis, nempè insinuationis, & publicationis testamenti, Nos verò agimus in actibus necessariis jurisdictionis, nempè super dominio, & possessione rei, ut in puncto decisum fuisse refert Guttierez *ubi suprà*, *dict. cons. 48. in fine*.

10 Incidit tamen quæstio, qualiter exigatur pœna spreti mandati à fabricatoribus vel principalibus.

11 Dicebam ego jure communi non potuisse Judices contumaces, & obnoxios multare ultra summam duarum unciarum; Proconsules verò ultra summam sexaginta, & spectabiles ultra summam trium unciarum, Præfectum verò Prætorii propter ejus dignitatem posse usque ad quinquaginta libras auri mulctare *leg. eos*, *leg. Illustre*, *Cod. de modo mulctarum*, & Prorex qui in hoc Regno tenet officium Præfecti Prætorii usque ad summam ducatorum trium mille posse pœnam irrogare, cum consilio tamen, & voto Collateralis Consilii dixit Surgens *de Neapoli illustrata*, *cap. 15. numer. 6.* & quamvis Judices hodie, dispositionem legis eos de facto non observent, ut dixit post alios Farinacius *quæst. 18. numer.* 31. Guazzinus *de pace*, *& tregua*, *in titul. de causa*, *§. 3. quæst. 13.* sed Judicis arbitrio relinquitur Menochius *casu* 280. Francus *decis.* 271.

12 Regens Tappia *in constit. Regni*, pœnam novem unciarum Mastrill. *decis. 206. numer. 36.* ubi tamen nota, quod hæc pœna quæ ab homine tanquam multa imponitur, & non tanquam pœna delicti, à lege statuta tam excessiva irrogari non potest, cum non possit contumax mulctari amissionis totius causæ *l. properandum*, *§. cum autem*, *C. de judiciis*, *leg. post edictum*, *ff. de judiciis*, nec pœna confiscationis bonorum Andreas de Isernia *in cap. 1. §. contrahentium*, *in secunda additione*, quæ sint Regalia Farinacius *q. 18. numer.* 31. *& 37.* unde mulcta insolita, & non

13 consueta dicitur *injusta*, *l. fin.* ubi Angel. *C. de Canon. largit. lib. 10.* Felynus *in capit. 2. de rescriptis*, & si accusetur quis à præcepto quod continet pœnam insolitam, si præcepto non parvit puniri non potest, ut post Menochium, Brunum, & alios dicit Cartarius *decis. criminali Mediolanensi 23. num. 28.* qui loquitur de pœna apposita contrahentibus matrimonium contra Judicis præceptum, quia debet esse conveniens delicto *cap. quæsivit*, *de his quæ fiunt à majori parte Capituli*, *l. sancimus*, *C. de pœnis*, Capyc. *dec. 126. numer. 50.* Chartarius *dict. decis. 23. n. 23.* & quando pœna indicta est immoderata, & excessiva dicitur ipso jure nulla Farinacius *quæst. 88. n. 29.* Capu. Latr. *consult. 1. num.* 48.

In Regno nostro pœna contumaciæ tertiam partem mobilium non excedit, ut in Constitutione Regni pœnam 14
eorum, & licet Isernia ibi dicat, quod aliqui moderni dixerunt, quod Judices in summa administratione constituti, & habentes merum possunt citare sub pœna omnium bonorum in arduis causis tamen dicit ipse quod corrigitur hodie, aut in desuetudinem abiit, quia contrarium videmus seruari & allegat se ipsum *in tit. quæ sint regalia super verbo incestas nuptias* ubi *num* 42. dicit, quod non potest maior pœna tertiæ partis bonorum mobilium irrogari quod etiam dixit Afflict. *in d. Const. Regni pœnam novem unciarum*, *num. 29.* Bajardus ad Julium Clar. *quæst. 31. num.* 32.

Addo quod pœnæ magnæ imponuntur, ut magis homines terreant, & evitentur atrocia, non autem, ut 15
post alios Roland. à Valle *consil. 47. num. 60. volum. 2.* & voluit Reminaldus junior. *consil. 137. num. 27. volum. 3.* in pœna ducatorum ducentorum aureorum, & quod pœnæ magnæ potius ad terrorem, non autem ad exactionem imponantur dixit Scappa *de jure non scripto*, *lib. 3. cap. 193. numer.* 3.

Hoc omittatur scire, quod inobedientia non semper in- 16
dicit contemptum, ex Covar. *in capit. Alma mater*, *§. 5. numer. 6. part. 2. de sententia excommun. in 6.* Riminald. junior *consil. 337.* Alterius *de censuris lib. 5. cap. 6. disputat. 22.* & quando ex contemptu dicatur non parere declarat Giurba *consil. 32. nu. 25.* qui post alios dicit tunc aliquem in contemptum non parere, ubi scienter, & contumaciter legis dispositioni, aut superioris præcepto subjici non vult, & ob id directè moventur ad transgrediendam legem, aut ad inobediendum superioris voluntati, & si legem, aut mandatum Principis ob aliquam peculiarem causam quis transgrediatur non deliquit ex contemptu, Chartar. *decis. 130. num. 11. & 12.* Tiberius Cecianus *cons. 14. num. 9. volum. 3.* Reminald. Jun. *cons. 337. num. 16.* sic etiamsi ex negligentia vel cupiditate quis contravenerit non dicitur contendere, Lessius *lib. 2. de Iustitia*, *cap. 4. dub. 9.* hinc dixit Bald. *in l. 1. Cod. de his quæ pœnæ nomine*, quod ut contraveniens in pœnam incurrat debet contravenire formaliter ita quod ejus animus directè sit ad contraveniendum sequitur Natt. *consil. 339. n. 2. lib. 2.* nam aliud est contemnere aliud parere, Glossa *in c. Si quis autem 10. dist.* propriè enim dicitur contemptus contra legem, aut Principem, non quia lex, aut Principis præceptum displiceat, sed ipse Legislator, ut ex multis probat Giurba *consil. 32. num. 33.* ergo quando ex ali- 17
qua causa etiam non justa quis præcepto non obtemperat, non dicitur contravenire, & sic non erit locus mulctæ, ut post alios Regens Capycius Latro *consult. 1. num. 61.* & sic non dicitur præceptum judicis non fuisse contemptum, ita ut locus pœnæ esse possit adducit Brun. *consil. 115. vol. 1. à num. 23.* & post eum Rosental. *c. 10. concl. 30. à n. 40. tom. 20.* qui dicit solere talia mandata fieri cum talibus pœnis ad evitanda scandala, ergo si nullum sequatur scandalum, nec ullum versatur fisci interesse pœna exigi nequit Grammaticus *cons. 74.* Franc. Niger *lib. 1. controv. 101. num. 15. cum seq.*

Et quando præceptum, vel mandatum esset obscurum, 18
ille, qui non obedierit, non tenetur & excusabitur à pœna Lancellottus *in templo omnium judicum*, *lib. 1. §. 4. vers. 27.* Capyc. Latr. *consil. 1. num. 70.* Sic inhibitio, & mandatum cessat cessante causa inhibitionis, *capit. Cessante*, *de Regul. jur. in 6.* Sesse *de Inhibitionibus*, *capit. 21. numer. 50.* prout cessante causa banni cessat ipsius pœna Tiraquell. in *tract. cessante causa in principio*, *part. 1. num. 41.* sic etiam cessante ratione statuti cessat statutum, & cessante causa fidejussionis cessat fidejussio Regens Capyc. Latr. *consult. 1. à numer. 99.* & quilibet causa excusat à delicto quia ad excusandum à dolo non solum sufficit justa, & legitima cau-

causa, sed etiam fatua, & bestialis Grammat. *vot.*10.*n.*20. *&* 21. Bursat. *cons.*152. *n.*32. *vol.*2. & ignorantia juris intricati excusat, quod mandato non sit obtemperatum,
19 nec contrafacientes habendi aliquam dubitandi causam sunt puniendi, Capyc. *dec.*20. *n.* 10. latè Antonius Gabriel *l.*7. *comm. concl.*8. & sic ut habeat locum pœna spreti mandati superioris requiritur dolus ad cujus exclusionem sufficit error juris, qui inducit bonam fidem; quæ etiam præsumitur secundum jus naturale, & libertatem ut fundat post alios Capyc. Latro *d.cons.*1.*n.*111. qui ait non esse locum pœnæ, ubi adest justa causa credulitatis, quo casu excusatur quis à culpa, pœna, & à contemptu judicis.

20 Pœna spreti mandati ex gratia concessa Neapolitanis per Carolum V. de anno 1550. non potest exigi pro summa opposita in mandatis, sed quod debeant servari Capitula, & Constitutiones Regni ex quibus Capitulis disponitur non posse exigi talem pœnam Reg. de Ponte *consil.* 940. qui sic decisum refert Reg. Tappia *in d. constit. pœnam*, Reg. Capyc. Latr. *dec.*77. *& cons.*1. *n.*120. licet de Ponte parum sibi constans *de potest. proreg. tit.*1. *num.* 28. mutaverit sententiam.

21 Ex quibus infertur ad similem quæstionem scilicet servata Bulla Pii V. in materia de censibus debet fieri distincta per duos menses ante, quam veniat temporis solvendi censum est quæstio quis sit Judex competens pro obtinendo mandato ad renuntiationem faciendam de futura census redemptione, an Judex debitoris, an Domini census, & prima opinio dicit judicem esse creditoris, ac Domini census, quia cum agatur de distractione, & rescissione contractus ad illum distrahendum forum rei sequi debemus, *l.*2. ubi Gl. & alii *C. ubi*, & apud quem. Secunda sententia dicit esse judicem debitoris, ita Cenc. *p.*3. *c.*1. *q.*3. *ar.*9. & nunc *in novis est q.*111. Duard. tamen *tom.*2. §.6. *q.*3. ait, quod prima sententia est verior, quia agit ad retrovendendum sibi jus annui redditus, & hanc tenet post Lupum, & Avendanum apud eundem.

22 Infertur secundò, quod Dominus domus tenetur ex consuetudine Neapolitana secundùm Ursillum ad Afflict. *decis.*365. *numer.* 12. in mense Februarii, denuntiare Inquilino, ut adveniente tempore scilicet, 4. Maji recedat à damno, & hoc coram judice Inquilini secundum supradicta dixi secundum Ursillum ad Afflictum, quia ex nova praxi non requiritur talis denuntiatio secundum Regent. Sanfelicium *dec.*9. *repetita tom.*2. *dec.*300. ex inadvertentia. Quia in prędio Urbano novus conductor expellit primum, secùs in rusticis, & Fiscalibus prædiis, quia præfertur primus.

23 Infertur ultimò ad depositum, cujus materia, & requisita, ut liberetur quis à periculo rei & amplius non teneatur ad usuras latè tractat, post alios D. meus Consiliarius Franc. Maria Pratus *pract. observat. observ.*25. quod cum fieri debeat coram judice competente est quæstio, quis sit Judex competens, an Judex creditoris, an debitoris, & prima opinio dicit esse competentem judicem deponentis, non autem creditoris, ita Bald. *in leg. Acceptam*, *quæst.* 13. *numer.*24. *Cod. de usuris*, quia iste qui facit depositum ad judicem accedit ut reus non uti actor sic Vivius *dec.*380. ait, quod exceptio non num. pecuniæ debet proponi coram judice, qui de viribus contractus cognoscere debet, sed placuit mihi practicare doctrinam, quam sequitur
24 Dominus meus Pratus *ubi sup. observat.*36. qui distinguit, quod si compareat debitor petens annullari contractum annuorum reddituum faciens depositum ejus quod debet, tunc est actor, & tenetur adire judicem creditoris secus si compareat, non ad finem annullandi contractum, sed solum, ut se liberet ab obligatione debendi, & solvendi, & tunc adit judicem suum, & non creditoris, & sic vera Baldi sententia, quod comparet uti Reus, non uti actor, & ad judicium non venit voluntarius, sed necessarius, ut à nexu liberetur usurarum, & sic potius attendi debet causa naturalis quæ est, ut se liberet ab obligatione, & non accidentalis, quæ est ut ipse prius ad judicem venit.

DISCEPTATIO CLXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Manutentio datur existenti in quasi possessione habendi fenestras.*
2 *Manutentio datur utrique possessori si sint compatibiles possessiones.*
3 *Petitorium suspenditur, & proponitur possessorium in qualibet parte litis.*
4 *Casus disputandus proponitur inter duas Moniales S. Claræ.*
5 *Manutentionem dari sorori Moniali in sua Cella putat Dom. Doct.*
6 *Novitates turbant eisque occurritur.*
7 *Fontanellæ authoritas adducitur.*
8 *Moniales ob quendam statum quem habent, datur manutentio.*
9 *Litteræ adducuntur Illustr. Nuntii Apostolici directa ad P.Guardianum S.Claræ.*
10 *Possessorium Moniali qualiter possit competere intra Claustra.*
11 *Servitus, an acquiritur inter Moniales in Claustris.*
12 *Textus* in leg. si arborem 16. ff. de servit. urban. *adducitur.*
13 *Servitus quæ requirat ut inducatur.*
14 *Servitus ne prospectus officiatur duplex est.*
15 *Obedientia Monialibus quid præcipiat.*
16 *Cellæ monialium quales, & quantæ.*
17 *Cella ad quid sit inventa.*
18 *Facta proposita ab alio Doctore.*
19 *Series negotii proponitur.*
20 *Nuntiatio novi operis qualiter à Moniali proposita fuerit contra Monialem.*
21 *Spolium voluntarium non præsumitur.*
22 *Possessio jure familiaritatis, an sit vera possessio.*
23 *Consuetudines Neapolitanæ an ligent Clericos.*
24 *Consuetudines Neapolitanæ approbatæ fuerunt per Archiepiscopum.*
25 *Consuetudines Neapolitanæ, quid disponant circa servitutes.*
26 *Servitutes jure communi, qualiter à jure introductæ.*
27 *Negatur possessio ab altera parte.*
28 *Argumentum à contrario sensu, non semper validum.*
29 *Servitus alia hominis, alia legis.*
30 *Servitus continua qualiter præsumatur.*
31 *Authoris consultatio rata Abbatissæ in hac causa.*
32 *Abbatissa non potest, quicquam Monialibus præcipere sub censura, neque virtute Sanctæ Obedientiæ.*
33 *Abbatissa jurisdictionem spiritualem non habet in Moniales, sed tantum domesticam.*
34 *Monialis potest Cellam adificare, & uti sua vita durante.*
35 *Monialis habens usum Cellæ vita durante, an possit amoveri ex causa non necessaria.*
36 *Cella à Moniali ædificata vendi non potest etiam applicando pretium in utilitatem Monasterii.*
37 *Cellæ optio potest fieri, etiam nullo dato pretio & idem in permutatione.*
38 *Abbatissa poterit dare Cellas posterioribus in professione ad demonstrandum nullum jus acquiri in Cellis contra votum paupertatis.*
39 *Monialis antiana cogi non potest ad Cellam optandam.*
40 *Cellarum pluralitas Moniali non conceditur, & interdum sua privetur ad usum publicum.*
41 *Fenestræ exteriores Monialium, qualiter habendæ, & quid de sæcularibas aspicientibus Moniales.*
42 *Fenestrella Monialium pro sanctissimo qualis, & ad quæ deservit.*
43 *Ædificia propè Conventus Monialium non fiunt à sæcularibus.*

44 *Laici*

44 *Laici ad extollendos parietes extra chorum habentium aspectum ad Moniales per quos coguntur.*

45 *Fenestræ habentes aspectum ad Cellas Monacharum, an claudendæ sint, & quid posita via in medio.*

ARGUMENTUM.

Manutentionem dari habendi fenestras existenti in quasi possessione certum esse statuitur: dari etiam sorori Moniali in sua Cella qui existiment? Possessorium Moniali qualiter possit competere intra Claustra? Servitus quæ requirat ut inducatur? Professio jure familiatis an sit vera possessio?

DE EADEM RE.

1 CUm certissimum sit manutentionem dari existenti in quasi possessione habendi fenestras, retinendi portam in muro domus, &c. & existenti in possessione immittendi immunditias à fenestra suæ domus versus hortum & locum vicini, & hoc dum fit à Judice debet fieri citra præjudicium jurium partium, & ordinatum possessor, quia posita possessione, vel quasi datur, manutentio
2 Postius *observ.*17. & sufficit de tempore motæ litis Postius *observ.*73. & quando possessiones sunt compatibiles manutentio datur utrique parti respectu diversorum Postius *observ.*72. *numer.* 20. Nec possessio unius excludit possessionem alterius, & in servitutibus tam continuis, quàm discontinuis, datur manutentio Postius *observ.*10.*numer.*49.
3 & *variar. resol. resol.*15. & suspenditur petitorium, & proponitur manutio summariissima, Postius *observ.* 7. & 8. etiam in qualibet parte litis etiamsi petens manutentionem sit actor in petitorio, Postius *observ.*8. *numer.* 8. præsertim in juribus incorporalibus Rota apud Postium *res.*15. *per totam*, & si permissum sit habere fenestram, vel ad lumen ingrediendum, vel ad prospectum erit etiam licitum aliquantulum illam dilatare Postius *var. resol. resol.*92. *per totum*.

4 Hinc contingit casus in Regali Monasterio S. Claræ hujus Civitatis inter duas Moniales nobilissimas ejusdem monastetii, in quo, quia scripserunt duo famosi Advocati nostri temporis eorum proponam allegationes, & tandem meum judicium interponam, & quid actum fuerit. Scripsit enim pro sorore Hieronyma Castrocucco D. Carolus Vergara, quæ inseritur.

Reverenda soror Hieronyma Castrocucco Monialis professa in Regali Monastesio S. Claræ Neapol. spatio annorum septemdecim gavisa fuit tenuta pacifica cellarum eo modo, & forma prout detentæ fuere per olim sororem Helenam Macedonio cum ligello ubi semper vasa, & pergulum subtus fenestram contiguam Cellæ, qua utitur conversa inserviens Moniali Professæ Reverendę sorori Marię Capece Parisessæ exclusa prohibitione uti ad præsens hæc omnia existunt, ut ex facto est certum.

Contendit hodie dicta Reverenda soror Maria contra notoriam possessionem, & vasa, & pergulum tolli debere cœlestis militia ei sufficere deberet absque implicatione in disputationibus quas nec minus sæculares excitare possent; nam ordo clausuræ inveteratus omninò servandus est, nec potest soror Maria contendere de servitute, ne luminibus officiatur, neque de servitute, ne altiùs tollatur dum ipsa non est Domina neque usufructuaria, sed mera detentrix cellarum, quapropter solummodò possessorium est attendendum.

5 Et quamvis esset Domina, adhuc contra ipsam debetur in beneficium ejusdem sororis Hieronymæ manutentio: in quasi possessione libertatis Menoch. *de retin. possess. remed.*3. *numer.*13. & *seq.* Maranta *de Ordine judiciorum*, *part.*4. *dist.*3. *numer.*27. cum aliis apud Post. *de manutenendo observ.*10. *num.*49. ubi idem in servitutibus discontinuis affirmat, Rota Bonon. *decis.*138. *numer.*22.35. & 45. probat similiter datur manutentio existenti in quasi possessione dandi licentiam exeundi de Monasterio, & eam denegandi Buratt. *decis.*823. *in princip.* Postius *observation.* 10. *numer.*16.

6 Nemo enim est tam fortis, qui rerum novitate non turbetur, ut scribit Cæsar de Bello Gallico, *lib.6.* quapropter manutentio, in eodem statu semper est concedenda non solum in profanis, & in re sæculari, & inter Laicos, sed etiam inter personas Ecclesiasticas, & in beneficialibus Ecclesiasticis, & Spiritualibus, ut ex Cancer.& Pontan.probat Post. *d. observ.*10. *n.*88.

Et Fontanella *clausur.7. l.3. part.* 10. adducit exemplum possessorii interim *numer.*48. quod in anno 1604. duo Religiosi Sancti Antonii Ferdinandus Braga, & Onufrius, licet contendebant super possessione Ecclesiæ, & domus S. Antonii, in qua contentione timebatur aliquod magnam scandalum, quia ambæ partes fecerant suas præparationes, ut quælibet defenderet suam prætensionem, admisit Senatus causam per unam ex ipsis super interdicto interim motam, & illo mediante sedavit contentionem provisione facta 28. Januarii anni prædicti 1604. uti pari modo sedanda esset Controversia præsens, conservando interim sororem Hieronymam in possessione in qua reperitur. 7

Atque etiam in his pro quibus non est dare possessorium ut verificatur in præfatis Monialibus contendentibus, de servitutibus, (quando ipsæ sunt totales servæ Dei,) adhuc tamen, quia datur quidam status pro ejus manutentione competere potest summariissimum possessorium, Rota Bononiens. *decision.* 139. *numer.*25. Postius *loco citat. numer.*90. contra quam Regulam allegans fallentiam, seu exceptionem probare debet, ut idem Post. fundat. 8

Contra hoc notorium possessorium interim, quando eadem soror Maria, probare intenderet servitutem ne luminibus officiatur vel altius, non tollendi adhuc manutenenda esse soror Hieronyma in possessione, in qua reperitur, (nec servitus ulla considerari potest, in beneficium sororis Mariæ, dum ipsa uti mortua mundo, nullam ex servitutibus acquirere potest,) & ratio est à priori, quia interim dicta Reverenda soror Hieronyma habet intentionem fundatam, & Soror Maria debet fundare ejus intentionem.

Quod fundatam habeat intentionem dicta Soror Hieronyma, respectu retentionis vasum, probatur ex ipsa Epistola per Illustr. D. Nuntium Apostolicum, conscripta nuper Reverendo P. Guardiano ejusdem Monasterii tenoris sequentis, v3.

A foris. Al M. R. P. Guardiano di S. Chiara.

Molto Reverendo Padre.

SEnto con quella passione, che V. P. puo imaginarsi, che continuino li disturbi, in corestо Monasterio con scandalo di questa Città, & offesa di Dio, da che ridonda anco contra segno di poco rispetto verso l' Eminentissimo Barbarino Protettore, che con le paterne sue ammonitioni, hà persuaso le Sign. Monache interessate nella causa controversa a quietarsi; e perche V. P. questa matina mi hà significato, che derivava la renitenza, in accomodare la controversia dal non essersi bene penetrati, miei sentimenti, mi stimo in obligo di significarle, che come giudico di inolta convenienza, che la Sign. Maria Capece, concorri à che la sua finestra, che risponde alla loggia della Signor Suor Geronima Castrocucco dia meno sogetto, che sia possibile alla medesima, cosi ricerca il dovere, che si abbraccino quelli partiti con quali si possa conseguire l' intento con tutto quel minor pregiudicio, che sia possibile dell' istessa Sign. Capece, la quale non deve aggravarse, se sopra il suolo della logetta senza altro gradino ninangano quei vasi de melangoli, che vi teneva detta Sign. Castrocucco nel tempo, che Io mandai il mio Vicario à fare l' accesso, anco che con il tempo le medesime piante crescessero, e deve parimente l' istessa Sign. Capece per effetto della sua solita modestia religiosa, e per cooperare al publico servitio del suo Monasterio, consentire, che in luogo delle lancie di legno, che stanno hora fuori di detta sua finestra, si ponghino i ferri simili alle lancie della parte di dentro, e per tre palmi appoggiata a detti ferri si collo chi ben fissa nel numero una reziglia à modo di ucelliera. Chi mostrarà renitenza ad accettare partiti cosi congrui, e ragionevoli; supponga V. P. che non ha per ogette solo di mantenere disturbi, e mostrarsi monaca poco zelante, ò nemica dell' obedienza, e mentro stò pregando la Divina Bontà, che illu-

illumini chi per mali Consegli, o illusione diabolica non si curasse di Conseguir il merito della S. Obedienza, e non se mostrasse resignata ad abbracciare partiti così ragionevoli resto con augurare à V. P. dal Cielo ogni contento di Monti Oliveto, li 2. di Giugno 1662.

Di V. P.

Affettionatissimo per servirla sempre
Giulio Arcivescovo di Laudicea.

Cujus Epistolæ tenor in controversiam deduci non potest; attenta gravis scribentis authoritate, ac probatione per rei evidentiam.

10 Pro possessorio Perguli ipsa Soror Maria sequendo antiquum possessorium ad favorem Sor. Hieronymæ, prout ejus auctrix permisit expressè pergulum ad factorem auctricis Sor. Hieronymæ, ita ipsa in eadem permissione semper permansit accommodando etiam expressè ramos suæ vitis, quæ permissio jure proprio revocari non potest, dum eadem Sor. Hieronymæ, & ejus auctrix poterant hoc facere, accessit ad exuberantiam promissio, igitur non est recedendum ab eo quod non semel sed pluries placuit per continuationem, nam patientia in his juribus dat titulum pro acquisitione servitutis.

Nec adsunt essentialia ad servitutum prædictarum acquisitionem, nam non adest titulus, non possessio, neque præscriptio, igitur nulla ex servitutibus prædictis allegari potest, *l. 1. C. de servitut. & aqua*, *l. ult. ff. quemadmodum servitus omittatur*.

11 Imò ad acquisitionem servitutum prædictarum requiritur prohibitio, contra volentem sua libertate uti, & insuper quod per illam prohibitionem prohibitus desistat ab illo usu, tunc incipit prohibens possidere servitutem in re vel ædificio illius, & dicitur incipere possessionem, & præscriptionem, probat Cynus *in dict. leg. 1. Cod. de servit. & aqua*, Ciarlinus *controv. forens. 30. numer. 38. p. 1.* Ex parte sororis Mariæ non constat de tali prohibitione, & propterea non dicitur possidere servitutem, quam prætendit, si non possidet nullo freta fundamento prohibere intendit, quando de contraria possessione in beneficium sororis Hieronymæ constat.

12 His jactis fundamentis habet non solùm ex dictis fundatam intentionem soror Hieronyma, sed pro ipsa est Text. expressus *in leg. si arborem 16. ff. de servit. urban. prædior.* ibi: Si arborem ponat, ut lumini officiat: æquè dicendum erit contra impositam servitutem eam facere: nam & arbor officit, quo minus cœlum videri possit. Hujus Text. notanda sunt verba illa contra impositam servitutem eam facere; igitur arborem ponere non potest ratione servitutis impositæ, sed ex supradictis nulla apparet imposita servitus ad favorem sororis Mariæ, igitur nulla prohibitio esse potest circa positionem arboris, si hoc procedere possit in arbore de novo ponendo, quando fortius est permittendum uti frui arbore posita attenta longa possessione.

13 Ex dictis dum cessat titulus in beneficium sororis Mariæ, non adest possessio, est clausa via opponendi præscriptionem servitutis prætensæ: nam plura sunt requisita essentialia ad inducendam præscriptionem servitutis, ut latè apud Cepollam *in tractat. de servitut. urban præd. capit. 20. in volumin. 6. tractat. part. 2.* & primum est quod volens præscribere fuerit usus jure servitutis, scilicet eo animo, ut possit uti jure suo, adversario invito *l. fin.* quemadmodum servitus amittatur, non apparet quod soror Maria tali prætensa servitute sit usa, igitur deficit primum præscriptionis requisitum, & omnia alia requisita minimè concurrunt.

14 Tres verò servitutes possunt considerari in præsenti differentia, nempè ne prospectui officiatur, luminis servitus & ne luminibus officiatur.

Servitus ne prospectui officiatur, capitur duobus modis, in genere, & in specie, si quis debet servitutem Titio, ne prospectui domus officiatur non habito respectu ad certum locum, non solùm tenetur præstare prospectum ex parte superiori putà, ut cœlum videri possit, sed etiam ex parte inferiori, putà non impediendo prospectum ad inferioria, dum tenetur debens servitutem liberum conspectum præstare prout erat tempore servitutis, & sic nil innovare potest, nec servitus sibi à sorore Maria fuit ita acquisita; si loquimur de tali servitute in specie, ut puta si quis mihi promisit servitutem ne officiatur prospectui certæ fenestræ domus meæ, & tunc aut illa fenestra tempore servitutis impositę habebat aspectum ex parte superiori, & etiam ex latere, quia ex ea cœlum videri poterat, & etiam alia loca prospiciebantur: & tunc idem est, sicut quando esset in genere hæc servitus constituta, aut illa fenestra non habebat conspectum cœli ex superiori, quoniam ex ea cœlum videri non poterat, nec etiam ex inferioribus alia loca amœna, & similiter est dicendum, quod res servanda est eo modo quod erat tempore servitutis impositæ.

Et propterea quando talis servitus specialis adesset in beneficium sororis Mariæ esset conservanda eo modo quo res erat tempore servitutis, sed semper adfuit pergulum cum vasis ex parte sororis Hieronymæ: igitur eodem modo esset conservanda hodie uniformis possessio ultra quod gratis prætensa servitus discurritur, secundùm hos terminos ratiocinatur Cephal. *de servitut. urban. præd. capit. 33.*

Et ad convincendum quod talis servitus non debetur ex notorio facto constat ligellum ædificatum fuisse post existentiam d. fenestræ sororis Mariæ quæ ædificatio, & lege assistente fuit facta, & nulla prohibitione auctricis sororis Mariæ accedente ob quod factum auctricis impugnari non debet *l. cum à matre*, *de rei vendic.* ex ædificatione cujus ligelli fuit præjudicatum prospectui ex parte inferiori; quod si utique prætensa servitus adfuisset talis ædificatio rectè prohiberi potuisset.

Ultra quod data acquisitione talis servitutis sufficit, quod ille cui debetur servitus luminum, cœlum videre possit, licèt sibi prospectus de longinquo tollatur, & propterea quatenus talis servitus deberetur, quod est impossibile, adhuc dum Cella sororis Mariæ videt cœlum, & adest lumen proportionatum nullam habere potest prætensionem.

In servitute prospectus, nec debetur à servitute ut cœlum videatur, ut ait Cepolla *l. c. c. 34.* inter has servitutes discurrere ex dictis videtur frustratorium, dum in solo possessorio causa consistit, de quibus prætensionibus petitoriis ultra quod nullum fovet jus, soror Maria possessorium impedire nullo modo potest.

Nec est omittendum, quod pro tollendis scandalis, quæ in dies oriebantur ex similibus fenestris prospicientibus in Cellas vicinarum Monialium fuerunt in dicto Monasterio omnes exclusæ exceptis tantùm duabus, altera scilicet, de qua nunc agitur, & altera pro cujus clausura attenditur de proximo resolutio à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium ubi causa pendet.

Sicuti nec est prætereundem, quod Mater Abbatissa, una cum Vicaria, & discretis ejusdem Monasterii volens paci suarum Monialium consulere, & scandala evitare disposuerat, quod aliundè idem lumen, & forsan majus daretur Cellæ supradictæ expensis dicti Monasterii, sed hoc fuit à dicta sorore Maria recusatum, licet ipsa suæ superiori ex præcepto Regulæ parere teneretur, ut habetur in statutis, & ordinationibus ejusdem Monasterii *capit. 15. ibi.*

Dell' Obedienza & humile soggettione, *capit.* 5.

DEsiderando che il voto dell' Obedienza in tutto sia osservato, in quello pero, che non è contrario alla salute dell' anime, & alla professione della vostra regola; per questo ciascuna obedirà alla Vicaria, & à tutte le altre officiali respettivamente in quel che concerne l' Officio loro. E principalmente la Madre Abbadessa sia obedita con humiltà, e riverenza prontamente da tutte le Monache ricordandosi che per amor di Dio hanno rinunzate le proprie volontà, e non presuma alcuna dir voglio, ò non voglio, ma quando si sentisse aggravata di qualche Obedienza impostagli humilmente si scusi, non resistendo con pertinacia, ò disprezzo sapendo, che (come dice S. Paolo) chi resiste alla potestà, resiste all' ordinatione divina, e sen' acquista la dannatione, e quelle che saranno disobedienti siano punite conforme la qualità del defetto: ma se saranno contumaci siano carcerate, e non possano essere assolute finche obediscano, ò riconoschino in communità la lor Colpa.

Ex

Ex quo apparet præsentem Controversiam non tendere ad aliquam utilitatem Sororis Mariæ, sed esse meram æmulationem à legibus, & doctoribus communiter reprobatam.

Præfata dispositio Matris Abbatissæ erat juri consentanea, tum quia admissa esset servitute luminis ad beneficium Cellæ supradictæ Sororis Mariæ, quia ex præmissis est impossibile, illa debet esse contenta de lumine sufficienti Cepoll. *de servit. urban. prædior. capit.* 35. *numer.* 1. tum quoque quia nefas est sine necessitate velle retinere fenestram per quam facta vicini videantur unde rixæ, & odia oriri solent, ut advertit Oynotimus *super instit. lib.* 2. *titul. de servit. rustic. & urban. prædior.* §. *prædiorum Vrban. numer.* 211.

16 Est tamen ordinanda è contra prohibitio aspectus Sororis Mariæ intra Cellam Sororis Hieronymæ, nam tam monialis quam conversa suam Cellam habere debet, nec in una Cella plures commorari possunt, neque una cum alia, sed seorsim quælibet in suo lectulo dormiat, & requiescat, ut ex ordinationibus directis à Congregatione Regularium visitatoribus Monasteriorum Monialium Civitatum Neapolis, & Salerni apud Tamb. *de jure Abb. in formul. tit.* 3. *n.* 40. *&* 41. quæ ordinatio est fundata ad evitanda scandala, ut unaquaque, ex monialibus pacificè in sua Cella moretur nisi tale inconveniens evitetur, non duæ erunt Cellæ, sed una.

17 Et si Cella est inventa non ad quietem, sed ad laborem, & occupationem, non ad otium, & somnum, sed ad vigilias, legendum, scribendum, orandum, psallendum, cœlestia contemplandum, peccata propria, & populi plangendum; ideò Sanctus Bernardus in Epistola ad Fratres de Monte Dei ait Monachus moriens aut vix, aut nunquam à Cella in infernum descendit, quia vix unquam aliquis, nisi in cœlo prædestinatus, in ea usque ad mortem persistit.

Et Sermone 10. in Cant. Sede solitarius Turtur, nihil tibi, & Turbis; nihil cum multitudine cæterorum etiam ipsum obliviscere populum, & domum patris tui, & concupiscat Rex decorem tuum: si Cella ad hoc est inventa evitanda sunt scandala, ne potius ad bellum quàm ad cœlum serviat.

V. I. D. Carolus Vergara.

18 Cum nuper typis demandata in lucem prodiissent jura pro Sorore Hieronyma Castrocucco in causa quam habet cum Sorore Maria Capycia, fuit mihi onus impositum, ut illa accuratè perlegerem, & ex adverso pro dicta Domina Maria Capycia scriberem oculis diligenter opere perlustrato hilari animo Provinciam suscepi pro veritate magis, quàm pro cliente, noscens in proposita controversia sive de petitorio, sive de possessorio sit quæstio licet ipsa, de qua agitur ad favorem dictæ Sororis Mariæ clariores esse rationes, quapropter ne in contrarium evulgata in judicum mentes altiores ipsis forsan arboribus, quæ apponere conatur dicta Soror Hieronyma radices immitteret; strinxi, & ego stilum turpè ratus, qui contrariam fovent partem, & fenestram tabulis, & justitiam velamine obumbrare, quod, ut clariùs pateat & non velitationibus, sed comminus pes pede collato pugnam cum Adversario committam.

Primò, facti speciem strictim enarrabo.

Secundò, d. Sor. Mariam esse in possessione luminis, & aspectus, sive de summariissimo, sive de ordinario possessorio agatur, in eaque manutenendam.

Tertiò, Ecclesiasticas personas, Ecclesiæque bona consuetudinibus locorum obnoxia præcipuè Civitatis nostræ.

Quartò, Neapolitana consuetudine, quæ incipit *si quis habet*, sancitum volentem in muro, seu ad curtim vicini ædificare, arbores plantare, & similia, quæ lumen impediant in tantum posse, in quantum per palmos duodecim distant à fenestra vicini, non solum ne lumini, sed fortiùs ne aspectui noceant.

Quintò consuetudinem, de qua loquimur communi à jure depromptam, ita quod si moniales ab ea eximerentur tamen commune jure id vetitum.

Denique per partem adversam assignatis animadvertam, & respondebo, & præsertim transcriptæ Epistolæ Illustrissimi Archiepiscopi Laodiceæ, & Nuntii Apostoloci D. D. M. sine quo frustra ædificat domum qui ædificat eam vias demonstret semitas edoceat, ut viam veritatis cognoscam.

Octuagesimus ferè numeratur annus, à quo Cella, 19 (quæ hodie est Sororis Mariæ Capyciæ Monialis Professæ in Monasterio Sanctæ Claræ Neapol.) constructa est, & cum ea ad aspectum, luminisque commoditatem tamquam ad vagientis cubiculi ortum oculus, sive fenestra adaperta est, licuitque illis, quibus pro tempore Cellæ usus patuit, non impeditum lumen aspectumque dictæ fenestræ patere & licet post quadraginta annorum spatium xystus, sive quem logellam vocant ad pedes dictæ extenderetur, attamen cum humilis tantum humi despectum potiùs, quam aspectum interdiceret crassos soli humores interdixit Cellæ, non autem in animos excitavit, reliquo cœli, tellurisque, vel longiori patente aspectu, solique ingressu; passaque libenter fuit, quæ Cellam occupabat ambulacrum subjici, quod gratiorem redderet, & despectum ipsum; contenta pleno fenestræ ore totum haurire solem, cœlique lumen, ubi cor intendebat nulla, nisi naturali obvolutum umbra pacificè frui: sed ubi discordia, demens intravit. Sor. Hieronyma Castrocucco, cui ambulacrum contingit, & Monialem cœlo privare, & lumen speculæ interdicere, vel pergularum umbra, vel tabularum impedimento conata est, & denique decrescentium arborum viridi fronde reliqua spe luminis dictam Sororem Mariam Capyciam privare, & ne pateret dictæ Mariæ suę logillæ aspectus ipsum Capyciæ domicilium excæcare ausa est, & quòd fortiùs, ita firmiter cœptis, & male cœptis inhæret, ut labantem novitatem juribus fulcire supponat, & ne xystus speculæ deserviant jura injuriæ, malit deservire.

Nuntiavit novum opus Capycia, & vi, & clam factum 20 conquesta, apud Illustrissimum Apostolicum Delegatum omnia innovata ad pristinum reduci tamquam vi, & clàm facta, à Justissimo Judice obtinuit sublatis tabulis, quæ fenestræ etiam post litem cœptam affixerat dejecta pergula, quam ad contentionem erexerat, & in hoc statum hodie sumus, & sic in summariissimo possessorio ambigendum non est esse dictam sororem Mariam Capyciam in eoque authore Prætore immissam; ritè recteque decretum emanavit: nam jure sancitum omnia innovata ad pristinum reducenda *l.* 1. *quod vim, aut clam*, Lancell. *de attent. in præf. numer.* 14. Afflict. *dec.* 396. & ne in causa monialium ne deficiant Romanæ decisiones Capella Tolosan. *dec.* 107. & fuit dictum in una Placentina Capellaniæ, veneris 14. Novemb. 1614. quæ est *in* 2. *tomo recent. decision. dec.* 592. eaque etiam officio judicis revocando Surd. *decis.* 91. *numer.* 8.

Videndum ergo de possessorio ordinario, & quidem 21 clarè liquet ex fide vetustiorum monialium Cellam dictæ sororis Mariæ ab octuaginta usque annis fenestra illustratam, illamque nullo obumbramento impeditam, & sic post ædificationem logillæ, in eodem aspectu, & lumine permansisse, quæ luminis aspectusque possessio pacificè fuit continuata ad præsentem diem, in eaque nec ipsam, neque prædecessores ejus unquam, nec de facto, nec in foro deturbatas, non enim conquæstus dictæ sororis Hieronymæ, nec prædecessorum adducitur, non actus privativus concessionis alicujus servitutis ad favorem dictæ sororis Hieronymæ, vel aliarum, non publicus dicti Monasterii virtute cujus anterioris suæ possessionis spoliatione se habuisset soror Maria, nec denique præsumendum cum in dubio nunquam quis præsumatur se spoliasse possessione in qua reperitur, ut ex decisionibus, & pluribus Rotæ Romanæ Buratt. *dec.* 343. & per Greg. *decis.* 307. *numer.* 10. & aliis concludit Ursil. *conclus. legalium, conclus.* 119. *numer.* 23.

Nec quod attinet ad pergulam potest adduci concessio 22 dictæ sororis Mariæ ad beneficium dictæ sororis Hieronymæ: nam etsi verum est, quod permisisset uti racemo vitis logellę ipsius sororis Marię tamen hic ad lilium fuit concessus, prout cum effectu cum ortæ essent inter ipsas discordiæ, & ab amicitia decessissent dictæ sorori Hieronymæ uti dicto racemo ampliùs non licuit, & actus hi facti ad familiaritatem, & ad urbanitatem nullum inferunt alterius possessioni præjudicium, cum possidens jure familiaritatis verè possidere non videatur ad tradita per Mantic. *dec.* 44. *numer.* 10. *&* 245. *numer.* 6. quas refert & sequitur idem Ursellus *concl.* 152. *numer.* 46. Hartm. *decis.* 16. Ricc. *in col-*

*in collect. dec.*1293. ubi si quis spatio 30. annorum tali jure possideat, nec tamen inferre præjudicium poterit & quod in dubio possessio jure familiaritatis præsumatur *dict. decis.* 1293.

Ergo in possessorio summariissimo est D. Capycia in possessorio ordinario similiter, & per longum tempus probatur stetisse, igitur in eo manutenenda.

23 Videamus tandem in petitorio, ad quod probandum initium summam (probatis primo, & secundo quoad possessorium) à tertio assumpto mihi proposito, nempè Ecclesiasticas personas consuetudinibus subjectas, & præcipuè consuetudini hujus Civitatis moveor ad sustinendam hanc propositionem, quia cum Clerici sint connumerari inter populum, & populus condat consuetudines; ergo ligant & Clericos, quo argumento usus fuit, & Carolus de Grassis *de effectibus Clericatus effectu* 2. *numer.*201. probatur consequentia, quia ex hoc, quod ex Clericis, & laicis facientibus unum corpus sub nomine populi conditæ sunt, ergo promiscuæ, ergo ligant utroque Gloss. *in cap. cæterum*, *de donat.* Abbas *in capit. cum venisset*, *in* 2. *notab.* de eo qui mittitur in possessione, & ibi Bald. idem Abbas *in capit. cum causam*, *de re judicata*, Maranta *disputat.*8. *numer.* 53. & alii per ipsum Carolum de Grassis *loco citato* relati, quos longa de more transcribit ad quem ad eas, quibus addo Addentes ad Neap. *in consuetud. si quis emit*, Molphesium *ad consuet. Neapol. titul. de persona privata*, *part.*2. *quæst.*7. Præs. de Franchis *decis.*411. sed si in genere, fortioribus urgeor ad hanc opinionem tuendam rationibus in consuetudinibus Neapolitanis, in quibus indubiè hanc opinionem tenendam ex infrascriptis argumentis existimo, & primò, quia in præmio dictarum consuetudinum constat illas consensu priùs populi constitutos, deinde jussu Regis Caroli in leges redactas, & posteà ab aliis invictissimis successoribus confirmatis, qui cum tanquam Deus in cœlo, ut forsan nimis audacter dixit Marinus Freccia *ad dictum proœmium*, *in verbo Nota*, *littera A*, *fol.*42. potuissent condere leges Andr. post Afflict. *in præludiis constitut. Regni*, & hæc leges ita conditæ, cum honestæ sint, & ad bonum publicum inductę per Canones approbatur; ergo ligant, & illas personas, quæ per Canonicas leges judicantur, sed Ecclesiasticæ personæ ligantur Canonicis legibus; ergo, & consuetudine ligantur, prout probat, & concludit Felin. *in capit. Ecclesias Sanctæ Mariæ*, *numer.* 37. & adducit Text. *in capit.* 1. *de novi operis nuntiatione*, & est de promptum argumentum ex numquam fallenti doctrina nostri Angelici Doctoris 2. 2. *quæst.*96. qui ait leges Regum cum sint justæ, & ad bonum publicum inductæ obligare in foro conscientiæ ex vi legis æternæ à qua derivantur, juxta illud: per me Reges regnant idem Felin. *dict. capit.* qui optimè opinionem fundat, & ego addo Ursillum ad Afflictum *decision.* 310. *numer.*13.

24 Constringe fortiùs addendo, quod cum nostræ consuetudines fuerint lectæ compilatæ, & approbatæ per Archiepiscopum Civitatis, ut testatur idem Rex Carolus *in dict. proœmio*, *in §. per quod authoritates nostræ*, *& in §. ut igitur*, *in verbo per venerabilem Antistitem hujus Civitatis*. Antistitem autem intelligi pro Episcopo dixit Napodanus *dict. verbo Antistitem, folio mihi* 31. ejusdemque voto confectæ, & deinde approbatæ per Sanct. P. Honorium, & videtur sentire idem Napod. *in dicto proœmio*, & Ursillus *loco citato*, & ultimo expresè confirmatæ, & receptæ per ritum Curiæ Archiepiscopalis *ritu* 22. ut ibi declarat Campanilis Squillante *de privileg. Cleric. capit.* 7. *numer.* 103. Caput. *ad consuetud. Neap. in proœmio Regis Caroli*, §. 7. *numer.*6. Franch. *decis.*285. ligantur Ecclesię bona, personęquę Ecclesiasticę, Capyc. Latr. videndus omninò 1. *tom. decision. decis.*66. *à numer.*21. *usque ad finem*, qui indubitanter hanc opinionem firmat; & in specie, cum loquimur de servitutibus Ecclesiasticas personas abstringi testatum relinquit Marin. Frecc. *in addit. ad Neapol. dict. consil. si quis habet littera B*, *verbo Nota*, *folio mihi* 357. qui allegat ad hoc Gloss. *in leg. qui luminibus*, *de servit. urban. prædior.* & Bart. & ibi Abbas *in capit. quod Clerici*, *de for. compet.* Cepolla *in servitut. altiùs non tollendi*, *in principio*, cęteri addentes ad Napodanum *in dict. consuetudine si quis emit*, Molfesius, & Franch. *locis citatis*, nec obstat, quod forsan posset adduci Moniales Regii Monasterii ipsumque Monasterium exemptum ab Ordinarii jurisdictione: nam hoc non operatur, nisi respectu fori, non autem ut sint à legibus exemptę prout hæ nostræ consuetudines rationabilibus & justis, saltimque quoad vim coactivam, ut per Rodriquez *de regular. tom. primo*, *quæst.* 66. *artic.*2. & ita decisum in eadem materia de qua agitur servitutis in causa Patrum Jesuitarum exemptorum etiam ab ordinario testatur, idem Reg. Capyc. Latr. *decis.*66. *in fine*.

Ligant ergo nostræ consuetudines, & præcipuè de qua agitur, Clericos aliasque Ecclesiasticas personas, licet exemptas. Ecclesiæque bona: videndum igitur quid in hac materia per consuetudines fuerit dispositum, & erit quarta dispositiò.

Clarissima sunt verba consuetudinis *in titul. de servitut. in §. Si quis*, habet adeo, ut alia non indigeant explicatione, verba subnectam consuetudinis, ut adimam legenti 25
onus hæc sunt (si quis habet parietem in quo sit fenestra,) ecce paries cum fenestra Cellæ Sororis Mariæ, (dossitia, vel alia quælibet apertura pro aspectu, vel lumine (nota distinctionem) ingrediendo, quæ paries sit juxta curtim, domum vel hortum alicujus vicini (ecce logilla Castroccucæ,) & vicinus vult ex apposito ad aperturas, quæ sint in dicto pariete ædificare in horto, curti, vel domo sua debet per palmos Cannæ duodecim se elongare, & eatenus distare debet ædificium, quod construit à dicto pariete,) quid clariùs, quid apertiùs dici poterat, & notanda sunt verba illa, pro lumine, & aspectu, quod notat etiam Napod. *in dict. consuetud. in verbo pro aspectu*, quòd consuetudo loquitur de utroque, & aspectus ést majus, quàm lumen, sed dices consuetudo nostra loquitur de ædificio, non verò de arboribus plantandis, vel ponendis, sed adimit hanc difficultatem, idem Napod. *dicta consuetudin. in verbo ædificare*, dicendo quod viridaria quantum pertinet ad servitutem altius non tollendi, non connumerantur inter ædificia; quantum verò ne aspectui, & lumini noceant, pro ædificiis habentur *leg. ædificia*, (ædificia, quę servitutem patiuntur, ne quid altiùs tollatur viridaria supra eam altitudinem habere possunt, at si de prospectu est eæque obstatura non possunt,) *& leg. si arborem*, *ff. de servitutibus urban. prædiorum*, comprehenduntur ergo in casu nostro arbores quantum ad luminis aspectusque impedimentum faciamus, ergo strictim argumentum Moniales subjectæ sunt consuetudini, sed consuetudo subjectis prohibet arbores apponi, ne lumen, aspectumque impediant: ergo Monialibus prohibet, solve si potes.

Sed ad partis saturitatem ponamus casum nullam esse consuetudinem, vel illi Moniales non esse subjectas, volent ne juri communi subesse, & est quintum nostrum argumentum.

Cave Sor. Hieronyma, cave à jure communi, & vel 26
hosti crede duriori nexu te vinctam agnoscas, nam cum ex supra dicta consuetud. spatio tantum palmorum duodecim arcere debes jure communi, vel per novem pedes in ficu, & olea, vel per quinque in aliis arboribus, pes enim, & mensuram scias est, quatuor palmorum mensura unciarum duodecim, & digitorum sexdecim, Pratejus *in suo Lexico juris littera P*, *in verbo pes* computum persolve, & consilium laudabis Cajus sancivit, *in leg. final. finium regundorum ad leg.* 12. *tabularum*, quæ ex Solonis legibus depromptæ per decem Viros Romam ex Græcia adductæ fuere, & posteà Romæ, & deinde toti orbi legem debere: verba enim Græca dicunt *τά δε ἄλλα δένδρα πέντε πόδας*, id est, *cæteras autem arbores*, (ficum & oleam ad novem pedes distantiam dixerat,) *pedes quinque*; quod est pœnè mediatas termini distantiæ per consuetudinem inductæ & ne recentiori Codicis volumine legem correctam credas decem pedum spatio arbores distare voluit Imper. *in leg. mœniana*, *Codic. de novi operis nuntiation.* & in sequenti Græca Zenonis constitutione, ubi obiter mœnianum ædificium ne credas nisi pergulam, vel ambulacrum expositum nempè onus, & in longum porrectum nullo fulcitum ab inferiori parte munimine, in quo erravit Accurtius à mœnio dictum credens vel amœnia, dixit Hostien. *in suo comment. dierum*, *lib.....* jubet similiter, & Text. *in d. leg. qui luminibus*, *& in l. qui arborem de servit. urb. præd.* Cæpoll. *de servit. c.*81. *de servit. urban. præd. numer.*1. & nota quod nomine arboris, & vites continentur *l.*1. *§. arbor. ff. de arbor. cæd.*

Jus ergo commune cum municipali consentit, imò arctioribus vinculis obstringit, nec particularis usus dicti

Mona-

Monasterii discrepat cum eodem morbo cum dicta Sorore Hieronyma ipsamet Soror Maria in sua logilla laborat; in qua famulæ, & conservæ dicti Monasterii à suis Cellis habent aspectum, tamen dicta Soror Maria non invidet, nec contendit, sciens contentionem esse impugnationem veritatis cum confidentia clamoris *Proverb.* 3. prout, en Sororem Hieronymam liceat admonere cum Ovid. *Metam. lib. ultim.* si de aspectu conqueritur.

Similes aliorum respice casus, mitiùs ista feras.

De hoc usu Monasterii testantur plures ex vetustioribus Monialibus, quorum animos non partium odium, non clientelæ favor seduxit, & clariori pateret uno Monasterii totius ore ni ad fovendum discordiarum fervens incendium, & suas nescio, quo fato Vulcanus adhibuisset flammas, quas utinam, vel prudentiæ aqueus humor, vel summo cacumini delapsæ nives prohibere potuissent, non equidem sine partium acri fomento in tot, tantasque discordias itum esset, nec dicta Soror Hieronyma, nisi decepta contra commune jus, contra Regum, Imperatorumque scripta, contra proprias Patriæ consuetudines, denique contra peculiarem Monasterii stilum adhuc audacem figeret pedem moliente communi hoste, ut Monialibus Concordiæ sororibus pacis auferat ornamentum, semper enim jurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. *Prov.* 17.

Sed aures percutit clamor ex adverso scribentis egregii fateor Doctoris.

Vidi, audivi doctrinas pro Doctoris integritate ut plurimum veras, sed & oleum, & operam perditam, facti diversitate deceptus inani nixus fundamento quidquid super ædificare conatus jamjam sua inde pressum, & detecto veritatis simulacro corruens inspicere necessum est animadvertamus.

Supponit primò ipsam Castrocucco in possessione, seu quasi pergulæ, & arborum existere, si de possessione tenenda in sua logilla arbores, vitisque ramum loquitur, si non esset ultrò concederem, sed si illas extollendi, vel quod extollantur permissione, usque ad offensionem luminis aspectusque Sor. Mariæ Capycio, quem Mehercules possessionem ostentabit ligna construxit ad pergulam tabulas ex sua parte fenestræ Capyciæ confixi arbores altiores, ut luminis officerent opposuit fateor; egit illicò Sor. Maria, novum opus denuntiavit, quod vi & clam factum esset conquesta est, quinimò, & ante tabulas confictas, interdictoque, quod vi & clam suis juribus statim consultum decreto Illustrissimi Delegati; sic ergo acquiritur possessio? tale ne possessorium manuteneri debet? patientiam adhibuit si forum clamoribus adimplevit, quis præstitus consensus si ejulatus tanquam viduata turtur emisit, quis denique animus se pro spoliato habendi, si Romam si Nuntium adivit conquesta est, & pro se decretum obtinuit, unde dejectæ tabulæ, sublatæ pergulæ, moles turbæ deturbatæ, & denique omnia innovata ad pristinum redacta, & erit hæc possessio? sic sua spoliata est possessione Capycia? & quod potuit facere, & non fecit? quod aliud remedium retinendæ erat illi à lege permissum? à DD. indicatum? Scio enim quod posset excrescentium arborum ramos obtruncare per *leg.* 1. §. 1. *de arbor. cæd.* Ovid. de Arte;

Nam arma in armatos sumere jura sinunt;

Præsertim post denuntiatum novum opus, ut ibi Gloss. per *leg. pignoris, Cod. de pignor. act. & l. lib.6. Codic. quando, liceat unic.* jure enim permittente clam, vel vi facere non videbatur *dict. leg.* 1. §. 1. *de arb. cæd.* attamen dum imminèret armatus hostis pro operis defensione propria authoritate ampliùs facere prohibebatur, ut est casus *in dict.* §. 1. ut optimè advertit Cæpoll. *dict. capit.* 71. *de servit. urban. prædior. numer.* 6. *cum seq.* & quatenus quandoque aliquis vitis racemus ad luxuriem surgeret, non tamen possessionem arguere poterit; jure enim familiaritatis possessam possessio vera non dicitur, ut *in* 1. *c.* demonstravi ex doctrina Ursill. &c.

Exultat secundò, pars adversa pro quadam Epistola, quam transcripsit Illustriss. Delegati, sed utinam Epistolis standum. Eminentissimus Barberinus non semel, sed Patris Dominæ Castrocucco, licet blandè prohibuit luminì impedimenta apponere, & Reverendo Superiori Conventus Sanctæ Claræ id præcisè imposuit, & tamen non acquiescunt, sed quid illa sibi vult Epistola, quæ tantùm per modum Consilii extat, non præceptum imponit, ut pater scribit, sed ut Judex decernit paternus amor ad scribendum; urget justitia, de judiciaria Cella imperat; apparet ita ex ipsomet principio Epistolæ, ibi (*che come stimo molta congruenza*, &c.) igitur per modum congruentiæ, & consilii ut amicabiliter componat non ut decernat, cum illa manifestum præjudicium Sor. Mariæ Capyciæ agnosceret, ut subnectit paulò post ibi (*con tutto quel minor pregiudicio che si potrà di detta Signora Capece*) ergo in omni casu & eventu dictæ Epistolæ semper manifestum præjudicium agnoscit dictæ Capyciæ, magis enim, & minus differunt specie non genere; ergo si præjudicium contra jus factum dicit; jura enim non præjudicant alicui; & denique paulò post iterum de conventione loquitur, *chi starà renitente a detti partiti*, quia tantùm de compositione, & ut vulgò expedienti loqui voluit, quæ cum nemini placuit, & utraque parte reluctante exclusa, quid amplius parti favet, functa est officio suo.

Igitur nullum de possessorio argumentum, nulla probatio, nisi de momentaneo illo vi capto, quod cum ineffectum sit, nullam ademit priùs possidendi possessionem, ut per Arg. *de acq. possess. q.* 53. *numer.* 109. *& qu.* 59. *numer.* 11. cum aliis per eum adductis, cum enim lex resistit possessio non facit præsumptionem pro possessore, idem *qu.* 3. *numer.* 245. imò fortiùs fuit momentanea, ideò levissimi præjudicii *leg. unica, Cod. si de momen. poss. & l. mom. Cod. qui privil.*

Dicitur secundò, posse arbores apponi; in re enim sua quique potest facere, quod velit per dictam Sor. Hieronymam non debeatur servitus ad quod adducitur allegatus Text. *in leg. si arborem, de servitut. urban. prædiorum* ducens argumentum à contrario sensu ab illis verbis dicendum erit contra impositam servitutem illam facere, cum ergo non sit imposita servitus poterit fieri; sic illi. 28

Sed huic argumento tripliciter respondeo, & primò non semper valere argumentum à contrario sensu, ut per Afflict. *decis.* 222. *numer.* 2. fallit tamen quando per illud subsequeretur alterius legis correctio, Gratian. *disceptat. forens. decis.* 218. *numer. primo*, Præs. de Franch. *dec.* 486. *numer.* 7. Coccin. *decis.* 111. *numer.* 4. Franch. idem *altera decis.* 87. *numer.* 17. Ursill. *conclus.* 142. *numer.* 19. sed in casu nostro contra tot expressas leges hac argumentatione itur, ergo valere non debet; argumentum enim à contrario non est nisi præsumptio, quæ cessat in claris prout claræ sunt *ll. non tantum consuetudinariæ*, sed communes prout *in d. l. Meniana, l. qui luminibus & constitutionibus Zenonis*, & aliis supra allegatis, & ò utinam non sumerentur jura in contrarium acquiesceret Castrocucca, & acquiesceret infelix squallida litigantium turba vero germanoque legum intellectui.

Respondeo secundò, & quis dicit nullam impositam servitutem forsan, quia in dubio unaquæque res præsumitur libera, nonne nostra consuetudo servitutem imponit, & introducit; esto quod alias nunquam fuisset; supponitur enim jure deberi, quod in facto non debetur, ut *in l.* 1. *Cod. de ædificiis privatis*, ibi (nec modum usitatum altitudinis excedas, & ibi Glossa, & *in l. qui luminibus sæpè citata*; introduxit enim consuetudo ad publicum commodum servitutes, ut probat Cepolla *de serv. urban. prædior. c.* 27. *de servit. altius non toll. numer.* 8. *in* 2. *cap.* si ergo per consuetudinem introducta est servitus, *& d. l. arborem*, vetitum est d. D. Castrocuccæ, quæ servitutem patitur arbores apponere, igitur non pro, sed expressè contra ipsam facit sua lex; & verè dici potest perditio tua ex te: obediat ergo suæmet legi, lex enim Princeps est, cui obedire debemus, & dux, quem sequi congruit Arist. 3. *Polit.* Patere legem quam tu ipsa tuleris. 29

Respondeo tertiò, servitutem præsumi in continuis spatio decem annorum eoque præscribi; cum ergo servitus de qua agimus sit continua, vel quasi jam spatio non solùm decem, sed quadraginta, & octuaginta annorum præscripta præsumitur, Bartol. Bald. & Paul. de Castro, & alii repetentes *in lectura, leg. prima, & secunda, Codic. de servitut. & aqua*, Gloss. & Doctores *in leg. servitutes, ff. de servitut.* Canonistæ *in capit. de quarta, de præscript.* Bart. Veronen. *in tractat. de servitut. capit.* 19. probatur ex *dicta leg. prima ibi:* Is qui Judex erit longi tem- 30

temporis consuetudinem vitam servitutis obtinere sciet; modo si is qui pulsatur, nec vi, nec clam, nec precario possidet, & *l.2.c. de servit. & in leg. penultim. & leg. final. Codic. de præscript. long.tempor.* cum enim non solùm spatio decem, sed triginta & quadraginta annorum quod longissimum non longum tempus interpretatur D. Maria suæque prædecessores usum luminis, & aspectus in dicto ambulacro habuerit, eumque possedit non vi, non clam, non precario, sciente, consentiente, & patiente dicta Castrocucca suisque prædecessoribus; ergo servitus præsumitur, ergò malè *leg. si arborem* adducitur (noxia illis arbor) & licet dicto spatio decem annorum si deberet præscribi servitus, deberet probari dicta patientia, & scientia, & quod est aliud argumentum partis adversæ tamen hæc omnia cessant, quando possessio fuit triginta, vel quadraginta annorum, quod longissimum tempus designatur; tunc enim non requiritur neque probatio scientiæ, neque tolerantia adversarii Paul. de Castro *dicta leg. secunda, in apostilla ultim. Codic. de servitut. & aqu.* Bartolomæus Veronen. *dict. tractat. de servitut. capit.* 2. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.2. de serv. resolut.* 1. sed hæc ad exuberantiam: nam clarè liquet, ex fide dictarum monialium de patientia, & tolerantia dictæ Sororis Hieronymæ ejusque prædecessorum, quod manifestè detegitur, cum de hac causa usque ad diem non fuerit conquesta.

Nam dicat interruptam præscriptionem aspectus per ædificationem logillæ à qua fuit prohibitus aspectus, seu potius despectus, quia id fuit ex concessione prædecessorum D. Mariæ cum nihil habitatoribus dictæ Cellæ officeret, quod interdiceretur humus quinimò ad delectationem juvabat: amœniorem enim reddebat despectum benè cultus xystus quam rude, & immundè solum eo fortiùs, quod etiam à tempore ædificationis logellæ jam iterum sunt elapsi 40. anni, & sic præscripta servitus sufficit enim 10. annorum probata patientia 30. non probata, ex dictis, & allegatis *suprà*.

Respondere nos cogit Adversarius assertæ propositioni Abbatissæ volentis, ut pars asserit transferre in alium locum fenestram, sed quo propè puteum ex quo non solem, sed humiditatem haurire Cella poterat, (ò humidum verè consilium!) non officii zelo, sed partium studio administratum, sed ad convincendum hanc assertionem, dicat quæso pars, quod facilius exequi poterat ramos teste obtruncare, vel unam fenestram claudere, & alteram sine luminis beneficio, & cum maximo salutis incommodo ex putei humidis exhalationibus, & posteà ipsamet decernat.

Respondendum denique superest primo, sed consulto postremum reservato partis argumento sic ait ille. Quid mihi, & tibi cum muro fenestra pergula, & similibus, nonne nos moniales quibus nihil proprium? nonne omnia monasterii? sed ergo quid sibi vult illa quæ arbores in solo non suo, vel plantare, vel apponere conatur, non enim debemus ad imparia judicari.

Sed prætereamus omnes detentrices, ergo si non petitorio, possessorio juvantur, quod cum pars confiteatur non probare opus est: jam enim in longum porreximus iter; sed si ex supra allegatis possessorium est Capyciæ; ergo in illo manutenenda, nullo habito jure de prætensis in petitorio per d. Castrocucco, cum ex concessis nullum jus neutri competat, nisi de possessorio.

Sed dato solum commune, (nam monasterium monialibus commune est,) quid agendum ad jura de communi dividundo nos vergere oportet, quid ergo statuunt? si apponas nomina Sor. Mariam Capycia in possessione luminis manutenendam videbis: audi verba Papiniani *in leg. Sabinus 28. ff. de communi divid.* tale est responsum, (in re communi neminem Dominorum jure facere quidquam invito altero potest unde manifestum prohibendi jus esse,) ò aurea verba, (in re enim pari potiorem causam esse prohibentis,) quid amplius disputandum? forsan tam clara verba Jurisconsulti expositione indigent pone nomina, & definita est controversia. In re communi Sor. Hieronyma jure facere quidquam invita Sor. Maria potest neque arbores apponere, neque pergulam construere, neque tabulas configere, sub nomine enim generali singula comprehenduntur, unde manifestum jus Dom. Mariæ prohibendi est, in re autem pari potiorem causam dictæ prohibentis est, ò verè terque quaterque aurea verba. Dominus Aloysius de Aquino.

His habitis ab Abbatissa DD. scriptis vocavit me, ut ei 31
dicerem, quid sentirem de negotio, quod vere turbabat Monasterium, & parentes sæculares, & nobilioribus Civitatis pro utraque parte. Ego in Domino dixi Matri Abbatissæ in hoc negotio non litibus, scriptis ac jurgiis esse procedendum cum ob votum paupertatis, nec Dominium, nec possessio, nec usus, nec tenuta detur monialibus, sed nudus usus à Superiore, scilicet Abbatissa dependens, neque est necesse videre de consuetudinibus hujus Civitatis, an ligent Ecclesiasticos, quia hoc esset extra Claustrum si essent Ecclesiasticæ personæ in terriiorio Judicis sæcularis, vel Ecclesiastici, neque ad nuntiationem novi operis confugiendum, quia talia edicta pro negotiis extra Claustra sunt introducta, sed ad vota Obedientiæ Monialium, recurrendum, & ad Matris Abbatissæ gubernium, ac authoritatem spectare hujus anfractus decretatio, etsi enim Abbatissa, non possit quicquam sub censura præcipere neque in virtute sanctæ Obedientiæ, eo quod non 32
habet jurisdictionem spiritualem in Moniales, sed tantum domesticam ex probabiliori DD. sententia, de qua Diana *part. quinta, tractat. 9. resolut.16.* Bonacina *de Censuris, disputat. prima, quæst. prima part. secunda, numer. quarto,* Nicolius *in Flosculis in verbo Abbatissa*, tamen hoc 33
pertinet ad domesticam Abbatissæ authoritatem, & non ad litigium.

Quod sanè fundavi Abbatissæ brevis verbis, dicendo, 34
quod potest Moniali concedi, cellam ædificare, atque in sua vita durante, vel alia à suis consanguineis ædificata, ut ait Sac. Congregatio Regularium in una Cesenensi 2. Januarii 1601. & in una Lisbonensi Mantruana, Messico Bitonto, & aliis, de quibus Nicolius *in flosculis in verbo Cella. numer.*3. Quo quidem casu, non deberet monialis 35
ab ea removeri pro faciendo valetudinario, si hoc non sit præcisè necessarium, ut ait Sac. Congregatio in una Assisii 9. Februarii 1624. & de anno 1635. in una Cæsaraugustana; illam tamen vendere non poterit Sac. Congregatio in una Mediolanensi 8. Novembris 1625. licet vellet applicare pretium in utilitatem Monasterii, nisi id fieret de li- 36
centia Sac. Congregat. & consensu Monialium, Sac. Congregat. in una Venetiarum, 3. Maji 1647. Neque potest statui, ut Monialis antiana, quæ Cellam optare poterit aliquid solvat, ut declaravit Sac. Congregatio, in una Januensi 1620. 22. Decembris, quod etiam servandum in casu permutationis ne via fraudibus aperiatur di- 37
xit Sac. Congregat. in una Neapolitana 27. Novembris 1628.

Imò est valdè notandum, quod Abbatissa, & Monia- 38
les ob aliquam legitimam causam Capitulariter, & per vota secreta, dare possunt Cellas vacantes Monialibus professione posterioribus, idque ne introducatur contra votum paupertatis, moniales applicare sibi Cellas uti proprias, ut sic declaravit Sac. Congregatio, de anno 1619. apud Nicolaum *ubi suprà*, ergo videat Abbatissa quodnam jus acquisierit in Cella monialis, de qua *sup.* dum ad votum paupertatis conservandum ad nutum Abbatissæ conceduntur, & data concessione per viam antianitatis ne videatur jus acquisitum S. Cong. censuit interdum Moniales, & Abbatissas debere practicare oppositum, ut servetur votum paupertatis, & ostendatur nullum jus acquirere monialem vigore dict. antianitatis nisi revocabiliter ad nutum Abbatissæ.

Ergo videant, qui manutentionem, qui novi operis nuntiationem Monialibus persuadebant si ad Nuntium Superioris sive Abbatissæ nudum Cellæ usum habet Monialis, & licèt antianitas jus optandi det Moniali, tamen neque ad id cogi debet, ut Sac. Cong. respondit in una Nolana de anno 1616. neque est irrevocabile quoddam jus contra votum paupertatis; & si sit Cella quædam am- 39
plior collocutorio vicina, aufertur moniali particulari, & applicatur ad usum communem Sac. Congregatio de anno 1645. die 6. Octobris sic prohibetur pluralitas Cel- 40
larum ne sequantur inconvenientia Sac. Congregatio in una Mediolanensi de anno 1647. & ex rationabili causa concedi poterit S. Congregatio in una Genuensi 1650.

Fenestris verò juxta Claustrum liceat exire ad extra 41
Claustra, & sanè dico claudendas esse fenestras sæcularium habentes aspectum ad clausuram Monialium, ut in *pragm.1. de Monialibus*, & Sac. Congregatio ait fenestras par-

particularium respondentes in aliquam Ecclesiam claudi debere, maximè si prospectum habent super Altaria in una Messanensi, Sulmonensi, &c. teste Nicolio in suis flosculis in verbo fenestræ *fol.*313. sic fenestræ, & quævis alia foramina Regularium spectantia in hortum, vel clausu-
42 ram Monialium claudi debent, sacra Congregatio *ubi suprà*, & fenestræ Monialium tam altę esse debent, ut ad lumen tantummodo serviant, nec tolerari debet quod propter vicinitatem, & correspondentiam fenestrarum Moniales possint videre vicinos, vel videri S. Congregatio *ubi suprà*, & fenestrella communionis non potest deservire pro confessionario, neque per modum provisionis, in qua ministratur chrisma Monialibus, & aliis in clausura degentibus, velum profitentibus, & consecratio professis; & peractis talibus functionibus debet esse semper clausa fenestrellis ligneis interius & exterius, & debet esse lata palmo integro, alta dimidio Sacra Congregatio *ubi suprà*, & restringi debet, ut non possit ad alium usum deservire de qua fenestrella plura notat declarata per sacram Congregationem Pater Donatus *tom.*3. *tractat.*3. *quæstion.*5. omninò videndus.

43 Ædificia ergo sæcularium erigi non possunt propè Conventus fœminarum, & erecta debent extolli absque fenestris, ne Moniales videantur in suo Claustro, & viridario *ex pragm.*2. *de Monialibus*, Franch. *decis.* 223. Capiblancus *in pragm.*1. *de Baronibus*, *n.*176. Tappia *in pragm.*3. *de Monialibus*, qui ait sic decisum cum Barone Galeota & Monasterio S. Andreæ, Thorus *in verbo vicinus*, *part.*1. Novar. *part.*2. *quæst. forens.* *q.*1. Rovitus *decis.*92. Capycius Latro *dec.*157. P. Donatus *p.*2. *tract.*2. *de privilegiis Monasterii*, q.12. Riccius *collect.*4211. *p.*9. idem Donatus *tom.*4. *tract.*20. *q.*8. *&* 10.

Igitur in Regno disponitur *ubi suprà*, ut fenestræ existentes ex aspectu Monasteriorum Monialium, de quibus aliqua vertitur lis infrà mensem claudantur, & amplius non fiant, ex qua pragm. duo nota: Primum, quod laici ad ta-
44 les fenestras claudendas astringuntur à Judice laico, & quod his fuit à Rege mandatum, ne amplius faciant, ut benè D. de Franch. & Capiblancus *ubi suprà*, ut etiam practicatum dicit Sperellus *dec.*58. Secundò, quod etiam ordinarius Neapolitanus potest mandare vicinis Monialibus, ut fenestris faciant tubas ligneas, vel Cancellos ferreos per quos impediatur aspectus, ut sic fuisse decisum in S. C. in causa Anelli Longhi cum Monasterio S. Ligorii quod refert Thor. *in verbo Fenestra*. P. Donatus *tom.*3. *tract.*2. *quæst.*8. qui *num.*7. ex Amendola ad Francum *d. decis.*223. ait quod Moniales ipsæ sunt cogendæ ad claudendas fenestras à quibus prospici possint, juxta Pontificis constitutionem relatam à Stephano Quaranta *in verbo Monasteria Monialium*, & est ordinatio 23. S. Congregationis P. Donatus *ubi suprà*, *n.*7.

45 Quod verò de fenestris sæcularium habentibus aspectum ad Moniales diximus estque, an idem sic dicendum de habentibus aspectum ad Cellas Monacharum? Prima opinio est Regentis Roviti *dict. quæst.*2. qui ait affirmativè. Secunda opinio est negativa, ita Padilla *in l. altius*, *num.*19. *C. de servitutibus*, *&* *aqua*, Covar. *lib.*3. *var. cap.*14. *num.*50. Cepolla *de servitutibus urban. præd. c.*62. *num.*4. & præsertim quando via publica est in medio Rovitus ipse *in dict. decis.* 92. *num.*3. *&* 17. *&* *in dict. pragm.*2. *de Monialibus*, & secundum hanc opinionem negativam, scilicet non prohiberi vicinis ædificare prope Monasteria Monacharum, nec extollere parietes astracorum fuit pluries decisum, ut in anno 1625. in causa Monasterii Sanctæ Mariæ Matris Dei Discalceatorum S. Augustini Civitatis Aversæ cum Pompeo Rusolo construente domum prope Monasterium pro quo habebatur aspectus ad Cellas, Claustrum & Jardenum Monacharum, ut in processu in Banca sistente, & inter Monasterium sanctæ Mariæ de Concordia Ordinis Carmelitarum hujus Civitatis cum Doctore Hieronymo Coscina similiter construente à fronte dicti Monasterii domum per quam habebatur etiam aspectus intus Cellas fratrum, qua facta relatione per Consil. D. Franc. de Oca fuit confirmatum ejus decretum, quod liceret fabricare, & in causa Reverendorum Patrum Clericorum Regularium Minorum in Platea Portus, ubi prius vocabatur Ecclesia Sancti Bernardi, & Margaritæ, cum Bartholomæo de Apreja pariter construente domum habentem aspectum ad Cellas dictorum Patrum facto verbo in S.C. fuit provisum, quod liceret ædificare, & in causa Petri de Maimo, & vi-

cinorum contra RR. Patres Cappucinos Sanctissimæ Conceptionis, petentes occludi fenestras, & demoliti aspectus ad ipsorum Pomarium fuit decisum ut ex processu penes Grimaldum scribam à mandatis ex doctissimis allegationibus Honufrii de Palina; tunc Advocati primarii, postmodum meritissimi Advocati fiscalis M. C. V. & tandem Regii Consiliarii dignissimi, quas allegationes habeo inter meas, & alibi dixi in alia resolutione pro Palatio ampliando Eminentiss. Cardinalis Philamarini.

Verum etiam est, quod omnium Cellarum fenestræ Mo- 46
nachorum, quæ in publicas vias, aut vicinas sæcularium ædes prospiciunt muro, vel ligneis Cancellis, aut quopiam aptiori instrumento ita obstruantur, ut earum prospectus omninò impediatur, & sic in Bullis Sanctissimi Pontificis Urbani VIII. habetur *cap. Regularum*, *tit.*1. §.7. quod fuisse practicatum vidi inter Monachos Conventuales S. Francisci Monasterii Spiritus Sancti extra Portam medinam cum D. Scipione de Martino Primario Advocato in S. C. qui ex hac doctrina, & Bulla fecit ita practicari cum patribus prædictis in suis Cellis habentibus aspectum ad domum propriam ibi existentem, & sic in pluribus Ecclesiasticis Tribunalibus decisum.

Quia verò de simili negotio alias in eodem Monasterio controversia fuit, & scripsit in ea Doctissimus Hippolytus Vandus, ideo damus ea.

DISCEPTATIO CLXXIV.

IN causa, ex Apostolica delegatione cognoscenda, & determinanda per Illustrissimum, & Reverendissimum D. Nuntium, mota per Illustr. Sororem Joannam de Afflicto Carrafam agentem, & petentem Talami olim possessi, seu detenti per quondam Illustriss. Sororem Hippolytam Monacham Carrafam usque ad ejus obitum, & postmodum dimissi per eandem Sororem Hippolytam dictæ Sorori Joannæ & Clavium occupatarum per Rever. Abbatissam restitutionem ex una, & Illustriss. Sororem Mariam Siscaram se opponentem, & prætendentem ejusdem Talami, seu Cellæ habitationem ad se pertinere partem ex altera.

Prima (ut ajunt) facie tria ambigentem reddiderunt, viso processu in Tribunali ejusdem Illustriss. D. Nuntii Fabricato.

Primum est quomodo possit experiri dicta Soror Joanna ad prætensam restitutionem Clavium dictæ Cellæ existentium in manibus Ad. R. Abbatissæ Monasterii Sanctæ Claræ, ubi dictæ Moniales Professæ sunt, non quidem petitorio quoniam de jure Moniales Sanctæ Claræ omnes dicuntur mendicantes, licet possideant in communi, & mendicantium jure censentur Lap. *alleg.*3. *num.*3. ubi latè Mandos. *in add.* idque ex particulari constitutione reformationis sancitum fuit per nunquam satis laudatam memoriam Illustriss. & Reverendiss. Cardinalis Urbini, sub rubrica, *della povertà*, *&* *abdicatione d'ogni proprietà*, &c. *cap.*6. & in nigro ibi: *Perche alle Monache è prohibito ogni proprietà in particolare secondo la regola, e secondo il Sacro Concilio Tridentino*, Si itaque Dominio carent in particulari dictæ Moniales, impossibile est, quod valeant agere petitorio, quod nō datur sine dominio vel quasi ex parte agentis, *l. unica*, *C. ubi rem actio det.* §. *Primò*, minus quoque possessorio, quia professi non habent possessionem alicujus rei in particulari, ut comprobat Gloss. *singul. in cap. non dicatis* 14. *quæst.* 1. Jas. *in auth. ingressi*, *num.*28. *Cod. de Sacros. Eccles.* & illi qui non potest possidere non datur possessorium *cap. Consultationibus*, & ibi Gloss. *in verbo possessionem*, *de offic. deleg.* Afflict. *in constitut. Violentias*, *numer.*19. cum adductis per Menoch. *in tract. de recuper. possess. remed.*15. *num.*53. ubi post Rip. *in l. rem quæ nobis*, *num.*2. *de acquir. poss.* & Cephal. *consil.*100. *num.*19. cum adductis per Menoch. *in tract. de recuper. possess. remed.*15. *num.*53. ubi post Rip. *in l. Rem quæ nobis num.*21. *de acquir. poss.* & Cephal. *cons.*100. *num.*17. *lib.* 1. dixit ideò non dari remedium possess. commodatorio, quia non possidet.

Secundo hoc idem videtur dicendum ex alio, quoniam Monachus & consequenter Monialis, (quæ inter tria vota emissa obedientiam promittunt, ita meritorium, ut dicatur virtus, quæ omnes alias partes professionis antecellit Felin. post D. Thom. & Archiepiscopum, Florent. in locis, ut per eum *in cap. illud de majorit. & obed.* exornat

Roman. *in serm. post sua consilia, num.*31.) eo ipso quo in virtute Sanctæ Obedientiæ mandatum sibi fuerit, ut dictam Cellam dimittat obedire tenebitur, & tenetur; nec Abbatissa sic præcipiens tenetur aliquam rationem sui præcepti deducere ex Theor. Innoc. *in cap. ad aures sub num.2. de tempor. ordin.* cujus verba formalia sunt v3. causæ autem cognitio non est necessaria: Vani enim capitis esset qui diceret prælatum non posse præcipere sine causæ cognitione & maximè de his quæ pertinent ad suum officium quem ibi fideliter ex more refert Card. Zabarell. *num.*2. & in terminis videtur decisio Navarr. *lib.3. cons.14. in tit. de stat. Monac.* ubi dicit *in lit. H,* quòd hujusmodi divisiones, & assignationes bonorum Monasterii factæ subditis de consensu etiam superiorum possunt ad libitum revocari per tradita à Scribent. *in cap. edoceri de rescrip.* & alia ut ibi per eum; sic quoque videtur dicendum, quod licet divisio & assignatio Cellarum facta sit de consensu Superiorum Abbatissa potuit revocare ad libitum etiam si statutum esset juratum, ut comprobat Navarr. *dict. loco vers.*4.

Tertiò, videtur dicendum quod soror Maria claram foveat justitiam alia ratione ex facto ipso emanato: nam Cella de qua agitur detinebatur per Sororem Hippolytam ex titulo permutationis non absolutè, sed pactionatè quominus scilicet eadem Soror Hippolyta mediante intercessione Excellentiss. Domnæ Joannæ de Austria in dicto Monasterio tunc degente Apostolicam licentiam obtinuisset, qua ipsi Sorori Maria liceret à dicto Monasterio recedere, & se transferre ad Monasterium nuncupatum de Hierusalem ad ibidem servandum arctiorem regulam; ita enim articulavit Soror Maria *art.4. & seq. fol.*15. verso in copiis, & super illo deposuit indicialiter Soror Maria *Spessa* 27. Junii 1609. in copiis *fol.*32. Et certi juris est quod nedum in contractibus innominatis, sed etiam nominatis causa finali non subsequuta datur repetitio concessorum, & remedio, *cap. reintegranda* 3. *quæst.*1. & aliis, ut pulcherrimè consulit Cravet. *cons.*299. Anton. & Catherina *per totum*, & præcipuè *sub numer.6. vers. secundo respondeo, & sub numer.8. vers. secundo respondeo*: tunc enim non adimpleta conditione, (ut in proposito,) non obtenta licentia causa permutationis redacta fuit ad non causam & consequenter Cellæ possessio penes Sororem Hippolytam existens, & postea penes Sororem Joannam potuit, & potest recuperari per Sororem Mariam, quæ dictam licentiam obtinere non potuit dicto remedio & aliis, ut per Grav. *ubi suprà*. Et propterea videtur dicendum, quod Soror Joanna non possit in aliquo conqueri si Ad. R. Abbatissa abstulit sibi Claves dictæ Cellæ, ut eas restitueret Sorori Mariæ Siscariæ.

Cæterùm (præmissis minimè refragantibus,) in contrarium nedum apertam justitiam, sed omnem æquitatem, pro Sorore Joanna agente vigere censeo, & movere ponderatis verbis dicto capite, quæ ponunt gladium ad radicem. Nam licet prius ante promulgationem dictæ constitutionis Illustriss. Protectoris esset instar easdem Moniales Sanctæ Claræ liberum commercium Cellarum vendendi, permutandi, legandi, & donandi: ut ex eodem processu liquidò constat, tamen habito pro absurdo inter mendicantes præcipuè, cum Moniales regulentur legibus, quibus Monachi censentur Dec. post Card. & Felin. in locis, ut per eum *in cap. tuarum, num.*41. secundum novam impressionem de privil. supervenit jure optimo dicta constitutio quæ (*ut suprà,*) abdicavit Illustrissimus Cardinalis, Protector omnium rerum proprietatem eisdem Monialibus & applicavit Monasterio, & ne ex occasione habitationum discordia oriretur inter easdem Moniales concessit proprietatem unius Cellæ pro qualibet ibi: *E per osservanza di questo commandamento,* id est, abdicationis proprietatis, *à tutte le Monache, che sono di presente, ò saranno per l'auvenire sotto pena di scommunica, che non habbino piu d'una Cella per Monaca tutto il resto de siti, Celle, stanze, Camere, e luochi comprati da Parenti, ò lasciati da Maestre, ò in qualsivoglia modo acquistato siano del Monasterio e della communita.* Cum itaque fecerit constitutio regulam privationis proprietatis, etiam plurium Cellarum, & voluit (excipiendo) quod haberent Moniales unam Cellam tantum; necessariò illius unicæ Cellæ proprietatem concessit ex illa vulgata, & ad propositum multum conferens propositione, quod fallentia sit de corpore Regulæ, quia sicut species detrahitur de genere, ita exceptio de Regula, & sub illa continetur, sicut pars in toto, ut post alios comprobat Cagnol. *in l.1. sub nu.29. ff. de regul. jur.* Surd. *decis.123. num.13. & decis.* 225. *num.20. & consil.402. num.21. vol.3.* Becc. 32. *nu.15. & seq.* cum adductis per Surd. *cons.421. n.27. eod. vol.* alias enim esse inepta exceptio, & superflua si non esset de corpore regulæ prout esset illa, quæ fieret regulariter de homine & exciperetur de æquo Cagnol. *d. n.29.* & possent multa similia cumulari de quibus per Everard. *in loco à regula ad except.* in proposito autem in dicta constitutione fuit facta regula, quod Moniales nihil haberet proprii etiam respectu plurium Cellarum, & fuit excepta una Cella, & aliæ fuerunt cum omnibus aliis bonis addictæ, & applicatæ Monasterio; ergo, ut exceptio sit de regula proprietatis, illa Cella excepta à jure proprietatis pertinet ad Monialem, & hoc non fuit sine ratione quoniam habitatio comprehenditur sub genere alimentorum *l. legatis, ff. de alim. & cibar. leg.* cum aliis adductis novissimè per Martin. Coller. *in amplo tract. de aliment. lib.2. cap.6. sub num.*3. Et recepti juris est Monachum esse capacem alimentorum, & possit implorare officium judicis contra Superiorem, ut sibi exhibeat alimenta ut tradit Bart. *in l. servus, ff. de ann. legat.* & cumulat Coler. *dict. tract. lib.3. cap.3. num.*4. imò potest constituere procuratorem ad prædictum petendum licet Monachus æquiparatur servo idem Bartol. *ubi suprà*, alere enim est juris naturalis *instit. de jure nat. gent. & civil. in princ.* & quod attinet ad jus naturale omnes homines æquales sunt, ut inquit Jurisconsult. *in l. quod attinet, in fin. ff. de reg. jur.* uti propterea Cagnol. dicit quod in his quæ naturæ sunt omnes homines sunt æquales, quia caput habent, bibunt, comedunt, audiunt, loquuntur, intelligunt, moriuntur, crescunt, & decrescunt post Gloss. *ibi*: Non est ergo mirum si in abdicatione proprietatis ille prudentissimus Ecclesiæ Princeps reservavit Monialibus, quæ possidebant in communi proprietatem habitationis in particulari, cum habitare, & habitatio sit juris naturalis, cujus etiam sunt capaces; qui sunt mortui mundo, & deducitur apertius ponderata natura illius verbi habere ibi in Regula: *Non sia Monaca veruna, che habbia proprietà, & in exceptione che non habbi piu d'una Cella per Monaca,* verbum enim *habere* intelligitur duobus modis, scilicet quoad dominium, & quoad detentionem Text. est Clarus *in l. stipulatio ista, §. habere, ff. de verbor. obligat.* cujus verba sunt habere dupliciter accipitur: nam, & eum habere dicimus qui rei Dominus est, & eum qui Dominus non est, sed tenet ibi etiam Jason *in §. hæc quoque, in princ. d. l. stipulatio ista notat*, & colligere *in l. habere*, ubi Scrib. *de verb. signific.* Nec potest in exceptione intelligi secundo modo, quia in regula ponitur primo modo ubi *habbia proprietà*, quod verbum significat dominium, & quidem directum ad Not. *in rubric. extr. de caus. possess. & propriet.* ubi Rip. *numer.*24. & est terminus Clarus, & in proposito nihil aliud voluit dicere constitutio, nisi quod non habeant Moniales proprietatem rerum; imò neque etiam plurium Cellarum, & situs, sed tantum unius.

His igitur sic præcognitis cum soror Hippolyta ex titulo permutationis habuisset dictam Cellam, ut fuit articulatum *art.2. in copiis, fol.12. vers. Super quo examinata idem fatetur pars adversa fol.20. vers. Per iniquum esset illam privare proprietate lege permittente acquisita*, ut infrà etiam latiùs deducetur *n.39. & 40.*

Nec mihi negotium facit quod disponitur *in dict. cap.6.* quo impeditur inter Moniales commercium Cellarum, sed datur certus modus acquisitionis unius pro qualibet non respondetur quod dictum Caput in ea parte non fuit usu receptum, sed diu contrarium fuit observatum, ut impunè liceret absque aliqua Superiorum licentia Monialibus ad invicem Cella permutare vita durante, ut fuit articulatum *artic. 5. fol.13. vers. Prout fatetur ipsamet adversaria examinata, fol.13. verso & 24.* & idem deponunt multæ aliæ Moniales *fol.33. vers. & 34.* & plenè eadem Reverend. Abbatissa *fol. eod. vers. addendo*, quod ita fuit observatum in casibus particulariter per ipsam relatis, quare sequitur quod *d. l. usu non recepta à Monialibus non ligaverit*, Felin. post alios *in cap.1. sub num.13. de tregua, & pace*, ad quem se remittit Navarr. *in Manual. cap.23. numer.41.* qui asserit Felin. ibi perfunctoriè loqui, & ex antiquis optimè comprobat Archid. *in cap. in istis, §. leges, in princ.4. distinct.* Zabarell. *consil.*40. Rolandus à Valle *consil.99. nu.5. & seq. lib.2.* Bursat. *consil.85. num.20. lib.1.* latè Navar. *consil.1. num.27. de constit.* loquitur in Conc. Trident. usu non recepto in aliquibus partibus, ut non ligat *num.28.29. & 32. vers.4.* Salya, & de Bulla in Cœna Domini *in cons. num.*74.

num. 74. Secundò, & observantia subsequuta declaravit constitutionem *cap. venissent*, & ibi Anton. de Butrio *nu.* 12. *&* 11. *de const.* cum latè congestis pro Franciſc. Becc. *consil.* 101. *num.* 49. *cum seq. lib.* 1. latissimè Joseph Ludovic. *conclus.* 38. *per totum* (nec eo casu observantia debet esse præscripta Alex. *consil.* 8. *numer.* 5. *lib.* 6. Gabriel *de comm. conclus. in tit. de consuetud. concl.* 1. *n.* 70. Becc. *d. consil.* 101. *n.* 50. & Honded. *dict. cons.* 92. *n.* 31. etiamsi observantia esset contraria verbis legis Gloss. opt. *in verbo Vltra in cap. non multi de rescript.* Anna *alleg.* 53. *num.* 50. Becc. *ubi supra*, & Hond. *d. comm.* 38. Observantia igitur de qua suprà tollit omnem difficultatem.

Præsertim cum dicta Cella fuerit refecta & valdè meliorata contemplatione sororis Hippolytæ, & sororis Joannæ ante dictarum ab Excell. D. Joanna de Austria, ut ipsa fidem facit *fol.* 51. fuit articulatum *art.* 3. *fol.* 13. & plenè testificantur multæ Moniales *fol.* 30. quare augeretur iniquitas (ut ita dicam) si dicta Cella auferetur dictæ sorori Joannæ cui vigore dictæ Constit. ut infrà potest mortem sororis Hippolytæ fuit applicata.

Nec modo refragantur contraria quoniam ex promissis ad ea patet responsio, sed ut sigillatim omnia objecta evacuentur, & præsens consultatio clara, & reddatur.

Ad primum respondetur, quod stante dicta Constitutio *ut supra* ponderata, & possessorio, & petitorio agere potuit Soror Joanna Spoliata, cum dictæ Cellæ habeat proprietatem, & habuerit possessionem.

Imò, (quod plus est,) etiam si esset incapax proprietatis Cellæ, & illud verbum, habeat, referretur ad nudam facti detentionem non potuisset spoliari, & spoliata possit officio judicis eandem detentionem recuperare ex Tex. expresso in *l. Attilius Regulus*, *ff. de donat.* ubi Castrens. opt. declarat prout etiam Menoch. videndus *dict. tract. de recuper. poss. remed. ultim. num.* 2. *cum pluribus seq.* ubi habetur quod licet quis non possideat, sed habeat tantum nudam detentionem si eo usu privetur sibi competit officium judicis ad illum recuperandum Asininam detentionem & etiam prædoni, & confert Text. optimus *in l.* 3. §. *contrario*, *ff. de acquir. poss.* ibi in summa possessionis, non multum interest justè quis an injustè possideat quem Text. me docuit Andr. Facchin. *in tract. controv. juris, lib.* 8. *cap.* 17. & hinc est quod datur etiam remedium Can. reintegrandæ precario possidenti, ut est *decis. Rotæ*, *de restitut. spoliat. decis.* 1. *num.* 2. *in antiquis*, quam refert & sequitur Menoch. *dict. remed.* 15. *num.* 56. & natura hujus judicii est, ut procedatur ad restitutionem detentionis absque libello litis contestation. & tela judiciaria, ut sunt aurea verba Castrens. *in dict. leg. Attilius*, dantis pro cautela, ut semper intentetur hoc remedium officii judicis.

Nec obstat secundum circa obedientiam, quia licet sanctissima sit, tamen postquam ille Princeps Ecclesiæ dedit formam sua constitutione circa detent. cellar. & earum distributionem absurdum fuit, & est ut Abbatissa quæ est inferior immittat manus ad correctionem legis superioris, *cap. cum inferior, de major. & obed. l.* 2. *C. de officio præfect. prætor.* cum simil. allegatis in terminis à Becc. *cons.* 55. *num.* 27. *& seq.* & habemus decisionem in terminis Gloss. *in cap. ad aures*: ibi, quod inferior debet obedire superiori, si non decipiatur in præcepto; & Card. *col.* 2. *ver. quia gravamen injuriosum*, expresè dicit, quod tunc quando inferior gravatur à superiore non sit opus appellatione in actu extrajudiciali, quod nunquam transit in rem judicatam, & sequit. ibi Ant. de Butr. *sub num.* 3. *vers. quia tale gravamen*.

Præterea plenè deductum sit, (*ut suprà*,) permutationes potuisse & posse fieri sine Abbatissæ interventione, & auctoritate si se ingessisset in illis ageret extra officium, & consequenter illi parendum non esset, ut in specie tradit dicta Glossa *in d. cap. ad aures*, per Text. *in l. factum à judice*, *ff. de reg. jur.* & sequitur ibi Zabarell. *in* 2. *opposit.* & Butr. *sub num.* 3. *vers. autem non est præcisus per dictam legem factum à judice*, *& per cap. quia frater.* 17. *quæst.* 1. & rationem congruam allegat Cagnol. *in d. l. factum*, quia tunc diceretur præcipere tanquam privatus, & sic non esset ei parendum, & in tantum dicta regula procedit, ut etiam in his quæ bona sunt, non valeat præceptum, *cap. bene quidem* 96. *dist.* Cagnol. *n.* 2. & addit generale dictum, non sufficere bonum facere, nisi fiat ut ibi præceptum allegando, *cap. Monachi il* 2. 16. *q.* 1.

Nec refragantur tradita per Navarr. *d. cons.* 14. *in* 2. *dubio de stat. Monachor.* tum quia procedunt nisi esset, ut in proposito const. facta ab Illustriss. Protectore speciali auctoritate Papæ qua authoritate stante absurdum esset asserere, ut Abbatissa posset se ingerere, & revocare gestum à superiore, *ut supra*, & est clara allegatio Lap. 26. *in fin.* ubi Additio Mand. in proposito, quæ dicit quod quando Summ. Pontifex concedit beneficium manuale nisi contrarium disponat immutando naturam, quo casu superior non potest amoveri, ut tradit etiam Abb. *in cap. cum inter in* 3. *notab. de elect. & in cap. ad nostram sub num.* 7. *vers. in hoc distingue de confirmat. util. vel inutil.* & comprobat Decius *in d. cap. edoceri, num.* 18. prout in proposito in quo Cellarum distributio, & concessio ex dicta constitutione fuit facta ad vitam cujuslibet Monialis, & cohabitantis cum ea, & non simpliciter data forma quomodo sint Cellæ distribuendæ, ut sint verba clara constitutionis.

Præterea Navarr. fatetur ibi, *num.* 13. quod licet de rigore juris revocatio valeret, tamen non deberet fieri absque justa causa, alias superior graviter peccaret, ut ibi per eum qui videatur, & præcipuè in proposito in quo non posset, nisi malo animo Abbatissæ Soror Joanna dicta Cella pivari sine causa, & contra solitum dicti Monasterii, quo casu impeditur talis revocatio ex doctrina Innoc. *in cap. insinuante*, *sub num.* 2. ibi, & si occurreret casus in quo Abb. vel Superior vellet ex malitia removere illum à loco, quem ei deputavit posset supplicare Superiori, & Superior illum deberet audire ad similitudinem servi, *Cod. de prec. imper. offer. in l. & instit. de his qui sui sunt vel alien. jur.* & sequitur ibi D. Card. Zabarell. *sub num.* 5. *vers. quæro*, si conceditur & malo animo, & sic ad æmulationem factum dicitur quando facienti non prodest, & alteri nocet Menoch. *de arbitr. jud. cas.* 156. *sub n.* 9. Mascard. *de probat. concl.* 621. *n.* 5. & idem Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 29. *n.* 5. ubi dicit quod id malo animo facere præsumitur.

Nec mirum, (licet à Navarr. non dicatur,) quia quando præcipuè mulier profitetur religionem in qua erat certus modus vivendi, licet latior quam prima regula perceperit non potuit Superior Professos invitos reformare & ad arctiorem vitam ducendam compellere quando prius per longissimum tempus latior vita dicebatur in illo Monasterio, ut post à se allegatos tradit Dec. *in cap. ad nostram*, *num.* 19. *de appellat.* & est bonum Oldrad. *cons.* 96. ubi dicit quod Papa de potestate ordinaria, & sine causa non potest Monialem in arctius Monasterium transferre, non data saltem altero anno probationis: sic in proposito; quando enim hæc nobilis Puella Professa est Religionem in anno probationis scivit, quod poterat permanere Cella Sororis Hippolytæ sibi conjunctæ, & quod post obitum ejusdem Sororis in dictam Cellam succedebat ejus vita durante; igitur minus honestè Abbatissa ipsam ab ea expellere tentavit, præcipuè stante, quod fuit refecta magnis sumptibus ejus contemplatione ab Excellentissima C. Joanna de Austria, *ut supra*. Et absurdum, & ut locum viventis alter obstrepat, *C. sicut alterius*, §. *fin. qu.* 1. *& cap. seq.* & conferunt latè tradita ad Roman. *cons.* 345. *n.* 5. *& seq.*

Præcipuè in proposito in quo ex facto, & quidem notorio supponitur, quòd quando recipiuntur Puellæ in Monasterio adest licentia, & authoritas Illustrissim. Decani Consiliarii à latere status, & Abbatissæ quorum scientia & patientia Soror Joanna, fuit recepta ad Cellam Sororis Hippolytæ: igitur absurdum esset illam revocare stante tacito consensu Superiorum.

Pariter ultimum non refragatur circa cōditionatam permutationem, tum quia super asserta conditione sola soror Maria Spessa deponit; igitur nulla fides est adhibenda quacumque fulgeat dignitate *l. jur. juran. C. de test.* Vox enim unius vox nullius est ut not. Bald. *ibi*: Tum quoniam si rectè perpendatur assertio sororis Mariæ *d. fol.* 32. ipsa non asserit quod fuisset præsens dictæ conventioni, imò ex assertione ipsa colligere quod dictum pactum non fuit initum ex quo referendo verba sororis Mariæ supponit, quod soror Maria declaravit sibi non videri congruum eandem sororem Hippolytam iterum expellere ab eadem Cella, & incongruum non esset si ita conventum fuisset, quia pacta sunt servanda *vulg. l.* 1. *ff. de pact.* & sic tantum abest ut depositio prædicta faciat pro conventa, & merito possit in eam retorqueri. Remansit ergo virtute dictæ constitutionis post mortem sororis Hippolytæ jus habitandi in dicta Cella sorori Joannæ ejus vita durante, prout *in d. cap.* 6. §. *dichiarando*, cujus capitis observantiam plenè comprobant

bant multæ Moniales examinatæ, imò soror Maria Siscara *fol.*20. *&* 24. soror Camilla Lanaria *fol.*37. *vers. Et extat fides Monialium ad n.*35. *fol.*52. *vers.*

Imò præmonita à sorore Beatrice soror Maria, ut præcaveret prædictam permutationem facere, quia posset eam pœnitere, sponsum dedit: *Che essa era risoluta di Cambiarla*, & colligitur talis mens absoluta ex facto subsequenti, quia postquam cognovit quod non poterat obtinere licentiam se transferendi ad arctiorem Regulam, nihilominus Cellam receptam à sorore Hippolyta alienavit permutando cum sorore Maria Romana; ergo ex actu subsequenti colligitur qualis fuerit voluntas in actu antecedenti vulg. *l. sed Iulianus*, §. *proinde*, *ff. ad Maced.* & ista præsumptio est juris, , & de jure Gloss. ibi *in verb. Intelligendum*, *& procedit in Brutis*, §. *pavonum*, *instit. de rer. divis.* de dicta autem alienatione est notorium, & deponunt sorores Victoria & Beatrix *fol.*36. *vers. in fin. &* 37. *in princ.*

Insuper cum lapsi sint plures, quam decem anni à tempore quo scivit soror Maria non posse obtinere licentiam, & permiserit Cellam possideri à sorore Hippolyta faciendo etiam actum positivum, ut suprà permutationis Cellæ per ipsam habitæ tacitè ratificavit absolutè dictam permutationem cum sorore Hippolyta Jason *in l.*1. *num.* 10. & Menoch. *de præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*30. *numer.*30. *&* 31.

Ex quibus & aliis Religionis Illustrissimi & Reverendissimi Domini Nuntii Apostolici benè notis arbitror esse compellendam Abbatissam ad restitutionem dictarum Clavium sorori Joannæ, & esse reintegrandam ad habitationem dictæ Cellæ ejus vita durante.

Laus Deo, & Sanctissimæ Deiparæ, cujus Assumptionis hodie festum colimus.

Hippolytus Vannius U. J. D. unicuique secundus, salva & signanter quacumque declaratione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & non aliter.

Quia verò similis accedit disputatio Neapoli inter Reverendum Dom. D. Nicolaum Gilibertum cum illis de Lanzetta, quæ causa non fuit decisa, sed partes se concordarunt, damus quid scriptum sit pro utraque parte.

DISCEPTATIO CLXXV.

IN JURE

PRO

Reverendo Canonico D. Nicolao Giliberto,

CUM

Joseph Lanzetta;

Nuntians novum opus Actorem, & non Reum dici, non obstante decisione Domini Regentis Sanfelicis.

Dominus R. Consil. Franc. Maria Pratus Comm.

IUris dicendi facultatem in subditos verificari explorati juris est, & facultas præcipiendi in non subditum supervacua reputatur: quapropter judicis præceptum in terminis novi operis nuntiationis in non subditum haud locum habet, maximè si Judex præcipiens omninò incompetens sit.

Hujus quidem jurisdictionis defectus in Judice nuntiantis, ideò superari aliqui Doctores autumant, dum nuntiantis Judicem non Actoris, sed rei jus dicentem pronuntiant, & esse putant, ex quo jacto fundamento prætendit Joseph Lanzetta contra Reverendum Canonicum D. Nicolaum Giliberto sustineri posse inhibitionem factam de non fabricando in propria domo, cujus opinionis est Dominus Reg. Sanfelic. *in decis.*379. affirmans adversus quendam Curiæ Admirati fuisse per magnam Cur. Vicariæ expeditum mandatum de non fabricando per novi operis nuntiationem, & dum fuisset institutum pro remissione causæ ad Curiam Magni admirati ex Regula quod actor sequatur forum rei, subdit dictus Regens, verùm tamen ex regula *l. diffamari*, *Cod. de ingenuis manumiss.* de qua latè *in decis.*168. fuit dictum procedendum in M. C. Vicariæ, non obstante petita remissione, putans Dominus Regens quod termini dictæ legis diffamari in dicto casu procederent.

Progreditur deinde Dominus Regens ad aliam rationem, quod mandatum de non fabricando expeditum per nuntiantem novum opus, illud dicitur expeditum per Reum, cujus partes sustinet, non per actorem ex certa, & communi DD. conclusione *in leg. de Pupill.* §. *remissionem*, *&* §. *fin. ff. de nov. oper. nuntiat.* ubi dicunt quod quando quis comparet in judicio, & petit removere aliquid factum contra ipsum, etiam extrajudicialiter, dicitur sustinere partes rei, & non actoris, prout *in d.* §. *finali*, declarat Bart. *n.* 2. & Jason *in dicto* §. *qui remissionem*, *n.*1. & Castrens. *in leg. non cogendum*, §. *fin. n.*3. *ff. de Procurat.*

Utitur alia distinctione Dominus Reg. nempe si quis venit ad impugnandum, quod est factum per alium, & hoc casu dicitur Actor. Aut principaliter ad se deferendum, & tunc sustinet partes rei, infert Dominus Regens sequelam, unde cum hic, ad cujus instantiam erat expeditum mandatum principaliter in judicio ad se deferendum, prout omnis nuntians novum opus satis constat non actorem, sed reum dici, & sequitur dict. Regens, & unit dicta *in dec.*168. in terminis *l. diffamari*, æquiparando turbationem verbalem cum reali, ubi tantò magis procedere affirmat.

Demum ait, quod etiamsi essemus in interdicto *uti possidetis* adhuc procedunt per ipsum Dominum Regentem ponderata, quia in hoc interdicto uterque est actor, & reus, *ut in* §. *retinendæ*, *institut. de interdictis*, nec cognosci potest quis sit actor, vel reus antequam cognoscatur quis sit in possessione, & propterea concludit cognoscendo per M. C. V. ut ita fuit exequutum.

Hæc inquam decisio, uti M. C. Vicariæ Decretum vim decisionis non habet, ex quo subest censuræ S. C. ut advertit Dominus Amend. ad decisionem Domini Vincentii de Franchis 333. *num.*6. Dominus Regens Merlin. *controvers. cap.*55. *sub num.*33. *cent.*2. sed quando posset uti decisio allegari, adhuc non posse sustineri affirmamus ex eisdem fundamentis: nam fundat primo decisionem Dominus Regens in terminis *l. diffamari*, quæ quidem lex ullo modo convenit nuntianti novum opus: nam diffamatus nihil petit à diffamante, sed solùm ne stet in suspenso in jactantia diffamantis, ipsum cogit ad jura proponendum, contra diffamatum, sicque tota jurium propositio non erit pro diffamato contra diffamantem, sed ipse diffamatus subjiciendus erit diffamantis petitioni; in nuntiante verò novum opus totum contrarium habetur: nam ipse petit contra nuntiatum, quòd ab opere incepto desistat per inhibitionem, habet nuntians trimestre ad jura proponendum, & docendum de impedimento, si ipse debet docere, quomodo est Reus? Imò si consideretur nuntiatus post remissionem inhibitionis adhuc præstat cautionem nuntiatus de demoliendo suum ædificium: si posteà probatum fuerit validè, ac justè novum opus nuntiatum fuisse, nonne nuntiatus cogendus erit ad demoliendum ædificium, quomodo in his terminis considerari potest nuntiatus actor.

Si conderetur alia ratio Domini Regentis, quod comparens in judicio petens removeri contra ipsum factum etiam extrajudicialiter dicitur sustinere partes Rei, ex quo sequeretur quod si Clericus citaretur à laico pro spolio extrajudiciali, adhuc coram Judice laico conveniendus esset, quod quidem non procedit, Menoch. *de adipiscend. possess. remed.* 4. *num.*472. dum solum contra Clericos violenter turbantes adsunt Regni Capitula ad Regale fastigium; finis præcepti charitas, & omnis prædatio.

Tertiò, ex distinctione per Dominum Reg. considerata satis apparet actoris partes sustinere nuntiantem, nam affirmat, quod si quis venit ad impugnandum, quod est factum per alium dicitur sustinere partes Actoris, aut principaliter ad se defendendum, & sustinet partes Rei, in casu nostro nuntians novum opus principaliter venit ad impugnandum novum opus contra se factum; ergo secundùm doctrinam Domini Regentis, nuntians partes actoris sustinet.

Demum ad quartam rationem, quod interdicto *uti possidetis* uterque est actor, & reus, nec cognosci potest quis sit actor, vel reus antequam cognoscatur quis sit in possessione, & propterea erat cognoscendum per M. C. ut ait Dominus Reg. & hæc quidem ratio notoriè cessat in nostro casu, dum jam videmus possessorem esse nuntiatum, contra quem petitur ædificatum destrui, si scimus possessorem, jam scimus Reum.

Textus

Textus verò adductus à Domino Regente Sanfelic. *in l. de pupillo, in §. remissionem*, apertè contrarium dicit, ibi: Sustinet enim partes defensoris & Glossa *in verbo Defensoris*, expresè ait defensoris non Actoris, & ideò etiam sine mandato recipitur, & de rato non satisdat, quod Procuratores Actoris faciunt.

Ad dignoscendum verò, an nuntians novum opus dicatur Actor, vel Reus, est videndum, quid veniat in judicio novi operis nuntiationis peragendum, & in actu inhibitionis ad instantiam nuntiantis jurisdictio exercetur per Judicem laicum contra Clericum, non quod proponat jura, sed ne ædificet quomodo Reus dici potest nuntians, si statim actio contra nuntiatum ad beneficium nuntiantis, verificatur, & sequuta inhibitione trimestre tempus datur nuntianti ad probandam inhibitionem, sicque inhibendo est actor, & dum onus probandi in nuntiantem novum opus transfertur, in quo potest fundari reum esse nuntiatum, si totum judicium est peragendum per nuntiantem, tam instituendo, quam prosequendo judicium, imò sequuta remissione inhibitionis ad favorem nuntiati, præstatur cautio per nuntiatum de demoliendo, etsi in progressu causæ probatum fuerit justam fuisse inhibitionem, demoliendum esset ædificium, quod contra Clericum per Judicem incompetentem fieri non posset.

Et quod nuntiatus sit Reus est opinio fundata in jure, & recepta à DD. communiter Bart. *in d. l. de pupillo, §. meminisse, & §. qui remissionem, & in §. si Procurator ante, ff. de nov. oper. nuntiatione*, Jas. Alberic. & Paul. de Castr. *in dictis, §. meminisse, & §. qui remissionem*, Bald. *cons.* 463. *in princ. p.* 4. ædificantem Reum vocat, *& in cons.* 245. affirmat tolli nuntiationem quotiescumque nuntians non intendit turbare possessores, Guttier. *cons.* 48.

Faber *in suo Cod. lib.* 8. *tit.* 5. *definit.* 1. *&* 2. *de nov. oper. nuntiatione*, Actorem vocat nuntiantem Tusch. *concl.* 122. *circa finem*, affirmat nuntiatum excipere contra nuntiantem, Altograd. *cons.* 100. *num.* 6. *&* 7. *tom.* 1. Actorem nuntiantem appellat, & nuntiatum Reum, & Actorem non probante, nuntiatus absolvitur uti Reus, ut ipse, & quod non sit curandum de nuntiatione facta ab incompetenti Judice v. g. non ab eo, qui est Judex nuntiati, Niger *de except. cap.* 12. §. 12. *n.* 32.

Alciat. *in l.* 2. *de novi operis nuntiatione, n.* 121. sic ait, postremò concludit Bart. si petam nuntiationem à me factam confirmari, tanquam justam necessariò veritatem probandam esse; alias obtinebit Reus remissionem, sed quid si veniat reus, & dicant, quia mihi nuntiasti supersedebo ab ædificando, nec intendo nunc litigare de jure meo? & videntur aliqui velle, nihil minus agi posse, ut confirmetur nuntiatio, & deinde infra subdit, unde si reus cesset, debet nuntiare, quod petit, nec ulteriùs eum cogere ad litigandum debet, *& n.* 125. ait, quod si actor novam causam ipse ex abundanti velit adducere, & veterem fateatur non esse veram, reo concedenda erit remissio, defenditurq; hoc casu Bart. sententia, ut cum confessione nuntiantis manifesta sit iniquitas causæ non censeatur reus ædificando fuisset in culpa, cum probabiliter crediderit actorem non prosequuturum iniquam causam, ideoque demolitioni locus non sit, quamvis novam adducat, si verò res est integra, quia nihil est ædificatum non dubitari posse nuntiantem mutare causam usque ad contestationem litis, quod intelligunt aliqui, nisi nuntius partes Dei sustineret, potest enim reus usque ad diffinitivam arbitratu suo variare. Sed hanc sententiam non facile ego sequar, quia scitur eum, cui fit nuntiatio reum semper videri, cum si agat stimulatus agere censeatur, hæc Alciatus, hæc pro absoluto proferuntur ab Alciato, qui satis terminos juris sciebat, & de hoc non dubitavit.

Hæc à fortiori diximus, dum de ædificio à D. Nicolao Confecto, imò ut propriè loquamur, refecto, non potest dubitari ab ipso D. Nicolao possideri, quæ quidem possessio posita novi operis nuntiatione penes nuntiatum est confirmata, ut *in l.* 5. §. *Cæterum, de nov. oper. nunt.* ibi, Cæterum operis novi nuntiatione possessorem eum faciemus, cui nuntiavimus ex Text. à quo dum nuntiatus possessor vocatur expresè reus dicitur, Gloss. *in cap. cum ex injuncto, num.* 60. si igitur opus est factum per D. Nicolaum, sive potiùs refectum, quomodo ad instantiam nuntiantis tractari potest de destruendo peracto, vel refecto ædificio, & affirmari reum, non actorem esse? Vvessembecius *in cons.* 298. *numer.* 7. sic ait, sed si ego volo non in continenti destruere opus in meo factum, non possum ex intervallo, quia ex intervallo non conceditur recuperatio possessionis amissæ tenementi, inquit, quia est singulare dictum Bart. hæc Vvessembec. ex Ruin. & dictum Bart. procedit ædificante in solo nuntiantis, quod est plus, & nos versamur in ædificante in solo proprio per notorium Sacerdotem possesso, & propterea non posse coram judice sæculari molestari, uti ita per optimos judices judicandum speraturus.

Carolus Vergara.

DISCEPTATIO CLXXVI.

NEAPOLITANA
Ædificii.

Veneris 22. *Aprilis* 1662.

CUm RR. PP. Prædicatores pro ampliando eorum dormitorio cœpissent elevare murum è conspectu Domus locari solitæ spectantis ad R.R. Fratres Camaldulenses, & in Tribunali nuntiaturæ, à quo à principio concessa fuerat inhibitio reportaverint illius moderationem, nec non decretum favorabile, deinde verò sententiam contrariam ab A.C. dubitativè, an liceret eisdem Patribus ædificare, & licere firmatum fuit.

Etenim ipsi non solum habent pro se regulam, quod potest quilibet in proprio solo usque ad Cœlum ædificare, *l. altius* 587. *C. de servit. & aq.* Rot. *decis.* 587. *decis.* 499. *& decis.* 611. in omnibus *num.* 1. *part.* 5. *recent.* etiamsi luminibus Vicin. præjudicetur, per Text. *in l. Proculus* 26. *ff. de damn. infect. & l. cum eo* 8. ibique Bart. & Bald. *ff. de servit. urb. præd.* Hond. *consil.* 80. *num.* 16. *& consil.* 81. *nu.* 35. *lib.* 1. latè Sperell. *decis.* 55. *num.* 4. Rot. coram Duran. 350. *num.* 1.

Sed etiam quod eorum Fabrica non est contigua Fabricæ, & domui Camaldulensium, sed dividitur, & intersecatur mediante via publica palmorum 17. adeò ut illius prosecutio nullo modo impediri valeat juxta consuetudinem Civitatis Neapol. *in cap. si quis rubr. de servit.* in qua permittitur cuilibet ædificare in proprio solo, dummodo per 12. palmos distet à pariete vicini, ut notat Capyc. Latr. *dec.* 50. *n.* 20. *&* 21.

Nec refert quod per elevationem Fabricæ suppositæ impediretur aspectus maris, quo gaudet de præsenti Domus Camaldulensium in Superiori appartamento, ideoque intercedere debeat non solum legale spatium 12. pedum, sed etiam centum juxta allegatam constitutionem Zenonis *in l. pen. C. de ædific. priv.*

Si quidem informantes pro Dominicanis opponebant dictam Constitutionem esse apocrypham, nec apparere insertam in Codicibus antiquis, minusque in impressis Lugduni de anno 1649. sed recenter tantum per Antonium Contrium dici repertum, & à Græco in Latinum translatam, ac uti talem de anno 1583. & 1592. in nova Codicis impressione fuisse aliis legibus superadditam, ut fatetur ipse Contrius *in margine ad novellam* 60. aliàs 63. *de nov. oper. nuntiat. marit. aspect. juxta impress. Venet. de anno* 1591. & comprobat. Capyc. Latr. *d. dec.* 40. *num.* 5. *& seq.* adeo ut nullatenus videatur attendenda ex Doctrina Hostien. *in c. Pastoralis, in vers. non tamen de fide instr.* asserentis legem quæ non reperitur in omnibus libris, sed in aliquibus tantum, non esse habendam pro lege; alias enim posset unusquisque legem componere ad sui libitum, & illam ponere in propriis Codicibus eumque sequuntur Abbas *ibid. circa fin.* & Felin. *num.* 11. *post med. vers. & adde*, Dec. *cons.* 16. *n.* 8. *lib.* 1. & de similibus legibus faciunt not. per Mastril. *decis.* 132. *numer.* 33. *&* 34. & per Castill. *decision.* 53. *num.* 56.

Imò idem Contrius in Præfat. hujus assertæ Constitutionis impress. per Fenzon. *ad stat. urb. fol. mihi* 216. *num.* 7. & apud Rub. *tom.* 1. *singularum, sub num.* 8. *fol.* 514. fatetur illam magna ex parte restituisset utens infrascriptis verbis: *Itaque quamvis sola conjectura adjutus sim in hujus legis principio restituendo omnibus tamen nobis probatum in judicium meum spero.* Ex quibus patet Constitionem posse Centianam potius appellari quam Zenonianam cum tamen facultas condendi leges ad solum principem spectet, *l. fin.* & ibi Bald. *num.* 5. *Cod. de leg.* Bart. *in l. omnes populi, num.* 1. *vers.* 2.

*verſ.*2. oppono & *num.ſeq.ff.de juſ. & jur.* Mart. *de juriſd. p.*1. *cap.*37. *n.*2.

Nec obſtat quod Juſtinianus, *in leg. fin. Cod. de ædific. priv. in d.novella* 60. aliàs 63. *de nov. oper.nunt.marit.aſpect.* mentionem fecerit Zenonianæ Conſtitutionis: nam cum non referat tenorem illius non concludit, quod intellexit de iſta impreſſa per Antonium Contium de cujus certitudine, & identitate præſentaliter dubitatur, ut in ſpecie ponderavit Gipt. in addit. ad Capyc. Latr. *deciſ.*50. *num.* 7. & in terminis Teſtam. & ſcripturæ quod debeat conſtare certo, & concludenter de identitate, & exiſtentia illius not. Bart. *in l. ſi ita ſcripſero* 38. *de condition. & demonſtrat.* Mantic. *de conjectur. lib.*1. *titul.*7. *ſub numer.*7. *verſ. & hoc ſane*, Clarus *in* §. *Teſtamentum*, *quæſt.*36. *num.* 2. *in fine*, *verſ. illam tamen*, ibique Aſpret. *in addit.* ubi plures cumulat. & probat Pariſ. *conſ.*19. *numer.*26. *& ſeqq. lib.*3.

De identitate actum in præſenti caſu adeo dubitatum fuit, ut Accurſius Gloſſator antiquus ſuper Text. *in dict. l. fin.* loquendo de eadem Conſtitutione proruperit in hæc verba: Sed ubi eſt, & Angel. de Peruſ. *in eodem loco*, inquit quod autem innovaverit Zeno, & quid introduxerit non habemus, & ponderat Gipt. *in dict. obſer. ad deciſ. Capyc.Latr.*50. *n.*4. *& ſeq.*

Sed quicquid ſit de prædictis adhuc DD. inclinarunt, in partem affirmativam moti, ex duplici fundamento; Primò, quia dicta Conſtitutio eſt impracticabilis in Civit. maritimis, in planitie ædificatis prout nunquam practicata fuit, vel uſu recepta in Civitate Neapolitana. Unde hodie in computum deducta nullo modo obſervanda venit, ut in his terminis advertit, idem Gipſius *in obſervat. ad deciſ.* 50. Capyc. Latr. *num.* 17. *& ſeq.* & in ſimilibus tradit Cephal. *conſil.*129. *numer.* 9. *&* 10. & multipliciter exemplificat Surdus *conſil.*58. *numer.* 9. *& ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ. legal. part.*4. *quæſt.* 9. *artic.* 2. *numer.* 27. & ultra plures quos enumerat Leotard. *de uſur. quæſt.*44. *num.* 6. *&* 8. latiſſimè firmat Sperell. *deciſ.*15. *à num.*5. *ad* 16. *& num.*39. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.*781. *num.*11. *part.* 4. *diverſ.* & coram Mantic. *dec.* 236. *n.* 2.

Imò ex innumeris ædificiis tam antiquis quam recentibus, per quæ impeditur vicinis aſpectus maris evidenter apparet non ſolum de uſu prædictæ Conſtitutionis, ſed etiam adeſſe contrarium uſum, & contrariam conſuetudinem libere ædificandi, quæ tanquam univerſalis, & notoria non indiget probatione, ſed ſufficit quod allegetur Bald. *in dict. l.* 1. *part. n.*13. *ad fin. verſ. & eſt iſta conſuetudo notoria*, *Cod. ad Vell.* Dec. *conſ.*148. *num.*4. Hond. qui loquitur in conſuetudine notoria & facti permanentis prout eſt iſta *conſ.*52. *num.*17. *lib.*1. Pariſ. *conſil.*13. *numer.*32. *lib.* 1. Giovagn. *conſ.*45. *ſub num.*10. *verſ. quæ propterea*, *lib.* 2. & comprobat Mantic. *de tacit. lib.*2. *tit.*10. *nu.*8. Aimon. *de antiquit. temp. part.* 1. §. *ampliatur*, *num.*16. Seſſ. *dec. Aragon.*91. *numer.*42. *&* 43. Gratian. *deciſ. Marchiæ* 186. *num.*18.

Nec relevat, quod illa non probetur obtenta in contradictorio judicio firmare videtur Text. *in l. cum de conſuetud.*34. *ff. de leg.* cum aliis qui poſſent excluſo adduci, ſi quidem contrariam opinionem, latè defendunt Decian. *conſ.*51. *num.*111. *& ſeqq. lib.*2. Jaſon. *conſ.*46. *num.*3. *vol.* 1. & ſufficere quod fuerit inducta, per actus extrajudiciales notat. Peregr. *conſ.*51. *n.*14. *circa finem*, *verſ. imò in conſuetud. lib.*1. Guidop. *conſ.*131. *num.*4. alioſque refert Barboſ. *in cap. Abbate* 25. *num.*2. *de verb. ſignif.* Intrigl. *deciſ.*44. *num.* 20. & in eam ſententiam videtur inclinaſſe Rota coram Caſſad. *deciſ.*3. *num.*5. *verſic. vel per frequent. actus de conceſſ. præben.* & in Senogallicorum, ſeu nullius Caſtrorum, de anno 1625. coram Manzan. & Cavaler.

Et de communi teſtatur Imol. *in cap. fin. numer.*22. *& numer.*31. *de conſuetud.* Molin. *de Hiſpan. Primogen. lib.*2. *cap.*6. *num.*27. Pariſ. *de reſign. lib.*3. *quæſt.*6. *numer.* 28. Gaill. *pract. obſervat. cap.*31. *num.*8. ubi refert, ita fuiſſe judicatum per Cameram Imperialem, idemque teſtantur Forſterus inter Doctorum Facultatis Marpurgenſis *conſ.* 10. *numer.* 79. *lib.* 4. *fol. mihi* 24. & ibidem Herman. Ultejus *conſ.* 23. & hanc opinionem uti magis communem tuetur Aimon. *de antiquit. temp. part.* 4. *num.*33. *& conſil.*55. *numer.*6. alioſque cumulat Grat. *diſceptat.forenſ. cap.*12. *numer.*56. Soccin. Sen. *conſil.*99. *num.*3. *lib.*1. ubi ſubdit quod conſuetudo non differt à lege, niſi tanquam tacitum ab expreſſo, unde ſicut lex procedit abſque actu judiciario expreſsè, ita & conſuetudo tacitè Hond. *conſil.* 53. *numer.* 26. *lib.*1. Corn. *conſ.*293. *numer.*19. *lib.*1. *& conſil.*155. *numer.* 6. *lib.*4. & latè reſpondens contrariis firmat Moron. *reſp.*3. *num.*41. *& ſeqq.* Buratt. *conſil.*50. *num.*27. *lib.*1. Menoch. *conſ.* 164. *num.*14. Celſ. Hug. *conſil.*54. *numer.*21. *ad fin. verſ. ex quo*, Abb. *conſ.*579. *numer.*8. & ibi add. littera D, & E, & de eadem communi teſtatur Urſill. ad Afflict. *deciſ.*321. *num.*10. *verſ. & minus*, per Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.*62. *nu.*12. *& pluribus ſeqq.* & videtur ſentire Rot. coram Pen. *juxt. impreſſ. Venet. deciſ.*207. *n.*8.

Non obſtat Textus *in dict. l. cum de conſuet.* quia loquitur per dictionem, *etiam*, quæ eſt implicativa, nec excludit conſuetudinem per actus extrajudiciales, ut benè declarat Bart. *in repet. l. de quibus*, *num.*13. *verſ. iſtud communem*, *ff. de legibus*, & eum ſequitur Jaſon *conſ.*46. *num.*3. *ad med. ver. & ad hoc & n.*4. *lib.*1. Guttier. *de tutel. p.*2. *c.*1. *num.*33. *verſ. verius*, Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib.*3. §.21. *num.*14. *in fin. verſ. & ad legem*.

Doctos verò in contrarium adducti, vel loquuntur, vel ſunt intelligendi effectum probationis nempe, ut actus judicialis ſit unus ex modis probandi conſuetudine, ita Bart. *in dict. l. de quibus*, *num.*13. *ff. de leg.* ubi reſpondendo contrariis, inquit, quod actus judiciales inducunt conſuetudinem, non quia judicium ſit cauſa conſuetudinis, ſed quia ex illis actibus facile deprehenditur conſenſus populi, & eum ſequitur Abb. *conſ.*73. *nu.*12. *lib.*2. *& in cap. fin. num.*16. de conſuetud. ubi teſtatur de communi Canoniſt. & Legiſtarum Caſtren. *in dicta l. de quibus*, *ſub nu.* 16. *verſ. ſed communis opinio*, *ff. de legib.* Cin. *in leg. n.*9. *C. quæ ſit long. conſuetud.*

Secundò inſiſtebant Doctores ſuper pacto cum enim Authores Camaldulenſium obtinuerint ſitum à Dominicanis ad effectum ædificandum in dicta conceſſione expreſsè conventum fuit, quod non liceret eiſdem aperire feneſtras reſpicientes Monaſterium, ſeu ædes concedentium, niſi ad lumen tantum, unde ſi non poterant feneſtras aperire, & frui proſpectu maris, multo minus illis apertis contra formam pacti poſſunt aliis elevationem propriæ fabricæ impedire in fortitudinibus tradit Pariſ. *conſil.*63. præſertim, *ſub num.* 11. *lib.*3. nam ſemper obſtat juramentum contrarium, & pactum expreſſum præſervatum ab ipſa aſſ. Conſtitutione & tamen etiam non obſtante hujuſmodi præſervativa pactum veniret obſervandum, & lex non eſſet attendenda, quia proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis, *l. fin. C. de pact. convent.* Cephal. *conſ.*156. *n.*45. Rot. *in rec. dec.*98. *n.*6. *p.*5. & alios cumulat. Grat. *cap.*376. *n.*1.

Nec quidquam facit quod à multo tempore feneſtræ reperiantur apertæ ſcientibus, & videntibus PP. Dominicanis: nam eſto quod ſcientia, & patientia Patrum dici poſſit ſcientia & patientia Monaſterii, & ex conſtructione illarum videatur inducta ſervitus paſſiva, præſertim dum non probatur à quo tempore feneſtræ ad proſpectum conſtructæ fuerunt, adhuc nullo modo prætendi poteſt acquiſitum jus activum, & prohibitivum ad impediendum Fabricam aliorum, & validè iniquum, & irrationabile videretur, quod culpa Camaldulenſium eidem deberet patrocinari *l. ſi ab hoſtib.* §. *ſi vir*, *ff. ſol. matr.* Patientia vero Dominorum retorqueretur in eorum odium, ut benè per Caſtrenſ. *conſ.*48. *per tot. lib.*3. Cyriac. qui illum ſequitur *contr.* 28. *n.*11. *& ſeqq.*

Et regulariter eſt quod conſenſus præſtitus ad unum finem, non operetur reſpectu alterius, ut in proximis terminis notat Surd. *conſ.*387. *n.*6. *& ſeqq.* Sperell. *dec.*56. *n.*9. & in ſimilibus multipliciter exemplificat idem Surd. *conſil.* 36. *n.*28. Aymon *conſ.*242. *n.*6. Cephal. *conſ.*149. *num.*23. *& ſeq.* Grat. *diſcept. forenſ. c.*831. *num.*3. *& ſeqq.* Rota coram Merlin. *dec.*873. *n.*12.

Exceptio quod PP. Dominicani ædificent ad æmulationem, non autem ad propriam utilitatem viſa fuit DD. non relevare, non quidem in facto, quia non probatur minùs in jure quàm non præſumitur Gloſſ. *in l. flumina*, §. *fin. verbo non teneri*, ibique Bart. *verſ. in dubio*, *ff. de damn. infect.* Rota coram Buratt. *dec.*633. *n.*6. & ibi Addens *n.*25. *& in rec. dec.*599. *n.*15. *& ſeqq. p.*5.

Ex quibus cenſuerunt Domini licere iiſdem Patribus ædificare, partibus hinc inde informantibus &c.

DI-

DISCEPTATIO CLXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Consuetudines agentes de sasinis in Civitate Neapolitana adducuntur.*
2 *Consuetudines Civitatis Neapolitanæ an tollant præscriptionem.*
3 *Sasinæ, & fenestræ qualiter permittantur.*
4 *Aperturæ sine Cantonibus, & Cancellis qualiter claudantur.*
5 *Consuetudines de aperturis in bonis Ecclesiarum procedunt etiam.*
6 *Regentis Sanfelicii decis. 188. p. 2. adducitur.*
7 *Venditio ad effugiendas clausuras fenestrarum, an fieri possit.*
8 *Præscriptio servitutum qualiter, in aperturis concedatur Neapoli.*
9 *Servitutem vendere, an quis teneatur, & quando Neapoli.*
10 *Fenestras facere in proprio pariete, quando quis possit.*
11 *Vicinus, an possit facere fenestram supra solum, & lumen vicini.*
12 *Parietis spatium relictum quid significet & arguat.*
13 *Fenestram facere qualiter possit quis in muro proprio.*
14 *Testes qualiter sint examinandi, ut probent.*
15 *Licentia ædificandi data à vicino quid operetur.*
16 *Tabularii relatione clauduntur fenestræ, & quando Neapoli.*
17 *Ædificium quando possit vicinus appodiare in locum vicini.*
18 *Servitus qualiter acquiratur, & conservetur.*
19 *Vicinus qua distantia ædificat in suo.*
20 *Apertura in muro divisorio, an, & qualiter fieri possit.*
21 *Aperturæ, an claudantur si obscurentur Cameræ Vicini.*
22 *Præscriptio in servitutibus quando detur.*
23 *Præscriptio servitutis in Civitate Neapolitana, an detur.*

ARGUMENTUM.

Sasinæ, Meniana, & fenestræ qualiter & quomodo vigore consuetudinis Neapolitanæ permittantur in Civitate Neapolis, & quanta debeat esse distantia unius loci ab alio, ut fieri licitè valeant.

De Sasinis, & fenestris claudendis contra formam consuetudinis factis.

1 CUm ex consuetudine Civitatis Neapolitanæ, quæ incipit & ubicumque in tit. de servitutibus, & per aliam quæ incipit amplius instit. de aperturis non faciendis disponatur, quod omnes aperturæ, seu dossitiæ ad modum fenestræ debeant fieri cum cantonibus, vel cum Cancella ferrea, ut testatur Afflict. *in decis.* 225. vigore quarum communis usus, & praxis inveterata in hac Civitate, non permittit stare fenestras in aliquo pariete prope solum, vel domum vicini, licet antiquissimæ sint, sine Cantonibus & proinde per consuetudinem in scriptis redactam, accedente etiam observantia, & approbato inveterato usu hujus Civitatis Neapolitanæ, denegantur præscriptio, & licet per Napodanum, quem allegat Ursillus ad Afflict. *dec.* 265. *n.* 115. dicatur per consuetudinem
2 non esse sublatam præscriptionem, tamen doctrina prædicta Napodani potest procedere, vel quando aperturæ haberent Cantones servata forma consuetudinis qua forma servata factis dictis aperturis cum Cantonibus, si deinde concurrat longitudo temporis, & alia requisita ad præscriptionem, obstaret præscriptio.
3 Duo ergo concurrere debent primum, scilicet longum tempus: Secundum, quod adsint Cantones. Quare si aperturæ reperiantur factæ cum Cantonibus, sed apparent factæ de recenti, & tunc debent claudi, prout affirmat Regens Capycius Latro *dec.* 66. è contra si aperturæ reperiantur factæ absque Cantonibus, & tunc licet sint antiquissimæ debent claudi tanquam factæ contra formam consuetudinis, vel posset procedere doctrina Napodani, quando fuisset ex inveterato usu & consuetudine non scripta observatum contrarium, quibus duobus non concurrentibus observatur, quod quando reperiuntur aliquæ fenestræ, seu 4
dossitiæ, & aliæ aperturæ sine Cantonibus, vel sine Cancella ferrea, illæ debent claudi prout testatur Afflict. *dict. decis.* 225. & decisum etiam refert Capycius Latr. *dec.* 66. ubi etiam decisum refert quod nulla fuit habita ratio de illis fenestris cum Cantonibus, ex quo Cantones apparebant, quod fuerant appositi de recenti; quam opinionem sequitur Roccus ad Afflict. *d. dec.* 265. *ubi num.* 4. refert fuisse decisum; quam consuetudinem vigere etiam in bonis Ecclesia- 5
rum, testantur Capycius Latro, & Riccius *ubi supra*, & Dominus Nauclerius *in rubrica de servitute*, & Frecc. *in addit. ad consuetudinem, si quis habet, littera C*, authoritate Ritus ejusdem M. C. Archiepiscopalis *num.* 22. in ordine secundùm ordinem Alberic. Olivæ, qui reassumpsit Ritus prædictos Curiæ Archiepiscopalis, qui Albericus hoc expresè testatur *in dict. Ritu, nu.* 41. *& seq.* & secundùm hanc opinionem testatur fuisse decisum. Idem 6
D. Regens Sanfelicius *decis.* 188. 2. *part.* causa Congregationis *delli Bernabiti*, in qua decisione fuit etiam difficultatum quod, etsi consuetudo prædicta sit approbata à Curia Archiepiscopali tamen dicebatur ex quo ipsi non erant subditi Archiepiscopo non ligabantur dictis Consuetudinibus, qui ut eos obligarent debebant esse approbati à Papa, cui erat subdita dicta Religio, & tamen his non obstantibus fuit decisum secundùm prædictam consuetudinem hujus Civitatis Neapolitanæ contra prædictam Religionem, & Monasterium.

Hinc cum Marcellus de Alessio U. J. D. instituisset ordina- 7
ri per S. C. Gregorio Russo, ut claudere deberet omnes fenestras & aperturas factas, tam per ipsum quàm per quondam Laurentium Mollum primum possessorem in quadam domo posita prope Jardenum, & domum ipsius Marcelli facto accessu per D. Franciscum Savium; tunc Regium Consiliarium, & causæ Commissarium, fuit ordinatum quod prædictus Gregorius clauderet aperturas per ipsum factas, respectu verò aliarum fuit datus terminus, qui cum esset compilatus, & nihil deductum in contrarium, imò agnoscendo quod ipse Gregorius fovebat malam causam obtulit solvere pretium, & valorem, prout appretiatæ fuissent servitutes prædictarum fenestrarum, & videns non posse obtinere, ad effugiendum judicium vendidit domus prædictas, & territorium illis adjacens Reverendo Patri Francisco Capycio Rectori Collegii Jesuitarum Ecclesiæ S. Mariæ vulgariter dictæ *dello Carminiello* sitæ in foro Magno cum omnibus oneribus, & præcipuè tam litis prædictæ, quàm etiam litis juris congrui similiter intentatæ per ipsum Marcellum, ut in processu, quem vidi in Banca Figliolæ inter Gregorium Russum cum Marcello de Alessio Commissario postea existente DD. Benedicto Trelles dignissimo tunc Consiliario postmodum S. C. Præside nunc in supremo Castellæ Senatu, & dum Gregorius allegaret præscriptionem, vel servitute, fuit dictum nullam esse probatam, non pactum neque servitutem, aut aliquam conventionem, quæ nullo modo apparebat neque 8
præscriptio apparebat probata, quia licèt ex Ursillo ad Afflictum *dict. decis.* 265. *num.* 15. *& seq.* dicatur consuetudinem prædictam non recipere præscriptionem à jure communi inductam, nisi in duobus casibus. Ultimò, ubi adest instrumentum divisionis, & in Casaleno, & in dicta causa cum nihil tale fuerit probatum, neque deductum, apertè debebat ordinari, quod aperturæ prædictæ deberent claudi: nam quælibet res præsumitur libera, ut *in l. Altius, Cod. de servit. & aqua*, ubi Bart. Paulus & Salycetus, & licèt dictus Gregorius, & ejus Prædecessor fuissent in quasi possessione utendi aliqua servitute supra solum vicini, non propter hoc in dubio est judicandum pro eo nisi, verè, & realiter de omnibus requisitis ad præscriptionem necessariis fuerit probatum, ut per Glossam *in l. sicuti*, §. *si quæratur, ff. si servitus vindicetur*, Paulus Bartol. & alii tam *in leg. Altius, Cod. de servitut. & aqua*, quàm *in l. si quis diuturno tempore, ff. de servitutibus*, idem Paulus de Castro *in rubrica de servitut. num.* 3. licet secus esset in rebus incorporalibus, in quibus in dubio pro postero judicandum est, *leg. finali, Cod. de* rei

rei vendicatione, d. l. sive possidetis, C. de prob. nisi contrarium probetur.

9 Et quia prætendebat Gregorius quod teneretur vicinus vendere servitutem oblato pretio, seu valore ipsius servitutis petebat eum cogendum ad hoc, quod tamen negabatur: nam nullus cogitur vendere præcipuè servitutem, & licèt contrarium affirmet Ursill. ad Affict. *d. dec.* 265. *n.* 116. tamen hoc intelligitur concurrentibus duobus requisitis, & apud ipsum Ursillum est videndum. Primò, quando domus esset penitus inhabitabilis absque illa servitute veluti, quia aliunde non posset habere aliquod lumen. Secundò, est intelligendus de apertura ad lumen ingrediendum, non autem de apertura aspectus, seu prospectus: ita se declarat ipse Ursil. & sic intelligitur Riccius tam *in collectis* 1510. quam *in dec.* 265. *num.* 8. per Text. *in l. cætera* 43. §. *Senatus, ff. de leg.* 1. & per doctrinam Floriani *in l. qui binas ædes, ff. de servit. urban.* Quo casu adest potissima ratio, ne scilicet deformetur, ut prædicti DD. fatentur.

10 Neque valebat, quod idem Gregorius dicebat scilicet, quod in pariete proprio quis posset facere fenestras, ut notant Bart. Paul. de Castr. Baldus, Salycet. & alii *in l. Altius, C. de servitut.* quod affirmat Cepolla *de servit. urban. præd. c.* 62. *à n.* 1. *&* 12.

Respondeo enim quod id Doctores affirmant, quia habent pro vero, quod quis tempore quo ædificavit parietem reliquerit prope parietem suum aliquod spatium Territorii saltem per spatium duorum pedum prout de jure tenebatur relinquere juxta Text. *in l. fin. ff. finium regundorum*, & notat Valla *de rebus dubiis, tract.* 8. *&* 9. quem allegat, & sequitur Riccius *d. dec.* 265. *n.* 12. *in fine.*

Et proinde quando quis fecit deinde fenestras in pariete dum reliquerat spatium prædictum, in casu prædicto diceretur habere aspectum in suo, & perciperet lumen in suo, & non ab alieno, secus verò quando vellet facere fenestras in pariete prope quem quis nullum haberet territorium: nam tunc quis non posset operire fenestras in pariete prædicto, quia tunc faceret fenestras supra solum vicini, & percipere lumen à vicino, & hoc non permittitur, ita Cepolla *de servitut. urban. præd. c.* 62. *n.* 4. *circa medium, vers. Supra lumen ipsius vicini juncto n.* 3. *circa finem, vers. Aut non facit damnum muro*, sed potest respicere in damnum vicini de præsenti, vel in futurum, si in area vicini postea ædi-
11 ficetur hoc etiam probat Ursill. ad Afflictum *dict. dec.* 265. *num.* 115. *& seq.* & ratio est, quia si vicinus posset facere fenestram supra solum, & lumen vicini, is non esset Dominus de suo solo usque ad cœlum: nam quando vellet ædificare, & altius extollere non posset stante fenestra vicini, quæ occuparetur per ædificium faciendum altius extollendo, ut idem Cepolla *de servit. urban. prædior. cap.* 35. *de servitut. luminum, cap.* 36. *& de servit. ne luminibus officiatur, fol.* 96. *&* 99. per Text. *in l. luminum, & l. lumen, ff. de servit. urban.*

12 Neque dicatur quòd stante quod quis prope parietem de jure debebat relinquere spatium, ut suprà narratum, præsumitur in dubio fuisse observatum, prout affirmat Cepolla *ubi suprà, cap.* 40. *numer.* 8. *in fine, & numer.* 3. quod procederet si ipse staret in possessione prædicti spatii, vel tempore ædificii reliquisset signum aliquod per quod apparet fuisse dimissum, & relaxatum prope parietem dictum spatium à jure ordinatum, veluti per appositionem lapidis in suo pariete, qui lapis se extenderet usque ad spatium soli dimissi, sed hoc non reperitur observatum.

13 Respondeo enim quod prædicta propositio, ut in muro proprio quis possit facere fenestras habita ratione quod prope parietem juxta dispositionem juris communis quis habet spatium duorum pedum: quapropter faciendo in eo fenestras non reciperet lumen à vicino, nec haberet aspectum supra dictum solum vicini hoc procederet servata forma juris communis juxta quam dispositionem quis non tenetur relinquere majus spatium, sed in hac Civitate Neapolitana quando quis vult facere aperturas non solùm dictum spatium duorum pedum quod est palmarum duorum juxta Textum *in Canone sicut antiquitus* 17. *quæst.* 4. ubi Glossa dicit, quod passus est quinque pedum, & pes est quindecim digitorum, licet Bartol. & *ibi*: Addentes Affirment quod standum est usui Regionis, sed etiam palmorum duodecim, prout est notoria consuetudo in scriptis redacta incipiente, ubi aliquis sub titulo de aperturis.

Neque obstant testes examinati per Gregorium quibus probare conatur fenestram prædictam fuisse factam voluntate, & consensu dicti Marcelli.

Respondeo enim Primò, testes prædictos non fuisse in termino citatos dum terminus est dierum quatuor *fol.* 3. & electio examinatoris fuit intimata die 11. Martii 1643. *folio* 87. & fit citatio testium die 29. Maji 1653. *fol.* 131. citantur testes 12. Augusti 1643. *fol.* 131. *à tergo*, & sic quinque mensibus post elapsum terminum, & examinantur in mense Septembris, & Decembris 1643. *fol.* 136. *cum seq.* quod adeò verum est, ut cum esset prædictus Marcellus signanter protestatus quod testes non poterant recipi, quia non erant in ter. citati *fol.* 132. *à tergo*, fuit per Dominum Commissarium decretum interpositum 3. Septembr. 1643. quod testes in termino citati examinentur non obstantibus, &c. & habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit *fol.* 133. & sic dicti testes nullam faciunt probationem cum non fuerit, nec in termino, nec simpliciter citati.

Nec etiam obstat Gregorium dixisse Marcellæ velle face- 15
re dictam Cameram cum dicta fenestra, qui dedit ei licentiam faciendi quidquid vellet, eique commodum esset, & deponunt testes super 5. *art. fol.* 137.

Respondeo enim id verum non esse, quia paucis mensibus post factam Cameram, & astraco confecto aperuit Gregorius fenestram ex parte Marcelli, quæ primo loco non apparebat, neque ejus effigies, ut ex fide constat *fol.* 59. & per quatuor etiam testes omni exceptione majores super *artic.* 17. *fol.* 102. *& seqq.* & sic dictus Marcellus licentiam dedisset, non opus fuisset Gregorium aperire fenestram de facto, &c.

Hoc ipsum anno elapso contingit disputari in S.C. co- 16
ram Domino meo Consiliario Antonio Horillo in Aula Domini Boliaghæ; cum enim Thomas Mannara emisset domum in Platea Sancti Blasii Majoris vigore dictæ consuetudinis (& ubicumque) *in tit. de servitut.* institit in S.C. Thomas ordinari Hippolytæ Fontana quod aperturas cunctas in pariete domus dictæ Hippolytæ sistentes habentes aspectum ad vacuum ipsius domus clauderet, ex quo erant sine Cantonibus, ut ex Tabularii relatione *fol.* 17. in processu in Bancam Caprilis inter Thomam Mannaram & Hippolytam Fontanam: etenim Tabularius ait claudendas, cujus Tabularii relatione claudendas esse dixit Capycius *in dicta consuetud. si quis habet parietem, littera B*, fenestras sine cantonibus, & etiam antiquissimas clausas fuisse ait Capycius, sequitur Ursillus ad Afflictum *decis.* 265. *numer.* 118. qui de practica testatur, quod statim ac Tabularius accedit, dictas aperturas mandat claudi, quæ practica est juri conformis, & ab ea non recedendum §. *penult. institut. de satisdationibus*; etenim expertis in arte credendum est ex *leg.* 7. *mense, ff. de statu hominum*, Cepol. *in rubr. de pariete, seu muro, n.* 12. Afflict. *dec.* 225.

Et quia aderat fenestra in scalis cum Cancella ferrea, & ex Tabularii relatione constabat non fuisse positam dum facta fuit fenestra, sed paucis annis præteritis, ut ex dicta relatione Tabularii, quæ non poterat poni contra libertatem qua solùm vicini gaudere debent *leg. finali, ff. de servitut. leg. si iterum*, §. *penultim. ff. quod vi aut clam*, Cepolla *de servitut. urban. prædior. cap.* 55. & S. C. determinavit, ut citra præjudicium ambarum partium, interim fenestræ & sasinæ, quæ habent aspectum ad domum, & solùm Thomæ Mannara reducentur pro nunc ad lumen ingrediendum tantum, & hoc etiam per leges particulares Hispanas esse dispositum refert Molina *de justitia, & jure, disputatione undecima*, §. *penultimo*, etenim disponitur nemini licere fenestram è regione, unde videri possit quæ in aliena domo fiunt, etenim habens aperturas in domo sua dicitur habere servitutem dominantem, quæ magnum affert præjudicium domui inferiori ad notata per Abbatem *in cap. cum Ecclesia, num.* 41. *de causa possess.* Berous *in cap. de quarta, numer.* 18. *de præscript.* Covarruvias *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 7. Padilla *in l.* 2. *num.* 13. *Cod. de Feriis.*

Et quia pars adversa prætendebat non posse Thomam 17
appodiare novum ædificium in parietem suum, nec ædificare fuit contrarium demonstratum ex consuetudinibus, ut *in d. consuet. etsi ex latère, fol.* 357. ubi Napodanus *numero vigesimotertio, & in consuetud.* & ubicumque, & regula juris est licere unicuique in re propria ædificare,

l. altius,

l. altius, C. de serv. & aqua, & ad impediendum ædificium esset necesse servitutem probare ex *§.fin. institut. de servitut. prædiorum*, Jason *in l. si priusquam*, *numer.* 40. *ff. de novi operis nuntiatione, dict. l. altius, §. ædibus, Cod. eod. tit.* & talis facultas ædificandi in suo ullo tempore præscribitur Gloss. *in l. qui luminibus, in verbo, Formam, ff. de servit. urban. præd.* etiamsi ædificando, & altius tollendo, luminibus dictæ Hippolytæ officiat, & in totum obscuret, *leg. Proculus, ff. de damno infecto, l. fluminum, §. fin. ff. eodem tit. l. si in ædibus, l. cum eo, ff. de servit. urban. prædio.* quia nullus videtur dolo facere, qui jure suo utitur per Text. *in l. nullus videtur, ff. de reg. jur.* & cum dixisset Hippolyta se esse in quasi possessione servitutis aperiendi fenestras, fuit dictum, quod non, quia non aderat patientia, sine qua in his possessio non transfertur, *l. 3. §. Dare, ff. de usufr.* Ripa *in cap. cum Ecclesia, num.* 40. *de causa possess. & prop.* Ruinus *consil.* 122. *num.* 7. *lib.* 5. & requiritur bona fides, etiam inspecto jure Civili *princip. institut. de usucap.* & aderat lex repugnans consuetudini, *ut in dict. consuet. & ubicumque*, quo casu mala fides præsumitur *l. quemadm.* 7. *Cod. de agr. & censitis, lib.* 11. semper enim præsumitur mala fides in eo qui utitur jure servitutis in re aliena, dicit Paulus *in dict. l. altius, numer.* 3. sciebat enim Hippolyta vacuum domus dicti Thomæ esse alienum; ergo scire debebat non licere aliquid efficere invito Domino, *leg. quidam Hiberus*, *de servitut. urban. prædior.* animo servitutis acquirendæ, Ripa *in c. cum Ecclesia Sutrina, n.* 56. *de caus. possess. & propriet.*

18

19 Ex quibus bene infertur non posse vicinum etiam in propria re, aliquid agere, nisi certa distantia interposita *leg. fin. §. si quis sepem, ff. finium regundorum*, & multo magis in alieno pariete nihil poterit vicinus facere, *l. Altius* 8. *C. de servitut.* & idem in pariete communi *l. parietem* 8. *l. quidam Hiberus* 13. *ff. de servit. urban. prædior.* & divisorium parietem communem præsumi in dubio, post Cepollam dicit Amatus *consil.* 46. *numer.* 6. & consuetudine prædicta ubi aliquis *sub tit. de aperturis*, expressè disponitur in ædificiis erigendis nullo modo licere parietem, qui juxta solùm vicini constituitur, aperturas aliquas facere, nisi ædificium à regimine vicini per palmos 12. se elongaverit, quod etiam
20 habetur *in consuetud.* quæ incipit *si aliquis habens*, ex quibus consuetudinibus apertè habetur, aperturas in muro divisorio contra jus vicini nullo modo fieri posse, & hoc procedit in apertura cujuscumque generis sive luminis, sive aspectus, sive cum cantonibus sive sine illis; verùm si appareant cum cantonibus præsumuntur factæ per concessionem; unde non clauduntur statim, sed cognito, quod non fuerint factæ per usurpationem; illæ verò quæ in nudis aperturis consistunt indifferenter per Tabularios claudi ordinantur, ut bene Capycius *in consuetud. si quis habet in titulo de servitutibus*, ibi: *Nota quod Tabularii*, & notat Præses de Amato *d. consil.* 40. *n.* 8. & 15.

21 Quod adeo verum est, ut idem Præses de Amato *numer.* 9. conciliando legem communem cum lege municipali defendit has aperturas claudendas esse, licèt Cameræ cujus illæ sunt obscurentur, quod non aderat in causa Mannaræ, de qua suprà, cum jam probatum esset ex alia parte viri Hippolytæ domum recipere, ut ex dispositione, *Tertium super* 6. *fol.* 96. 97. *& seqq.* & è contra aperturis illis positis vacuum Mannaræ inhabitabile evasisse, ut deponunt testes super 7. fol. 95. *& seqq.* & quia negotium dependebat ab expertis in arte, quibus in hac materia standum esse dicit Cepolla *de pariete, numer.* 12. Amatus *num.* 17. fuit per binas relationes, scilicet Tabularii Pepo & Primarii præcedente accessu S.C. relatum, & conclusum dictas aperturas omnes non posse ibi permanere, sed debere claudi habito respectu ad nostras consuetudines, & quod cancellata ferrea apparet imposita, & à paucis annis.

22 Quia verò Advocatus Hippolytæ fundabat se in præscriptione fuit dictum ei deficere substantialia; Primò, deficiebat quasi possessio acquirendi, &c. ex *l. fin. ff. de itinere actuque privato*, Secundò, bona fides requisita, tum de jure civili, ut in juribus citatis, immò etiam de jure Canonico, *cap. fin. de præscript. cap.* 2. *de reg. jur. in* 6. & mala fides præsumitur ubi titulus deficit *leg. quemadmodum* 8. *Cod. de agricol. & censit.* Amatus *cons.* 40. *numer.* 8. & per consequens erit à præscribente probanda *dict. l. fin.* & requiritur etiam bona fides, nimirum quod præscribens, nec vi, nec clam, nec precario servitute usus fuerit, *l. 1. §. final. ff. de aqua pluviali arcenda, l. 1. in fine, Cod. de ser. & aqua, leg. si quis diuturna* 10. *ff. si servitus vindicetur*, & vim facere videtur, qui facit, cum ei facere prohibeatur, *l. quo tutela* 73. *§.* 2. *ff. de reg. juris*, vel qui invito Domino, aut ignorante facit, vel facit id de quo controversiam habet, vel habere putat, vel verisimiliter credere debebat Dominum prohibiturum, *dict. l.* 73. *§.* 2. *ff. de regul. jur. l. clam possidere*, 6. *ff. de acquir. possess.* Manzius *de servitutibus*, *tit.* 1. *quæst.* 10. *num.* 119. & 123. qui ait clandestinitatem contra præscribentem semper præsumi, nisi contrarium ab alio probetur cum de jure non scientia, sed ignorantia præsumatur *cap. Ignorantia, de reg. jur. in* 6. *l.* 47. *ff. de reg. jur. in* 6. & debuisset etiam titulus produci, cujus defectus tollit præscriptionem, ut in terminis hujus consuetudinis scripsit Præs. de Amato *dict. consil.* 40. *numer.* 7. ad Textum *in princ. institut. de usucap.* sed alii dicunt loco tituli requiri scientiam & patientiam Domini *l.* 2. *Cod. de servitut.* & post alios Manzius ubi suprà, *numer.* 140. *cum seq.* cum alioquin sine ea actus clandestinus & usus illegitimus præsumeretur Gotofr. post Baldum *in d. l.* 1. *§. finali, ff. de servit. rustic. præd.* nisi bona fides exuberaret *lege* 5. *§. sed & Servius* 3. *ff. quod vi aut clam*, quo usu legitimo constante & ipsa servitutis quasi possessio in præscribente cessabit, quia quasi possessio per illum usum tradi dicitur in præscribentem *l. quoties, §. finali, ff. de servit.* ergo cessante quasi possessione prædicta corruit omnis præscriptio, Manzius ubi suprà, qui admonet Advocatos, ut in hoc requisito probando incumbant.

Tandem observo in hac materia consuetudinarium nostrum jus longè strictius, contra præscriptionem procedere in suis casibus in tribus consuetudinibus, quarum prima incipit: *Amplius in tit. de aperturis, non faciendis*: nam, *in dict. consuetudine Amplius*, dicitur, quod etiamsi tempore longissimo quasi possessio servitutis fuerit quæsita adhuc ex ea nulla prætendi poterat præscriptione; nisi expressè dicta servitus in instrumento reservata esset, & *in consuet.* quæ incipit (*habentem*,) dicitur, quod si quis in præjudicium Casaleni, id est, domus dirutæ aperturas, vel alia fecerit, ut is, etsi longissimo tempore dictis servitutibus usus fuerit, præscriptione tamen defendi nequit, ubi Napodanus notat in dictione, (*vel*) nullam eo casu præscriptionem currere, & meritò, quia acquireretur contra juris rationem adversus rem ferè derelictam, ut *in consuetud.* quæ incipit, *ubi reperitur habens*, teste Napodano præscriptione non obstante, id quod factum est esse demoliendum, etsi per longissima tempora, ut tale possessum fuerit, ut bene dicit Amatus *d. consil.* 40. & fuisse etiam decisum in hac eadem domo de anno 1613. cum alio tunc domus Domino, die 4. Junii 1613. fol. 31. & exequutum fol. 33. ergo bene idem nunc fuit practicatum. 23

DISCEPTATIO CLXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur, quæ disputatur.*
2 *Rationes partis contrariæ adducuntur in facto.*
3 *Instantiæ factæ pro parte Monasterii plures.*
4 *Aedificium usque ad Cœlum extolli potest.*
5 *Servitus, vel præscriptio, pactum, &c. impediunt ædificari usque ad Cœlum.*
6 *Aedificare non licet vicino ad æmulationem alterius vicini.*
7 *Aemulatio in dubio non præsumitur.*
8 *Aemulatio præsumitur, favore Religionis.*
9 *Aemulatio quibus conjecturis præsumatur.*
10 *Pragm. 1. & 2. de monialibus, sunt introductæ favore monialium, & quid disponant.*
11 *Vicinus ad æmulationem alterius vicini, an, & qualiter ædificet, judicis arbitrio remittitur.*
12 *Aemulatio partis adversæ in casu nostro probatur evidenter.*
13 *Pragmat. 2. de Monialibus, est in viridi observantia.*
14 *Iudex Ecclesiasticus contra laicum non potest agere pro ædificio facto ad æmulationem.*
15 *Textus in c. cum sit generale de foro competenti, adducitur, & explicatur.*
16 *Monachus, vel Moniales, videre ex fenestris, non est de genere prohibitorum, nec actus peccaminosus.*
17 *Textus in leg. Altius, Cod. de servit. & aqu. limita-*

mitatur in impediente aspectum ad mare, vel ad montes.

18 *Prospectum habere per fenestras, vel per mœniana valdè differt.*

19 *Mœniana differunt à fenestris.*

20 *Vicinus cogi potest ad vendendum domum, vel fundum favore Ecclesiæ.*

21 *Monialium Monasteria qualiter sint ædificanda, & ubi.*

22 *Vicinus invitus, non cogitur regulariter ad vendendum.*

23 *Text. in leg. si quis sepulchrum, ff. de Religion. & sumptibus funerum, adducitur ad materiam.*

24 *Socius compellitur vendere partem suam, quam habet in servo, favore libertatis.*

25 *Fabrica, & ornamenta Ecclesiæ pertinent ad divinum Cultum.*

26 *Text. in leg. si quis ad sepulchrum, multipliciter ampliatur.*

27 *Vicinus cogitur vendere pro ampliatione Plateæ, vel Palatii Regii, & qualiter taxetur pretium.*

28 *Vicinus cogitur vendere, vel locare favore Doctoris, vel Officialis habentis familiam maximam.*

29 *Domus subjecta fideicommisso, venit etiam sub dispositione, l. si quis sepulchrum, dummodò pretium subrogetur in aliam emptionem.*

30 *Vicinus non cogitur vendere, quando non est necessitas, & an cogatur vendere partem.*

31 *Vicinus, an cogatur vendere domum, quæ fuit suorum majorum.*

32 *Ecclesia cogatur vendere domum alteri Ecclesiæ.*

33 *Vicinus, an cogatur vendere pro hospitio, & habita fide de pretio.*

34 *Vicinus potest cogi ab Ecclesia ad vendendam proprietatem domus, licèt non adsit necessitas, sed sola commoditas.*

35 *Vicinus favore Monialium cogi potest ad obstruendas fenestras, à quibus habetur aspectus ad easdem.*

36 *Portellius in dubiis Regularibus, refert casum decisum in præsenti materia.*

37 *Vicinus potest cogi à Monialibus ad vendendam servitutem altius non tollendi.*

38 *Vicinus si domum habeat ante Monasterium fundatum, non cogitur ad extruendas fenestras, sed cogitur ad vendendum.*

39 *Amendolæ authoritas in addit. ad Franch. decis. 223. adducitur, & explicatur.*

40 *Moniales qualiter possint habere fenestras ad lumen ingrediendum.*

41 *Vicinus cogitur vendere favore Monialium, licet via sit intermedia.*

42 *Vicinus antiquior Monialibus in domo ad quid cogi possit à Monialibus.*

43 *Vicinus cogitur vendere si aspectum habuerit ad dormitorium, vel ad Chorum Monialium.*

44 *Privilegium favore Monialium, de quo in præsenti est in viridi observantia apud omnia Tribunalia.*

45 *Text. in l. si quis sepulchrum, de quo supra quid remittat in arbitrium judicis.*

46 *Aemulatio vicini in casu nostro evidenter probatur circa modum ædificandi.*

47 *Servitus licèt vicino sit promissa nihil operatur circa prospectum, & quando.*

48 *Casus affertur in fortioribus terminis decisus in Sacro Concilio ad favorem Monialium D. Romatæ.*

49 *Planta adducitur, super qua fuit decisus articulus ad favorem D. Romatæ.*

50 *Decretum S. C. affertur ad favorem Monasterii D. Romatæ.*

ARGUMENTUM.

Text. in leg. si quis sepulchrum, ff. de Religiosis, & sumptibus funerum, quomodo, & qualiter ampliatur, & limitetur, nec non, & Text. in leg. Altius, Cod. de servit. & aqu. multipliciter limitatur, Pragm. 1. & 2. de Monialibus, quid disponant favore earumdem, Sperell. decis. 58. impugnatur. Mœniana, & fenestræ longè differunt inter se. Vicinus quando cogatur vendere domum, & quando servitutem altius non tollendi, vel prospectum non habendi favore Monialium, & quid si vicini domus fuisset antiquior Monasterio. Ædificare, an, & qualiter præsumatur ad æmulationem, & quid ex aspectu Monialium.

JURIS RESPONSUM,

PRO

Venerabili Collegio SS. Immaculatæ Conceptionis prope Monte Calvarium,

CUM

Magnifico Rationale de Alessio.

Dominus Reg. Consil. D. Thomas Caravita Commiss.

Act. Mag.

Franciscus Gallus Scriba.

VEnerabile Collegium Virginum Ecclesiæ Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis propè Montem Calvarium hujus Civitatis, cùm habeat fenestras in quadam domo sui Monasterii cum ligneis cancellis, ubi Virgines illæ sub habitu Ecclesiastico Beatæ Virginis quotidie orant, & Deo serviunt canendo preces, &c. per lineam rectam ad frontem, ut ita dicam d. domus possidet Magnificus Rationalis de Alessio suam domum palatiatam cum fenestris, prætendit nunc dictus de Alessio in d. fenestra facere mœniana, vulgò Balcones; unde cum mense Aprilis præteriti cœpisset illud ædificare, fuit à me uti Gubernatore dict. Venerabilis Collegii habitus accessus ad Commissarium generalem causarum ejusdem Collegii, scilicet D. Thomam Caravita; tunc in Sacro Consilio existentem pro causarum expeditione more solito, & in aulam ingressus sub memoriali, in quo factum narrabatur, petii inhibitoriam fabricatoribus, ut desinerent à fabricando, sub pœna, &c. quo facto intimatis fabricatoribus destiterunt, & procuravi accessum illius aulæ, ubi residebat Dominus Caravita, scilicet Illustris Domini Marchionis Latertiæ, in qua erant ipsemet Marchio, Consiliarius Caravita causæ Commissarius, Consiliar. Petronus, Consiliar. Prato, & Consiliar. D. Sancius de Lossada, per quos facto accessu super faciem loci, ita intus Monasterium, quàm in domo d. Magnif. Rationalis, visum fuit, quòd opponebatur, scilicet quòd in illa domo Monasterii, in qua sunt duæ fenestræ solùm ad lumen ingrediendum, videbantur omnes Moniales per fenestram d. Magnif. Rationalis, quòd multò magis sequeretur, si Rationalis fa- 2
ceret Balconem. Tota verò ratio, qua movebatur Rationalis, illa erat, quòd ibi habebat fenestram per lineam rectam habentem aspectum ad illam Monialium Cameram; unde dicebat se, posse ædificare balconem, quasi quod idem sit habere aspectum per fenestram, ac per Balconem, & nulla sit differentia inter hos modos habendi aspectum, quod erat motivum unius ex Dominis in favorem Magnif. Rationalis; pro Monialibus verò dicebatur, diversum esse modum aspiciendi per unum, ac per alium locum: cumulavi instantiam pro vendenda servitute non faciendi Balconem prædictum, immò ad vendendam domum, quatenus Sacro Consilio non videretur justa mea prætensio, ut Magnif. Rationalis non faceret Balconem præ-
dictum; cogi, & compelli dict. Magnif. Rationalem ad 3
vendendam domum eidem Monasterio, vel saltem servitutem non faciendi justo mediante pretio, factoque accessu prædicto, partibus auditis in S. C. die sequenti, decre-

tum

tum fuit, ut in biduo audiantur partes ad producenda incumbentia. Defendendo ergo partes Monasterii pro utraque instantia, immò pro triplici instantia. Primò, ne fiat mœnianum. Secundò, ut quatenus non haberet locum, quod non credebam, cogeretur ad vendendum domum. Tertiò, quatenus non haberet locum prima, & secunda petitio, cogeretur ad vendendam servitutem non faciendi Balconem.

4 Circa primam petitionem dico, quod licèt possit quis extollere ædificium usque ad cœlum ex *l. altius*, *Cod. de servit. & aqua*, & notat Gayllus *lib.2. observ.69.* Capyc. Latr. *decis.50.* Muta *decis.8.* Rubeus *decis. Rotæ Romanæ* 587. 599. & 611. Andreoli *controvers.295.* Sperellus *decis.95.* etiam attenta consuetudiue Civitatis Neapolitanæ, quæ incipit *si quis habet*, *in tit. de servitutibus*, ut notat Napodanus
5 *cum suis addentibus*, dummodo non sit constituta servitus altius non tollendi, vel præscripta, ut notant Doctores citati, & Vivius *decis.306. numer.7.* Pereyra *decis.36.* Costa *de retrotract. monitio 4. cap.2. num.16.* quod etiam procedit, si ædificium vicini luminibus officiatur, *leg. Proculus, ff. de damno infecto.* Et ratio est, quia non videtur dolo facere, qui suo jure utitur, *leg. nullus videtur, ff. de*
6 *regul. juris*, Capyc. Latro cum Andreolo ubi suprà. Id tamen limitatur quando ædificium fieret ad æmulationem, ut *in leg. opus novum, ff. de operibus publicis, cap. Pisanis, in fine, de restitut. Spoliatorum*, Thesaur. *decis.16. num.10.* Anton. Faber *lib.3. codicis, tit.24. de servitutibus, & aqua*
7 *definit. 5. num. 3.* Et licèt in dubio numquam præsumatur talis æmulatio, sed quilibet ad propriam utilitatem ædificare præsumendus est, & sic alleganti æmulationem incumbit onus probandi, Capyc. Latro, Gayllus, Costa, Rubeus, Andreolus, & alii, ubi suprà, Marotta *discept. forens. c.35.* qui agit quando ad æmulationem præsumatur ædificatio, Sperellus *decis.58.*

8 Præsumeretur verò æmulatio statim quod quis ædificat prospectum alicujus Religiosi, Cavalcanus *decis.8. in fine, part.4.* præsertim Monialium, Reg. Rovit. *in decis.92.*
9 *num.19.* intelligendo tamen, si ædificet aliquod ædificium, ex quo parvam, vel nullam utilitatem vicinus habet, putà si turrim, vulgo *belvedere*, ædificare vellet, secus si aliud appartamentum, vel Cameram efficere vellet: nam tunc quamvis ex dict. appartamento aspectus haberetur ad Monasterium Monialium, tamen illud opus prohiberi non posset vicino, Salyc. Cyn. Petrus de Bellapertica, & alii *in dict. l. altius*, Alex. *cons.174. num.4. lib.2. & consil.9. num. 3. lib.5.* Reg. Rovit. *in pragm.3. de Monialibus, num.3.* Marotta *cap.35. num.22. & seqq.* & sic intelligitur Covarr. *lib.3. cap. 14. num.8. vers.7.* citatus in contrariam opinionem à Consiliar. Rocco *resp.18. numer.7. lib.2.* & ejusdem decisio: nam campanile, de quo ibi, poterat esse sine fenestris, at verò in
10 Regno nostro vigore Pragmaticæ primæ, & secundæ de Monialibus prohibitus est aspectus ad Monasteria Monialium, & sic non possunt fieri astreca, & fenestræ, per quas possit haberi talis aspectus, & factis fenestris, essent illæ claudendæ, sed in casu Marottæ non poterat ibi haberi aspectus ad Monasterium, ut ibi, quia si potuisset haberi aspectus etiamsi distantia esset magna, contrarium esset decidendum, ut bene Rovit. *decis.92. num.16.*

11 Quod ulterius patet, quia si vicinus faceret fenestram ad æmulationem alterius vicini, ut suprà dicebamus, non posset facere, ut post Franciscum Marcum *decis.24.* notat latè Menoch. *de arbitr. cas.156. numer.4. & seq.* qui judicis arbitrio remittit cogitandum quando dicatur ad æmulationem fieri, concludunt tamen omnes, quod si vicini essent æmuli, vel inimici, & faciant fenestram, sit solitus facere aliquid ad alterius æmulationem, præsumeretur taliter factum, præsertim si ex illa apertura videret quæ fierent in domo vicini, & nullam aliam utilitatem inde haberet, ut latè Cepolla *de servit. urban. præd. cap.29. num.3.* Muta *ad consuet.* Panormit. *cap.29. numer.27.* Menoch. ubi *numer.8.* Surd. *cons.154. num.9. & cons.300. in fin.* Bursatt. *cons.57. num.17.* la-
12 tè Molfes. *tom.3. part.13. num.17.* Quod totum est in casu nostro, quia Magnif. Rationalis de Alessio aliàs se opposuit Monialibus, dum annis præteritis volebant ædificare Ecclesiam, & claudere quandam viam ex licentia eis concessa per Civitatem Neapolitanam, & ipse se opposuit, vocando alios vicinos, contemplatarios; ergo nunc, utpotè inimicus Monialium præsumitur facere balconem ad æmulationem eamdem, tantò magis quòd in dict. domo habet alias fenestras non habentes aspectus ad Moniales, in quibus posset facere balcones, & ipse non vult illos facere in aliis fenestris, quàm in ista, per quam habetur aspectus ad Moniales, immò cùm in eadem domo fecisset in alia parte illius balconem, non fuit ei prohibitum à Monialibus, quia in illo non habebatur aspectus ad easdem: signa sunt ergo evidentia (ultra juris præsumptionem, de qua supra) quòd dictus Magnif. Rationalis non ad alium finem, nisi ad æmulationem vult ibi facere balconem; ergo omni jure ipsi denegandum est.

Secundò, etiam probatur nostra conclusio quoad pri- 13
mam partem supra assertam, per *Pragmaticam secundam de Monialibus*, per quam Potentissimus Noster Rex mandat subditis, ut fenestræ existentes, & aspectum habentes ad Monasteria Monialium, de quibus aliqua vertebatur controversia, intra mensem claudantur, & amplius non fiant; ex qua Pragmatica duo clarè apparent; primum, quòd laici ad dict. fenestras claudendas conventi fuerint coram Judice laico, quòd pluries practicatur in S. C. habemus ex Præs. de Franch. *decis.223.* Capiblanc. *in Pragm.1. numer.186. de Baronibus*, Reg. Tappia *in Pragmat.3. de Monialibus*, ubi refert ita fuisse decisum inter Moniales S. Andreæ cum Barone Galeota, Thorus *tom.1. in verb. Vicinus*, Novar. *lib.1. quæst. forens. quæst.1.* Reg. Rovit. *decis.92.* Reg. Capyc. Latro *decis.157. tom.2.* sed Sperell. *decis.58. part. 1.* dixit, quòd cùm visitasset Monasterium Monialium San-
cti Pauli in Civitate Palmæ, & invenisset quendam Smeral- 14
dum de Smeraldis in cacumine domus suæ ædificasse quoddam solarium, vulgò Loggia, per quod interiora clausuræ prospiciebantur, cumque pariter visitasset idem solarium, præcipit eidem Smiraldo, ut in ea parte illud occluderet; qua intra Monasterii septa prospectus habebatur, de quâ re cùm notitiam haberet Gubernator Civitatis, dicebat, quòd posuit falcem in messem alienam, ob quod fuit coactus ostendere, quod licito jure id potuit facere, & idem testatur se fecisse in Civitate Genuæ *numer.10.* Quod tamen malè dicit Sperellus, quia nullum afferri potest jus neque Canonicum, neque Civile per quod disponatur posse cogi per Judicem Ecclesiasticum vicinum secularem ad id faciendum, sed à Judice competenti, etenim allegat Sperell. Textum *in capit. cum sit generale de foro competenti*,
ubi regula, quòd Actor sequitur forum rei, non procedat 15
quando sunt Judices remissi in exhibenda justitia personis Ecclesiasticis, tam in tali casu in favorem Ecclesiæ introductum est, ut malefactores suos cogere posset coram Judice quocumque voluerit, sive seculari, sive Ecclesiastico, præter quem casum nullibi reperitur posse vicinum secularem cogi ab Ecclesiastico ad claudendas aperturas, vel ad eas non faciendas ex illa regula, qua dicitur, quòd Actor sequitur forum Rei, ut expressè habetur *in Titulo Codicis de jurisdictione omnium Iudic. & in titulo Codicis, ubi in rem actio, & in leg. ultim. ff. de alienat. judic. mutand. caus. fact. & in Authent. ut Clerici apud proprios Episcopos, collat.6.* & habetur *in cap. experientiæ tuæ 15. causa 11. quæst.1. capit. si Clericus laicum 5. de foro compet.* ergo si vicinus sit Clericus cogi debet per Episcopum, si laicus per Judicem secularem.

Accedit, quia videre Monachos, vel Moniales non est 16
de genere prohibitorum, unde sanctus Augustinus in Regula ad fratres dicit (*Nec fœminas videre prohibemini, sed ab ipsis appeti, vel appetere velle, criminosum est.*) Ergo talis prospectus per se non est actus peccaminosus, & consequenter, ut sic non potest spectare ad Judicem Ecclesiasticum: etenim pro peccatis, & pro causa spirituali, & Ecclesiastica recurrendum est ad Judicem Ecclesiasticum; pro causa verò laicali ad laicum, & per hoc Apostolus pro laico gravamine sibi allato appellavit ad Cæsarem, & pro causa spirituali adivit Principem Apostolorum; ergo malè Sperellus dixit pertinere ad Judicem Ecclesiasticum negotium, de quo agimus, sed bene per nostram Pragmaticam secundam de Monialibus prohibetur vicinis extollere ædificia, ut inde possit haberi aspectus ad clausuras Monialium, & contrarium facientes conveniuntur coram Judice suo, quæ Pragmatica procedit etiam in favorem Monachorum Religiosorum Reg. Rovit. *dict. decis. 92.* Gabed. *decis.152. part.1. & decis.105.* Reg. Capyc. Latro *decis.157. à numer.22. part.2.* Consiliar. Roccus *tom.20. resp.18.* Molfes. *ad consuetud. Neapolit. tom.3. in tit. de servitutibus, q.14.*

Tandem facit quod dispositio *dict. leg. altius, Cod. de* 17
servit. & aqu. limitatur etiamsi vicinus altius tollendo impediret

pediret alteri vicino aspectum ad mare, vel ad montes per Textum *in leg. fin. Cod. de ædificiis privatis*, Capic. Latro *decis*.50. Ganaver. *decis*.10. licèt Gyptius ad Capyc. Latr. contrarium referat decisum, scilicet illam legem finalem fuisse localem, respectu Urbis Constantinopolitanæ, & non aliarum.

18 Neque obstat motivum partis, quòd nulla sit differentia inter videre per fenestram, vel balconem, quasi quod idem sint inter se, quia ut bene Camillus Salerno *ad consuetudinem*, quæ incipit ædificans de servitutibus fol.336.
19 *in fine*, & 357. *litt. A*, longè differunt mœniana à fenestris, ut patet de spatio relinquendo in fabrica mœniani, quod non requiritur in fabrica fenestræ, ut latè Cepolla *de servitut. urban. capit.*61. *numer*.3. Surdus *cons*.74. *num*. 3. & post alios Andreolus *in addition. ad Cepoliam*, quas reportat post *tom*.3. fol.247. qui distinguunt communiter mœniana à fenestris, & patet experientia oculari inspectione, quia per fenestram facies, & dimidium hominis videtur, per balconem totus, immò per balconem appropinquatur magis ad locum prohibitum, quod non est in fenestra, ridiculum ergo est dicere, quòd idem sit habere aspectum per fenestram, & per balconem.

20 Circa verò secundam partem cogi posse vicinum ad vendendam domum, probatur hoc modo, quia Monasteria Monialium juxta decrum Sac. Congreg. Concil. Trident.
21 *sess*.25. *de regular. capit*.6. sunt ædificanda in illis locis, quæ muris sunt cincta, & munita, ut declaravit Sac. Congreg. die 13. Septembris 1583. ad notata per Barbos. *de jure Eccles. cap*.10. Hieron. Vener. *in exam. Episcop. lib*.6. *cap*.21. *num*.13. Tamburin. *de jure Abbatum*, *disput*.34. *quæst*.2. P. Donatus *in praxi Regul. tom*.3. *tract*.2. *quæst*.5. Gavant. *in manuali Episcop. in verb. Monasteria Monialium*, *num*.1.
22 pro quibus ædificandis Monasteriis Monialium, vel Monachorum potest cogi vicinus ad vendendum domum suam contiguam tamen, & necessariam pro sua constitutione, vel ampliatione: nam licèt nemo invitus cogi possit ad vendendum, per Text. *in leg. nec emere*, *Cod. de jure delib.* & *leg. invitus*, *Cod. de contrah. empt.* collecta per Ricc. *collect*.76. per Mastrill. *decis*.17. & *decis*.280. Castill. *decis*.134. per Giurb. *decis*.86. per Mutam *decis*.8. Capiblanc. *singul*.182. Reg. de Ponte *de potest. Proreg. tit*.4. *numer*.66. Mele ad Gizzarell. *decis*.37. potest tamen vici-
23 nus ad vendendum domum Ecclesiæ pro illius ampliatione, ex *leg. si quis sepulchrum*, *ff. de Relig. & sumpt. funer.* ubi deciditur, quòd si quis habeat sepulchrum, & non habeat viam ad illud, potest vicinus à Judice compelli, ut soluto pretio ei iter præstet, pro quo facit etiam Text. *in leg. locum*, *ff. de usufruct. cum l*.2. *si usufructus*, *ff. de Relig. & sum-*
24 *pt. funer.* & *l*.1. *Cod. de commun. servo manumisso*, quæ jura ad idem tendunt, ut ibi favore libertatis compellatur socius vendere partem suam, quam in servo habet, & per hoc si Testator jubeat Ecclesiam construi in hoc loco communi, socius cogi potest justo pretio partem vendere, Bald. *in dict. l*.1. pro quo etiam facit Text. *in l. si locus*, §. *cum via publica*, *ff. quemad. serv. amit.* ubi si via publica fluminis impetu, vel ruina amissa est, proximus viam præstare debet ob publicam utilitatem pretio mediante, sic à pari favore Religionis, & ob publicam utilitatem, & decorem Reipublicæ, quæ resultaret ex constructo, vel construendo Monasterio, idem dicendum est, tum quia fabrica, & or-
25 namenta Ecclesiæ pertinent ad divinum cultum, *cap. fin. de test.* Cultus autem Dei præferendus est, cuicumque publicæ utilitati temporali, sive matrimonii, sive observationis ultimæ voluntatis, ut *in* §. *sed*, & *hoc præsenti in Auth. de Sanctissimis Episcopis*, *l. sancimus*, *C. de Sacros. Eccles.* ergo multò magis præferri debet utilitati privatæ, per Text. *in Auth. res, quæ, C. comm. de leg.* & Cultus Dei est præferendus publicæ utilitati temporali, *Auth. multo magis*, *Cod. de Sacros. Eccles.* & alia adducit Genuens. *in practic. Eccles. quæst*.242. & sic fuisse decisum in favorem Monasterii, dicit Afflict. *in procem. Constitut. Regni*, *quæst*.3. in favorem Monasterii S. Hieronymi, Thom. Gramm. *quæst*.75. in favorem Monasterii Monialium Reginæ cœli Neap. Franch. *decis*.223. plures refert Covarr. *lib*.3. *variar. cap*.14. *numer*.7. Thor. *tom*.1. *in verb. Vicinus*, & *tom*.3. *part*.3. *in eodem verbo*, *Vicinus*, Ricc. *collect*.75. & *in praxi*, *part*.1. *resol*.423. & *part*. 3. *resol*.557. & *in decisionibus*, *part*.1. *decis*.10. & *decis*.138. & 147. Novar. *in prax. miserabil. person. privil*.6. Episc. Marant. *part*.2. *resp*.28. Tamburin. *de jure Abbatum*, *part*.4. *cent*.2. *cas*.
26 71. & nos diximus *controv. forens. controv*.1. ubi ampliatur pro ædificando claustro, Gizzarell. *decis*.37. *num*.5. pro ædificanda domo propè Ecclesiam, ubi possint habitare Clerici, sive Religiosi inservientes Ecclesiæ pro ampliatione Seminarii, vel pro scholis Monasterii ampliandis, quia sunt ejus partes, & privilegium totius, est etiam privilegium partium, pro atrio ampliando ante fores Ecclesiæ, pro quo faciendo vicini contribuere debent in expensis, ut decisum in S.C. testatur Gizzarell. *decis*.38. pro viridario Monasterii ampliando, pro dormitorio, vel etiam favore
publicæ utilitatis, pro ornatu Civitatis practicatum Nea- 27
poli, pro ampliatione plateæ Sanctæ Luciæ ad mare, testatur Reg. Tappia *decis*.7. quo casu taxatur pretium domorum dirutarum viliori modo, sed videas in hac re Dom. Consil. Joseph de Rosa *cons*.22. sic pro ampliando Palatio Reg. domus privatorum cohærentes destrui possunt, ut fuisse practicatum Neapol. tempore Comitis de Onatte, qui jussit pro munitione Palatii Regii, domus illis cohærentes dirui, soluta patronis parva aliqua quantitate, sic etiam pro ampliatione atrii ante Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Monte Carmelo coacti fuerunt vicini, ut omnibus notum est,
sic favore Doctoris habentis familiam cogitur vicinus ven- 28
dere domum suam, Andreol. *controv*.292. ubi dicit quendam Comitem potuisse cogi ad vendendam domum cuidam Præsidi, plura notat Castill. *decis*.234. *tom*.2. quo casu cogitur vendere domum vicinus, facto appretio ipsius ratione affictus, Molfes. ubi suprà, *part*.19. *tit. de contrah. empt. quæst*.114. *num*.12. quod etiam procedit si do-
mus esset fideicommisso subjecta, Hieron. de Leo *decis*.90. 29
Novar. *lib*.1. *quæst*.56. Thor. *part*.2. *in verb. Bona fideicommisso subjecta*, cujus pretium erit in aliam emptionem convertendum bonorum stabilium, ut latè tradit Hieron. de Leo *d. decis*.90. *num*.35. & decisum per S. C. refert Giptius ad Capyc. Latr. *decis*.103. *num*.8. sic etiam pro ædificando Campanile, Novar. *lib*.2. *q*.1.

Non ignoro tamen conclusionem supradictam, non ha- 30
bere locum, quando non est necessitas. Secundò, ut non possit vicinus cogi ad vendendam partem domus, Reg. de Marin. ad Revert. *decis*.284. *num*.7. Giurba tamen *decis*.86. contrarium tenet, cum quo dixi *d. controv*.1. & agit D. de
Rosa *consul*.22. nec cogitur vicinus vendere domum, quæ 31
fuit suorum majorum in testimonium nobilitatis familiæ, ut dixit Rot. teste Barb. *lib*.3. *voto* 102. Reg. de Marin. ubi sup. *num*.5. nec cogitur vicinus ad locandam domum, secundùm Ricc. *part*.1. *decis*.10. quamvis Novar. *decis*.237. teneat posse ad parvum tempus id fieri, sequitur Sperel. *decis*.58.
P. Donatus *tract*.2. *quæst*.11. *tom*.3. Dicunt aliqui quod una 32
Ecclesia non cogitur vendere domum alteri Ecclesiæ, ut decisum refert in Curia Archiepiscopali Neapolitana Novar. *collect*.138. quod idem dixit Valenz. *consil*.18. Didac. de Mari ad Gizzarell. *decis*.37. sed contrarium dixi ego *dict. controv*.1. cum Mastrill. *part*.3. *decis*.280. quicquid aliter di-
stinguant Gratian. *cap*.896. Episc. Maranta *lib*.2. *resp*.24. 33
Reg. de Marin. ubi suprà, *numer*.8. non tamen cogere potest Monasterium vicinum suum pro constructione hospitii Religiosorum, Ricc. *decis*.138. & *collect*.130. *cum aliis citat. supr.* pro qua venditione non cogitur vicinus habere fidem de pretio, nisi emptor reperiretur in extrema necessitate, ut decisum refert Giurba *d. decis*.86. *in fin.* Consil. de Rosa *d. cons*.22.

Cum ergo Monasterium Monialium possit cogere vici- 34
num ad vendendam domum suam pro ampliationibus, de quibus suprà, poterit cogere vicinum ad vendendam proprietatem soli, si Ecclesia prædicta commoditate servitutis indigeat, quia favor Religionis sic exigit, cogitur ergo vicinus vendere pro commoditate Monasterii, Cyriacus *capit*.231. *lib*.2. qui ait non solùm esse cogendum si necessi-
tas præcisa adsit, sed etiamsi commodiorem habere volue- 35
rit, ut bene Ciarlin. *cap*.182. *tom*.2. cogi poterit ad obstruendas fenestras, à quibus posset prospicere Moniales, nam, ut suprà diximus, seculares propè Monasteria monialium prohibentur erigere excelsas domus, ne videant facta mo-
nialium, vel monachorum, ut notavit post alios Lezzana 36
in verb. Monasteria monialium, *num*.23. & fundata, debent destrui, si servitutem inducant, Portell. *in dub. Regul. in verbo*, *Monasteria*, *num*.12. ubi fatetur se audivisse à quodam Judice supremi Senatus Olysbonensis mandasse Regem ibi dirui, vel claudi januam secularis domus, ex qua Religiosi Tertiarii ejusdem Urbis intra Conventum videbantur, & inquietabantur.

Cirta tertiam verò partem, dicendum est, multo magis 37
cogi

cogi posse vicinum ad vendendam servitutem altius non tollendi, sive promittendi, ut faciat dictas fenestras, argumento Text. *in d.l.si quis sepulchrum*, §. *Præses*, Franch. *d. decis.*223. Cyriac. & Giurba *loc.cit.* Guid. Papa *decis.*411. Ricc. *part.*1. *dict. decis.*129. post Covarruv. ubi suprà, per *d. Pragm.*2.*de Monialib.* prohibentem habere aspectum, de quo supra.

38 Quod si monasteria de novo sint ædificata juxta antiqua ædificia privatorum, non cogitur vicinus ad obstruendas fenestras, sic fuisse decisum testatur, Ricc. *collect.* 421. *part.*9. contra Monasterium Sanctæ Mariæ Ægyptiacæ, & refert Thor. *in supplem. comp. in verbo*, *Fenestræ*, quod probatur ex Text. *in cap. periculoso*, *il* 1. *de statu Regularium*, *in* 6. per quem Text. communiter Doctores dicunt ob honestatem, & verecundiam Sanctimonialium sic fuisse dispositum, ut bene Berous *consil.*135. *vol.*3. Padilla, Muta, & alii supra cit. Paul. Laym. *lib.*3.*sect.*5. *tract.*4. *cap.*17. §.4.*numer.*34. *in fin.*

39 Neque obstat Amendolæ authoritas in Addit. ad Franch. *in d. decis.*223. qui dicit, quod in tali casu, quo Monasteria sunt de novo ædificata, cogendæ sunt moniales ad claudendas suas fenestras, è quibus prospici possint, ut ex Pontificis Constitutione dicit Quaranta *in Summa Bullarii*, *in verbo*, *Monasteria monialium*.

Respondetur enim quòd ibi nulla adest Papæ Constitutio, sed tantùm quædam ordinatio Sacræ Congregationis, & est 23. in ordine, qua cavetur, ne moniales habeant fenestras in pariete clausuræ, è quibus aspici possint, nisi necessariæ, sint ad lumen recipiendum, quòd nos supponi-
40 mus pro certo, & in talibus casibus, ne graventur vicini, solent Ordinarii locorum mandare monialibus in d. fenestris fieri cancellos ferreos, vel ligneos, per quos impeditur aspectus, ut fuit decisum per S. C. in causa Anelli Longhi cum Monasterio S.Ligorii, ut refert Thorus ubi suprà, quòd si non sufficiat hoc remedium, vel per hoc fiat omnimoda obscuratio mansionum monialium, tunc coguntur vicini prorsùs prospectum tollere, ne sacræ Virgines lædantur in sua clausura.

41 Neque dicas supradicta procedere, tunc quando domus vicinorum sunt monialibus proximæ, non autem si sint viæ intermediæ.

Respondeo enim, quod hoc nullo jure probatur, sed potiùs contrarium fuit sæpè decisum, quòd etiamsi via sit intermedia, adhuc tamen cogitur quis ad claudendum suas fenestras habentes prospectum ad moniales, ut bene de Franch. *dict. decis.*223. Regens Tappia *in pragmat.*3. *de monialibus*, qui se fundat favore Religionis, & honestatis monialium, argumento *leg. sunt personæ*, *ff. de relig. & sumpt. funer.* nam si moniales videantur à fenestris vicini, parum refert, quod sit, vel non sit via in medio: nam satis est, quòd in domo propria videantur, miror tamen de novissimis addentibus ad Rovitum *in dict. decis.*92. qui dixerunt, quod licèt *Pragm.*2. *de monialibus*, non loquatur, quando est intermedia, favore tamen Religionis dicunt, quod fuit ampliata, quia si vidissent *Pragm.* non ita dixissent, non enim fuit ampliata, sed expresè loquitur de via intermedia.

42 Respondeo secundò, quòd si agatur de claudendis fenestris veterioribus vicini, non poterit vicinus cogi ad claudendas fenestras, sed tantùm potest cogi à monialibus ad vendendum illi domum suam, vel servitutem prædictam, scilicet illas excæcandi, vel per illas amplius non prospiciendi justo tamen pretio: nam si moniales pro construendo, aut pro ampliando cogere possunt vicinum ad sibi vendendam suam servitutem domum, vel agrum, vel pro viridario, dormitorio, Choro, &c. Thomingius *decis.*122. *tom.*2. Grammat. *decis.*75. qui loquitur de dormitorio, Chri-
43 stineus *decis.*64. *tom.*2. qui loquitur quoad Chorum, de campanili, Ricc. *decis.*491. quorum omnium meminit *collect.*4211. *part.*9. per consequens poterunt ad effectum prædictum cogere vicinum, sed si agatur de claudendis fenestris novis est magna differentia inter veterem, & novam fenestram: nam aliud est diu possedisse, & aliud de novo possidere in præjudicium alterius, argumento *l. Imperatores*, *ff. de servit. urban. prædior.* & hoc procedit etiamsi inter domum prædictam mediet via publica, ut supra dicebamus, post Franch. Giurbam, Beroum, & alios, de quibus Donatus *tom.*3.*tract.*2. *q.*8. *per tot.*


44 Itaque privilegium legis, ut possit vicinus cogi ad vendendam servitutem altius non tollendi, etiam posita via intermedia, sine ullo scrupulo admittitur à Gomez. *in leg.* 48. *Tauri*, *num.*9. ab Anton. de Padilla *in dict.l.altius*, *numer.* 19.*com seq.* à Franco *dict. decis.*223. *numer.*4. quod requirere altiorem indaginem dixit Reg. Rovit. *decis.*92. *in fine*, communiter tamen sic asseritur ab omnibus, de quibus Thor. *in verb.Vicinus*, *part.*1.& 2.*in verbo ampliatio*, Novar. *part.*2.*q.*1. Anton.de Ballis *lib.*5.*in pragm.unica de privil.ædificantium Palatia numer.*10. *lib.*3. *vot.*102. noster Marotta *controv.forens.cap.*35.*num.*47. Cavalcan. *de Brachio Reg.p.*6. *num.*255. Episc.Sperell. *decis.*58.

Neque dicas æquitatem potiùs esse attendendam, quam juris rigorem in materia, *l.si quis sepulchrum*, *ff. de relig. & sumpt. funer.* & officialibus non solùm judicantis munere fungi debere, sed etiam veri parentis, & materiam esse arbitrariam, concludunt Doctores; ita ut sint examinandæ omnes circumstantiæ judicis arbitrio ad cogendos vicinos pro ampliatione, ut bene Catena *resol.*2. *num.*36. Giurba *consil.crim.*49.*num.*16. Sperell. *decis.*58. *num.*15. Rota *part.*1. *decis.*372. Cyriac. *controv.*231. qui ait non esse indulgendum appetitui Religiosorum, quando volunt cogere vicinos ad vendendum. 45

Respondetur enim id procedere quando non appareret evidenter de præjudicio monialium, vel Monachorum, quia licèt vicinus pro se habeat regulam, ut liceat ædificare per jura citata, de quibus Cyriac. *cap.*28. Ciarlin. *lib.*2. *cap.*182. nisi obstaret pactum statutum, vel testamentum, tamen ut benè dixit Berous *d. cons.*135. *lib.*3. id procedit, nisi fiat ad æmulationem, vel nisi faceret ultra modum usitatum, ad notata per Tusch. *litt. E*, *concl.*36. *num.*8. sic est in casu nostro, ubi fit ex voluntate, & extra solitum, quia ibi sunt fenestræ, & possunt fieri balcones in alio loco ejusdem domus, per quas non haberetur aspectus ad moniales, prout alias factum fuit in alia parte domus, nec moniales prohibuerunt, at in casu nostro fieret ex linea recta ad fenestram monialium cum Cancellis ligneis, per quam posset aspicere Magnif. Rationalis totum, quod ibi moniales faciunt, dicunt, nec moniales ob earum Monasterii altitudinem possunt alibi se congregare, ut accessu Domin. Judicantium apparuit. 46

Quod adeò verum est, quod etiamsi sit servitus promissa de alia re, putà de stillicidio, &c. non censetur promissa, vel constituta servitus faciendi mœniana, Ciarlin. *d.cap.* 182. *num.*7. 47

Quod totum supra diximus in casu fortiori habemus decisum inter Vener. Monasterium D. Romitæ hujus Civitatis Neapolis cum Antonio Berolitto, fuit enim expositum memoriale Domino Commissario Delegato Reg. Consiliario Paulo Staibano, ubi dicebatur, quòd Antonius Berolittus Dominus cujusdam domus palatiatæ in frontispicio januæ Monasterii pro vecturis, &c. (*vulgo detto Porta carrese*,) intendebat facere quandam aperturam pro faciendo magazzeno ad Vinum vendendum, & per Commissarium Delegatum fuit ordinatum Fabricatoribus, ut nihil innovarent, comparuit Antonius dicens non posse impediri in apertura magazzeni ob viam intermediam, & quòd nullus habebatur aspectus ad moniales, tempore quo currus ingrediuntur per dictam januam in Monasterium, & quòd janua prædicta paucis vicibus in anno aperiebatur, commissoque negotio Tabularii per Petrum de Puteo, & Pintum, facto accessu fuerunt factæ relationes ad favorem Antonii contra Monasterium, & commisso negotio per S. C. Dom. Primario, per illum fuit dictum ad favorem Monasterii, cujus loci planta hæc erat. 48 49



Litt. B, est Janua pro curribus, & animalibus intrantibus Monasterium, (*vulgo Porta Carrese:*) litt. A, est domus Palatii Antonii Berolitti: litt. C, est locus Antonii ubi est apertura pro Cantina subterranea cum cancellata, quam volebat aperire Antonius pro faciendo magazzeno ad vinum vendendum.

Tan-

50 *Tandem compilato processu fuit per S.C. die 22. mensis Aprilis 1670.*

Facta relatione de prædictis in S.C. per Militem U.I.D. Paulum Staibanum Regium Consiliarium, & causæ Commissarium.

Per Sacrum Concilium declaratum est non licere Magnifico Antonio Berolitto aperire Ianuam in loco in actis deducto pro ædificando Magazzeno pro venditione Vini, hoc suum.

Quod habetur ex processu Venerabilis Monasterii Sanctæ Mariæ D. Romitæ cum Magnifico Antonio Berolitto, Magister Actorum Andreas de Martino, Scriba Maggius Caprilis Actuarius.

Carolus Vergara.

DISCEPTATIO CLXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Solutio est facti, unde probanda est.*
3 *Præsumptio à jure approbata, & vera probatio.*
4 *Solutio probatur ex silentio Actoris, per plures annos.*
5 *Solutio probatur, ex non molestatione facta vita durante.*
6 *Solutio probatur, ex temporis diuturnitate.*
7 *Solutio præsumitur, ex conditione debitoris.*
8 *Solutio præsumitur, ex conditione creditoris.*
9 *Solutio præsumittr, ex inverisimilitudine.*
10 *Solutionem in antiquis præsumi plura Tribunalia deciderunt.*

ARGUMENTUM.

Solutionem præsumi, ex antiquitate temporis, ex silentio creditoris, ex qualitate debitoris, aliisque ponderatis, & adductis, necnon præsumptiones esse probationes ostenditur.

PRO

Joanne Baptista, & Philiberto Riccardi,

CONTRA

Illos de Cavalerio, ut in Actis.

Dominus Iudex Cangianus Commissarius.

1 N*Ella G.C. della Vicaria compareno Domino Oratio, il Clerico Pietro, & Luca Cavaliero figli, & heredi del quondam, Valerio Cavaliero della Città di S. Germano, e dicono, che come heredi del quondam Valerio devono conseguire decis.133. dal quondam Sebastiano Riccardi, in virtù d'una obliganza stipulata appresso li atti della Corte Cassinense, con le clausule constituti, e precarii, &c. e che li mesi passati moverono lite in detta Corte Cassinense, contro Gio. Battista, & Filiberto Riccardi, come possessori delli beni, che furono in bonis, & de bonis del detto quondam Sebastiano, & per parte delli Rei se oppose la declinatoria sotto pretesto, che tra essi Gio: Battista, & Filiberto vi fosse uno Clerico possessore loro fratello, e per la Corte delle prime cause non se ne hebbe ragione, ma poi per la Corte delle seconde, dove appellorno li Rei se disse,* causa remaneat in Curia secundarum causarum, verum terminus super remissione petita ad judicem Ecclesiasticum, *e da questo decreto se è detto de nullità, & appellato per gli attori alla Gran Corte della Vicaria, fol.1. se fà istanza inhibirse alla corte delle seconde cause, e per la transmissione de gl'atti, e stante appellatione interposita, fu spedita provisione in forma detto fol.1. à tergo, e se intima alla Corte di S. Germano, fol.2.*

Si dice per gl'attori, che essi hanno intentato giudicio d'assistenza contro detti Gio: Battista, & Filiberto, come possessori, fol.4. delli beni del quondam Sebastiano Riccardi.

*Di più si dice per gl'attori, fol.50. che alli 20. d'Ottobre 1622. Valerio impront*ò *a Sebastiano ducati 133. come per la copia dell'obbliganze, che sono* penes acta Curiæ Cassinensis, *copia della quale si presenta, fol.6. à tergo, dove se averte, che se dice Gio: Battista pigliare* in mutuo ducati 133. *da Valerio Cavalerio, & ducati 66. e mezzo da Pietro de Carlone,* quos ducatos 133. & 66. *promise pagarli al detto Valerio, e Pietro de Carlone pro rata per tutto il mese di Gennaro dell'anno seguente 1623. detto, fol.6. à tergo.*

Si dimanda l'assistenza sopra una casa, una salva, &c. fol.8. & alibi.

Cautio expensarum, & juramentum de calumnia, *fol. 9. à tergo.*

Præambulum illorum de Cavalerio Actorum, *fol.11.*

Terminus in causa stantibus adimpletis, *fol.11.*

Articoli de gl'attori, 1. l'obbliganza, 2. la richiesta del pagamento, 3. la possessione de beni con l'estremi, fol.13. & il danno emergente per altri dinari pigliati ▪ censo, fol.14. la..... di Sebastiano. Gio: Battista, & altri figli nel pagare de debiti in S. Germano, *fol.14. à tergo.*

Procuratio in personam Januarii Gagliardi, fol.28. pro parte Actorum.

Di nuovo si porta l'instanza per li Cavalieri attori, dove si dice il fatto passato nella Corte di S. Germano, sopra il termine dato della remissione, fol.30.

Procura in persona del Dottore Domenico de Ausilio, fol.31.

Apertura processus, fol.32. Monitio ad dicendum, fol.33. & intimata, fol.34. *e se disse, che* stantibus adimpletis terminus alias datus currat, fol.36.

Audientia testium committitur officialibus S. Germani, fol.37.38.& 39. citatio testium, fol.40.& 41.

Articoli per gli Attori, come di sopra, fol.42.

Nicola Lungo, fol.44. Bortolamio Schiavo, fol.45. Rocco Falluccio, Ascanio de Simeone, quali tutti deponino per la possessioni delli beni, così da Sebastiano, come da Gio: Battista, ma altro revelante non deponino detto fol. publicatio, *fol.48.*

Requisitoria, & audientia testium pro *parte delli Riccardi Rei convinti, fol.49.*

Articoli, fol.52. Primo, l'antiquità del credito, che il debitore morì nel 1633. il Creditore nell'anno 1648. il debitore Ricco, e solvendo, il Creditore povero. Terzo, come il fratello de Riccardi, l'hà improntato più volte dinari, &c. e tutto ben provato, primo per Rocco Falluccio, fol. 56. quale è testimonio portato dalla parte, fol.46. da Iacinto Martello, fol.57. da Giacomo Valentino, da Antonio Pregua, fol.59. & 60. e da Gieronimo Gallozo, fol. 61. per li quali se provano le qualità del debitore, e creditore, il credito con il figlio di Gio: Battista, e poi pagato, le case vendute dal creditore per vivere, li dinari presi a censo, &c.

Queste tutte prove giunte con la lunghezza del tempo sono quelle, che altre volte hanno mossa questa Gran Corte della Vicaria a giudicare per l'assolutione del Reo convinto, perche sono sufficiente alla prova della sodisfattione fatta tra di essi creditore, e debitore: Probatur, quia licet solutio sit facti, & per consequens est probanda ab allegante, *l. quinquaginta, ff. de probationibus,* tamen per conjecturas 2
probatur primò. Si lapsum sit tempus decennii, quo erat præfixa, & facienda solutio. Secundò, si ille, qui id alserit, erat solitus solvere, & ille contrarius creditor facilis ad exigendum; tunc enim præsumitur solutio Surdus *decis.* 105. Mascardus latissimè, *conclus.* 1324. Menoch. *lib.3. præsumpt.*135. *& de arbitr. casu* 88. Alciatus *regul.1. præsumpt.32. numer.*50. Christophorus Martius *in examine* 53. *& decis. Senensi* 84. Antonius de Possentibus, *singular.* 18. Rota *decis.262. part.1. Rubei.*

Verissima enim est juris conclusio, præsumptiones à ju- 3
re approbatas, esse veras, & plenas probationes, easque sufficere, etiam ubi à jure instrumentalis probatio requiritur, secundùm Baldum *in l.2. numer.*18. *Cod. de fideicommiss.* Decius *cons.14. num.*3. quem sequuntur Menoch. *de arbitr.*

arbitr. lib.2. casu 115. num.6. Afflictus in cap.1. §. naturales notabili 50. numer.30. si de feudo defuncti fuerit controversia. Amatus consil.45. numer.34. Rota apud Marchesanum in praxi signaturæ tom.1. fol.765. & decis.788. part.1. divers. Cencius de Censibus, part.2. cap.2. quæst.4. artic.6. numer.24. & 25. immò sufficiunt etiam ad impediendam Cameralem obligationem post alios Menochius d.lib.3. præsumpt.135. in fine.

Solutio quando præsumatur.

4 Prima ergo urget præsumptio, sive probatio ex silentio actoris post mortem debitoris per plures annos: nam dum creditum originem habet ab anno 1622. non fuit aliàs petitum, nisi in anno 1658. ad quod facit celebris oratio Ciceronis pro P. Quintio valdè notanda, quam omninò videndam putamus.

In hac re te inquam testem novi, citabo annum, & eo diutius fuit in Gallia te cum simul Quintius, doce te, petiisse ab eo istam nescio, quam innumerabilem pecuniam; doce aliquando mentionem fecisse, dixisse deberi, debuisse concedam; Moritur Cajus Quintius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit, hæres ejus P. Quintius in Galliam ad te ipsum venit in agnum communem; eo denique, ubi non modo res erat: sed ratio quoque omnis, & omnes litteræ. Quis tam dissolutus in re familiari fuisset? Quis tam negligens, qui cum res ab eo, qui contraxisset, recessisset, & ad hæredem pervenisset, non hæredem cum primum vidisset, certiorem faceret? appellaretur? rationem afferret? si quid in controversiam veniret intra patientes, aut summo jure experiretur? hactenus Cicero, cui his verbis recensitis suum præbuerunt calculum, Menoch. lib.2. præsumpt.91. numer.7. & lib.3. præsumpt.135. num.21. & cons.267. num.30. & consil.422. numer.42. & cons.1257. numer.16. vol.13. Pacianus cons.113. num.22. ubi à num.12. usque ad num.21. optimè multis congestis dicta Cicero confirmat Præses de Franchis decis.361. num.11. Præses Amatus cons.45. num.25. & cons. 53. numer.1. Regens Valenzuela cons.183. numer.40. ubi expendit doctrinam Glossæ in Clementina sæpè, §. & quia de verb. signific.

5 Secunda conjectura, sive præsumptio solutionis est, quæ oritur ex silentio 37. annorum vivente Sebastiano debitore, cujus conjecturæ, vim insinuat Afflictus decis.13. num.21. vers. nona conjectura, inquiens: Non traxit ipsum, vel ejus filios in judicium, unde arguitur, quod ideò non egit, quia tunc temporis, ex quo factum erat recens, poterat probari satisfactio: cujus placitum sequitur Achilles Pedr. cons.3. num.68. quod comprobat usque ad numer.78. Simon de Petris consil.68. numer.4. & cons.97. numer.4.5. & 6. Pacianus cons.113. numer.13. & 14. Rota Romana decis. 59. num.5. Zacchiam de obligatione camerali, Alciatus consil.2. lib.8. Soccinus cons.89. numer.5. lib.3. Afflictus decis. 13. numer.21. in 9. conjectura, Gratianus cap.826. numer.48. & 49. Costa in praxi conventionali, num.377. Thesaurus lib. 1. quæst. forens. quæst.41. numer.13. qui ait, quod hæc conjectura alia quacumque præsumptione accedente, sufficit ad inducendam plenam probationem solutionis, Alciatus de præsumptionibus, reg.1. præsumpt.32. numer.33. dum scribit, quod in casu sibi proposito erat mortuus frater, quo vivente numquam aliquid petierat, unde non est modica suspicio, quod injustè peteret, tamquam ab hæredibus malè informatis, cui concordat Cephalus cons.534. numer.9. vers. quarta ex eo descendit, numer.10. & 11. Barbos. qui alios congerit, in l. quæ dotis 34. numer.44. ff. sol. matrim. & ex nostris consideravit Theodorus allegat.79. numer.9. eamque esse urgentissimam, & fortissimam præsumptionem, tradit Escobar de ratiociniis, cap.37. num.10. Christophorus Martius decis. Senensi 85. num.8. Præses Merlin. tom.1. cap.84. num.14.

6 Tertia est præsumptio, quæ oritur ex diuturnitate temporis, quod lapsum fuit à die contracti debiti ad tempus postulationis, quam perpendunt nostri ad effectum præsumendi solutionem debiti, quos plena manu recenset, Simon de Petris cons.68. col.1. & 3. Bertazzolus cons. civili 118. num.10. & 11. Pedroccha cons.3. numer.69. cum seqq. Lancellottus Galliaula cons.85. numer.13. Facchineus lib.13. cap.16. Menoch. lib.3. præsumpt.135. num.8. & d. cons.1257. numer.9. Franch. dict. decis.316. Amatus cons.53. Rota apud Burattum decis.641. numer.50. transcripta apud Cencium decis. 127. & apud Verallum decis. ultim. numer.52. Talis namque præsumptio deducta ex temporis diuturnitate, verisimilitudinem præfert attentis circumstantiis factorum, sicuti testantur Afflictus decis.58. numer.8. Menochius consil. 457. numer.1. Pacianus cons.113. num.3. & 4. Maurus de solutionibus, cap.4. numer.10. & 11. Hippolytus Riminaldus consil.407. numer.13. Thesaurus lib.1. quæst. forens. quæst.41. num. 13. Qui omnes DD. ponderant inverisimile esse, tamdiù fuisse neglectam exactionem pecuniæ, & dilatam recuperationem crediti, & hanc esse traditionem à Doctoribus receptam, ultra allegatos tenet Paulus de Castro cons.58. num.4. lib.2. Alexander cons.115. numer.4. lib.7. Cumanus cons.91. num.4. Decius cons.596. numer.9. Parisius cons.137. numer.12. lib.4. Nevizanus consil.57. num.7. ubi latè Cravetta cons.148. numer.12. Cephalus cons.240. numer.7. vers. tertio, Surdus decis.105. numer.3. & 4. ubi agit de spatio excedente decennium Mascard. conclus.1318. numer.27.

Quarta est præsumptio, quæ resultat ex conditione debitoris, quæ semper extitit solvendo, nec substituisset tamdiù debitum non solvere, arg. Text. in l. omnes, §. à Barbaris, ff. de re militari, quo arguendi genere utitur, Parisius consil.83. num.29. vol.1. Surdus decis.105. in principio, Amatus cons.13. num.3. 7

Quinta est præsumptio, quæ oritur ex eo, quod Valerius Cavalerius erat diligens creditor in exigendo: ergo non est præsumendum, quod permitteret debitori, ut suum retineret, dum id consequi poterat, agente in humanis Sebastiano, & sic intercapedine temporis annorum 37. à die obligationis penes acta sub mutui forma per annum duratura, maximè tam modicæ quantitatis, ut in simili considerat Parisius d. cons.137. num.13. & seq. lib.4. Alexander cons.187. num.17. lib.6. Bertazzolus cons. civili 118. numer.13. D. de Franchis decis.361. num.11. Mascardus concl.1318. num. 38. Pacianus cons.133. numer.4. cum sequenti, Pedroccha cons. 3. numer.71. Menoch. cons.457. num.50. & conclus.422. num. 43. Galliaula cons.48. numer.19. Peregrinus cons.106. numer. 7. lib.3. Vivius decis.48. ubi tradit diligentiam creditoris in exigendo conjunctam cum longinquitate temporis probare solutionem, & notant addentes ad Burgos de laudemio, part.3. inspectione 20. n.27. & 28. Amatus cons.53. n.2. Rota Romana part.1. diversor. decis.11. n.6. Zuccharus decis. Lucensi 58. n.6. in civilibus. 8

Addo, quod semper præsumitur solutio debiti, quando inverisimile est, non fuisse creditori satisfactum, sicuti ultra præcitatos DD. admittunt Monachus decis. Florentiæ 2. numer.14. Paccianus cons.113. à numer.8. ad 40. & 43. Scraderius consil.4. numer.39. & 40. Merenda lib.3. controvers. cap.36. numer.20. qui comprobant hanc opinionem, quia nemo præsumitur jactare suum, quod utique eveniret in re præsenti, dum potuit sibi creditor satisfieri, leg. cum de indebito, ff. de probat. l. debitor 14. ff. de negot. gestis, Romanus cons.187. num.3. Barrius decis.72. numer.21. & 22. Coccinus decis.228. 9

Tamdem concludo ex præsumptionibus adductis fuisse pluries determinatum, esse creditum satisfactum prout punctuales sunt decisiones S. C. una est apud Præsidem de Franchis 361. in fine, ubi Præses ille Doctissimus ait S. C. in antiquis consuevisse absolvere conventum. Secunda est apud Præsidem Regiæ Cameræ Anellum de Amato d. consil.53. in fine, qui tradit, fuisse absolutum Ferdinandum Pecorarium ab imperitis per hæredes Ludovici Albergoni, & satisfactionem fuisse præsumptam; ex quibus apparet notoria justitia Joannis Baptistæ, & Philiberti Riccardi satisfactionem fuisse sequutam sub correctione DD. judicantium, & mei Domini Commissarii. 10

Post hæc scripta pervenit ad lucem 3. tom. discept. forens. judicis Prato, qui cap.8. per eadem media defendit Illustriss. Duc. Cantalupi, & fuit facta paritas votorum, ac datis adjunctis, fuit facta etiam paritas, unde partes se accommodarunt.

DISCEPTATIO CLXXX.

SUMMARIUM.

1 *Facti species narratur.*
2 *Pragmatica 18. de administratoribus Universitatum, hunc casum non comprehendit.*
3 *Interesse damni emergentis omni jure debetur.*
4 *Damnum quodcumque est omni jure resarciendum.*

5 *In-*

5 *Interesse damni emergentis solvi debet ad rationem damni passi.*
6 *Proponitur motivum partis adversæ.*
7 *Reprebenditur motivum, & ratione.*
8 *Principalis intentio legis attenditur.*
9 *Sermo, & finis Pragmaticæ 18. de admin. univers. declaratur.*
10 *Verba illa; ut suspendatur interesse, de quo intelligantur.*
11 *Pragmaticam, non comprehendere interesse damni emergentis, qualiter probatur.*

ARGUMENTUM.

Pragmatica 18. de Administratoribus Universitatum declaratur, necnon interesse damni emergentis omni jure deberi, probatur. Est enim damnum omni jure resarciendum, hoc autem interesse damni emergentis solvi debet ad rationem damni passi; Et motiva partis adversæ impugnantur: Finis dictæ Pragmaticæ 18. qualis fuerit. Interesse quod suspenditur vigore Pragmat. quale sit Pragmaticam prædictam non comprehendere. Interesse damni emergentis, qualiter probetur.

PRO

Universitate Terræ Blanci Ulterioris Calabriæ.

1 Supponitur in facto elapsis annis in terra Blanci ulterioris Calabriæ status Domini Principis Rovellæ, Franciscum Marinum ejusdem terræ fuisse Syndicum electum de anno 1647. cum sequenti; iterum confirmatum, qui temporibus revolutionum accepit frumentum ejusdem Domini Principis, quod conservabatur in horreis ejusdem, ac foveis; & hoc pro subveniendis Universitatis, pauperumque necessitatibus, famis præsertim tunc grassantis per totum Regnum; in quo etiam fuit discordia inter Scyndicum de Marino petentem panizari ad rationem carolenorum viginti; & Universitatem petentem ad rationem quatuordecim; prout factum fuit: cessantibus tamdem tumultibus, petiit Princeps utilis Dominus feudi pretium frumenti ad rationem carolenorum viginti, quod exegit una cum interesse ad rationem decem pro centenario, juxta morem Regionis petiit Franciscus Scyndicus omnia damna, & interesse ab eadem Universitate, & compilato processu fuit condemnata Universitas ad solvendum pretium, & interesse quanti plurimi passi per eumdem Franciscum Marinum unà cum interesse liquidando; pro cujus liquidatione producit in promptu Franciscus Marinus fidem Ærarii Generalis ejusdem status. Ex quo constat Marinum solvisse, & adhuc solvere ad rationem ducatorum decem pro centenario. Universitas dicit è contra se non teneri solvere, nisi ad rationem ducatorum quinque pro centenario vigore Pragmaticæ D. Beltrani. Replicat Marinus se non ex lucro venire, sed ex damno passo, & propterea idemnem servari debere; quæritur quid juris?

2 Respondeo contra Universitatem ad favorem Marini. Probatur, quia nec ex verbis, nec ex ratione, & fine Pragmaticæ prædictæ potest argui ad favorem Universitatis. Etenim verba, *Pragmaticæ 18. de Administratoribus Vniversitatis*, inter prætermissas positæ, fol. 22. *tom.*2. Pragmatica loquitur, tum in principio, tum in medio, tum in fine, de creditoribus Universitatum instrumentarii, ad hos enim Dominus Beltranus respexit, scilicet ad eos, qui instrumentis mediantibus emerant ab Universitatibus Regni annuos redditus, Gabellas, vel in solutum acceperunt ab eisdem Universitatibus, & voluit, ut non excederent quinque pro centenario; non verò loquitur de casu nostro: nec ex intentione Pragmaticæ potest colligi ad favorem Universitatis; quia rationes motivæ Pragmaticæ prædictæ, quæ colliguntur ex visceribus ejusdem Pragmaticæ, semper excludunt casum, de quo in præsenti. Causa enim finalis est illa, ad quam geritur actus, impulsiva verò propter quam fit actus, S.Thomas 1.2. *q.*1. *art.*2. Covarr.*var. lib.*2. *c.*20.*n.*2.quæ causa finali colligitur ex præfatione statuti, ubi finis statuentium cognoscitur, Bald. *in l. Patuleus, n.*3.*ff.de hæredit. instituendis.*

Quæ verba manifestè significant, quod finis prædictæ Pragmaticæ non alius fuit, quàm succurrere creditoribus Universitatum Regni; ad quorum beneficium non usque adhuc fuerat provisum, cum esset jam provisum vigore Pragmaticæ antecedentis in solutum dationis, illud, quod debebat omnibus creditoribus Gabellarum hujus Civitatis, & Fiscalium, ex quo arguitur vera ratio pro quiete populorum, inter quos interesse causabat odium inter eas.

Si ergo apparebit, quod hic finis non potest respicere casum, de quo agitur, certè dici debet Pragmaticam non habere locum, quia tunc Pragmatica, & lex locum haberet, quando esset una, & eadem ratio mentis statuentium, quæ comprehenderet casum præsentem: comprehensio enim est in eodem, extensio fit in diversis, Camerarius *in cap. Imperialem, cap.*47. *vol.*4. & extensio fit ex mente, & ex causa, Camerar. *pag.*48. *col.*4. *litt. T*, mens verò ex juris regulis nobis constare debet, sed juris regula est, ut ex verbis, eorumque proprietate mentem colligamus, *leg. non aliter, ff. de leg.*1. *leg. Labeo, §. item Tubero, ff. de suppellectili legata*, sed verba Pragmaticæ aperte loquuntur ad beneficium creditorum Universitatum Regni, quibus usque adhuc non erat provisum: ergo mentem statuentium talem fateri necesse est non comprehendere hunc casum, cum creditori, de quo in præsenti sufficienter provisum sit, ut infra probabo.

Nec attenta causa impulsiva, quæ fuit ut repararetur oppressionibus Universitatum oneratarum debitis fiscalibus, pro quibus satisfaciendis erant corpora defecta Universitatibus, & recusabant remedium capere opportunum iterum imponendi, cum eis non placeret, exemplum ejus, quod supplicaverat populus Neapolitanus volentes ipsi tantùm gaudere gratiis, & privilegiis Serenissimi D. Joannis ab Austria, non curantes remedium sumere solvendi fiscalia, & creditoribus solvendi instrumentatiis, qui contraxerant cum assensu pro eorum utilitate, & recensitate, & propterea ex dicta Pragmatica fuit provisum huic incommodo, quæ fuit causa impulsiva ejusdem, unde decebat Bart. *in extravagant. ad reprimendum, in verbo, Absentia*, & Bald. *in l.generaliter, colum.*3. *num.*9. *Cod. de Episcopis, & Clericis*, quod post causam fiscalem, quæ est illa generalis in statuto, quæ posita in exordio manifestam facit mentem statuentis, cæteræque assignantur sunt impulsivæ, quæ non vitiant, nec trahuntur ad exemplum per extensionem, Everardus in sua topica legali in loco à ratione, & ex hoc eodem motivo discusso negotio in Collaterali Consilio fuit decisum quod pragmatica prædicta non comprehenderet casalia Civitatis Neapolitanæ, quibus fuit ordinatum, ut corresponderent ad rationem, de qua in instrumentis, ut est apud Barrilem scribam à Mandatis patrocinante Advocato doctissimo, & integerrimo Ambrosio Brasile, ex eo quia, nec verba pragmaticæ, nec mens comprehendebat casalia, sed in præsenti verba non comprehendunt, nec mens, ergo.

Quod verò ex mente id non colligatur, patet quia hoc, quod petit hodie Franciscus Marinus à sua Universitate est interesse damni emergentis, quod semper debetur damnum passo ad rationem damni, licet negotiari solitus non fuisset, *leg. proinde* 22.*leg. inde Neratius* 23. *ff.ad l. Aquiliam*, Cagnolus *in l.unica, num.*48. *Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest*, Mascardus *conclus.*934. *num.*16. Aragonia 2.2. *quæst.* 78.*art.*Carleval.*disput.*8.*de judiciis, sect.*3. *numer.*18. Vocamus verò interesse damni emergentis illud, quod patitur creditor causa debitoris ob pecuniam non solutam, Innocent. *in cap.*1.*de usuris*, Baldus *in l.*2. *Cod.de usuris*, Glossa, & Doctores *in leg. Memini, ff.de in litem jurando*, Lup. *de usuris*, §.1.*num.*102. Petr.Barbos.*in leg.de divisione, num.*33.*ff. soluto matrimonio*, qui ait, quod consistit in damno proprii patrimonii, Menochius *de arbitr. casu* 119. Trentacinq. *lib.*1. *variarum in titul. de interesse, resolut.*1. *num.*7. Gratian. *capit.*67. *numer.*6. Gaillus *lib.*2. *capit.*1. *numer.*22. Navarrus *de usuris, notab.*45. *numer.*4. Sotus *de justitia, & jure, lib.*6. *quæst.*1. *artic.*3. Lessius *lib.*2. *de justitia* 20. *dubio* 10. *numer.*68. Molina *disput.*314. *de justitia*, Azor. *part.*3. *lib.*53. *de usuris, cap.*4 Scaccia *de commerc. §.*7. *gloss.*2. *num.* 90. *&* 91. & hoc interesse magis peti potest, quam lucrum cessans, Doctores *in l. unica, Cod. de sententiis quæ pro eo, quod interest*, Scaccia §.1. *quæst.*7. *part.*2. *ampliat.*8. *num.*

*numer.*270. Hermosilla ad Gregorium Lopez *folio* 113. *per tot. tom.*1.

Hinc in contractu censuali non valet pactum de damno emergenti, Rebellius *lib.* 10. *de obligat. justitiæ*, *quæst. sexta*, *dub.*15. Novar. *super Bullis*, *tom.* 2. *folio* 216. *numer.* 62.

4 Quia ergo Universitas fuit injusta causa moræ, & retentionis pecuniæ Francisci Marini, consequenter non ex vi pragmaticæ, sed ex vi damni, & retentionis alienę pecuniæ, quæ fuit causa damni, tenetur Universitas solvere, quod creditor patitur, & ex justitia tenetur damnum illud refundere, & reddere creditori, *capit. pervenit de fidejussoribus*, *lege prima de sententia*, quæ de eo quod interest *dict. leg.*11. *ff. rem ratam haberi*, quod etiam servatur in omnibus damnis injuria acceptis, *leg. prima*, *& tot. titul. ff. ad leg. Aquiliam*, *leg. qui domum*, *ff. locati*, *leg. in his* 66. *ff. soluto matrimonio*, *leg. secunda*, §. *damni*, *ff. de vi bonor. rapt.* Etenim si Universitas solvisset, utique non solvisset, Marinus Domino Principi ad decem pro centenario, ut late Leotard. *de usuris*, *quæstion.* 75. *numer.* 28. *cum sequentibus*, statim enim quod creditor damnum passus est, præsumitur quod illud non incurrisset, si debitor solvisset: ut notat Leotardus *de usuris*, *quæstion.*75. *à numer.* 14. ergo cum ex non facta solutione ab Universitate damnum emerserit Francisco Marino, culpa ejusdem Universitatis, tenetur Universitas tale damnum refundere, & præstare, *leg. quinta*, §. *ultimo*, *leg. quarta*, *ff. de eo quod certo loco*, *leg.*13. *ff. rem ratam haberi*, *dict. leg. unica*, *Cod. de sententia*, *quæ pro eo quod interest*, Leotard. *ubi sup. numer.*20. & causa efficax quæ vestit hanc obligationem Universitatis est obligatio servandi indemnem Franciscum Marinum creditorem non solùm à sorte, sed etiam ab illo interesse, quòd solvit, ne ex suo officio damnum sentiat, contra *leg.*19. *ff. de negotiis gestis leg.* 12. *ff. mandati*, *leg.*6. *ff. de furtis*, cum interesse damnum passi omni jure debeatur, Merlinus *decision. Lucensi* 48. quia tale interesse non dicitur lucratorium, sed recompensatorium, ut benè Castillus *decis.*254. *numer.*
5 37. *part. tertia*, Matthesilaus *singul.*90. & debet solvi pro concurrenti quantitate, prout creditor solvit, & ad eam rationem potest petere, quam solvit, Alexand. *consil.* 221. *lib.*1. Thorus *in voto decisivo* 10. *numer.* 24. qui loquitur in puncto, & non requiritur alia probatio, quàm illa fides Ærarii de qua in facto, per quam constat quod ita solverit Franciscus Marinus, quia statim constat, quod ipse solverit, ut benè Consiliarius Theodorus *allegat.* 40. *numer.* 26. Trentacinqu. *lib.*1. *variar. in titul. de interesse*, *res.*1. *numer.*50. Cancerius *tom.*2. *c.* 7. *numer.* 44. Thorus *d. voto* 10. *n.*28.

6 Motivum partis adversæ contra id quod scripsimus pro Francisco Marino contra Universitatem Terræ Blanci ulterioris Calabriæ reducitur ad hoc, quod Pragmatica DD. Beltrani 18. *de administrat. Universitatum*, inter prætermissas loquatur de administratoribus, vel quomodocumque debentur ab eadem Universitate propter quæ verba dicit comprehendi hoc debitum, de quo agimus.

7 Quod motivum falsissimum apparebit cum omni reverentia loquendo si videamus pragmaticam, cujus dispositio est in illis verbis (*Che tutti creditori così quelli, che hanno comprato annue intrate con Regio Asserto, come à quelli che hanno comprate intrate, è gabelle*, insolutum, *e pro soluto ò in altro qualsivoglia modo se si corresponda alla ragione di cinque per cento per li capitali, che haveranno sborsati*, &c.) quæ quidem verba sunt principalis dispositio pragmaticæ, & deinde loquens in fine, & medio de administratoribus, & de eis loquitur, ut scilicet procurent modum exactionis pro solutione facienda creditoribus Universitatis, sed pragmaticæ finis, & verba in principali dispositione sunt tertiarum, & annorum introituum moderationem, quæ dicta in antecedentibus semper censeantur repetita in subsequentibus actibus, etiamsi actus sequatur ex intervallo post præfactionem, & antecedentem tractatum, *leg. Titia* 44. §. *item respondit il primo*, *ff. de verbor. obligation.* Ripa *in capit. cum Marcus*, *Ferrariensis*, *numer.* 101. *de constitution.* Jason. *in leg. si quis cum aliter*, *ff. de verb.* Boerius *consil.* 40. *numer.*37. Surdus *decis.*288. *numer.*30. *& leg. si vero*, *ff. de ædilitio edicto*, Regens de Marinis *tom.*1. *resolut.* 77. *per totam.*

8 Principale enim motivum dispositionis, & cujuscumque rei est attendendum, *leg. Pomponius*, *ff. de negotiis gestis*, *leg. si Procuratorem*, *ff. mandati*, *leg. nam origo*, *ff. quod vi, aut clam*, *leg. si tamen*, *ff. ad Macedonianum*, *leg. si filiusfamilias*, *Codic. eodem*, *leg. unica*, *Codic. de impon. lucrativa description. in verbo donatione largitus*, *numer.*257. *Codic. de revoc. donation.* Cardinal. Tusch. *tomo sexto*, *littera P*, *conclusion.* 703. est enim principium de esse, & jure principati, sicuti pars de esse totius, & fundamentum de esse super ædificati, Oldradus *consil.* 200. Cardinal. Tusch. *littera P*, *conclusione* 702.

9 Sermo enim supradictæ Pragmaticæ, ut patet illam legenti, est minoratio Universitatum super creditis annuorum introituum, ut patet in verso, (*che à tutti li creditori:*) ergo ad omnia subsequentia talis dispositio, & sermo loquitur, & refertur ex notatis per Mascardum *conclusion.* 301. per Cassadorum *decis. octava*, *de rescriptis*, *& decis.*10. *de appellat.* Gonzalez *ad regulam octavam Cancellariæ*, *Gloss.*32. *numer.*38. & ad omnia, quæ sequuntur relationem habet usque ad finem, & quæ præcedunt sunt majoris efficaciæ ad determinationem sequentium, quam sequentia ad determinationem præcedentium, Brunorus à Sole *in locis communibus in verbo clausula*, *clausul.*40. Marta *de clausulis*, *part. quarta*, *claušul.* 24. Barb. *de clausulis*, *clausula* 68. ergo quia in præcedentibus agitur de annuis introitibus minorandis ad rationem quinque pro centenario, nec de alio disponitur, posteà, non est dubitandum, an loquatur de casu, de quo in præsenti, ubi nullum est debitum cum universitate nisi solvendi damnum passum ad rationem, numquam passus est, Franciscus Maria, de quo casu Pragmaticam non loqui patebit eam legenti.

10 Neque illud verbum, *ò qualsivoglia modo de debito*, stat in dicta *Pragmat. sed in vers.* (*dichiarando*, &c.) dicitur quod stet in suspenso, omne quod ab Universitatibus debeatur, tam instrumentariis creditoribus pro causis tertiarum, quàm alterius cujuslibet interesse, forsitan quia excesserat summam ducatorum centum, quia tunc de stylo debetur aliud interesse, quia verbum interesse propriè, & in sua significatione venit interesse lucrativum non verò recompensativum, ut est damnum passum, de quo in præsenti, ut benè Castillus *decis.*243. *numer.*37. *parte tertia*, Matthesilaus *singul.* 90. quia interesse damnum passi omni jure debetur, Berlinus *decis. Lucensi* 48. & constito quod solverit, ut est in præsenti, statim debetur, ut benè Consiliarius Theodorus *allegation.* 40. *numer.* 26. Trentacinqu. *l.* 1. *variar. in titul. de interesse*, *resolut.* 1. *numer.*50. Cancerius *tom.*2. *capit. septimo*, *numer.*44. Thorus *voto* 10. *numer.*28. latè Leotardus *de Usuris*, *quæst.* 75. *à num.* 14.

11 Quod verò Pragmatica loquatur de tali interesse lucrativo patet quia in versiculo, (*ordinamo*,) dicit, ut administratores deberent facere, & procurare, ut quando venit tempus solutionis inveniatur pecunia exacta, ut non incidant in damnum commissariorum, quæ verba de interesse tertiarum contentarum loquuntur, quia inter alia notabilia interesse damni emergentis, ut in casu nostro illud est, ut debeatur ante moram, ut latè Conradus *de contractibus*, *quæstion.* 30. Theologi communiter apud Covarr. *lib.*9. *capit. quarto*, *numer. quinto*, Boccacius *de interdicto uti possidetis*, *numer.*70. 71. Staibanus *de interesse*, *quæst.* 18. *numer. septimo*, quod clarius patet, quia licet in contractu censuali, non valeat pactum de interesse lucri cessantis, valebit tamen pactum de damno emergenti, ut latè Rebellius *de obligationibus justitiæ*, *lib.*10. *quæst.*6. *numer.*17. Novarius *super bullis*, *tom.* 2. *folio* 216. *numer.*62. ergo dicendum est, hoc non procedere in casu quo agimus.

DISCEPTATIO CLXXXI.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Infirmitas corporis spiritum juvat, & quæ bona producat.*
3 *Infirmus non carceratur.*
4 *Infirmus non est contumax, nec procuratorem mittere tenetur.*
5 *Infirmitate allegata manus judicis ligantur.*
6 *Infirmitas excusat à negligentia, & à pœna delicti.*
7 *Examen infirmi qualiter fiat.*
8 *Infirmitas excusat à muneribus personalibus, & à realibus extraordinariis.*
9 *Iuramentum non valet in dispendium salutis, tum corporalis, tum spiritualis.*
10 *Infirmus Romam ire non tenetur pro absolutione ab excommunicatione.*
11 *Infirmus Iudex salarium habet, & infirmus famulus, ac Advocatus.*
12 *Causæ omnes delegari possunt stante infirmitate.*
13 *Notoria scita præsumuntur, non ab infirmis.*
14 *Infirmi pacta non est necesse servari.*
15 *Medico promissio facta ab infirmo non tenet etiam sponte.*
16 *Injuriarum actio non censetur remissa si infirmus eam remittat.*
17 *Beneficiatus non tenetur residere ob infirmitatem, & fructus facit suos.*
18 *Servire dicitur, qui stat in infirmitate, & qualiter procedat.*
19 *Casus enumerantur, quando absentibus debentur fructus beneficiorum.*
20 *Infirmitas qualiter probetur.*

ARGUMENTUM.

Canonicum propter infirmitatem non residentem servire dici, fructus etiam facere suos: nec non infirmitatem excusare à muneribus personalibus; prout etiam à realibus extraordinariis, infirmi pacta non est necesse servari; Plura etiam de infirmitate notatur.

Lucerina fructuum Decanatus,

PRO

D. Josepho Pollio Decano;

CONTRA

Illustrissimum Episcopum.

FACTUM.

1 Supponitur in facto Dom. Josephum Pollium fuisse provisum à S. M. Catholica de Decanatu Regalis Ecclesiæ Cathedralis Luceriæ. Post adeptam possessionem, & aliquando ibi residentiam peractam, graviter infirmum evasisse; propterea non potens ibi residere ob aeris suæ sanitati nocivi intemperiem, Neapolim venit ad remedia pro salute procuranda: stans Neapoli supplicem dedit libellum Eminentissimis Sacr. Congregationis Concilii Tridentini, qualiter ob infirmitatem residere non poterat.

Tenor Memorialis.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori, D. Gioseppe Pollio, Decano della Catedrale di Lucera, hà supplicato più volte questa Sacra Congregatione, che ordinasse à Monsig. Vescovo di detta Città, che facesse consignare all' Oratore li frutti del suo Decanato; poiche la constitutione di quella Chiesa, che Absentes nihil omninò percipiant, *di ragione non comprehende quelli, che sono absenti per causa d' infirmità, conforme è accaduto all' Oratore: Et perche Monsignor Vescovo controverteva questa infirmità, piacque all' Eminenze Vostre ordinare à Monsignor Nuntio di Napoli, dove l' Oratore si trovava ammalato, che prendesse sopra di ciò informatione: Havendo hora Monsignor Nuntio mandata à questa Sacra Congregatione l' informatione, come nell' inclusa copia, nella quale verificandosi l' infirmità passata, & presente dell' Oratore: si supplica l' Eminenze Vostre dichiarare, che li frutti del d. Decano, si debbiano all' Oratore, e concederli licenza di potere stare assente sino che li dura detta infirmità, che il tutto haverà, à gratia* ut Deus.

Commissa informatione super expositis Illustrissimo Domino Episcopo Camerinens. Nuntio olim in hoc Regno, ille rescripsit Sacræ Congregationi hoc modo.

Eminentiss. e Reverendiss. Signore, e Padrone Colendiss. Essendomi in conformità del comandamento di V. E. delli 3. di Febraro passato, informato soprà l' esposto nel memoriale, che rimando accluso d. D. Gioseppe Pollio Decano della Catedrale di Lucera: ritrovo per l' informatione presa medio juramento, e da Medici, e da altri, che detto Pollio è persona di buona vita, e che con buona salute andò à quella sua residenza, dove dopò qualche tempo, che vi dimorò, essendosi ammalato, fù necessitato ritornare in Napoli per prendere remedii: e se bene, per esser l' infirmità causata da infettione d' aere, come si vede dall' aspetto di lui, tengono li Medici, che con difficoltà possa sanarsi; ad ogni modo, si spera, mediante che presentaneamente prende salute, e per il beneficio, che riceve di quest' aere nativa possa pigliare megliornmento, come già hà cominciato, che è quanto devo riferire à Vostra Eminenza per informatione di d. Memoriale, e le fò humilissimo inchino. Napoli li 25. di Maggio 1652.

Di V. Eminenza humilissimo, & obligatissimo Servo
Emilio Vescovo di Camerino.

Post hæc omnia fuerunt iterum requisitoria facta Episcopo Lucerino cum littera ejusdem Sacræ Congregationis, ut suprà; & ob ejus pertinaciam, in carceribus detrudit Notarios requirentes improperando, ut ex litteris probatur, verificatis à Vicario Foggiæ, cui remissa fuit notificatio prædictarum litterarum, quæ tandem fuerunt verificatæ cum fide Notarii. Dixit enim Episcopus se responsurum fuisse Eminentissimis Sacræ Congregationis, de qua responsione nihil ad Pollium; tum quia cum jam sint factæ probationes super causa exposita in libello responsio est frustratoria; tum quia Episcopus Lucerinus non potest fidem facere de Pollii indispositione, cùm sit absens; tum quia est pars suspecta, quia sibi ipsi applicat fructus Decanatus contra omnem juris rationem.

Mittit ergo Pollius nunc Romam fides Medicorum de actuali infirmitate sua, & quod ab initio servitium præstitit, & ex triennio est infirmus absens à residentia, unà cum fructibus dicit ad se spectare distributiones quotidianas, stantibus probationibus factis: mittuntur fides Ottinæ, seu Plateæ, in qua habitat de actuali sua infirmitate, quæ impedit celebrationem, ut est fides Parochi, & aliorum de Platea; simulque adducitur fides suæ Congregationis S. Joannis Euangelistæ, in qua dicitur fuisse visitatum, ut infirmum continuò à Confratribus dictæ Congregationis, & sunt testes fidem facientes *numer.* 35. producitur etiam fides facta à Gubernatoribus Montis Misericordiæ, in qua dicitur eos misisse eumdem Rev. Decanum ad remedia Insulæ Ischiæ in præterito anno 1652. pro remediis opportunis, & ibi fuit continuando pro effectu prædicto; quæ omnes probationes sunt legitimatæ non solùm ad probandam infirmitatem præteritam à die, quo Neapolim venit à residentia, sed usque ad hodiernum diem continuatam, & etiam continuandam, ut testatur Medici.

Sacra etiam Congregatio plures misit litteras Episcopo Lucerino, ut non amplius impediret Decanum à fructuum perceptione; qui sub diversis prætentionibus aeris ait non constare sibi ipsi de tali infirmitate, ob quod causa introducta in Sac. Congregatione Concilii, ex die regressus à sua residentia: petit nunc idem Orator rescribendum esse Illustriss. Nuntio Neapolitano, cui commissa fuit informatio, & constitit de infirmitate, vel alteri ad ejusdem S. Congregationis arbitrium, præcisè, & peremptoriè Episcopum permissum, uti privilegio infirmitatis; perceptione

ptione scilicet fructuum sui Decanatus, utpotè juridicè fundatum.

2 Primò enim probatur, quia licèt infirmitas vires animo addat, corpori tamen demit: Paulus 1. *Corinth. capit.* 12. ibi (*cum enim infirmor tunc potens sum*) enim, quod nocet corpori, juvat spiritum, *cap. potest fieri*, 52. *de pœnit. distinct.* 1. S. Ambrosius *lib.* 1. *de pœnit. capit.* 13. Petrarcha *lib.* 2. *de remediis utriusque fortunæ*, *lib.* 2. *dialogo* 3. quod enim alteri obest, prodest alteri, pluresque effectus bonos, qui ab infirmitate causantur enumerat Gulielmus de Benedictis *in capit. Raynutius in verb.* (*mortuo itaque testatore*) *il* 1. *de testamentis*, *numer.* 10. & ideò Ælianus *lib.* 4. *hist. c.* 15. Scientiarum, & artium magistram vocat infirmitatem, tamen in jure nostro corporali infirmitati sunt plura concessa privilegia enumerata per DD. diversis in locis præsertim à Thoma Actio *in integro tractatu de infirmitate*, *ejusque privilegiis*, *& effectibus*, & à Ludovico Gomezio *in regulis Cancellariæ de infirmis resignantibus infra viginti dies*, *q.* 9.

3 Non enim pro debito civili, nec pro delicto, gravi infirmitate laborans in carceres trahi potest, Farinacius *tom.* 1. *quæst.* 27. *numer.* 87. Grammaticus *consil.* 55. *numer.* 9. *& seq.* Medices *de casibus fortuitis* 2. *part. quæst.* 6. *numer.* 14. Gratianus *capit.* 805. *numer.* 14. nec contra infirmum exequutionem fieri posse jura Sanctissima Hispaniarum Regum decreverunt, ut *in l.* 11. *titul.* 9. *part.* 7. excusat etiam
4 infirmitas à contumacia, *leg. contumacia* 53. §. *pœnam*, *ff. de re judicata*, *leg. qui commeatus* 14. *ff. de re militari*, *capit.* 1. 5. *quæst.* 3. *capit. si Episcopus*, *distinct.* 19. *cap.* 2. *de procurator.* ubi nec procuratorem infirmus citatus mittere tenetur, Glossa *in cap. cùm dilecti* 6. *de dolo*, *& contumacia*, *& in capit. ægrotans* 5. *quæst.* 3. Glossa *in leg. interdum* 36. *vers. & similibus*, *ff. de judiciis*, Barbos. *in capit.* 2. *de*
5 *procurat. in* 6. & infirmitatis allegato impedimento apud judicem, & oblata fide, judicis potestas suspenditur, & in bonæ valetudinis tempus differtur judicium *leg. quæsitum* 6. *ff. de re judicata*, Vantius *de nullitatibus*, *ex defectu jurisdictionis*, *numer.* 161. Medices *de casibus fortuitis*, 2. *parte quæst.* 6. *numer.* 19. Misingerius *centur. quarta*, *obser-*
6 *vat.* 58. & à negligentia excusare infirmitatem Glossa dicit *in capit. si Clericus in verbo*, *negligenter*, *de præbendis in sexto*, & pœnam delicti infirmitatem minuere, ait Textus cum glossa *in clement.* 1. §. *quibus etiam in verb. necessitate de privilegiis*, & à pœna, & pœnitentia excusare dicit Textus *in capit. placuit*, 8. *distinct. & capit. ab infirmis*
7 26. *quæst. septima*, & non solum ad infirmi domum mittere judicem pro examine dicit J. C. *in leg. ad personas* 15. *ff. de jurejurando*, Farinacius *tom. secundo*, *quæst.* 77. *numer.* 225. Velaschus *de privilegiis pauperum*, *part. prima*, *quæstione* 36. Sed neque ad propriam domum testimonium deferendum cogendos esse ait Textus *in cap. si testes*, §. *inviti* 3. *quæstione quarta*, *& in leg. inviti la prima*, ubi Glossa *in verb. Valetudinarii*, Baldus *in principio*, Albericus *numer. primo*, *& tertio*, Florianus *numer.* 4. *ff. de testibus*, Gratianus *capit.* 805. *numer.* 28. Medices *ubi supra*, *numer.* 18.

8 Probatur secundò, quia infirmitas excusat à muneribus personalibus, ut est integer titulus *Cod. qui morbo se excusant*, *lib.* 10. & est Textus *in cap.* 4. *de censibus*, *& in* §. *item propter adversam valetudinem institut. de excusat. tutorum*, nec ad realia extraordinaria, Sylvester *in verb. Gabella il* 5. *numer.* 50. & ab omnibus excusat, quæ sanitati obesse, aut incommodè ob illam fieri possunt, putà ab observantia jejunii, ut dicunt Summistæ *in verb. jejunium*, *& ab esu carnium tempore jejunii*, *capit.* 2. §. *fin. de observ. jejuniorum*, sic sicuti juramentum, quod sine dispendio salutis æternæ servari non potest, obligatorium non est *ca-*
9 *pit. si verò* 8. *de jurejurando*, sic etiam, quando continet dispendium salutis temporalis, *cap. Innocens*, §. *quisquis* 22. *quæst.* 4. Glossa *in dict. cap. si vero*, *in verbo salutis æter-*
10 *næ*. Nec cogitur infirmus Romam pro absolutione obtinenda petere, etiam si alias Romanus Pontifex pro ea adeundus foret; etenim ab Episcopo absolvi poterit, *cap. Ea noscitur* 13. *de sententia excommunicationis*, Sylvester *in verbo Absolutio*, *il* 4. Thomas Actius *de infirmitate*, *parte* 2. *in verb. absolutio*, *numer.* 4. Carolus de Grassis *de effectib. cler. eff.* 9. *numer.* 163. Barbosa *in d. c. Ea noscitur num.* 4. *& in c. si quis suadente diabolo* 17. *q.* 4. *numer.* 92. Ergo si tot privilegia habet infirmus, quid mirum si fructus percipiat præbendæ?

Probatur tertiò, quia judex infirmus, dum durat in officio salarium percipit, & servire videtur, *leg. si cui* 38. §. *final. ff. ex quibus causis majores*, Jason. *in l. diem functo*, *numer.* 48. *ff. de Officio Assessoris*, sicuti servire famulus infirmus dicitur, *leg. cum hæres* 4. §. *Stichus*, *ff. de statu liberis*, & tempore infirmitatis deberi salarium ægroto famulo dicit Glossa *in leg. arboribus* 13. §. *de illo*, *verbo ægrotantis*, *ff. de usufructu*, Covar. *l.* 3. *variar. cap.* 13. *numer.* 8. Flores Dies de Mena *lib.* 1. *var. quæstion.* 8. §. 2. *numer.* 17. Sebastianus Medices *de casibus fortuitis* 2. *part. quæst.* 6. *numer.* 16. Guttierez *lib.* 4. *practic. quæst.* 52. *numer.* 13. Sic tempore infirmitatis deberi salarium conventum Advocato est communis opinio, ex Ulpiani responso *in l.* 1. §. *Divus*, *ff. de variis*, *& extraordinariis cognit.* & Paul. *in l. Qui operas* 41. *in principio*, *&* §. *Advocati*, *ff. locati*, Velaschus *de privileg. pauperum*, *part.* 1. *quæst.* 78. *numer.* 15. Neque ad substituti præstationem, tunc Advocatus tenetur, ex ratione, *leg. inter artifices* 31. *ff. de solution.* Gloss. *in dict.* §. *Divus*, *in verb. Repeti ad finem*, Idem in Potestate, Assessore, Doctore, vel Magistro asserens, cum per eos non stet, quamvis ministerium peragant, ut ait ibi Textus, *& in leg. Qui operas*, *leg. si pecuniam* 5. *ff. de condictione causa data*, *& dict. l.* 4. §. *sed si quibusdam*, *ff. de statu liberis*, sic judici à Principe delegato infirmitate laboranti, subdelegandi licentiam Alexander III. concessit, *in capit.* 3. *de offic. & potestate judicis delegati*, *& lege regia*, *ut in titul.* 4. *parte* 3. *l.* 19. ordinariumque judicem 12
alium suo loco infirmitatis causa subrogare, aut substituere posse, causas omnes tum meri, tum mixti Imperii, quæ alias non delegarentur, infirmitatis causa delegari posse, ait Sebastianus Medices *de casibus fortuitis*, *part. secunda*, *quæst.* 6. *numer.* 12. Sic Episcopus adversa valetudine impeditus, suffraganeorum consecrationem aliis committere poterit, suasque ad id mandare poterit vices, *capit. quod Sedem* 10. *de officio ordinarii*, sic licet, quod notorium est in communem notitiam præsumatur venire, nec admittatur allegatio ignorantiæ, *capit. final.* 16. *dist.* 13
capit. qui divinis 12. *qu.* 2. *cap. licet* 8. *quæst.* 1. *cap. Curæ* 11. *quæst.* 3. *glossa unica*, *in dict. cap. fin.* tamen infirmitas à notitia, scientiaque etiam tunc excusat, *capit. final. qui matrim. accusare possint*, ergo à fortiori in casu nostro, ob infirmitatem Polii Decani debentur ei fructus sui Decanatus.

Probatur quartò, quia nihil magis convenit rationi, 14
quàm ut pacta serventur, *cap.* 1. *de pactis*, inter infirmum tamen, & Medicum rescinditur, *leg. Medicus* 3. quam singularem appellat Bart. *ff. de variis*, *& extraordin. cognit.* & idem Bart. *in leg. Archiatri*, *Cod. de Professor. & Medicis*, *lib.* 10. Arias Pinellus *in leg.* 2. *Codic. de rescind. vendit.* 2. *part. cap.* 2. *numer.* 32. *&* 33. Neque spontaneam 15
promissionem Medico ab infirmo factam subsistere, firmat Franciscus Ripa *de peste*, *numer.* 84. *&* 86. Petrus Rebuffus *ad Gallicas constitutiones*, *tom.* 2. *tractat. de resciss. contractus*, *in præfat. numer.* 29. Joannes Guttierez *de juramento confirmat. part.* 1. *quæst.* 57. *numer.* 28. Facchineus *lib.* 2. *controvers. cap.* 25. sic post susceptam ab arbitrio causam, omninò ab eo terminandam, & ad id captura cogendum, ait Ulpianus *in l. licet* 16. *ff. de receptis arbitris*, sic Dominus, qui servum infirmum curare contempsit, ejus dominio Imperator Justinianus privavit, *l. unica*, §. *sed scimus*, *Codic. de Latina libert. tollend.* sic filius, qui infirmo parenti non providit illius hæreditate privatur, ut *Autent. ut cum de appellat. cognoscitur*, §. *si quis*, *de prædictis coll.* 8. sic emptor servi, qui ad illus curationem nullum, vel imperium Medicum adhibuit, redhibitoria tenetur, *leg. quod si nolit* 31. §. *si mancipium*, *ff. de edicto*, sicuti etiam minor dare poterit servo libertatem, si servus dominum in infirmitate curavit, *leg. etiam* 14. §. *ex prætorio*, *ff. de manumissis vindicta*, sic actio injuriarum taci- 16
ta, vel expressa partium conventione, remissione, vel dissimulatione extinguitur, *leg. non solum* 11. §. 1. *ff. de injuriis*, §. *hæc actio institut. de injuriis*, tamen si ab infirmo fiat remissio poterit ab eodem facta sano prosequi actio, quia solum odium, & rancor censetur remissum, non injuriæ satisfactio, & interesse, Bart. *in l. si quis decedens*, §. *codicillis*, *ff. de leg.* 3. Caravita *in Ritu M.C.V.* 275. *n.* 9. *&* 10. Farinacius *q.* 105. *numer.* 379. plura Novarius *de electione fori*, *quæst.* 8. Ergo si tot privilegia habet infirmus, & tot similia, & majora sunt adducta, poterit, & nostra adduci dispositio, ut fruatur beneficio fructuum non reti-

retinendo Reverendus Dom. Joseph Pollius in suo Decanatu.

17 Probatur quintò, quia infirmus, qui interesse divinis horis personaliter nequit distributiones nihilominus quotidianas percipiet, ex Greg. *constit. l. 2. epist. ep. 5.* translata *in c. 1. de Cler. ægrotante, & ex Bonifac. VIII. in c. unico de Cler. non resid. in 6.* Cov. *l. 3. var. c. 13. n. 8.* Paul. Fusc. *l. 1. de visit. c. 15. n. 25. & c. 20. n. 26.* Th. Actius *de infirm. p. 1. c. 5. n. 25.* Jo. Selva *de benef. p. 4. q. 6. n. 9.* Carol. de Graf. *de eff. cler. eff. 1. n. 1172.* Petr. Gened. *pract. qu. c. 1. n. 7.* Garsia *de benef. p. 3. c. 2. n. 363.* Barb. *in c. un. de Cler. non resid. in 6. n. 8. cum seqq.* ubi non solùm dicunt de jacente infirmitatis causa in lecto, sed & de alia debili, vel ad balnea, aliumve locum sanitatis obtinendæ gratia profecto; ob idque absente, intelligendum probat Camil. Borrell. *in summ. decis. tit. 9. n. 19.* & licèt propria culpa incidisset in infirmitatem, eas etiam infirmus percipere debet, Cov. Genedus & alii *ubi sup.* Zerola, Azor. Sanctarel. & alii apud Aug. Barbos. *ubi supra, n. 15.* Velasc. *de privil. pauperum, p. 1. q. 54. n. 15.* præsertim si in sanitate, divinis officiis adesse consuevisset, Barbosa *ubi sup. n. 16.* sic gravato infirmitate Coadjutorem esse dandum, non verò removendum fore, decrevit Inn. III. *in c. ex p. 5.* & Honor. III. *in c. Consultationibus 6. de clerico ægrotante,* & Greg. *in c. 1. 2. & 3. 7. q. 1.* Glo. *in c. Venerabili 3. in verb. Coadjutor 37. de offic. deleg.* Sebast. Medic. *de casib. fortuitis, q. 6. n. 13.* Grat. *c. 805. nu. 29.* Camill. Borrell. *tit. 9. n. 6. 7. 8. & 22.*

18 Probatur sextò, quia is dicitur satis servire, qui propter adversam valetudinem servire impeditur, ad effectum consequendi alimenta, *leg. in reb. §. possunt, ff. commodati, l. 3. §. Stichus, ff. de statu liberis*; etiam quacumque consuetudine contraria, ut benè Cov. *lib. 3. var. c. 13. n. 8.* etiamsi quis in eam propria culpa incidisset, Cov. *n. 7.* Intelligendo tamen de infirmitate non levi, sed considerabili, juxta text. *in l. quæsitum 60. ff. de re judic.* Moneta *de distrib. quotid. p. 2. q. 6. nu. 21.* & de eo, qui cum sanus erat, consuetus erat ire divinis, ut latè Lott. *de re benef. l. 3. qu. 27. à n. 134.* de Marinis *1. tom. controv. 40. n. 12.* Sunt enim plures casus, in quibus absentibus uti interessentibus, non

19 solùm consueta stipendia præbendæ, sed etiam quotidianę distributiones debentur, ut primo in absente causa studii, *c. relatum, c. Fraternitatis, de cleric. non resid. c. licet de præb. c. fin. de magist. c. cum ex eo, de elect. in 6. c. 2. de privil.* Ricc. *p. 2. res. 70.* dummodo non sint Parœci, quia post Concilium non datur talis licentia pro studio, Rota *decis. 29.* Farin. Ricc. *collect. 583.* Secundò, absentibus pro Ecclesiæ utilitate non denegantur quotidianæ distributiones, Rota *div. p. 1. dec. 467.* Seraph. *dec. 1131.* Ludovis. *dec. 154.* Tertiò, absentibus pro servitio suorum Episcoporum *c. de cætero, de cler. non resid.* Garsia *p. 3. c. 2. §. 1. n. 359.* Barb. in Trid. *sess. 24. c. 12. de ref. c. 345.* Quartò, detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam, Ricc. *decis. 65. n. 8. p. 4.* & injustè excommunicato, interdicto, sive suspenso, vel in exilium misso, Garsia *p. 7. c. 13. nu. 118.* Absenti causa litis non debentur distributiones, nisi quando lis esset inter ipsum, & Capitulum, decisum refert Seraph. *ubi suprà, numer. 7.* de Marinis *d. c. 40. n. 13.* Filliuc. *de benefic. c. 6. à numer. 25.*

20 Probata ergo conclusione Rev. D. Decano injustè denegari per Episcopum Lucerinum fructus sui Decanatus stante sua infirmitate. Superest ut videamus an sufficienter probata sit infirmitas: & sanè sufficientissimè probata censetur, tum ex aspectu corporis juxta sententiam Bart. *in l. 1. n. 50. de mendicantib. validis, l. 11. & in l. quæsitum, in fi. ff. de re judic.* putà quia facies sit extenuata, & visus, Mascard. *concl. 897.* Actius *de infirmitate, c. 37. n. 29. p. 1.* at ex depositione Illustr. Nuntii habetur ex facie infirmum esse, ut ex actis; ergo, &c. Secundò probatur infirmitas, medicorum judicio, Bart. *in d. l. quæsitum, n. 6. l. semel, C. de re milit. l. 12.* Mascard. & Actius *ubi sup.* & duo Medici deponere debent secundùm Julium Clar. *in §. homicidium*, quamvis subdat de consuetudine aliter servari, ut in praxi semper servatur unius fide Medici infirmitatem probari, teste Novario *qu. 9. numer. 3.* Tertiò probatur ex aliis modis judicis arbitrio remissis, Sforzaodd. *par. 1. de restit. qu. 11. art. 66.* Actius *de infirmitate, cap. 37. per totum,* Mascard. *de probat. conclus. 897.* & gravatus morbo sui natura perpetuo, & insanabili, censetur in eodem perseverare, Actius *de infirmitate, part. prima capit. 40.* Menochius *lib. 6. præsumpt. 44.*

In casu ergo nostro probata sufficientissimè infirmitas Decani, & ex aspectu apparet: nulla ergo ratione possunt denegari fructus, summa cum injustitia retinentur: cogendum fore Illustriss. Episcopum detineat rem alienam, sed eidem exponenti restituat, ut sperat, non obstante privilegio Regis Caroli, & consuetudine Capituli Lucerini, in quo cavetur, ut non residentes nihil percipiant, quia talis consuetudo, & privilegium non habet locum quando cum causa non residet, ut in puncto dixit Rota Romana de anno 1590. in Lucerina fructuum *dec. 910.* apud Seraph. omninò videnda.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CLXXXII.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Judex, qui declaravit, & decretavit se nolle procedere ob talem causam, procedere non poterit.*
3 *Judex interdum tenetur se recusatum dicere ob suspicionem, parte etiam non recusante.*
4 *Mos eligendi arbitros in recusatione judicis non est in praxi.*
5 *Suspicionis allegatio, juncta appellatione facit actum nullum ipso jure.*
6 *Sententia lata inter Regulares, poterit ab Illustriss. Nuntio suspendi, vel præcipi judici ut revocet contrario Imperio.*
7 *Illustrissimus Nuntius est Ordinarius in toto Regno.*
8 *Est conservator privilegiorum Regularium.*
9 *Excommunicatio, de qua in præsenti non valet.*
10 *Contumax, ut puniatur plura requiruntur, quæ in præsenti non concurrunt.*
11 *Contumax comparendo, antè sententiam resolvuntur omnia acta.*
12 *Contumax, quomodo puniatur in Religione Cappuccinorum.*
13 *Sententia censuræ lata, post appellationem est nulla.*
14 *Excommunicari injustè timens, cautela est, ut appellet etiam extrajudicialiter.*
15 *Appellatio judicialis, in quo differt ab extrajudiciali.*
16 *Appellatio, ut suspendat jurisdictionem judicis à quo, quæ requisita requirat?*
17 *Appellatio jam notificata, & nota judici à quo, nocet judici, sed non parti, nisi sit inhibita, tunc enim nocet judici, & parti.*
18 *Appellatio à sententia excommunicationis valet sine scriptis, quia est interlocutoria.*
19 *Visitator in præsenti, non potest privare voce, ergo nec excommunicare.*
20 *Regulares fugitivi à quo cognoscantur.*

ARGUMENTUM.

Judex, an, & quando parte non opponente possit se suspectum dicere. Facultas eligendi Arbitros pro suspicione non est in usu. Regularium Illustrissimus Dominus Nuntius est Ordinarius in toto Regno Neapolitano, qui etiam est eorumdem privilegiorum conservator. Regulares contumaces qualiter apud eosdem puniatur. Excommunicationem timens injustam, cautela est ut appellet, ut plura de appellatione inter regulares, tamdem disputatur. Fugitivi Regulares à quo cognoscantur.

REGU-

REGULARIUM
Visitationis,
PRO
P. N.
FACTUM.

1 Reverendissime Pater Visitator Religionis N. citari fecit Fratrem N. suæ Religionis, ad se præsentandum coram se intra tres dies sub gravibus pœnis, quiquidem Frater N. cum Obedientia Neapoli reperiebatur, & Visitator erat Salerni: & quia Visitator injustè fecit dictam citationem, propterea Frater N. appellavit ad Sacram Congregationem, & appellatio fuit facta coram Domino Illustrissimo Nuntio, qui acceptavit sic, & in quantum, & prout de jure, & hujus appellationis notitiam habuit Pater Visitator, qui non obstante dicta appellatione processit ad sententiandum tanquam contra contumacem, & fugitivum. Quæritur de pluribus.

2 Primò, an P. Visitator, qui à se abdicavit facultatem cognoscendi contra talem Patrem, dum allegatus fuit suspectus, potuerit nunc hanc proferre censuram, cum eas reservaverit ad capitulum proximum generale, ut ex suo decreto apparet.

In quo quidem articulo dico, quod judex delegatus, de quo in præsenti, ad Universitatem causarum abdicavit à se jurisdictionem procedendi contra hos Patres, & remisit negotium ad Capitulum generale, quam abdicationem fieri potuisse, patet ex eo, quod licet judex non possit seipsum suspectum dicere, cùm judicis officium sit necessarium, non voluntarium. Mastrill. *decis.* 151. *numer.* 20. *part.*2. tamen si recusatus fuerit à parte, & ipse spontè abdicet à se jurisdictionem, non poterit amplius judicare; quia tota difficultas est inter DD. quando parte non recusante spontè se suspectum declaraverit, hoc enim casu non valet allegata suspicio, ut benè Fontanell. *decis.*1. *tom.* 1.

3 Addo quod interdum judex tenetur se abstinere à judicando, etiamsi à parte non opponatur: & hoc posse fieri etiam non citatis partibus, ut benè practicatum refert Maynard. *decis.*88. *numer.* 3. *lib.*1. unde quando sunt causæ expressæ dispositæ à jure, sufficiens esset suspicio, & posset judex recusare se à tali munere judicandi; quod cùm non fecerit, & hoc promisisset; ex hoc eodem capite est suspectus; ut benè Bertazzolus *consil.*550. Rovitus *in pragmat.*1. *de suspicionibus officialium*, Mastrill. *d. dec.*151. Fontanell. *dec.* 1. *&* 2.

4 Neque hodie est in usu electio arbitrorum in suspicione proponenda, ut ex Bajardo, & aliis docet Pater Philipp. de Bictis à Camerino *in praxi Regularium quæst. 6. numer.* 2. *colum.*1. *versic. nec est in usu*; sed sufficeret juramentum. DD. apud Farinaccium *in pragmat. litter. I*, *numer.* 719. *&* 720. Ergo non potuit judicare Reverendus Pater Visitator, seu Provincialis, utpotè suspectus, & suspectissimus.

5 Secundò, Pater N. appellavit infra legitima tempora à futuro, & prævisο gravamine sibi inferendo ad Illustrissimum Nuntium Neapolitanum: qua appellatione posita, juncta recusatione antecedenti processus est nullus, ut latè Cardin. Tusch. *tom.*6. *litter. I*, *conclus.*421. qui *numer.*1. ampliat etiamsi super dicta suspicione non esset prius pronunciatum, *c. judex*, *de offic. deleg. in.*6. latè Anton. Gabriel *in tit. de judiciis*, *concl.* 5. Ergo posita suspicione, licet non probata, & posita appellatione processus Patris Visitatoris nullus est, & consequenter Illustr. D. Nuntius poterit declarare nullum, quod fecit; ut esse nullum probat in puncto P. Camerinus *q.*6. *n.*14. post Farin. & Card. Tusch. *ubi sup.*

6 Tertiò quæritur, an posita nullitate talis sententiæ, possit eam suspendere Illustrissim. Nuntius tamquam nulliter latam, posito quod processerit in contumaciam.

Respond. posse, quia Illustrissim. D. Nuntius in hoc Regno habet ordinariam jurisdictionem, quam habet Episcopus in sua Diœcesi, & hoc tum respectu sæcularium sibi subditorum, tum respectu Regularium, ut eorumdem privilegiorum conservator; & ideò exercet omnia illa, quæ per Ordinarias exercentur, ratione ordinariæ testatis, ut ex Abbate *in capit. quod translationem*, *de officio delegati*; & aliis, quos sequitur Fragosius *de Regimine Reipublicæ*, *part. prima*, *lib.*5. *disputat.*13. *numer.* 67. Et 7
est Illustrissimus Nuntius supra omnes ordinarios, tamquam Summi Pontificis vices gerens, *cap.* 2. *de offic. delegati*, *in* 6. latè Diana *part.*6. *tractat.*20. *resol.*2. qui infinitos propèmodum refert pro hac sententia. Etenim Illustr. Dominus Nuntius est verè legatus apud Proregem, repræsentantem personam Regiam, quæ residebat prius in hoc Regno, & sic habet facultatem Nuntii Regis, ut dicunt DD. agentes de Nuntiis; ut Aurelius August. & alii apud Barb. *de jure Eccl. c.*39. §.4. *n.*95. *cum seqq.* Gasp. Thesaur. 3. *for. q.*78. *numer.*20. Steph. Baunius *de censur. disp.* 2. *quæst.*1.

Est etiam Illustrissimus Nuntius conservator privilegiorum Regularium, quos defendere tenetur non solùm ab 8
aliis oppressos, sed multò magis à se ipsis, quamvis causæ sint graves, & plenariam requirant cognitionem; tales enim conservatoriæ nullatenus sunt sublatæ per decretum Tridentini *session.*24. *de reformatione*, *capit.*20. & ait Rota in Oscen. jurisdictionis 12. Decembris 1614. & Sacra Congregatio Concilii, in una Mediolanensi de quibus Franciscus de Leone *in Thesauro fori Ecclesiastici*, *part. quinta*, *capit.* 39. *numer.*58. Flavius Cherubinus *in compendio Bullarii in scholiis 2. ad constitutiones* 34. *Pauli Quinti*.

Ergo ut ordinarius, ut conservator, ut legatus Pontificis poterit Illustrissimus Dominus Nuntius declarare nullam talem sententiam, latam in contumaciam, vel rescribere eidem visitatori, ut eam suo contrario imperio nullam declaret, ut est revera; tantò magis, quia ita habet in commissis à Sacra Congregatione, ne procedat ad privationem, & sententiando per indirectum id facit, quod est prohibitum sibi à Sacra Congregatione Regularium.

Quartò quæritur, an potuerit visitator excommunicare Fratr. N. qui Neapolim venit, cùm licentia Superioris sui, & moratur Neapoli cùm licentia Illustrissimi Nuntii, & posita supplicatione ad Sacram Congregationem Regularium potest in hac Civitate stare in Conventu. 9

Respondeo non potuisse excommunicare, quia ad infligendam censuram requiritur peccatum mortale externum, consummatum, cum contumacia; sed in præsenti non fuit contumacia, quæ non cadit quando quis recedit à Conventu, cùm obedientia Superioris, *leg. contumacia*, §. *contumaces*, *ff. de re judic. l. non videtur*, *ff. de judiciis*, Oldradus *consil.*301. Card. Tusch. *litter. C*, *conclus.* 117. 10
& seqq. & nunquam potest in contumaciam puniri, nisi ultra terminum contumaciæ, iterum citetur ad dicendum causam; quare propter incursam contumaciam non debeat mulctari? Bart. & alii *in l.*1. *ff. si quis jus dicenti non obtemperavit*, & ulterius requiritur citatio peremptoria ad sententiam, sine qua condemnatio nulla esset, *leg. ad peremptorium*, ubi Doctores *ff. de judiciis*, latè de Bictis *qu.*131. *numer.* 9. sed in præsenti nihil tale fuit adhibitum; ergo sententia est nulla, quia sententia excommunicationis est nulla ex multiplici capite. Primò, quando Judex, qui fert sententiam censuræ est ipse censura ligatus. Secundò, quando ipse Judex non erat censura ligatus, sed ille, à quo habet ipse jurisdictionem, est censura ligatus. Tertiò, quando fuit ante sententiam per partem appellatum, vel Judex recusatus tanquam suspectus, sunt alii modi quibus est nulla excommunicatio, de quibus Filliucius *de censuris*, *tract.*11. *numer.*4. Alphonsus de Leone *de cens. Recoll.*2. *numer.*74.

Unde mirari non possum de celeritate, qua processit Visitator contra Patrem N. quia etiamsi fuisset 11
contumax, tamen potuisset comparere ante sententiam & omnia acta facta evanescerent, & resolvuntur in vim simplicis citationis, & Reus esset audiendus, ut late Farinacius *quæstion.* 11. *numer.* 102. Julius Clarus *in* §. *final. quæstion.*44. Sed Pater Visitator nullo expectato tali termino sententiavit, ergo nulliter, ergo declarari debet nullum, quod fecit, ut pœnam patiatur suæ ignominiæ, qui non desinit infamare Patrem Religionis benemeritum, qui plura volumina typis impressit, & qui exercuit Provincialatus officium pluries, &c. & cùm maximo honore pluries concionatus in diversis Italiæ Ecclesiis.

12 Nec omitto dicere, quòd ex modo procedendi hujus Religionis *c.1. in tit. de pœnis pro gravioribus* de quo P. de Bictis *q.131. numer.18.* contra contumaces imponitur pœna, ut duobus mensibus *Capparone mulctentur*, cui verò talis pœna rationabili causa convenire non videbitur, privetur per annum voce activa, & passiva; ergo P. Visitator vel habebat hunc Patrem pro contumace, & transgressus est pœnam statutam à modo procedendi inter eos, quia si persona non erat mulctanda tali pœna Capparone; ergo erat privanda voce activa, & passiva per annum ob contumaciam; ergo non benè id fecit P. Visitator. Primò, quia non poterat privare, nec ipse privavit, directè, sed indirectè, neque potuit minuere pœnas, vel alterare, quia hoc non est Superiorum mediatorum; ergo tamquam procedens contra formam propriam procedendi, est nulla censura, & poterit ipse puniri, servata forma Text. *in cap. eos, de sent. excom.*

13 Ulterius sententia censuræ lata post appellationem est nulla, & invalida propter ipsam appellationem, *cap. 1. de app.* Sayrus *l.1. c.16. n.14.* quia suspensa est jurisdictio per appellationem, & sic Judex absque jurisdictione profert sententiam Sanch. *l.3. Opuscul. dub.32. n.217.* Amaja *lib. 2. observ. c.25.* Rota *dec.* 120. apud Ricc. *lib.4. de jure person. c.64. numer.37.*

14 Et ideò dicunt Practici, quod si quis timet se injustè excommunicari à Superiore debet habere promptum remedium appellandi etiam extrajudicialiter, *c. cum sit Romana & c. dilecti, il 2. de app.* Marcell. Vulpe *in sua praxi, p.1.*

15 *c.1.* Sanch. *ubi supr. n.226.* & in hoc differt appellatio judicialis ab extrajudiciali; quia extrajudicialis succurrit adversus futura gravamina: judicialis verò adversus præterita Borellus *in summa Decisionum, p.3. titul.33. numer.380. & sequenti.*

16 Neque dicas, quod appellatio in tantum suspendit jurisdictionem judicis, à quo in quantum habet aliqua requisita, scilicet Primò, ut appelletur infrà tempus. Secundò, ut fiat à persona legitima. Tertiò, ut fiat ad legitimum Judicem. Quartò, quod appellatio innotescat Judici à quo præsertim per inhibitionem. Quintò, quòd fiat inscriptis, & exprimatur causa rationabilis, de quibus latè Sanch. *l.3. Opuscul. c.32. in princ.*

17 Resp. enim, quod admissio appellationis, jam certificata, & nota judici à quo, nocet judici, licet non noceat parti; Gabr. *cons.37. n.5. vol.1.* Marius Anton. *l.2. var. res. 12. n.4.* Inhibitio enim operatur solùm, ut appellatio etiam invalida, sive nulla timeri debeat, tum à judice, tum à parte, ut post Lancell. & alios dicit Mar. Antonin. *ubi sup.*

18 & appellatio à sententia excommunicationis, etiam facta sine scriptis valet, quia est Interlocutoria; Achil. de Grass. *dec.2. de app.* concurrentibus tamen aliis requisitis, de quibus *sup.* de Leone *fol.94. n.155.*

19 Nec prætereundum est P. Visitatorem ex rescripto Sacr. Congregationis Episcoporum, & Regularium, non potuisse ferre sententiam censuræ excommunicationis, inconsulta S. Congregatione, quia excommunicando privaret voce activa, & passiva, ut *in c. Constitutus, de Clerico excommunicato ministrante*, DD. communiter apud Sigismundum de Bononia *dub.66.* Vasquez *de excommunic. dub. 6.* Rota *dec.363. in antiquis*, tum si sit excommunicatio juris, tum hominis. Alterius *de censuris, tom.1. lib.2. disput.6. c.3.* Suar. *de legib. l.5. c.9. numer.7.* Samuelius *de Canonica elect. tr.2. contr.2. concl.5. in fine*, ergo, quod à S. Congreg. esset denegandum per viam directam, concederetur per indirectum, contra *l. quod favore, C. de legibus*, ubi communiter DD.

20 Tandem pro Coronide dico P. Visitatorem fecisse sententiam contra hunc Patrem N. in contumaciam, quia est hic Neapoli extra suum locum, & prætendit esse fugitivum; ergo contumacia, quam prætendit committitur Neapoli extra locum sui territorii, ergo pertinet ad Illustr. Nuntium illum cognoscere, ut ex Bullis Pontificum notat Novarius *in Sum. Bullar. tom.1. fol.33. & tom.2. fol.32.* & concordat Trident. *session.6. capit.3.* ergo ad Illustrissimum Nuntium pertinet cognitio; ergo sententia Visitatoris est nulla, &c.

DISCEPTATIO CLXXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species integra proponitur pro dubii resolutione.*
2 *D. Archiepiscopi Cosentini Illustr. Ianuarii Sanfelicii ordo asseritur.*
3 *Ecclesia publica qualis dicatur, & quando.*
4 *Oratorium privatum quando dicatur, & quale.*
5 *Locus, & Ecclesia publica, an dicatur, si unam habeat portam, & quando.*
6 *Ecclesia in Castris ædificata publica est, non privata.*
7 *Oratorium publicum, & Ecclesia idem sunt, & quando.*
8 *Missa, qualiter possit celebrari in Ecclesia existente in Castro.*
9 *Episcopus, an possit dare licentiam celebrandi in Cappella intus Carceres.*
10 *Cappellæ plures sunt publicæ Neapoli, & in suo districtu.*
11 *Cappella etiam cum beneficiis sunt publicæ, in Ruribus Neapoli.*
12 *Oratorium quare dicatur tale, & quando.*
13 *Oratorium quotuplex sit, & qualiter differat publicum à privato.*
14 *Ecclesia quotuplex sit, & in quo differat consecrata, & non consecrata.*
15 *Ecclesiarum reconciliatio quando, & quibus committi possit.*
16 *Ecclesiæ consecratio quas cæremonias requirat.*
17 *Oratoria privata in domibus privatorum qualiter sint habenda.*
18 *Celebratio in Oratoriis privatis qualiter prohibeatur.*
19 *Missam audiens in Oratoriis privatis, in diebus vetitis, non satisfacit præcepto.*
20 *Missa celebrari potest in Oratorio privato cum licentia Sedis Apostolicæ.*
21 *Missam audientes illi de familia in Oratorio privato satisfaciunt præcepto, etiam Domino absente, cui concessum est privilegium.*
22 *Missam audientes in Oratorio privato, qui non sunt de familia, præcepto an satisfaciant.*
23 *Missam audiens in Oratoriis Episcoporum, vel Regularium quando satisfaciat.*
24 *Missam audientes duæ familiæ habitantes in eodem Palatio in uno Oratorio, an satisfaciant præcepto.*
25 *Privilegio Oratorii privati, an possit uti quis extra civitatem.*
26 *Regulares quid possint in Oratoriis privatis.*
27 *Episcopus, an teneatur exequi breve concessum pro Oratorio privato, & quando.*
28 *Oratoria privata conceduntur sine præjudicio Parœcorum.*
29 *Licentia expressa, an tacita sufficiat pro celebratione, in Oratoriis privatis.*
30 *Privilegium audiendi Missam in Oratorio privato, an transeat ad hæredes.*
31 *Oratorium privatum habens, si sit infirmus, an teneatur ibi audire Missam.*
32 *Carnis peccatum committens in Oratorio privato, an committat sacrilegium.*
33 *Oratorium habens privatum in Civitate, an possit uti in Villa eodem privilegio.*
34 *Episcopus habens in Civitate Palatium, & Oratorium, poterit etiam habere in Rure.*
35 *Ecclesia Regularium consecrare solus Episcopus potest.*
36 *Consecratio Ecclesiarum spectat ad Episcopum Diœcesanum.*
37 *Trid. an revocaverit privilegia Sum. Pontificum circa Oratoria privata.*
38 *Regulares, an possint habere Oratoria privata in suis Monasteriis.*
39 *Sæculares possunt audire Missam, in Oratoriis privatis Regularium.*

40 Ora-

40 *Oratoria privata Regularium, an gaudeant immunitate.*
41 *Granciæ Regularium, & Cappellæ ibi positæ, an sint immunia loca.*
42 *Regulares infirmi possunt sibi facere dicere Missam in propriis Cellis, & quid si habitent extra claustra.*
43 *Episcopi habent Oratorium privatum.*
44 *Episcopus, an possit habere plura Oratoria privata.*
45 *Cardinales, an possint erigere plura Oratoria privata in suis Palatiis.*
46 *Episcopus in suo Palatio Rurali, an habere possit Capellam pro Missa.*
47 *Oratorium erectum sine auctoritate Episcopi, an sit capax celebrationis.*
48 *Episcopus, an extra Diœcesim habeat Cappellam pro Missa.*
49 *Romæ Episcopi non habent Cappellas pro Missis celebrandis.*
50 *Palatium Episcopi, eo mortuo gaudet immunitate, sed mortuo Episcopo non gaudet ejus familia privilegio audiendi Missam in Cappella Palatii.*
51 *Episcopo absente, an familia possit audire Missam in Palatio Episcopali.*
52 *Familiæ Cardinalium Romæ ex consuetudine audiant Missas in Cappellis Cardinalitiis existentibus in palatiis, illis absentibus.*
53 *Episcopus titularis domi Cappellam habere potest, pro celebranda Missa.*
54 *Abbates, & alii habentes jura Episcopalia, non possunt habere Oratoria pro Missis.*
55 *Missarum celebratio, an in flumine, vel in mari permittatur, & à quo.*
56 *Regulares infirmi in domibus sæcularium, an gaudeant, ut si essent in claustro.*
57 *Sæculares ægroti in Claustris, an gaudeant privilegiis Regularium.*
58 *Regularibus communicantes gaudent eorum privilegiis.*
59 *Episcopus non obstante Concilio potest hodie permittere celebrationem Missarum in privatis Oratoriis, qui casus sunt*, num. 60. 61. 62. 63. 64. 65. & 66.
67 *Privilegium celebrandi in Oratorio privato, an extendatur ad plures Missas.*
68 *Numerus singularis, quando importet pluralem, & e contra.*
69 *Textus* in c. si quis etiam de consecratione, dist. 1. *resolvitur.*
70 *Privilegium concessum Sacerdotibus differt ab illo concesso privatis personis.*
71 *Oratoria privata, & ibi Missæ celebratio, cum quibus conditionibus per Sedem Apostolicam concedatur.*

ARGUMENTUM.

Oratoria privata, an sint, sive potiùs publicæ Ecclesiæ, illa, quæ sunt in Castris, Carceribus, & Ruri, ubi non alia adest janua, nisi illa Ruris, Castri, vel Carceris, & à quibus concedantur hodie dicta Oratoria, & in quibus differant illa, quæ conceduntur per Brevia particularia ab illis, quæ conceduntur ex privilegio inserto in corpore juris, ut Episcopis, Regularibus, & Eminentissimis Cardinalibus, & an familia possit ibi Missam audire absente capite familiæ, vel Episcopo, aut Cardinale absente, & an possint duo Oratoria haberi per Episcopum, unum in Civitate, aliud Rure, & quid extra Diœcesim, & quid in Episcopo Titulari, & Regulares, an possint in suis Cellis facere celebrari tempore infirmitatis, & quod si sint infirmi extra Claustra; & quid si sæculares sint infirmi in Claustris, & alia adducuntur plenissimè ad materiam.

JURIS RESPONSUM

PRO

Illustrissim. Marchione Fuscaldi,

CUM

Illustrissim. Archiepiscopo Cosentino;

Ubi de Oratorio privato latè disputatur.

Supponitur in facto, quòd Castrum Civitatis Paulæ ita positum est, ut per 30. milliaria maritimi loci Calabriæ, maris Mediterranei non adest Castrum, quod maximoperè revolutionum tempore apparuit, Regni Neapolitani in anno 1647. quo tempore, cum per menses tres fuisset Castrum in obsidione, immune, & salvum permansit à Populi furore, & olim, & hodie ordine S. E. & Collateralis Consilii, ibi adest classis militum, pro custodia ejusdem Castri, seu Palatii, ut ex decreto, & Regali Beneplacito apparet.

Quod videns Illustris Dominus Marchio Fuscaldi utilis Dominus Castri prædicti, & Civitatis Paulæ, & considerans succurrere multitudini tam militum, quàm cæterorum suorum familiarium, ut in diebus festivis valerent, & possent audire missam, ex quo non potuisset unica sola concedi solita à S. Pontifice in concessione Oratoriorũ privatorum, supplicari fecitque Illustr. D. D. Josephum Mariam Sanfelic. ut Archiepisc. Cosentinus dignaretur deputare locum congruum in eodem Castro, in quo potuisset idem Marchio construi facere locum, seu publicum Oratorium, seu Ecclesiam, ubi celebrarentur liberè plures Missæ, etiam quolibet die festivo, salvis juribus Parœciæ, &c.

Quæ quidem petitio Illustrissimo quondam Domino summoperè placuit, & accedens personaliter ad Castrum Paulæ, locum designavit, ubi debuisset novus locus ædificare, scilicet Cappella, & nova Ecclesia, seu publicum Oratorium, & licèt difficultatem moveret, quod ut esset locus publicus, requirerent janua, & aditus per viam publicam, tamen videns agi de Ecclesia erigenda in Castro, poterat permitti, ut non haberet alium aditum, nisi illum ejusdem Castri, pro securitate ipsius, jam quod verum est, posse Ordinarium concedere Ecclesiam publicam in Cortili, & Palatio rurali, dummodo sit collocata extra domos sæcularium, & Dominorum Villarum, ex adductis à Diana *part. quarta, tractat.* 50. *resolut.* 35. quæ licentia cum detur ab Episcopis, supponit Oratoria non esse privata, sed publica; ergo poterit Ordinarius concedere licentiam celebrandi in Ecclesia constructa in Castro, & quod per januam Castri, & non aliam pateat aditus ad Cappellam, dummodo Cappella prædicta sit extra subjectionem domorum sæcularium, militum, & familiæ: unde dictus Illustrissimus Dominus concessit licentiam ibi celebrandi, post locum designatum, & jussit fieri ædificium, in dicta Cappella fuit erecta ex consensu Ordinarii, in loco ab eodem Ordinario designato, quia verò hoc medio tempore, quo ædificabatur Oratorium, mortuus fuit Dominus Archiepiscopus, Illustr. Marchio instituit apud Vicarium Capitularem, ut in eadem Ecclesia, quæ ædificabatur, erigeretur simplex beneficium de jure patronatus ejusdem Marchionis, suorum hæredum, & successorum, quod fuit ordinatum; atque dispositum, annuorum redditum scutorum quinquaginta.

Neque de his, & similibus D. Marchio contentus, ut dictum Oratorium esset publicum, ea jam perfecta, in modum publicæ Ecclesiæ cum Campana, Sacrista, domo pro Sacrista, & cum omnibus supellectilibus spectantibus, & pertinentibus ad celebrationem Missarum, instari fecit apud Vicarium Generalem Illustrissimi Domini Hodierni Episcopi Dom. Januarii Sanfelicii, ut benedici faceret dictam Ecclesiam, in forma præcepta in Rituali Romano, & idem Vicarius Generalis commisit Parœco D. Josepho Niceli, ut nomine Curiæ dictam Ecclesiam benediceret, & daret licentiam liberè, & licitè posset celebrari Missam, ut ex

ut ex decreto, & ordine Commissionis sub die ..... & fide d. Parœci expedita, *fol....*

Post cujus loci benedictionem, spatio quinque annorum continuorum, nemine contradicente, fuit ibi celebrata Missa, uti celebratur in publicis Ecclesiis, & ibi fiunt omnes functiones Ecclesiasticæ, ibi enim celebrantur divina Officia, & tempore Hebdomadæ Sanctæ, & nocte Nativitatis Domini, & ibi fit sepulchrum D. N. J. C. exceptis illis functionibus, quæ ad Parœcum spectant, ut latè Fagnanus *in capit. Ecclesiæ, de immunit. Eccles. à numer.*23. *cum seqq.*

2 Nunc verò non obstante tali facti serie, sub die 20. mensis Aprilis 1667. Paulam veniens D. Illustrissimus D. Archiepiscopus Januarius Sanfelicius jussit, ut diceretur Dom. Marchioni, quòd ipse est in opinione, dictam Ecclesiam non esse Oratorium publicum, & Ecclesiam publicam, sed Oratorium privatum, & quòd in ea non possit celebrari, nisi servata forma solitæ concessionis, de qua in Brevibus Sedis Apostolicæ, D. Titularis, ut possint habere Oratoria privata in suis Palatiis: Idque prætendit fundare Archiepiscopus, quia de ratione publici loci est, ut adsit aditus in via publica, ergo cum non habeat Januam distinctam ab illa Castri, non poterat D. Archiepiscopus Prædecessor, nec Vicarius Capitularis, nec Generalis concedere talem licentiam, & Oratorium publicum declarare, unde certiorem dicebat Marchionem reddere suo zelo Pastorali, ut in diebus festivis primæ Classis, ibi Missam non audirent nec D.Marchio, nec ejus familia, nec milites, alias præcepto audiendi missam in talibus diebus non satisfecissent.

3 Quod sanè Archiepiscopi motivum, quod scilicet, neque ejus Patruus olim Archiepiscopus, nec ejus Capitularis, aut Generalis Vicarius, potuissent facere acta prædicta ostensiva publicæ Ecclesiæ, ex eo quòd dicta Ecclesia Januam non habet distinctam ab illa Castri, viæ publicæ correspondentem locum non habet, quia si potest Ordinarius concedere Ecclesiam publicam intus Ruralia Palatia, & domos, dummodo habitationes sint ab Ecclesia separatas, licèt aliam non habeant Januam, nisi illam ejusdem Cortilis poterit etiam idem Ordinarius argumento sumpto de minori ad majus concedere publicam Ecclesiam in Castro, ut est Paulæ Castrum, in quo sita est talis Ecclesia extra Cortile habitationum, & domorum, & ante Cortile earumdem reperitur Ecclesia immediatè post Scalam Castri, quod verò non per aliam Januam ingressus habeatur, nisi per illam Castri non officit, quia si per aliam ingrederetur Januam, non esset Ecclesia in Castro, etenim Castrum ad securitatem conservandam, non debet habere, nisi unam Januam, quod servatur in omnibus Castris, ut in Castro Coriolani in Castrum Avenæ, Ajetæ, & aliis pluribus, quæ faciunt exempla.

4 Neque ex alio procedit Archiepiscopi motivum, quòd dicta Ecclesia non sit publica, sed Oratorium privatum, quia de ratione Oratorii privati est, ut possit transferri licitè in quemlibet locum Palatii, ubi habitat, qui habet Breve habendi Oratorium prædictum, & ab uno domus loco ablato, ad alium transferri, at Ecclesia, de qua agitur in Castrum Paulæ, est in loco fixo, & determinato authoritate Ordinarii erecto, ita ut non possit Illustris Marchio illam transferre ad sui libitum in alium locum, & eo uti in usum profanum, ergo dici debet Oratorium publicum, & Ecclesia, & non privatum, & hoc est, quod
5 voluit Pasqualigus *decis.*173. ibi sufficit esse dicatum Cultui divino, &c. & ibi, quia de ratione loci publici ingressus in locum, ad quem acceditur, non est, sed sufficit præventio ad ipsum, & moralis præsentia, ergo posse ingredi in Ecclesiam per hanc Januam, vel per illam non est de ratione constitutiva loci publici, unde Farinacius *de immunitat. Eccles. cap.*18.*numer.*290. ibi Ecclesiæ immunitas non se extendit intra triginta, vel quadraginta passus in Ecclesiis, quæ sunt intra ambitum Castellorum, & hoc propter angustiam loci, Textus est *in c. quisquis* 17. *quæst.*
6 4. dum ibi dicit, Cappellæ, quæ sunt intra ambitum murorum Castellorum non ponuntur in his triginta passuum observatione, & post alios Barbosa, *ubi supra.*

7 Unde hoc est, quod dixit P. Diana *part.9. tract. primo, resolut.*21. quòd illa Oratoria, quæ sunt penitus divisa, & segregata à domibus Privatorum Civium, & ad quæ non patet aditus, seu ingressus per easdem domos, seu potiùs viam publicam, & communem, quando concurrunt cætera requisita, ut est ornamentum decens, &c. non comprehenduntur dicta Oratoria sub Concil. Tridentin. *session.22. de observandis, & evitandis in celebratione Missarum*, sed arbitrio Ordinarii possunt declarari sufficientia, & habilia, sine speciali licentia sanctę Sedis Apostolicæ, & sic consuluerunt gravissimi Doctores, ut ait Antonius Naldus *in verbo Missa, numer.*31. Homobonus de Bonis *in suo tractatu, de modo addiscendi Theologiam moralem, sect. secunda, quæst.*12. P. Alphonsus de Leone *de Censuris recollect.6. numer.*853. P. Lezzana *in Summa, tom. quarto, in verbo Oratoria, numer.*3. Quintana Duennas *tom. primo, tractat.7. singulari* 333. *numer.9.* unde P.
Diana *dicta resolutione* 21. post Pasqualigum *dicta dec.*133. 8
addit, quòd in prædicto Oratorio possunt Missæ celebrari, januis clausis, itaut non ingrediantur, nisi soli D. Castri, & illi, quos ipse Dominus voluerit, quia Trid. non præcipit, quod publicè celebretur, sed quod in Ecclesia, seu Oratorio publico.

Et ideò cum petiisset à S. Congregatione Archiepiscopus 9
Calaritanus, an posset dare licentiam celebrandi in Cappella intus carceres existente, vel requireretur licentia Sedis Apostolicæ, tamquam in Oratorio privato, Sacra Congregatio respondit, non requiri licentiam Sedis Apostolicæ, sed posse haberi licentiam ab Archiepiscopo, de quo ibi, ut refert Diana *part.9. tractat.*1. *resolut.*35. ergo si Cappella posita in carceribus pro carceratis deserviens, ad quam non patet aditus, & accessus, nisi per januam carceris, vel Castri, ut in carceribus M. C. V. dicitur locus publicus, Oratorium publicum, & non privatum, quomodo poterit dubitari, quòd Cappella, & Ecclesia fundata cum authoritate Archiepiscopi Cosentini, intus Castrum Paulæ, & Palatium Marchionis Fuscaldi sit in loco privato, & non publico, ubi apparet erectionem fuisse factam cum authoritate Archiepiscopi, & benedictionem datam ab eodem, & suo delegato, fundatum videmus ibi beneficium, nec posse transferri de loco ad locum ad arbitrium Marchionis Fuscaldi, quæ omnia constituunt propriè locum publicum, Lezzana *tom.2. in verbo Oratoria*, Pasqualigus, Diana, & alii, quos novissimè refert Carolus à Basilica Petri *in cap. Missarum, de consecration. dist.*1. ergo pareat mihi Illustrissimus Archiepiscopus Cosentinus, si prætendat talem Ecclesiam esse Oratorium privatum.

Et hoc vidi observatum millies in hac nostra Diœcesi 10
Neapolitana, ubi elapsis annis ante contagium, cum Vicarius Generalis Peccerillus visitaret districtum Pausilippi, vidi ibi plures Cappellas publicas, quarum aditus non erat, nisi per domos, & rura privata, & in specie in Cappella Abbatis Joannis Coppulæ propè Insulam Nisitæ, adest enim ibi dicta Cappella in domo dicti Abbatis, & est Ecclesia beneficiata cum beneficio scutor. centum annuorum, visitatur ab Ordinario pro tempore, tanquam Ecclesia publica, & ibi fideles adimplent præceptum audiendi Missam in diebus festivis, nec adest alia janua, nisi illa Ruris, vel domus.

Sic in domo, quæ olim fuit Castellani, nunc verò D. 11
Francisci Capitignani, adest Cappella beneficialis scutorum 50. annuorum, visitatur ab Ordinario, & fideles satisfaciunt ibi præcepto audiendi Missam in diebus festivis, & janua non est, nisi illa Ruris, vel domus, sic in domo Caroli Mazzellæ in capite Pausilippi adest Cappella publica S. Mariæ ad Fortunam beneficialis, in qua fideles adimplent præceptum, visitatur ab Ordinario, & tamen janua non est alia, nisi illa Ruris, & domus, sic Cappella intus Montem Pietatis, Montem Pauperum, &c. ad quas aditus non patet, nisi per viam domus est publica; possem adducere plura alia exempla in nostra Diœcesi, ubi ex communi consensu Doctorum, illa Ecclesia vocatur publica de jure, quæ est fundata authoritate Episcopi cum debitis requisitis, & cæremoniis, nec inquirimus utrùm
aditus sit per domum, vel alias, quia Oratorium propriè 12
est locus aptus ad orandum, ita Angelus *in summa, in verbo Oratorium*, Sylvester, Tabiena, & alii Summistæ &
in verbo Oratorium, estque duplex, unum publicum, & 13
aliud privatum, rursùs privatum, aliud quod pro domibus sæcularium constituitur: aliud quod pro Regularibus in eorum domibus collocatur: Publicum Oratorium est, ubi publicè celebrantur officia divina, & Missæ publicæ

cele-

celebrantur, Episcopi authoritate, non secus ac Ecclesia ipsa construenda, *c. quidam 17. quæst. 2. c. nemo de consecr. distinct. 1. Authent. ut nullus fabricet Oratoria*, Conc. Tridentin. *sess. 22. in decreto de observandis, & evitandis in celebratione Missarum*: similiter ad Dei tantummodo cultum dedicanda, *c. Oratorium, cap. in Oratorium, dist. 42.* Rodericus à Cuna *in d. c. Oratorium*, Barbos. *de jure Eccl. lib. 2. c. 8. numer. 7.* pariter ab eodem Episcopo benedicenda, seu dedicanda ex dictis à Lezzana *in verbo, Ecclesia, seu Templum*: Ecclesia verò materialis est locus publicus, Episcopi authoritate constitutus, & consecratus, ad quem fideles conveniunt ad percipienda fidei Sacramenta, Sylvester, Tabiena, Armilla, Cajetanus, & alii *in verbo,*
14 *Ecclesias*, quæ duplex est, una consecrata, alia non consecrata, sed solùm benedicta, quæ licèt conveniant in quibus, differunt tamen in consecratione, & benedictione, seu violatione, & reconciliatione; quàm Ecclesiam consecrare spectat jure communi solum ad Episcopum, *cap. nemo, de consecratione, distinct. 1.* imò ad Episcopum proprium, non ad alienum, *cap. tua fraternitas, de consecrat. Ecclesiæ*, neque hoc poterit delegare Episcopus, nisi alteri Episcopo, *cap. Aqua eodem titulo*, ubi expressè prohibetur id committi simplici Sacerdoti, non obstante Patriæ consuetudine, quia est actus proprius Ordinis Episcopalis, verùm ex Papæ commissione id competere potest,
15 etiam simplici Sacerdoti, Sylvester *in verbo, Consecratio, numer. 2.* Azorius *tomo 1. Moralium, lib. 10.* de conditionibus verò requisitis ad consecrationem Ecclesiæ, agitur *in cap. piæ mentis, de consecratione Ecclesiæ*, de quibus Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 2. q. 39. artic. 1. concl. 3.* Barb. *de potestate Episcopi, alleg. 27. à numer. 1.* &
16 S. Congregatio interdum declaravit, posse Ecclesiam consecrari, omissis aliquibus cæremoniis, de quibus *in dicto textu*, quæ forsitan propter situm non possunt observari, dummodo Episcopus, quantum licet, se conformet Rubricis, & Regulis cæremonialis, Barb. *in Collectaneis Bullar. in verb. Ecclesia.*

Probatur tamen conclusio nostra contra Illustrissimum Archiepiscopum, ex Textu Pastorali ex *cap. sicut antiquitus 17. quæst. 4.* per illa verba: statuimus ut major Ecclesia per circuitum 40. passus habeat, Cappella verò, vel minores Ecclesiæ per 30. quæ immunitas passuum datur etiam *in cap. diffinivit eadem causa, & quæstione*, de qua re Farinacius *de immunitate, cap. 18.* sed si sint Ecclesiæ Castellorum, non habent immunitatem passuum, & hoc propter angustiam loci, ut est Textus *in cap. quisquis 17. quæst. 4.* ubi dicitur Cappellæ, quæ sunt intra ambitum murorum Castellorum, non ponuntur in hac triginta passuum observatione, Glossa *in cap. sicut antiquitus, in verbo possunt 17. quæst. 4.* ubi Turrecremata, Hostiensis, & alii, quos sequitur Farinacius *dicto cap. 18. numer. 290.* & sic arguo Ecclesiæ intus ambitum Castellorum non gaudent immunitate passuum 40. vel 30. sed gaudent simpliciter immunitate; ergo sunt Ecclesiæ publicæ, consequentia patet, quia si essent Oratoria privata, non gauderent immunitate Ecclesiastica, ut certum est, si ergo Ecclesiæ Castellorum gaudent immunitate, exceptis tamen passibus propter rationem, de qua *suprà*, ergo evidenter apparet Illustrissimum Episcopum Cosentinum, non bene vocare hanc Ecclesiam Oratorium privatum, non Ecclesiam ad finem satisfaciendi præcepto audiendi Missam.

17 Ex quibus infertur primò, Oratoria in privatis domibus sæcularium haberi posse, *cap. unicuique, de consecrat. dist. 1.* Angelus, & Sylvester *in verbo, Oratorium*, nec in eis habentur Campanæ, *c. patentibus, de privilegiis*, nec in eis est celebranda Missa, *d. cap. unicuique*, & prius sufficiebat Episcopi licentia, *cap. Clerici, de consecratione, dist. 1.* & oppositum facientes possunt puniri ab Episcopis, etiam per censuras, Lezzana *in verbo Episcopus quoad Regulares, numer. 19.* nunc verò requiritur licentia Sedis Apostolicæ pro dicenda Missa, ut declaravit Sacra Congregatio, de qua Naldus *in verbo Missa, numer. 31.* Pasqualigus *dec. 165.* sed Oratoria publica non subjiciuntur Tridentin. & poterunt, ibi celebrari Missæ cum licentia
18 Episcopi tantum, Pasqualigus *dec. 173.* & jure antiquo non licebat celebrari in Oratoriis privatis certis diebus, sicut nunc in solemnioribus Festis celebrare non est licitum, putà in Natali Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annuntiatione, Assumptione B. M. V. Festo SS. Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, ut ait Sacra Congregatio apud Barb. *ubi suprà, numer. 6.* & quando dicitur in Brevi, ut non celebretur in die Paschatis, Pentecostes, &c. intelligitur pro prima die dictæ Festivitatis, quia strictè est intelligenda, Naldus *in verbo interdictum, numer. 6.* Diana *in verbo interdictum, quoad Regulares, numer. 27.* latè Gavantus *in Commentariis ad Rubricas Missalis, p. 1. tit.* 19
20. §. in iis autem, & si quis in diebus vetitis Missam celebret, qui audit illam non satisfacit præcepto, ut contra aliquos dicit Diana *ubi sup. res. 13.*

Infertur secundò, quòd in Oratorio privato authoritate 20
Sedis Apostolicæ habito cum debitis requisitis ab Ordinario loci recognitis, in domibus sæcularium existente, licèt in Brevi dicatur, (*in tua, familiæ tuæ, &c. præsentia celebrari facere,*) tamen poterit familia audire Missam, & præcepto satisfacere, etiam Domino non præsente, ut post Pellizzarium, & alios docet Diana *part. 9. tractat. 1. resol.* 21
2. contra Bardum, de quo ibi, quia dictio illa, (*in tua, ac familiæ tuæ,*) disjunctivè potiùs, quàm copulativè accipitur, ut in simili dicit Barbosa *de diction. dict. 110. num.* 28. & in puncto tenet Novarius *in Summa, to. 1. de Oratorio privato, numer.* 8. idem Diana *part. 5. tr. 16. res. 77.* & Castrus Palaus *tom. 4. tr. 25. disp. unica, punct. 6. numer.* 9. & licèt Pellizzarius *in Manuali Regularium, tom. 2. tractat. 8. cap. 2. sect. 2. numer. 151.* dicat posse aliquem, & 22
quemcumque etiam non familiarem domus satisfacere præcepto audiendo Missam, si illam audiat in Oratorio privato, tamen contrarium putant alii cum Diana *par. 9. tr. 1. res. 3.* quia Breve est pro Domino, & familia, non pro aliis, quòd limitatur in audientibus Missam in Oratoriis privatis Episcoporum, vel in Oratoriis Regularium, 23
quia in talibus privilegiis non adest illa limitatio, prout in privatis Oratoriis, dum licentias concedit, Diana *tr. 1. res. 3. vers. secus autem*, & quia in Brevibus pro Ora- 24
toriis privatis dicitur, (*in tua, ac familiæ tuæ,*) ideò si aliqui vivant in domibus, & appartamento, separatis, in eadem domo illius, qui habet indultum licèt expensis propriis possunt audire Missam *in dict. Oratorio secundum Pellizzarium, ubi sup. numer. 149.* licèt oppositum dicat Diana *part. 9. tr. 1. resol. 6.* quia ait Pellizzarius familiæ nomen extenditur in præsenti ad Fratrem, Cognatum, aliosque parentes, qui habitant in alio appartamento expensis etiam suis, & etiam poterunt hospites ibi videre Missam, & appellatione hospitum veniunt etiam illi, qui fuerint invitati ad prandium à Domino Domus, licèt ad hunc effectum vocati essent, ut ibi Missam audirent, ut bene Pellizzarius quidquid aliter sentiat Diana *dict. part. 8. tract. 1. res. 6. per totam*, & licet in Brevi dicatur Titio 25
Civitatis N. non tamen per hoc sequitur solum in illa Civitate posse privilegio prædicto uti, quia poterit etiam extra Civitatem uti, cum sit privilegium personale, ut contra Metollam dicit Quintana Dueñas *tom. 1. tract. 7. singul. 31.* Pellizzarius *tom. 2. tract. 8. cap. 20. sect. 2. num. 152.* Barb. *lib. 2. de jure Eccles. cap. 8. numer. 16.* Aversa *de Sacram. Eccles. quæst. 11. sect. 14. numer. 6.* & Regulares in 26
suis privatis Oratoriis, quæ vigore privilegiorum Pii V. obtinent, possunt Eucharistiam sæcularibus ministrare, ut post Pellizzarium, & alios, dicit Diana *part. 9. tract. 1. resol. 8.*

Infertur tertiò, quòd in eo casu, quo Oratorium sit 27
decenter ornatum, separatum à privatis Domibus, vigore indulti obtenti à Papa, si Episcopus noluerit dare licentiam, & illud approbare, putat Pater Bard. non posse eo uti illum, qui Breve habet, sed contrarium putant alii penes Dianam *ubi supra, resolut. 10.* vel poterit compelli facere Episcopum per suum superiorem, ut licentiam præstet, &c. Dum verò dicitur debere, bene Oratorium esse decenter ornatum, videas Novarium *de Oratorio privato, in Summa Bullarii, numer. 3.* qui declarat, quod intelligatur per illa verba, sequitur Dian. *dict. tract. 1. res.* 11. Constructo verò Oratorio cum licentia Episcopi in tali loco, si velit Dominus ad aliam domum transferre, non requiritur nova approbatio, ita Quintana Dueñas *casu 32.* Diana *tract. 1. res. 12.* dum vero in indultu Oratorii privati dicitur, (*sine tamen jurium Parœcialium præjudicio,*) 28
intelligitur quoad administrationem Sacramentorum, quæ Parœco competit, unde ibi nullum munus Parœciale poterit exerceri, sed poterit ibi dici Missa, sine licentia Parœci, ut post alios dicit Diana *ubi supra, tractat. 1. res.* 15. respectu verò Regularium, ut celebrent in Oratorio 29
pri-

privato ſæcularium, ſufficit licentia tacita, vel præſum-
pta Superioris, & Pellizzarius *ubi ſuprà*, *num.*146. dicit
ſufficere approbationem generalem celebrandi Miſſam,
non autem requiri ſpecialem approbationem celebrandi
Miſſam in Oratorio privato, quod ita practicatur. Ca-
vendum tamen puto à Pellizzario *ubi ſuprà*, *numer.* 153.
30 qui ait, facultatem audiendi Miſſam in Oratoriis privatis
tranſire etiam ad hæredes privilegiati, quia cum tale in-
dultum, ſive privilegium ſit perſonale, non tranſit ad hę-
redes, ut bene Diana *part.9. tract.1. reſ.*17. Quòd ſi quis
31 ſit infirmus, & in die feſtivo non teneretur Miſſam audi-
re ob infirmitatem prædictam, non per hoc, quod habe-
bat domi Oratorium privatum, tenetur ibi Miſſam audi-
re, quia caſus infirmitatis excuſat illum in totum ab au-
ditione Miſſæ; ergo licèt habeat Oratorium privatum, non
tenetur ad illud accedere, niſi quando Miſſam audire te-
netur; idem dico ſi eſſet carceratus, Diana *reſ.*20. Quòd
32 ſi quis luxurietur in Oratorio privato, non committit ſa-
crilegium, quia non eſt locus conſecratus, vel benedictus,
33 DD. *ubi ſuprà*, Qui verò habet privilegium habendi Ora-
torium in domo privata Civitatis, non poterit eo uti in
Villa, quia ibi requiritur aliud Breve, ſicuti refert Merol-
la *tom.3. diſp.6. c.8.dub.22. num.*128. de quadam Marchio-
niſſa Domina multorum Caſtrorum, quæ petierat à Papa,
ut poſſet facere coram ſe celebrare in Oratoriis privatis
ſuarum domorum exiſtentium in dictis Caſtris, noluit Pa-
pa per unum Breve id concedere, & fuit neceſſe tot Bre-
via expedire, quot erant Caſtra, ſeu Oratoria privata,
quod in Epiſcopo, ut *ſuprà*, diximus, ſecus eſt, qui prę-
34 ter Oratorium Palatii poteſt habere Oratorium in Rure,
quia Epiſcopus etiam extra Diœceſim poteſt habere Ora-
torium celebrando, vel audiendo ſacrum cum altari Por-
tatili *c. fi. de privilegio*, *in* 6.
35 Infertur quartò, ſolum Epiſcopum poſſe conſecrare Re-
gularium Eccleſias, quia nullum eſt conceſſum privilegium
Abbatibus, aut Prælatis Regularibus circa hoc Tamburi-
nus *de jure Abbatum*, *tom.1. diſput.*23. *quæſt.*27. *numer.*3.
& debet eſſe Epiſcopus Diœceſanus, vel alius de licentia
illius, Trident. *ſeſſ.6. de reformat. cap. ult.* Tamburinus *ubi
ſup. q.*8. qui addit non valere amplius privilegia conceſſa
Monachis vocandi alios Epiſcopos ad conſervationem fa-
36 ciendam ſuarum Eccleſiarum; Quòd ſi Diœceſanus Epi-
ſcopus noluerit conſecrare Regularium Eccleſias ab eiſ-
dem vocatus, tunc adſunt aliqua privilegia conceſſa qui-
buſdam Religionibus: nam Honorius IV. conceſſit mino-
ribus, ut ſi Diœceſanus vocatus fuerit ad ponendum pri-
mum lapidem Eccleſiæ, vel ad conſecrationem illius, &
requiſitus nolit, tunc exequeretur per quatuor menſes,
quibus elapſis poterunt dicti fratres per quoſcumque Epiſ-
copos conſecrari facere, ita refert Rubeus in compendio
privilegiorum mendicantium *in verbo*, *Altare*, *numer.*
1. ſic Julius II. in ſua Bulla, quæ incipit *dudum*, de qua
Perinus *in Conſtitutione prima*, ejuſdem Julii conceſſit
Fratribus Minimis, ut pro Eccleſia ædificanda, vel con-
ſecranda requirant Diœceſanum Epiſcopum, qui ſi negle-
xerit, poterit ab eis vocari quicunque Epiſcopus, ſed Leo
X. in Concilio Lateranenſi ſuſtulit talia privilegia, & diſ-
poſuit, quòd ſi Regulares requirant Epiſcopum Diœceſa-
num bis, aut ter cum debita reverentia, & ſi noluerit ve-
nire non impeditus, tunc poterunt vocare quemcumque
Epiſcopum ad hunc effectum, ſed hæc omnia revocata eſ-
ſe per Concil. Trident. *ſeſſ.6. de reform. cap. ultimo*, tenet
Perinus in Bulla Julii II. *num.*46. *&* 47. licet Rodriquez *to.
1. quæſtionum Regularium*, *qu.*19. *art.*4. Miranda *ubi ſupr.*
& alii dicant, conceſſionem illam Leonis X. revocatam
37 non fuiſſe à Tridentino, quia Concilium ſolum revocat
privilegia conceſſa Regularibus, illa autem conceſſio Leo-
nis non eſt privilegium, ſed jus commune, *cap.1. de ſup-
plenda negligentia Prælatorum*; ergo quia dicta Conceſſio
ſaltem procedit in caſu neceſſitatis, pro illo ſolum locum
habebit, quæ neceſſitas vix excogitari poſſit in Regulari-
bus, quia ſufficit ſi in Eccleſiis benedictis celebrent, quas
ex privilegiis ſuis poſſunt ipſimet benedicere, legatur Bar-
boſa *allegation.* 27. *numer.* 11. Tamburinus *ubi ſupra*,
quæſito 8. Lezzana *in verbo*, *Eccleſia*, *numer.*5. Perinus
*numer.*47.
38 Infertur quintò, Regulares habere poſſe Oratoria in
ſuis Monaſteriis, nec Concilium Tridentinum dicta Pri-
vilegia abſtulit, ita Pater Averſa, Garſia, Tamburinus,
& alii apud Dianam *part.9. tractat.1. reſolut.*32. & habere
poterunt etiam in Granciis, de Lara *tom.1. cap.21. num.*15.
& licèt Bordonus *conſil. regular. tom.2. reſ.90. num.9.* dicat
Regulares non poſſe admittere Sacerdotes ſæculares in ſuis
Granciis ad celebrandum, quaſi quod ſint tantùm inſti-
tuta ad uſum fratrum, & eorum familias, & Colonorum
cap. patentibus 10. *de privilegiis*, *cap. fin. de cenſibus*, ta-
men poſt alios tenet Diana *d. part.9. tractat.1. reſol.*33. & 39
putat Pellizzarius *tom.2. tract.8. cap.*134. ſæculares poſſe
liberè audire Miſſam in Cappellis Ruſticis Regularium, &
in talibus Oratoriis Regularium, Monaſteriorum, & Gran-
ciarum poterunt adminiſtrari Sacramenta, pœnitentiæ,
Euchariſtiæ omnibus familiaribus ſęcularibus Monacho-
rum ſine licentia proprii Parœci, ut bene Diana *dicta reſ.* 40
33. *verſ. & tandem*, & iſta Oratoria Regularium gaudent
immunitate ratione Clauſtri, vel Granciarum, Bordonus
ubi ſuprà, licèt polluta non egeant reconciliatione, qua
ſolum egent Oratoria benedicta, vel conſecrata, nec poſ-
ſunt Ordinarii viſitare Oratoria in Granciis etiamſi ha-
beant Campanam pendentem de Turri, ut poſt Pellizza-
rium, & alios dicit Diana *dicta reſol.* 33. *in fine*. Habent 41
etiam Regulares privilegium, ut in earum Cameris ſi ſint
infirmi poſſint ſibi facere celebrare pro audienda Miſſa,
quòd ſi ſint infirmi extra Conventum in domibus ſæcu- 42
larium, ſunt DD. qui putant habere etiam vim hoc pri-
vilegium, ſed alii negant, & melius, ut poſt alios Dia-
na *reſ.*34.
Infertur ſextò, Epiſcopos ex ſola eorum commoditate 43
poſſe habere Oratorium privatum in ſuo Palatio, ut ibi ce-
lebrent, vel Miſſam audiant, ut contra Riccium *part.*4.
*deciſion.*68. *numer.*2. Valerum *in differentiis utriuſque fori*,
in verbo, *Miſſa*, *diff.*2. & Fagundez *præcepto* 1. *lib.3. cap.*
13. *numer.*19. docent Pellizzarius *tom.2. tract.7. cap.2. ſect.*
2. *numer.*159. Fauſtus *de Sacramento Euchariſtiæ*, *lib.3. q.*
171. Leo de Cenſuris *recollect.6.* *numer.*854. Marchinus *de
ordine*, *part.3. cap.9. numer.*11. Diana *part.9. tract.1. reſol.*
36. Cardinalis Lugo *de Euchariſtia*, *diſp.2. ſect.2. num.* 5.
Portellius *in reſponſis Regularibus*, *tom.1. part.3. caſu* 20.
Rubeus *in Aphoriſmis Epiſcoporum*, *in verbo*, *Oratorium*,
*numer.*3. unde omnes dicunt, poſſe Epiſcopum in proprio
Palatio deputare Cappellam, in qua Miſſa celebretur ſine
alia Pontificis licentia: & ratio eſt, quia tam Tridentinum,
quam Paulus V. ſolum prohibent Epiſcopis, ne concedant
facultatem ſacrificandi in privatæ domus Oratorio, ſed
ſub privata domo non venit Palatium Epiſcopi, Doctores
communiter citati. An verò poſſit Epiſcopus non ſolùm 44
unum, ſed duo Oratoria habere, unum ad uſum proprium,
alterum ad uſum familiæ, vel nepotum, quæſtio eſt: Pri-
ma opinio affirmat cum Pellizzario *dicto tract.8. cap.2. ſect.*
2. *numer.*160. qui ait poſſe V.E. Fratrem Epiſcopi cum
uxore, & familia audire Miſſam de præcepto in aliqua
ex Oratoriis erectis in Epiſcopali Palatio, tempore, quo
Epiſcopus illam celebret, vel audit in alio Oratorio ſui
Epiſcopalis Palatii, ſed contrarium putant communiter
alii DD. per Text. *in cap. fin. de privilegiis*, *in* 6. ubi ha-
betur privilegium ęſſe perſonale, & ad effectum dunta-
xat, ut Epiſcopus celebret, vel Miſſam audiat, ut obſer-
vat Paſchaligus *dec.*15. Cardin. Lugo *ubi ſupr. numer.*49.
ergo dum Epiſcopus celebrat, vel facit coram ſe celebra-
re eſt adimpletum privilegium. Hoc ipſum de Cardinali-
bus dicimus teſte Diana *part.6. tractat. ult. part.9. tractat.* 45
1. *reſolut.*36. qui nunquam exigunt duo Oratoria, ut ſi-
mul celebretur in ſuis Palatiis, & licèt in Palatio Eminen-
tiſſ. quondam Cardinalis Columnæ ſint duo Oratoria, ta-
men unum erat pro Eminentiſſimo Cardinali, & alterum
pro duce Palliani ex peculiari privilegio Sedis Apoſtoli-
cæ, cujus meminit Diana *ubi ſuprà*; conſtet etiam Epiſ- 46
copus in Palatio regali habere Oratorium cum Altare
portatili, & ibi Miſſam dicere, vel audire, ita Pater Aver-
ſa *de Sacramento Euchariſtiæ*, *qu.11. ſect.14. §.5.* Portellius
in reſponſis moralibus, *tom.1. p.3. caſu* 20. *num.*6. Pellizza-
rius *ubi ſuprà*, *numer.*154. Illud verò Oratorium, quod 47
eſt privatum erectum ſine authoritate Epiſcopi non ut ibi
celebretur, ſed ut ibi oretur non eſt ſub quæſtione Epiſco-
pi quoddam jus viſitandi, & exigendi procurationem, poſ-
ſet tamen Epiſcopus ad illud accedere, & videre, cum
juxta forum juris tractetur, alias poſſet mandare deſtrui,
cap. fin. ubi Abbas *de cenſibus*, Rubeus *in Aphoriſmis Epiſ-
coporum*, *verbo Oratorium*, *num.*20. Genuenſis *in praxi*,
*cap.*17. *numer.*4. *in prima editione*, Diana *part.9. tract.* 1.
reſol. 38. *in fine*, idque Epiſcopo conceditur etiam extra 48
Diœ-

Diœcesim, inconsulto Ordinario loci, ut Missam audiat,
vel dicat & Oratorium privatum erigat, Portellius *part.*3.
responsorum, *cap.*30. *n.*7. Pasqualigus *dec.* 66. *num.* 3. ex
49 privilegio Textus *in cap. quoniam*, *de privil. in* 6. & licèt
hoc in alienis Diœcesibus permittatur Episcopis, tamen
non permittitur in Urbe Romæ, nam propter reveren-
tiam Summo Pontifici debitam, Romæ Episcopi commo-
rantes in eorum Palatiis, non possunt habere Oratorium
privatum, & ibi Missam celebrare, vel audire, Riccius *p.*
4. *dec.*78. Alzedus *in praxi*, *part.*1. *c.*13. *numer.*6. Paulus
Venerus *in examine Episcoporum*, *lib.*4. *cap.*17. *numer.*2.
& alibi, neque per Concilium Trident. *sess.*22. *in decre-
to*, *de observandis*, *& vitandis in celebratione Missarum*,
ibi petebatur, quia licèt in tali decreto videatur deroga-
tum Privilegio Episcoporum communis tamen tenet non
fuisse derogatum, & sic declaratum per Sacram Congre-
50 gationem, refert Diana *dict. part.*9. *tract.*1. *res.*39. & licèt
mortuo Episcopo ejus Palatium gaudeat immunitate, quia
privilegium immunitatis est locale concessum Palatio, ra-
tione Episcopi, *cap. id constituimus* 17. *quæst.*4. tamen mor-
tuo Episcopo ejus familia non potest audire Sacrum in Ora-
torio privato sui Palatii, ut contra Pellizzarium *dict. cap.*
2. *sect.*2. *numer.*163. dicit Diana *part.*9. *resol.*40. quia pri-
vilegium *dict. cap. quoniam* est personale, & respicit perso-
nam Episcopi, & non locum, sed illud Palatii quoad im-
munitatem est locale, unde Episcopo absente, vel mortuo
gaudet immunitate, ita Ciarlinus *tom.*2. *controvers. forens.*
*c.*198. *n.*10. ut benè Pater Aversa *de Sacramentis*, *quæst.*
15. *concl.*7. Pater Bardi *in Bulla Cruciatæ*, *p.*2. *tr.*2. *cap.*3.
sect. 7. *numer.* 68. ubi ait, quòd mortuo Domino expirat
privilegium, respectu eorum, qui de familia diceban-
tur, quia desinunt esse de familia illius, cujus intuitu
51 tali fruebantur privilegio, & sic neque absente Episcopo
poterunt ejus familiares Missam audire in Oratorio priva-
to Palatii, ut contra Pellizzarium *dict. tom.*2. *tract.*8. *cap.*
2. *numer.*163. dicit Portellius *tom.*1. *part.*3. *casu* 20. *num.*6.
Aversa *quæst.*11. *sect.*4. *de Sacramento Eucharistiæ*, Leo Za-
bellus *in repertorio cas. conscientiæ*, *in verbo Missa*, *numer.*
20. & in hoc est disparatio à privilegio concesso per Papam
alicui Nobili, quia conceditur Nobili, & ejus familiæ,
unde mortuo Nobili, viget in familia, sed in Episcopo est
personale, & *in cap. fi. de privileg. in* 6. efficitur sola men-
tio de Episcopo, & non de ejus familia, in Cardinalibus
52 verò non ita est, quia ex consuetudine tolerata Romæ per
Pontificem, etiam Cardinali absente, familia Cardinalis ce-
lebrari facit, & Missam audit in Oratorio privato, Pelliz-
zar. *n.*159. Diana *res.*41.
53 Infertur septimò, posse etiam Episcopum titularem ex-
tra Urbem Romæ habere Oratorium privatum, quia est
verè & propriè Episcopus, unde gaudebit privilegio. *c. quo-
niam de priv. in* 6. ita Diana *resolut.*42. nisi praxis, & con-
54 suetudo sit contraria. Prælati verò habentes jura Episco-
palia non habent Oratorium privatum secundùm commu-
nem opinionem, de qua Diana, *ubi supra*, *resolut.* 49.
55 Pasqualigus *dec.*181. ubi quærit, an ratione necessitatis sit
licitum celebrare in flumine, vel in Mare Regularibus ve-
rò, vel Monialibus: nam Monachis S. Salvatoris conces-
sum est privilegium à Pio IV. de anno 1565. & Canonicis
Lateranensibus, ut liceat celebrari facere in Cellis suorum
infirmorum, & hoc tum Viris, tum Mulieribus Regulari-
bus, de quo privilegio post Marchinum *de ordine*, *tr.*3. *p.* 3.
*c.*9. *n.*12. ait Pasqualigus *dec.*176. nec est necesse, ut sit gra-
vis infirmitas, sed sufficit, si propter infirmitatem non pos-
sit infirmus exire à cubiculo, ut in dicto privilegio ha-
betur.
56 Quo privilegio gaudebunt infirmi Regulares si reperian-
tur extra Claustra in domibus sæcularium, quia in eisdem
poterunt celebrari facere in suis Cubiculis, quia teste Pas-
calino *dec.*167. tale privilegium est personale, non locale,
ergo non est affixum loco, sed sequitur personam, ut illo
uti possit in quocumque loco sit, *c. Privilegium*, *de reg. jur.*
in 6. *l. Privilegia quædam*, *l. in omnibus*, *ff. de reg. jur.* & è
57 contra, si sæcularis ægrotaret intra Monasterium, cujus
Regulares gaudet dicto privilegio, non posset in Cubicu-
lis ipsius celebrari, posset autem si privilegium esset locale,
teste Pascalino *dec.*177. & hoc eodem privilegio gaudent
Regulares communicantes in privilegiis, & Moniales, quę
communicant cum eisdem Regularibus sui Ordinis, v. g.
58 Moniales Sapientiæ Neapoli, licèt sint sub instituto S. Do-
minici, tamen quia subjiciuntur Generali Theatinorum, &
sunt pars Religionis eorumdem, ideo gaudent hoc eodem
privilegio, teste Paschalino *dec.*178. *&* 179. *in decision.*180.
ait, non solum Regulares, sed cæteros posse in talibus Cap-
pellis celebrare, qui est privilegium loci.
Infertur Octavò, plures esse casus, in quibus non ob- 59
stante Concilio Tridentino *sess.*22. *cap.*9. potest Episcopus
concedere licentiam, ut quis Oratorium privatum habeat,
imò non obstantibus Brevibus Pauli V. & Urbani VIII.
prohibentibus Episcopis dare licentiam sæcularibus te-
nendi Oratoria privata, & Missas celebrandi extra Ec-
clesiam.
Primus casus est, quando exercitus, vel Classis per 60
multum tempus Missam non audivit, & appulerit ad lo-
cum, ubi potest illam audire, Diana *part.*9. *tract.*1. *res.*
42. 43. *&* 44.
Secundus casus est, quando Illustris persona infirma 61
vellet Missam semel, aut bis audire, & Eucharistiam susci-
pere ex præcepto, vel viaticum, quia tali casu posset semel,
vel bis Episcopus dare talem licentiam, idque non obstante
Concil. Trid. & Brevibus Pauli V. & Urbani VIII. Diana
*ubi sup. res.*44.
Tertius casus, propositus à Quintana Dueñas *to.*1. *tr.*3. 62
*singul.*32. *numer.*6. quando moritur Illustris persona, quia
tunc corpore præsenti possunt dici plures Missę in Orato-
rio privato, & posset Ordinarius concedere facultatem,
ut in eadem Domo, & Sacello tria, aut quatuor Altaria
erigantur decenter ornata, & ab ipso visitata pro tunc
erigantur, & integro mane Missæ celebrantur, quia ex
necessitate posse Episcopum concedere licentiam celebran-
di in Oratoriis privatis etiam post Tridentinum, & Bre-
via Pauli V. & Urbani VIII. ut latè probat Fagund. *de præ-
ceptis Decalogi*, *lib*... *c.*13. *n.*14. & sufficiens necessitas esset
obitus Nobilis Viri, & consuetudo celebrandi in talibus ca-
sibus, ut post Quintanam Dueñam *ubi supr.* dicit Diana *d.*
*res.*44. *in fin.*
Quartus casus est tempore Pestis, quia tunc potest Epis- 63
copus concedere licentiam celebrandi in publiciis viis, &
in privatis domibus, ita Marchinus *de bello divino*, *p.*6. *c.*
1. *numer.*38. *cum seqq.* & post eum Paschalin. *decis.*172. & 64
*in decis.*171. firmat absolutè posse Episcopum aliquo casu
concedere licentiam celebrandi extra loca sacra, & dicit
Paschalinus *dec.*167. *num.*8. quòd si quis per mensem poda-
gra, vel esset detentus in domo loco carceris per mensem,
& adveniret festum principale omnium Sanctorum, As-
sumptionis Beatæ Virginis, Pentecostes, &c. possit Episco-
pus dare licentiam, ut in ejus domo celebretur Missa ad fi-
nem, ut illa audire possit, quod tamen reprobat Dian. *ubi
sup. res.*45. *per tot.*
Quintus casus est, ut in mari in aliqua magna navi pos- 65
sit celebrari, Diana *part.*5. *tractat.*3. *res.*40. *& p.*9. *tract.*1.
*resolut.*45. sed S. Congregatio declaravit non posse Episco-
pum dare licentiam, ut in mari, seu Navibus dicantur
Missæ, sed à Sede Apostolica obtineri debet, & casu pro-
pter necessitatem posset alibi dici Missa congruentium,
est quod petatur licentia ab Episcopo, Marchinus *p.*3. *tr.* 66
3. *cap.*9. *num.*11. sic ad dandum viaticum licebit cum al-
tari portatili celebrari in loco, ubi non celebratur, sic Sa-
cerdoti subdito extra propriam Diœcesim non poterit con-
cedere licentiam celebrandi, ut post alios Diana *p.*9. *tr.*1.
*res.*46.
Infertur nonò, an si quis habeat privilegium habendi 67
Oratorium privatum, possit plures Missas in eo eadem die
celebrare, & an illis assistentes satisfaciant præcepto au-
diendi Missam. Ratio dubii est, quia in Brevi Pauli V. de
anno 1612. dicitur (ut *in privato quodam Oratorio in vil-
la quadam existente sacrosanctam Missæ sacrificium per
quemcumque Sacerdotem sæcularem*, &c.) ergo non possunt
ibi plures Missæ dici eadem die, ut colligitur ex Diana *p.*
9. *tractat.*1. *resolut.*5. Pellizz. *tom.*2. *tractat.*8. *cap.*2. *sect.*
2. *numer.*144. tum quia hoc privilegium derogat juri com-
muni, quo statuitur, ut Missę dicantur in Ecclesiis; ergo
non debet ampliari, sed restringi, juxta communem Re-
gulam *in cap. Porro*, *de privilegiis*, ubi Doctores, tum
quia Pontifex loquitur in numero singulari ibi (*Missæ sa-
crificium*) ergo non est, ut intelligatur de pluribus
Missis, alias Pontifex dixisset Missas, aut Sacrificia, se-
quitur Lezzana *in summa*, *in verbo*, *Oratorium priva-
tum*, *num.*11.
Neque dicas primò, quòd numerus singularis inter- 68
dum importat pluralem *l.*2. §. *hæreditas*, *ff. de suis*, *& le-*
git.

git. hæred. l. si quis ita, vers. si quis filio, ff. de testamen. §. si plures, instit. de legit. Agnatorum success. Doctores quos refert Barbosa *de appellatione verborum, appel.* 169. *numer.* 4.

Respondeo enim id procedere, quando militat eadem ratio in numero singulari, ac in plurali, Barbosa *ibi numer.* 1. quod non procedit in præsenti casu, quia multo magis præjudicatur juri communi per celebrationem plurium Missarum in dicto Oratorio, quàm per celebrationem unius.

69 Neque dicas secundò, obstare Textum *in c. si quis etiam, de consecr. dist.* 1. ubi dicitur, quod qui habet Oratorium in agro, ibi Missas audiat.

Respondeo enim ibi Missas audiat, hoc est in multis diebus, non una die, sicuti in c. cum ibi de Clericis (*Missas*
70 *celebrare voluerint*) intelligitur pluribus diebus, non una, similiter neque obstat, quod habentes privilegia ad celebrandum in loco alias decenti, & honesto, possent in alio Oratorio celebrare, etiamsi in eo una Missa eodem die celebrata sit. Respondeo enim id esse ex vi privilegiorum concessorum Sacerdotibus celebrantibus, at nos loquimur in præsenti de privilegiis concessis Oratorio privato.

71 Tandem pro Coronide observa, assistentes Missæ in Oratorio privato, qui non sunt de familiaribus necessariis illius familiæ, non satisfacere præcepto audiendi Missam diebus de præcepto, ut bene Lezzana *in dicto verbo, Oratorium, in fine*, post Dianam *dicta resolut.* 5. & alios, & Oratoria privata solùm à Papa sæcularibus concedi cum sex conditionibus, sive limitationibus, quarum prima est, ut talis licentia celebrandi in Oratoriis privatis solum concedatur personis nobilibus senio, & infirmitate impeditis, durante tamen impedimento. Secundà, quòd dicta licentia non suffragetur, nisi Ministris omninò necessariis, ita ut alii præcepto Ecclesiæ minimè satisfacere censeantur. Tertia, quòd in singulis Oratoriis, una tantùm dicatur Missa. Quarta, quòd ab hac licentia excipiantur dies Paschæ, Nativitatis, Resurrectionis, Pentecostes, & alia festa solemnia, nisi talis esset persona, quæ ob justum impedimentum nullo modo posset adire Ecclesiam. Quinta, quòd in eadem domo Oratoria minimè concedantur. Sexta, quòd hæc licentia solum duret per sex annos, ut bene Diana *p.* 9. *tr.* 1. *res.* 42. *vers. non tamen*.

DISCEPTATIO CLXXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Controversiæ status proponitur.*
2 *Ecclesias esse exemptas, vel immediatè sub Regiæ protectione, quid importet.*
3 *Regulares omnes sunt exempti à potestate Episcopi, licèt in aliquibus subjiciantur.*
4 *Monasterium Monialium sunt in triplici differentia, & quæ sint.*
5 *Moniales licet subjectæ Episcopo gaudent tamen privilegiis Religionis, sub cujus habitu sunt, vel sub habitu eorum à quibus reguntur.*
6 *Moniales quæ immediatè subjiciuntur Regularibus à quo recipiant Confessarium Ordinarium, vel extraordinarium.*
7 *Regulares habentes Moniales sibi subditas non possunt sine licentia Papæ illas subjicere jurisdictioni Episcopi.*
8 *Generales Ordinum qualiter possint relinquere Monasterium Religionis in manibus Episcopi.*
9 *Prælatus Regularis potest Monachum sibi subditum subjicere Ordinario, pro absolutione in foro externo.*
10 *Regulares, qui non tenentur accedere ad processiones si accedunt per aliquot vices non sibi præjudicant.*
11 *Episcopus non potest invitis Monialibus recipere aliquam ad professionem.*
12 *Professionis admissio dependet à majori parte Monialium cum consensu Abbatissæ, & possunt Moniales ab hoc appellare.*
13 *Monialibus sine causa excludentibus Novitiam à professione, quid agendum.*
14 *Voluntatis exploratio in Novitiis Monialium qualiter, & quomodo facienda.*
15 *Moniales immediatè subjectæ Episcopo, utrum teneantur ei obedire ex vi voti.*
16 *Moniales adstringere ad observantiam clausuræ, ad quem spectet.*
17 *Tridentini Conc.* sess. 25. de Regular. c. 5. *adducitur, & explicatur.*
18 *Bulla Gregorii XV. quæ incipit* inscrutabili *adducitur, & explicatur.*
19 *Ingressus in clausuram Monialuum qualiter Episcopis, & Prælatis Regularibus concedatur.*
20 *Licentia alloquendi cum Monialibus quando, & à quibus concedatur.*
21 *Regulares accedentes ad loquendum cum Monialibus puniuntur ab Episcopo loci.*
22 *Missæ solemnes qualiter, & qua licentia possint cantari in Ecclesiis Monialium.*
23 *Clausuræ violatio, per solum Episcopum inspicienda est, idem de Vicario, & quid de Prælato Regulari.*
24 *Concilium Trident.* sess. 25. de reformat. cap. 2. *præcipiens sui ipsius receptionem stat in viridi observantia.*
25 *Episcopus loca sub immediata Regis protectione existentia, non visitat vigore Concilii.*
26 *Ratio assignatur, propter quam in talibus casibus denegatur visitatio.*
27 *Utilitates resultantes ex eo quod Monasterium, sit sub Regia protectione, vel exemptum, adducuntur in præsenti.*
28 *Iuspatronatus Regiæ Coronæ quodnam, & qualiter dicatur.*
29 *Privilegium adducitur Regis Ferdinandi ab Aragonia, pro Monasterio Sancti Sebastiani.*
30 *Privilegium Regis Ladislai, pro immediata protectione adducitur.*
31 *Factum tempore Ducis Medinæ, in favorem nostri Monasterii adducitur.*
32 *Monasterium Sancti Sebastiani, nunc sub Regula S. Dominici, priùs erat sub Regula S. Benedicti.*
33 *Executio dictæ transmutationis fuit commissa Archiepiscopo Capuano per Papam.*
34 *Moniales S. Sebastiani, quid obtinuerint à Papa, & à S. Congr.*
35 *Bulla circa modum vivendi Monialium Italiæ clapsis annis expedita, fuit suspensa Regia authoritate respectu Monasterii S. Sebastiani.*
36 *Archiepiscopi Neapolitani confessio adducitur, quia dixit Monasterium S. Sebastiani, non esse sibi subditum.*
37 *Privilegium Reginæ Ioannæ de fundatione Monasterii S. Sebastiani adducitur.*
38 *Fides adducuntur circa modum vivendi inter Monasteria exempta, & illa, quæ sunt sub immediata Regis protectione.*
39 *Lapides marmorei adducuntur probantes immediatam potestatem, & fundationem Monasterii.*
40 *Neapolitanum Regnum, quando fuerit ad dignitatem Regalem evectum.*
41 *Motiva Eminentissimi Caraccioli scripta, ad Sacram Congregationem adducuntur, & enervantur.*
42 *Probatio per instrumenta melior est omnibus, sed in antiquis, & antiquissimis sufficit omni multo majori.*
43 *Antiqua annalia enunciantia aliquid probant quod enunciatur.*
44 *Litteræ in marmore scriptæ fundant juspatronatus, & si familiam nominant, probant etiam pro illa.*
45 *Doctoris moderni adducitur argumentum contra Monasterium.*
46 *Principes sæculares non ex se, sed servatis servandis juspatronatus acquisiverunt.*
47 *Exemptio potest sex modis acquiri, & qualiter differat ab immediata Regia protectione.*
48 *Regulares si dicant se habere privilegia, non obediant Episcopo, non tenentur illa ostendere, si exemptio est notoria.*
49 *Episcopo judicante privilegia non suffragari provocant Regulares ad Papam.*

50 Mo-

50 *Monasterium S. Claræ à quo fundatum.*
51 *Moniales esse sub immediata Regia protectione non excludunt potestatem Ecclesiasticam spiritualem.*
52 *Protectio Principis sæcularis, non dat jurisdictionem, in Moniales, sed solùm inducit jus tutelare, & Advocatiæ, sive defensionis.*
53 *Principes sæculares dupliciter possunt esse protectores piorum locorum, & explicatur.*
54 *Defensores qui erant jure antiquo, & qualiter constituebantur.*
55 *Defensores Ecclesiarum qui, & quales sin hodie.*
56 *Moniales S. Sebastiani, utrum sibi præjudicaverint in aliquo, in Ordinem ad Regaliam.*
57 *Patronatus Regiæ Coronæ, sicut & jura regalia sunt impræscriptibilia.*
58 *Possessio Regularium, non est apud privatos, sed in Rege.*
59 *Textus* in cap. Constitutionibus de jurepatronatus non procedit, *si lis est inter Episcopum, & Patronum.*
60 *Textus* in cap. Constitutionibus, de jurepatronatus, *non habet locum posita mala fide in præsentante.*
61 *Textus* in c. Constitutionibus, *non procedit quando lis est super spolio.*
62 *Spolium quando secum affert restitutionem fructuum.*
63 *Argumentum adducitur, contra Monasterium S. Sebastiani.*
64 *Argumentum diruitur considerando facta, quæ in præsenti concurrunt.*
65 *Quod dicitur de immediata Regum protectione, procedit etiam in protectione cæterorum Principum absolutam potestatem habentium.*

ARGUMENTUM.

Monasterium Monialium sub immediata protectione Regis non subjicitur Episcopo, nisi in aliquibus, in aliis verò minimè, & quæ sint illa in quibus non subjicitur, & Monasterium S. Sebastiani Neapoli esse sub immediata Regis protectione, ostenditur, & probatur scripturis, aliisque probationibus juspatronatus sub immediata protectione existens, plura habet privilegia, & quæ sint, ut autem dicatur sub immediata Regis protectione, an, & qualiter requirat fundationem, dotationem, vel constructionem, & Monasterium S. Claræ, ac S. Sebastiani, à quibus fuerint fundata.

Neapolitana immediatæ protectionis Catholici nostri Regis,

PRO

Venerabili Monasterio Monialium Sancti Sebastiani de Neap.

CVM

Rever. Curia Archiepiscopali Neapolitana;

Super Regaliis, privilegiis, fundationibus, dotationibus, & constructionibus à Serenissimis Regibus nostri Regni Neapolitani factis, & concessis Monasterio prædicto.

1 Gravissima est controversia in materia exemptionis, & jurisdictionis Ecclesiæ, an scilicet Monasterium sancti Petri ad Castellum, seu Sancti Sebastiani hujus Civitatis, sit immediatè sub Regia protectione, uti Monasterium sanctæ Claræ, vel potiùs dici debeat monasterium subjectum Ordinario, scilicet Archiepiscopo Neapolitano, vel tandem dici debeat quòd non sit sub Regia protectione immediatè, nec subjectum jurisdictioni Archiepiscopali Neapolitanæ, sed potiùs medium quid scilicet subjectum Regularibus, putà Patri Generali sancti Dominici, sicque exemptum, non autem sub immediata Regis protectione, in qua difficultate eruenda, & dubii solutione verè tradenda, tria mihi supponenda esse censeo. Primò, quidem supponendum est, quid sit Ecclesias esse exemptas, vel immediatè sub Regia protectione. Secundò, supponendum esse censeo plures esse differentias inter dictas Ecclesias inter se, quibus suppositis clarissimè apparebit sub qua ex istis supra enumeratis sit Ecclesia sancti Petri ad Castellum, seu sancti Sebastiani. 2

Supponendum ergo est Primò, Regulares omnes exemptos esse à potestate Episcopi, *cap. fin.* §. *si verò, de statu Monachorum*, licèt in aliquibus subjiciantur Episcopis, de quibus in Tridentino *sess.25. de Regular. cap.12.* Quaranta *in verbo Privilegia Regularium*, Barbosa in Tridentin. *in dicto cap.12.* unde quindecim casus proponunt Doctores in quibus Regulares subjiciuntur Episcopis, de quibus Tridentin. *sess. 7. de refotmat. cap.14.* Ricc. *collect.503.* idem Trident. *sess.4. de editione librorum, & sess.5. de reform. cap.1. c.2.* de quibus Barbosa *alleg.76. sess.23. c.10.* Ricc *p. 4. dec.118.* idem Trid. *sess.23. c.15. & sess.25. de Regular. c. 5.* de quibus Barbosa *allg.25. & alleg.101.* idem Trid. *sess. 25. cap.12. & cap.13.* de quibus Gratian. *dec.132.* Barbos. *dict. allegatio.75.* Riccius *part.4. resolut. 269.* omninò videnda. 3

Suppono secundò, Monasteria Monialium in triplici esse statu. Primò, sunt quædam, quæ sunt immediatè subjecta suis Ordinariis, scilicet Episcopis locorum. Secundò, sunt quædam, quæ immediatè, vel subjiciuntur Sedi Apostolicæ, vel Regularibus quibusdam, sunt tamen exempta à jurisdictione Episcoporum. Tertiò, sunt quædam Monasteria, quæ licèt subjiciantur Regularibus: tamen sunt immediatè sub protectione Regia, illæ Moniales, quæ sunt subditæ Episcopo gaudent eorum privilegiis, & Religionis, cui subjiciuntur, ut benè Pasqualig. *dec.178.* quia sunt pars Religionis, imò gaudent etiamsi sint diversi habitus, ut Moniales Sapientiæ Neapol. sunt Dominicanę, sed quia stant sub gubernio Theatinorum, gaudent eorundem privilegiis Pasqualigus *dec.179.* Cespedes *de exemptione Regularium, dubio 344.* Illę verò Moniales, quæ immediatè subjiciuntur Regularibus ex Bulla Gregorii XV. quæ incipit *inscrutabili*, ita se habent, ut Ordinarius loci Confessarios approbet, scilicet ponuntur à Prælato Regulari Confessarii, sed approbantur ab Episcopo, Pellizzar. *de Monialibus, c.10. numer.258.* quòd si tamen quater in anno voluerit illis dare Confessarium extraordinarium ex mente Concilii, & dictæ Moniales noluerint recipere, non possunt cogi ad eum recipiendum, quia hoc est favore Monialium inductum, ut in Trident. *sess.25. c.10. de Regul.* imò Regulares habentes Moniales sibi subditas non possunt sine licentia Papæ illas subjicere jurisdictioni Episcopi, ut Probat Portellius *in dub. Regularibus, par.1. casu 12.* quia esset renuntiatio privilegii, seu exemptionis illius Conventus Monialium, quod privilegium est datum à Sede Apostolica, sed beneficium non potest renunciari, nisi coram Superiore, à quo fuit receptum, *cap. admonet, de renuntiatione, cap. denique 6. quæst.3. c....* Abbas 18. *qu.2.* imò dicit Portellius, quod si Summus Pontifex vellet renuntiare Papatum, illud debet renuntiare coram Cardinalibus tamquam coram testibus, qui videant ipsum Deo renunciare. Secundò, facit Textus *in cap. cum tempore de arbitris*, ubi S. P. approbat quoddam compromissum inter Ecclesiam exemptam cum quodam Episcopo, sed excipit ibi quæ contra illius Ecclesiæ libertatem continentur, & data ratione; ergo privilegium, & exemptio nequit sine licentia Pontificis renuntiari; ergo nullus Prælatus potest suum subditum subjicere Ordinario, & Episcopo in foro externo, & contentioso; ergo neque poterunt Moniales subjici Episcopo, tum quia privilegium, quod habent exemptionis Moniales exemptæ, non solùm est datum favore Regularium exemptarum, sed etiam in favorem Summi Pontificis concedentis, unde non poterit illud in favorem Episcopi renuntiare, & in præjudicium Summi Pontificis. 4 5 6 7

Neque dicas Primò, posse Generales Ordinum relinquere monasterium Religionis in manibus Episcopi; ergo monasteria Monialium poterunt relinquere in manibus eorundem. 8

Respondeo quòd possunt relinquere monasteria, id est lapides, parietes, &c. sed non Monachos, sed in præsenti relinquerentur Moniales subditæ Generali V. E. in posse Episcoporum, sine licentia Summi Pontificis, quod dici non debet. Neque per hoc, quod possit interdum 9
Præ-

Prælatus subjicere Ordinario, Monachum pro absolutione in foro externo, sequitur quòd possit in totum subdere Monasterium Ordinario sine licentia Papæ, quia illud est pro una vice ad certum effectum tantum, sicuti non
10 per hoc, quod Regulares, qui non tenentur accedere ad Processiones, si accedant per aliquot vices, non censentur renuntiare suo privilegio, ut communiter asserunt DD. de quibus Cespedes *dub.*326. *n.6.*

11 Nec Episcopus potest invitis Monialibus recipere aliquam in Monialem ad Professionem, & sanè in Monasteriis subjectis Episcopo, id docet Miranda *in manuali Prælatorum*, *quæst.*15. *artic.*1. Pellizzar. *cap.*2. *de Monialibus*, *sect.*1. *numer.*35. & probatur per Text. *in cap. Cum Ecclesia Vulterana*, *de electione*, ubi S. Pontifex ait Canonicos quosdam nullam fecisse injuriam proprio Episcopo volenti recipere quosdam Canonicos ab ipso solo creatos, cujus ratio erat, quia talium Canonicorum creatio pertinebat ad Capitulum, sic ergo in præsenti dicendum est, ut benè Tamburin. *de jure Abbatissarum*, *disput.*6. *quæst.*5. *numer.*3. qui dicit jubente Episcopo, vel alio Prælato Monialium recipi novitiam in Monasterio sibi
12 subjecto, contradicente verò majore parte Monialium non debere admitti, quia admissio ad Professionem pertinet ad Abbatissam, cum consensu majoris partis Conventus, imò in tali casu poterunt Moniales ad Superiorem appellare, Doctores *ubi suprà*, & à fortiori in Monasterio exempto admittere non poterit novitiam ad professionem, quia ad illum non pertinet quempiam Religioni exemptæ incorporare, Tamburinus *ubi supr. numer.*5. & si daretur
13 casus, ut fuit Neap. in anno prædicto, quod Moniales S. Claræ sine causa, & irrationabiliter excludebant, & rejiciebant aliquam, tunc ait Pellizzar. se consuluisse Viros doctos, an possit Episcopus, vel Superior Regularis in Monasteriis exemptis admittere novitiam sic exclusam ad Professionem, & aliqui dixerunt posse accipi, per Episcopum, quia tunc Moniales delinquunt sine causa, ergo ne delictum hoc remaneat impunitum, poterat ab Episcopo recipi, ita Naldus, Baldelius, & aliis, de quibus Pellizzar. *de Professione Regularium*, *sect.*2. *numer.* 35. negant tamen alii, quia de essentia Professionis Monialis est, ut recipiatur, per majorem partem Monialium, sed replicat Pellizzar. quòd consensus Prælati supplet consensum cæterarum omnium, sequitur Sanchez *lib.*6. *Summæ*, *cap.*4. *numer.*65. Cespedes *ubi suprà*, *numer.*65. & *dub.* 72.

14 Circa verò exploratorem voluntatis puellarum, quę novitiæ dicantur, certum est, quòd debeat fieri, per Episcopum in monasteriis suis, & sanè dicunt aliqui quod duplici examine debet explorari; uno antequam recipiat habitum, alio ante Professionem, dicunt alii cum Barbosa *in allegat.*100. & in Trident. *sess.* 25. *cap.*17. unum examen faciendum est ante, & aliud priusquam profiteatur, sed hoc modo ultimo, ut si puella sit major annis 12. sufficit ut exploretur ante habitum, sed si recipitur ante 12. annum debet etiam explorari voluntas, antequam provideatur, Cespedes *dub.*328. quod si in exploranda voluntate Episcopus judicet, indignam recipi, non valebit professio, si Moniales eam accipiant, quando sunt subordinatæ Episcopo, sed quando sunt exemptæ, tunc illicitè profitebuntur, scilicet cum peccato mortali, ita Pellizz. *de Monialibus*, *cap.*6. *sect.* 33. Tamburinus *de jure Ab-*
15 *batissarum*, *disput.*6. *qu.*5. *numer.*3. Moniales immediatè subjectæ Episcopo eodem modo tenentur illi obedire, sicuti propriis Prælatis, & quando exemptæ ab Episcopo, tunc tenentur obedire propriis Prælatis tantum, non ve-
16 rò Episcopis, Cespedes *dub.* 332. & adstringere Moniales ad observantiam clausuræ spectat ad Episcopum, quoad Moniales ipsi immediatè subjectas, idem quoad Moniales subjectas, sed Apostolico Imperio, respectu verò Monialium subjectarum Regularibus, spectat ad ipsos Prælatos Regulares, ita Sanch. Tambur. Navarrus, & Pelliz. de quibus Cespedes *dub.*333.

17 Quia verò in Tridentino *sess.*25. *de regul. c.*5. præcipitur Episcopis, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis ordinaria; in aliis verò Sedis Apostolica authoritate clausuras Monialium visitent, & Bulla Pii V. quæ incipit *Cura Pastoralis* determinet Superiores Regulares in Monasteriis suis habere curam clausuræ, & poterit Episcopus supplere negligentiam Prælatorum Regularium, etiamsi non constet de violata clausura, Barbosa *allegat.*102. *numer.* 7. & 8. & licèt ex Bulla Gregorii XV. quæ incipit *Inscrutabili*, detur Ordinariis potestas puniendi, & emendandi tam 18
Regulares, quàm sæculares delinquentes circa clausuram, eamque violando ad malum finem, Cespedes *dub.*33. *numer.* 4. & circa visitationem attenditur loci consuetudo, Tamburinus *de jure Abbatissarum*, *disputat.*26. Pellizzar. *cap.*10. *sect.*1. ingredi verò clausuram tam Episcopis, quàm 19
Prælatis Regularibus conceditur, solum in casibus necessariis, de quibus Bulla Gregorii XIII. die 23. Decembris 20
1581. de qua Pellizar. *cap.*5. *sect.*3. *numer.* 111. licentia alloquendi, ingrediendi monasteria subjecta Episcopis spectat ad eundem Episcopum, idem de licentia ingrediendi in monasteria exempta, immediatè subjecta Sedi Apostolicæ, sed si loquamur, de puniendis exemptis subjectis Regularibus; tunc facultas impediendi spectat ad ipsos Prælatos Regulares, non ad Episcopos, ut advertunt Doctores *ubi suprà*, & Cespedes *dubio* 336. facultas verò accedendi ad loquendum cum Monialibus exemptis pertinet ad eos, ad quos de consuetudine spectabit, ita Sac. Congregatio apud Tamburinum *disput.*26. *quæst.* 2. Pellizzarius *cap.*5. *sub titul. de Monialibus*, Cespedes *dubio* 338. nam aliquibus locis concedi solet à solo Episcopo, & à Prælatis Regularibus, seclusa hac consuetudine spectabit ad solos Prælatos, Gavantus *in manuali Monialium*, si verò Re- 21
gulares velint accedere ad loquendum cum talibus Monialibus exemptis, necessariò requiritur facultas Episcopi, Pellizzar. *ubi supra*, *numer.*207. & hoc ex decreto Urbani VIII. imò mensibus elapsis per Sanctissimum Clementem IX. fuit hoc ipsum dispositum, ut non possit Dominus Nuntius carcerare Regulares loquentes cum Monialibus quibuscumque, quia hoc privativè quoad alios pertinet ad Episcopum.

Nec in Ecclesiis monialium non exemptarum potest can- 22
tari Missa per sæculares cantores, in cantu figurato, & declaravit Clemens VIII. sed ad celebrandum in monasteriis exemptis, sufficit licentia Prælati Regularis, Gavantus *in verb. Monialium*, & sic fieri debet de consensu Episcopi in Ecclesiis monialium non exemptarum, sed in Ecclesiis exemptis requiritur licentia Prælati Regularis, Cespedes *dubio* 341. Pellizzar. *cap.*7. *de Monialibus*, *num.*7. Gavantus *in verbo*, *Monialium Ecclesiæ*, & in casu violatę clau- 23
suræ quicquid alii dicant, hodie poterit Episcopus ingredi etiam in monasteriis exemptis, & subjectis Regularibus, ita Naldus *in verbo*, *Moniales*, *numer.* 3. Pellizzar. *cap.* 10. *numer.*22. Themudo *decis. Lusitan.* 63. Sperellus *dec.*97. Cespedes *dub.*343. Barbosa *alleg.*102. *numer.*3. & hoc quod diximus de Episcopo ampliat Perellus etiam in Vicario ejusdem Episcopi, & dum intrat Episcopus, vel Vicarius, ingredi debent cum Prælato Regulari Superiore monasterii, ut bene Themudo *ubi sup.* per Bullam Pii V. quę incipit Pastoralis, *in Bullario*, *to.*2.

Quia supra diximus moniales esse in triplici differentia, 24
quædam scilicet immediatè subjectæ Episcopis, quædam exemptæ, quia subjectæ Regularibus, quædam sub immediata protectione Regis; vidimus de illis duabus primis, videndum erat de tertiis, pro quibus supponendum est Concilium Tridentinum *sess.*25. *de reformat. cap.*2. ordinasse recipi omnes suas Constitutiones per totum orbem, in cujus decreti executione Carolus V. non solùm in Hispania, ubi regnabat, sed in Germania ubi imperabat, & in omni orbe recipi Concilium Tridentinum curavit, & in Augustano Conventu omnes pauperes se illi submiserunt, ut ait Laurentius Surius *in Commentariis*, ad Carolum V. de anno 1547. & 1548. *fol.* 436. deinde Philippus II. ejusdem Caroli filius die 21. Julii 1564. Regia mandata expedivit, ut in universo Regno, custodirentur decreta S. C. T. & Concilia Provincialia omnium, conveniri curavit juxta ejusdem Concilii dispositionem *dict. cap.*2. *sess.*25. *de reformatione*, ut illud reciperent, ut testatur Herrera in historia Philippi II. *dict. lib.*6. *cap.*1. *anni* 1564. Frater Emanuel Rodriquez *quæst. regul. tom.*2. *quæst.*63. *artic.*19. Bovadilla *in politica*, *lib.*2. *cap.*18. *numer.*194. Jacobus Valdes *de dignitate Regum regnantium Hispaniæ*, *cap.* 22. *numer.* 5. sic Concilii Tridentini defensorem, & tuitorem Regem nostrum Hispaniarum appellant, ad quem pro defensione contentorum in Tridentino recursum loquutum interponi posse æxistimant, Suarez de Paz *in praxi candida*, *to.*2. *præludio ult.* Bovad. *cap.*18. *n.*135. Flores de Mena *lib.*2. *quæstionum juris*, *q.*4. *n.*35. & alii, de quibus Barbosa i Tridentinum *d. sess.*25. *de refor. c.*2.

Quia

25 Quia ergo in Concilio Tridentino *sess.22. de reformatione, cap.8. & 9.* habetur, posse Episcopos visitare Hospitalia, Confraternitates, & quæcumque alia loca pia, ac ab administratoribus rationes habere, exceptis illis, quę existunt sub immediata Regum protectione, non obstante quacumque Constitutione etiam immemorabili privilegio, aut statuto, & in hoc sunt ordinationes Regiæ in omnibus locis Monarchiæ Carmelitæ subjectis, de quibus Marta *de jurisdict. cap.* 18. Perez de Lara *de anniversariis, lib. 1. c. 1. numer.*49. Velasch. *consult.*105. *num.*72. Gabedus *de patronatu Regiæ Coronæ, c.*39. *numer.*1. *cap.*45. *numer.*5. Cevallos *quæst.*497. *numer.*984. Armendariz *ad commentaria legum Navarræ, lib.* 1. *tit.*6. *de visitatione, num.*70. Barbosa *allegat.*75. *numer.*16. Velasch. *cons.*58. *numer.*22. Gabriel Pereira *de manu Regia, part.*1. *cap.*17. *numer.* 12. &
26 Stephanus Vveimes *constit.*16. *nu.*13. *pag.*176. ratio hujus conclusionis est, quia Tridentina Synodus satis videtur confidere Curæ, & solicitudinis Regum, qui talia loca in sua protectione habent, nec volunt Episcopis causam præbere, se immiscendi fundationibus illis, quas Reges ex proventibus propriis, aut ærario publico constituerunt, suæque jurisdictioni, & immediatæ protectioni reservarunt. Unde videndo est utrum monasterium S. Sebastiani de Neapol. sit sub immediata Regis protectione, vel potiùs sit subjectum Ordinario, vel saltem sit exemptum de secundo genere exemptorum.

27 Utilitas verò, quæ resultat, si sit sub immediata Regum protectione multiplex est. Primò, quidem quia monasteria, quæ sunt sub Episcopi jurisdictione, illorum Abbatissę fiunt per Episcopos, in illis verò, quæ sub Regia protectione non ita est. Secundò, quia in illis, quæ subjiciuntur Episcopo non cantantur Missæ sine suo ordine, quod non est in aliis ut suprà diximus. Tertiò, quia in illis, quæ subjiciuntur Episcopis dotes puellarum taxantur à Synodo, seu per Episcopum, non ita in aliis Monasteriis exemptis. Quartò, quia in illis, quæ subjiciuntur Episcopo, informationes si in evidentem committuntur Ordinariis ipsis, sed in illis, quæ sunt sub Regia protectione committuntur Illustrissimo Nuntio. Quintò, in illis quę subjiciuntur Episcopo, tenentur illi obedire ex vi voti, &c. ut *suprà* dicebamus, non verò in illis quæ sub immediata protectione. Sextò, in illis quæ subjiciuntur Episcopis providet illis idem Episcopus de Confessario, illum examinando, & approbando, in aliis verò exemptis sufficit Confessarium fuisse approbatum per Superiorem Religionis, qui præsentat illum Episcopo ad recipiendam Benedictionem. Septimò, in illis, quæ subjiciuntur Episcopo, providet Episcopus de Confessariis extraordinariis per tres, vel quatuor vices in anno, servata forma Concilii, sed in aliis exemptis provident Ordinarii Regulares, ut suprà dicebamus, sunt & aliæ differentiæ, sed quia notissimæ, omittuntur.

Probandum ergo est monasterium Sancti Sebastiani esse
28 essemptum, & immediatè sub Regia protectione.

Primò, quidem quia juspatronatus Regiæ Coronæ dicitur illud, quod per concessionem Serenissimorum Regum constructum, fundatum, vel dotatum fuit, quod non constituit tertiam speciem inter laicale, & Ecclesiasticum, sed continetur sub laicali, habet tamen aliquas prærogativas, ut bene Gabedus *c.*1. *de patronatus Regiæ Coronæ, num.* 13.
29 nunc videamus privilegium Serenissimi Regis Ferdinandi ab Aragonia anno 1458. quod existit in Regali Cancellaria *in* 2. *volum.fol.*6. ubi habetur.

Illos tamen ampliori convenit prosequi favore, qui nostri sunt jurispatronatus, & *ibi*.

Cum itaque Monasterium Monialium sub vocabulo, SS. Petri de Castello, & Sebastiani in Civitate nostra Neap. constitutum, quod est Monasterium Regale à mortuis antecessoribus retrò Regibus institutum, & dotatum, &c. & paulò post subjungit, *sed veriùs Moniales, Religiosæ personæ in eo habitantes in diversis personis tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus sæpè sæpius inquietantur, vexantur justè*, &c.

Et etiam alias, extitit ipsarum Monialium, & Religiosarum personarum parte nobis humiliter supplicatum, ut ipsum monasterium, & Moniales, illasque personas in eo inhabitantes ab hujusmodi vexationibus, molestationibus, & inquietudinibus relevare, & relevari facere, & sub nostra tuitione, protectione, custodia, & salvaguardia recipere benigniùs dignaremur. Nos itaque considerantes monasterium ipsum per nostros antecessores retro Reges conditum, fundatum, & ditatum fuisse, volentesque aggravatos, vexatos, & molestatos indebitè maximè Ecclesiasticas Religiosas personas ab earum gravaminibus relevare monasterium ipsum Monialium sancti Petri de Castello, & Sebastiani sub nostra Regia tuitione, & salvaguardia ponimus, & constituimus, atque recipimus, ita quod ex nunc in antea nullus Officialis, sive Ecclesiasticus, sive sæcularis audeat de dicto monasterio, ejusque Monialibus, & personis in eo habitantibus, aut ipsis subjectis, aut eorum bonis valear, aut debeat aliquatenus impedire, aut intromittere, &c.

Probatur secundò, per privilegium Regis Legislai, quod 30
ita habet. Cum Regale monasterium sancti Petri ad Castellum, &c. quod ad præsens devotè regitur per Religiosam mulierem Dominam Theodoram de Duratio affinem, & consanguineam nostrarum, ipsius monasterii Priorissam, & sorores illas in eo morantes, Ministros, & bona omnia presentia, & futura monasterii prælibati sub protectione nostra perceperimus, & ad curam, & defensionem ejusdem personas idoneas reputaverimus, ad præsens confisi de tua providentia, &c. ubi notatur, quod scribit Serenissimus Rex Gorrello Amiliæ Ministro suo.

Probatur tertiò ex hoc, quod cum monasterium sit sub 31
Regis protectione, ideò in anno 1637. Prorege existente Neap. Duce de Medina fuit per eundem D. Ducem Vigliectum demandatum, quòd pro tuitione dicti monasterii deputarentur duo Regentes, scilicet Burghera, & Capycius Latro, qui jura tuerentur Monasterii, & Monialium, dictum enim monasterium per priùs fuit vocatum sancti
Petri ad Castellum, & sub regula fuit sancti Benedicti, 32
post modum verò per Bonifacium Papam VIII. instante Regina Regni Maria, fuit vocatum, & mutatum in monasterium S. Sebast. decorati titulo S. Petri ad Castellum, & S. Sebast. & translatum fuit sub Regula S. Dominici, & executio demandata fuit Arcbiepiscopo Capuano, ut in
volumine scriptorum . 2. *folio* 28. *&* 29. ibique fuit 33
ordinatum, quod bona administrarentur per Moniales ipsas.

Probatur quartò, quia cum in Sac. Congregatione Epis- 34
coporum Regularium comparuissent Moniales prædictæ dicentes se habere quasdam Grancias cum Ecclesiis in littore maris, unde supplicabant à Superioribus earundem sibi computa reddi de omnibus eleemosynis, quæ ibi fierent, necnon ut Regulares ibi existentes non possent removeri, vel recipi ad libitum fratrum, sed ad libitum Priorissæ ejusdem monasterii, cui petitioni Sac. Congregatio auditis partibus respondit, quòd præfatæ Moniales possint, & valeant ad ipsarum libitum amovere, &c. non obstante quacunque concessione contraria approbata etiam per Sacram Congregat. ibique declaravit obventiones, & eleemosynas à piis personis dictis Granciis factas ad easdem Moniales spectare, idque fuit Romæ decretatum de anno 1606. Eminentissimo Cardinali Bandino proponente, igitur manifestè apparet monasterium prædictum cum suis Granciis nulli subjici, sed immediatè esse sub Regia protectione.

Probatur quintò, quia cum Romæ fuisset emanata Bul-
la circa modum vivendi Monialium totius Italiæ, sive 35
Regularium, qui in eorundem monasteriis existunt, & hoc non solùm pro Regno Neapolitano ordinatum, sed etiam pro Insulis adjacentibus, scripsit Regina Mater Cardinali Aragoniæ; tunc Proregi hujus Regni, ut Bulla prędicta non reciperetur quantum attinet ad præjudicanda privilegia, & Regalias Sacr. C. multis , prout esset in præjudicium monasteriorum sub Regia protectione existentium, in qua littera enumerantur monasteria sanctæ Clarę, Sancti Sebastiani, & alia, dicitur etiam ibi, ut Bullæ prædictæ, vel aliis similibus nullum detur exequatur pro monasteriis existentibus sub protectione Regiæ Coronæ, stantæ immemorabili possessione, in qua reperiuntur dicta Monasteria , & Ecclesiæ Regiæ , imò in dicta Epistola reperitur clausula irritans fuit data die 16. Octobris 1665. quæ conservatur apud Crivellam .

Probatur sextò, quia anno 1426. tempore Martini V. 36
fuit initum prædictum instrumentum ab Episcopo Neapolitano illius temporis propriè die 11. Novembris stipulatum per nostrum Dionysium Sarnum nobilem sedilis Montaneę,

taneæ, ubi Nicolaus Archiepiſcopus declarat, & confitetur, quòd Abbatia Sancti Sebaſtiani, ita erat exempta à ſua authoritate, ut non potuiſſet corrigere Moniales, imò à Sede Apoſtolica fieri deberet, ut patet *fol.....* ſic inſtrumentum adducitur, & Regale privilegium Reginæ Joan-
37 næ, ubi habetur dictum Regale monaſteriorum SS. Petri, & Sebaſtiani fuiſſe fundatum ab Imperatore Conſtantino inter acta Honorii Rogerii Pappazogne, & conſtabat ex lapidibus dictæ Eccleſiæ S. Sebaſtiani, ubi idem teſtatur ſe fuiſſe præſentem, dum fiebat inventarium bonorum ejuſdem Eccleſiæ, ut patet in ſummario Privilegiorum Regalis Eccleſiæ, & Monaſterii.

38 Probatur ſeptimò, quia in promptu adducuntur fides qualiter in Monaſteriis ſubjectis Ordinario, ſeu Epiſcopo, & quæ non ſub immediata Regia protectione exiſtunt, quia electio Abbatiſſæ fit à Monialibus antiquitus cum interventu ſolius Patris Prioris, ſed cum Patribus Confeſſariis, & non intervenit Archiepiſcopus Neapolitanus Vicarius, vel alius ejuſdem Miniſter, & poſt factam electionem cum talibus Superioribus tranſmittitur actus electionis Reverendiſs. Patri Generali Ordinis Dominicanorum pro confirmatione, ſed è contra in monaſteriis ſubjectis Epiſcopo electio Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ fit cum interventu Ordinis loci, vel eorum Officialium, computa etiam traduntur Miniſtro Rationali deputato ab Ordinario, & ab eodem Ordinario fit viſitatio clauſure dictarum Monialium, quę monaſteria ingredi poteſt ad veram ſuam voluntatem, & libitum, & in feſtivitatibus earundem Eccleſiarum Monialium intervenit auctoritas, & licentia ipſius Ordinarii ſic etiam ex fidibus habetur, quòd in monaſteriis non exemptis celebrantur Miſſæ, & feſtivæ ſolemnitates, ſed abſque Muſica, in Eccleſiis verò ſub immediata Regia protectione cantantur Miſſæ in ſolitis feſtivitatibus cum licentia Eminentiſſimi Archiepiſcopi, imò quod monaſterium Sancti Sebaſtiani nunquam fuerit viſitatum ab Eminentiſſimo Archiepiſcopo Neapolitano, niſi pro una vice poſt ingreſſum ejuſdem, & in caſibus factæ clauſuræ fuit ſemper tractatum uti monaſterium Regale ſub immediata Regis protectione, ut ex fidibus patet, quas in promptu producunt.

39 Probatur Octavò, ex antiqua inſcriptione marmorea litteris Græcis ſuper januam Eccleſiæ, quæ jure ſuadente magis probat fuiſſe monaſterium fundatum à Conſtantino magno, antequam transferret Sedem Imperialem in occidente, & conſecrata fuit à ſancto Sylveſtro, juxta notata per Gloſſam *in cap. cauſam*, *quæ de probat.* & Doctores *in l. Monumenta*, *Cod. de Relig. & ſumptibus funerum*, Maſcard. *de probat. concl.959. numer.21.* Gratian. *c.893. nu.33.* Rota *in Auximana ſepulturæ*, 28. *Maii* 1646. *coram Ar-*
40 *guelles*, ex quo apparet, quod erectio in Regno fuit hujus noſtri monaſterii, ſecundùm unam opinionem ſub Rogerio in anno 1129. ut ait Freccia *de ſubfeudis*, *lib.1. in tit. de antiquo ſtatu Regni Neapol.* alii ſenſerunt Regnum Neapol. ſub Rege fuiſſe de tempore alterius Rogerii Regis de anno 1140. & ſic Conſtantinus Magnus Chriſtianus annuntiatur de anno 1308. & regnavit in Occidente circa annum 308. & 315. ergo erat monaſterium ante Reges Neapol. idque probatur ex pluribus donationibus factis, per aliquos Principes Normannos, & per eundem Rogerium primum Regem, & licèt poſſet replicari, quod Rex ſucceſſit in juribus eorundem Principum, non per hoc dici poteſt, quod ſucceſſerit in rationibus, & juribus fundatis, ex quo Imperium Romanum ob Barbarorum incurſionem in Italia, & in his partibus fuit ab Imperatore dimiſſum, & dominarunt Normanni, poſtea Gothi, Vannari Saraceni. Longobardi, Græci, &c. ergo dici non poteſt fuiſſe fundatum à quodam Anteo Imperatore Romano, à quo Reges Neapolitani dependere, nullo modo præſumuntur poſſeſſiones continuare per plures, & plures annos.

41 Neque dicas primò, quòd reſcripſit Eminentiſſimus Caracellus Sacræ Congregationi dicens, quòd dictùm monaſterium, non reperitur in Archiepiſcopo dotatum, vel fundatum per Sereniſſ. noſtros Reges, ſed ſolum, quod ſubjiciatur Nuntio Neapolitano tanquam exemptum, non autem ſit de patronatu Regiæ Coronæ.

Primo enim plura monaſteria fuiſſe à Regibus fundata, de quibus Gabedus de patronatu Regiæ Coronæ *c.21. cum ſeq.* plura etiam monaſteria Conſiſtorialia *cap.27.* plures fuiſſe dotes datas eiſdem monaſteriis, & acquiritur juſpatronatus ex dotatione, vel etiam ex nova reædificatione, ſi Eccleſia funditus ſit deſtructa, Cardinalis in Rubrica, & *in cap. quoniam*, *de jurepatronatus*, notat Abbas *conſ.* 28. *& conſil.59. vol.2.* & in aliqua Eccleſia, vel monaſterio etiam acquiritur *cap. nobis pro fundatione*, *de jurepatronatus*, & corpus monaſterii poteſt eſſe ſub poteſtate patroni, *c. Monaſterium cum ſeq. 16. q.7. c. dilectus*, *de conſuetudine*, ergo, & ipſa Eccleſia, Gabedus *de patronatu Reverendæ*, *c.30. n.4. in fi.* qui *c.39.* diſputat quæ ſint Hoſpitalia ſub protectione Regia.

Probatur verò juſpatronatus, ſub immediata Regia protectione multipliciter, per DD. & licèt nulla ſit melior probatio, quàm illa, quæ habetur per inſtrumentum, ex *l. publia*, *§. ultimo*, *ff. depoſiti*, Bart. & Doctores *in l. ſi quis teſtibus*, *Cod. de teſtibus*, *& in cap. Venerabilis*, *de exceptionibus*, ubi Innocentius, Baldus *in cap. cum cauſa*, *de probat.* Lambertinus *quæſt.10. artic.5. lib.2.* Maſcardus *concluſ. 958.* & hanc probationem per inſtrumenta in Archiviis credo ego, quòd in præſenti vellet videre Eminentiſſimus Caracciolus, cui tamen ego humiliter recordor, quòd ſi juſpatronatus ſit antiquum, creditur libris antiquis, ſi communiter creditum eſt, vel reperiantur in loco, ubi ſolum ſervantur Sacræ authenticæ ſecundùm Velaſchum *de jure emphyteutico*, *quæſt.9. num.26.* qui ait ſe obtinuiſſe quaſdam Eccleſias ad juſpatronatus Regis pertinere ſolum ex eo, quòd in libro cenſuali poſito in Archiepiſcopo Eccleſiæ majoris Epiſcopatus Colimbricenſis, ubi ſita erat Eccleſiæ, reperiebatur ſcriptum in margine libri, Regis eſt, quòd in præſenti multo fortiùs habemus, ut dicebamus. 42

Quod ulterius confirmatur, quia jus patronatus à pluribus inſtrumentis antiquis, de quibus ſit mentio de eo, probari poteſt, ut poſt alios Maſcardus *d. concluſ.958. nu.29. vol.2.* & ex antiquis annalibus jus patronatus enuntiantibus bene probatur, ut tradit Ripa *in l.1. nu.73. ff. ſi certum petatur*, & ibi Purpuratus *num.154.* Ripa *in cap. Eccleſia*, *numer.97.* de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, quia verò interdum probari non poteſt per inſtrumenta promptuaria, tum ob amiſſionem ſcriptorum propter Bella, Peſtes, & alias calamitates ſucceſſas, tum etiam ob antiquitatem temporis, ideò lex fuit contenta probationibus præſumptionis ſecundùm Baldum *in Auth. quas actiones*, *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & præcipua præſumptiva probatio eſt illa, quæ ex antiquiſſima poſſeſſione deducitur, quæ longæva poſſeſſio loco tituli habetur, Corſettus *in ſingularibus*, *in verbo*, *Patronus*, Joſeph Ludovicus *concluſ. 41. col.6. ampliat.2.* Rolandus à Valle *conſil.3. vol.1.* Maſc. *nu.3.* & talis præſentatio facta per dictum poſſeſſorem præfertur factæ per proprietarium, quia præſentatio ſequitur poſſeſſorem, non proprietarium, Roccus *in verbo*, *Competens*, *qu.14.* quod procedit etiamſi non conſtet de poſſeſſione, niſi per unicam præſentationem, ut ait Abbas *conſil.54. lib.1.* Roccus de Curte *de jure patronatus*, *in verbo*, *Competens alicui*, *numer.* 35. qui dicit communem eſſe ſententiam, Rolandus *conſ.47. nu.26. & 27. lib.1.* Gabedus *cap.* 6. 43

Imò & litteris in marmore Templi inciſis credendum eſt in cauſa juriſpatronatus antiqui conſuluit, Baldus *conſ.* 320. *vol.5.* Gloſſa *in c. cum cauſa*, *de probat.* ibi: (*Columna, vel lapide*) quam cum multis notat Barboſa *ibi*, Velaſc. *ubi ſup. num.28.* Gabedus *d.cap.34. numer.9.* etſi litteræ nominant familiam, tunc juvant litteræ ad probationem talis juriſpatronatus, Lambertinus *ubi ſupr. art.10. qu.9.* Maſcard. *ubi ſup. nu.20.* Gabedus *num.11. in fine*, & quia propter antiquitatem eſt difficilis probationis, ideò contentatur ea, quæ poteſt, ut poſt alios Gabedus *d. c.4. num.5.* Didacus de Britto *de majoratu Regiæ Coronæ*, *quæſt.4. cum ſeqq.* igitur quid eſt quòd Eminentiſſimus Caracciolus prætendebat videre in inſtrumentis, & Archiviis, quando, ut diximus ſufficit in lapide, vel marmore exemptionem videre. 44

Neque dicas ſecundò, cum Advocato de Luca, qui nonnulla notavit contra prętenſionem noſtri monaſterii, ubi cum ſibi oppoſuiſſet poſſe qualitatem Regiæ protectionis argui ex conceſſionibus factis à diverſis Reginis, & Regibus in diverſis temporibus, ut plures in præſenti ſunt rejectæ dicit hic Auctor, quod ibi non apparet donantes voluiſſe acquirere juſpatronatus, imò oppoſitum præſumitur, nec conſtat fuiſſe dotatas cum aſſenſu Ordinarii, Sedis Apoſtolicæ, unde dicit ipſe nullum eſſe quæſitum juſpatronatus, juxta notata per Lotther. *lib.1. qu.8. numer.33.* 45

per

per Rot. *decis.*147. post Vivianum *decis.*578. *part.*4. *recent.* sicque dicit quòd illæ enunciativæ jurispatronus: quæ continentur in aliquibus Epistolis, & privilegiis intelliguntur de jure patronatus, improprio, ac remoto, quod considetatur in ipso benefactore, ac protectore, & hoc componebat, ait ipse, ex privilegio Regis Ferdinandi, ubi per novum actum Monasterium receptum fuit sub Regia protectione, quod esset omninò vanum, quando Monasterium fuisset jam sub Regia protectione vigore fundationis, vel dotationis, sed quando adhuc esse de jurepatronatus saltem improprii, & honorifici ob tot, tantaque privilegia, ac concessiones, immò etiam quod concurreret qualitas veri Patronatus, ex causa fundationis, & dotationis non per hoc posset inferri ad exemptionem protectionis Ordinarii, cum hoc non reperiatur dispositum in sacris Canonibus, aut Conciliis, & sic est petendum, qua ratione transferatur à patronatu Regio ad exemptionem ab Ordinario: nam qualitas Regii patronatus prodesse potest ne diversos effectus tantum, quando agitur de Confraternitatibus, Hospitalibus, aut aliis locis piis laicalibus, & administratis à laicis, quæ Concilium Tridentinum subjecit Ordinariis locorum, exceptis illis, quæ sunt sub Regia protectione, vel quando agitur de Monasteriis, aut Ecclesiis exemptis vigore privilegii aperiendi, quæ nón obstante exemptione idem Concilium Tridentinum facultatem concessit Ordinariis locorum jurisdictionem delegatam, quæ prætenditur, quod non comprehendat exemptionem bonorum, & Ecclesiarum Regiæ protectionis, cujus privilegii dicit Doctor de Luca se velle videre privilegium.

46 Sed contra, quia in factis novissimis, & modernis posset peti privilegii tenor, cum solus Papa possit concedere facultatem, & exemptionem ab Ordinariis, tamen dico, quod Principes seculares non acquisiverunt ex se talem exemptionem, sed communicatam sibi fuisse per S. Pontificem, per consequens sufficit ad hoc quod intendimus, multipliciter enim fit Ecclesia exempta, & sub Regia protectione, de quibus modis Donatus *part.*2. *tract.*13. *de exempt. Regular. quæst.*5. Barbosa *allegat.*123. Cocchier. *de jurisdictione, in exemptos, part.*2. *quæst.*25. Frances *capit.*
47 30. *à numer.*231. ubi enumerat sex modos, quibus acquiritur exemptio, & in quo differat exemptio à protectione, apud nos immediata protectio est quando locus non est alterius jurisdictionis subjectus, Gabriel *consil.*195. *numer.*4. Ricciullus *lib.*4. *capit.*13. & Episcopus si impediatur visitare, punitur impediens, quando verò sub protectione Regia est, significatur, quòd detur locus prærogativis, de quibus suprà, quas in factis antiquis non est necesse probare per instrumenta, sed sufficit leviores adducere probationes, putà inscriptione in lapide; vel in marmore, de qua re plures habemus in præsenti, unde exemptionem habuerunt Reges à Papa, quia talis solemnitas, utpotè extrinseca, ita præsupponitur, quod intercesserit ad notata per DD. *in leg. sciendum, ff. de verborum signific.*
48 sunt tot privilegia, in quibus enuntiatur talis protectio, ad quid ergo aliam requirimus authoritatem, sicuti videmus in simili, quod si Regulares afferant se habere privilegia, ut non obediant Episcopo, in illis, quæ sunt de jure communi Concilii Tridentini, & Constitutionum Bullarum Apostolicarum, teneantur exhibere privilegia, vel potiùs Episcopi teneantur illas adhibere fidem, de qua re disputat Pastorale Regularium *part.*1. *quæst.*3. *à num.*29. post Sanchez *fol.*2. *Consiliorum Moralium, lib.*6. *capit.*9. *dubio* 4. qui ait, quòd si exemptio non est notoria; tunc tenentur Regulares exhibere privilegia exemptionis, sed si exemptio est notoria, non tenentur exhibere, per Text. *in Clement. Pastoralis, de sentent. & re judic.* quam doctrinam Sanchez refert, & sequitur Pellizzarius *tom.*2. *de regular. tract.*8. *capit.*6. *sect.*1. *numer.*86.
49 sed si Religiosi exhibeant aliqua privilegia, & Ordinarii judicent, illam non suffragari casui, de quo agitur, & ad rem non facere, tunc possunt, & deberent Regulares provocare ad S. Pontificem in Italia, & in partibus Ultramontanis ad Metropolitanum, ita Cespedes *de exempt. Regular. cap.*24. *dubio* 382. Tamburinus *de jure Abbatum, tom.*1. *disput.*16. *part.*6. *num.*5. Bordonus *in Consiliis Regularibus quæst.*56. *art.*12. *tom.*2. *quæst.*65. *art.*7. Pellizzarius *in manuali Regular. tom.*2. *tract.*8. *cap.*1. *sect.*6. *part.*1. *num.* 134. *& cap.*6. *sect.*1. *part.*5. *à num.* 86. Hieronymus Garzia *in Politica Regulari, tract.*8. *difficult.*3. *dub.*4. *puncto* 2. *num.* 7. Lezzana *in summa part.*3. *in verbo, Exemptio Regular. num.*14. Frances *part.*2. *quæst.*3. *num.*6. igitur sicuti Regulares non tenentur exhibere privilegia, quando eorum exemptio est notoria, ita nec etiam Monasterium, de quo agimus, tenetur exhibere privilegium exemptionis, quia sufficit exhibere in columnis, in lapidibus, in Archiviis prædictis, & aliis, de quibus, ut suprà diximus, ubi semper vocatur Monasterium de Regia protectione.

Dices ad inquirendum juspatronatus requiritur, ut fundet Ecclesiam, construat, & dotet, ergo cum in fundatione Monasterii, nec dos aliqua per Regem Catholicum data sit, neque pro ipsius constructione impensum aliquid appareat, dici debet non acquisivisse Regem Catholicum juspatronatus.

Respondeo, quòd confundantur termini, nam aliud est juspatronatus formatum, aliud est protectio, vel Advocatia, in protectione, & advocatione, non est necessaria fundatio, neque constructio, neque consensus superioris, quia potest quis se protectori alterius supponere irrequisito Domino suo, Gemin. *cons.*81. *per totum*, Roman. *cons.*414. in fide Cardinalis Tusch. *conclus.*628. *num.* 5. *&* 6. Menochius *consil.*32. *numer.*4. Navarr. *consil.*636. *numer.*1. *&* 96. *in antiq.* post alios Constantin. Casarus *in specul. peregrin. quæst. quæst.*50. *numer.*21. qui scripsit pro Monasterio, & Regali Ecclesia S. Mariæ del Pilare, quod sit sub immediata Regis protectione licet non apparuerit, nec appareat in præsenti de fundatione, vel dotatione Regis Catholici, quia subditis inconsulto Domino Protectorem aliquem sibi possunt acquirere, quando tractamus de Imperatore & supremo Principe, qui cùm sint Protectores & Superiores universales possunt in specialem protectionem omnes alios recipere: unde cum Rex Neapolis dicatur non solum Imperator & Monarcha in Regno suo, sed etiam quidam corporalis, Regens Capycius *in sua investitur. feudali in verb. Reges, fol.*151. potest optimè omnes volentes, in suo Regno degentes recipere in specialem suam Regiam protectionem, ut de facto faciunt omnes, Reges Christiani, & approbatum in Concil. Tridentino *sess.*22. *cap.*8. bene Cardin. Palavicin. *lib.*18. *cap.*6. *fol.*43.

Cum ergo esset juris ordinem convertere, ut advocatus & protector solvat quid clienti pro advocatione & protectione, immò oppositum jure humano, & divino censeri debet, ut clientes solvant honoraria S. Thom. 2. 2. *quæst.* 31. *numer.*5. S. Antonin. *in summ.* 3. *part. l.*8. §.4. Sylvester *in Summ. in verb. advocatus, numer.*11. corruit illa ratio quod Dominus noster Rex non dotaverit neque construxerit, S. Sebastiani Ecclesiam: nam potius Ecclesia tenebatur Domino Regi pro advocatione, & immediata protectione, videatur Caffarus ubi suprà, qui in simili discurrit pro casu nostro concludens id quod nos in præsenti conclusimus.

Neque dicas tertiò, quod in præsenti nihil facit exemplum Monasterii Sanctæ Claræ, quia illud fuit fundatum, 50
& dotatum à Regina Sancia in anno 1410. cum expressa lege, & conditione approbata à Papa Joanne XXII. ubi asseritur Monasterium futurum omnino exemptum ab ipsa authoritate Archiepiscopi, sed immediatè subjici Sedi Apostolicæ, unde in hoc dicunt Adversarii stat difficultas, quia talia Monasteria stare non possunt sine aliqua visitatione, & superioritate ad notata *in Clement.*2. *de privilegiis;* ergo non quod Monasterium habeat titulum Regis, vel deveniretur Regium, meretur exemptionem ab alia authoritate, cum hoc non sit à Sede Apostolica approbatum.

Sed contra, quia verissima est conclusio, quòd Mona- 51
sterium, de quo agimus, non possit esse sine aliqua visitatione Ecclesiastica, quia non per hoc, quòd est sub protectione Regia, tollitur auctoritas Apostolica, quia protectio nihil aliud significat, nisi tutelam, quam Reges habent, nudam ab omni jurisdictione, & Imperio, & nihil aliud est, quàm simplex advocatia, ut bene Lotther. *lib.*1. *quæst.*11. *num.*81. *&* 84. Geminianus *consil.*81. *num.*2. Natta *consil.*636. *numer.*1. ubi dicebat Escobar *de ratiocin. cap.*18. *numer.*5. quod tuitio, & protectio, quam habent in Eccle- 52
siis seculares nullatenus extenditur ad jurisdictionem Principis, nec per eam Imperium in protectos acquiritur, nec ipsa tollit jurisdictionem competentem Ecclesiis, sed solum inducit jus tutelare, id est, subjectionem illi Judici Ecclesiastico, enim vigore Concilii, vel Bullarum Pontificum

ficum talia loca subjiciuntur, non enim per hoc quòd Mo-
nasterium Sanctæ Claræ stat sub protectione Regia, vivere
etiam dici non possit sub potestate Illustrissimi Domini
Nuntii, qui ex Brevi particulari authoritatem habet fa-
ciendi in eis, totum quod facit Ordinarius in aliis. Unde
nihil facit, quod Doctor de Luca dicit, non posse talia
Monasteria stare sine aliqua visitatione, quia nuntium ha-
bent in hoc Superiores in spiritualibus, & sic dum Conci-
lium Tridentinum protegi dicitur à Principibus laicis, talis
protectio extenditur circa quædam, præsertim ad authori-
tatem exequendi per Papales laicos, de qua Lotther. *lib.*1.
de beneficiis, *quæst.*41. *à num.*59. ubi loquitur de jure patro-
natus Regiæ Coronæ Ecclesiarum Cathedralium, quod
tantùm competit Regibus, quoad protectionem, Anto-
nius Faber *ad tit. C. de jure patronatus definit.*1. Bellettus
*part.*1. *disquisitionis Clericalis*, *de exemptione Clericorum*,
*§.*2.*num.*22. Solorzanus *de jure Indiarum*, *tom.*2.*lib.*3. *capit.*2.
*num.*2. Daniel *de nobilibus*, *disp.*49.*num.*3.

53 Dicuntur ergo Principes seculares protectores piorum
locorum dupliciter. Primò, quidem sub generali prote-
ctione sub qua antiquitus defensores continebantur ad de-
fendendas Ecclesiasticas, qui creabantur ex Clericis, &
Magistratibus, ut constat ex Concilio Calcedonensi *cano-
ne* 11. *cap. si Episcopus* 1. *quæst.*1. quod per instrumentum
etiam disponitur, *l.omnem* 42. *§.præterea*, *Cod.de Episcop. &*
54 *Cleric.* & hac ratione defensores istos enumerat Gelasius
inter Minores Ordines *cap. Monachos* 76.*dist.* licèt aliquan-
do ex ordine Presbyteratus defensores assumerentur, ut de
Juliano Presbytero, meminit Gregorius Turonensis de vi-
tis Patrum *cap.*7. apud Surium, etsi aliquando eligerentur
laici, illi erant, qui ad sacros Ordines aspirabant, qui
promoveri non poterant, nisi servatis interstitiis teste Zo-
simo *epist.*1. *ad Ipsichium*, *cap. in singulis* 77. *dist.* eorum au-
tem officium, & munus erat, Ecclesiam & plebem ab in-
juriis, & vi potentiorum tueri, Monachos in urbe va-
cantes, & passim turbam facientes ejicere & ad sua redire
curare ex decreto Concilii Calcedonensis *canone* 23. Con-
cilium Carthaginense *canone* 75. apud ipsos testamentaria
insinuabantur, quod Constitutione Justiniani fuit prohibi-
tum, cum turpè sit, Clericos peritos se velle ostendere re-
rum secularium *leg. repetita* 41. *Cod. de Episc. & Cleric. l.
consulta* 23. *Cod. de testament.* unde manifestè constat hos
defensores fuisse olim Ecclesiasticos, ut in Concilio Car-
55 thaginensi 5.*canone* 12. de quo est Textus *in cap. ab Impera-
toribus* 32. *quæst.*3. posteà verò tales defensores fuerunt secu-
lares pro negotiis Ecclesiarum, de qua re Sanctus Grego-
rius Papa *lib.*1. *epistolarum epistola* 1. *& lib.*3. *epistola* 32.
Frances *in cap. Sanctæ Mariæ de constitutionibus*. Secun-
dò, quidem sunt Ecclesiæ sub protectione Regia, quasi
quod excludatur omnis authoritas Ecclesiastica, & hoc di-
ci non potest, quia licet agnoscamus Monasteria vigore
fundamentorum, dotationum, vel Constitutionum sub
immediata esse Regum protectione, non tamen excludi-
tur omnis visitatio, prout cætera ejusdem qualitatis visi-
tantur, nec requiritur in hoc ut habeamus actuale instru-
mentum quasi de novo confectum, cum ex antiquissimis
privilegiis, ita disponitur, & licèt esse sub protectione non
importat esse de jure patronatus, tamen nos aliunde habe-
mus per privilegia, per annotationes in factis antiquis, &
per omnes alias probationes, quibus contenti esse debemus
in materia tam antiquissima.

56 Neque dicas quartò, quòd in multis actibus Mo-
niales Sancti Sebastiani sibi præjudicaverunt, recurrentes
ad Ordinarium, quando ex vi immediatæ protectionis,
& Regaliæ non debebant accedere, dicit ergo Ordines,
scilicet Archiepiscopus Neapolitanus observare mihi ul-
timum statum, seu possessorium, & interim respectu ve-
strarum prætentionum dabitur terminus in causa super
petitorio.

57 Sed contra primò, quia patronatus Regiæ Coronæ, &
bona ejusdem, sicut & jura Regalia sunt impræscriptibilia,
ita ut nulla præscriptio quantumvis centenaria, nec im-
memorabilis contra Regem, Regiamque Coronam pro-
cedat, & omnis possessio damnatur in juribus Regalibus
absque titulo, & ita semper practicatum refert Gabedus
de patronatu Regiæ Coronæ, *capit.*7. *numer.*20. latissimè Ca-
stillus *de tertiis debitis*, *cap.*22. *cum seqq.* quia potest per le-
gem fieri, ut nulla possessio insurgat, non dato titulo, im-
mò ob id damnata, & reprobata dicitur Lazarte *de decima
venditionis*, *cap.*29. *numer.*5. Velasc. *de jure emphyt. quæst.*8.
*num.*26. cum ergo non detur possessio, ex eo quod non
detur titulus, & absque possessione præscriptio non proce- 58
dat, *cap. sine possessione*, *de regul. jur. in* 6. bene sequitur,
quod in patronatibus Regiis præscriptio contra Regem,
Regiamque Coronam dari non possit, ut post Velaschus
*quæst.*9. *num.*7. refert Gabebus ubi suprà, *numer.*3. *in fine*,
ubi refert pluries judicatum, & per hoc dici solet, quod
jura Regalia sunt impræscriptibilia, Covarruv. *practic. cap.*
1. 2. *&* 3. Avendanus *de exequ. mand. lib.*1. *cap.*4. & idem
in Regno Franciæ dicit Rebuffus *ad leges Galliæ*, *tom.*1.
in tit. de materiis possessoriis, *artic.*2. *gloss.*2. *num.*26. Meno-
chius *de remed. possess. remed.*3. *numer.*155. cum enim jus
resistat, præscriptio non datur, *capit.*1. *de præscript. in* 6.
capit. ad decimas, *de restitutione spoliatorum*, *in* 6. Barto-
lus *in l.* 1. *ff. de jurisdictione omn. judic.* Gabedus *capit.*7.
*numer.*5. qui subdit quòd Rex contra Vassallum potest
præscribere jus patronatus, quia ex parte Regis non mi-
litat ratio illa damnatæ possessionis, immò ita est, ac si
quælibet privata persona contra aliam præscribat, & sic
præscribet tempore ordinario requisito in præscriptione
privatarum personarum, ut per Covarr. *requisito* 1. *in præ-
scriptione prædictarum personarum*.

Sed contra secundò, quia licet per Textum *in cap. Con-* 59
sultationibus, *de jurepatronatus*, dicatur, quod in benefi-
ciis ultimus status attenditur, tamen dico, quòd Textus
ille non procedit quando lis super patronatu est cum Epi-
scopo, qui Ecclesiam patronatus contulit, sine forma,
sive sine consensu patroni intra tempus à jure datum, nam
evicto patronatu à vero patrono Rector, cui Episcopus
contulit Ecclesiam, removeri debet præsentatus de novo à
vero patrono, ab illo constitui debet, ut patet, quia Textus
loquitur quando lis stat inter duos patronos, Episcopus au-
tem non ut patronatus, sed tamquam Ordinarius Diœcesa-
nus Ecclesiam contulit, quæ cum inveniatur per senten-
tiam esse de jure patronatus, & sic collata ab Episcopo sine
consensu patroni, talis collatio nulla est, vel saltem irrita,
cap. decernimus 16. *quæst.*7. *cap. illud*, *cap. cum dilectus de
jurepatronatus*, Parisius *cons.*143. *col.*1. *vol.*4. Rolandus à
Valle, *cons.*47. *à num.*29. *vol.*1. cum talis collatio nulla sit,
habetur ac si facta non esset, cum idem sit non facere, vel
nulliter facere, *l. quoties*, *ff. qui satisdare cogantur*, & habebit
locum dispositio Textus *in cap. cum vos de officio Ordinarii*.
Neque obstat decisio Rotæ allegata per Menochium *cons.*
99. *ad finem*, quia illa decisio probat, quod inter collatores
est locus dispositioni *cap. Consultationibus*, *de jurepatronatus*,
quando Episcopus Ecclesiam contulit, quæ postea pertinet
ad collationem cujusdam privati, nam tunc collatus ab Epi-
scopo manebit in Ecclesia, sed nos loquimur in Ecclesia, qui
est casus multum diversus, & ita tenendum esse dicit Gabe-
dus, *d.c.*8. *num.*6.

Sed contra tertiò, quia Textus *in dict. cap. Consultationi-* 60
bus, non habet locum, quando ex parte præsentantis dare-
tur mala fides, quia inter requisita ut procedat illius deci-
sio, requiritur etiam bona fides, per Glossam ibi *in vers.
possidebat*, Roccus *in verbo competens*, *num.*45. ubi latè agit
de hac quæstione, unde fit, quod si in libris Episcopi, scili-
cet visitationis reperiatur institutio, in aliquo facta ad præ-
sentationem Regis, sive alicujus patroni, numquam colla-
tio Episcopi procedit, & provisus removeri debet arg. Text.
in l. non est ferendus, *ff. de transact.*

Sed etiam quartò, quia Textus *in dict. cap. Consultatio-* 61
nibus non procedit, quando quæstio, & lis est super spo-
lio: nam tunc si Procurator Regius, petat in integrum
restitui ad hanc restitutionem plenariam in effectu haben-
dam, necessario est removendus provisus ab Episcopo,
sive ab alio patrono, juxta Textum *in leg. restituere*, *leg.
plus est*, *l. hæc verba*, *ff. de verb. signif. l. quod si minor. §. re-
stitutio*, *ff. de minor. cap.*1. ubi Doctores *de restitutione in* 62
integrum, Menoch. *de recuper. possess. in præludiis*, *numer.*4.
Covarr. *lib.*1. *cap.*3. decisum refert Gabedus *de patronatu
Regiæ Coronæ*, *cap.*8. *numer.*9. & sic provisus ab Episcopo,
non solum Ecclesiam relinquere tenetur, sed etiam fructus
omnes à tempore spolii, juxta vulgatam Regulam *l. videa-
mus*, *§. in Faviana*, *ff. de usuris*, cum aliis traditis à Covarruv.
*in lib.*1. *variar. cap.*3. & sic decisum refert Gabedus ubi su-
prà, *num.*11.

Neque dicatur quintò loco, curandum non esse quod 63
Episcopus nullum exerceat occasione tali Monasterio,
quia Archiepiscopus, non indiget probare fuisse continuam,
pacificam, & non interruptam possessionem, quia cum
habeat

habeat juris assistentiam in omnibus Ecclesiis, & Monasteriis suæ Diœcesis, talis sufficit semper, quòd non ostendatur contrarium, vel Apostolicum privilegium, vel immemorabilis præscriptio, vel centenaria legitimè probata cum suis requisitis, quorum unum est essentiale, quod nunquam fuerit practicatum contrarium, dum in causa universali sufficiat unicus actus possessionis, in omnibus, nulla habita ratione contrariorum, qui quidem actus potiùs existimantur turbativi, ut dixit Rota in una Archiepiscopali Toletana contra Priorem Castellæ D. Joannem de Austria, & non obstante, quòd Prioratus fuerat de patronatu Regio per veram fundationem, & dotationem etiam quod Prior haberet plures actus possessivos continuatos per plures annos, ut in dicta Toletana jurisdictionis de anno 1659. 9. Maji, & 21. Maji 1660. & 27. Januarii 1662. coram Bevilaqua.

64 Respondeo enim quod argumentum procedit in falso supposito cum reverentia, scilicet pro parte Monasterii S. Sebastiani nullum concurrere privilegium, nullum marmoreum lapideum, nullas litteras enuntiativas antiquissimas, nullam assertionem factam ab Archiepiscopis Neapolitanis, quod in totum falsum est, quia ut suprà, dicebamus in casu nostro concurrunt hæc omnia, quæ non potuerunt præjudicari, cum agatur de Regaliis, in quibus nulla cadit possessio contraria, nulla præscriptio, in casu etiam nostro considerantur tot litteræ, tot Bullæ, tot fundationes, pro quibus probandis cum simus in antiquissimis sufficit haberi illa probatio, quo potest in hac materia, & ex alio capite habeamus Concilium Tridentinum dictans quòd omnia illa, quæ sunt sub immediata Regum protectione sunt judicanda, regulanda, & conservanda sub certis legibus, de quibus Marta *de jurisdict. cap.*18. *num.*4. Armendariz *tit.*6. *de visitatione*, *num.*71. Stephanus Vaimez in Trident. ubi suprà, *sess.*2. *cap.*8. *num.*13. ubi advertit hoc extendi etiam ad ea Hospitalia, & Collegia, quæ sunt sub immediata protectione aliorum Superiorum, & sublimium

65 Principum, qui Regalia in suis ditionibus possident etiamsi titulum Regis non gerant, in casibus autem non exceptis diversimodè proceditur, ut suprà, dicebamus, nec juvat allegare præscriptionem, centenariam, immò ducentenariam, & immemorabilem, quia in Regiis patronatibus nulla currat præscriptio ex Velasco ubi suprà, & tradit Rebuff. *ad leges Gallicas*, *in tit. de materia possessoria in præfatione*, *numer.*133. Gabedus *cap.*1. *& cap.*34. *numer.*3. unde cum in præsenti simus in Regalia per Serenifs. Reges hujus Regni concessas Monasterio, quod cum enuntiatur semper sub dicto nomine jurispatronatus Regalis enuntiatur sub immediata Regis protectione, nihil poterit prætendere Archiepiscopus, quasi quod cum suo consensu debuisset fundari, quia supponimus hoc totum fuisse factum antiquissimis illis temporibus, prout constat ex illo inventario per Episcopum Nicolaum facto, sufficit ergo si probationes habeamus omni meliori modo, quo potest ex dictis à Gabedo *loco citato*, sic licet in Ecclesia patronata non possit fieri Monasterium invito patrono, tamen fallit quando consenserit patronus, ut fiat collegiata Barbosa *de offic. Paroci*, *part.*1. *cap.*38. Moneta *de decimis*, *q.*7. *numer.*3. Fontanella *de jurepatr. lib.*6. *q.*13.

Unde omni jure sperant Moniales S. Sebastiani ad eorum favorem Regaliam prædictarum esse indicandam, oppositis non obstantibus, tum per Eminentifs. Carracciolum, tum etiam per alios aliter injustè cum reverentia existimantes.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CLXXXV.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur, de qua in præsenti cum omnibus circumstantiis ejusdem.*
2 *Factum, de quo in præsenti, qualiter sit deductum, & probatum.*
3 *Invasus omni jure potest occidere invasorem.*
4 *Clericus invasus potest tota conscientia occidere invasorem.*
5 *Invasus potest occidere invasorem ad vulnus evadendum.*

6 *Irregularis non est occidens pro evadenda deformitate sui ipsius.*
7 *Irregularis non est qui occidit ad vulnus evitandum.*
8 *Irregularis non est qui occidit invadentem, cum majoribus armis, quam ille invaserit.*
9 *Irregularis non est qui occidit venientem contra se pro honore auferendo, etiamsi veniet sine armis.*
10 *Defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ, quæ dicatur, & quæ requiratur.*
11 *Defensio necessaria quæ requiratur.*
12 *Irregularis non est minantem occidens etiam invadentem.*
13 *Irregularis non est præveniens in occidendo minantem sibi mortem, &c.*
14 *Irregularis non est occidens invadentem non physicè, sed moraliter.*
15 *Excommunicatus non est occidens Clericum moraliter invadentem.*
16 *Irregularis non est occidens illum, qui quærit opportunitatem eum occidendi, & n.*17.
18 *Uxor potest maritum occidere præparantem ad illam occidendam.*
19 *Irregularis non est, qui occidit venientem cum armis contra se.*
20 *Defensio vitæ propriæ licita est, etiam contra invadentem moraliter.*
21 *Præventio licita est contra invadentem moraliter.*
22 *Irregularis non est, qui manentem occidit, licèt possit se in domo conservare.*
23 *Occidere alium præparatus, potest licitè occidi.*
24 *Nobilis occidens minantem sibi fuit absolutus in Magna Curia Vicariæ.*
25 *Insidias patrantem contra aliquem potest ab eo occidi.*
26 *Irregularis non est qui invadit injuriando etiam verbaliter.*
27 *Irregularis non est qui potens vulnerare, vel mutilare, occidit, & n.*28. *&* 29.
30 *Homicidium non dicitur voluntarium si quis occidat sine moderamine inculpatæ tutelæ.*
31 *Occidens cadentem in terra an sit irregularis, potens illum vulnerare.*
32 *Irregularis non est occidens dehonestantem, potens alio modo se tueri.*
33 *Irregularis non est non potens habere satisfactionem honoris amissis.*

ARGUMENTUM.

Irregularitas ex defensione propriæ vitæ non contrahitur, si alius occidatur, nec pro honore, vel fama defendendo, & hoc non solùm posita Physica invasione, sed etiam morali, & quando dicatur moralis invasio, & quibus exemplis explicetur, qui verò invadit, & ab invasore occiditur sine moderamine inculpatæ tutelæ, non dicitur homicidium committere voluntarium, ubi explicantur jura civilia, & canonica in hac materia loquentia.

NEAPOLITANA
prætensæ Irregularitatis,
PRO
U. J. D. Innocentio de Piro, &c.

Beatissime Pater, supplicat humiliter S. Vicariæ U. J. D. Innocentius de Piro, factum narrans, nisi contingens in Neapolitana Civitate de anno 1655. dum ludendo recreationis causa in Pilæ ludo, vulgò *detto* (*il Trucco*) fuit sibi judicatus unus ictus vulgò *detta* (*una posta*) à Domino Anello Cappello, & hoc à nemine requisitus, sed voluntariè, & spontè idem Dominicus Anellus Cappello fecit, ob quam causam nonnulla verba præcesserunt inter dictum Innocentium supplicantem, & dictum Dominicum Anellum, remansit offensus Innocentius à Dominico, verbis tamen, non facto, quam injuriam verbalem non potuit sibi tunc temporis Innocentius au- 1

ferre, ſtante quòd idem Dominicus Anellus erat armatus pugione, & enſe, Innocentius verò, uti Doctor, non utebatur armis, remanſerunt: ergo propter cauſam prædictam inter eos inimici, paucos poſt dies in viam caſualiter ſeſe obvenerunt, Dominicus Anellus tamen non ceſſavit iterum injuriam inferre eidem ſupplicanti, ob quod coactus fuit Innocentius ſumere gladium, ſeu enſem ſui famuli, & inter ſe gladiarunt, diviſi poſteà per nonnullos dies ſub judicis mandato ſteterunt, domum detinentes loco carceris, demum facta pace inter eos coram Judice Prato, ſublatoque mandato, non deſinebat dictus Dominicus Anellus ab injuriis contra dictum ſupplicantem, variis acceptis occaſionibus, cum malo animo occidendi ſupplicantem, ut contingit die 7. Auguſti, dum per Civitatem Neapolitanam fiebant luminaria Beati Gaetani, dictus Dominicus Anellus Cappello perſecutus fuit dictũ Innocentium ſupplicantem, manu enſi appoſita, qui niſi aufugiſſet, certè in vita periclitabatur, & multoties noctis tempore eum invaſit propè domum propriam ſupplicantis, nec cauſam relinquebat eundem injuriandi, tum ſignis, tum verbis, unde pertranſibat ante ſupplicantem, Pileum calcando ſuper caput, manum ponendo ſuper enſem, minando, & totum ad finem eum vituperandi, Innocentius verò ſupplicans, ut Chriſtianè operaretur, pluries per medium amicorum intelligi fecerat, ut non ita injurioſè contra ipſum ageret, dictus Dominicus Anellus verò dictis humilitatis actibus aures non præbens, magis ſuperbia elatus, non ceſſabat in pejus operari contra dictum Innocentium, qui volens piè, & benè ſe gerere ad ſcandala tollenda, receſſit à civitate, & in quadam ſua villa permanſit, reverſus poſtea ſupplicans poſt aliquos menſes in Civitate, non ceſſabat dictus Dominus Anellus eum moleſtare variis modis, & propriè die 11. menſis Novembris cum pluries per domum, & ante eam tranſiret modis quibuſdam injurioſis, adeò quod die ſequenti 12. menſis Novembris cum iterùm ante domum ſupplicantis tranſiiſſet eo modo, quo ſuprà, dictus Innocentius ſupplicans cum alio ſocio occurrit ſuper eum, duo præbens vulnera, quibus poſt decem dies mortuus eſt, ut hoc totum, quod ſcripſimus, ſtat deductum, & probatum in M. C. V. deponentibus hoc Teſtibus, & aliquibus etiam pro Fiſco examinati.

2 In Curia Archiepiſcopali Neapolitana probatum apparet, quòd dictus Dominicus Anellus erat Vir rixoſus, & multa commiſerat delicta, ut ex actorum perquiſitione clarè liquet, & erat Vir infimæ conditionis, filius cujuſdam ſartoris, non habens unde viveret; è contra probatum eſt Innocentium ſupplicantem bonæ vitæ, & famæ, vixiſſe, & vivere multis commoditatibus, ſuis introitibus, & in omnibus ſuis actionibus bene ſe geſſiſſe, & gerere, proximum adjuvando ſuis expenſis, in ſimul probatum eſt, quòd ſi aſcenderet ad Sacros Ordines utile foret Eccleſiæ, non damnum, utpotè poſſidens plures commoditates, qui numquam deliquit, ſed ſemper vixit cum bona fama, quietè, & pacificè; & qui commiſit homicidium prædictum tractus à moleſtiis, inſidiis, & periculis ejuſdem Dominici Anelli, & ad vitam propriam tuendam, dum minatus fuerat, & quotidie minabatur vitæ ejuſdem ſupplicantis, ob malam vitam, & conditionem dicti Dominici Anelli, quod ſciens Eminent. Neapolitanus Archiepiſcopus ex proceſſu facto ad finem recipiendi Ordines, reſcripſit idem Dominus ad ſui favorem pro diſpenſatione obtinenda ab irregularitate per S. V. quatenus incurriſſet, unde ſupplicatur S. V. pro eadem, pro qua in jure adducuntur nonnulla probantia, ſupplicantem irregularitatem non incurriſſe, unde poſſet reſcribi, ut conſulat conſcientiam ſuam.

Quod verò Beatiſſime Pater, nullam incurrerit irregularitatem probatur.

3 Primò, quia occidens injuſtum invaſorem, pro tuenda propria vita non peccat, nec conſequenter fit irregularis, cum licitum ſit unicuique, divino jure, naturali, & poſitivo, ad propriæ vitæ defenſionem, aggreſſorem, & offenſorem occidere, ut jus Canonicum ſæpè teſtatur, præcipuè Textus *in cap. ſignificaſti el 2. §. ultimo, & cap.*18. *de homicidio, cap. ſi verò, de ſent. excommunicat.* ubi dicitur vim vi repellere licere, omnes leges, & omnia jura permittere, *l. ut vim, ff. de juſt. & jure, l.*1. *§. vim vi, & l.*3. *§. cum igitur, ff. de vi, & vi armata, leg. ſciendum, §. quia cum aliter, ff. ad leg. Aquil.* Sanctus Thomas 2.2. *quæſt.64. art.*7.
poſt alios Auguſtinus Barboſa *in dict. cap. ſignificaſti, num.*
12. Leander *de irregularitate, tom.*5. *diſp.*12. *quæſt.*1. *per to-* 4
tam, & hoc non ſolum locum habet in Laico, ſed etiam
in Clerico, vel Monacho ſe defendente, ut poſt alios Bar-
boſa, & Leander *quæſt.*2. ſic non fit irregularis ille, qui
occidit injuſtum invaſorem, ut ſe tueatur à vulnere infli- 5
gendo per illum, quia talis occiſio eſt verè licita, cum In-
nocentia, & neceſſitas hujus occiſionis illam immunem
faciant ab omni culpa, & ſic etiam ab irregularitate, ut
poſt alios Leander *diſput.*12. *quæſt.*11. Diana *part.*4. *tract.*2.
*reſolut.*6. ſic non eſt irregularis, qui occidit invaſorem ad
ſe defendendum à gravi deformitate vulneris, quia homo 6
tanti facit gravem vultus deformitatem, quanti gravem
divitiarum jacturam, ſed poteſt quis ad ſuas divitias de-
fendendas occidere invaſorem, ergo bene potuit Innocen-
tius Dominum Anellum occidere, qui pluries invaſit ho-
nori Innocentii, & non ceſſavit pluries illum invadere
pro vita tollenda, vel honore, ſic grave vulnus in facie, 7
quod potuiſſet inferri à Domino Anello, magnum dede-
cus, & infamiam affert, ergo ad hanc evitandam, licita
fuit occiſio, illam injuſtè procurantis, ut poſt alios Pel-
lizzarius *tom.*2. *tract.*7. *cap.*5. *ſect.*4. *numer.*229. etiam cum
majoribus armis, quia fas eſt quacumque via, & ratio- 8
ne, & quibuſcumque armis id totum efficere, quod ad tu-
tam defenſionem fuerit neceſſarium, ut latè Gomez.
*tom.*3. *variar. capit.*3. *numer.*22. *&* 23. per Textum *in l.*1.
& 3. *Cod. ad leg. Cornel. de ſicariis*, quæ jura licet loquun-
tur in foro exteriori, tamen eundem effectum habent in
foro conſcientiæ, Cardinalis Lugo *tom.*1. *de juſtit. diſp.*10.
*ſect.*6. *numer.*151.
Probatur ſecundò, quia non eſt irregularis, qui ob de- 9
fenſionem vitæ ſuæ, aut honoris occidit venientem con-
tra ſe, ſine aliquo genere armorum, ſed tantum manu
vacua, minans eum ſuffocare, vel alapam præbere, quia
ſi non poterit aliter defendere vitam ſuam, vel honorem,
niſi occidendo poterit hoc facere, quia non eſt neceſſa-
rium, ut quis dicatur ſe defendere cum moderamine in- 10
culpatæ tutelæ, ne utatur armis adverſus aggreſſorem, quia
arma non affert, vel ut non utatur potentioribus, quia re-
gula obſervanda in utroque foro, non eſt ſumenda ex his,
ſed ex neceſſitate, qua coarctatur ad ſuam defenſionem
aggreſſus, vel invaſus, & ſic poteſt occidere, Baldus *in l.*1. 11
*C. unde vi, num.*11. ubi Bart. *col.*2. *num.*7. Gomez. *d. cap.*3.
*num.*22. Diana *part.*8. *tract.*7. *reſol.*48. *in fine*, Leander *tom.*
5. *diſp.*12. *q.*18. *in fine*.
Probatur tertiò, & fortius, quia licitum eſt alicui oc- 12
cidere invaſorem, quando in actu proximo, non invadit
ad occidendum, ſed minatus fuit, quia licebit morte præ-
venire invaſorem, nam licèt invaſor actu phyſico non in-
vadat, tamen eſt in procinctu ad invadendum, & nemo
tenetur expectare actum phyſicum invaſionis, & ſic qui
præparat ſclopetum, vel alterum occidat, & ille jam 13
ſuum præparatum habet, poterit in illum ſuum prius exo-
nerare, nam imprudens eſſet, ſi expectaret, ut alter prius
in eum, ſuum exoneret, & patet ex eo, quia non eſt ne-
ceſſe, ut invaſor cœperit lædere invaſum: nam defenſio
non eſt in ordinem ad offenſam factam, ſed ad impedien-
dam futuram, ne fiat, quare ſi jam præparavit arma, vel 14
quid aliud fecit ad exequendam voluntatem occidendi in-
vaſum, jam incepit moraliter illum invadere; ergo opti-
mè poterit ſe defendere, illum occidendo abſque ulla cul-
pa, & abſque irregularitate, & excommunicatione Cano-
nis *ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *q.*4. ſi forſitan invaſor ſit Cle-
ricus, vel Monachus, ita tenet communis ſententia, de 15
qua Sotus *lib.*5. *de juſtitia, quæſt.*1. *artic.*8. Navarr. Covarr.
Henriquez, Corduba, Villadiego, Sayrus, Leſſius, & alii
cum Cardinali de Lugo *de juſtit. diſput.*10. *ſect.*7. *num.*156.
Gibalinus *de irregularitate, cap.*4. *quæſt.*59. *conſectario* 3.
*difficult.*9. *diſput.*12. *quæſt.*19. *in fine*; cum ergo dictus Do-
minus Anellus pluries ſigna dedit invadendi Innocentium
in vita, vel in honore, ut in facto diximus, licita fuit oc-
ciſio, ſine ulla irregularitate.
Neque dicas cum altero Navarro *in manuali, cap.* 16
15. *num.*3. & Michaele Salonio 2. 2. *quæſt.*64. *artic.*7. *contro-*
*verſ.*1. *concluſ.*5. qui dicunt non licere occidere eum, qui
ſolùm decrevit te occidere, & quærit opportunitatem, ni-
ſi jam aggredi incipiat: & ratio eſt, quia ad ſolam viam
repellendam, licitum eſt alium occidere, ſed ante actum
aggreſſionis non eſt vis, quæ repellatur; ergo non eſt, cur
occidatur.

Reſpon-

17 Respondeo enim non esse necessarium expectare invasionem physicè, & in actu; sufficit enim moraliter posse fieri à solito delinquere à viro facinoroso, qualis erat dictus Dominus Anellus respectu ipsius Innocentii, ut su-
18 prà, probatum est: unde dicit communis sententia, licitum esse uxori occidere maritum, qui pugionem sub cervicali posuit, ad eam postea occidendam; ergo idem dicendum est de quocumque alio invaso, & aggresso, nempè quod licitè prævenire poterit, occidendo illum, qui se præparat ad offendendum, quod pluribus aliis exemplis illustratur à DD. de quibus Leander ubi suprà, *quæst.19. in fine*.

19 Probatur quartò, quia potest licitè, & absque periculo irregularitatis occidi ille, qui venit cum armis contra aliquem verisimiliter causa offendendi, quia per hoc verè dicitur invasor in discrimine vitæ constitutus; non enim expectare debet, ut priùs recipiat aliquam offensam, vel percussionem, nisi imprudens satis judicari velit, ut benè Gomezius *dicto cap.3. num.22.* qui id probat, & ex *leg. aggressorem, Cod. ad legem Cornel. de Sicariis, & ex l. si quis percussorem, eodem titulo*, ubi ita dicitur (*si quis percus-*
20 *sorem, ad se venientem gladio repellit, non ut homicida teneatur, quia defensor suæ salutis, in nullo peccasse videtur*) &
21 licet physicè non cœperit aggredi, tamen moraliter videtur aggressor cœpisse actum, sic possunt sine periculo irregularitatis morte prævenire illum, qui per se ipsum actu moraliter invadit, putà si mandet alteri, ut te occidat, quia potest ille occidi ex illo actu mandati: nam parum refert an te invadat per se ipsum, an per alterum, ut post Banes, Fagundez, Molinam, & alios dicit Leander *dicto tom.5. disput.12. quæst.22. per totam*, sic est sententia probabilior, non esse illum irregularem, qui occidit alium, qui licèt actu non suaserit alicui, ut eum occidat, conjuravit ta-
22 men in mortem ejus, & cum sicariis egit, ut opportunitatem quærerent illum occidendi, quia non debet se continere quis in domo, vel in exteras regiones ire, ne occidatur, sed poterit impunè illum occidere, & sine irregularitatis timore, ut bene Leander *q.23. in fine*, sic si quis de-
23 crevit aliquem occidere, & hoc alicui manifestaverit, potest occidendus, illum occidere sine ullo peccato, & pœna irregularitatis, sic qui tibi minatur mortem, poteris eum
24 occidere sine metu irregularitatis, præveniendo morte Adversarium, & Julius Clarus *in §. homicidium, num.23.* ex Afflicto, & aliis observat absolutum fuisse quendam nobilem, qui alium sibi minantem interfecit, & in materia
25 nostra docet post alios Diana *part.5. tract.5. resolut.10.* sic si quis existens reclusus in aliqua domo, videt injuriam insidias patrantem contra se, ut illum occidat, potest jure permittente illum occidere: nam hoc est defendere propriam vitam, vim vi repellendo, & jam jam aggressorem actum inculpatæ repellendo, Molina, Azorius, & alii apud Dian. ubi suprà, *resol.8.* Leand. *qu.26. in fin.*

26 Probatur quintò, quia licitum est occidere illum, qui verbalibus injuriis famam tuam notabiliter lædit, unde si quis baculo, vel alapa famam alicujus viri probi læserit, poterit ille vir probus occidere eundem ad suam famam defendendam: igitur similiter qui injuriam verbalem ab alio patitur, quia parum interest, quod alius famam lædat cum armis, aut cum verbali injuria, ut post alios Cardinalis Lugo *disput.10. sect.7. numer.165.* Leander *disp.12. tom.5. q.30. per totam*.

27 Neque dicas potuisset Innocentius dictum Dominum Anellum vulnerari, vel mutilare ad suam famam defendendam; ergo illum occidendo fuit irregularis; ut tenet Covarruvias *in Clement. si furiosus, part.3. §.1. de homicidio, & l.1. Cod. unde vi, cap. ut famæ, §. ultim. de sentent. excommunic. cap. significasti, el 2. de homicidio*, ubi ait esse irregularem occidentem aliquem sine moderamine inculpatæ tutelæ; ergo cum excedat modum in defensione erit irregularis, ut dicit Majolus *lib.5. capit.38.* Sylvester *in verbo, Homicidium, el 3. quæstione unica*, Sayrus *lib.6. Thesauri, cap.17. num.19.*

28 Respondeo primò, quòd contrarium dicunt alii cum Armilla *in verbo, Irregularitas, numer.41.* ubi ait: Sed si potuit evadere solum mutilando, & occidat non est irregularis, sequitur Zabarella *in dicta Clement. si furiosus*, quia quantum ad irregularitatem, homicidium, & mutilatio procedunt à pari, Tabiena, & Armilla apud Sayrum ubi suprà.

29 Respondeo secundò, esse irregularem illum, qui potens mutilare, occidat invasorem, si occidat de per se, & non per accidens, & præter intentionem, errante manu inculpabiliter occidat, quem vulnerare tantùm ad suam defensionem volebat, tunc enim immunis erit ab irregularitate, ut latè Leander ubi suprà, *tom.5. quæst.33.* & in hoc casu esset dicendum, consulat conscientiam suam.

Addo singularem doctrinam, quam post Graffium tenet Giballinus *cap.4. de irregularit. quæst.3. consectario 3. difficult.13.* hanc irregularitatem non esse ex homicidio voluntario indispensabili, quia non est imponenda ordinaria pœna ei, qui se defendendo, justum modum excessit, aut qui justo dolore contristatus, occidit, ut post Covarruv. Suar. & alios dicit Diana *part.3. tract.2. resolut.3. in fine*, Leander ubi suprà, *q.33. in fine*, immò si quis percusserit invasorem, & ille cadat in terram, potest invasus illum occidere, ut bene Gomez. *tom.3. cap.3. numer.24.* quia si ille postea aufugere, & multo magis offenderet, & occideret ipsum aggressum, qui ei misericorditer pepercit, ut persæpè contingit; scio alios dixisse, non posse illum occidi, qui in terram cecidit, de qua re Leander *q.39.* 30

Probatur ultimò, quia vir nobilis dehonestatus, aut percussus potest læsorem insequi, aut impresso vulnere, honorem recuperare, post alios Gomez. *lib.3. cap.3. numer.32.* Plaza *lib.1. delictorum, capit.21.* Clarus *in dicto §. homicidium*, & post alios Diana *part.2. tract.1. miscellan. resol.15. & part.8. tract.4. resolut.11. & part.8. tract.7. resolut.48. & 51.* Giballin. *d. cap.4. quæst.3. consectario 3. difficult.14.* Hurtadus *disput.11. difficult.11.* quòd si potuisset habere à parte satisfactionem honoris amissi, non potuisset illum occidere, ad notata per Giballinum *difficult.4.* Cum ergo Innocentius non solùm non habuerit satisfactionem à Domino Anello Cappello, sed mediantibus amicis pluries se obtulit quietare cum eodem, qui noluit, consequenter ostendit malum animum, quem habebat contra Innocentium, ergo potuit illum occidere, præveniendo, igitur nullam incurrit irregularitatem, poterit ergo ei dici, ut consulat conscientiam suam, vel quatenus, (quod non creditur,) irregularitatis pœnam incurrisset, est ex homicidio non voluntario, de facili per Summum Pontificem dispensabilis. 31

Quare, &c.

DISCEPTATIO CLXXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Facti species disputanda proponitur.*
2 *Legata diminuuntur pro rata, si vires non suppetunt patrimonii.*
3 *Legata si soluta sint integraliter, repetuntur legatariis.*
4 *Legatarii restituunt partem, si ultra vires accipiant.*
5 *Legata pia patiuntur etiam diminutionem pro rata.*
6 *Legata in testamento militis, diminutionem pro rata recipiunt ob defectum hæreditatis.*
7 *Legata pia diminuuntur ob debitum naturæ.*
8 *Legata pia quo sensu detrahuntur per æs alienum.*
9 *Legatum dotis filiabus relictum, non patitur diminutionem.*
10 *Legata in testamento relicta, si diminuantur in codicillis, diminutio non comprehendit legatum dotis.*
11 *Legatum diminuitur nisi aliter appareat de voluntate testatoris.*
12 *Paternum consilium maximum est in filiis.*
13 *Pater demens præsumitur, qui sine causa filium exheredat.*
14 *Legatum filiabus factum à patre, diminutionem non recipit.*
15 *Dotis favore mandatum re integra non expirat morte mandantis.*
16 *Mandatum morte mandantis, favore piæ causæ, non expirat, etiam re integra.*
17 *Dotis favore contractus innominatus non admittit pœnitentiam re integra.*
18 *Mandatum ad pias causas, non extinguitur etiam re integra.*

19 *Legatum dotis quare non subjiciatur defalcationi.*
20 *Statutum stantibus masculis, &c. aliter Romæ, aliter in Regno servatur.*
21 *Dos succedit loco legitimæ filiæ, exclusæ in Regno, sed non in urbe.*
22 *Dos filiæ quando succedat loco legitimæ.*
23 *Legatum pium quando deducatur, ut æs alienum.*
24 *Legata pia non debentur existente ære alieno, quod limitatur in legato pro malè ablatis, in quo tamen non requiritur alia probatio, sed statur assertioni testantis.*
25 *Legata speciei, & quantitatis veniunt in contributum.*
26 *Textus in leg. quærebatur, ff. ad leg. falcidiam, explicatur.*
27 *Legata speciei, & quantitatis, quare æqualiter diminuantur.*
28 *Legatarius non præfertur per hoc, quod primo nominatus fuit.*
29 *Legatarius si partem tantum legati sit consequutus, restituere tenetur.*
30 *Legatarius primo nominatus, quod præferatur aliis putant aliqui, & jura adducunt.*
31 *Textus in l. si post missionem, ff. ad l. falcidiam, explicatur.*
32 *Legatarius præfertur alteri, quando ex residuo alteri reliquit.*
33 *Textus in l. quoties, ff. de usufr. explicatur.*
34 *Legatarius præfertur aliis, quando habet electionem.*
35 *Legatarius præfertur aliis, posita dictione,* præter, *de qua hic.*
36 *Scripturæ ordo quando operetur, & quando non, in testamento.*
37 *Legatarius præfertur interdum aliis, & qualiter.*
38 *Textus in l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicommissis libertatibus, explicatur.*
39 *Legatarii specierum, & quantitatum recipiunt diminutionem pro rata.*
40 *Legatarius de quo agimus præfertur aliis legatariis.*
41 *Finis, & causa legati attendi debet.*
42 *Legatarii dignitas, claritas, & necessitas, multum operatur.*
43 *Legatum factum propter benemerita, qualiter interpretetur.*
44 *Textus in l. nummis, ff. de leg. 3. explicatur.*
45 *Testatoris voluntas primum locum, obtinet in testamentis.*
46 *Dictio,* præcipuè, *importat prælegatum, id est, ante partem legatum.*
47 *Legatum de quo in præsenti, cur debeat esse præcipuum.*
48 *Marito pauperi debetur quarta in bonis uxoris divitis.*
49 *Legatum factum à marito uxori, vel è contra, compensatur cum quarta debita.*
50 *Legatum, & donatio remuneratorium præfertur aliis legatis.*
51 *Quarta uxori, vel è contra viro debita, an debeantur jure hæreditario.*
52 *Legatarius pro celebratione Missarum præfertur aliis legatariis.*
53 *Legatum ob remunerationem, de quo in præsenti præfertur legato celebrationis Missarum.*

ARGUMENTUM.

Legata diminuuntur pro rata, diminutis facultatibus hæreditariis, & si integraliter sint soluta, repetuntur à legatariis. Diminuuntur etiam legata pia, vel relicta in testamento militis: nisi aliter de testatoris voluntate appareat. Quid de legato relicto filiabus pro dote; aut pro male ablatis? Diminutio, an fiat si concurrat legatum in specie, & quantitate? Quid si concurrat legatum pro benemeritis factum, & quando non constat meritum, an dicatur tale? & quid si etiam fiat legatum pro celebratione Missarum?

P R O

D. Cæsare de Ligorio Patritio Neapolitano,

C V M

Legatariis quondam Lucretiæ de Donna.

QUondam Lucretia de Donna in suo ultimo, quod con- 1
didit testamento, reliquit Cæsari de Ligorio Patricio Neapolitano suo, viro legatum, hoc modo, cujus verba damus.

Item lascio al detto Cesare Ligorio mio marito annui ducati quattro cento, sua vita durante tantùm, *quali annui ducati* 400. propria authoritate, & non à manu hæredis, *se le debbia da exigere sua vita durante*, ut suprà, *a sua elettione franchi*, præcipuè, *e senza diminutione, da qualsivoglia effetti di mia heredità, à suo arbitrio, elettione, & volontà, con potestà di variare* toties, & quoties *li parerà, e piacerà*, unica solutione contentus; verum tanto in articulo mortis, quanto in vita, *possa disponere detto Cesare di ducati mille delli effetti di detta mia heredità, ò per l'anima sua, ò a chi esso parerà, e piacerà*, pro una vice tantùm.

Quia verò plura legata pia eadem testatrix in testamento prædicto reliquit, pro Missis, pro maritagiis, confessario, &c. unde non sufficiunt facultate hæreditariæ ad solutionem omnium legatorum, ideò de pluribus quæritur, & primò, an legata pia sint pro rata defalcanda pro omnibus solvendis, an sint præcipuè solvenda, & ante omnia? Secundò, an legatum de quo hic, sit solvendum antè, & præcipuè, & sine diminutione, ut ait testatrix? Tertiò, hoc legatum esse remuneratorium, scilicet compensativum cum nobilitate, juventute, &c. ejusdem D. Cæsari. Quartò, eidem Don Cæsari deberi quartam in bonis uxoris, sed in illam computabuntur duc. 400. legati. Quintò, eidem debentur duc. mille expensi per eundem D. Cæsarem in expensis, & meliorationibus necessariis factis in rure, seu massaria ejusdem testatricis, ut apparet ex palmento facto, & aliis expensis: ego ad D. Cæsaris jura manifestanda utar pluribus conclusionibus. Et antequam ad eas proponendas accedam supponere oportet, quod sæpè contingit, quod non raro homines de facultatibus suis magis, quàm in illis est, sperent, §. *in fraudem, institution. quibus in causis manumittere non licet*; & ideò alliciuntur ad facienda magna legata, ut perpendit Rota coram Sacrato *decis. 5. num. 2. part. 4. recent. tom. 2.* & per hoc dixit Seneca *in tractatu de Animi tranquillitate*, ibi: *Alius patrimonio suo plus imperavit, quam ferre potuit.* Et Martialis *lib. 2. epist.* 69. cecinit:

Argenti libras Marius tibi quinque reliquit,
Cui ipse nihil, dabat is tibi verbalem.

Prima ergo sit conclusio, legata quando transcendunt 2
vires hæreditarias, tunc fit diminutio pro rata cuilibet legatario, & de eo quod remanet, facta diminutione, detrahitur falcidia, *leg. si quis testamento, §. apud Iulianum*, & ibi Doctores *ff. de leg. 1. l. si post missionem, & l. ratione, §. quod vulgo, ff. ad l. falcid. leg. si vero composita, §. 1. ff. de milit. testam.* & hæc opinio est tenenda, quicquid alii in contrarium senserint Gomez. *part. variar. cap. 12. de legatis, numer. 34.* & facit Textus *in l. quærebatur, in princip. ff. ad leg. falcid.* & post Gomezium defendunt Surdus *de alimentis, privileg. 30. & 31.* Cardin. Tusch. *littera L, conclus. 55. numer.* 17. Parladorus *lib. 1. quotidianarum, cap. 18.* Escobar *de ratiociniis comput. 10. numer. 11.* Guttierez *in l. nemo potest, numer. 96. ff. de leg.* Molina *de justit. tom. 1. disput. 199. num. 3.* Azevedus *in l. 23. tit. 6. lib. 5. recopilationis, numer. 19.* Bolanus *in Curia, in verbo, Prælatia, num. 63.* ubi plures adducit Castillus *lib. 4. controvers. cap. 51.* Cancerius 3. *part. cap. 20. numer. 302.* Gratianus *capit. 646. à numer. 12.* ubi *num. 15. & 19.* ait, quod
si integraliter facta sit solutio uni, per hæredem posset al- 3
ter legatarius agere contra illum cui est facta solutio, ad contributionem, seu restitutionem suæ partis, ut bene Gomezius ubi suprà, Cevallos *quæst. 103. num. 32.* ubi *numer. 38.* defendit opinionem principalem contrariam nostro Gomezio, latè Sarmientus *lib. 8. selectarum, in leg. si pecunia, num. 27. & in l. Lucius*, ubi agit de interpretatione *legis quærebatur, ff. ad l. falcidiam*, Osualdus *lib. 8. cap. 19.* Didacus Spino *in speculo gloss. 2. num. 3.* Additio ad Gomezium *d. cap.*

d.c.12.n.34. Andriolus tom.2. controv.154.per tot. à qua recedit ex casu, de Franchis decis.236.

4 Cum ergo legata non debeantur ultra vires hæreditarias, ex l.1.§.1.ubi Alexandr. num.3. & 4.ff.de condit.indebiti, ubi Jason cum aliis, Franchus decis.236. propterea fit diminutio, & si forsitan esset facta solutio, posset per alios legatarios repeti ad contributionem, & restitutionem suæ partis, ut in l.2.§.1.ff.de condit.indebiti, Boerius decis.145.n.5. Grat. c.646.n.15. Peregr.de fideicomm.art.4.n.62. Gaspar Thesaur. lib.3.qq.forens.q.114.

5 Secunda conclusio, legata pia etiam patiuntur diminutionem pro rata, ita Bart. in auth. similiter, Cod. ad l. falcidiam, qui ait, quod licet legata pia detrahantur sicuti æs alienum, per Textum in l.si quis servus, ff.ad l.falcidiam, tamen hoc procedit, quantum ad falcidiam, sed ubi non suppetunt vires patrimonii, certè diminuuntur, sicut alia legata: quemadmodum dicimus de testamento militis, in quo
6 bene cessat falcidia, nihilominus diminuuntur propter defectum patrimonii per Textum expressum in leg. si post missionem, ff. ad l.falcidiam, videmus enim hujusmodi legata pia minui propter debitum naturæ, per notata in leg. si quis ad declinandum, Cod. de Episcopis, & Clericis, & hanc
7 sententiam, quod legata pia ob patrimonii defectum minuantur, post Bartolum tenuit Jason in leg.si quis testamento, §. apud Julianum, ff. de leg.1. Peregrinus artic.4. num.63. Parladorus lib.1. quotid. cap.18. num.3. Munoz de Escobar de ratiociniis, cap.10. num.8. ubi dicit, quod ista defalcatio non solùm habet locum in legatis gratiosis, sed etiam in piis, ubicumque testatoris excessit legem, & modum in legatis, & licet legata pia detrahantur, ut æs alienum, tamen intelligitur quoad detractionem falcidiæ, sed non ubi non suppetunt vires patrimonii, ut latè Castillus lib.4. controv. cap.51. num.23. ubi ait in tali defalcatione nullam esse faciendam differentiam, an legatum sit quantitatis, vel speciei, ut infrà, & consanguineis, vel extraneis relinquatur, immò generaliter etiam in legatis piis pro rata minui oportere, & plures ad hoc cumulat, & sic responsum per Francum decis.236. num.2. Riccius part.1. decis.221. qui
8 etiam refert sic practicari in Tribunalibus Regni, Marta part.4.de success.quæst.18.artic.9.num.11. Reg. Rovitus decis. 887.numer.2. 3. & 4. & sic fuisse practicatum in causa, in qua scripsit Molfesius consil.13.numer.16. ipsemet testatur, licet ipse contrarium consuluerit, & ita decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, refert idem Riccius dict. decis.221. numer.4. in fine, Tiraquellus de pia causa privilegio 72. qui in concursu legatorum piorum, & non piorum nihil concludit, licet adducat rationes pro utraque parte, Cardin. Tusch. in verbo legatum, conclus.55. latè Andreolus controvers.139. & 166. Thesaurus lib.3. quæst. forens. quæst.114. Olea de cessione jurium, tit.4. quæst.5. n.22. & seqq.

9 Dices legatum dotis filiæ relictum, non patitur diminutionem ob defectum patrimonii, juxta l.2. & ibi Bart. ff. de privilegiis creditorum, quia tamquam æs alienum deducitur, Bartol. in dict. l.2. §. si sponsa, & post alios Rolandus cons.25. num.21. tom.4. & procedit etiamsi simpliciter fiat filiabus, quia intelligitur pro dotibus, ut post antiquos dicit Rolandus ubi suprà, num.22. sic si in testamento fiant plura legata, & inter ea est legatum dotis, si contingat diminui in codicillis legata in testamento relicta non intelligitur diminutum legatum dotis, per Textum in leg. libertum, §. posthumus, ff. de alim. & cib. legatis, & procedit
10 sive legatum sit factum filiabus nubilibus, sive non nubilibus, Rolandus n.26. qui in fine ait, quod regula quæ
11 admittit diminutionem pro rata intelligi debet, nisi concurrat verisimilis mens testatoris in contrarium, & præsertim si sit legatum filiabus à patre, quia officium paternum est capere optimum consilium pro filiabus; arg. legis nec in ea, §. finali, ff. ad l. Jul. de adulteriis, & quia patres solent plus diligere filios, quam seipsos, l.isti quidem in fine, ff. quod metus causa, & quod nullus melior amicus præsumitur, quam pater, l. quidam cum filium, ubi DD. ff. de hæred. instit. ideò noluisse præsumitur, quod de legato facto filiabus fiat aliqua diminutio in favorem aliorum legatorum extraneorum, quia indubitati juris est, patrem potius filiabus suis, quam aliis voluisse providere, Soccin.
12 cons.9. num.18. vol.1. aliter dicendo esset contra naturalem æquitatem, charitatem, & pietatem, cum prima causa sit liberorum, l. in successione, Cod. de leg. hæred. & ideò dixit Baldus in Auth. ex causa, col.7. vers. secundo, C.de leg.liberis præteritis, per Textum ibi, quod prudentes interpretati sunt, eum esse dementem, qui sine causa se objicit naturali erga liberos charitati, & Soccinus junior cons.59. num.23. vol.3. ait quod ille qui charitatem naturalem erga 13
liberos non curat, dicitur habere malum cerebri, & defectum rationis, ergo ex verisimilitudine, quæ est cognata naturæ Baldus consil.188. col.3. Cravetta consil.75. num.24. & consil.135. numer.33. & quam maximè considerare debent Judices ex Aretino consil.9. col.1. Cravetta cons.9. numer.35. concludendum est stante ipsa verisimilitudine, & affectione paterna, erga suos liberos, & qua nulla major reperitur, Cravetta cons.1. col.2. considerato paterni amoris ardore, qui est inæstimabilis, Baldus in leg. precibus, col.6. vers. item dixi, Cod. de impub. & aliis substitut. Soccin. cons.59. col.1. vol.3. de legato filiabus facto, nihil mi- 14
nui debet, ad beneficium aliorum legatariorum extraneorum, ut bene Rolandus à Valle cons.25. vol.4. sed argumentum validum est de dote ad pias causas, cap.1. §. donare, qualiter olim feudum poterat alienari in usibus feudorum, & dos in se pietatem habet, leg. cum is, §. mulier, ff. de condict. indebiti, Bald. in l.sicuti ab initio, Cod. de act. & obligation. Bart. in l.1. §. finali in princ. Speculator institut.de dote, post divortium restituenda, §.formatis, ergo in legatis piis non fit defalcatio pro rata.

Confirmatur, quia sicuti favore dotis mandatum re in- 15
tegra morte mandantis non finitur, ut est Text. singularis in leg. si ego, §.1. ff. de jure dotium, licet mandatum regulariter finiatur morte mandantis re integra, leg. mandatum is, Cod. mandati, §. rectè quoque, institut. de mandato, Rota in Romana fideicommissi de Incoronatis 16. Januarii 1643. coram Dunozetto, quicquid dicendum sit, quando in mandato adesset clausula relevans, leg. sed etsi pupillus in principio, l. si quis mancipii, §. impubes, ff. de institut. act. Soccin. sen. consil.87. numer.16. lib.1. & sentit Rota apud Achillem de Grassis decis.14. num.3. in tit. de procuratoribus coram Buratto, decis.440. & in anno 1639. fuit dictum coram Pirovano in Romana Cambiorum, & de anno 1640. coram Cerro. Sicuti ergo mandatum favore dotis 16
non expirat morte mandantis, etiam re non integra, ita favore piæ causæ pariter dicendum venit, Baldus in l.mandatum, Cod.mandati, qui ait Textus in dict.l.si ego, §.1. ff.de jure dotium, ad omnem causam piam posse extendi, quod notat Marsilius sing.44. Franciscus Cremonensis singulari 44. & facit Textus in cap. exiit, §. eo vero casu, de verb. signif. in 6. Tiraquell. de pia causa privilegio 82. & privilegio 132. Romanus consil.119. Gabriel lib.2. comm. opin. in tit.de procuratoribus, conclus.2. num.32. Cardin. Mantica lib.7. de tacitis, tit.23. n.54. ubi post Covarruv. testatur de communi opinione.

Confirmatur secundò, quia sicuti favore dotis in con- 17
tractum innominato, non admittitur pœnitentia re integra, ut est Text. singularis secundum alium intellectum, in dict.l.si ego, §.1. ff. de jure dotium, licet regulariter in contractu innominato re integra admittatur pœnitentia, leg. si pecunia in princip. Cod. de condict. causa data, ibi: Sed cum liceat pœnitent. l. si fundum, ff. de pactis, quicquid sit quando intercessit juramentum, Seraphinus de jurament. privileg.74. num.161. cum aliis seq. additio ad Seraphinum ubi 18
suprà, sic favore piæ causæ in contractum innominato non habet locum pœnitentia re integra; ita singulariter, Baldus in l.sicut alia, C.de act.& oblig. Rom. in auth.similiter, n.18. C. ad l.falcidiam, Tiraquell. de priv.caus. pr.131. Gomez. ad l. 36. Tauri, Card. Mantica lib.1. de tacitis, tit.8. n.23. Ricc. ad Tiraqu. privileg.133.

Respondeo ad argumentum, & confirmationes, quod 19
ideò de legato dotis non fit defalcatio patrimonii testatoris, quia regulariter loquendo dos succedit loco legitimæ jure naturæ debitæ, maximè quando est statutum excludens fœminas à successione propter masculos; ut post antiquiores tenent communiter DD. ut post alios Molfesius ad consuetud. Neapolitanas, part.4. quæst.17. Dom. Regens Sanfelic. decis.27. num.11. part.1. Dom. Reg. Capyc. Latro decis.109. n. 18. Milanensius decis.11. n.51. part.2. licet aliter dicendum sit in terminis statuti Urbis, capit.145. lib.1. & simili modo excludunt filiam à successione parentum, favore solius agnationis, prout sæpiùs dictum statutum interpretatum est Rota in causa Romana supplementi legitimæ, coram Cantuccio, & in Romana de Marescottis 1615. coram Sacrato, ut in decis.143. part.2. divers. & decis.270. part.2. recentiorum, & alibi apud Rubeum pract. resolut. capit.66.

*numer.*181. & propterea non potest agi per filias pro consequutione legitimæ, quia tamquam portio successionis ab intestato peti potest ab illis, quibus sunt tantùm reservata Jura ejusdem successionis, & ideò dicebat Angelus *cons.*362. non esse disputandum de legitima in persona ejus, qui ab intestato est exclusus, cujus dictum sequuta est Rota apud Cæsarem de Grassis *decis.*159. *num.*5. *alias* 9. *de testamentis*, prout etiam negatur illi legitima, cui præterito non permittitur impugnare testamentum, *leg. cum quæritis*, *l. omnimodo*, *in fine*, *Cod. de inoffic. testam.* §.1. *in*
21 *fine*, *Authent. de triente*, *& semisse*. Et licet statutum eisdem filiabus, quas excludit à successione, dicat deberi dotem, tamen non potest dici succedere loco legitimæ, quia statuentes non habuerunt de dote intentionem, sed de favore agnationis, scilicet filiorum masculorum, nec ad effectum facit, quod dos sit relicta in testamento, quia illa solum censetur causa remota, non autem proxima, & immediata ipsius exclusionis, ut consideravit, & distinxit Paulus de Castro *in leg. Titio*, §. *Titio genero*, *numer.* 8. *ff. de condit. & demonstrat.* & sic communiter Doctores distinguunt cum Alberto Bruno *super statuto exclusivo fœminarum*, *artic.*11. *num.*33. *in solutione tertiæ quæstionis*, & eandem secuta est Rota in terminis diversorum statutorum Italiæ, ut *in decis.*540. *part.*1. *divers.* & coram Seraphino *decis.*959. quia ergo vigore talium statutorum dos non sortitur naturam legitimæ, quæ ipse omne onus rejecit, *l. omnimodo*, *l. quoniam*, *in prioribus*, *Cod. de inoffic. testam.* propterea fit, quod super dicta dote constitui potest fideicommissum cum non obtineat privilegia legitimæ, Bartol. *in d. l. Titio centum*, §. *Titio genero*, *numer.*6. ubi Paulus *num.* 3. & Rota *decis.*540. *p.*2. *divers.*

22 Quando ergo dos succedit loco legitimæ, aut quando statuta potiùs mandant dotari fœminas, deinde illas excludunt, tunc subrogatus sapit naturam ejus, in cujus locum est subrogatus, ad Textum *in leg. si eum* 19. §. *injuriarum*, *ff. si quis cautio*, *l. item si fundi* 10. §. *seminari autem*, *ff. de usufruct.* §. *fuerat*, *institut. de act. cap. Ecclesia*, *il* 1. *ut lite pendente*, Larrea *decis.*2. *numer.*2. Costa *consil.*46. *numer.*10. Rota in Romana donationis, 19. Aprilis 1641. coram Dunozetto, etiam in materia exorbitante, & correctoria, Gammarus *in Dialectica legali*, *lib.* 2. *de loco subrogationis* 4. Brunonis à Sole *in locis communibus*, *in verbo*, *Subrogatum*, quia ergo dos succedit loco legitimæ nil mirum est, ut non patiatur legatum dotis diminutionem.

23 Unde apparet falsam esse opinionem eorum qui dixerunt legata pia esse solvenda, ut æs alienum, & priùs detrahenda, ut ex pluribus notavit Novarius *de privilegiis miserabilium personarum*, *privilegio* 21. *num.*4. Leoncillus *de privilegiis pauperum*, *part.*2. *privileg.*213. *in verbo*, *Legatum* 12. *numer.*3. & decisum refert in Senatu Granatensi Larrea *part.*2. *decis.*62. *num.*44. quia ut bene Castillus *lib.*4. *controv. cap.*51. *num.*13. contrarium dicendum est, & Larrea loquitur de legato promissis facto pro anima testatoris hoc namque præfertur aliis ut infrà dicemus, quod sequitur Dom. Hodierna *lib.*1. *controv. cap.*9. *num.*29. Rub. *pract. c.*66. *num.*207.

24 Ergo non debentur legata pia existente ære alieno, quia priùs erit deducendum æs alienum, & postmodum legata impleri, exemplo demonstratur per Marium Mutam *decis. Siciliæ* 58. *numer.*3. de legato facto, pro maritandis virginibus, ut intelligatur deducto ære alieno, quamvis ære alieno cessante, aliqui dicant esse priùs deducenda legata pia, sed videas Thorum *de pia causa privilegio* 167. *vers. Octavo limitatur*, nec legata pia diminuunt legitimam filiis debitam ad Textum *in l. si quis ad declinandum*, *Cod. de Episcopis*, *& Clericis*, Alex. *consil.*18. *vol.*4. Corneus *consil.*148. *volum.*4. Capra *consil.*19. Tiraquellus, & alii apud Thorum *de pia causa singul.*154. unde dici solet quod causa pia excepta legitima est favorabilior, post alios Thor. *de pia causa privilegio* 154. & in legato pro malè ablatis diminutio fit, nisi per testes probetur tale debitum, Dom. Hodierna *in leg. hac edictali*, *quæst.*37. Rovitus *d. decis.*87. Carlevalius *in Apologiam ad Rovitum*, per Textum *in leg. qui uxori*, *ff. de auro*, *& argento legato*, Capycius Latro *decis.*12. licet contrarium pro legato ad pias causas, dixerint Surdus *privil.*30. *de alimentis*, Molfesius *consil.*13. Novarius *de privilegiis miserabilium personarum privil.*22. Tiraquellus *privil.*72. Olea *num.*2. qui ait hoc legatum esse factum in gratiam ipsius testatoris, alia verò legata respicere commodum legatariorum, unde testator videtur anteponere suam utilitatem alienæ, Surdus *privilegio* 40. Card. Tusch. *littera L*, *conclus.*111. sic quando legatum est factum pro celebratione Missarum, ad hoc ut anima testatoris ab atrocissimis pœnis Purgatorii liberetur, Thorus *de pia causa privilegio* 56. Giptius ad Capycium Latro *decis.*12. Altomare ad Rovitum *dict. decis.*87. Velaschus *de privilegiis miserabilium personarum*, *quæst.*8. *num.*288. quod sine dubio procederet quando legatum esset factum pro exoneratione conscientiæ, vel malè ablatis, Olea ubi suprà, *num.*20. & 21. & licèt Dom. Capyc. Latro, & Dom. Hodierna dicant, debitum debere probari per testes, tamen hoc verum esset, si essemus in prohibitis, nempè si ageretur de præjudicio filiorum, vel creditorum testatoris, non quando agitur de præjudicio legatariorum, quibus testator liber est in legando, & ex assertione quam facit pro exoneratione conscientiæ, vel pro malè ablatis in legando, satis aperit voluntatem suam, quod legatum hujusmodi sit indiminutum, in casu diminutionis aliorum legatorum, & satis absurdum esset exposcere probationes per testes, & denigrare famam ipsius legantis, & legatarii patentes hanc probationem, redderentur exosi, & ingrati defuncto leganti, & patet ratione quia excepta causa filiorum semper privilegiata est causa animæ ipsius testatoris.

Tertia conclusio, si concurrat legatum speciei, & alterum quantitatis, etiam legatum speciei, venit in contributionem, sicut cætera legata, quicquid dixerit Costa *de portione ratæ*, *quæst.*107. *num.*5. *& quæst.*140. *num.*5. Gratian. *cap.*640. quod probatur argumento *l. quærebatur*, *ff. ad leg. falcidiam*, ubi habetur, quod in hæreditate non erat, nisi quoddam nomen debitoris, qui tenebatur in quatuor centis, & testator legavit ei liberationem; alteri verò legavit quatuor centum, vel aliam certam quantitatem, & dicit Textus quod debitor non est liberandus in totum debito, sed tantùm pro dimidia, eaque debet solvi alteri legatario, & illum Textum summè commendant, ibi Angelus de Perusio *in fine*, idem dicit Paulus de Castr. *in l.*1. *Cod. commun. de legat.* & probat Textus *in leg. si quis testamento*, *ff. de leg.*1. *& in l.*2. §.1. *ff. de condit. indebiti*, cum aliis allegatis per Peregrinum *de fideicommissis*, *artic.*4. *num.*63. ubi respondet contrariis Petrus Ancharanus junior *quæstionum familiarium*, *quæst.*4. qui ait ab hac opinione non esse recedendum, cum sit verior, & æquior. Cujus ratio à priori est, quia talia legata tam speciei, quam generis debentur ex eodem testamento, ergo æquum videtur sortiri eandem fortunam, ut bene Negusantius *de pignor. part.*2. *memb.*4. *numer.*160. *limit.*4. Gomezius *tom.*1. *variar. cap.*12. *numer.*34. ubi ait contrariam opinionem non esse veram, nec tenendam, quicquid alii contrarii dicunt, latè Ancharanus junior *dict. lib.*1. *capit.*4. ubi ait veriorem esse opinionem ut legatarii quantitatum, & aliis relatis de communi opinione testatur Gratianus *capit.*18. *numer.*2. Escobar *de ratiocin. comput.*10. *numer.*9. ubi ait quod sive legata sint in specie, sive in genere, cum ea omnia debeantur ex eodem testamento, æquum videtur, ut eandem omnes legatarii sequantur, & æqua lance, regulata voluntate testatoris, quilibet suum legatum consequatur, ut decisum per S. C. refert Dom. de Franch. *decis.*236. *a numer.*3. & sic sentit idem Sacrum Consilium, ut refert Capycius Latro *decis.*12. *num.*5. Antonius Faber *lib.*1. *Codicis*, *tit.*1. *de Sacros. Eccles. definit.*37. ubi habetur, quod si hæreditatis facultates non sufficiant, ad æs alienum solvendum legata ad pias causas relicta diminui oportebit, non quidem per legem falcidiam, quæ in his locum non habet; sed quia non potest videri plus legatum, quam fuerit in legantis patrimonium, & ibi *num.*6. adducit Faber, DD. pro opinione prædicta firmanda, Tondutus Sanligerius *quæst. civilium*, *cap.*73. Gratian. *cap.*640. Addentes novissimi ad Franch. *d. decis.*236. *n.*1.

Neque attenditur an primo loco sit legatarius nominatus, an secundo, quia omnes concurrunt ad æqualem fortunam, *dict. leg. si quis in testamento*, §. *apud Julianum*, *lib.* 32. *digestorum*, ibi Marcellus notat is, qui sola triginta reliquerat, Titio triginta legavit, Sejo viginti, Mævio decem, Mansuerius Sabinus probat Titium quindecim, Sejum decem, Mævium quinque consequuturos, *ff. de leg.*1. idem probat Textus *in leg. si verò composita*, §.1. *ff. de militari testamento*, *& in l. quantitate*, §. *finali*, *ff. ad l. falcidiam*, *leg. si pluribus*, *ff. de leg.*1. *leg. quærebatur*, *ff. ad l. falcidiam*, quæ jura latè exornat Parladorus *lib.*1. *quotid. capit.*18. Franchus *decis.*236. Escobar. *de ratiociniis comput.*10. *per tot.*

Caldas

Caldas Pereyra *de emphyt. q.10. à n.45.* Castillus *lib.4. cap. 51. per tot.* maximè *à n.12. usque ad fin.* itaut si aliquis ex le-
29 gatariis partem aliquam fuerit consequutus, aliis excessum restituere tenetur, est Textus notabilis *in d. l.2. §.1. ff. de condict. indeb.* & etiam in contractibus locum habet, Salgadus *p.2. cap.4. sui labyrinthi, à num.1.* quare ex ordine scripturæ colligitur argumentum, quando sumus in dubio, secus in claris, latissimè Castillus *lib.4. cap.51. per tot.*

30 Putant aliqui, quod deficiente hæreditate, primo nominatus legatarius præferatur cæteris, hoc probant ex *l. quoties, ff. de usufr.* ubi pro nominatus censetur magis dilectus, & præfertur secundo legatario, quem Textum expendit Castillus *de usufruct. cap.4. a nu.30. cum seqq.* Secundò, adducunt Text. *in l. qui duos, ff. de leg.1.* Tertiò, ex *l. si ita legatum 68. §.1. ff. de leg.1.* Quartò, ex *l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicommiss. libertatibus*, & sic plures DD. dixerunt apud Castillum *d. lib.4. cap.51. à num.19.* sed suus Senatus contrarium decidit, ut ipse refert *num.2.* Primò, ex *l. is cui, §. singulares, ff. ut in poss. legat.* Secundò, ex *d. l. in quantitate 73. §. finali, ff. ad l. falcidiam, & ex l. quia autem 6. ff. si quis omissa causa testamenti.* Tertiò, ex *l. si quis testamento 82. §.1. ff. de leg.1. & in l.2. §.1. ff. de condict. indebiti*, unde Peregr. *art.4. num.6.* ait non obstare prioritatem temporis, nec ordinem scripturæ, quia cum ultimæ voluntates per mortem, & non antea confirmentur, *l.1. ff. de testamentis, l. si quis in in princ. testam. ff. de leg.3. l.5. §. finali, ff. de adm. legatis, cap. cum Marthæ, de celebratione Missarum.* Prioritas temporis non datur: nam respectu temporis, confirmans prioritas non datur, sequitur Castill. *ubi suprà, num.22.* qui ampliat etiam concurrente legato pio, per Text. *in l. si post missionem*, ubi Bart. Notat. *ff. ad l. falcidiam*, de qua Francus *decis.230. in princip.* & inter legata quantitatis, & speciei admittit
31 Gomesius *1. tom. cap.12. num.34.* Cevallos *quæst.103. à nu. 30. cum seqq.* qui primo statuit creditores semper præferri legatariis, cum verò legatarii inter se concurrunt, distinguunt, quod aut hæreditas est solvendo, vel non, in primo casu omnes legatarii equaliter consequuntur legata, arg. Textus *in l. privilegia creditorum, ff. de privileg. creditorum.* In secundo verò casu, si hæreditas non est solvendo, pro rata inter omnes est facienda divisio, etiam in legatis piis, quando testator modum excesserit legatorum, sequitur Peregrinus *art.4. num.6.* Surdus *cons.209. num.6. vol.2.* Costa *de portione ratæ, q.107.* Ludovicus Molina *tom.1. tr. 2. disp.199.* Antonius Faber *ad titulum, C. de jur. delib. definit.15.* Cardinalis Tuschus *tom.5. litt.L, concl.55. à num. 6. usque ad 15. & concl.54. à num.4.* & cum eo Castillus *d. cap.51. num.23. in fine* limitat, quia si testator primo lega-
32 vit Antonio 600. ex mille, quæ sunt in residuo legat Cajo, si re vera à Titio non debet consequi nisi 800. primus legatarius habebit sua sexcenta, alter solum quod superest, & non currit primus legatarius, quia non fuerunt legata mille ambobus, itaut unus habeat 600. alius 400. sed ut secundus haberet ex residuo, quod superest, deductis 600. & hoc ex Alexandro *cons.216.* quod incipit Magister Albertus *lib.7.* & hic est casus noster, quia testatrix dixit relinquo 400. annuos, quos volo dari præcipuè, &c. quasi quod ex restanti dentur alia legata, ergo non debet pro rata concurrere, sed consequi debet integra à morte testaris.

33 Qua opinione retenta non obstant Textus pro prima opinione allegati, & primo non obstant Text. *in d. l. quoties, ff. de usufr.* Respondetur enim cum Burgos de Paz *cons.27. num.21.* eoque non citato Escobar *de ratiociniis, comparatione 10. num.12.* quod *in d. l. quoties*, ideò primo nominatus, priusquam cæteri ad usumfructum admittitur, quia ex tali admissione jus alterius nominati, non tollitur, sed differtur, & suspenditur; at verò in casu nostro si primo nominatus admitteretur ad recipiendam quantitatem sibi legatam, jus secundi penitus evanesceret, & ideò *in d. §. apud Julianum*, ordo scripturæ non attenditur, *l. quidam ff. de peculio*, Jason *in eadem lege apud Julianum, n.5.* Burgos de Paz *cons.27. n.21.*

34 Respondetur & secundò loco Peregrin. *art.4. n.63.* quod in legatis quantitatis, simul concurrunt legatarii nulla habita ratione ad ordinem scripturæ; at cum legatarii sunt corporum, vel corporum & quantitatum, tunc si necessitas postulat, ut simul concurrere nequeant, veluti in legato usufructus alternis annis relicto, vel ubi est locus electioni, tunc primus nominatus præfertur, *d. l. quoties, & d. l. qui duas, ff. de leg.1.* ubi legatis Titio duobus æquis, & Sejo aliis duobus, quos Testator habet, Titius primus nominatus eligit, quia necessitas ita postulat, cum eo casu simul concurrere non valent, & idem est, cum Testator servos decem, Sejo legasset, præter eos quos Titio le- 35
gavit, tunc etenim inutile est legatum si decem tantum inveniuntur in hæreditate, nec datur concursus inter legatarios, quoniam adjectio illa, *præter*, conjunctionem impedit: ut ait Paulus *in d. l. si ita legatum*, & sequitur Peregrinus *num.63.* Franciscus Escobar *ubi suprà, num.23.* Pontanus *ad consuetudines Blesenses, fol.46. colum.2. & fol.49.* similiter si uni certa res, alteri portio bonorum legata sit, quia generi per speciem derogabatur, solvitur illa prius particulariter relicta, Bart. *in l. si quis servum, §. finali, ff. de leg.2.* Sed ubi necessitas aliqua non urget, & testator aliquam rem duobus legaverit, uni post alium, prior nominatus non præfertur, sed ambo uti reconjuncti, juxta Textum *in l. reconjuncti 88. ff. de leg.3.* ita discurrit Peregrin. *loc. cit.*

Sed addit Castillus *ubi suprà, lib.4. cap.51. num.25.* certi 36
juris esse, & ab omnibus receptum conjecturam deductam ex ordine scripturæ regulariter non valere, & aliquando cessare omninò præsertim quando aliud constat de voluntate testatoris, procedit verò, cum in dubiis versamur, in illis verò tribus exemplis relatis *in dict. leg. quoties, ff. de usufruct. & l. qui duas, & l. legatum 68. §.1. ff. de leg.1.* in quibus ordo prioris nominationis ibi præfixus attenditur, dico fuisse, quia cum ex natura dispositionis, juxta subjectam illam materiam, & præsumptam testatoris voluntatem, 37
non poterant simul concurrere legatarii, vel quia ususfructus alternis annis legatur, vel quia electio relinquitur, vel quia adjicitur dictio, *præter*, quæ satis apertè inducit prælationem primi legatarii, ex voluntate testatoris: ideò fit, ut ordo scripturæ designet etiam ordinem intellectus, voluntatis, & prædilectionis, ut primo nominatus, primo admitti debeat, secundum veram juris rationem, & testatoris mentem præscriptam.

Ad Textum verò *in dict. leg. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicommiss. libertatibus*, patet facilis responsio, quod 38
ibi primo nominatus, primo consequitur legatum absque aliqua defalcatione, quia fuerat legata pecunia pro libertatibus certorum servorum comparanda, & quia non sufficiebat præ omnibus non fit diminutio pro rata, sed affectio testatoris consideratur juxta ordinem scripturæ legatarii, ita ut primo nominato, priùs libertas comparetur, eo quod factum erat individuum, & aliter impossibile erat aliquem ex servis, consequi posse libertatem, & ita explicat Textum *in dict. §. quid ergo*, Curtius jun. *in l. more majorum, num.103. ff. de jurisdict. omn. judicum*, Franch. *dec. 236. num ultim.* Escobar *comparatione 10. num.12.* ut exemplum est, de quo post jura citata Præses de Franchis *dict. dec.236. in fine*, quod res legata essent individua, puta relicta libertate pluribus pretio mediante, quod non sufficiebat ad liberationem omnium; hoc enim casu non fit diminutio pro rata, sed primo nominatus juxta ordinem scripturæ erit liber, quia factum est individuum, *dict. leg. generaliter, §. proinde, vers. quid ergo, ff. de fideicomm. libert.* per quem Textum tenet post Curtium Dom. de Franch. *d. dec. 236. in fine.*

Ideòque si uni sit legata quantitas, alteri species, & non 39
appareat in contrarium voluntas testatoris, ex verbis testamenti, vel urgentibus conjecturis, & præsumptionibus, fit etiam diminutio pro rata; itaut extimentur corpora, sive species, & pro rata inter eas fiat concursus, ita ultro Francum *ubi suprà, decis.236.* refert decisum Castillus *lib.4. cap.51. num.27.* & Francus *ubi suprà, num.11.* ait in casu illius decisionis contrarium tenuisse Senatum, quia ex verbis testamenti apparebat de voluntate testatoris contraria, & ideò illa considerata ita fuit definitum, sequitur Escobar *ubi suprà*, Surdus *de alimentis, tit.3. num.1.* Gomezius *1. tom. c.12. n.34.* Guttier. *in l. nemo potest, ff. de leg.1. n.96.* Parlad. *lib.1. c.18.* Paris. *in l.1. n.139. ff. de leg.* Peregr. *art.4. n.63.* Card. Tusch. *tom.5. litt.L, concl.55. n.18.* Simeon de Petris *lib.4. interpret. 1. dub.7. n.11.* Cancer. *c.2. de legat. n.399. cum seqq.* Castill. *ubi suprà, n.17. & 18. & seq.*

Quarta conclusio, legatum ducatorum 400. annuorum de quo hic, debetur D. Cæsari de Ligorio sine ulla di- 40
minutione, & defalcatione, etiam respectu legatorum pro Missis dicendis, & multò magis ante alia legata licet pia debetur, quod

Primò

Primò probatur, quia ad interpretationem legatorum gravis est conjectura, quæ sumitur ex causa, & fine testatoris, ut post alios Simon de Petris *de interpret. ultim. vo-*
41 *lunt. lib.6. tit.14.* est enim intelligentia dictorum ex causa sumenda, *cap. intelligentia, de verbor. signif.* Simon de Petris *dub.6. num.15.* & ex causa plura sunt consideranda, *cap. sciendum 29. distinct.* ergo omnis dispositio intelligitur secundum causam antea explicatam, Simon de Petris, Mantica, & alii, apud Bosium *de interpetr. legatorum, tit.26. nu.* 104. ex affectione enim testatoris, aut conjunctione legatarii, optima sumitur conjectura, quod non debeat minui legatum, sed ante omnia solvi, ut dicebamus, ut in simili materia dixit Bartolus *in l. Aurelius, §. Titius, ff. de lib. legata*, Cravetta *cons.279.* Cephalus, Natta, & alii apud Menochium *præsumpt.106.* Mantica *lib.6. tit.11.* Gratianus *cap.170. & 136. num.46. & cap.611.* Surdus *decis.298. & de alimentis, tit.8. privileg.25. & 37.* Marta *de success. p. 4. q.18. art.1. num.63.* Barbosa *p.1. vot.38. n.18.* Surd. *dec.88. num.16. & decis.298. num.11. & consil.72. num.16.* & talis conjectura sumitur ex *l. si servus, §. si numerus, ff. de leg.1.*
42 ibi, *Dignitas, & charitas, & necessitas, d.l. Aurelius, §. Titius testamento facto, ff. de lib. legata*, & ex textu *in l. cum alienam, Cod. de legatis*, ubi legatum rei alienæ relictum conjunctæ personæ veluti uxori, & aliis sustinetur (licet extraneo factum non valeat) quia etiamsi testator scivisset, esse alienam, præsumitur (scilicet propter affectionem) quod eodem modo legasset, sequitur Bossius *de intepret. legatorum, tit.26. tom.3. §.2. num.3.* hoc autem legatum, quod fecit quondam Lucretia de Donna D. Cæsari de Ligorio fuit factum habita consideratione: Primò, ad dignitatem dicti D. Cæsaris: Secundò, quia Nobilis de platea Portænovæ duxit simplicem Civem Neapolitanam, qui doctoratus Laurea insignitus plura officia exercuerat, & in necessitate positus, propter quam causam descendit ad tale matrimonium contrahendum, unde tale legatum fuit factum ad compensationem omnium prædictorum, unde non tam legatum dici debet, quam meritorum solutio, & compensatio, ac proinde debitum potius, quam legatum; ergo non potest pati defalcationem pro rata ad instar cæterorum legatorum.

43 Probatur secundò, quia legatum factum propter benemerita alicui, & in remunerationem præstitorum servitiorum, vel beneficiorum acceptatorum, est latè interpretandum pro legatario; Natta *cons.626. n.5.* Card. Mantica *lib. 6. de conjecturis, tit.11. n.25. & lib.7. tit.1. n.21.* Barbosa *voto 38. n.19.* quia dispositio remuneratoria tanquam favorabilis semper debet interpretatione adjuvari, Menoch. *lib. 3. præsumpt.35. nu.13.* & post alios Boss. *de legatorum interpretatione, tit.26. §.2. num.38.* & ideò licet ex natura legati facienda esset stricta interpretatio, ad Textum *in l. nummis,*
44 *ff. de leg.3.* tamen ab hac regula recedere debemus ex conjecturis, præsertim ex verisimilitudine, vel quando aliter testator dixisset: ut latè Simon de Petris *de interpretatione ult. voluntatum, lib.1. interpr.1. dub.4. solut.11. à numer.16.* Menoch. *lib.4. præsumpt.106.* Mantica *lib.6. de conjecturis, tit.11. num.13.* & ideò tradit Afflict. *decis.44. num.25.* Bossius *tom.3. in fine, tract.26. §.2. n.26.* ex charitate, ac dilectione, qua diligebat testator legatarium, arguitur: ut recipiat latam interpretationem, *l. penult. in princip. ff. de alim. & cib. legatis*, latè Bossius *d. tit.2. §.2. num.8.* sed legatum de quo in præsenti fuit factum ab uxore suo viro juveni, ab uxore ignobili, viro nobili, ac de Sedili Portænovæ, in necessitatibus fortunæ collocato, ergo voluit illud facere testatrix ad hæc omnia computanda: ergo non recipit defalcationem ob inopiam hæreditatis, ad solvenda alia legata, sed hoc veluti compensationum tot qualitatum, uti solutio debiti solvi debet, & non pro rata cum aliis concurrere, & cum in jure nostro sit validum, arg. à verosimili, *l. nuptua, in fine, ff. de jure dotium*, Parisius *consil.8. nu. 9. vol.1. & 22. num.13. & 23. numer.69. eodem vol.1. consil.*
45 *3. numer.7. vol.4.* ubi valet affirmativè, & negativè, sed si diligenter inspiciatur, & verisimilis mens dictæ testatricis, quæ primum locum obtinet, *l. in conditionibus in princip. ff. condit. & demonstr. l. ex facto, la grande*, in medio, *ff. de hæred. instit.* Soccinus junior *consil.136 num. 12. vol.3.* quam sectari debemus pedetentim sicut venator leporem, *l. quidam, C. de necessariis servis instituendis*, Soccinus junior *cons.122. nu.8. vol.3.* apparet ergo legatum factum Cæsari inspecta nobilitate, & qualitate legatarii non esse excessivum, nec defalcatione dignum, sed ante omnia solvendum, ut in puncto Rolandus à Valle *d. cons. 25. num.13. vol.4.* & hoc est, quod dici solet legatum præsumi à testatore relictum secundum illud, quod verosimiliter ordinasset si de eo fuisset interrogatus, Gloss. *in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis, l. finali*, ubi notatur, *C. de post. hæred. instit.* Parisius *cons.75. num.37. vol.2. & cons.78. num.14. & cons.79. num.26. eod. vol.* Soccin. jun. *cons.90. num.14. vol.1. & cons.126. num.16. & 84. eodem volum.* sed si fuisset interrogata testatrix, utique dixisset, non esse faciendam diminutionem de legato viro facto. Idque clarè dixi, dum ut infra probabo dixit, quod præcipuè hoc legatum detur D. Cæsari authoritate propria, cum facultate eligendi, &c. ergo, &c.

Probatur tertiò, quia illa verba *præcipuè*, quibus usa est 46
testatrix in legato facto D. Cæsari de Ligorio, ostendunt ex aliqua alia causa motam esse testatricem, *l.1.* ubi Glossa *in verbo* præcipuè, *ff. de testibus*, Antonius Monachus *decis. 28. num.44.* & ponitur talis dictio, ut ostendat majorem esse rationem, secundum Tiraquell. *de pia causa privileg.34.* & præcipuum dicitur, quod quis habet proprium ante alios, *l. Pomponius, ff. fam. hercisc. l. si fratres, §. idem Papinianus, ff. pro socio*, & præcipuum legatum vocatur prælegatum, quod unus ante alios hæredes capit, *l. finali, in princ. ff. de leg.2. l.1. C. si certum petatur*, Barbosa *de dictionibus, dictione 274.*

Probatur quartò, & assignatur ratio præcipuitatis, quia 47
stante paupertate maritis, scilicet dicti D. Cæsaris de Ligorio eidem debebat testatrix relinquere quartam suorum bonorum, ad notata per DD. *in auth. præterea, C. unde vir, & uxor*, Vivius *comm. opin. in verb. uxor, num.7.* Michael Grassus *in §. successio ab intestato, quæst.39. num.8.* ratio est, quia 48
vir, & uxor non debent ad imparia judicari, & quod conceditur mulieri posita inopia ne in dedecus benè transacti matrimonii cogatur mendicare, non debet uxori denegari, Gallus *lib.1. observ. cap.98.* Costa *de remediis subsidiariis, remed. 20.* Gregorius Lopez *in l.7. tit.13. gloss.4. part.6.* & ego dixi *in l.2. ff. sol. matr. quæst.7. num.52.* & sicuti si mulieri sit aliquid relictum à marito divite censetur animo com- 49
pensandi cum hac quarta parte, quia est debitum necessarium, ut colligitur ex *d. Auth. præterea*, & docet Cæsar Barzius *decis.120.* Surdus *de alimentis, tit.9. quæstion.35. num.17.* dicens quod ad summum consequitur uxor supplementum quartæ si minus sit ei relictum, Molfesius *part.6. de jure dotium, q.11. num.15.* Mantica *de conjecturis lib. 10. tit.1. num.7.* Costa *de re integra, dist.106. num.4.* sic testatrix in præsenti reliquit Cæsari legatum annuum ducatorum 200. vitalitium in computum illius quartæ, quam uti dives pauperi marito debebat relinquere, ergo hæc est ratio præcipuitatis legati, ergo debetur sine ulla defalcatione.

Probatur quintò, quia hoc legatum fuit factum ob ser- 50
vitia, & in compensatione juventutis, nobilitatis, &c. dicti Cæsaris; ergo est legatum ob causam, non simplex, ad Textum *in l. Attilius Regulus, ff. de donationibus*, Gregorius Gabedus *dec.119. part.1.* Reg. Tappia *decis.6. Supremi Senatus Italiæ, num.24.* unde tenetur de evictione, Capyc. *in investitura in verbo Feudum*, Regens Tappia *ubi supra, num.25.* & talia servitia sunt remuneranda, & constituunt debitum regulæ, Gabedus *decis.36. part.2. num.6. l. si pater, §.1. ff. de donationibus*, vel licet non producant talia merita legalem obligationem, tamen producunt saltem naturalem obligationem, ad notata per DD. apud Tappiam *num.23. & 24. & num.30.* loquitur de meritis inter virum, & uxorem, & debetur hoc legatum in computum quartæ eidem marito debitæ, Franch. *decis.319.* ubi Riccius, & alii, *in additionibus, & dec.410.* ubi addentes, idem Franchus *decis.621.* & licet hanc quartam debeat habere Cæsar in bonis mulieris jure hæreditario, & sic ad onus æris alieni teneatur, Surd. *dec.8. n.11. & de alimentis, quæst.35. numer.21.* Costa *de portione ratæ, quæst.84.* Rota Romana *decis.174.* apud Pacificum de Salviano *interdicto*, Vivius *decis.258.* Antonius Monachus *dec. Lucensi 5.* Fontanella *clausula 5. glossa 8. part.7. num.65. in fine*, vel ut dicunt aliqui non debetur jure hæreditario, sed ex providentia Principis jure successionis, ut dicit Michel Grass. *recept. sententiarum, Iuss. successio ab intestato, q.39. à numer.7.*
quomodocumque tamen debeatur semper jure crediti de- 51
betur non lucrativo, sed oneroso, ut diximus, & dixi deberi quartam in bonis uxoris, tradit etiam Rovitus *dec.406.* Mucri *c.32. q. for.* Alcibiad. Lucarius *observ. practicar. lib.2.*

Acca-

Accademicarum, c.10. obser. 1. Thor. p.2. & 3. & in pluribus locis Domnad. de renuntiatione, c.35. Merenda lib.4. c. 40. & Ego in l.2. ff. sol.matr. q.7. Conciolus alleg.9. & 10. Fontanell. ubi supra, claus.5. gloss.8. p.10. q.12. & seq. Blasius Altomare ad Rovitum decis.46.

52 Dixi in conclusione non esse defalcandum legatum de quo agitur etiam respectu legati pro Missis qualiter creditor pro celebratione Missarum relictarum alicui Ecclesiæ, Monacho, vel Clerico specialiter nominato pro Missis canendis, pro Anima Defuncti, præ cæteris sit præferendus aliis legatariis, præsertim si cum effectu tales Missæ fuissent dictæ pro Anima testatoris, prout in contingenti casu fuisse decisum, refert Thorus *de pia causa in summa privilegiorum piæ causæ, privilegio* 56. ad favorem D. Anelli de Auria, cui injunctum fuit legatum ab ejus Fratre Joseph de Auria in testamento pro Missis celebrandis, quibus per eum completis, stante concursu legatariorum in hæreditate; unde non poterat consequi relictum, & licet in M.C.V. obtinuisset partem satisfactionis debiti, ubi non aderant creditores, nihilominus S. C. ubi creditores ipsi interesse prætendentes aderant coram Regio Consiliario, meliore aliam partem consequutus fuit, licet cum cautione penes Figliolam, & sic præfertur pro Missis jam completis: nam hoc respicit omittam, cujus virtute multa fiunt, quæ alias minimè promitterentur, Thorus *de privileg.* licet inquam ita sit in legato Missarum, tamen non potest applicari casui nostro, quia hic sumus in legato facto à muliere ignobili viro nobili de platea Neapolitana à muliere sene viro juveni, à muliere divite viro pauperi, &c. ad compensandam, & solvendam quartam eidem debitam; ergo, &c. & ratio à priori est, quia quod præferatur legatum pro Missis celebrandis aliis legatis piis provenit ex dispositione hominis conjecturantis voluntatem testatoris disponentis, quod scilicet voluerit disponens præferri legatum factum pro Missis celebrandis aliis legatis piis, at in casu nostro sumus in legato, quod non ex conjecturata voluntate testatoris debet esse præcipuum, sed quia potens, & volens aliter testator disponere, noluit disponere; ergo clarè dicendum est hominis dispositionem facere cessare legis, vel præsumptam dispositionem, *ad l. maritus, C. de procuratorib.* vel hominis præsumpta dispositio cessat per expressam dispositionem ejusdem testatoris, ut in simili Regens Rovitus *dec.*39. ubi quærit an restitutio in integrum competat illis quorum bona administrantur per alios, & pro coronide rogo videri Dom. de Franchis *d.dec.*236. *in fine*, ubi legatum fuit datum præcipuum Hospitali S. Jacobi, contra Hospitale incurabilium legatarium, non alia ratione, nisi quia testator in vita diligebat Hospitale S. Jacobi, & in eo prætendebat fundare juspatronatus, quæ conjectura fragilis est ad illas, quæ concurrunt in nostro casu inter Lucretiam de Donna uxorem, & D. Cæsarem de Ligorio virum, &c. quia apparente quacumque conjectura testatoris volentis, aliquod legatum solvi debere indiminutum in beneficium alicujus legatarii, sive quantitatis, sive speciei cessat defalcatio, Rovitus *decis.*87. *n.*4. ubi extendit de Franchis *decis.*236. factam pro Hospitali S. Jacobi, contra Hospitale incurabilium, considerando testatoris mentem, eo quod applicabatur legatum in erectione jurispatronatus procuratum satis ante à testatore; sicut conjectura esset conservatio bonorum in familia, *l.*1. §. *penult. ff. de ventre in poss. mittendo*, Bursatus *cons.*202. *nu.*57. Rolandus *dict. cons.*25. *vol.*4. Menochius *lib.*4. *præsumpt.* 67. *num.*27. Rota Romana *decis.*55. *à nu.* 10. in editis post Merlinum *de pign.* ergo multò magis erit sufficiens conjectura ista erga D. Cæsarem, remunerandi juventutem & nobilitatem viri, & quartam partem debitam relinquendi, ut dicebamus, quæ sunt graviores conjecturæ quam illa, Dom. de Franchis, unde rejicitur Pasqualigus *tom.* 2. *de Sacrificio Missæ, q.*1006. *num.*6. qui ait præferri legatum pro Missis cæteris legatis, quia tale legatum est discretivè dispositum; ergo præferri debet. Respondeo enim quod est discretivè dispositum ex tacita dispositione hominis à lege subintellecta, sed hoc de quo agimus est discretivè dispositum ab expressa voluntate testatoris, at dispositio expressa hominis facit cessare tacitam dispositionem, ejusdem argum. *l. maritus, C. de procuratoribus.*

Neque obstat Pasqualighi opinio, de qua suprà, *num.*8. quatenus dicit legatum pro Missis præferri votis realibus testatoris, quasi quod talia vota sint ex mera liberalitate disponentis. Respondeo enim non præferri legato de quo agimus, tali modo recompensativo nobilitatis, juventutis, paupertatis, &c. ad quod consequendum haberet legatarius actionem pro quarta sibi debita de qua *suprà*; ergo legatum de quo hic est satisfactorium hominis, & est necessarium; legatum verò pro Missis est satisfactorium voluntarium, quia posset quis in Purgatorio pœnis satisfacere, nullas relinquendo Missas, neque ad hoc cogi potest fidelis, si non relinquat Missas, potens in testamento relinquere; ergo est voluntaria satisfactio accepta per eundem, sed legatum, de quo in præsenti est satisfactorium necessarium, quatenus posset hæres cogi dare quartam marito etiam non relictam, &c.

*Ex particulari fideicommisso filiæ, vel ejus filiis integrè, & sine diminutione relicto, nihil deducitur, sed illud integrè debetur Radenascus cons.*100. *lib.*1.

DISCEPTATIO CLXXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur in præsenti, & quæ continetur in processu.*
2 *Contractus de quo hic fuit datio insolutum, quæ vim obtinet emptionis.*
3 *Donatione in solutum, res fit creditoris, nec potest fieri pactum, quod non transeat dominium.*
4 *Fructus rei datæ insolutum, sunt possessoris vigore talis tituli.*
5 *Datione insolutum resultat liberatio debitoris.*
6 *Datione insolutum facta per judicem, fructus etiam fiunt creditoris.*
7 *Datio insolutum tunc operatur, ut fructus non extenuent sortem, quando est facta pro certa quantitate.*
8 *Datio insolutum pro majori quantitate, quam debeatur, non corruit in totum si sit de re functionem recipiente in genere suo, sed in aliis corruit in totum.*
9 *Datio insolutum præsumitur semper in dubio quando sunt verba, quæ important dominii translationem.*
10 *Datio insolutum rerum functionem recipientium in genere suo, qualiter rescindatur si fiat ultra quantitatem verè debitam.*
11 *Contractus quo dicitur: ut creditor retineat fundum, & fructus percipiat quousque solveretur pecunia, sine pacto retrovendendi, apud Germanos permittitur.*
12 *Contractus de quo supra permittitur cum pacto de retrovendendo.*
13 *Contrahentes excusantur si vendant pluris, quam valent res, ob incertitudinem, & quando.*
14 *Thaletis Milesii factum ab Aristotele relatum applicatur in præsenti.*
15 *Contractus in dubio non præsumitur illicitus.*
16 *Text. in l. si ex pactione* 14. *C. de usuris, adducitur in præsenti.*
17 *Contractus valet venditionis mercium, pro tempore quo erat venditurus venditor, & pro illo pretio, dummodò dicatur non esse tunc venditurum.*
18 *Dos consistens in oleo, frumento, &c. quando restituitur, an attendi debeat valor, prout valebat tempore contractus, an tempore soluti matrimonii.*
19 *Marantæ consilium* 139. *adducitur in præsenti.*
20 *Text. in l. si ea lege* 17. *C. de usuris adducitur, & concludit pro causa nostra.*
21 *Guttierez, & aliorum opinio, pro hac causa affertur.*
22 *Text. in l. oleo* 23. *Cod. de usuris, affertur in præsenti.*
23 *Excessio in modo usurarum, valet in oleo mutuato.*
24 *Text. in l. si jactu retis* 12. *ff. de act. empt. adducitur in præsenti.*
25 *Contractus census ad vitam sunt justissimi.*
26 *Pactum de restituenda re, dato pretio differt à pacto de retrovendendo.*
27 *Pactum de retrovendendo præscribitur* 30. *annis.*
28 *Cautela, ut non præscribatur, nisi per centum annos affertur.*

29 Pa-

29 *Pactum de retrovendendo, an possit cedi.*
30 *Cautela, ut pactum de retrovendendo cedi non possit quæ sit.*
31 *Pactum de retrovendendo transit ad hæredes etiam extraneos.*
32 *Fructus durante tempore retrovenditionis cujus sint.*
33 *Fructus pendentes, an pertineant ad emptorem, an ad venditorem trahentem.*
34 *Fructuum divisio pro rata, an, & qualiter sit facienda in præsenti.*
35 *Fructuum rata qualiter sit servanda in rebus, quæ fructificant singulis annis, vel biennio, &c.*
36 *Servitus acquisita, an corruat facta retroventitione, & an gabella debeatur, & an expensæ, & melioramenta.*

ARGUMENTUM.

Donatio insolutum vim habet emptionis, & res fit creditoris, quod per pactum auferri nequit, & hoc etiam si fiat à judice, tunc verò operatur quando est facta pro vera quantitate debita, alias in totum corruit interdum: & quandoque pro parte. Incertitudo periculi, & incommodi, contractum facit validum, qui alioquin non valeret, Text. in l. si ex pactione 14. & l. si ea lege 17. l. oleo 23. Cod. de usuris, adducuntur punctuales: Pactum de retrovendendo præscribitur, & quanto tempore, & cautela traditur pro impedienda præscriptione ordinaria, sicuti cautela traditur, ut pactum de retrovendendo cedi non possit. Fructus durante tempore retrovenditionis sunt emptoris, & quid si sint pendentes dum redimitur res, &c.

P R O

D. Violante Cossi, & Antonio de Transo,

C V M

Joanne Baptista Gattula hærede Victoriæ Ferrato.

1 SUpponitur in facto, quod ab ann. 1611. Violans Cossi, & Antonius de Transo mater, & filius Civitatis Suessæ, erant creditores, & consequi debebant à quondam Joanna de Transo duc. quatuorcentum capitalis, & ducatos octingentum pro tertiis vigore instrumenti stipulati sub die 1. Martii 1613. solutionis factæ per medium Banci S. Montis Pietatis Neapol. &c. & cum dict. Violans in S. C. judicium assistentiæ intentaverit, eamque obtinuerit, & ex majori summa venerunt ad concordiam die 7. Aprilis 1660. prædicta quantitate cum Victoria Ferrato una ex cohæredibus pro 4. parte, scilicet ei solveret duc. tercentum ad ipsos pertinentes, quæ non habens pecuniam præ manibus cessit, assignavit, & insolutum dedit eisdem comparentibus matri, & filio, quoddam olivetum, situm in pertinentiis ejusdem Civitatis, & erat illud idem quod eisdem fuerat in specie obligatum pro suo credito, cum pacto tamen de retrovendendo, cum promissione evictionis in forma, &c. & adjectum fuit: ut si vellet pactum exercere posset pro tribus, vel duabus vicibus, itaut in unoquoque solveret duc. centum, pro quibus solutis Violans, & Antonius deberent solvere duc. novem pro centenario quousque non fieret actualis solutio, & territorii relaxatio, & facta integrali solutione, nihil aliud solvere teneantur, sed territorium relaxare, verùm fructus terræ etiam solutis duc. centum, & biscentum, sint matris, & filii, cum fructus olivarum, & sic terræ prædictæ sint incerti, & non solum per unum annum, vel duos annos, sed etiam per plures soleant esse incerti, & proinde fuit ex pacto, &c. quod si tempore quo dicta Victoria solverit duc. prædictos integros tercentum, & in terra prædicta reperirentur fructus pendentes, dicti fructus sint dictorum matris, & filii, ut ex instrum. *fol.*8. stipulato sub die 7. Martii 1660. manu Notarii Leonis Ricci.

In mense Octobr. 1660. ejusdem anni comparuit in Curia Ducali Svessæ Joan. Baptista Gattula dicens, & narrans factum, & tanquam hæres Victoriæ Ferrato ex testamento, vult exercere pactum de retrovendendo, & petit cogi Violantem, & Antonium ad faciendam relaxationem Territorii prædicti, nec non, ut faciant cessionem non extinctivam, sed translativam Prospero Galluccio, cujus pecuniam solvi dicebant, *fol.*13. die 26. Octobris 1660. per Curiam Svessanam fuit dictum, conventos facere debere retrocessionem territorii servata forma instrumenti olivas etiam esse possessorum oliveti, quos defendo, *fol.*16. à tergo, à quo decreto appellat Joannes Baptista, & æquè de nullitate dicit in eadem Curia Svessana, *fol.*18. & relicta hac via comparuit in M. C. V. pro eodem; & petit procedi ad appretium olivarum, *fol.*21. *à tergo*, & *fol.*24. fuerunt appretiatæ olivæ pro impostis 38. *fol.*26. Comparuit etiam in M.C.V. Prosper Galluccius *dict. fol.*1. dicens uti Notorium Neapolitanum esse hanc causam in M.C.V. cognoscendam, ob suum interesse, quia pecunia oblata, & depositata per Gattulam est sua propria, pro qua Gattula fecit Galluccio venditionem annuorum introituum 27. instetit Gallucius cogi in M. C. V. meos Clientes ad retrovendendum ad sui beneficium olivetum prædictum, & ad cessionem faciendam suorum jurium in forma, & obtentis litteris inhibitorialibus in forma M.C.V. contra Curiam Ducalem Svessanam, ob quarum observantiam jam acta sunt Neapoli, & quia tales litteræ non poterant expediri, cum lis introducta in Curia Svessana non fuit ad instantiam Prosperi, sed Gattulæ, ob fructus tantum pendentes oliveti, in quibus Galluccius nullum habet interesse, sed sua tantùm interest, cessionem habere, quam in promptu sunt parati facere conventi, eo modo quo à lege permittitur: propterea institerunt coram D. meo Consiliario Jovino Delegato per S. Catholicam Majestatem in omnibus causis Excellentiss. dicti Ducis, ut ordinare dignetur procedi in Cur. Svessana, &c. *fol.*37. & 38. pro quo etiam comparuit Agens Generalis, & Gubernator status D. Joseph de Almarza, *fol.*32. & per D. meum Jovinum ex consensu ambarum partium fuit dictum, ut procedatur coram se, *fol.*38. *à tergo*.

Facti serie proposita, pro decreto judicis Svessani defendendo, ut se relaxet conventus territorium solutis fructibus pendentibus servata forma pacti, & instrumenti, firmiter puto decidendum, & jure fundabo, non obstantibus prætensis per partem putantem fructus ad sui commodum relaxandos.

Primò quidem, quia ut ex instrumento apparet, hic con- 2
tractus fuit datio insolutum, quæ vicem obtinet emptionis,
*l.*4. *Cod. de evict. l. eleganter*, *ff. de pign.* estque justus, &
legitimus contractus, *l.*5. *ff. de just. & jur. l.*1. *in fin. ff. de*
*contrah. empt. l.*1. *ff. locati*, & ideò fructus rei insolutum
datæ non minuunt sortem, Aretinus *consil.* 159. *num.*14.
Decian. *cons.*35. *numer.*44. Surd. *cons.*243. *num.*16. ut ait
superfluum esse id pacisci, & Card. Mantica *l.*11. *de tacit.*
*tit.*8. *numer.*28. ait hoc carere omni dubitatione: cujus rei 3
ratio est, quia cum ex datione insolutum, veluti ex justo,
& legitimo contractu res fiat creditoris, *d. l.*4. *C. de evict.*
*l.*46. §. 1. *ff. de solution. l. fin. ex quibus causis in possess. eatur.*
Bart. *in l.*1. §. *cum prædium*, *ff. de pignorib.* Decian. *cons.*35.
num. 42. ideò non valeret datio insolutum, quæ ea lege
fieret, ne dominium in accipientem transferatur; sed hoc
aut pignus esset, aut aliud genus contractus, *l.*80. *in fin. ff.*
de contrah. empt. ergo fructus illius sunt, qui rem insolutum 4
accepit, tanquam ex re propria perceptos, fructus enim sequuntur dominium, *l. qui scit* 25. *ff. de usuris*, *l. ex diverso*,
ff. de reinvendicat. l. qua ratione, *l. adeo*, §. *ult. ff. de acq. rerum*
dominio, Afflict. *decis.*87. *num.*6. Joannes Coppus *de fru-*
ctibus, *lib.*2. *tit.*1. *cap.*1. ergo cum fuerit datio insolutum
resultat ex ea liberatio debitoris, *l. si non sortem*, §. *si cen-* 5
tum, *ff. de condict. indeb. l.*46. & 98. *ff. de solutio. l.*17. *Cod.*
eodem tit. de solutionibus, *l. non omnis* 19. *in fine*, *ff. de reb.*
creditis, Cujacius *in l.*1. §. *cum prædium in fine*, *ff. de pigno-*
ribus, Novarius *de dat. insolutum*, *quæst.*10. & *q.*11. *per*
totam, Heringius *de fidejussoribus*, *cap.*20. §. 21. *n.*9. ergo
non possunt fructus imputari in sortem, quæ nulla amplius 6
debetur, & hoc est verum etiamsi creditori res insolutum
à judice data sit, nam hoc casu etiam fructus sunt creditoris, neque extenuant sortem, cum dominium quoque in
eum transferatur, *l. penult.* §. 1. *ff. de except. rei jud. l.*1. *C. si*
in causa judicati pignus captum sit, quæ ait in vim justæ obligationis succedere auctoritate jus dicentis, quod etiam dicitur

citur in *l. à Divo Pio*, §. *si pignora*, *ff. de re jud.* Surdus *dec.* 294. *num.*4. *&* 5. Aretin. *consf.*159. *n.*14. Card. Mantica *lib.* 11. *de tacitis, tit.*8. *num.*28. ubi ait hoc carere omni dubitatione, latè Leotardus *q.*95. *n.*2. *&* 3. *de usuris*.

7 Tunc verò datio insolutum operatur, ut fructus non extenuent sortem, quando est facta pro certa quantitate; quia si assignatio bonorum, & datio insolutum sit facta pro incerta quantitate, tunc non transfert dominium, neque possessionem in creditorem, & proinde si quos fructus creditor percepit, illos debito imputare cogitur, ut ait Ruinus *consf.*136. *num.*8. *lib.*1. Cephalus *consf.*159. *lib.*2. Parisius *consf.*59. *numer.*15. *lib.*1. Asinius *de execut.* §.7. *cap.*270. *nu.* 4. *&* 6. Menoch. *consf.*222. *num.*49. *&* 50. Gratianus *cap.* 519. *num.*67. Burattus *decis.*124. *num.*6. unde ait debere procedere liquidationem crediti, & sibi cavere debent creditores, qui bona debitorum, nulla facta liquidatione crediti invadunt, ne fructibus extenuata sorte, rem cum fructibus restituere cogantur.

8 Casu verò, quod pro majori summa, quàm verè deberetur, sit res data insolutum, tunc si data res sit insolutum, quæ recipit functionem in genere suo: ut si vinum, oleum, &c. datum sit, valoris centum, & viginti, cum centum tantum debeantur contingit liberatio, & datio insolutum consistit, sed pro ea parte tantum, quæ debetur, & superfluum repeti, & condici potest, ut est apud Ulpianum *in d. l. si non sortem*, §. *idem Marcellus*, *ff. de condit. indebiti*, Faber *ad titulum, de condict. indeb. definit.*1. sed si datus sit fundus, ager, domus, & tunc datio insolutum inutilis est, & neque pro parte, pro qua debetur potest consistere, *d. l. si non sortem* 26. §. *si centum*, Tiraq. *de retract. consanguinitatis*, §.23. *gloss.*1. *num.*26. Surdus *tit.*9. *de alimentis*, *quæst.*32. *num.*79. *&* *dec.*45. Faber *ubi sup. definit.*1. Colerus *de processu executivo, part.*3. *cap.*9. *num.*61. Sforza Odd. *consf.*96. *num.*9. Magonius *dec. Florentiæ* 109. *num.*7. Leotardus *de usuris*, *quæst.*4. *num.*8. Scio Novarium *de datione insolutum, quæst.*33. distinguentem dationem insolutum voluntariam, & necessariam, voluntariam dicit factam ultra debitum, annullari in parte necessariam, & judicialem annullari in totum, quia decretum est individuum, *l. hoc judicio, ff. fam. herciscundæ*, Dom. Consiliar. Hodierna ad Surd. *d.*45. & quia debent restitui tunc fructus dicit Pereyra *decis.*47. non teneri ad percipiendos.

9 Imò si essemus in dubio semper præsumitur datio insolutum contracta, Menoch. *lib.*3. *præsumpt.*150. Marta *voto* 109. *numer.*6. *&* 7. Menoch. *consf.*201. *num.*18. Ludovisius *decis.*194. quando præsertim sunt aliqua verba, quæ arguunt translationem dominii, arg. *l. dotis fructus cum l. seq. ff. de jure dot. l. cum manusata*, 80. §. *ult. ff. de contrah. empt.* Menoch. *d. præsumpt.*150. *n.*18. Farin. *d.*47. siquidem dominii acquisitio, & translatio repugnat pignori, ex quo nunquam dominium transfertur, *l. cum & sortis* 34. §. *ult. ff. de pign. act.* Fab. *de errorib. decade* 21. *cap.*7. *num.*3. & ideò si oleum

10 majoris pretii, vel si qua alia res, quæ in suo genere functionem recipiat, insolutum data sit, pro summa veri debiti, quamvis oleum majoris pretii sit, datio insolutum non corrigitur, neque superfluum peti potest, non magis quam si paulò viliori pretio, illud vendidisset, *l. is*, *Cod. de rescind. vend.* Rota Genuæ *dec.*13. *nu.*37. si quidem superfluum eo tantum casu repeti potest, cum oleum, vel alia species majoris quantitatis per errorem soluta est, quam verè deberetur, *d. l. si non sortem*, §. *idem Marcellus*, ergo cum sit mera datio insolutum nescio cur fructus non sint dandi creditori vigore pacti, &c.

11 Probatur secundò, quia apud Germanos approbatur contractus, in quo scilicet quis dat territorium pro certa pecunia, cum pacto, uti rei possessionem retineat, & fructus percipiat, donec illi pecunia solvatur, quam tamen ab initio repetere non possit, quem contractum Germani approbarunt, ut testes sunt Federicus Martinez *de censib. cap.*6. *num.*250. Binsfeldius *in cap.*1. *de usuris*, *quæst.*2. communis

12 tamen reprobat hunc contractum, cum Leotardo *de usuris, quæst.*1. *num.*23. quia est similis contractui Antichresis, de quo J. C. *in l.*11. *de pignoribus*, dicit tamen Leotardus *num.*27. admitti hunc contractum, si sit cum facultate redimendi eodem pretio, quotiescumque Dominus voluerit, quia esset emptio incertæ fructuum quantitatis, & obnoxiæ casibus fortuitis omnibus, qui in re, vel fructibus contingere possunt, cujuscumque enim generis fructus sint incertitudo pactum sustinet, *l.*14. *&* *l.*17. *C. de usuris*,

13 Menochius *consf.*110. *num.*53. Leotard. *de usuris*, *quæst.*98. *n.*56. sic ratione dubii eventus excusatur, qui pannos, vel alias merces, vinum, triticum, & alias species vendunt, ut amplius quam tunc valeant, certo die recipiant, si tamen tempore contractus, non erant venditurí: ut definitum est in *cap. fin. de usuris*, & respondit Soccinus junior *consf.*83. *num.*15. *lib.*2. Covarr. *lib.*2. *var. cap.*3. *num.*6. Rodericus *de annuis reditibus lib.* 1. *quæst.*12. *nu.*45. Salas *de emptione, & venditione, dub.*41. *numer.*2. *&* *de usuris, lib.*2. *c.*15. *nu.* 2. ubi ait incertitudinem futuræ extimationis sustinere contractum, etiam in foro conscientiæ, Leotardus *de usuris qu.* 24. *num.*39.

Probatur tertiò, ex illo facto quod legitur de Thalete 14
Milesio relato ab Aristotele *lib.*1. *politicorum*, *cap.*7. à Marco Tullio *lib.*4. *de divinatione*, & Petro Gregorio *lib.*4. *de Republica, c.*16. *nu.*3. cui cum objiceretur Philosophiæ studium, propter inopiam, prospexisse illam per Astrologiam alienarum ubertatem futuram, cumque accepisset pusillum pecuniæ, emptionem olei fecisse in Milesio, & Chio, pro parvo admodum pretio, utpotè nemine plus affectante, arras quæ dedisset cum itaque, postea tempus venisset, multis subito quærentibus vendidisse oleum quanti ipse voluit, & magnum lucrum fecisse, ostendit amicis facilè esse Philosophis ditari, si essent, quam Diogenes Laertius *in vita Thaletis ex Hieronymo Rohedio*, rem aliter narret, illum scilicet præcognita aliarum ubertate conduxisse olearia levi pretio, & cum oleæ proventus uberrimus successisset, ex locatione maximè superlucratum fuisse, & à nemine, factum illud Thaletis reprehenditur teste Petro Gregorio, *ubi supra*, quem sequitur Leotardus *de usuris*, *&* *quæst.*24. *numer.*32. & hoc multo fortius in præsenti, quia 15
sumus in contractu claro dationis insolutum, cum ex alio capite contractus in dubio non præsumatur illicitus, Glossa *in l. si ea pactione*, 14. *Cod. de usuris*, Duenna *regula* 217. Mascard. *de prob. conclus.*438. *&* 448. *num.*3. & in dubio, actus dubius non debet declarari usurarius, ut per Tiraquellum *de retractu conventionali*, *numer.*128. & eventus dubius tollit suspicionem, imò crimen usuræ. Idem Tiraquellus *in l. si unquam in verbo donatione largitus*, *num.*131. *C. de revoc. donatio.* Barbosa *in d. l. si ex pactione*, *num. ult. C. de usuris*.

Probatur quartò, ex *l. si ea pactione* 14. *Cod. de usuris*, 16
ubi si ex pactione uxor tua ait J. C. mutuam pecuniam dedit, ut vice usurarum domum inhabitaret, pactoque ita, ut convenit usa non est, non etiam locando domum pensionem redegit, referri quæstionem, quasi plus domus redigeret, si locaretur, quam usurarum legitimarum ratio colligi minimè oportet, licet enim uberiore sorte potuerit contrahi locatio, non ideò tamen illicitum fœnus esse contractum, sed vilius conducta habitatio esse videtur, & sic si ob mutuam pecuniam ego habito in domo creditoris tali pacto apposito, & non debebam ex mutuo consequi, nisi quinque si percepti usum domus, qui poterit valere 20. non est improbum fœnus, quia videtur locatio facta viliori pretio quam alteri, & hoc toleratur ratione incertitudinis Glossa *in d. l. si ea pactione*, & ob hanc eandem incertitudinem approbant DD. contractum quo quis mutuatur oleum, frumentum, &c. & petitur pretium, & valor, quo valet tempore solutionis, licet majus sit pretio, quo valebat tempore dationis, possum enim mutuari, vel vendere cariori pretio, eo quod currit tempore contractus, si non erat venditurus vel mutuaturus tunc, & in gratiam emptoris, vel mutuatarii datur, & de hoc debet admoneri emptor, & sunt deducendæ expensæ faciendæ usque ad tempus solutionis pretii, ut post alios dicunt Covarr. *lib.*2. *var. c.*3. *n.*6. Bonacin. *de contractibus, disp.*3. *q.*2. *p.*4. *n.*17. Imola *consf.*25. Natta *consf.*369. *num.*2. Scaccia *de commerciis*, §.1. *q.*1. *num.*419. *&* §.1. *quæst.*7. *part.*1. *num.*32. Toletus *lib.*5. *cap.* 34. Vericelli *tom.*1. *tractatuum, tract.*3. *quæst.*9. *per totam*, si verò sit 18
datum in dotem oleum, frumentum, &c. & maritus habet electionem restituendi, vel rem dotalem, vel pretium, tunc non fit emptio, sed illa res remanet dotalis, ac sub periculo uxoris, neque acquiritur per emptorem viro, donec soluto matrimonio eligat restituere pretium, Covarr. *practicar. quæstion. c.*28. *num.*50. Menoch. *lib.*3. *præsumption.*74. *num.*20. Castrensis *in d. l. extimatis, ff. sol. matrim.* per Text. *in l. plerumque*, §. *si ante*, *ff. de jure dotium*, unde ad mulierem spectat augmentum, & diminutio dotalis *d. l. plerumq;* Constantius Rogerius *de dote*, *quæst.*11. *numer.*2. quo casu debet restitui pretium quod currit tempore soluti matrimonii, Covarr. *pract. c.*28. sed si aliud non est expressum, non 19
ita

ita dicendum est: unde Maranta *consil.*139. dicit quod cum fuissent in dotem datæ 60. Salmæ olei, cum pacto, ut restitueretur oleum, vel pretium, consuluit restituendum esse pretium currens tempore contracti matrimonii, quia dominium olei tempore traditionis fuit translatum: quod docuit Glossa singularis, *in d. l. extimatis sol. matr.* quam Glossam sequitur Bald. *in l. res in dotem, ff. soluto matr.* Alex. *consil.*79. *lib.*50. & probatur apertè *ex l. si vicini, & olei* 7. *ff. de usufr. earum rerum, quæ usu consumuntur, & in §. constituitur*, ubi Glossa, & Aretinus *n.*2. *inst. de usufructu*, ubi habetur, quod ille cui legatus est usufructus olei, finito usufructu, tenetur restituere, vel eandem quantitatem, vel pretium, debet autem restituere pretium currens tempore traditionis, non restitutionis olei, ut benè Verrecelli *d. tr.*3. *q.*9. *num.*6.

20 Probatur quintò, *ex l. si ea lege* 17. *C. de usuris*, ubi si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum obligavit, ut fructus invicem usurarum consequeretur obtentu majoris percepti emolumenti, propter incertum fructuum eventum rescindi placita non possunt; si ergo mulier obligavit mihi vineam; & in vicem usurarum convenit, ut reciperem vindemiam, & si plus emolumenti consecutus sim ex fructibus, quam etiam sit in usura, non potest illud revocari, quia poterat esse, quod nihil pervenisset, & tamen necesse haberet stare conventioni, & propter incertum non erit retractanda, & sic si modicum, percepisset, non potuisset petere: & Glossa dicit hoc procedere, quando dubitari potuisset, utrum tantùm percipietur, an minus quia consuevit, quandoque tantum accipi: cæterum si indubitabile videtur communi opinione, etiamsi aliter posset contingere, tamen rescindentur placita *dicta l. si ea lege*.

21 Unde Guttierez *lib.*1. *canon. quæst. cap.*39. *numer.*61. à Barbosa relatus *in dict. l. si ea lege* 17. *C. de usuris*, dixit nota quod hic habetur pactum inter debitorem, & creditorem, cui fundus fuit obligatus, ut creditor ipse fructus fundi consequeretur, in vicem usurarum, non rescinditur etiamsi majus emolumentum ex dictis fructibus proveniat, Tiraquellus *de retractu conventionali ad finem tituli, num.*135. ubi citat hunc Textum ad hoc quod incertus fructuum eventus tollit suspicionem usurarum, Negusantius *part.*5. *de pignor. membro* 10. *num.*10. Gaillus *lib.*2. *observat. cap.*3. Covarr. *lib.*3. *variar. cap.*7. *num.*3. ubi ait, quod propter incertitudinem lucri, & damni justus sit contractus Brunorus à Sole *in locis communibus, in verbo contractus* 34. qui ait quod contractus ratione incerti eventus valet, Gama *decis.*110. *numer.*34. ubi ait quod permittit Textus ratione incertitudinis ultra duplum exigi posse, & si verò à principio secundùm communem opinionem hominum, aliquali certitudine constaret de isto futuro excessu, ultra duplum sortis, tunc non poterit ultra duplum aliquid exigi.

22 Probatur sextò, ex *l. oleo, nu.*23. *Cod. de usuris*, ubi oleo quidem, vel quibuscumque fructibus mutuo datis, incerta pretii ratio additamenta usurarum ejusdem materiæ suasit admitti, & sic qui mutuavit oleum, ut tantundem cum accessione in eadem mensura in fine anni redderet, talis conventio valet, licet talis excessio, excedat legitimum modum usurarum, & hoc ratione incertitudinis pretii, & incerto exitus, & etiam valebit usque ad duplum modum usurarum ob incertitudinem: nam poterit esse, subdit Glossa, quod longè minus valebit, tunc oleum, vel longè plus, quam nunc, *l. frumenti, C. de usuris*: Ideo videmus, quod pro oleo

23 mutuo dato valet conventio, ut tantundem cum accessione in fine anni reddatur, licet hæc excessio excedat legitimum modum usurarum, *d. l. oleo*, & ob hoc licitum est ob retardatam solutionem carius vendere, Molina *de justitia, & jure, tract.*355. Genedus *ad decretales, collect.*47. Covar. *lib.*2. *var. cap.*3. *n.*6. *& lib.*3. *cap.*2. *n.*50. Guttierez *ubi supra, cap.*39.

24 Probatur septimò, ex *l. si jactum retis* 12. *ff. de act. empt.* ubi si jactum retis emero, & piscator noluit jactare retem, debet dari mihi, quod consuevisset accipi, sed si jactaverit, & noluerit dare, agam æstimationem ejus, quod extraxit ut benè Glossa, ex quo Textu colligunt omnes rem incer-

25 tam emi, & vendi posse. Hinc videmus, quod contractus census ad vitam justissimi sunt, Covar. *d. cap.*7. *nu.*3. *& cap.* 9. *num.*7. Lupus *de usuris, commentario* 3. §.4. *num.* 69. *&* 97. Laxarte *de decima venditionis, cap.*10. *num.*38. Brunorus à Sole *in quæstionibus legalibus, quæst.*1. Gaillus *lib.*3. *observ.*8. Felicianus *de censibus, lib.*1. *cap.*7. *nu.*19. Avendanus *de censibus, cap.*20. *n.*4. ubi disputat, an incertitudo vitæ, ex qua justificatur census ad vitam possit aliquo modo assecurari, Zerola *in praxi Episcopali*, 1. *part. in verbo Contractus censualis*, §.8.

Nec est consideratione indignum, quod in instrumento de quo in præsenti est sermo de pacto de restituenda re vendita, eodem pretio emptori restituto, quod in multis differt à pacto de retrovendendo, *l.*2. *C. de pactis, inter emptorem*, Corneus *cons.*4. *lib.*1. Corasius *lib.*3. *Miscellan. cap.* 9. Covar. *lib.*3. *variar. cap.*8. unde *in dict. l.*2. *Cod. de pactis, inter emptor.* non egit Imperator de pacto, de retrovendendo, sed de pacto de restituenda eadem re pro eodem pretio, ut dicunt Corasius *ubi suprà*, Cagnolus *num.*12. Raudensis *decis. Pisana* 16. *num.*276. Castill. *lib.*2. *cap.*25. *num.* 26. Pichard. *in §. actionum, quæst.*8. *num.*16. *instit. de act.* Mantica *de tacitis, lib.*4. *tit.*31. *n.*3. quod quidem pactum de retrovendendo, præscribitur 30. annis, sed posita clausula, quandocumque putant aliqui non præscribi, alii affirmant præscribi, Faber *in tit. C. lib.*7. *tit.*13. *defin.*1. Surdus *decis.*3. *num.*7. Card. Tuschus *littera P, conclus.*31. Gratian. *cap.*2. imò etiamsi præscriptioni fuisset renuntiatum adhuc præscriptio currit, verum si partes assignassent majus tempus ad præscriptionem, tunc præscribitur tali tempore assignato; quod si promittatur toties retrovendere, quoties huic remedio fuerit præscriptum; tunc non præscribitur tali tempore, sed immemorabili, quæ nunquam submovetur, & si cum pacto de retrovendendo concurrat hypotheca præscribitur quadraginta annis Gabriel *lib.* 5. *de præscriptionibus, conclus.*6. Grammat. *consil.*71. & alii *ubi supra*, vel nisi concurrat enormissima læsio, quia non cadit præscriptio, latè Hermosilla *tom.*2. *fol.*195. *& sequenti*. 26 27 28

Addo quod in præsenti posset dubitari si Prosper Galluccius possit affrancare exercendo pactum, quia secundum opinionem multorum jus competens venditori vigore pacti de retrovendendo, non potest cedi, Ruinus *consil.*71. *lib.*2. & disputat pro utraque parte Facchineus *controver.* Paulus *consil.*1. *lib.*2. Trentacinqu. *lib.*1. *variar. tit. de empt. resolut.*19. *num.* 5. Mantica *lib.*4. *tit.*12. *numer.*13. Card. Tuschus *in verbo Pactum, conclus.*33. ex qua cessione deberi gabellam dicit Guttierez *quæst.*10. *num.*29. stante scilicet statuto, ut de contractibus solvatur gabella; Quod si à principio sit dictum, ut ipse venditor tantum posset redimere, tunc facultatem redimendi alteri cedere non potest, Mantica *num.*14. & alii *ubi supra*, vel quando dictum fuit, ut propriis pecuniis possit redimere, & sic differt retractus conventionalis ex pacto de retrovendendo, à retractu rei familiaris, quæ jure sanguinis fit, & à retractu rei emphyteuticæ, nam retractus conventionalis potest cedi, seu jure sanguinis, vel rei emphyteuticæ non potest cedi, sed ipse debet retrahere non alius, Guid. Papa *d.*411. Boer. *d.*139. Francisc. Marcus *d.*404. Hermosilla *tom.*2. *fol.*197. *à terg. num.*3. transit verò ad hæredes etiam extraneos, licet de eis non fuerit facta mentio in contractu, Boer. *d.*181. *num.*21. Tiraq. *de retractu conventionali*, §.1. *gloss.*6. Covar. *pract. cap.*39. *num.*2. Gomes. *tom.*2. *var. cap.*11. *num.*36. Molina *disp.*378. Mantica *ubi supra, tit.*32. *num.*17. *&* 18. *& num.*26. ubi dicit etiam transire ad hæredes hæredis hoc pactum. 29 30 31

Tandem in consideratione ponitur, quod de jure (præciso pacto de quo in præsenti) emptor facit fructus suos, quos durante tempore retractus percepit, *ex l.*2. *Cod. de pactis inter empt.* ubi Paulus, & Baldus, Glossa *in cap. illo vos de pignoribus*, Covar. *lib.*1. *var. cap.*15. *n.*6. *& lib.*3. *c.*9. Barbosa *in l. Divortio* 8. *num.*75. *ff. solut. matrim.* Sesse *dec.* 31. *num.*20. Molina *de primog. lib.*2. *cap.*12. *num.*11. Mantica *lib.*4. *de tacit. tit.*32. *numer.*99. Maynardus *dec.*31. *lib.* 2. Giurba *dec.*92. *num.*10. Morla *in emporio tit.*9. *quæst.*14. *numer.*8. Faber *de erroribus, decad.*22. *errore* 3. *num.*4. fructus pendentes spectant ad eum, qui redimit, de communi Barbosa *in d. l. Divortio*, 2. *part. nu.*71. Tiraq. *ne retract. conventionali*, §.50. *gloss.*4. *n.*1.7. *&* 8. Escobar *de ratiociniis, cap. ult. à n.*50. Faber *de erroribus, decade* 10. *errore* 2. dummodò impensæ legitimæ refunduntur Hermosilla *ubi supra fol.*200. *num.*50. Alii dicunt divisionem fructuum pro rata esse faciendam post alios Facchinens *lib.*2. *cap.*14. Boerius *decis.*25. Thesaurus *d.*46. & de communi dicit Cancerius *variar. resolut. par.*1. *cap.*13. *de empt. & vend. num.*21. Escobar *ubi sup. num.*7. Riccius *collect.*159. Franciscus Marcus *dec.*57. 32 33 34

decis.57. part.2. Costa *de rat. ratæ qu.36.* Mantica *lib.4. de tacitis, tit.32. n.102.* Gratianus *dec.176.* ubi ait sic fuisse de-
35 cisum, & ratam fructuum sumunt diversimodè, tam scilicet in prædiis, quæ uno anno fructificant, quam in aliis, quæ fructificant singulis bienniis, vel trienniis, quia in illis, quæ fructificant singulo biennio, vel triennio, tot partes sunt faciendæ, quot sunt menses, & tot sunt dandæ emptori, quot menses possedit, latè Cancerius, & alii, *ubi supra*, Hermosilla ad Gregorium Lopez *fol.200. à tergo, num.*
36 *9.* qui disputat *num.19.* de servitute acquisita, an resolvatur per reventitionem, & an expensæ seu meliorata possint repeti à venditore agente pro retroventitione, & an duplex debeatur gabella una scilicet cum res venditur, altera, cum retrovenditur, &c.

Imò si hic contractus fuisset pignoratitius, tunc certum est fructus compensari in sortem, *l.1. & 2. Cod. de pignorat. act. l.1. Cod. de distract. pignor. cap. illa vos, de pignoribus, cap.2. & cap. Conquestus de usuris*, Salas *de usuris dubio 28.*

Quare nulli dubium est per S.C. & D. Delegatum fore dicendum, ut relaxetur olivetum servata forma instrumenti, & conventionis ibi initæ: ut scilicet fructus sint Antonii de Transo, & D. Violantis Cosso, ut spero sub censura DD. Judicantium: scripsi hodie 2. Decembris 1660.

Contrarium vero scripsit M. Fabius de Tutiis pro dicta D. Violante Cossi, cujus allegationem hic tradimus.

DISCEPTATIO CLXXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur de qua in processu.*
2 *Fructus olivarum quando nascantur singulo biennio, vel quolibet anno.*
3 *Valor rei deducitur ex fructibus viginti annorum.*
4 *Contractu rescisso, virtute l.2. Cod. de rescind. vendit. lædens tenetur ad restitutionem rei una cum fructibus perceptis.*
5 *Fructus pendentes dicuntur pars fundi.*
6 *Dispositio l. 2. Cod. de rescind. vendit. locum habet etiam in datione in solutum, & ratio.*
7 *Clausula posita in libello (petens jus, & justitiam ministrari,) quid operatur.*
8 *Contractu principali annullato annullatur etiam accessorium, & quidquid venit in ejus consequentiam, & sic resolvuntur omnes effectus ab eo dependentes, & ratio.*
9 *Contractus non habens intervallum unius anni, emptor non debet lucrari fructus, sed tantùm ipsi debetur honestum interesse pro medio tempore pacti adjecti in contractu.*
10 *Interpretatio in ambiguis quomodo sit facienda.*
11 *Contractus emptionis, & venditionis cum pacto de retrovendendo, oblato pretio à venditore, ipso jure in illum transit utile dominium sine nova traditione unà cum fructibus, per emptorem perceptis post oblationem.*
12 *Clausula adjecta contra naturam contractus, pro non scripta habetur.*
13 *Pactum, quod emptor post retroventitionem lucretur partem fructuum non tenet, & rejicitur tanquam usurarium.*
14 *Usura potest committi non solum, in contractu mutui, sed etiam in omni alio contractu, tam directè, quàm indirectè.*
15 *Contractus quando à principio fuit justus, si postea tractu temporis efficeretur iniquus judex debet illum reducere ad æqualitatem.*
16 *Contractus pignoratitius non recipit pactum, ut fructus lucretur creditor, & illos in sortem non imputet, & ratio.*
17 *Contractus Antichresis quamvis permittatur de jure Civili, de jure tamen Canonico improbatur.*
18 *Creditores faciunt fructus suos, vice, & loco usurarum usque ad modum, quem usuræ legitimæ patiebantur abrogatas esse de jure Canonico.*
19 *Iuri Canonico standum est in materia peccati.*
20 *Pacta sunt servanda, quando sine peccato servari possunt.*
21 *Contractus, & obligationis substantia non verborum figura est inspicienda.*
22 *Pretii modicitas cum adjectione pacti de retrovendendo facit supponere contractum fœneratitium, & non venditionis, & quæ dicatur modicitas pretii.*
23 *Pacta insolita arguunt suspicionem & præsumi faciunt contractum pignoratitium.*
24 *Datio in solutum voluntaria fieri non potest de re fideicommisso subjecta in damnum fideicommissarii.*
25 *Actum frustratorium nemo præsumitur facere quia dictos actus lex abhorret, & aliæ adducuntur rationes.*
26 *Licitum si non sit, quod minus est, eo magis quod plus est licere non debet.*
27 *Debitoris egestas mutuam pecuniam rogans in emptione fœnoris indicium est.*
28 *Usura dicitur de contractu pignoratitio quicquid accedit sorti quocumque nomine recipiatur.*

ARGUMENTUM.

Contractus quando dicatur fœneratitius, & quæ pacta in eo sint improbata, & ex quibus conjecturis contractus talis præsumatur, vel species dationis in solutum sit, & ipsius naturam sequi possit, si à partibus taliter sit appellatus, & qualiter annullato contractu annullentur accessoria, & fieri debeat restitutio fructuum, ubi plura ad materiam in solutum dationis.

PRO

Joan. Baptista Gattola,

CUM

Violante Coscia, & Joan. Antonio de Transo,

Dominus Regius Consiliarius Jovinus delegatus.

De Amico Actuar.

V*ittoria Ferraro herede pro quarta parte del quondam* 1
Geronimo de Transo per intermedias personas delli qq. Lucretia di Asprella sua madre, e Carlo Ferraro suo fratello, essendo debitrice à Violante Coscia, e Gio. Antonio de Transo madre, e filio in ann. duc.36. per capitale di duc.400. olim per detto Geronimo venduti ad Alessandro Coscia padre di detta Violante, e per essi in ducati 800. *di terze, per li quali havevano detti madre, e figlio ottenuto per sentenza del S.C. rescissione di detto contratto contra essa Vittoria, & altri coheredi, e per la sua rata essendo debitrice in duc.*100. *di capitale, e duc.*200. *di terze, & interesse di essi non havendo denari* præ manibus, *a* 7. *di Aprile* 1660. *assigno à detti madre, e filio un'oliveto, sito in pertinenze della Città di Sessa, dove si dice à Salto per detta summa di duc.*300. *con il patto di retrovendendo*, quandocumque, fol.8. & à terg. litt.B, & fol.9. à terg. litt.D, *con l'infrascritto patto*, videlicet: Verùm fructus perveniendi ex dicta terra etiam solutis per dictam Victoriam dictis matri, & filio ducatis centum, vel biscentum attenta obligatione prædicta sint ipsique matris, & filii cum fructus oliveti, & sic terræ prædictæ sint incerti, & non solùm per unum, vel duos annos, sed etiam per plures soleant esse incerti, & proinde fuit ex pacto, quod si tempore, quo dicta Victoria solverit totos prædictos ducatos tercentum reperirentur fructus impositi in terra prædicta, dicti fructus sint dictarum matris, & filii, fol.10 littera E.

Essendo morta la predetta Vittoria a' 26. *di Settembre del passato anno, & instituto herede Gio. Battista Gattula suo nepote*, f.3. à ter. *detto Gio. Battista a'* 25. *di Ottobre dell' istesso anno convenne nella Corte di Sessa detti madre, e figlio per la restitutione di detto oliveto* fol.13. *con haver consignata in poter di Notar Leone Riccio una fede di credito del Banco della Pietà di duc.*300. *à lui pervenuti da Prospero Galluccio per la vendita fattali d'ann. ducati* 27. *per capitale di duc.*300. *vinculati per pagarnosi à detti madre, e figlio, cessis juribus à beneficio di esso Prospero con offerta fatta da detto Gio. Battista, che quando non havessero voluto il denaro in Napoli, che lui l' haverebbe pagato in Sessa,*

Seſſa, fol.13. & à terg. *e così per la Corte di detta Città*
di Seſſa ſotto li 26. detto meſe, & anno fù ordinato, che detti
conventi reſtituiſſero detto oliveto, e faceſſero detta ceſſione,
fol.15. *quale iſtanza, e decreto intimati à detti conventi, ri-*
cuſorno fare detta ceſſione, fol.13. à terg. & 15. *Et dopò alli*
27. di detto meſe, & anno diedero detti conventi una compar-
ſa, nella quale andavano dicendo, che li frutti erano li loro,
e che la retroceſſione dell'oliveto l'haveriano fatta allora
quando ſe li foſſe dato il denaro contanti in Seſſa, fol.16. *Per-*
ilche nell'iſteſſo giorno la Corte di detta Città, non inteſo eſ-
ſo Gio. Battiſta, fè decreto, che li frutti prudenti foſſero di
detta madre, e figlio, fol.16. à terg. *del che eſſendoſene per*
parte di detto Gio. Battiſta appellato, fol. 18. *ad iſtanza*
di detto Proſpero è ſtata introdotta la cauſa in Vicaria per
via d'appellatione, fol.1. *& ultimamente avanti il Signor*
Conſigliero Gio. Battiſta Iovino Delegato di nuovo ſi è fatta
iſtanza per la reſtitutione del detto oliveto con li frutti, che
*vi ſono, per eſſer quello di valore di duc.*1000. *e più, e per va-*
*lerno li frutti duc.*100. *è più*, ut fol.....

Che detti frutti vagliano ducati 100. *ſi fonda dall'apprez-*
zo fatto per la Corte della Bagliva di Seſſa d'ordine M.C.
fol.26. *e mentre ſono di tanto prezzo, ſi argomenta, che l'*
*oliveto vaglia duc.*1000.*ancorche li frutti dell'olive ſono frut-*
2 *ti, che* naſcuntur ſingulo biennio, ut fundat Eſcobar *de*
ratiociniis, parte ſecunda cap. fin. Capiblancus *de auctor.*
*Baron. pragm.*4. *cap.*22. *numer.* 3. *tom.* 1. Horat. Barbat.
de diviſ. fructuum, part. 2. *cap.* 3. *numer.* 25. & Dom.
Reg. de Marinis *lib.*1. *cap.* 154. *numer.* 2. ancorche
il Preſidente de Franchis alla *deciſ.* 72. *numer.*2. *dica*,
che ſono frutti, che naſcuntur quolibet anno, & ſe-
quitur Barbat. parum ſibi conſtans eodem *tractatu part.*
2. *cap.*1. *num.*9. *Però, ò che ſia vera la prima, ò la ſeconda*
opinione, ſi vede, che detto territorio vale almeno ducati
1000. *poiche mentre rende duc.*100. *ogni due anni, il prez-*
*zo giuſto di quello è duc.*1000. *à la ragione di cinque per cen-*
3 *to, già che per diſpoſitione di ragione il vero valore ſi dedu-*
ce dalli frutti di anni vinti, e così à ragione di cinque per
cento, ut ex pluribus tenet Pinell. *de reſcind. vendit. tertia*
*parte, leg.*2. *cap.*4. *numer.* 48. *&* 29. Afflict. *deciſ.* 284.
in fine, Cavalcan. *deciſ.* 1. *de contract. num.* 21. *tom.* 2.
Cyriacus *controv.*255. *num.*3. & Cencius *de cenſib. quæſt.*
30. *num.*8.

Si fonda anco ciò dalla fede del Cataſto di detta Città,
dove appare, che detto oliveto ſtà accataſto, & apprezzato
*per duc.*1800. *fol.... Se dunque ſi vede in queſto contratto una*
leſione così enormiſſima, detti creditori in virtù della l.2. C.
4 de reſcindend. vendit. *hanno da reſtituire la robba unà con*
li frutti percepti, juxta communem opinionem, de
qua teſtatur Covarr. *lib.*2. *var. cap.*3. *n.*9. Gomeſ. *ad l.Tau-*
ri 70. *num.*29. *verſ.* 2. *quia licet, circa medium*, & D. Reg.
de Marinis lib.1. cap.153. num. 3. *tanto maggiormente do-*
5 *vranno reſtituire li frutti pendenti*, qui pars fundi ſunt, ad
Text. *in l. fructus pendentes, ff. de reivendic.*
6 *E che la diſpoſitione di detta*, l.2. *habbia anco luogo nell'in-*
ſolutum datione, lo fonda Leotard. *de uſuris, qu.*40.*n.*37. quia
jura omnia de emptione loquentia habent locum in inſolu-
tum datione, Camill. de Medic. *conſ.*114. *n.*23. & Novar.
de datione inſolutum, q.11.n.10.

Nè dica la parte, che non ſtà intentato il remedio di detta,
l.2. *perche ſi riſponde, che detta attione ſtà intentata, ancor*
che generalmente con la clauſula, petens jus, & juſtitiam mi-
7 niſtrare, & omni modo meliori, quo caſu poteſt judex ſup-
plere, & ſententiam proferre ſuper omne id, quod poteſt
elici ex tenore libelli, ſive generaliter, ſive ſpecialiter ad
tradita per D.Marchionem Ramontis *contr. cent.*1. *c.*34. *nu.*
12. maximè in Regno, ubi proceditur ſola facti veritate
inſpecta, & ſic non attenditur, quod petierit actor, ſed
quod appareat illi deberi ex Doctoribus allegatis per dictum
Marchionem *ubi ſuprà, n.*9.

Nè dichi la parte, che nell'iſtrumento vi è patto, che ritro-
vandoſi frutti pendenti à tempo della ricompra, quelli ſiano
ſuoi, Perche à ciò ſi riſponde in più modi.
8 *Primo, perche* annullato principali, annullatur acceſſo-
rium. Et quidquid venit in ejus conſequentiam ex juribus
allegatis per Afflict. *lib.*3. *conſtitutionum, rubr.*5. *numer.* 50.
quem ſequitur Montan. *controv. n.*15. *circa medium*, & re-
ſoluto actu, reſolvuntur æquè omnes effectus ab eo depen-
dentes, *l. ſive autem, & l. penult. ff. de condit. & demonſtr.*
Cum igitur lex permittat contrahentibus venire contra
proprium factum, ergo contra ejus ſequelas inquit Bald. *in*
leg. poſtquam, *Cod. de hæreditate, vel actione vendita.*
Et ex his *mentre all'attore compete l'attione d'annullare*
il contratto per li remedii di detta, l.2. *molto maggiormente*
d'annullare li patti appoſti in detto contratto.

Secondo ſi riſponde, che detto patto non ſtà eſpreſſo
in quella maniera, che la parte s'imagina, poiche ſi di-
ce, perche li frutti di detto oliveto erano incerti non
ſolo per un'anno, e due, mà anco per più, perciò ritro-
vandoviſi frutti pendenti à tempo del pagamento del de-
bito, detti frutti foſſero li loro, quaſi haveſſero volu-
to le parti dire, che quando haveſſero poſſeduto detto
oliveto per lo ſpatio di due, ò tre anni ſenza haverne
havuto frutto, in tal caſo guadagnaſſero li frutti pendenti,
e queſta fù l'intentione delli contrahenti. Hor mentre la
parte hà poſſeduto per ſpatio di ſoli meſi ſei, non deve
guadagnare queſti frutti, che vagliono ducat. 100. prout 9
in ſimili dicit Gomeſ. *ad l. Tauri* 70. *ante num.* 30. ubi
dicit, quod quando contractus non habet maximum
intervallum, ſcilicet unius anni ad minus, non debet
emptor lucrari fructus, ſed tantum debet habere hone-
ſtum intereſſe, quod illo medio tempore poſſet ex pretio
lucrari.

Confirmatur, quia in ambiguis, quod minimum eſt ſe- 10
qui debemus, *l. inter ſtipulantem, §. ſi ſtipulanti, verſ. diver-*
ſa cauſæ, de verb.obligat. & l.ſemper de reg.jur. & pactum
quando eſt obſcurum interpretatur contra eum, pro quo in-
terponitur, *l.veteribus, ff. de pactis*, Rovit. *conſ.*47.*n.*13.*vol.*2.
Et illa interpretatio ſumi debet, per quam altera pars non
remanet in damno, aut decepta, *l.*3. *§.*1. *ff.de arbitris, l.*1. *§.*
magiſtratum, ff. de exercitor.act.

Terzo ſi riſponde, che detto patto quando foſſe in quel mo-
do, che la parte dice, nè meno li può ſuffragare, per eſſere con-
tra la natura del contratto di compra, e vendita con il patto
de retrovendendo, in quo oblato pretio à Venditore ſtatim 11
in illum ipſo jure tranſit dominium utile ſine nova traditio-
ne, per Text. *in l.ſi cum venderet, ff. de pignor. act.* Caſtrenſ.
Tiraq. *de retract.convent.* §.4.*gloſſ.*6.*n.*1. *in fin. &* §.7. *in fine*
*tit.n.*73. Barbàt. *de diviſione fructuum, p.*2. *c.*6. *à n.*29. una
cum fructibus per emptorem perceptis poſt oblationem, ad
Text. *in l.*2.*C.de pact. inter empt. & vendit.* ubi Bald. & Ca-
ſtrenſ. Anton. Gomeſius *ad ll.Tauri* 70. *n.*29. *verſ. Secun-* 12
dò; & clauſula adjecta contra naturam contractus pro non
ſcripta habetur, Caldas *de empt. & vendit. c.*30. *n.* 3. & ita
in puncto tenet Bald. *conſ.*389. *lib.*4. quem ſequitur Tiraq. 13
*de retractu conventionali in fine tit. numer.*147. dicens pa-
ctum, quod emptor poſt retrovenditionem lucretur partem
fructuum non tenere & tanquam uſurarium rejici; Et quæ
major uſura dari poteſt, quam pro ducatis centum capitalis,
& ducatis biſcentum interuſurii ſpatio menſium ſex lucrari
fructus ducatorum centum?

Nec minus dicat pars uſuram committi in contractu 14
mutui, quia in omni contractu poſſe illam committi tam
directè, quàm indirectè tradidit ex pluribus, quos allegat
Craſſ. *except.*28. *n.*56.

Quarto ſi riſponde, che detto patto quando à principio foſ-
ſe valido per l'incertezza dell'evento, come che, ex poſt fa-
cto, ſi è reſo ingiuſto, non ſi deve tollerare, contractus enim 15
quando à principio fuit juſtus, ſi poſtea tractu temporis ef-
ficeretur iniquus, judex debet illum ſua auctoritate redu-
cere ad æqualitatem, ex *l. cum quidam* 17. *ff.de uſuris*, tradi-
derunt Domin. Merlin. *controv.*69. *n.*15. *cent.*2. Capyc. La-
tro *deciſ.*18. *n.*5. 188. *n.*93. *&* 200. *n.*80. Pratus *obſerv.*17. *n.*
2. & Leotardus *q.*10. *in princ.*

E finalmente ſi dice, che queſto non fù contratto di vendita, 16
nè de inſolutum datione, mà fù contratto pignoratitio, in quo
pacto conveniri non poteſt, ut fructus lucretur creditor,
atque illos in ſortem non imputet, ex Text. *in cap.*1. *&* 2.
*de uſuris, cap.illo vos de pignoribus, l.*1. *&* 2. *C. de pignorati-*
tia actione cum concordantibus, tradiderunt Cardin. Man-
tic. *de tacitis, lib.*11. *tit.*8. *in princ.* quia eſſet uſuras permit-
tere, prout etiam quod in Regno ſint paratæ emptiones fuiſ-
ſe deciſum in S.C. teſtantur D. Marchio Torelli *deciſ.*97. *n.*
4. *&* 14. fuſiſſimè Gaitus *de credito c.*2. *tit.*7. *qu.*7. *nu.*2244.
*cum pluribus ſeqq. & cap.*4. *quæſit.*8. *numer.* 1006. Caſtill.
*controv.juris, lib.*3. *cap.*23. *num.*65. Gratian. *cap.*14. *nu.*
10. Surd. *conſil.*194. *numer.*23. & Leotard. qui infinitos
adducit, *quæſt.*11. etiamſi incerti ſint fructus dicens, quod 17
quamvis contractus anticreſis permittatur de jure Civi-
li, de jure Canonico improbatur, ex juribus, & rationi-
bus per ipſum adductis *à num.*7. *cum pluribus ſeqq. & l.*14.
& 17.

18 & 17. *de usuris*, & reliquas omnes concordantes, quibus constitutum fuit creditores suos fructus facere vice, & loco usurarum, usque admodum, quem usuræ legitimæ patiebantur abrogatas esse de jure Canonico, quo omnis usura est interdicta, fundat ex pluribus idem Leotardus *ubi supra*, *numer*.17. & ante ipsum Surd. *cons*.194. *numer*.10. Castill. *lib*.3. *cap*.23. *numer*.67. Thesaur. *dec*.78. *numer*.2 *vers. sed dubitatur*, & Barbosa *in d. l. si ea pactione*, *Cod. de usuris*, *numer*.4. à quibus non discedit Reg. Rovit. *in pragmat*.1. *de usurariis*, *nu*.11. quia cum de jure Canonico expresse hoc reperiatur prohibitum, *c*.1. *cap. conquestus*, & *c*.
19 *quia frustra*, & ibi DD. *de usuris*, sequitur quod jus Canonicum debeat attendi, cui in materia peccati est standum
20 *cap. ultim. de præscription.* & pacta tunc servari debent, quando sine peccato servari possunt, Barbos. *axiomate* 173. *numer*.2.

Quod autem hic non fuit contractus emptionis, & venditionis, nec insolutum dationis, sed contractus pignoratitius, non obstante quod illum partes insolutum dationis vocaverunt, fundatur ex infrascriptis.

21 Præmittendum est primum, quod non figura verborum inspicienda est, sed contractus, & obligationis substantia, & id quod verè gestum est *l*.3. *in princ.* & *l*.38. *ff. de action. & oblig.* & *l*.1. *Cod. plus valere*, *quod agitur*, & contractus nomen non inspicitur, quo contrahentes illum vocaverunt, sed conventiones, & qualitates illius inspiciuntur, & Bart. Bald. & aliis dixit Scacc. *de judic. causarum civil. & crim. lib*.2. *c*.11. *p*.2. *n*.531. *vers. Amplia primo*, & Dom. Sanfelic. *dec*.183. *nu*.2. D. Martian. *disp*.80. *nu*.23. & 24. & Caldas *de empt. & vendit. qu*.2. *nu*.2. cum igitur in hoc contractu plura legantur pacta contraria insolutum dationis, multæque adsint conjecturæ propter quas contractus pignoris judicari debet manifestè dicendum est voluisse contrahentes à datione insolutum recedere.

22 Prima conjectura fœnoris est modicitas pretii cum pacto de retrovendendo: nam non est verisimile, quòd tam modico pretio voluerit venditor rem tanti valoris vendere ad Text. *in c. ad nostram de empt. & vendit.* ubi DD. decisum referunt Afflict. *dec*.65. & 339. & Gramm. *dec*.76. *nu*. 30. & *in fin.* de communiori testatur Grass. *except*.28. *nu*. 18. Castill.. *controv. tom*.2. *c*.25. Tiraq. *de retractu conventionali*, *ad finem tituli*, *numer*.125. *cum seq.* dicens, quod proinde suos fructus non facit, Ripolla *variar. resolut. c*. 11. *tit. de emptione*, *nu*.220. Campanilis *in divers. jur. Canon. rubr*.11. *cap*.20. *numer*.17. Reg. Rovit. *in prag*. 1. *de usurariis*, *num*. 40. Leotardus *quæst*.9. *numer*.64. & D. Rocchus *responso* 74. *num*.2. *tom*.1. & juncta alia quamvis levi conjectura indubitatum scripsit Cyriac. *contr*.255. *n*.2. *tom*. 2. modicitas autem pretii es cum res redit ad rationem octo pro centenario, cum ad rationem quinque reddere debet firmat Cyriac. *contr*.255. *num*.4. ubi alios refert, alii autem dicunt, quod modicitas prætii ad præsumendum contractum pignoratitium est, si lesio contingat in quarta parte, ut per DD. relatos per Crass. *d. except*.28. *num*. 34. Alii autem si læsio sit in tertia parte, de quibus per Cyriacum *ubi suprà*, *numer*.6. & per Manticam *de tacitis*, *lib*.8. *tit*.20. *numer*.3. Sed totum remittendum esse arbitrio judicis, dixerunt Menoch. *lib*.3. *præsumpt*. 122. *numer*. 8. Mantica *dict. titul*.20. *numer*. 53. & Leotardus *quæst*.9. *numer*. 8.

Secunda conjectura oritur ex pactis in instrumento prędicto adjectis; pacta enim non solum quando contra naturam contractus emptionis, & venditionis, sed etiam
23 quando insolita sunt suspicionem arguunt, & præsumi faciunt contractum pignoratitium ad Text. *in c. illo vos de pignoribus*, latissimè Menoch. *lib*.3. *præsumpt*.122. *numer*. 65. & 67. Cepolla *de simulatione præsumpt*.6. Mantica *d. tit*. 20. *n*.13. & 38. Leotard. *d. q*.9. *n*.29. Pacta enim insolita, & contra naturam contractus, quæ leguntur in dicto Instrumento, sunt. Primò, pactum, quod fructus pendentes tempore solutionis pretii sint creditorum, qui tamen ex natura contractus esse debent venditoris, ad Textum *in l*.2. *C. de pactis inter emptorem*, & *venditorem*. Secundò pactum, quod etiamsi dicta Victoria solveret duc. centum, vel bicentum prædictorum ducatorum tercentum, adhuc fructus dicti oliveti esse debent prædictorum matris, & filii, quod est contra Text. *in l. fin.* §. *si per mulierem*, *ff. de fundo dotali*, ubi habetur, quod si fundus insolutum sit datus cum pacto de retrovendendo, si pars pretii fuerit soluta partem fructuum lucrabitur debitor, quod extendit ad venditorem cum pacto de retrovendendo, ex infinitis, quos allegat Tiraqu. *de retractu convent. in fin. tit. nu*.70. Tertiò adest pactum, quod ipsi emptores non possent arbores incidere, neque sylvaticos, neque domesticos.

Tertia conjectura est, quia olivetum prædictum erat obnoxium fideicommissum ipsi Victoriæ injuncto per Carolum Ferraro ejus fratrem post mortem ipsius Victoriæ, & sic non poterat insolutum dari, quia certum est datio- 24
nem insolutum voluntariam fieri non posse de re fideicommisso subjecta in damnum fideicommissarii, ex Text. *in l. finali*, §. *sin autem*, *Cod. communia*, *de legatis*, tradit Camil. de Medic. *cons*.5. *n*.12. quem sequitur Novar. *de datione insolutum*, *q*.3. *n*.8. & ante ipsos Tiraquel. *de retractu conventionali*, §.1. *gloss*.7. *n*.10. Et ex his dum ipsi Victoriæ notum erat onus prædictum, præsumendum est noluisse dictum olivetum insolutum, dare sed solum loco pignoris, 25
quia actum frustratorium nemo præsumitur facere ex traditis per Barbos. *axiomate* 11. *n*.4. & frustratorios actus lex abhorret, Surdus *decis*.260. *numer*.7. & actum, qui gerit præsumitur velle, ut ille potiùs valeat, quam pereat, Barbos. *ubi supr. num*.2. & in dubio quilibet præsumitur elegisse viam, per quam ejus dispositio sit utilis, & habeat effectum, non autem ut impugnari possit, & ad nihilum reddi, *l*.3. *ff. de testamento militis*, Afflictus *dec*.44. *n*.25. Barb. *axiom*.12. *n*.16. & Theodor. *alleg*.53. *num*.16. Si itaque dictum olivetum fuisset insolutum datum utique tempore restitutionis alienatio in irritum fuisset revocata, & sic impugnandus erat actus gestus, ad tradita per Tiraquell. *de retractu conventionali*, §.1. *gl*.7. *num*.10. Igitur omni jure est dicendum eandem Victoriam non habuisse animum bona insolutum dandi, sed solum loco pignoris, & consequenter fructus dicti oliveti si quos percepissent in sortem imputandi essent, multò magis igitur sunt restituendi fructus pendentes, quia cui non licet, quod est minus, 26
eo magis, quod est plus ad Text. *in l. non debet*, & *l. qui potest*, *ff. de reg. jur*.

Nec dicat pars contractum insolutum dationis non posse præsumi simulatum, quia respondetur etiam contractum prædictum præsumi simulatum, & fœneratitium ex tradictis per Covar. *lib*.3. *var. c*.8. *nu*.5. per Menoch. *lib*.3. *præsumpt*.122. *n*.43. & per Leotard. *q*.40. *n*.25. ubi dicit, quod 27
sicut egestas debitoris, qui mutuam pecuniam rogat in emptione fœnoris est indicium, ita prorsus cum creditor iniquo tempore urgeret ad solvendum, ob quod facta est insolutum datio; in casu autem nostro creditores sententiam rescissionis, & assistentię obtinuerant, & interesse per S.C. fuerat liquidatum, ita ut nil aliud remaneret, quam procedi facere ad venditionem ejus bonorum; quapropter nulla major necessitas ista dari poterat.

Et tamen est advertendum, quod pactum hoc, quod fructus pendentes tempore solutionis sint creditorum est usurarium, sive contractus sit pignoris, sive emptionis, & venditionis, sive insolutum dationis, ex quo creditor certus est aliquid recipere, ultra sortem, quod omninò est prohibitum quocumque nomine recipiatur, quia quicquid ac- 28
cedit sorti usura est de pignoratitio contractu, est Text. *in c*.1. & *c. consuluit de usuris*, & *c. plerique* 14. *q*.3. *de empt. & vendit.* loquitur Text. *in c. illo vos de pignorib.* Mantica *de tac. & ambig. lib*.8. *tit*.20. *n*.11. & Cencius *de censib. qu*.59. *n*.22. & DD. per ipsos allegati, & de insolutum datione loquuntur DD. per nos supra adducti; Si enim jura de emptione loquentia habent locum in insolutum datione, quotiescumque in emptione, & venditione hoc pactum est usurarium eodem modo erit insolutum datione.

Et ex his fructus cedere debent in beneficium prædicti Joan. Baptistæ Actoris. Cætera, &c. Neapoli die 8. Januarii 1661.

DISCEPTATIO CLXXXIX.
SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur cum circumstantiis.*
2 *Gratia Principis ad beneplacitum concessa, est revocabilis & qualiter.*
3 *Text.* in l. jurisperitus, ff. de excusat. tut. *explicatur.*
4 *Iurisdictio à Principe concessa etiam sine causa poterit revocari.*
5 *Iurisdictio quomodocumque concessa censetur precario concessa.*

6 *Principis potestas ordinaria & absoluta non datur, sed tantum ordinaria.*

7 *Officialis, an possit ad libitum revocari, & quid si erat ad beneplacitum.*

8 *Privilegium concessum à Principe Laico Ecclesiæ, an possit revocari, & quando.*

9 *Text.* in l. 2. C. de Privileg. Scholarium, lib. 12. *explicatur.*

10 *Episcopus potest cogere Clerum, ad subsidium Charitativum, non obstante pacto in contrarium posita legitima causa.*

11 *Privilegium revocatur ex causa superveniente, non obstante irrevocabilitate sui ipsius.*

12 *Iurisdictio data electis Civitatis Neapolitanæ, fuit revocata.*

13 *Iurisdictio exit à Principe, & ad eundem redit uti aqua in mare.*

14 *Iurisdictio est de regalibus.*

15 *Iurisdictio concedi potest in titulum, seu in dominium & in officium.*

16 *Iurisdictio concessa in officium semper est revocabilis, & quare.*

17 *Text.* in cap. cum personæ de Privileg. in 6. *explicatur.*

18 *Regalias possidens, quando sit manutenendus.*

19 *Fiscus in jurisdictionalibus habet, pro se juris assistentiam.*

20 *Capitulum de quo agimus, quasi possessionem exercitii, nec habebat.*

21 *Iurisdictionem habens defendere potest omnibus modis.*

22 *Iurisdictionem habens sæcularis judex, si à Clericis turbetur, potest illam defendere sua manu.*

23 *Iudex laicus punit perturbantes quocumque modo suam jurisdictionem.*

24 *Clerici in tota Europa cognoscuntur, per laicos Ministros si perturbant jurisdictionem laicalem, & quando.*

25 *Clerici, & personæ Ecclesiasticæ non simpliciter & in omnibus à laicali potestate sunt exempti.*

26 *Iudex Sæcularis si Clericis auxilium denegat, quid agendum.*

ARGUMENTUM.

Gratia Principis concessa, an, & qualiter sit revocabilis, & explicatur Textus *in l. Iurisperitus, ff. de excusat. tutor.* & *in l. 2. Cod. de Privilegiis Scholar. lib. 12.* & multa de Regia jurisdictione adducuntur.

PRO

Principe Civitatis N. in Italia positæ,

CONTRA

Rev. Capitulum, & Canonicos ejusdem.

1 Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Civitatis N. in Italia gaudet, & possidet à longissimo temporis spatio, liberum absolutumque dominium cujusdam Castri, cum suis adjacentibus, quod sane territorium est Principis ejusdem Civitatis Domini, & exercet jurisdictionem Civilem, Criminalem, ac mixtam super suos subditos, & habitatores locorum prædictorum Capitulum prædictum, vigore antiquarum concessionum, ac privilegiorum, & donationum factarum eidem Capitulo ab Imperatoribus, & aliis patronis eorundem locorum. Quia vero carebat Capitulum carcere, & armata familia ut exercere posset jurisdictionem, requisivit supplici porrecto libello ab eodem Principe, ut dignaretur concedere brachium justitiæ, armatam familiam, carceres, &c. quod ab ejusdem Principis benignitate concessum fuit de tempore in tempus, & Princeps voluit etiam ut Banniti, & condemnati à Capitulo intelligerentur banniti, & condemnati à toto territorio ejusdem Principis, idem de bannitis, & condemnatis à Principe, & suis Magistratibus ut à loco, & adjacentibus Capituli intelligerentur banniti, adeò ut interdum finitis temporibus talium concessionum successit, quod carceratus fuerit aliquis condemnatus subditus Principis in locis Capituli fuit remissus uti captus in territorio alieno.

Nunc contingit, quod sunt concessiones, & facultates prædictæ tempore finitæ quas Princeps etiam simpliciter requisitus voluit concedere Capitulum in eadem Civitate, ubi nullam habet jurisdictionem prætendit, & de facto exercet actus jurisdictionis temporalis, dum media persona unius sui Canonici sub titulo Gubernatoris illius Castri, & adjacentium continuavit pœnas, & pœnalia præcepta, citationes pro causis civilibus, & criminalibus subscripsit, & expedivit in Civitate illa pro suis subditis eosque venire constringens in Civitatem coram ipso Gubernatore Canonico in domo propria eosque formaliter examinari fecit dato ejusdem juramento, & alios actus fecit jurisdictionis.

Quæritur à me an liceat Capitulo talia exercere in dicta Civitate, & an id possit Canonicus ille Gubernator, in propinqua domo Ecclesiæ Cathedralis: ubi solent regulariter congregari Canonici, pro suis negotiis Capitularibus. Et posito quod malè Capitulum illud agat, quæritur à Principe quid agere debeat in præsenti, pro jurisdictione exercita in suo Territorio à Capitulo, & ab ejus Canonico Gubernatore.

De veritate requisitus, duo dubia esse examinanda censeo, primum an potuerit revocari talis licentia. Secundò, si Canonici contravenerint quid agendum? firmiter assero concessionem illam factam pro temporis diversitate à Domino nostro Principe potuisset revocari, & bene revocatam fuisse, quia quæcumque concessio facta ad beneplacitum Principis est revocabilis, quia aliud est quærere, an gratia Principis simpliciter facta possit revocari sine causa, in qua Doctores *in c. quæ in Ecclesiarum, de constit.* affirmant, & *in cap. 1. de prob. & in fine Codic. si contra jus vel utilit. publ.* aliud est quærere, an gratia Principis facta ad beneplacitum possit revocari sine aliqua causa legitima, & sanè posita causa legitima etiam gratia facta simpliciter potest revocari per Textum *in l. Item si verberatum, ff. de rei vendicatione, & in l. Lucius, ff. de eviction.* & latissimè Felinus *in dict. cap. quæ in Ecclesiarum*, sed quando sumus in gratia facta ad beneplacitum non opus est, quòd causa revocationis fundetur, quia posita est illa qualitas, quæ facit, ut illico quod Principi placet possit revocari: nam gratia ad beneplacitum est de se revocabilis nedum expressè, sed tacitè, *cap. si gratiosè, de rescriptis in 6.* ubi gratia facta ad beneplacitum morte expirat. Si est facta ad beneplacitum personæ concedentis, est nulla facta expressa revocatione, & hoc operantur verba ad beneplacitum, quia faciunt dispositionem ad nutum revocabilem, si est ad beneplacitum officii vel dignitatis finito officio, vel amissa dignitate amittitur Bart. *in leg. more majorum, columna ultima, ff. de jurisdiction. omnium jud.* Baldus *in leg. fin. Cod. de contrahenda emptione*, Baldus, & Salycetus *in l. finali, Cod. de Advocatis diversor. Iudicum*, Decius *consil.* 108. 2

Nec quicquam facit text. *in leg. Iurisperitus, ff. de excus. tutor.* ubi gratia ad beneplacitum est perpetua. 3

Respondeo enim quod gratia ad beneplacitum dicitur perpetua non quod non possit revocari, quia potiùs dicitur revocabilis, sed quia potest esse quod non revocaretur, & sic quia non habet determinatum tempus vocari potest perpetua, ut in puncto dicit Speculator *in titul. de emphyteusis, §. nunc vero aliqua, col. 45. vers. quid si demum Papa*, &c. ubi sic decidit quęstionem in terminis, & dicit quod concessio facta ad beneplacitum, tantum durat, donec revocaretur, ut bene Isernia *in constitut. Regni incipiente* (ea quæ ad Decus) & post eum Angelus Pisarellus insignis Doct. Neapolitanus sæculi pręteriti apud Reg. Donat. Antonium de Marinis *to. 3. alleg. 1. numer. 14.* qui ait quod si quis habeat merum Imperium ad beneplacitum Principis, posset revocari.

Accedit pro confirmatione, quod jurisdictio concessa à Principe, etiam sine causa potest revocari, ut contra Ramonium *consil. 24. à numer. 67.* tenent regulariter omnes cum Castillo *de tertiis debitis, cap. 18. à numer. 151.* & cum Ludovico Casanate *consil. 43. numer. 42. & 43. cum seqq.* quia jurisdictionalia, etsi sint concessa cum pecunia per viam contractus, vel ob remunerationem semper possunt revocari, ex Bald. *in leg. qui se patris, numer. 14. Codic. unde liberi*, Casanate *numer. 47.* & Regula, quę dicit Principem, non posse revocare privilegia concessa 4

per

per viam contractus, aut pecunia mediante limitatur, quando Privilegium non esset in materia jurisdictionis, quia hoc potest ad voluntatem Principis supremi auferri & revocari, quia Princeps in iurisdictionalibus semper censetur superioritatem suam observare, & sic jurisdictionem precariam revocabilem, & divisibilem concedere, nisi aliud in contractu expressum sit, vel ex verbo vel mente illius clarè resultet, ut benè Casanat. hoc dicit, Bald. *ubi sup.* dum ait quod in jurisdictionalibus semper Superioris authoritas censetur excepta: sequitur Castillus *d. cap.*18. *numer.*152. & subdit doctissimus Casanate *numer.* 63. *&* 64. quod Princeps adeò in jurisdictionalibus intentionem suam, & liberam disponendi facultatem fundatam habet, ut quæcumque donatio, seu concessio circa ju-
5 risdictionem, & quorumcumque jurisdictionalium sive exemptio, sive dispositio intelligatur semper in dubio, quasi precario nomine fieri, & sic revocationi, dismembrationi, & divisioni semper subjicitur juxta naturam, & materiam subjectam jurisdictionis super quam fit dispositio, nisi ex claris verbis concessionis contrarium appareat, qui citat pro hoc plures, & addit quod jurisdictionis concessio natura sua, nisi aliud exprimatur habet sibi insitam hanc proprietatem, ut à voluntate concedentis dependeat ab eoque possit quandocunque revocari, seu limitari, & citat Baldum, Jasonem, Decium, Menoch. Afflictum, Nattam, Rolandum, Folserum, & alios, id ipsum annotavit Ramonius *consil.*24. *num.*58. qui Ludovicum Casanate non citat; distinguit tamen tres casus, & alium addidit Castillus *de tertiis*, *c.*18. *à nu.*154. omninò videndus.

6 Quod si ingeniosè dicat quis erit forsan revocabilis ex potestate Principis absoluta, non vero ex ordinaria: nam de potestate ordinaria Princeps est sub lege quantum ad observantiam, non quantum ad vinculum, sed de potestate absoluta non est sub lege, nec quoad observantiam, nec quoad vinculum.

Respondeo dicendo, distinctionem de duplici potestate nullam esse in Principe supremo maximè Christiano, & nego potestatem absolutam, quia si Princeps de jure facere non potest: tunc id effugit omnem ejus potestatem, sed si potest de jure, id ordinarium est cum de jure sit permissum; ita Covar. *lib.*3. *var. c.*6. *num.*8. & alii apud Castillum *tom.*3. *c.*6. *per totum*, Sarmientus *lib.*1. *selectarum*, *cap.*8. *num.*10. Fortunius Garsia *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *nu.* 290.300. *&* 311. *ff. de lib. & posth.* Mendozza *lib.*1. *disputat. cap.*3. *q.*2. *numer.*35. Regens Tappia *in tit. de fortit. Principum*, *cap.*1. *num.*77. *&* 78. Mattheacius *de vi*, *& ratione juris*, *lib.*1. *cap.*14. *num.*28. Camillus Gallinus *lib.*10. *de verb. signif. c.*13. *numer.*44. *&* 45. Jacob. Cancerius *p.*3. *c.*3 *numer.*114. Georg. de Gabedo *dec.* 11. *p.*1. Callistus Ramirez *de lege Regia*, §.23. & sentit post alios idem Castillus *to.*7. *cap.*41. Cevallos *q.*578. *&* 906. & Faber in jurisprudentia de jure naturali principis 8. illatione 2. hanc eandem reprobat distinctionem duplicis potestatis, & contra hanc eandem distinctionem potestatis plura refert, & congerit Regens Tappia *d.*5. *à num.*64. *usque ad nu.*72.

7 De officialibus verò, an possint ad libitum revocari quæstio est, putant aliqui, quod sive perpetui sint, sive temporales, ad nutum revocari possint, quia precario creati videntur, quam opinionem retulit Mastril. *lib.*1. *de Magistrat. c.*27. & refert Bovadilla *in Politic. lib.*2. *c.*16. *n.*154. & eam refert Francisc. Alfarus *de off. fisci glos.*11. *à num.*3. alii, & verius dicunt non posse revocari officiales perpetuos neque ad beneplacitum constitutos & non solum officia concessa non possunt revocari sine causa, imò nec minui in numero, & hoc etiam procedit in officialibus creatis à Barone ut post Mastrillum, & alios docet Castillus *d. c.*41. *à nu.*14.

8 Neque etiam dicat quis quod privilegium concessum ab Imperatore, Rege vel alio Principe Ecclesiæ non potest revocari, quia Princeps laicus si aliquod privilegium, & favorem facit Ecclesiæ, per aliqua concordata vel privilegia id fit superiori, & non subdito suo, & ideo manet irrevocabile per potestatem ipsius, at è contra Papa omne privilegium, quod concedit Principi laico semper facit subdito suo in spiritualibus: ergo semper remanet per ipsum revocabile, si ita postulet, ratio boni communis spiritualis, & bonum regimen Ecclesiæ, ut dicunt Canonistæ *in cap. novit. de judiciis*, Bart. *in l. omnes populi*, *quæst.* 3. *col.*10. *ff. de just. & jur.* Felinus *in cap.*1. *de prob.* Thomas del Bene *de immun. cap.*1. *dub.*2. *& cap.*5. *dub.*14. *sect.* 11. *&* 12. & de Parlamentis *dub.*27. *sect.*5. *subsectione* 14. *nu.* 7. & subdit del Bene *num.*10. quod privilegia concessa Ecclesiæ, vel ad pias causas, aut personis non subditis non possunt amplius revocari, quia eo ipso transeunt in jus alterius in quem amplius non manet potestas, cum, non sit is cui fit concessio subditus concedentis, & hoc multo magis quando privilegia concessa essent in remunerationem laborum, & ob merita præstita.

Respondeo enim primò, quod intelligitur argumentum de privilegiis non concernentibus jurisdictionem: nam, *ut suprà*, diximus in concernentibus jurisdictionem datur revocatio ad libitum concedentis.

Respondeo secundò, quod privilegia omnia habent hanc clausulam, ut intelligantur concessa rebus in eodem statu permanentibus, sicuti habetur *in l. cum quis*, *ff. de solutionibus*, *& in cap. suggestum de decimis*, & ratio est quia statu mutato, & urgente necessitate privilegium incipit esse iniquum, ut propterea tunc non sit observandum, ut habetur *in l. ex facto*, *ff. de vulgari*, & DD. hinc Glossa *in d. cap. suggestum*, dicit quod secundum diversitatem temporum, & rerum varietatem privilegia varianda sunt, & regula propterea est in jure quod ea quæ non sunt licita, necessitas facit licita: ut ait Text. *in cap. quod non est*, *de regulis juris*, unde cum aliis dicit Jas. *in leg. si ex toto*, *ff. de leg.*1. quod privilegium immunitatis à collectis cessat, si bellum postea Regno superveniat, sequitur del Bene *tract.*4. *de Parlamentis*, *dub.*8. *n.*33.

Notandus est etiam Text. *in l.*2. *Cod. de privilegiis scholarium*, *lib.*12. qui dicit, quod privilegia omnia intelligi 9
debent concessa, ita ut sub prætextu ipsarum nec flagitiorum crescat authoritas, nec publica vacillet utilitas per quem Text. DD. docent, quod privilegia omnia intelliguntur concessa dummodo non lædatur publica utilitas, idemque tradit Text. *in dict.* §. *quod autem*, *in auth. ut judices sine quoque suffragio*, ubi Glossa, & DD. sicuti dicunt DD. cum And. *in cap.*1. *de notis feudorum*, quod pensiones concessæ à Principe intelliguntur dummodo Dominus non egeat, & quod præferuntur omnes, qui cum Domino contraxerunt, etiam post pensiones concessas, & quod propterea Domino agente sunt illæ suspendendæ idem dicit Text. *in d. c.*1. & tradit Præpositus, *in c.*1. *de feudi cognit.* & Zasius *de feudis*, *p.*12. *numer.*37. *vol.*10. *tr. ult.* ait quod pensio non solvitur si Camera ære alieno prematur, & addit Mattiensis *lib.*5. *titul.*10. *l.*6. *gloss.*2. *numer.* 30. quod pensio annua à Principe, vel à Prorege concessa ad libitum revocari potest gratia subveniendi necessitatibus publicis sequitur Del Bene *tr.*6. *dub.*6. *sect.*2. *n.*45.

Hinc dicunt DD. quod si adest justa causa præbendi Epi- 10
scopo subsidium Charitativum, potest Episcopus non obstante pacto, vel privilegio in oppositum obtento, Clerum ad illud præbendum per censuras compellere, & nequit Episcopus in tali casu, tale pactum vel privilegium Clero confirmare vel primo concedere ex Text. *in c. cum venerabilis*, *de censib.* Bellencinus *de Charitativo subsidio*, *quæst.* 47. Azorius *tom.*2. *lib.*11. *cap.*14. *q.*7. quia tale pactum, & privilegium in tali casu cederet in detrimentum Ecclesiæ, & quotiescumque privilegium cederet in grave detrimentum communitatis per rerum mutationem incipit fieri iniquum, & sic per seipsum cessat, vel certè à privilegiante potest revocari, ut ex *c. suggestum*, *de decimis*, ubi dicunt DD. revocari privilegium exemptionis decimarum, si postea in Ecclesiæ detrimentum vergere incipiat, sic etiam colligitur ex *c. cum ad hoc de Clericis, non residentib.* ubi habetur, quod si Ecclesia patiatur defectum ministrorum, privilegiati su- 11
per non residentia compelli possunt ad redeundum per fructuum subtractionem DD. cum Suarez *lib.*5. *de legib. c.*17. expresè docent quod etiamsi Regno sit facta concessio aliqua à Regibus illaque moribus sit confirmata, ut tributum non imponatur sine consensu ipsius Regni, adhuc ad illud tribuendum vassalli cogi possunt si justitia tributi, ejusque necessitas nota fuerit; & Pontius *de impedimentis matrim. causa* 31. *q.*2. §.11. ait quod si causæ quæ ad exigendum tributum requiruntur, sunt veræ, justè potest Princeps etiam per vim, & metum exigere & Belluga *in speculo Principum*, *Rubrica* 11. §. *his igitur*, *n.*50. ait, quod licet deceat privilegium Principis esse mansurum, Principis tamen (*præsertim si sic exigit bonum commune*,) prærogativas est, contravenire, vel revocare privilegium concessum, & citat Glossam *in*

in cap. decet de reg. jur. in 6. idem docet Belluga *in rub.46. §. demum appellatur*, *numer.7.* Bolognetus *conf.1.* Franc. Bursatus *conf.16.& 19. vol.1.* Sim. de Petris *conf.170. volum.1.* Rolandus à Valle *conf.100. numer.61. vol.4.* Del Bene *dub. 10. de Parlamentis*, *numer. 7.* Ergo potuit à Principe in casu, de quo agimus revocari talis Brachii imploratio, & concessio exercitii jurisdictionis, de quo in facto.

12 Hinc videmus jurisdictionem concessam, seu exercitium ipsius à Serenissimis Regibus hujus Neapolitani Regni, Electis, & Grasserio Civitatis Neapolitanæ, castigandi subditos, malè se habentes circa annonam, fuisse eisdem ablatam tempore Comitis de Ognatte sine ulla causæ cognitione, & licet Civitas Neapolitana titulum coloratum, & præscriptionem allegaret plusquam centum annorum & pro Civitate scripsisset Dominus meus Regens de Marinis, ut patet *in novissimis*, *tom.3. allegat.149. diversorum advocatorum Regni Neapolis Lugduni impressis*, tamen nusquam potuit obtinere, licet ad Potentissimum Hispaniarum Regem nostrum Monarcham misisset Ambasciatorem, seu legatum Ducem S. Joannis, & pluribus rationibus potuisse revocari scripsit; tunc Advocatus fiscalis Reverendæ Cameræ, Dominus meus doctissimus D. Carolus Cala Dux Diani nunc Præses Reverendæ Cameræ meritissimus, ut ex ejus scriptis apud me *in tom.49. allegationum diversorum*, ex quatuor centum voluminibus, quæ habeo in mea Bibliotheca, & inter cætera motiva,
13 quæ tunc doctissimus fisci Patronus allegabat, illud erat, quod jus dicere nemo potest absque mandato jurisdictione ex *l. qui neque*, *ff. de judiciis*, *& l.3. Cod. de jurisdiction. omn. jud.* & post translatam potestatem & Imperium de Populo Romano in Regem ex *l.2. ff. de origine juris*, *l.1. §. his Cunabulis*, *ff. de officio Præfecti Prætoris*, *l.1. C. de veteri jure enucleando*, *l.1. ff. de constit. Principum jurisdictio*, à Regina & Principis supremi potestate pendet, illumque esse jurisdictionis dignitatumque armarium, & tanquam mare, à quo jurisdictiones, & dignitates fluunt & refluunt *d. l.1. ff. de constit. Principum*, Andreas & Afflict. *in cap. 1.* quæ sint regalia, Regens Merlinus *tom.1. cap.13.* estque
14 jurisdictio de regalibus *in primo capite*, ut *in capit. primo*, *in verbo Potestas*, quæ sint regalia, ubi Andreas, & Afflictus, Martinus Laudensis *de Principe*, *q.105.* Menochius *lib.3. præsumpt.97. nu.24.* Montanus *de regalibus*, *in verbo*, *Potestas*, *numer.2.* Belluga *rub.13. §. tractemus*, *numer. 38.* Sistinus *de regalibus*, *lib.1. c.2. n.54. & 55.* Peregr. *de jure fisci*, *lib.1. tit.2. nu. 38.* Mastril. *lib.1. de Magistratib. c.3. & c.13. 14. & 15.* Ripolla *de Regalibus*, Montanus, & alii novi tres Germani, ut Bocerus, Besoldus, & alii ac latiùs Mastril. *lib.3. c. 4. per totum*, Castil. *de tertiis*, *c.3. numer. 30. & 31.*

15 Et quia jurisdictio concedi potest duplici modo, scilicet in titulum, sive in dominium, & in officium, ut in Constitutione Regni, quæ incipit (*Iustitiarii nomen*) Isernia *in tit. quis dicatur Dux*, Doctores *in c. Dilecti de arbitris*, Montanus *de Regalibus*, *in verbo*, *Potestas constituendorum Magistratuum*, *numer.14. & 18.* Anna *alleg.44. numer. 6.* Capiblancus *in pragm.8. n.32. p.1. de Baronibus*. In dominium autem fit concessio vel in feudum, vel in allodium, ut dicit Afflictus *in cap.1. §. è contrario*, *in tit. de investitura*, *de re aliena*, Regens Lanarius *consil.52. numer.6.* Regens de Curtis *in diversorio*, *fol.28.* Montanus *ubi suprà*, *numer. 18.* In officium verò conceditur jurisdictio quando Rex eligit officialem illumque pro administratione justitiæ designat, quia Officium & administrationem concedere idem est, ut *in leg. Curatoris*, *ibi Officium administrationis*, *Cod. de negotiis gestis*, & hoc casu jurisdictio dicitur cumulativè demandata, hoc est electa persona Magistratus pro administratione jurisdictionis, quę penes Regem remanet Bart. *in l.1. per illum Text. Cod. de offic. Præfecti Vrbis*, & alii apud Montanum *ubi suprà*, *nu.*
16 *14. & 255.* Sed si concedatur in officium semper est revocabilis, quia proprietas illius penes Principem est *l.2. Codic. de Agricolis*, *& censitis*, *lib.11. l. judicium solvitur*, *ff. de judiciis*, post alios Montanus *ubi suprà*, *numer.15.* qui ait jurisdictionem in Officium concessum posse Principem pro suo libito revocare, & allegat concordantes, quia quando concessit in Officium Princeps jurisdictionem; tunc non solùm potest avocare unam causam, sed totam jurisdictionem auferre, & licet aliqui cum Regente de Ponte *de potestate Proregis*, *in titulo de electione Officialium*, *§.1. numer.25.* limitant tamen quando concessisset jurisdictionem in Officium ex causa onerosa, quia tunc electio transit in vim contractus, quod tradit etiam Andreas *in Constitutione ea quæ ad speciale*, *tom.4. & in concessione*, *in Officium*, semper jurisdictio remanet penes Regem, quia non videtur eam à se abdicasse, quin possit ad libitum revocare, & aufere, ut ex *leg.1. ff. de damno infecto*, *l.1. in fine*, *ff. de officio ejus*, & docuit eleganter Isernia *in proœmio Constitutionum Regni*, *colum.3. numer.50.* Afflict. *in d. verbo*, *Potestas*, *num.1.* licèt verò habens pro se Privilegium debet obtinere 17
etiam in possessorio, sive ordinario, sive summariissimo lite pendente *cap. cum personæ*, *de privil. in 6.* ex quo Tex. instruit usus in judiciis inconcussè receptus, ut is qui producit privilegium, etiamsi habet expressam juris repugnantiam contra se interim debeat obtinere, juxta formam Privilegii, ita Capyc. *decis.189.* Covar. *pract. c.16.* Joannes de Amicis *consil.150.* Anna *allegat.64. & singul. 548.* Peregrinus *de jure fisci*, *lib.6. tit.8. nu.24.* Regens Rovit. *conf.1. numer.29. & 30.* & Rot. *decis.17. n. 18. p.1. divers.* 18
dicit, quod possidens regalias si possessionem habet decennalem erit manutenendus Reg. Galeot. *lib.1. contr.51.* D. de Franch. *decis.210. numer.4.* Menoch. *remed. ultimo*, *retinendæ*, *numer.21. & 24.* Regens Lanarius *consil.27. num.8.* Cap. *dec.13. & dec.55. & dec.77. 96.189. & 299.* Regens de Pont. *conf.97. nu.90. l.1.* hinc nusquam vidimus in Regno fiscum Regium de facto spoliasse eum qui Regalias possidet, sed posito titulo colorato cogit ad ostendendum titulum, ut advertit Reg. de Ponte *de potest. Proreg. in tit. de Regalibus impositiotionib. §.6. n.8.* Reg. de Marin. *tom.2. observ. c.115. numer.16. & in observ.* ad Regentem Reverter. *dec.111.*

Licet inquam id pro regula per DD. admittatur, non 19
tamen in jurisdictionalibus procedit, in quibus fiscus habet pro se juris assistentiam, & lite pendente manutenendus est, quia fiscus habet assistentiam juris, & in eorum quasi possessio lite pendente perpetuò manutenendus est, ut pluries fuit judicatum per Rotam Romanam, pro eo qui juris habeat assistentiam, ut ait Cassadorus *dec. 8. de caus. poss. & proprietatis*, Seraphinus *dec.1463.* Gratianus *cap.801. num.27. & c.870. n. 17. volum.5.* Postius *de manutenendo*, *observat.45. num.3. & 19.* Riccius *collect.1314. & 3013.* Capiblanc. *cap.87. de Baronibus*, *tom.2.* D. Reg. Valenzuela *conf.173. num.95. vol.2.* Beltraminus ad Ludovis. *dec.312. nu. 4.* Statilius Pacificus de Salviano Interdicto *dec.93.* Marescottus *lib.1. c.11.* ideo dicebat Ludovicus Casanate *consil.43.* quod respectu jurisdictionis Princeps fundatam habet ejus intentionem in toto Regno cumque sequitur Mastril. *lib.3. de Magistratibus*, *c.2. n.6.* Imò sicuti Rex habet juris assistentiam, ita privatus habet resistentiam, & præsumptionem juris contrariam Joannes Andreas, & Abbas *in cap. nimis*, *de jurejurando*, Oldradus *consil.176.* Peregrinus *conf.2. n.13. lib.1.* Gratianus *c. 441. num.8.*

Sed dato quod esset verum lite pendente manutentionem 20
concedi etiam in jurisdictionalibus, in facto, de quo agimus non est practicandum, quia Capitulum, de quo agimus exercitii jurisdictionis quasi possessionem precariò habebat libitum revocabilem, & de facto fuit denegata facultas & in facultativis non datur possessio contra facultatem habentem ex notatis per DD. *in l. si cum de in rem verso*, *ff. de usuris*, *& in l. si certis annis*, *C. de pactis*.

Quia ergo habens jurisdictionem ut est Princeps, de 21
quo loquimur potest eam tueri, & defendere tum bannis, tum aliis remediis opportunis, Andr. *in proœmio constit. Regni. n.30. col.1. & col.3.* Montanus *de regalib. in verbo potestas constituendorum Magistratuum*, *n.27.* Capyc. *dec. 27. & 30.* Pontius *lib.2. de man. c.16. n.174.* Postius *de manutenendo observ.3. nu.33.* ac edictis conservatoriis, Bald. *leg.4. num.15. C. de fructib. & litium expensis*, qui ait quod qui est dominus fructuum jurisdictionis facit banna, & sequitur Campagna *in c. Rugn. Illustr. nu.60.*

Ideò poterit illam seipso defendere, quia judex sæcula- 22
ris, & Regius judicat dubia super R. jurisdictione inter sæculares, & Ecclesiasticos & Princeps supremus est judex inter suos subditos etiam in propria causa, & jurisdictione ex *l. proximè*, *ff. de his quæ in Testamento delent.* *cap. cum venissent de judic.* Bart. *in l. est receptum*, *ff. de jurisd. omn. jud.* Surd. *conf.47. num.14.* qui limitat, quando litigaret cum non subdito, & licet Clerici non sint subditi

Prin-

Principis laici, tamen inter eos cognoscit, quia respectu exercitii jurisdictionis, & Brachii, quæ possident à principe laico sunt subditi; ergo cognoscit Princeps sæcularis inter eos Covarr. *pract. c.*35. Graffius *lib.*4. *c.*18. *à n.*138. Sesse *de inhibitionibus*, c.8.§.9. *numer.*57. Peguera *c.*29. Roderic. *lib.*1. *de annuis redditibus*, q. 17. *numer.*67. late Azevedus *l.*4. *tit.*1. *lib.*4. *nu.*11. Guttier. *pract. lib.*1. *q.*6. Genedus *Canon. quæst. quæst.*36. *lib.*1. *n.*14. Gabedus *p.*1. *dec.*118. *nu.* 7. *& dec.*15. *lib.*2. *& arresto* 4. Oltrad. *conf.*83. Sed quando est dubium inter duos Principes neuter eorum cognoscit, sed S. Pontifex *cap. de prob.* vel ipsis judices eligunt inter se.

23 Posito ergo quod Canonici, seu Capitulum nollent se abstinere ab exercitio jurisdictionis, & Brachii impartiti ad beneplacitum, & jam revocati sed illis inventionibus de quibus in facto mihi proposito suam exercent jurisdictionem in contemptum Principis laici, consulo, ut etiam authoritate propria Clericos perturbantes jurisdictionem Principis Laici caperent, & recognoscant Ministri Laici, juxta similia tradita per Covar *pract. cap.*35. quia licet Princeps sæcularis non sit Dominus personarum clericorum, nec ipsorum judex competens, tamen quia ut dominus territorii tenetur in sua jurisdictione compescere violentias inter quasvis personas & cohibere tumultus inter non subditos, ex quibus subditi etiam vexantur; nec Princeps se intromittit circa cognitionem ipsius rei, sed tantum manu sua operatur, ut unusquisque adeat suum judicem, & quisque judex suam exerceat jurisdictionem in suo; quia hoc proprium Principis est, & habentis jura Principis, ut in *Can. Regum* 23. q.5. Afflict. *dec.*24. Mastr. *de Magistr. lib.* 3. *c.*4. *à n.*7. & si Clericos perturbantes laicos, judex laicus cognoscit posita violentia ipsorum Clericorum ad notata per Giurbam *cons.*1. *n.*15. *&* 16. per Salgadum *de retent. Bullar. p.*1. *c.*1. *numer.*98. *&* 99. *& de Regia Protect. in proœmio*, Camillus Borrellus *de Præstantia Regis Catholici*, *c.* 5. *numer.*7. *&* 26. Castillus *de tertiis debitis*, *c.*41. *à num.* 163. Quia hoc est de regalibus Principis, Isernia *in cap.* 1. *quæ sint regalia in verbo ripaticum*, Menoch. *de recuper. possess. remed.*15. *nu.*210. multò magis poterit id facere Princeps sæcularis de quo agimus in perbantibus, tum laicos suos subditos, tum se ipsum Principem violentiam propulsando quod jure Canonico permissum est *cap. dilecto de sent. excom. in* 6. & violentia semper fit, quando quis non jure procedit, & contra legem, vel revocatam concessionem operatur *l. continet* 3. §.1. *ff. de injuriis*, Gloss. *in l.* 4. *in verbo*, *Actionem*, *ff. de aqua pluviali arcenda*, Regens Valenzuela *cons.*84. *n.*28.

24 Neque huic modo practicandi & Clericos cognoscendi desunt exempla: nam ita practicatur in omnibus partibus Europæ, sic in Gallia practicari dicit Guid. Papa *dec.*1. *& decis.*71. *& dec.*85. Rebuffus *ad leges Regias*, *tom.*1. *in tit. de sentent. exeq. art.*1. *gloss.*1. *& tom.*2. *art.*1. *gloss.*3. *& to.* 3. *de materia possess. artic.*4. *gloss.* 1. *numer.* 15. Franciscus Marcus *dec.*190. *&* 512. in Camera Imperiali sic practicari dicit Misinger. *observ.*63. *centuria* 2. apud Mediolanenses dicit Alciatus *consil.*24. in Ducatu Sabaudiæ dicit Osasch. *decis.*116. Thesaur. *decis.*82. apud Serenissimam Venetorum jurisdictionem, sic testatur Ferrettus *consil.*1. *numer.* 11. *&* 12. *& consil.*30. Nicolaus Milleus *in repertorio*, *in verbo*, *Iudex*, Menochius *remed.*15. *numer.*120. Berous *consil.*56. *numer.*12. *vol.*3. Castaldus *de Imperatore*, *quæst.* 101. *numer.*11. sic apud Lusitanos practicari dicit Velasch. *consult.*93. Borrellus *in summa decisionum*, *tit.*37. *num.*222. apud Castellanos est *l.*13. *tit.*13. *p.*2. ubi Gregorius Lopez in Regno Neapolitano sic practicari dicunt Grammaticus *dec.*78. Anna *allegat.*7. *&* 92. Regens Tap. *lib.*3. *juris Regni* Capyc. *dec.*8. Muscatel. *part.*1. *suæ praxis*, *in verbo*, *Sententia*, *num.*90. ubi doctissimus Franciscus Maria Prato in Add. D. de Franch. *dec.*163. *&* 193. Camillus Borrellus *de præstantia Regis Catholici*, *c.*7. *n.*14.

25 Nam Clerici & personæ Ecclesiasticæ, non ita absolutè exempti sunt à jurisdictione Principum sæcularium, quin ratione subjectionis, & vicinitatis in temporalibus subsint Principi sæculari, in ordine ad bonum publicum, & rectum regimen; sunt enim Cives pars populi, & membra Reipublicę temporalis ipsi Clerici, sicut laici, & Civium appellatione etiam in statutis, & ordinationibus comprehenduntur & veniunt, unde Parœcus dicitur de populo, & universitate, & potest uti, & frui pascuis & nemoribus Civitatis sicut quilibet de Populo, & Universitate, & Privilegium concessum Terræ Patriæ, aut Civitati, vel Reipublicæ non non solùm laicos, sed etiam Clericos complectitur, & Clerici tenentur observare leges politicas tangentes forum publicum Clericorum & Laicorum, Castil. *c.* 8. *de tertiis*, *à nu.*25. *cum seq.*

Quando Judex sæcularis denegat auxilium, est quæstio an possit censuris ab Ecclesiastico Judice coerceri: putant aliqui quod sic quando simile denegat ex doctrina Salyceti *in l. fin. Cod. de his qui latrones occultaverunt*, *cap.*2. *de except. in* 6. Menoc. *casu* 452. Michael Agia *de brachio dub. ultimo*, Marta *de jurisdict. part.*1. *cap.*52. Pegna 3. *part. directorii*, *quæst.*57. Quia utraque potestas se adjuvare tenentur & imploratum auxilium exhibere DD. *in c.*1. *de offic. ordinarii*.

Verum alii distinguunt plures Casus.

Primum est quando Judex Ecclesiasticus ordinarius implorat brachium à sæculari Magistratu, & ille denegat illud; & tunc non potest illum compellere, si ille qui compelli debet non est intra Diœcesin, sed extra si alterius Diœcesis est debet litteras dirigere, ad illius Diœcesanum, ut illum compellat, ut habetur *in c.*2. *de except. nu.*6. Henric. Boic *in c. significasti*, *de offic. deleg. nu.*2. *&* 3. si tamen sit delegatus Apostolicus ubique compellit, quia repræsentat Pontificem.

Secundus casus est quando sæcularis auxilium denegat perpensis actis, & non concedendum judicat, & hoc casu compelli nequit censuris; ut illud præstet, quid si nihilominus Ecclesiasticus instet, potest ad Regium Judicem recurrere tanquam pro notoria violentia.

Tertius est casus quando partes vellent appellare à non concessione brachii, seu denegatione, vel è converso à concessione ad quem appellandum sit, an ad Superiorem sæcularis qui concedit, & distinguunt Doctores; quod aut imploratur executio meri facti, prout quando pro executione sententiæ invocatur, & omissa opinione Aufrerii ad Cappellam Tholnsanam *dec.*412. dico cum Pereira *de manu Regia*, *to.*2. *c.*52. *n.*32. esse recurrendum ad Superiorem Judicem ipsius deprecati, qui ponit causas quibus denegatur brachium, & quando,

Quare, &c.

Pro eadem causa scripsit nunc meritiss. Consiliar. Dominus Franciscus Maria Pratus, cujus allegationem hic inserendam curavimus.

DISCEPTATIO CXC.

SUMMARIUM.

1 *Iurisdictio concessa à Principe, ab eodem auferri potest etiam absque partium citatione.*
2 *Iurisdictio à Principe suo Magistratui concessa ab eo moderari, & revocari potest, & est unus modus, quo jurisdictio finitur.*
3 *Quilibet rei suæ dicitur moderator, & arbiter.*
4 *Cessante causa cessat effectus.*
5 *Iurisdictio in subditos extra proprium territorium exerceri non potest, nisi ex privilegio, vel præscriptione.*
6 *Iurisdictionem habere cum titulo, vel cum legitima præscriptione æquiparatur, unde privationes aliquam alterutra jurisdictione eum spoliare dicitur.*
7 *Præscriptio immemorabilis pro titulo habetur.*
8 *Tempus immemorabile facit acquiri omnia, quæ privilegio acquiri possunt.*
9 *Præscriptio centenaria tantum potest, quantum Principis privilegium.*
10 *Iurisdictio non potest exerceri in alieno territorio, & multæ adducuntur rationes.*
11 *Iurisdictionem exercens sciens ipsi non competere, est grave facinus & ad offensam majestatis refertur.*
12 *Interdictum uti possidetis competit pro rebus incorporalibus prout sunt jura, & servitutes.*
13 *Iurisdictionem alterius tentans conturbare, armata manu impediri potest.*
14 *Iurisdictionales actus ex adverso exercitus nullam possessionem, vel quasi consuetudinem, præscriptionem, vel jus aliquod juridicum transferre possunt.*

ARGUMENTUM.

Jurisdictio concessa à Principe, an & qualiter ab eodem auferri possit, & quomodo jurisdictio acquiratur, & ubi exerceri possit, quodque crimen committat qui scienter exercet jurisdictionem sibi non competentem, & quæ remedia sint adhibenda contra turbantem jurisdictionem alterius, & plura alia ad materiam jurisdictionis adnotantur.

PRO

Libera Civitate in Italia posita,

CONTRA

Reverendum Capitulum, & Canonicos ejusdem.

1 EX hac facti serie, ut requisitus meum reddam respon-
sum, adnotare priùs lubet quod cessante voluntate
Principis, qui jurisdictionem concessit in non subditos,
idque potuit efficere sola sua voluntate: nam uti dedit ju-
risdictionem auferre potuit etiam absque partium citatio-
ne secundùm Felinus *in cap. cum olim*, *numer.6. de rescript.*
Rebuff. *in scholiis*, *ad l. quod jussit notab.2. num.88. ff. de re
judic.* Anton. Gabr. *concl.1. rubr. de citat. num.504.* nam in
potestate Principis est non solùm jurisdictionem sui Ma-
gistratus moderari, *l.2. ff. de orig. jur.* Rot. *dec.297. numer.*
2 *3. sacr. Palat. part.2.* sed ipsam pro libito revocare, *l. memi-
nisse*, *ff. de offic. Procons.* & legat Gramm. *notab.28. num.21.
& seq.* Innocent. *in cap. intimasti*, *numer.1. de appellat.* Ete-
nim hic est unus modus, quo jurisdictio finitur secundùm
Hostiens. *in summ. de offic. Ordinar. vers. & qualiter finia-
tur*, Cramm. *vot.18. numer.9.* Alexand. *consil.187. numer.*
3 *7. lib.5.* inficias ire nequimus non posse amplius Capitu-
lum, ut jurisdictione sibi alias concessa quilibet enim rei
suæ dicitur moderator, & arbiter, *l. in re mandata*, *Cod.
mandat. l. sed etsi lege*, *§. consuluit*, *ff. de petit. hæred. l. Pos-
sa*, *Cod. de his quibus*, *ut indign.* Alexander *in l. illam*, *num.
5. C. de collation.* Roland. à Valle *cons.65. num.13. volum.5.*
Vnde dum concessa jurisdictio ex sola Principis voluntate
modo non confirmatur remanet penes concedentem juris-
dictio, & concessionarius olim eam amplius exercere non
potest quasi cessante causa, tenet effectus, juxta vulga-
4 tum juris, & Philosophiæ axioma ad Text. *in l. adigere*, *§.
quamvis*, *ff. de jur. patron. c. cum cessante*, *de appel.* Bald. *in l.
per diversas*, *nu.27. C. mandat.* Aldobrandin. *in §. jus autem
civile*, *n.22. instit. de jure naturali*, *gent. & civil.* Arist. *in l.
2. Physicor.*
5 Etenim jurisdictionem in subditos extra proprium Ter-
ritorium exerceri non posse jure cautum est ad Textum *in
l. fin.* ubi Gloss. & passim scribentes *ff. de jurisdict. omn. ju-
dic. & in l. fi. ff. de offic. Præfecti Vrb.* & Canonistæ passim
per illum Text. *in c. statutum*, *§. in nullo quoque*, *de reserv. 56.*
non tamen negant Doctores ex privilegio posse id fieri *leg.
imp. de jurisd. omn. judic.* sive ejusmodi jurisdictio etiam
præscriptione acquiri posse probent Canonistę per illum
Text. *in d. cap. fin. vers. de pacifica*, sic obtenta consuetudine
erat, *de offic. Archidiacon. in c. cum contingat*, *vers. Consue-
tudine speciali*, *de for. compet. & in cap.1. de offic. Ordinar.
56.* & Civilistæ, omnes per illam jura *in l. Magistratus*, *ff. ad
municip. & in l. probationes*, *Cod. de dictis Official. l.12.* Bar-
tol. *cons.189.* Bald. *consil.439. lib.3.* & alii quos congerit, &
approbat Peregrin. *de jure fisc. l.5. tit.2. num.64.* & ex nostra
Præs. Camill. ad Curt. *in suo diversor. jur. feud. p.5. in quæ-
stione*, quæ incipit, *Declarata igitur materia*, *n.94. pag. mi-
hi 73.* Mart. *de jurisdict. p.2. c.35. numer.13.* ubi rectè loqui-
tur Jacob Cancer. *variar. resolut. part.3. titul. de manutent.*
6 *numer.43.* ubi authoritate Innoc. *in locis per eum citatum*,
æquiparat habere jurisdictionem: cum titulo vel cum legi-
tima præscriptione, sicque spolium præsupponit quando
Princeps aliquem sua jurisdictione, spoliat dum titulum
ostendit vel legitima se tutatur præscriptione, quæ utique
non debet esse 10.20.30. vel 40. annor. sed necesse est, ut sit
talis quę habeat eandem vim quam habet Principis conces-
sio per quam verè acquiratur jurisdictio, itaut pro titulo
7 prę̨scriptionem inducat juris, & de jure, & hæc erit præ-
scriptio immemorialis, uti pluribus congestis tradit Pere-
grin. *loc. cit. n.65. & lib.6. tit.8. num.15.* ubi inquit tanti tem-
poris usum vim privilegii habere tantæque efficacię esse;
quod juris esse de jure inducat pręsumptionem cōtra quam
in contrarium non admittatur probatio, sicque tenendum
in materia, ut omnia quæsibilia privilegio immemorabili 8
tempore quærantur, Rosent. *de feud. cap.5. concl.17.* Rot.
dec.312. nu.5. in recollect. per Bart. *in suo tractatu de manut.*
Horat. Montan. *in tract. de regul. in prælud. n.31. per tot. &
in verb. Potestas constituendor. Magistratuum*, *n.45.* ex soli-
dissima ratione excerpta ex Text. *in l. nam hoc jure*, *§. ductus
aquæ*, *ff. de aqua quotid. & æstiv. c. super quibusdam*, *§. præ-
tereà*, *de verbor. signif.* quod centenaria præscriptio tantum
potest quantum Principis privilegium Afflict. *in prælud. con- 9
stit. Regn. Neap. q.2. n.2.*

At in proposito themate privilegium cessat, & immemo- 10
rialis præscriptio non intercessit, unde nullo jure jurisdi-
ctio in alieno Territorio exerceri potest, ne quidem in ędi-
bus Ecclesiæ Cathedrali contiguis in quibus Capitulum
consuevit negotia ad ipsum spectantia pertractare: nam
cum jurisdictio regulariter loquendo cohæret Territorio,
sicut nebula supra salutem, aut veluti acidum, & maci-
dum est in vino secundùm notata per Raudam *respons.2. n.
150. lib.2.* vel rectiùs suppositivè sicut dominium, & servi-
tus est in prædio, item sicut merum imperium est in furca
per modum signi, Bald. *in l.1. §. relegando*, *num.3. ff. de offic.
Præfect. Vrb.* absonum est asserere quod liceat cuiquam ju-
risdictione exercere absque Territorio tritum namque est
apud Classicos quod quælibet jurisdictio deposcit territo-
rium ad Text. *in l. fisci*, *ff. de jurisd.* Felin. *in c. Rodulphus*, *de
reserv.* Boer. *dec.227. n.4.* Reg. de Pont. *cons.51. n.35.* Petr.
de Anchar. *cons.142. n.3.* cui namque competit territorium
propriè sumptum competit etiam jurisdictio ei inhærens,
Borrell. *cons.25. n.34. & consil.86. n.11.* Joa. Hoppen. *q.42. n.
10.* & sic comprobatur assertio contra Capitulum, ut mini-
mè in alieno territorio jurisdictione exercere valeat sub
quovis quæsito colore, aut prætextu invito Domino ipsius
territorii dum de centenaria præscriptione, aut alio legi-
timo titulo edocere non potest.

Inde oritur quod exercens jurisdictionem sciens eam si- 11
bi non competere committit grave facinus, adeo ut leges
quædam id ad offensam majestatis referant *l.11. tabular. in
fi. ff. ad l. Iuliam majest.* ab iis verò dicitur committi falsita-
tis delictum *l. qui nomine*, *ff. ad l. Cornel. de fals. l. majorem*,
C. eod. tit. Variles, *c.2. Prætor.* Gloss. *verb. Nothos*, *n.6.* quia
jurisdictio est juris publici *l.5. §. hujus autem studii*, *ff. de just.
& jur. toto tit. ff. de jurisd. omn. judic.* & qui illam non habet
exercere non potest, Menoc. *l.2. de arbitr. cas.488. num.1.*
Abb. *in c. cum dilectus*, *num.4. & 5. de Religios. domib.* Reg.
Valenz. *cons.176. n.28. & seq. lib.2.*

Utque postremo facti quæsito satisfaciam quænam pos-
sint remedia adhiberi ad ejusmodi molestiam evitandam, &
præjudicio reparandum breviter respondemus de jure 12
competere interdictum uti possidetis, quod pro rebus in-
corporalibus prout sunt jura, & servitutes competere ad-
struxit Glos. *in l.5. ff. de interdict.* ubi passim DD. pertractant, 13
& si jus fuerit ad hoc armata manu impediri potest is qui
tentat alterius jurisdiction. conturbare ad Text. *in l. ut
vim*, *ff. de justit. & jur.* ibi prima repetentes, & *in l. defensio-
nis facultas*, *C. de jure fisc. lib.10.* nam actus jurisdictionales 14
ex adverso exercitus, vel qui exerceri pretenduntur nullam
processionem, vel quasi consuetudinem præscriptionem,
vel jus aliquod juridicum transferre possunt uti disertè ad-
modum tradunt Thes. *dec.7. vers. Dissentiunt tamen*, Ber-
taz. *cons.71. n.5. civil. & cons.420. crimin. in litter. A*, Burs.
cons.360. n.43. Rim. jun. *cons.712. n.16.* Gars. *de expens. c.9.
nu.35. cum seq.* & in similibus dum sistitur titulus de justitia
& jure, ejus loco surrogatur alter de vi, & vi armata secun-
dùm Alexand. Galliam *cons.46. n.9.* & ensis offertur loco li-
belli, Bald. *in l. quisquis*, *n.3. C. quor. appell. non recip.* in ca-
su haud dissimili ajente Bald. ubi deficit jus suppleat ensis,
& in re nostra jus parti turbatrici deficit, omniaque jura
mun. contra turbantes clamant, cujuscumque generis tur-
batio sit de quo Gloss. *insignis*, *ff. de eo quod met. caus.*

Atque ex his calamum cohibeo dictum Neapoli die 4.
Octobris 1662.

Franciscus Maria Pratus.

DISCEPTATIO CXCI.

SUMMARIUM.

1 *Facti species narratur.*
2 *Baro habens privilegium* l. unicæ, C. quando Imperator, &c. *si non eo utatur, an, & quando amittat.*
3 *Fori electio non facta formiter non est consideranda.*
4 *Fori electio facta per personam non legitimam non est consideranda.*
5 *Baro pro impedienda electione fori, facta per personas competentes debet adducere privilegium.*
6 *Privilegium interdum totum est exhibendum, interdum in parte, & quando hoc fit.*
7 *Electio fori facilius permittitur contra Baronem in Tribulali superiori.*
8 *In dubio electionis fori, pro ea est judicandum.*
9 *Remissio non fit ad Baronem quando est suspicio, quod non puniet Vassallum.*
10 *Continentia causæ non est dividenda.*
11 *Continentia causæ quando dicatur.*
12 *Remissio causæ cessat ob individuitatem ejusdem.*
13 *Delicta clandestina quæ dicantur.*

ARGUMENTUM.

Fori electio, an, & qualiter competat Baronibus, & an Hospitali Sanctissimæ Annuntiatæ detur privilegium contra viduas Terræ Vineolæ, & pro quibus delictis?

PRO

Vidua Octavia Carpinella,

CONTRA

Dominos Gubernatores Sanctissimæ Annuntiatæ.

Regius Consiliarius Dominus Didacus Moles Commissarius.

Battimellus Act.

FACTUM.

1 SUpponitur in facto elapsis mensibus in Terra Vineolæ fuisse commissum homicidium in personam U. J. D. Francisci Ruffi ejusdem Terræ: Pro quo veniunt inquisiti Franciscus Antonius Ferretta, Hortensius Padula, Joannes Baptista Brunus, Notarius Joseph Olita, & Notarius Petrus Antonius Ferretta cujus titulus est. De crudeli, & appensato homicidio commisso in personam, &c. Qui quidem inquisiti servatis servandis, fuerunt citati ad informandum, & ad capitula, & prædictus Notarius Petrus Antonius ad informandum tantum, cum abbreviatione termini, servata forma Reg. Pragmaticæ, & reputati contumaces, & prædicti Franciscus Antonius, & Hortensius per sententiam dictæ M. C. V. facti forjudicati; Joannes Baptista verò captus post contumaciam per Regiam audientiam Basilicatæ, & transmissus ad carceres ejusdem M.C. cum alio processu de homicidio per eum commisso in personam Matthæi Videtti in campanea, & aliis, ut in actis, &c.

Comparvit in M.C. Octavia Carpinella mater quondam Doctoris Francisci per viam electionis fori, querelam exponendo contra Joannem Baptistam Brunum, carceratum ibi, ut assistentem in eodem homicidio quondam sui filii cùm armis, &c. Ex adverso per Gubernatores Sanctissimæ Annuntiatæ fuit petita remissio ad Curiam Vineolæ, quæ est sub utili dominio ejusdem Sacræ domus, idque vigore Privilegii contra Viduas, &c. & præsentata fuit quædam provisio Collateralis Consilii, cum clausula tamen. Quatenus in possessione existant, *f.*152.

Dato termino super petita remissione, *fol.* 121. fuit per M.C.V. Decretum quondam causa remaneat, *fol.* 156. *à terg.* Appellavit Sacra domus ad Sacrum Consilium *fol.*165. & commissa causa appellationis, dato termino ad non posita ponenda *f.*173. & 174. In quo termino per dictos Gubernatores fuerunt præsentata quædam exempla remissionum casarum. Facti serie proposita.

Responso pro confirmatione Decreti M. C. V. Primò 2
quidem, quia quando Baro habet Privilegium, *l. unica, C. quando Imperator inter pupillos, & viduas*, si eo usus non fuerit, non poterit illud allegare, quia ex non usu inducitur tacita renuntiatio; & proinde illud allegari non poterit, ad Textum ubi Doctores *in cap. accedentibus, cap. si de terra, de privilegiis, l.*1. *ff. de Nundinis*, Franchus *dec.* 125. Gaillus *lib.*2. *observat.*60. Bonacina *de legib. disp.*1. *qu.* 3. *part.*8. §.50. Mastrill. *dec.*99. Apicella *alleg.*8. Theodorus *alleg.*30. ubi quod non utens non potest amplius redire, ut latè Novar. *d. lib.*1. *forens. quæst.*8. *numer.*6. Anna *consil.* 59. & 105. idem Novar. *part.*1. *quæst.* 25. & licet Baroni competat hoc Privilegium quamvis renuntiasset Franc. *decis.*541. tamen illa est renuntiatio expressa, qua non præjudicat Vassallis, secus tacita, ad exemplum clerici, qui licèt expressè non possit foro renuntiare, *c. si diligenti, & cap. significasti, de foro competenti:* tamen tacitè poterit, ut per DD. ibi; ergo in præsenti Sacra Domus Sanctissimæ Annuntiatæ non stat in possessione sui Privilegii, & quidem.

Primum exemplum, quod adducitur de electione fori 3
facta per Elisabetham Padulam Viduam in Regia audientia, & fuit remissus ad terram Vineolæ Leonardus Pintolillus, dicitur fuisse remissum, quia dicta electio fori non fuit formiter facta, dum non fuit facta cum juramento per horrescentiæ, ut patet *fol.*178. & 179. Quòd verò ita debuisset fieri, patet ex *dicta l. unica, & constitutione Regni item statuimus de officio Magistri justitiarii*, & decisum refert Merlin. *tom.*1. *c.*80. Novar. *de elect. fori, p.*2. *q.*2. *per totam*, Franch. *dec.*275. ergo non facta formiter electione, sed nulliter, nullam conservat possessionem ad favorem Baronis, quia quod nulliter fit nullum producit effectum *l.*4. §. *condemnatum, ff. de re judic. l.*2. *ff. de auctor. tut.* Cotta *in memorabilibus, in verbo, Nullus*, Riccius *collect.*623. Barbosa *axiomate* 164.

Secundum, & tertium exemplum, quæ adducuntur per Gubernatores, sunt de causis introductis in Regia Audientia Basilicatæ, & non per viam electionis fori alio concurrente, unde non obstant.

Quartum exemplum est de electione fori facta à perso- 4
na non legitima, & sic ab Angela Scavone pro homicidio commisso in personam Carmosinæ Albanæ ejus cognatę, uti sororis viri dictæ Carmosinæ, & sic non poterat considerari, vera, & justa dicta electio fori, quia nullum jus habebat ad querelandum, & partem sumendo in judicio, unde remissio facta ad terram Vineolę, de qua *fol.*181. non prodest, quia ad se non pertinebat, ut latè Novar. *tom.*2. *q.* 13. & 14. *fol.*117.

Quapropter talibus exemplis rejectis conclusio clara est 5
confirmandum esse Decretum M. C. V. Primò, quia non obstat illa provisio, adducta in M. C. V. Collateralis Consilii cum clausula illa (*quatenus in possessione existant*) sed requiritur præsentatio Privilegii, cum possessione simpliciter habita *cap. porrò, c. recepimus de privilegiis, cap. fin. de translat. Episcoporum, c. consideravimus de electione*; & per hoc datur terminus super remissione audito fisco in criminalibus, & parte in Civilibus, Capiblanc. *in pragm.*8. *part.* 2. *de Baronibus, num.*75. *tom.*1. Et interdum non requiritur talis terminus, quando scilicet revolutione processus, vel informationis constaret esse aliquem Vassallum Baronis, latè Franc. *dec.*221. Rovitus *in pragm.*15. *de militibus, nu.*48. & licet non sit exhibendum integrum privilegium, sed particula, inter cætera Magonius *dec.*25. Franch. *dec.* 207. Danza *de pugna Doctorum, in tit. de privilegiis, & eo-* 6
*rum prioritate, tom.*2. *cap.*3. & Covar. *pract. c.*20. *numer.*7. ait, quod quando agitur de Privilegio exhibendo judici; tunc oportet totum præsente parte coram judice legi; sed quando agitur de eo exhibendo parti; tunc solum illud Capitulum esset edendum, quod ad eum spectat, subjectam tangit materiam, *cap. contingit, de fide instrum.* Glossa *in l.*1. §. *editiones, in verb. Die, & consule, ff. de edendo*, Barb. *in axiomatibus utriusque juris axiomate* 190. *numer.*6. & licet quando reperiretur in possessione Baro, non requireretur, ut Privilegium ostendatur Thorus *part.*1. *in verb. Electio fori*, Novar. *part.*2. *sect.*3. *quæst.*9. tamen in materia nostra non est in possessione, quia formiter, & in casu variationis, vel electionis non reperitur practicatum ad sui favorem, sicuti Sacrum Consilium apud Franch. *decision.*257. remisit causam ad Baronem, quia pars non formiter electionem fecerat: quippè quæ non juraverat

per horrescentiam; notat Palma *in diversorio juris communis, & Regni Gloss.16. numer.6. part.2.* Riccius *collect.2306.* Novar.*p.1. quæst.2. de elect. fori, & par.2. sect.3. quæst.9.*

7 Secundò, quando sumus in Tribunali superiori ad inferius facilius conceditur i electio, & variatio, ut in praxi quidam subditus tribunalis Admiratiæ conventus in M. C. V. per viam electionis fori petiit ad suum Tribunal remitti, ex his, quæ dixerat Tappia *decis. S.C.43.* & tamen bene & doctè defendit Annicchinus subsistere fori electionem, ut refert Novar. *part.2. sect. ultim. quæst.27. f. 155. tom.2. omninò videndus ad propositum*, latè Carlevalius *to.*
8 *2. de judiciis, tit.1. disp.2. quæst.6. sect.7.* & confirmatur hoc totum, quia quando sumus in dubio pro electione, & variatione fori, est judicandum pro ipsa, non contra
9 ipsam, ut ait Novar.*part.2. quæst.22. sect.1.* Et tanto magis, quando suspicio esset, quod Baro, per quem petitur remissio, non puniret delinquentem, tunc concedenda non esset Mastril. *dec.147. numer.33.* Novar.*p.2. qu.... sect. 3.* Sed in casu nostro audivi plures remissos fuisse, & deinde leviter castigatos, ergo sine ullo scrupulo remitti non debet.

10 Tertiò, quia pro eodem delicto homicidii per sententiam M.C.V. fuerunt forjudicati Franciscus Antonius Ferretta, & Hortensius Padula Correi ad delictum *fol. 157.* ergo exequutio dictæ sententiæ spectat ad M. C. ergo non poterit dividi continentia causæ circa personam Joannis Baptistæ Bruni, carcerati in M. C. V. quia ex ejus confessione speratur facti dilucidatio dum M. C. V. est Judex competens pro exequutione sententiæ contra consocios, quia ergo exequutio dictæ sententiæ contra consocios spectat ad M. C. tamquam majus Tribunal, causa non est divisibilis; ergo ne continentia causæ dividatur, confirmari debet Decretum M. C. V. quod causa remaneat.

11 Ad quod probandum facit Text. *in l. contra pupillum, §. qui ad majus, ff. de re judic. & l. nulli, Cod. de judic.* Peguera *decis.124.* & Sanfelic. *decision.273.* ne variæ, & diversæ sententiæ sequantur, ut in simili ait Capycius *decis.63.* ne diversæ sequantur sententiæ, quia incongruum est quod super eadem re sequantur diversæ sententiæ, Glossa *in leg.1. ff. pro quibus rebus ad eundem judicem eatur*, Jason *in dict. l. nulli*; causæ enim continentia non debet dividi, *dicta l. nulli*, Bart. *in l. eum*, quem temerè in fine principii, *ff. de judiciis, & in l. à Divo Pio, §. 1. numer.2. ff. de re judic.* Berous *decis.69. à numer.24. & 25.* Decianus *consf.97. volum.2.* Vivius *decis.136.* Alciatus *lib. 1. Parergon juris cap. 9.* Menoch. *casu 371.* ubi tradit plura exempla hujus continentiæ causæ, Cardinalis Tuschus *tom.2. liittera C, conclus. 976.* Bernardus Greveus *lib.1. conclus.32.* Marta *de jurisdictione, part.2. cap.39. num.27. & casu 142. num. 13. & casu 34. num.23.* qui ait, quod non procedit in causis, quarum pars spectat ad jurisdictionem sæcularem, & pars ad Ecclesiasticam, sed unusquisque procedit in causa sua, Facchin. *lib.9. cap.31.* idem Marta *part.4. cent.2. casu 119.* Barbosa *in collect. ad Textum in d. l. nulli, & de jure Eccles. lib.1. c.39. §.2. n. 94. & in collect. ad Textum in cap.1. de causa possess. & propriet. numer. 4. & 5.*

12 Sic cessat remissio causę ratione individuitatis, vel continentiæ, ex *dict. leg.1. ff. de quibus ad eundem judicem*, &c. vel ne pœna dividatur, & ut omnes unica pœna, & sententia puniantur, omnes enim causæ, quæ si dividerentur perplexitatem, & absurdum inducerent, dicuntur individuæ, quo casu licet illę de per se separatæ sint, tamen apud unum judicem sunt terminandæ, Menoc. *de arbitrar. casu 371.* Cancer. *lib.3. variar. c.1. nu. 50.* Sic quando sic se habent, quod una confert ad perfectionem alterius, tunc non dividuntur.

Neque obstat Franch. *dec.426.* ubi ait, quod in criminalibus non datur continentia causæ, quia Respond. quod non procedit quando forus foro de jure accumulatur ut in præsenti, nec in Tribunali Superiori, ut est M.C.V. ad notata per Capiblanc. *cap.58. per totum, tom.2.* & per Sanfelic. *dict. dec.273.* Quæ omnia sint dicta sub censura doctissimi integerrimi Commissarii, quem rogo considerare debere privilegium Sanctissimæ Annuntiatæ cognoscendi delicta, non obstante *l. unica*, &c. procedere, & locum habere quatenus esset in possessione, exceptis tamen delictis criminis læsæ majestatis divinæ, vel humanæ, falsæ monetæ, & homicidii clandestini: delictum verò, de quo agitur, est homicidium commissum in nemore, quod est clandestinum, quia homicidium clandestinum est, quod fit de nocte, vel de die in locis solitariis, scilicet in locis sylvarum, nemoribus, &c. Ita Isernia *in constitutione Regni, titul.27. de maleficiis clandestinis, in princ. fol. mihi 46. colum.2.* Afflictus *lib.1. constitutionum Regni, rubrica 27. de homicidiis clandestinis, numer.72.* ubi quærit, quid si delictum candestinum sit factum de die, & respondet quod idem dici debet, & ait, quod nocturna sunt clandestina, sed clandestina possunt esse, tam de die, quàm de nocte.

In hac causa fuit dictum, ut Hospitale Sanctissimæ Annunciatæ deputet judicem in Civitate, audita M. C. V. & consulto fisci patrono, & fuit deputatus D. Thomas Caravita judex integerrimus.

DISCEPTATIO CXCII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Inventarium infra quod tempus fieri debeat.*
3 *Citatio creditorum, & legatariorum in inventario qualis esse debeat.*
4 *Citatio creditorum in inventario, non est expressa in jure.*
5 *Citatio alia per proclama, & alia per edictum.*
6 *Pinguior est citatio per edictum, & utilior.*
7 *Citatio creditorum in inventario fit per proclama.*
8 *Citatio per edictum etiam contra incertos fieri solet.*
9 *Citandus personaliter, si citetur per edictum, ejusque habeat notitiam, valide citatus est.*
10 *Citatio illegitima interdum habetur pro legitima quoad effectus.*
11 *Creditor, qui non existimabatur talis, non citatus in inventario, non facit illud nullum.*
12 *Inventarii leges non spretæ in totum, licet in parte, non faciunt illud invalidum.*
13 *Citatio per edictum debet esse affixa, & quo temporis spatio.*
14 *Citationis originale affixum debet esse si per edictum fiat.*
15 *Stylum Curiæ servare, sufficit in inventarii confectione.*
16 *Restitutio in integrum competit minori adversus inventarium non confectum, vel nulliter.*
17 *Minori restitutio adversus inventarium prodest majori cohæredi.*
18 *Restitutio adversus inventarium non confectum datur intra quatriennium, quod non currit, nisi à die scientiæ.*
19 *Coadem natus per sententiam unà cum expensis pendente appellatione tenetur solvere expensas.*
20 *Minor cum majore condemnatus, expensas solvere non tenetur pendente appellatione.*

ARGUMENTUM.

Inventarium intra quod tempus conficiendum, & creditorum citatio, ac legatariorum in eo conficiendo qualis esse debeat, & an sit in jure expresso, sufficit per edictum citatio, vel per proclama, & si citetur per edictum, qui deberet citari personaliter, & ille notitiam habuit validè citatur; Inventarii leges spretæ quando annullent illud, & qualiter citatio debeat esse affixa, & pro quo tempore; Restitutio in integrum minori, an competat contra inventarium non confectum, vel nulliter, & à quo tempore, & quid si sint minor, & major hæredes simul.

CA-

CAPUANA INVENTARII,

PRO

Clerico Joanne Baptiſta Raguccio;

CONTRA

Joannem Jacobum Novellonum.

1 IN Curia Archiepiſcopali Capuana per Joannem Jacobum Novellonum petitur condemnari Clericum Joannem Baptiſtam Raguccium, ut filium, & hæredem quondam Joannis Jacobi ejus patris; ad ſolutionem ducatorum 600. ſibi debitorum pro reſiduo majoris ſummæ vigore inſtrumenti; & aliorum 300. pariter ſibi debitorum ab eodem quondam Jacobo Antonio patre; & hoc una cum intereſſe ut ex libello, *fol.*12. pro quibus ſummis prævia adjudicatione fuit petita aſſiſtentia quorundam bonorum in actis deductorum tamquam in bonis, & de bonis quondam Jacobi Antonii ſui debitoris; quæ bona aſſerit perveniſſe in poſſe ejuſdem Clerici Joann. Baptiſtæ conventi. Clericus conventus opponit ſe teneri pro rata, cùm ex communi patre tres nati fuerint filii, hæredeſque facti, ex fide præambuli, *folio* 33. *&* 35. & ex teſtibus de morte examinatis, *fol.*34. & ſimul Joannes Baptiſta diſcuſſionem inventarii faciendam, *fol.*33. *à tergo*, *&* 34. & eadem excuſſio fuit oppoſita à matre pupillorum, *fol.*30. datuſque fuit terminus dierum octo ad eam faciendam, *fol.* 30. prorogatus, *folio* 39. & pars hæc omnia acceptans, inſtat pro expeditione cauſæ, *folio* 39. *à tergo*, & ordinatum fuit à Judice dandam eſſe liſtam ſuſpectorum, ut eligeretur relator non ſuſpectus pro dicta relatione, *folio* 30.

Inſtantia actoris non obſtante eo modo, quo facta ſupponitur, denuo inſtat actor, ut cum effectu condemnaretur Clericus Joan. Baptiſta ad ſolutionem prædictæ ſummæ, oppoſita excuſſione non obſtante, & de inventario nullam eſſe habendam rationem. Primò, tamquam non factum infrà legitima tempora. Secundò, quia tanquam creditor certus ipſe actor debebat citari perſonaliter. Tertiò, quia pro incertis creditoribus debebat expediri citatio per edictum, ſupponendo ex defectu relationis non poſſe dici expeditam, *fol.*38. *à tergo*.

Clericus Joannes Baptiſta conventus clarè probavit validitatem inventarii, dicendo, quod cùm tempus conficiendi inventarium ſit trium menſium, *leg.fin. Cod. de jure deliber.* currens à die aditæ hæreditatis ex Guidone Pap. *deciſ.*571. additio ſequuta fuit 30. Julii 1644. ut ex decreto præambuli, *folio* 33. *&* 35. in inventarium fuit factum 3. die Auguſti ejuſdem anni, ut ex inventario apparet, præſentato, *fol.* 30. *à tergo*, *in fine*; & addit ad majorem cautelam Joannes Baptiſta: quod cum ipſe dubitaret, an tempus ad inventarium curreret à die delatæ hæreditatis, an à die aditæ, comparuit in eadem Curia petens, ut minorem eſſe in integrum reſtituendum quatenus tempora non largirentur, *folio* 34. & una cum fratribus reſtitutus fuit, *folio* 35.

Dicit etiam Clericus Joan. Baptiſta, quod cùm de alio credito, de quo non diſputatur, fuiſſet factum ſequeſtrum à d. Joanne Jacobo Novellone quarundam mercium in cortis conſiſtentium, & de facto conſignatarum in perſona Joan. Petri Ragucci, ut *fol.*31. *à ter.* idem Clericus non agnoſcens ipſum creditorem pro alia quantitate, non videbatur obligatus citare.

In quantum verò ad creditores incertos, quòd debebat expediri citatio per edictum. Jam fuit expedita, ut *fol.*36. & examinati teſtes; qui deponunt, ſe vidiſſe citationem affixam in loco ſolito, & apparet ex citatione ipſa, ubi adeſt hoſtia rubea affixa *fol.*43.

Quibus omnibus propoſitis, ad fundandam conventi intentionem, ut ex decretis alias factis ad ſui favorem, tranſactis in rem judicatam, procederetur ad inventarii diſcuſſionem *fol.*49. factaque monitione ſuper expeditione cauſæ; definita ſententia pronuntiatum fuit, oppoſitis non obſtantibus eſſe procedendum ad diſcuſſionem inventarii *folio* 50.

Appellavit pars ab hac ſententia Vicarii Capuani, & obtenta commiſſione Apoſtolica Vicario Neapolitano, datoque termino ad non poſita ponenda *fol.* 53. *à tergo*.

Quo termino compilato pro parte ejuſdem Adverſarii præſupponitur factum non concernens ad determinationem faciendam, ſcilicet inventarium non eſſe ſolemniter factum ex adverſo producitur à Clerico Joanne Baptiſta fides Magiſtri actorum ejuſdem temporis, de ſolemnibus adhibitis in inventario; & præſertim de citatione per edictum, & depoſitio eſt de viſu in locis ſolitis, & conſuetis, ut mos eſt in Civitate Capuæ *folio* 57. & prædicta fides juramento fuit verificata duorum teſtium *fol.*64.

Quibus omnibus in facto ſuppoſitis, confirmandam eſſe ſententiam Capuani Vicarii, ſcilicet procedendum eſſe ad diſcuſſionem inventarii à Reverendiſſimo Vicario Neapolitano pronuntiandum eſſe ſpero, juſtitia ſic ſuadente.

Probatur primò, inventarium fuit factum infra legitima tempora, ſcilicet à jure præſcriptum, putà trium menſium à die aditæ hæreditatis, ex *leg.final.* §. *ſi vero*, *Cod. de jure deliber.* Gloſſa *in* §. *cum igitur*, *in verb. Delatam*, *Cod. de jure deliber.* ubi Bart. *numer.*3. Guido Papa *deciſ.* 571. Fab. *in tit. Cod. de jure deliber. defin.* 19. *&* 20. Canc. *part.*3. *variar. cap.*2. *numer.*15. Grat. *cap.*563. *numer.*28. *&* 711. *numer.*2. Carlevalius *de judiciis*, *tom.*2. *lib.*1. *titul.* 3. *diſput.*9. *numer.* 11. Addentes ad Francum *dec.* 229. *numer.* 11. & addentes ad Gizzarellum *deciſ.* 43. at in caſu noſtro poſt ſeptem, vel octo menſes per Curiam Capuanam à die mortis teſtatoris, fuit expeditum præambulum, aditaque hæreditas; & poſt additionem infrà legitima tempora, quia die 30. Julii, poſt tempus, quo Jacobus Pater mortuus fuit adictio facta; & inventarium die 3. Auguſti; ergo infra tempus à lege præſcriptum; adivit ergo Conventus die 30. Julii, & inventarium cœpit tertia die Auguſti, ergo infra tempora præſcripta à lege, ut benè Marchio Torelli *deciſ.*29. *numer.* 16. *tom.* 2. ergo licito jure petit in præſenti non teneri ultra vires, ſed eſſe excutiendum inventarium. 2

Circa dubium de ſolemnitate citationis non adhibita ſupponere oportet, quod dum conficitur inventarium, ex Gloſſa *in dicta l. fin. in verb. Cæterorum*, *Cod.de jure deliber.* citandi ſunt creditores hæreditarii præſentes, ad videndum fieri inventarium certo die, loco, & tempore, & ex Gloſſa ſimilis, *in Authent. hæredibus*, *& falcidia*, *in* §. *ſancimus*, *in verb. Fideicommiſſarii*, & Gloſſ. *in Authent. ſed cum teſtator*, *Cod. ad legem falcidiam*, Bartol. Bald. Angelus, & alii *in dict. leg. fin.* Fatentur autem ſupradicti Doctores non reperiri textum dicentem citationem creditorum eſſe faciendam, ut benè Jaſon. *in dict. l. fin. colum.*3. Corneus *numer.*2. & licet ſine textu, probant tamen ea ratione, quia ſi jura dicunt citandos eſſe legatarios, qui de lucro agunt, multò magis fatendum eſt citandos eſſe creditores, qui de damno agunt, ut benè Angelus *in dict. leg. final.* ſufficit verò generalis citatio per proclama ſi ſcilicet ſint incerti; aliàs unuſquiſque citari debet ſpecialiter, & nominatim, ſed ſi aliqui ſint citati, alii non judicabitur invalidum, ut poſt alios Velaſchus *conſultat.*52. qui latè de inventarii ſolemnibus, ſuiſque effectibus agit, Gallupp. *in praxi S. C. part. tertia*, *capit. tertio*, *numer. quarto*, Cancerius *par.*3. *dict. cap.*2. *numer.* 65. *cum ſeqq.* 3 4

In facto vero, de quo agimus agnoſcimus duplicem citationem, unam ſcilicet per proclama, aliam per edictum prima fit vocis præconis per Civitatem, vel terram in publicis locis, & hæc eſt illa, quæ fieri debet, cùm fit inventarium, ſi creditores ſint incerti, vel legatarii, Bald. *in dict. l.fin.* §. *cùm igitur*, *colum.* 3. *& in auth. ſed cum teſtator*, Craſſus *in* §. *Inventarium*, *q.*9. Ricc. *tom.*3. *in praxi citationis per edictum*, Baronius *de citationibus*, *quæſt.* 9. *numer.*13. Per edictum verò citatio eſt illa, quæ ponitur in albo, ſive in muro, ut antiquitus proponebantur prætorum edicta, de qua citatione, Maranta *part.*6. *in verb. Rectè concipiatur citatio*, *numer.*82. Marta *part.*4. *de juriſdictione*, *cent.*1. *caſu* 38. Barberius *ſuper ſtatutis Agriculturæ*, *cap.*31. Soccinus *de citatione*, *art.*21. Riccius *collectan.* 1206. Borrell. *in ſumma deciſionum*, *tit.*44. Rebuffus *tom.*3. *ad leges Gallicas*, *de citatione*, *in præf. nu.* 93. *cum ſeqq.* differt verò citatio per edictum à citatione per proclama, quia magis notoria eſt per edictum, quàm per proclama, unde qui citari poſſunt per proclama poterunt per edictum non è contra Scacc. *de judic. cap.*35. Baron. *tom.*1. *q.*9. *num.*8. 5 6

Cita-

7 Citatio ergo creditorum, & legatorum certorum fieri debet personaliter; incertorum verò pro proclama, Postius *de subhastation. capit.*23. *à numer.* 31. Noguerol. *allegat.*12. *numer.* 32. nam impossibile esset citare incertos, Merlin. *tom.*2. *capit.*39. *numer.*14. Duranus *decis.*78. Ciarlinus *capit.*171. *numer.*30. *tom.*2. Barbosa *in capit. ut venerabilis*, *numer.*3. *de dolo, & contumacia*, Gratianus *capit.*577. *numer.*26. *& capit.*839. *numer.* 50. *& capit.*932. *numer.*15. Additio ad Damaud. *in praxi civili*, *cap.*57. *littera P*, *in verb. ignorantur*, Ciarlinus *cap.*160. *num.*44. *&* 45. Antonius Niger. *de vendit. pignoris*, *c.* 1. §. 4. Rubeus *dec.*516. *num.*11. *tom.*1. *p.*2. Baronius *de citation. tom.*2. *q.*8. *numer.*50.

8 Licet autem citatio per edictum fieri non debuisset contra Joannem Jacobum Novellonum utpotè contra certam personam; at illa contra incertam personam tantum fieri potest *Authent. si omnes*, *Cod. si minor ab hæredit. se abstineat*, notatur *in leg. si id, quod*, *ff. de jurisdictione omn. Iudicum*, Tepatus *lib.*1. *in titulo de in jus vocando*, *versic. citatio ganeralis*, Cevallos *quæst.*809. *num.*61. Borrellus *in summa decisionum*, *tit.*44. *numer.*100. Barbosa *capit. cum P. Tabellio*, *numer.*3. *de fide instrum. & capit. cum olim*, *numer.*3. *de privilegiis*, Costa *de remediis subsidiariis*, *remed.*13. Brunorus à Sole *in verb. citatio*, Novarius *decis.* 13. Regens Capycius Latro *dec.*74. *n.*25. Card. Tusch. *in verb. citatio*, *concl.*257. 262. *&* 259.

9 Si tamen edictum pervenerit ad ejus notitiam, valet citatio per edictum licet persona fuerit certa, Decianus omninò videndus *in consil.*18. *numer.*90. *lib.*1. *cum pluribus sequentibus*, Baronius *de citationibus*, *quæst.*8. *numer.*30. *in fine*.

10 Citatio enim illegitimè facta, puta per edictum, si debebat personaliter fieri, si probetur edictum fuisse affixum, & publicatum coram multitudine adstantium in loco, in quo citatus habebat affines, & amicos, à quibus verisimiliter notitiam habere potuerit de tali edicto, valet citatio, ut colligitur ex Bartolo *in extravaganti ad reprimendum*, *in verb. citatum circa finem*, ubi postilla notat, quod quando certa persona citatur per edictum, sufficit, quod in loco frequenti, & ubi aderat multitudo fiat edictum, & verosimile sit, quod aliquis ex dicta multitudine illi denunciaverit, quem refert, & sequitur, Caccialupus *in leg. cunctos populos*, *numer.* 80. *Codic. de Summa Trinit. & fide Catholica*: ubi ait illud dictum esse notandum, & paucis notum, & quod alias fecit illud practicari, & refert, & sequitur Jason *in leg. decem*, *num.* 43. *ff. de verb.* & sic citatio etiam illegitimè facta ligat sicut legitima, si perveniat ad notitiam citati, Roman. *consil.* 410. *n.*2. Felin. *in c. cum contingat*, *n.*8. *de rescript. & in c. gratum*, *col.*2. *vers. sed nota de offic. delegati*, Rota *dec.* 271. incipiente, licet citatio. Decius *in c. cum causam in tertio notabili*, *de officio delegat.* Ruinus *cons.*61. *n.*23. *to.*5. Boerius *dec.*235.

11 Additur pro parte conventi, quod Novellonus non existimatur creditor ab ipso, tum quia ignorantia præsumitur in hæredibus nisi probetur scientia, *capit. ignorantia*, *de regul. Iuris in* 6. *leg. verius*, *ff. de probat.* tum quia vivente patre hujus in actis conventi, pro alio credito jam satisfacto, idem Novellonus sequestrari fecit nonnulla bona in personam Joannis Petri Raguccio loco principalis debitoris recogniti, non ergo opus fuisset citari, ut in simili dicit Thorus *part.*3. *in verbo inventarium*, *tom.* 1. *folio* 603. ubi ait decisum fuisse, non fuisse nullum inventarium, ubi citatus non fuit creditor, qui ab alio satisfactus fuerat mediante delegatione: sic in simili prævia sequestratione fa-
12 cta vivente principali debitore patre conventi, non opus fuit citari eundem. Accedit etiam legem inventarii non fuisse totaliter spretam, & sic facta quoque modo prodest hæredi pro omnibus, ut benè Capycius Latro *dec.*129. *nu.* 26. cum talis solemnitas in multis non servetur regionibus teste Fontanella *tom.*2. *de pactis nupt. clausul.*7. Glossa 3. *par.* 2. *numer.*45. Nogueroll. *alleg.*19. *numer.*102. Cancer. *d.c.*2. *numer.*66.

13 Nec opponi potest pro Novellonio inventarii nullitatem fundari ex eo, quod fuit facta citatio per edictum sine Nuntii relatione, ob quam causam non est publicum edictum. Respondetur enim quod licet citatione per edictum facta debeat remanere edictum affixum per aliquod tempus, alias non valebit, attamen si habuit notitiam citatus, valebit citatio, etiamsi in continenti fuisset lacerata, quia jam constat de effectu, ad quem affixa fuit. Ratio est, quia solemnitates citationum fuerunt inventæ, ut actus, qui in præjudicium absentis fieri intenditur, ad notitiam ejus perveniat, ut se defendere possit. Bald. per illum textum *in leg. diffamari*, *Cod. de ingenuis manumissis*, *leg.* 1. §. *ex edicto*, *ibi neque in notitiam pervenit*, *ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindantur*, ergo dum habemus finem, & effectum, non est curandum de modo, *leg. fin. ff. mandati*, præsertim quando effectus fuit causa modi inducendi, non è contra, juxta *leg. si mater*, *Cod. de instit. & substitut.* Bald. *in leg. de quibus*, *numer.* 17. *ff. de legibus*; *& in leg. si duo patroni*, §. *si quis juraverit*, *ff. de jure jurando*, latè Decianus *in responso* 18. *numer.*102. *tom.*1. *ergo*.

Et licet sit affigenda citatio originalis, Pereyra *de universali instrumentorum editione*, *titul.*4. *resolut. unica*, *numer.*154. *&* 155. Additio ad Burattum *decis.* 493. *numer.* 8. tamen in præsenti fuit affixa, ut ex libro apparet, in quo fuerunt omnia extracta, & per testes conformes probatum, edictum citationis fuisse affixum, & juxta stylum fuisse executioni demandatum; ad notata per Gratianum *capit.* 14
767. *numer.*7. *&* 9. ubi sufficit si fiat secundum consuetudi- 15
nem loci, ut idem Gratianus dicit, *capit.* 977. *numer.* 27. cum stylus Curiæ pro lege servetur, Gratianus *capit.* 544. *numer.* 54. *& capit.*191. *numer.*15. Episcopus Maranta *par.* 1. *responso* 14. *numer.* 22. Gratianus *capit.* 998. *à numer.* 18. ergo quia testes deponunt fuisse edictum affixum citationemque sequutam secundum stylum Curiæ Capuanæ, servatum in confectione inventarii, erit liquido probatum validum fuisse, nulloque jure infringendum.

Sed demus ultra, & non concedamus, quod esset fa- 16
ctum inventarium non solemniter; habuit nihilominus restitutionem in integrum adversus illud, ejusque omissas solemnitates, quia ut ex facto apparet tempore confectionis inventarii habebat ætatem 19. annorum, & infra quadriennium petit restitui, jure fuit igitur concessa restitutio, ex notatis per Textum *in leg. final. Cod. de tempor. in integrum restitutionis*, Guidon. Papa *decision.* 571. *&* 160. Gratianus *capit.*720. *à numer.* 12. *&* 766. *numer.* 47. *&* 48. Surd. *decis.*136. Thorus *in verb. inventarium*, *part.*3. *folio* 604. *& part.*3. *sect.*3. *fol.*201. Francus *decis.* 229. qui legatur in puncto, quod ob citationem unius cæteris citatis non præjudicatur, tempus autem quadriennii currit à die ætatis annorum 25. Clem. I. *de restit. in integrum*, ubi Barbosa, Surdus *dec.*136. Hodierna *ibi*, *prout in addit. ad decisionem* 4. Fontanella *decis.*118. *tom.* 1. *quia decis.* 100. *usque ad* 122. totam materiam restitutionis in integrum declaravit.

Quod adeò verum est, ut si duo sint hæredes, & unus 17
major, alius minor, propter minorem concurrentem, detur etiam majori restitutio adversus omissionem inventarii, vel non solemniter confecti, ita Parisius *consil.* 65. *numer.*59. *volumin.* 3. Sforzaodus *de restitut. in integrum*, *quæst.*46. *numer.*21. Ludulphus Scraderius *consil.*20. *numer.* 40. *lib.* 1. Marius Giurba *ad consuetudines Messanæ*, *tomo* 1. *capit.* 9. *glossa* 5. *numer.* 7. contra alios DD. *de quibus* Coccinus *decis.*219. Cyriacus *controvers. forens. controv.* 294. *numer.*12. Hodierna ad Surdum *decision.*216. *numer.*4. Merenda *lib.*10. *controv. capit.*41. Prato *practic. quæst. cap.* 65. Ratio est, quæ colligitur, ex *leg. si communem* 10. *ff. quemadmodum servitus amittatur*, ubi majores 25. annis ex persona pupilli consequuntur illud jus, quod alias habere non possunt: quam legem exemplis exornat, Jason *in leg. si emancipati*, *numer.*5. *Cod. de collation.* & Glossa *in leg. unica*, *Cod. si in communi*, *eademque causa in integrum restitutio postuletur*: ait quod quando sumus in materia individua, restitutio minori data competit majori etiam; secus si materia sit dividua, sequitur Odus *quæst.*46. *artic.*3. Trentacinquius *tom.*2. *variar. in titul. de minorib. capit.*5. *numer.*2. Faber *in tit. Cod. de communi rerum alienatione*, *defin.*1. Cyriacus *capit.*43. *numer.* 131. Mastrillus *decisione* 42. Gerius Spinus *consil.* 91. *numer. octavo*, Rugerius *consil.* 2. *numer.* 136. *lib. primo*, Menochius *consil.* 1074. *à numer.*10. Honnedus *consil.* 34. *numer.* 81. *lib. secundo*, Caldas *de restitut. in integrum in clausul. vel adversarii dolo*, *numer.*28. Inventarii verò confectionem individuam esse dicunt supradicti DD. licet alii contrarium asferant.

Sicuti sententia lata, ut actor solvat expensas, quia ni- 18
hil

hil probavit; si ab ea expelletur, exequitur super expensis, appellatione non obstante pragmatica secunda de expensis, ubi condemnatus per sententiam ad expensas, si appellat, non admittitur appellatio, nisi priùs refectis expensis, sequitur Thorus *in verb. Condemnatio per sententiam 1. tom.* nisi tamen condemnatus per sententiam esset minor: nam prosequitur appellationem non refectis expensis, ut in dicta pragmatica, Placidus Costa *in additionib. ad Consilium Patris 4. circa fin.*
19 Quod si duo essent condemnati, unus major, alius minor sententia non exequitur, etiam ex parte majoris, non refectis expensis, quia privilegium uni competens, competit consorti litis, ita Novar. *lib. 1. q. for. q. 11.* ergo restitutio in integrum competens minori, etiam majori datur consorti litis, sicuti privilegium, quod competit Ecclesiasticis Patronis præsentandi in jure patronatus cum Clericis, Glossa per eum textum *in c. un. §. fin. de jure patron. in 6.* Ricc. *in praxi, p. 2. resol.* 438.

20 Probatur etiam, quia ut benè Canc. *dicta 3. part. var. cap. 2. à numer. 85.* competit minoribus 25. annis restitutio adversus inventarium non confectum, ut non teneantur ultra vires; & poterit minor agere etiam contra tutores negligentes, *§. pupilli Authent. de hæred. & falcidia*, poteritque pupillus etiam post multum tempus à die facti majoris venire, ex *l. 1. Cod. si tutor*, vel curator intervenerit, quia quadriennium, quod minoribus datur post perfectam ætatem non incipit *ei currere*, nisi à die scientiæ, ut latè idem Canc. *lib. 2. cap. 1. num. 219.* neque tali casu poterit practicari quinquennium, de quo *in leg. fin. Cod. si major factus*, quia Textus ille procedit quando minor habuisset scientiam rei gestæ, scilicet inventarii non facti, vel non solemniter, Doctores *in d. leg. fin. quæ in casu non adest*, cum ignorantia præsumatur, quousque scientia non probetur, *cap. ignorantia, de regulis juris, in 6.* & propterea exclamat, Canc. post alios *part. 3. variar. cap. 2. numer. 98.* durum esse minoribus post majorem ætatem præjudicium facere, non fecisse inventarium, quibus jura dant tum restitutionis in integrum remedium, tum agendi contra tutores, vel curatores *leg. etiam, Cod. si tutor, vel curator*, nec pœna *l. scimus, Cod. de jure deliber.* locum habebit.

D. Iosephus Spera.

DISCEPTATIO CXCIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur, de qua disputatur.*
2 *Ius patronatus, quare laicis ab Ecclesia concessum sit.*
3 *Ius patronatus qualiter dicatur spirituale, & cur laicis competat.*
4 *Ius patronatus duplex laicale, & Ecclesiasticum.*
5 *Ius patronatus Regium, & de Regia Corona sub quo reducatur.*
6 *Ius patronatus Regium plura habet specialia.*
7 *Ius patronatus Regium, an, & quando transeat cum universitate bonorum.*
8 *Ius patronatus non potest donari extraneo sine consensu Episcopi.*
9 *Ius patronatus Regium donari potest sine consensu Episcopi.*
10 *Iuris præsentandi possessio qualiter probetur.*
11 *Ius patronatus Regium dum vacat quid facere debeant Præsides Provinciarum.*
12 *Ius patronatus qualiter probetur ex probatione præsumptiva.*
13 *Ius patronatus Regium non derogatur à Papa.*
14 *Ius patronatus, vel beneficium Regium impetrans à Papa non facta mentione de illo qualiter puniatur.*
15 *Ius patronatus Regium, an possit renuntiari sine consensu Regis.*
16 *Ius patronatus Regium, an possit permutari cum alio sine consensu Regis.*
17 *Beneficium non potest promitti antequam vacet, quod fallit in jurepatronatus Regio, ac alio beneficio ejusdem.*
18 *Beneficium Regium si ab Episcopo conferatur, & à Rege nominatur alius, quid agendum.*
19 *Census unica solutio sufficit ad fundandam quasi possessionem exactionis.*
20 *Reverterii* decis. 485. *impugnatur, & qua ratione.*
21 *Tex.* in c. consultationibus, de jure patron. *non habet locum in patronatibus Regiis.*
22 *Possessio non datur sine titulo in Regaliis.*
23 *Text.* in c. consultationibus, de jure patron. *dupliciter limitatur, & qualiter.*
24 *Ius præsentandi intra quod tempus currit Patrono Ecclesiastico, vel sæculari.*
25 *Ius præsentandi elapso tempore non factum, devolvitur institutio ad Episcopum cum eisdem qualitatibus, quibus debebat fieri præsentatio per Patronos.*
26 *Corona possidet Regalia, quæ nunquam moritur.*
27 *Sequestratio super fructibus patronatus Regiæ Coronæ, quando fieri possit.*
28 *Præsentatio Regis, & non collatio Ordinarii, quando attendatur.*
29 *Iuris præsentatio Regii beneficii pertinet ad Regem.*
30 *Bona fides numquam concurrit in præscriptione longissimi temporis, quando apparet de titulo injusto.*
31 *Bona fides requiritur etiam in præscriptione immemorabili.*
32 *Bona fides requiritur etiam in centenaria de jure Canonico.*
33 *Scientia, & patientia, quando requiritur in præscriptione.*
34 *Præscriptio cum juris residentia requirit titulum.*
35 *Præscriptio meri, & mixti Imperii etiam immemorabilis requirit scientiam, & patientiam.*
36 *Feudalia, & Regaliæ nullo tempore præscribuntur.*
37 *Regaliæ possidentur à Principe fundato titulo.*
38 *Iurisdictionem de facto exercens in Regno, expellitur de facto ab illius exercitio.*
39 *Incorporalia præscribuntur sciente, & patiente Domino rei.*
40 *Spolium beneficii præsertim Regii, qualiter proponatur.*
41 *Beneficio de facto spoliatur, qui illud possidet sine Rege concedente.*
42 *Exempla alia afferuntur ad hoc probandum.*
43 *Fisci bona qualiter spectent, ad denunciantes, & delatores.*
44 *Pensio potest reservari sine consensu patroni, & quando, sed fallit in patronatibus Regiis.*
45 *Rex potest promittere commendam vacaturam, & Ecclesiam vacaturam.*
46 *Clausula plus minusve, quid importet, & quantum.*
47 *Commenda in genere promissa, occurrente casu vacationis quid agendum.*
48 *Officia, & beneficia regulantnr eisdem legibus.*
49 *Prioritas datæ, an & qualiter attendatur in beneficiis, & in officiis.*
50 *Proreges potestas qualiter concedatur à Rege, & ad quæ extendatur.*
51 *Prioritas datæ attenditur in officiis, & beneficiis.*
52 *Beneficiis resignatum ad favorem, quando non sequitur favor, stat in resignante, idem si non fiat publicatio Bullarum.*
53 *Donatio jurispatronatus, quando requirat consensum Episcopi.*
54 *Iuspatronatus, an veniat cum confiscatione bonorum, & quando, & ad quem finem.*
55 *Iuspatronatus, an sit feudale, vel non, cognosci non potest à judice laico.*

ARGU-

ARGUMENTUM.

Juspatronatus origo, & divisio traditur, sub qua continetur juspatronatus Regium, quod plura habet specialia, & an possit donari sine Regis assensu, resignari, vel permutari, & an transeat cum universitate bonorum; eoque vacante, quid fiat à laicis superioribus, ejusque probandi modi referuntur, antequam vacent regulariter promitti non possunt, sed à Rege promitti possunt etiam commendæ antequam vacent, & hoc casu concurrente casu specialis collationis, quis præferatur, Regentis Reverterii decis. 485. ut erronea declaratur, ex quo Textus *in capit. Consultationibus, de jurepatronatus*, non habet locum in jurepatronatus Regio. Præsentatio non facta suo tempore, devolvitur ad Episcopum cum eisdem facultatibus, & qualitatibus in fundatione appositis. Bona fides qualiter requiratur in quacumque præscriptione, præsertim attenta æquitate Canonica, & quid in centenaria, & an respectu incorporalium requiratur scientia, & tolerantia, Regaliæ, & feudalia qualiter à Principe possideantur. De facto poterit spoliari, qui de facto possidet Regalias sine titulo; Idque practicatum pluries affertur, Pensio in Beneficiis Regiis, an possit reservari sine consensu Regis, & quid in privatis. Prioritas datæ in officiis, ac beneficiis quando consideretur, & attendatur, juspatronatus, an, & quando veniat in confiscatione bonorum, & an à judice laico valeat cognosci, an juspatronatus sit feudale, necne.

JURIS RESPONSUM

PRO

Alberto Toppio,

CUM

Episcopo Civitatis Pennæ;

Super Collatione beneficii, seu Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Moscuso.

Ad Spectabiles Dominos Regiam Cancellar. Regentes, &c.

1 MAgnificus Nicolaus Toppius Magni Regiæ Cameræ Archivii, per Regiam Majestatem Præfectus adeò diligenter, & accuratè in sui officii munere se gessit, ut non solùm collaudandus, sed ob maximum beneficium in Regiam Coronam causatum remuneratione maxima dignus sit, & inter cætera beneficia, invenit non sine magno labore, & studio Abbatiam Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Moscuso Diœcesis Pennæ, Provinciæ Aprutii citra, esse Regiam, eamque injustè, & sine titulo ab aliis fuisse usurpatam, ut publicis documentis, & scripturis notum fecit, (*quemadmodum, & alia plura beneficia Regia in hoc Regno pariter occupata invenit*,) cujus jus collationis cum sit de Regalibus ad alios spectare non poterit, nisi ad Dominum Regem: accessit ergo ad Proregem Dominum Excellentissimum Dominum Petrum de Aragona, & collationem obtinuit pro filio suo Alberto Toppio, quibus visis à Barone, & utili Domino Terræ Moscusi, fuit à Prorege, & suo Collaterali Consilio petitum, de spolio facto dictæ Abbatiæ, jam quondam Baro stabat in quasi possessione præsentandi, & Episcopus steterat in quasi possessione instituendi dictæ Abbatiæ tempore immemorabili, & ferè annorum 150. versa vice Nicolaus pro sua collatione proclamat in sui filii personam, consilium petitur à Doctoribus Canonistis, quid agendum, & pro quo bona jura facerent, an scilicet pro Barone, & Episcopo, an verò pro D. Nicolai filio, ego antequam solutionem afferam, quia sumus in patronatibus Regiis, & beneficiis Reg. Coronæ, quæ habent separatam naturalitatem ab aliis; pro intelligentia.

Suppono primò, juspatronatus in Ecclesiis concessum 2
fuisse laicis, ex gratia, & privilegio *c.20. de jure patronat.*
Barbosa, Fagnanus, & Fermosinus *in c. quanto, de judiciis*, post antiquos, quos allegat, Covar. *in Regula possessor.2.p.* §.10. *numer.*20. quia cum omnes Ecclesiæ pertineant ad Ordinarios locorum, *c. omnes Basilicæ 16. qu. 7. c.1. de Ecclesiis ædificandis*, fuit ex gratia, & privilegio concessum laicis, ut si fortè Ecclesias dotarent, construxissent, vel fundarent; juspatronatus in illis acquireretur cum pacto, ut Episcopi, sine laicorum patronorum consensu, eorumdem præsentatione, eas Ecclesias non possint providere, nec alicui concedere *c. decernimus 16. q. 7.* & ad hoc, ut omnes invitentur ad constructiones, & dotationes Ecclesiarum id fuit laicis concessum, ut in Trid.
sess.25. c. 5. de reformatione, & licèt juris patronatus vi- 3
deatur non posse cadere in laicos, quia est spirituale, non tamen est de illis spiritualibus, quibus laici incapaces omninò sunt, ut sunt illa, quorum functio deputata est ordini, vel officio, vel personis Ecclesiasticis, ex quorum numero est jus eligendi *c. Messanæ, cap. Sacrosanctæ, de elect. jus decimandi, c. causam quæ de præscript.* & beneficium Ecclesiasticum, quod est annexum officio Clericali, & Spiritualibus, S. Thom. 2. 2. *q.*100. *art.*4. nam juspatronatus de se non est spirituale, sed annexum spiritualitati, & ob id laicus ex privilegio prædicto habere potest, Glossa *in c. veniens, de transact.* propterea non valet institutio sine consensu patronorum *c. decernimus* 16. *q.*7. si tamen fiat præsentatio intra tempus concessum à lege patronis ad præsentandum, *c. illud de jurepatron.*

Quia verò juspatronatus duplex est, unum Ecclesiasti- 4
cum, aliud sæculare; ideò patroni alii dicuntur Ecclesiastici, alii sæculares, *c. unico, de jurepatron. in 6.* ubi concordantes allegat Barbosa, & antea dixerat Lambertinus *p.1. de jure patron. l.1. art.*50. *q. princip.* Covar. *pract. quæst. c.36. numer.*3. Roccus de Curte, & Paulus de Citadin. *in princ.* & novissimè Fontanella *de jurepatr. in princ.* dicitur Ecclesiasticum quando ex bonis unius Ecclesiæ altera Ecclesia fuit constructa, dotata, seu fundata. Sæculare, aut laicorum dicitur quando ex patrimonio sæcularium, aut laicorum fuit Ecclesia fundata, constructa, seu dotata *c. filiis, c. quicumque, c. si plures, c. considerandum 16. q.7.* ubi fit mentio de jurepatronatus ratione patrimonii, *c.1. c.cum secundum, c. cum dilectus, de jurepatron. c. cum vos de officio Ordinarii*, per Glossam finalem *in Clem. plures de jurepatr.* DD. *in c.1. de jurepatr. in 6.* & *c.28. de præb.* Quod si Clericus de bonis suis, & non quæsitis ab Ecclesia fundet juspatronatus dicitur sæculare, Glossa *in verbo præsentare in d. Clem. plures*, Cov. *ubi supra*, latissimè Barbosa *loc. cit.* differt verò juspatronatus à jure sepulchrorum, seù sepeliendi, neque ex jure sepeliendi infertur ad juspatronatus, ut benè Gab. *c.22. per tot.*

Inter ista duo jura patronatus datur tertium, quod ap- 5
pellatur Regium, quod licèt non constituat tertiam speciem, & cadat sub laicali, ut per se patet, tamen habet aliquas prærogativas, de quibus infrà, & sanè Rex noster Catholicus successit in Regno, & in legitimis juribus competentibus antecessoribus, qui fundarunt, dotarunt, vel construxerunt tot Ecclesias, & ex concordia Clemen. VII. cum Carolo V. Imperatore fuerunt tot Ecclesiæ reservatæ in Regno ad Regiam præsentationem, de quibus Barbosa *in tract. de pot. Episc. in fin.* & sic dicimus de beneficiis Regiis, quæ habet in Regno, vel ex devolutione feudorum, in quibus erant.

Suppono secundò, quod plura habet specialia juspatro- 6
natus Regium, inter alia, licet quodcumque, juspatronatus transeat cum universitate bonorum, putà vendo terram, vel Castrum, &c. non facta mentione speciali juris patronatus, venit etiam in tali venditione, *c. ex litteris de jurepatr. c. cum sæculum eodem tit.* Lambertinus *l. 1. p.2.*
*q.5. principali, art.*14. Barbosa *in d. c. cum sæculum*, tamen 7
juspatronatus Regium, non transit cum universitate bonorum, sicque licèt Rex concedat terram, bona, Castrum, &c. non venit concessum juspatronatus: ibi existens, nisi illud nominatim, & specialiter per Regem fuerit donatum, & concessum, de qua re Gabedus de patronatu Regiæ Coronæ

ronæ *c.3. numer.3.* & poterit separatim donari à Castro, & Feudo, & uni feudum, alteri juspatronatus, Gabedus *numer.6.* & sicuti Rex solet donare bona Regiæ Coronæ benemeritis suis, ut in Regibus Hispaniarum, & Galliæ habemus, & notat Baldus *in c.1. §. ex eodem de legibus Corradi*, Bart. *in leg. prohibere, §. planè, ff. quod vi, aut clam*, Gulielmus de Benedictis *in c. Raynutius in verb. duas habens filias à numer.69. de testam.* quod posse fieri de jure, quia non sit grave præjudicium Regni, ut habetur *in c. intellecto, de jurejurando, c. Pastoralis, de donat. c. Abbate sanè de re judicata in 6.* Suarez *alleg. 2. numer. 8.* & potest donare juspatronatus tam cum Castro, quàm sine eo, ut latè Gabed. *c.4.*

8 Imò nota, quod licèt donatio juris patronatus facta laico, vel Clerico, ut valeat requirat consensum Episcopi illius loci, ubi est Ecclesia, *c.1. de jurepatr. in 6. c. illud, c. licet eod. tit.* qui consensus non est necesse, ut interveniat in ipso actu, quia sufficit si posteà subsequatur, *c. cum Pastorales, de jurepatr.* quod idem dicimus si juspatronatus donetur Compatrono, *c. ex insinuatione de jurepatr. c. quærimoniam de jurepatr.* tamen juspatronatus Regium si cum

9 Castro donetur valet, sine assensu Episcopi, *c. ex litteris, c. cum sæculum de jurepatr.* sed si donetur seorsim à Castro, tunc debet accedere consensus Episcopi illius loci, ubi est beneficium, & sic fuisse decisum dicit Gabed. *c.4. in fine*: Verùm si à D. nostro Rege donetur Monasterio, vel Ecclesiæ, aut alteri pro loco juspatronatus, non requiritur consensus Episcopi, *c. licet, c. illud de jurepatr. c. unico de jurepatr. in 6.* & hoc casu illud juspatronatus mutatur de sæculari, & fit Ecclesiasticum *d. c. unico de jurepatr. in 6.* sed si donetur non Ecclesiæ, sed Episcopo, qui sit Episcopus, & Comes, ut Archiepiscopus Regitanus, qui est etiam Comes Bonæ, tunc si detur uti Comiti, erit laicale post alios Gabed. *c.50. numer.4.*

10 Suppono tertiò, quòd quasi possessio juris præsentandi probatur per unicam præsentationem sortito tamen effectu, Glossa *in c. cum Ecclesia, de causa poss. & propr.* Covar. *pract. c.14. c. querelam*, ubi notatur de electione; verùm, ut acquiratur quasi possessio jurispatronatus, sufficit si possideat Castrum, vel locum, ubi est juspatronatus,

11 & in hoc advertant Præsides Provinciarum, ut in patronatibus Regiæ Coronæ, mortuo ultimo Rectore, statim possessionem accipiant nomine Regio; quamvis enim per hanc capturam possessionis, juris præsentandi possessio non acquiratur, nihilominus conservatur jus Regiæ Coronæ, & sic mortuis possessoribus tenentur statim possessionem accipere nomine Regis, quousque ultimus possessoris successor doceat de jure suo, Gabedus *c.6. in fin.* circa verò tituli probationes, si fiant per instrumenta, nulla est melior probatio, *l. Publica, §. ult. ff. depositi*, Masc. *concl.958.* Lambert. *q.10. art.50. princ. 2.p. l.2.* & si sit antiquum, creditur libris antiquis, Velaschus *de jure emphyt. q.9. numer. 26.* ubi refert decisum: probatur etiam ex plu-

12 ribus instrumentis antiquis, & probatur ex præsumptiva probatione, quæ resultat ex possessione antiquissima, & præsentatio facta à tali possessore præfertur factæ à Proprietario, Imola, & Abb. *in c. consultat. de jurepatr.* quia præsentatio sequitur possessorem non proprietarium, *c. consultationibus, de jurepatr.* Roccus de Curte *in verbo Competens, qu. 14.* Bertrand. *cons. 373. l.2.* etiamsi de possessione non constet, nisi per unicam præsentationem, & videri debet in præsenti, Tridentin. *sess.25. de reformat. matrimon. capit.9.* Riccius *in praxi probandi jus patronatus, per totum*, Mascard. *conclus.958.* Gabed. *de patronatu Rig. Coronæ, c.34.*

13 Suppono quartò, plures habere prærogativas juspatronatus Regium; etenim patrono invito solet Papa derogare medietati, &c. *c. cum dilectus, de jurepatr. d. c. decernimus*, quod tamen non procedit in jurepatronatus spectante ad Regem, Ducem, &c. quia si Papa derogaret, & specificam mentionem faceret de jurepatronatus laicorum, non comprehendi tale jus ad Principem spectans, nisi de eo Papa faciat mentionem specialem, Gabedus *cap. 35.* & illi qui impetrare, ausi fuerint à Papa Regia benefi-

14 cia, puniuntur extraordinaria pœna, de qua Bossius *de Principe, numer.218.* Salzedus *ad practicam Diez, c.54. numer. 17.* Gabedus *c. 36.* & sufficit fuisse certioratum de hoc Proregem à viris fide dignis, nec poterit Rector Ecclesiæ renuntiare juri patronat. Regio, sine consensu D. Regis, nec poterit uniri alteri Ecclesiæ, sine consensu Regis sui Patroni, nec poterit Episcopus Ecclesiam patronatam convertere in præbendam, ut deserviat in necessitatibus alteri Ecclesiæ: etenim tales renuntiationes solent esse 15
præjudiciales Regiæ Coronæ, quia solent fieri, inscio Rege in manibus Papæ, seu Episcopi, & ferè semper ignoratur de tali renuntiatione per officiales Regios: unde sic perduntur beneficia Regiæ Coronæ, unde Provinciarum Præsides debent super hoc advertere, ut benè Gabed. *c.10.* sic Ecclesia patronata non potest permutari sine consensu Patroni Glossa *in Clem. unica, de rerum permutatione*, & si contradicerent sine causa valeret permutatio, ita Lambert. *de jurepatr. p.1. l.2. art.6. q.6. princ.* & permutatio facta in Curia Romana non facta mentione jurispatronatus laicorum nulla est; at in patronatibus Regiis nulla est permutatio, nullaque renuntiatio sine assensu Regio, ut benè Gabedus *c.11. per totum*, nec poterit permutari Eccle- 16
sia Regia sine Regis consensu, ex argumento Gl. *in Clem. unica, de rerum permutatione*, sic permutatio facta in Curia Romana nulla facta patronorum mentione, est invalida utpotè subreptitia, Lappus *alleg.96.* Rebuffus *in praxi signaturæ, 2. p. in verb. Jurispatronatus, q.3. numer.21.* In patronatibus Regiæ Coronæ nunquam Papa permutationem admittit sine Regis consensu, latè Covar. *pract. c.36.* & Gabedus *de patronat. Regiæ Coronæ, cap.11. per tot.* qui *c.12.* quærit an possit fieri separatio redditnum in Ecclesia jurispatronatus, & præstimonia erigi sine Regis consensu, 17
& dicit, quod non; & licet non possit inter privatos fieri promissio de præsentando in beneficio vacaturo, per Textum *in c. ultim. de concess. præb.* tamen potest, & solet Rex promittere præsentare aliquem in Ecclesia sui jurispatronatus in genere, ut benè Gabedus *c.13.* & Textus *in d. c. fin. de concess. præb.* procedit de jure communi, non de consuetudine, quæ consuetudo valida est ex præsumpta concessione S. Pontificis, facta Regibus Hispaniarum, & ab eisdem tolerata, DD. *ubi supr.* His positis sit

Prima conclusio, quando beneficium Regium, de quo 18
suprà fuisset plenum, id est vivus esset, cui ab Episcopo collatum esset, vel quando esset ab Episcopo alicui collatum, qui non adhuc cepisset possessionem, & comparet fiscus Regius dicens esse de jure patronatus Regio, atque esse audiendum, tunc fit collatio ab Episcopo, & terminus in petitorio datur Regio fisco ad probandum incumbentia, non impedita immissione in possessorio proviso ab Episcopo: hæc conclusio fuit ita canonizata per Regiam Cameram, & Collaterale Consilium Neapoli: nam cum fuisset collata Abbatia Castri Fontana Cardinali Sarraceno à Sede Apostolica ex Bullis expeditis, agebatur de exequatur in Collaterali Consilio, se opposuit fiscus Regius dicendo, quòd non debebat dari Regium exequatur, ex eo quod pertinebat Abbatia ad jus patronatus Catholici nostri Regis, at pro Cardinale Sarraceno replicabat Nuntius Apostolicus, Sedem Apostolicam reperiri in quasi possessione conferendi dictam Abbatiam per annum ferè 70. fuit decisum per Collaterale Consilium non posse litteras Apostolicas impediri, sed terminus datus fuit fisci prætensionibus, tum quia ultima collatio semper est attendenda, *c. consultationibus, de jurepatr.* etiamsi opponeretur exceptio dominii, *c. querelam, de elect. in 6. c. cum olim, de causa poss. & propriet. c. cum de Benefic. de præb. in 6.* & præsertim, quia concurrebat provisus à Sede Apostolica, quæ habet juris præsumptionem pro collatione omnium beneficiorum, *c.20. de præb. in 6.* qua de re Regens Reverterius *decis.485.* & sufficere unicam collationem, vel præsentatio- 19
nem, aut institutionem, ut dicitur in juribus citatis, sic unicam census solutionem sufficere pro exercitio, actoris contra debitorem census, ait Regens de Marinis in addit. ad Revert. *dec.485.* unde in fine, ait Reverterius, quòd ubi reperitur facta præsentatio ab eo, qui est in possessione, vel quasi præsentandi, debet sequi collatio, non obstante oppositione, quæ fit ab illa, qui allegat se esse verum Patronum, quod secus quando esset plenum beneficium.

Sed hæc decisio Reverterii 485. falsa est, & fisco præju- 20
dicialis, non enim Domini illius temporis licèt doctissimi notitiam habuerunt ejus quod nunc dicemus, ideò sic contra fiscum decisum fuit, quod enim dico est, quod institutus ab eo qui est in quasi possessione præsentandi, præferri debet pro illa vice, etiam si juspatronatus à verò Patrono prætendatur *d. c. Consultationibus*, super quo fundata fuit decisio Reverterii, de qua suprà, sed tamen hoc igno-

ignorant ſcilicet Textum prædictum non habere locum in
patronatibus Regiæ Coronæ. Ratio eſt, quia Textus in
21 *d. c. conſultationibus* requirit, quod detur quaſi poſſeſſio
ex parte præſentantis, ut ait Gloſſa ibi *in verbo credebatur*,
22 at cum in patronatibus Regiis non datur poſſeſſio abſque
titulo, non poteſt lex facere, ut fecit in Regaliis, ut non
detur poſſeſſio abſque titulo, quod poſt Lazartem *de deci-
cima venditionis*, *c.29. numer.*50. Velaſchum *de emphyteu-
ſi*, *q.*8. *numer.*26. dicit Gabedus *de patronatib. Reg. Coronæ
c.7. per totum*, ergo ſi poſſeſſio patronatus Regiæ Coronæ
non detur ſine titulo, conſequenter fit, quod Textus *in d.
c. conſultationibus*, non habet locum in patronatibus Re-
giis, & ſic ſi concurrat præſentatus ab exiſtente in quaſi
poſſeſſione præſentandi, & concurrat Fiſcus cum titulo
hic non ille præfertur: addo, quòd Textus loquitur quan-
23 do lis eſſet inter plures patronos præſentare volentes, non
inter patronum cum Epiſcopo volente conferre, ut libe-
rum, & tandem non procedit quando ex parte præſentan-
tis bona fides non adeſt, neque procedit quando Fiſcus Re-
gius procedit ad reintegrationem, & agit propter ſpolium,
ut latè Gabed. *c.8. per tot.*
24 Hinc fit, quod licet patronus laicus habeat quadrime-
meſtre tempus ad præſentandum, & Eccleſiaſticus Seme-
ſtre *c.1. §.1. de jurepatr. in 6. c.2. c. eam te*, *c. ſi verò*, *c.cum
propter de jurepatr.* quòd ſi non faciant devolvitur ad Epi-
ſcopum jus conferendi, & devolvitur cum eadem natura,
putà ſi patronus deberet præſentare Sacerdotem, etiam
25 talem deberet providere Epiſcopus jure devolutionis, ſic ſi
patronatus debuiſſet præſentare Clericum familiarem, &
de ſua familia Epiſcopus etiam deberet conferre illi Cleri-
co, qui eſt de familia, Rebuffus *de nominationib. quæſt.* 8.
*numer.*16. *& ſeqq.* Selva *de benef.* 2. *p. q.*49. Azevedus *l.* 21.
*tit.*3. *l.*1. *& l.*5. *tit.*6. *eodem l.*1. *novæ recompilationis*, illud
tamen tempus non currit Regi, & ejus Miniſtris in pa-
tronatibus Regiis ob varias occupationes, quas habent,
Gabedus *capit.*28. qui refert ſic fuiſſe deciſum per Eccleſia-
ſticos.
26 Hinc etiam fit, quòd in Regno Corona eſt, quæ poſſi-
det, & quæ nunquam moritur, licèt Rex moriatur, Mo-
lina *de primog. lib.*4. *c.*11. *numer.*47. & ideò de ſpolio facto
contra Regem, & Coronam poteſt agere Fiſci Procurator
Coronæ ejuſdem nomine etiam mortuo Rege, in cujus
vita ſpolium factum eſt, idem dicimus in Prælato nomine
ſuæ Eccleſiæ, & omni tempore cum nullum eis currat,
27 Velaſchus *conſult.*40. Gabedus *cap.* 9. *per totum*, & licèt ſe-
queſtrum fieri non poſſit in principio litis *c.1. & tot. tit. de
ſequ. poſſ. & fructuum*, *Clem.*1. *eodem tit. l.*1. *de prohib. ſequ.
pecuniæ*, *l. ſi fidejuſſor*, *§. ultim. ff. qui ſatiſdare cogantur*,
tamen poteſt fieri ſequeſtratio fructuum beneficii Regii,
pendente lite ſuper ſpolio, & bis fuiſſe deciſum refert Ga-
bed. *de patron. Reg. Coronæ*, *c.*51. ſic lite pendente ſuper ta-
libus beneficiis inter Epiſcopum, & Regem præſentantem
fit ſequeſtrum fructuum.
28 Secunda concluſio, quando beneficium eſt vacans, &
prætenditur conferri ab Epiſcopo, & provideri à Rege, ut
ad ſe pertinens, tunc attenditur præſentatio Regis, & non
Epiſcopi collatio, & hic eſt caſus D. Nicolai Toppii, de
quo ſuprà.
29 Probatur collatio, vel præſentatio pertinet ad Regem,
ex notatis per Stephanum de Aufreriis *de pot. ſæculari reg.*
2. *numer.* 25. & ad alios ſpectare non poteſt, Montanus
de Regalibus, *q.*4. *numer.*15. *fol.*17. Acacius Ripolla *in eod.
tract. c.*1. *numer.* 6. *v. Meſſanæ*, *c. Sacroſanctæ de elect.* Jo.
Andreas *in c.*20. *numer.*7. *de præb. in* 6. Speculat. *in tit. de
præb. §. reſtat*, *numer.*7. Pariſius *conſ.*66. *numer.*128. *vol.* 3,
qui ait, quòd licèt ex cauſa longiſſimi temporis præſuma-
30 tur bona fides, tamen præſumptio ceſſat, & veritati ce-
dit, quoties apparet de titulo injuſto, quia ex eo num-
quam præſumitur bona fides, ſed mala, & allegat Butreum
in c. pervenit, *pag.*10. *verſ. circa tempus de cenſib.* & limi-
tat Homnedeus *conſ.*82. *numer.*41. *uſq. ad* 44. *l.*1. Menoch.
*remed.*3. *retinendæ*, *numer.*639. & poſt alios Gratian. *cap.*
441. qui ait cavendum eſſe allegari præſcriptionem, ne ex
poſſeſſione tempore immemorabili, adducat aliquem titu-
lum, quia ſi appareret eſſe putativum, vel invalidum, de-
tegeretur mala fides, & præſcriptio erit invalida, nec ul-
lo modo prodeſſet, quod ſentit etiam Gab. *lib.* 5. *concluſ.*1.
*numer.*47. *&* 53. Verall. *deciſ.* 304. *p.*3. de Georg. *in repetit.
feud. c.*27. *numer.*12.
31 Probatur ſecundò, quia in præſcriptione immemorabi-
li requiritur bona fides, Gloſſa *in c.*1. *in verbo*, (*niſi*) &
ibi Franchus *in* 2. *notab. de præſcript. in* 6. Baldus *conſ.* 370.
*vol.*3. Abb. *in c. fin. in fine de conſtit.* Aretinus *in §. fuerat*,
*numer.*6. *inſtit. de uſucap.* Soccinus *conſil.*17. *vol.* 3. Gazius
*conſ.*16. *numer.*52. Guido Papa *conſ.*91. *numer.*50. Anchar.
*conſil.*92. Ripa *in c. cum Eccleſia Sutrina*, *numer.*99. *de cauſ.
poſſ. & propriet.* Abb. *in c. fin. numer.*17. *de præſcript.* Pariſ.
*conſil.*27. *numer.*112. *cum ſeq. & conſil.* 101. *numer.* 111. *&
conſil.*112. *numer.*34. *& conſil.*104. *numer.* 123. *vol.* 1. Crav.
*conſil.*146. *numer.*20. Bald. *de præſcript. in* 6. *q.*2. *p.*3. partis
principalis, Roccus de Curte *de jurepatr. in verſ. ipſa* 36.
qu. in verbo comprobatur etiam. Joannes Lupus *in c. per ve-
ſtras*, *de donat. inter virum*, *quia de jure Canon. in omni
præſcript.* etiam centenaria, aut immemorabili ſecundùm
magis communem opinionem, bona fides deſideratur *c.* 32
fin. de præſcript. in 6. Felinus *in c. cum nobis de præſcrip.* Are-
tinus *in §. furtivæ*, *col.*1. *de uſucap.* Berous *conſ.*104. *numer.*
14. *vol.*1. ubi ait, quod mala fides etiam nocet in præſcri-
ptione longiſſimi temporis, & immemorabilis præſcriptio-
nis, quòd latè tradit Cravetta *de antiquit. temp. §. materia*,
*numer.*19. Covarr. *in Reg. poſſeſſ.* 2. *par.* §.8. *numer.*59. Ma-
ſcardus *de prob. concl.*1213. *numer.*46. Fachineus *l.*8. *contr.
c.*26. *&* 33. de Georg. *in repet. feudali*, *c.*27. *numer.* 22. Pa-
riſ. *conſil.*114. *numer.* 10. *l.* 1. Molina *de primogenit. lib.*2.
*cap.*6. *numer.*67. Gilken *de præſcript.* 2. *p. membro* 2. *cap.* 1.
*numer.*6.
Et licet plures exiſtiment non requiri ſcientiam in acqui- 33
ſitione incorporalium, ſi ſumus in poſſeſſione centenaria,
vel ejus temporis, cujus non extat memoria, ut dixerunt
Joan. Oroſcius, & Azevedus relati à D. Merlino *to.*1. *c.*13.
numer. 25. & Joan. Guttierez *l.*3. *pract. q.* 14. *numer.* 71. ta-
men hæc ſententia ſolet dupliciter limitari, & notabiliter
primò, quando in immemorabili poſſeſſione tractaretur
de incorporalibus acquirendis, quorum uſui, & exerci-
tio jus reſiſtit, ut ſunt Regaliæ: tunc enim ſententia requi-
ritur, etiam immemorabili poſſeſſione concurrente, ita
Covar. *in c. Alma Mater*, *de ſent. excomm. p.* 2. Barboſa
in l. competit, *C. de præſcript.*30. *vel* 40. *annorum*, *numer.*
134. *& ſeq.* qui tamen ex alia ratione movetur, ſcilicet, 34
quia jure reſiſtente requiritur omninò titulus, ut punctua-
liter dixit Oſaſchus *dec.* 101. *numer.*21. Lambertinus *de ju-
repatron. art.*12. *qu. princ.* 1. *p.*3. *l.*2. *numer.* 7. Marta *de ju-
riſdict. p.*2. *c.*40 *numer.* 18. ubi *numer.*19. 20. *&* 21. proban-
do concludit, eos qui hoc jus conferendi uſurpaverunt,
Eccleſiam jure ſuo ſpoliaſſe, ideòque poſſeſſionem non eſ-
ſe interruptam, ex Puteo *dec.*170. *numer.* 3. *p.* 1. Secundò 35
quia quando agitur de præſcribendo mero, & mixto Im-
perio; tunc in immemorabili poſſeſſione, ſcientia, pa-
tientia, & tolerantia eſſent neceſſaria, ita Bart. *in l.*1. *§. de-
nique*, *ff. de aqua pluv. arcenda*, Soccinus Jun. *in c.*1. *de
fide inſtrum. & in Clem. ſtatutum de elect.* & melius *in c. cum
contingat*, *numer.*13. *de foro comp.* ubi agens, an merum,
& mixtum Imperium poſſit conſuetudine, & præſcriptio-
ne acquiri, dicit cum Hoſtienſe, Aretino, & aliis, ac-
quiri poſſe, dummodò interveniat ſcientia, & patientia
ſuperioris, ſequitur Petrus Barboſa *in d. l. competit*, *numer.* 36
28. *C. de præſcript.* & quod non concurrente ſcientia, &
patientia Principis, jura Regalia, & feudalia, non præſcri-
buntur etiamſi tempus effluxerit, cujus non extat contra-
ria memoria, Baldus *conſil.*401. *n.*1. Oltradus *conſ.* 54. *col.*
3. Abb. *in c. cum nobis*, *de præſcript.* Boer. *dec.*264. Carol.
de Graſſ. *l.*6. *de Regalibus Franciæ*, *l.*2. *dec.*5. Genedus *in
collect.*18. *n.*3. *p.*3. Maſtrillus *lib.*1. *de Magiſtr. c.*19. & poſt
alios Caſtillus *de tertiis debitis*, *c.*21. *n.*2. qui diſtinguit ſex
gradus Regaliarum, & Regaliæ Superiores, & ſupremæ
potentiores præſcribi non poſſe, reſervata verò ratione di-
gnitatis præſcribi ſolummodo in immemorabili, ut latè re-
ſolvit.
Ideò dicebat Ludovicus Caſanate *conſ.*47. *nu.*2. quod re- 37
ſpectu juriſdictionis, Princeps fundatam habet ſuam in-
tentionem in toto Regno, quod idem dicit Maſtrillus *de
Magiſtratib. l.*3. *c.*2. *n.*4. imò quemadmodum Rex habet
juris aſſiſtentiam, & præſumptionem juris contrariam,
Innoc. Joannes Andreas, & aliis *in cap. nimis*, *de jurejur.*
Oltradus *conſ.*176. *n.*8. quare ſi quis in aliquo Regni loco
prætendat juriſdictionem, illam probare debet, & titulum
exhibere cogitur: nam alias ex ſola præſumptione juris,
quæ Regem comitatur excludendus eſt, ad Textum *in Au-
th. de defenſorib. Civitatum*, *& in l. deprecatio*, *ff. ad leg.
Rhodiam de jactu*, *c.*1. *de præſcript. in* 6. *& c. in perſonæ de*
pri-

privilegiis, *in* 6. & latè Mastrillus *ubi sup.* D. Merlin. *tom.* 1. *c.* 13. *numer.* 17. ubi ait possessorem si titulum non ostenderit post fiscalem monitionem posse jurisdictione spoliari,
38 Cancer. *l.* 3. *var. c.* 14. *numer.* 43. Qui dicit, quòd si Rex inveniat aliquem possidere jurisdictionem in Regno suo, poterit de facto eum expellere, & non diceretur expoliare, nisi privilegium ostenderet, unde dicunt DD. quod inhibito possessore, ne amplius utatur jurisdictione, interdictum restitutorium non conceditur, nisi constet, quod sit concessa, *c. ad decimas de dolo, & contumacia*: nam sola facti quasi possessio non prodest, nisi titulum habeat, ut benè Peregr. *cons.* 2. *numer.* 10. 12. *&* 15. Peregr. *de fideic. art.* 52. *numer.* 141. Cyr. *controv.* 178. *numer.* 136. Cavalcanus *dec.* 27. *numer.* 33. *l.* 1. Rovit. *cons.* 58. *numer.* 10. *volum.* 1. Didacus Antonius Frances *de intrusione*, *qu.* 28. *numer.* 14. *fol.* 82.

39 Idemque, quod supra diximus procedit in actis in corporalibus, ut est hic actus juris præsentandi, de quo agitur nunquam amitti poterit, nisi sciente, & consentiente Rege, cum talis actus juris præsentandi, de cujus damno principaliter agitur, *leg.* 2. *Codic. de servitut. & aqua*, ubi Glossa prædicta, & alii *in d. verbo Sciente*, Anton. Merenda *l.* 24. *controv. c.* 35. *numer.* 48. Covar. 2. *p. in princ. numer.* 8. & in puncto notat Gonzalez *in Regula octava*, *Cancellariæ*, *glos.* 45. §. 2. *numer.* 32. ubi ait, quod hoc jus præsentationis, ut transeat cum Universitate bonorum requiritur, ut vitium violentiæ passæ, aut injustitiæ non obtinerent ex Innocentii doctrina *in c. in litteris*, *de rest.*
40 *spoliator. numer.* 50. cujus verba sunt, nota quod si possessor alicujus dignitatis, sive administrationis agat nomine suæ administrationis, sive petitioni, sive possessorio semper potest excipi contra eum, licèt sit in possessione, tamen non est canonicè institutus, & hoc totum reportat Auctor responsi pro D. N. Rege directi Alexandro Secundo S. P. pro Episcopis denegandis Portugalliæ, & dixerat Acacius de Ripolla *de Regaliis*, *capit.* 32. *pagina* 197. *numer.* 39.

41 Hoc autem, quod admirationem præstiterat quibusdam, scilicet quomodo sit collatum beneficium filio Nicolai Toppii, post tantum temporis spatium, per quod Episcopus Civitatis Pannæ illud consuluisset admiratione dignum non est, si consideremus casus alios sequutos, & ita practicatos, in primis cum Josue Casellio Terræ Laureti Aprutii ultra, & parum distante à Terra Moscosi, cui collatum fuit Regium beneficium similiter occupatum à Comite Laureti, ipsumque beneficium mediantibus scripturis, ex Archivio Regiæ Siclæ desumptis Regiæ jurisdictionis fuit reintegratum, ipsique concessum, ut ex relatione Regii Cappellani majoris, sub die 24. Novembris 1608. de qua re, Bartholomæus Chioccarellus, & Petrus Vincenti *in manuscriptis*, *de beneficiis Regiis*, *fol.* 229. & ita etiam practicatum cum Joanne Carolo de Bellis Clerico Neapolitano, obtinente tria beneficia Regia similiter
42 occupata, & per ipsum in lucem posita, scilicet S. Dionysii, S. Renati, & S. Maximi, intus Palatium Marchionis Montis Sarchii Rebellis sub die 10. Decembris 1588. ut refert idem Chioccarellus *de Beneficiis Regiis*, *fol.* 240. Item cum Modestino Vaschio Terre sancti Periti Diœcesis Avellini, in Canonicatum sanctæ Mariæ Majoris Terræ Candidæ Regium, & occupatum, ut de anno 1617. 14. Octobris, ut apud eundem Chioccarellum *folio* 249. & in compluribus aliis videre est apud acta Cappellani majoris.

43 Ratio verò hujus conclusionis est, quia legum labores, ut fisci commodo inservirent, bonorum ad fiscum spectantium inventionem, non uno, sed pluribus modis quæsierunt, quandoque enim per Inquisitorem, de qua Bartol. & Angelus *in l. si vacantia*, *Cod. de bonis vacantibus*, *lib.* 10. quandoque mediantibus torturis, de quibus Bald. *in l.* 1. *Cod. de hæred. & act. vendita*, & Salycet. *in l. fin. colum. finali*, *Cod. de privilegiis fisci*, & ut talis inventio fiat, allicere solet homines ad præmia, & introduxerunt officium delatoris, & interdum medietatem, interdum tertium promitti solet uxori dimidium, extraneis tertium, & tale præmium dictis delatoribus dederunt, ut *in leg. edicto*, §. *extat*, & ibi Glossa *in verbo*, *deferre*, *ff. de jure fisci*, *& leg. Papinianus*, §. *meminisse*, *ff. de inoffic. testament.* & tradit Bossius *de Fisci privilegiis à numer.* 11. *cum seqq.* Peregrinus *de jure Fisci*, *lib. secundo*, *titul. primo*, *numer.* 16. Menochius *de arbitrariis casu* 198. *numer.* 39. *cum seqq.* qui dicit, *numer.* 31. Legislatores in constitutione certi præmii delatoribus præstandis, numquam personæ ipsius delatoris rationem habuisse, sed utilitatis, ac commodi ad Fiscum pervenientes, ut *in leg. unica*, *Codic. de his*, *qui se deferunt*, Peregrin. *ubi supra*, *numer.* 17.

Præmio igitur dignus est D. Toppius, cum id, quod anteà latebat ejus opera detectum fuit, & alia majora, ut utilitatem Fisco fecerit, & in beneficiis præsertim in hoc Regno occupatis, bellis, & Calamitatibus ejusdem Regni, ut post Glossam fundat Lucas Peña *in rubr. de delatoribus*, *l.* 10. est autem delatio, quædam declaratio, per quam bona ad Fiscum spectantia declarantur, seu demonstrantur, ut ait Cuman. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. de jure fisci*, & bona Fisco denuntians deferre dicitur, *l. intra*, *ff. de diversis præscript.* Lucas de Peña *in rubr. de delatorib. col.* 2. *versic. nam deferre dicitur*.

Ex quibus infertur primo, posse in juribus patronatibus privatorum reservari pensionem, sine consensu patroni, ut latè Gigans *de pensionibus*, *quæst.* 23. Tondutus *de pensionibus* .... Idque ex eo quia ex tali reservatione pensionis nullum infertur præjudicium patrono, cujus interesse versatur circa jus præsentandi, cui nullum infertur præjudicium per reservationem pensionis, & si esset nimis onerosa Ecclesiæ posset patronus comparendo petere moderationem, ex notatis à DD. *in cap. unic. ut Eccles.* Beneficia sine diminutione conferantur, semper tamen fieri debet mentio, quòd Ecclesia sit de jure patronatus, sed in beneficiis Regiis non potest pensio reservari sine consensu Regis, & sic servari apud Hispanos refert Covar. *pract. c.* 36. *numer.* 10. & in Lusitania, & Gallia refert Gabed. *c.* 13. *per totum*. 44

Infertur secundò, posse D. Regem, uti Generalem Magistrum Militum S. Jacobi Alcantaræ, &c. promittere alicui benemerito Commendam vacaturam ex Gabedo *capit.* 15. & quia solet promittendo dicere valoris mille, v. g. plus, minusve, intrat quæstio, an satisfaciat dando minus, vel dare si minus valet teneatur, & sanè oportet scire, quod illa clausula (*plus*, *minusve*,) adjecta donationi, vel alteri dispositioni, (*exceptis dictis testium*,) operatur effectum, ut intelligatur de quarta parte plus illius valoris, seu quantitatis, quæ declarata fuit, *l. si quis in suo*, *in principio*, & ibi Bart. *Cod. de inoffic. testam.* propterea id relinquunt arbitrio judicis, Menoch. *de arbitrariis casu* 47. *lib.* 2. & ad quæstionem respondeo, quod non tenetur reficere, quod minus valet, quia valor certus in Commendis difficile dari potest; ergo quando promittitur certa quantitas cum illa clausula plus, minusve, &c. ad nihilum tenetur promittens, ut benè Gabed. *ubi sup. c.* 17. quod si Rex promiserit beneficium sui juris patronatus in genere alicui, poterit cum Ecclesia vacaverit ad illam alium præsentare, relicto eo, cui promissio facta fuit, & idem in commenda, & officiis, quia licet Rex promiserit expectativam illam, semper illi remanet potestas dandi cui voluerit, nec manus sibi ligat, *c. dudum de præb. in* 6. Glossa *in capit. quamvis eodem titulo*, at si expectativa fuerit concessa de Commenda certa in specie, seu officio certo, tunc omninò adimpleri debet, quia quæsitum est jus parti, cui Rex non intendit præjudicare, nec potest de jure ordinario, *leg.* 2. §. *Merito*, *ff. ne quid in loco publico*, *leg. impuberi*, *ff. de admin. tutorum*, *leg.* 1. *ff. de pactis*, *cap.* 1. *eod. titulo*, Gabedus *cap.* 17. *de patronatib. Reg. Coronæ*. 45 46 47

Infertur tertiò, quod ita discurrimus in officiis, sicuti in beneficiis, quia habentur officia ad instar beneficiorum, Loffredus *cons.* 21. *numer.* 7. ubi in materia beneficiorum jura loquentia de officiis allegantur, & sic cum in beneficiis Ecclesiasticis ille præferatur, qui est prior in data, licet posterior in data prius litteras suæ gratiæ præsentaverit, ut sunt jura *in c. si til*; *absenti*, *& in c. si à Sede Apostolica de præb. in* 6. & facit Textus *in c. si duobus*, *& c. tibi de Rescriptis in* 6. quod si unus sit prior in data, & obtineat à Prorege beneficium, & alius qui posterior in data prior erat in possessione, & à D. N. Rege collatio erat facta, ad quem spectabat, quia erat ultra summam ducatorum centum; propterea collatio facta à Prorege fuit judicata nullius momenti; quia licet potestas Proregis sit magna, cum in privilegiis eorundem dicatur, ut possint omnia, & quæcumque officia providere, tam magna, quàm parva, & tam ad tempus, quàm ad vitam, tamen in institutionibus 48 49 50

bus quæ secreto ei dantur, & separatim, potestas illa tam ampla in privilegiis expressa, in multis restringitur, & limitatur signanter in officiis: nam videmus multa, non provideri à Proregibus, & inter alia, quæ habent excessum annuorum ducatorum centum, & sic non attenditur privilegium, quod legitur amplissimum, & quo honore, & dignitate Proregum, sed instructiones quas Rex præcisè servari mandat, ut benè Reg. Revert. *dec.* 107. Itaque
51 in beneficiis, & officiis attenditur, qui prior est in data, licet alius posterior in data sit prior in possessione, idque per Textum *in c. si tibi absenti, & in c. si à Sede Apostolica de præb. in 6. & c. si duobus, & d. c. si tibi de rescript. in 6. & in l. quoties, C. de rei vendic.* quare qui prius impetravit præfertur in officio, ut pluries decisum refert Reg. Salernitan. *dec.* 11. qui ampliat in quacumque Principis largitione, quæ de re aliqua fit à Principe, privilegio mediante suo subdito benemeritis, Grammaticus *dec.* 59. *nu.* 20. Cov. *l.* 2. *c.* 19. *numer.* 20. Misinger. *centur.* 3. *observ.* 61. Gabed. *dec.* 30. *numer.* 9. *l.* 2. & alii per Barbosam *in l. quoties numer.* 17. *C. de reivend.* jure tamen civili ex *d. l. quoties*, præfertur ille cui res fuit primò loco tradita, licet alius sit prior in contractu, idque etiam in contractu locationis, licèt alii putent contrarium, de qua re Regens de Marinis *l.* 2. *cap.* 240. & Barbosa *in d. l. quoties*, qui plures allegat limitationes.

52 Infertur quartò, quod si beneficium resignetur ad favorem Titii, v. g. si non sequatur effectus remanet vacans, licèt non sit collatum in personam illius, cui resignans conferri volebat, ita dicit Revert. *dec.* 94. *numer.* 20. sed talis conclusio non est vera in puncto juris, non ut probat de Marinis *l.* 1. *c.* 103. & *c.* 308. Resignans beneficium ad favorem alicujus, numquam censetur illo privatus, nisi perfectè resignatario acquiratur, verùm si declaretur nulla resignatio ex capite publicationis Bullarum, non facta servata forma Bullæ Pii V. & Gregorii XIII. non potest resignans beneficium resignatum repetere, quia omne jus ab eo cecidit, Regens de Marinis ad Reverterium *dec.* 94. *per tot.*

53 Infertur quintò, in dotatione jurispatronatus esse necessarium consensum Episcopi Diœcesani, nisi esset donatum aliquod universale, putà Castrum, hæreditas, &c. sub quibus juspatronatus comprehenderetur, quo casu nullus requireretur Ordinarii consensus, & quod talis consensus non solùm satis est, ut intercedat expressus, sed etiam tacitus, & quod temporis diuturnitate; scilicet annorum 30. præsumitur, Seraphinus *dec.* 884. Mantica *decis.* 86. Ludovisius *dec.* 420. Riccius *in praxi, parte tertia, resolut.* 289. & *decis.* 296. & *in praxi probandi jus patronatus, resolut.* 106. & sequitur Vivianus *de jure patronatus, part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. & *cap.* 4. Regens de Marinis *lib. primo, cap.* 223.

54 Infertur sextò, in confiscatione bonorum non venire juspatronatus DD. cum Regente Reverterio *decision.* 123. Riccius *in praxi probandi jus patronatus, resolut.* 196. Novarius *lib.* 1. *quæst. for. q.* 146. *numer.* 4. itaque publicatis bonis propter delictum, non censetur publicatum jus patronatus, post alios Regens de Marinis *in observ.* ad Revert. *dict. dec.* 123. *numer.* 20. addunt tamen quod licèt jus patronatus, non transeat cum confiscatione facta à Judice laico, tamen potest Judex Ecclesiasticus declarare delictum patroni, & confiscare bona fisco Ecclesiæ, & erit effectus confiscationis, ut jus patronatus extinguatur, & Ecclesia remaneat libera sub Episcopi Ordinarii potestate, quod sanè verum est, si jus patronatus sit hæreditarium, secus si Gentilitium Regens de Marinis ad Reverterium *d. dec.* 123.

55 Infertur ultimò, quod non potest a Judice laico cognosci, an jus patronatus sit feudo annexum, & ad primogenitum, seu fundatarium pertineat præsentatio, an verò non sit feudale, seu feudo annexum; talis enim causa cognosci non potest à Domino feudi, sive à Judice laico, sed ab Ecclesiastico, ex *cap. quanto de Iudiciis*, ubi causa jurispatronatus à Judice laico cognosci non potest, quod refert, & sequitur Barbosa *in collect. ad Textum, in d. c. quanto*, Regens de Marinis ad Reverterium *dec.* 346. qui cum Viviano *p.* 2. *l.* 11. *cap.* 10. *de jure patronatus*, dictam conclusionem limitat primò, quando ageretur de privando Patronum dicto jure patronatus, & jure præsentandi & citat Textum *in capit. significavit de testibus*. Secundò, quando Judex laicus cognosceret accessoriè cum universitate bonorum, quia tunc Judex laicus est competens, dummodo neque sententia, neque in libello fiat mentio de jure patronatus, unde feudo publicato, ob culpam feudatarii jus patronatus cum ipsa universitate censetur publicatum, alius est casus quando quis promisit amico suo donare jus præsentandi: nam huic spectabit actio personalis, cum qua potest promissorem cogere, & condemnari facere ad dictam promissionem, & sic ad dandum, &c. ultimus casus est, quia licet, ut in principio dicebamus causa jurispatronatus, nec etiam in laicos compromitti possit, tamen si compromittatur in laicos, posset per illos fieri transactio, ut benè Felinus, & alii apud de Marinis *ubi sup.*

Quare, &c. scripsi die 21. Martii 1668.

DISCEPTATIO CXCIV.

SUMMARIUM.

1 *Annus luctus mulieri præceptus, jure Civili, continuus est.*
2 *Annus luctus maritis non præfixus fuit à lege.*
3 *Annus luctus cur præceptus, non viro, assignatur disparitas.*
4 *Lugendi modus antiquitus qualis fuerit.*
5 *Lugendi modus qualis maritis permittatur.*
6 *Anni luctus cur introductus, & mulieribus præceptus.*
7 *Mulier quo temporis spatio, in utero, generare possit.*
8 *Incertitudo prolis, maximoperè prohibita.*
9 *Partus primo, an secundo viro, tribuatur, in casu dubio.*
10 *Nuptiæ infra annum, quando suspectæ.*
11 *Nuptiæ secundæ non benedicuntur, & quare?*
12 *Pœnæ secundo nubendum, à quibus explicentur.*
13 *Mulier nubens infra annum luctus non habet antefatum ex Napodano.*
14 *Matrimonium immaturum dupliciter dicitur, & quando non debeatur antefatum.*
15 *Conditio viduitatis in virgine rejecta admittitur in vidua.*
16 *Pœnæ secundò nubentium in Italia non sunt sublata, sed ultra montes.*
17 *Iurium Civilium correctio non pertinet ad Apostolicam, neque ad Papam, nisi materia peccati.*
18 *Mulier nubens infra annum luctus quando pœnis legalibus puniatur ex Boerio.*
19 *Mulier nubens infra menses privatur dotario ex Pelliccia.*
20 *Nuptiarum secundarum pœnæ cessant, si nubat mulier post tres menses.*
21 *Mulier nubens contra mores Civitatis inhonestè nubit.*
22 *Mulier nupta intra mensem dicitur nupta incontinenti.*
23 *Mulier nupta infra annum luctus tria negligit, & quæ sint?*
24 *Mulier nimis festinanter nubens punitur pœnis legalibus, non vir.*
25 *Turbatio sanguinis facit, ut mulier puniatur, nubens infra annum.*
26 *Nubens intra tempus turbationis sanguinis punitur pœnis legalibus.*
27 *Nubens intra annum quando excusatur à pœnis secundum Cyriacum.*
28 *Pœnæ secundo nubentium qualiter sublatæ.*
29 *Legatum si honestè, & castè vixerit, quando mulier amittat per transitum ad secunda vota.*
30 *Trentacinqu.* consilio 60. part. 2. *elegans adducitur.*
31 *Doctus Ursillus ad Afflictum adducitur.*
32 *Infamia excepta omnes pœnæ legales sunt hodie contra mulierem nubentem infra annum luctus.*
33 *Mulier nubens infra annum, sive existant filii, sive non pœnas legales incurrit, sed si nubat post annum incurrit illas, si filii sint, secus si non sint filii.*

34 *Insi-*

34 *Insignis Gegorius Lopez adducit pro nostra sententia.*
35 *Neapolitani ubi jura Civilia non habent, non ad Canonicum tenentur recurrere, sed ad leges Castellæ.*
36 *Subditi Principum temporalium recurrunt ad jus Canonicum solum in materia peccati.*
37 *Insignis Lucæ de Penna locus ad materiam secundarum nuptiarum, & legum Civilium, & Canonicarum adducitur.*
38 *Ambrosini decisio prima, punctualis ad materiam.*
39 *P. Molfesius quid consulat nostris judicantibus in hoc articulo.*
40 *Mulier vidua est imago viri defuncti, & cur ducere debet lugubria.*
41 *Mulier vidua gaudet prærogativis, & honoribus mariti.*
42 *Italia servat jus civile in materia secundarum nuptiarum.*
43 *Mulier mortuo viro dicitur adhuc in primo matrimonio.*
44 *Mulier, an habeat antefatum viro occiso? fuit sub dubium apud Afflictum.*
45 *Ratio dicti dubii affertur.*
46 *Consilium 85. vol. 1. inter consilia ultim. volunt. Marc. de Angelillis, adducitur punctualis.*
47 *Benedicti Capræ cons. 70. num. 11. adducitur ad materiam.*
48 *Cujacii lib. 6. observ. cap. 32. nobilissima observatio pro nobis.*
49 *In dubiis contra mulierem nubentem infra annum luctus est judicandum.*
50 *Peregrini decis. 41. explicatur, & concordat nobiscum.*
51 *Gasparis Thesauri lib. 1. quæst. for. quæst. 28. adducitur.*
52 *Nuptiarum festinatio etiam à Thesauro reprobatur.*
53 *Cujacius materiam intellexit, non Thesaurus.*
54 *Thesaurus non vidit Lucam de Penna, nam aliter eum laudasset.*
55 *Vidua qualiter incidere sibi debet crines.*
56 *Viduæ crinium incisio, quid significet, & ad quem finem fieri debet.*

ARGUMENTUM.

Mulier nubens intra annum luctus, an perdat dotarium latè disputatur. Explicatur Text. in cap. penultimo, & fin. de secundis nuptiis, & jus Canonicum corrigens jus civile; ubi de peccato non agitur haud servandum in terris Imperii.

PRO

D. Michaele de Miranda.

CVM

Illustriss. Marchione Crispani.

1 IUre Civili uxoribus, annus lugendi virum, præcipitur *l. 1. ff. de his, qui notantur infamia, l. 2. Cod. de secundis nuptiis*, & quidem continuus est annus, qui etiam ignoranti cedit, *l. Genero 8. ff. eodem*, unde si mulier maritum suum mortuum esse ignoraverit, & demum anno elapso, id cognoverit, uno, eodemque die, & sumere, & deponere lugubria poterit *d. l. 8.* Marquard. *de fama, lib. 3. c. 17. n. 17.* olim erat tempus decem mensium ex *d. l. 2.* & observa-
2 vit Ovidius 1. fastorum, Maritis verò nullum fuit præfixum tempus luctus, *l. uxores 9. ff. de his, qui notantur infamia*; cujus disparitatis rationem agnovit Seneca Epistola 63. post medium *viris inquit* nullum tempus legitimum lugendi uxores, quia nullum honestum, ut eisdem verbis loquitur Petrus Greg. *lib. 2. syntagm. cap. 14. n. 13. in fine*, & Gotofredus *in d. l. 9. litt. L*, quæ ratione alicui ridicula, aut ab-
3 surda videatur, explicatur Seneca de eo luctu qui plorando fit, ac lamentando, non verò de eo qui est in lugubri vestitu, aliisque tum internis, tum externis mœstitiæ signis, quia hic marito etiam imponitur, Scipio Gentilis *de secundis nuptiis, cap. 18. pragm. 124.* antiquitus enim, laniabant Gentes,
4 genas, & faciem, quod legibus 12. tabularum prohibitum est Plinius *lib. 12. cap. 37.* Foresterius *de jurisprudentia Rom. p. 2. pragm. 548. n. 31.* misereque, & horrendum ferire in modum ejulabant, quemadmodum apud Virg. 4. Æneidos, & plura notat Petrus Faber *lib. 2. semestrium c. 10. & lib. 3. c. 13.* Augerius Busbez. *in sua legatione Turcica epistol. 1. prag. 21. in fin.* quod de Calabris nostri Regni notat Fontanellus
in praxi medendi defunctum, cap. 5. qui luctus certè viros 5
dedecet, cum muliebris planè, & effeminati sit viri, tantopere lacrymari, & ingemiscere, quod expressit Merl. Coccai. *in sua Poesi, lib....* fœmineum est plorare, virum decet esse modestum: namque ait Plato de Republica, nonnunquam viris concessum est flere, non item, cum nihil turpius sit viris muliebri fletu, unde viri à virtute dicuntur, quod omnia adversa forti, ac præstanti animo ferre, ac proferre debeant dictis creduntur S. August. *lib. 3. serm. 13.* moderatus tamen luctus marito etiam incumbit, ne totus ferreus, impius, & ingratus appareat. Nec amici ad obitum, ut Seneca dixit *epistola 63. in princ.* sicci debent esse oculi, nec flere, sed lacrymandum quidem, non plorandum.

Ratio autem hujus anni luctus consistit primò in turba- 6
tione sanguinis, sive seminis confusione, *d. l. liberorum 11. §. & si talis, ff. de his, qui notantur infamia, l. Sancimus 53. in fine, C. de Episc. & cleric.* Mercenus *lib. 2. opin. com. c. 20.*
Cum enim mulier non novem tantùm, sed, & per decem 7
menses possit esse prægnans, *l. Gallus 29. in principio, ff. de liber. & posthum. l. fin. C. de posthum. hæred. instit. l. fin. ff. de fideic. libert. l. 3. §. penult. ff. de suis, & leg. hæred. novell. 39. c. 2.* Imò secundum quosdam ex Philosophis. (Quorum opinionem leges improbant per allegata jura, & tradit Bocer. *classi 1. discept. 6. Thesi 8.* Cothman. *discept. 2. instit.* Alciat. *lib. 1. præsumpt. 40.*) etiam longius uterum gerere possit, Gellius *lib. 2. noct. Atticarum, c. 16.* Arist. *lib. 7. de Histor. Animal. cap. 4. & 5.* Petrus Gregorius *lib. 9. syntagm. cap. 26.*
num. 22. Illigerius *lib. 9. c. 2. litt. C*, & contractæ intra tale 8
tempus, nuptiæ incertitudo oriretur, certissima liberorum, itaut satis constare non possit, an liberi ita nati, priori, an posteriori accepto ferendo sint marito *d. l. consensu, §. hæc nisi 4.* ubi Gotofredus *Cod. de Repudiis*, & ideo ad nullius hæreditatem viri admittendos esse scribit Alciatus *lib. 9. parerg. cap. 12. & lib. 3. præsumpt. 271. & ad l. Gallus 29. ff. de liber. & posthum.* Scipio Gentilis *de secundis nuptiis, cap. 18. pag. 125.* quamvis in dubio, cui magis primo, an
secundo marito sit adscribendus dicat Grassus *in §. successio* 9
ab intestato, quæst. 2. num. 50. esse primo ad scribendum, propono exemplum; Nevia Seji vidua tertio à conceptione mense nubit Titio, simulque decimo mense id, quod non rarò contingere videmus edit, hic filius, quia nasci potuit in decimo *d. l. 3. §. penult. ff. de suis, & legit. & Novella 29. cap. 2.* & etiam septimo mense, *l. septimo 12. ff. de statu hominum*, & Menoch. *lib. 2. de præsumpt. 12. & lib. 2. de arbitrar. cent. 1. casu 89. num. 34.* Arumeus *in exercitationibus Iustiniani, tit. 1. Thesi 29.* Dubium certè oritur inextricabile, an Sejo, an Titio talis partus sit tribuendus; rectissimè ergo, & justissimè suo merito, non tantùm vidua, sed & novus ejusdem sponsus pœnis notatur, de quibus suprà *ex d. l. 1. & l. 10. ff. de his, qui notantur infamia dict. l. decreto 15. C. ex quibus causis infamia, &c. l. 1. & 2. Cod. de secundis nuptiis*, Scipio Gentilis *dict. cap. 18.* Vvesembecius *in tit. ff. de his, qui notantur infamia*, exceptis quibusdam casibus, de quibus Rictersusius *dict. part. 4. cap. 4. numer. 10.* Cujacius *lib. 6. observ. cap. 32.* quas pœnas jure Canonico sublatas esse, sed non quando adest periculum turbationis, & confusionis sanguinis, ut rectè advertit Henricus, Heventarius *de privilegiis viduitatis, sect. 17. fol. 253.* Secundò, in pu-
blicæ honestatis violatione, cum res sit indecora, & planè, 10
suspectæ pudicitiæ, & vix elato, & humato marito, ad secunda vota transvolare *Novella 39. cap. sciendum*, & licet sint duæ istæ rationes, non tamen est necesse, ut semper concurrant, quia licèt mulier statim viro mortuo pepererit, vel ubi decrepitus fuit defunctus, licèt cesset ratio sanguinis, confusionis, & turbationis, adhuc tamen interdictæ sunt nuptiæ, ne publica honestas offendatur, ac violetur, Scipio Gentilis *de secundis nuptiis, c. 18. pag. 126.* Gotofredus *in d. l. liberorum 11. §. Pompejus, ff. de his, qui notantur infamia*, & etiamsi mulier sterilis sit, tamen adhuc honestas publica impedimento est nuptiis, in cujus ultima debet esse fides, lugere virum.

Sicut verò primas nuptias longè favorabiliores esse Impe- 11
ratores nostri dixerunt, ita reiteratas nuptias variis pœnis

punitas ſtatuerunt, Gentilis *cap.*1. *de ſecundis nuptiis*, & etiam Summi Pontifices ſtatuerunt non eſſe ſecundas nuptias benedicendas à Sacerdote *c.*2. *&* 3. *de ſecundis nuptiis*, quod à Sanctis Patribus mutuantur, ſic enim S. Ambroſius *tom.*4. *ſuper cap.*3. *epiſt. ad Timoth.* Homini, ait, unam
12 uxorem decrevit Deus, cum qua benedicatur; nemo enim cum ſecunda benedicatur; ſingulas verò in odium ſecundarum nuptiarum enumerare pœnas nimis longum eſſe recenſere, de quibus Scipio Gentilis *de ſecundis nuptiis, cap.* 8. Petrus Gregorius *lib.*9. *Syntagm. cap.*26. Illigerius *in Bonellum*, *lib.*19. *cap.*29. Ricthersſuſius *de diff. utriuſque juris Canonici*, *& Civilis*, *lib.*2. *diff.*1. & in jure Juſtinianeo *cap.*4. Gaillus *lib.*2. *obſerv. cap.*98. Althuſius *in Diatalagon*, *lib.*1. *cap.*142. & quinque recenſet Ricthersſuſius *part.* 4. *de jure Juſtinianeo*, *cap.*7. *à num.*8. *ex l.*1. *&* 2. *& toto tit. Cod. de ſecundis nuptiis*, ubi latè Aug. Barboſa 2. *tom. Codicis*, *ex l. ſancimus* 53. §. *fin. Cod. de Epiſc. & Cleric. l. conſenſu* 8. §. *hæc niſi* 4. *cum ſeqq. C. de repudiis*, & qui omnes voluerit deguſtare legat Barboſam *in collectaneis*, *tum ad tit. C. lib.*5. *de ſecundis nuptiis*, *tum ad tit. Decretalium eodem*, Covar. *in epitome Decretalium*, 2. *p. c.*3. §. 9. Joannem Gurraneum *in celeberrima repetitione de ſecundis nuptiis*, *inter repetentes Codicis*, Guttierez *lib.*2. *pract. quæſt.*95. Cevallos *quæſt.*742. Trentacinq. *var. lib.*3. *de matrim. reſol.*5. Fab. *in ſuo Cod. lib.*5. *tit.*5. Ambroſius *deciſ.* 1. Afflictus *deciſ.*75. *num.*5. *&* 6. Gabriel *in tit. de ſecundis nuptiis*, *commun. opin. concluſ.*5. Sanchez *lib.*7. *de matrim. diſput.*87. Borrellus *in tit. de ſecundis nuptiis*, *tom.*3. Fontanel. *tom.*8. *clauſ.*5. *gloſſ.*8. *p.*11. *per totam*, Gram. *cap.*5. & ibi Antonellus *de tempore*, *lib.*2. *c.*14.

13 Quæ quidem cum ita ſint, dubitari nunc contingit num D. Mar. Criſpani, quæ infra dies à morte quondam D. Petri de Miranda ſui primi viri, poſſit petere antefatum in bonis ſoceri ad illud obligati in Capitulis matrimonialibus olim contractis tempore matrimonii cum dicto primo viro. Sanè firmiter aſſero non deberi, quod quidem fundabo, adducendo DD. qui hoc aſſerunt, & rogo videri, quia non ſunt de regula, ſed limitantes eam in caſu noſtro, quando in tam brevi temporis ſpatio nupſerit mulier.

Primò, adducimus Aurigam valdè famoſum Napodanum qui *in conſuetudine Quartam ſub tit. de jure quartæ*, *fol.*257. ubi explicando quomodo ex matrimonio immaturo mulier non lucratur antefatum, ſive quartam, ſeu dota-
14 rium, dicit quod matrimonium dupliciter poteſt eſſe immaturum primo modo ratione ætatis, puta ſi puella nubat ante annum 12. deinde ſubdit (ſecus ſi eſſet immaturum, vel acerbum, non ratione ætatis, ſed quia nuberet infra annum luctus; tunc enim licèt ipſa feſtinatio, ſeu acerbitas matrimonii puniatur, ut non habeat quartam, ſeu dotarium, ſeu lucrum aliquod nuptiale ab hærede primi viri, ipſum tamen ſecundum matrimonium, quoad ſubſtantialia ſua legitimum eſt, ſi aliud non obeſſet, ut *in Authent. de reſtitutione*, & ea, quæ parit in 11. menſe, §. *finali*, *collect.*10.) &
15 hæc ſola Napodani authoritas ſufficeret ad ita decidendum, cujus authoritas quanta ſit patet Lippis, & Tonſoribus, eſt enim apud nos Textus, ſciebat enim Napodanus *Bartoli doctrinam in Auth. cui relictum*, *Cod. de indicta vid. toll.* qui ait, quod ſicut laudabilis, & commendabilis eſt vidua, quæ primo marito eſt contenta: dicitur exemplar honeſtatis, & pudicitiæ, §. *opinionem Authent. de non eligendo ſecundo nubentes*, ita ſecundum matrimonium dicitur ſecundum rationem veritatis, quædam honeſta fornicatio *cap. hac ratione* 33. *qu.*1. ubi Rodericus à Cuna, Barboſa, & alii, unde ex hac concludit poſt alios Reg. Capyc. Latro *conſult.*120. *n.*73. quod conditio non nubendi, quamvis in virgine habeatur pro non ſcripta *l. cum tale*, §. *arbitratum*, *ff. de condition. & demonſtration.* in vidua tamen debet omnino adimpleri poſt alios Capyc. Latro *ubi ſuprà*.

16 Secundo loco adducitur Boerius *deciſ.*186. *à num.*3. ubi poſt alios dicit, quod Bononiæ, & in tota Italia ſervatur jus civile, & in partibus Ultramontanis jus Canonicum, quod etiam dixerat Fontanella *dict. clauſ.*5. *gloſſ.*6. *part.*11. ubi Cataloniæ ait ſervari jus Canonicum in materia ſecundarum nuptiarum, ſubdit etiam Boerius, quod illi, qui dicunt non eſſe ſublatas, loquuntur, quando poſt tres, aut
17 quatuor menſes mulier nupſerit etiam filiis non exiſtentibus, & poſt Paulum de Caſtro, & Lucam de Peña dicit Boerius, quod non ſpectat ad Apoſtolum, nec ad Conditorem Canonis, corrigere leges civiles, ubi non eſt quæſtio de peccato, ſed de moribus, & hoc latiſſimè, ac ſubtiliter defendit Lucas de Peña *in l. mulieres*, *verſ. ſed cum hæc ſi mera pœna*, *C. de incolis*, *lib.*10. dicens: *Pœnas mulieres ad ſecunda vota intra annum luctus tranſeuntes punientes, non eſſe correctas, nec poſſunt per jura Canonica corrigi*, & ait Boerius nullum 18
melius hanc materiam explicantem vidiſſe, præter Lucam de Peña, *ubi ſuprà*, qui refert quæſtionem ſuo tempore ortam perlatamque ad Sedem Apoſtolicam, de muliere, quæ mortuo viro intra dies quindecim alios duos viros ſuper duxit, peperit inde filium, intra novem, vel undecim menſes obitu primi viri, talis partus, cujus judicabatur eſſe filius.

Tertio loco adducitur, vir maximæ authoritatis, & doctrinæ, qui plura de antefato, & dotario tractat, quam Taſſonus *in ſuo integro volumine hic inquam eſt Nuntius Pellicia*, *ad Conſuetudines Averſanas*, *cap.*5. *num.*189. *fol.*136. *col.*2. *verſ. ſed an*, *qui quærit*; an mulier perdat dotarium, ſi infra annum luctus, juxta *l.*2. *ubi notatur*, *Cod. de ſecundis nuptiis tranſeant ad ſecunda vota*; & dicit, quod non ſupponens eſſe ſublatas hodie tales pœnas contra ſecundo nubentes, poſtea adducit ſecundam opinionem contrariam, quod amittat, & relatis Doctoribus, qui dicunt, quod ſi nubat infra breve tempus duorum ſcilicet, vel trium menſium, tunc propter ſanguinis perturbationem perdit antefatum ſive dotarium, & hanc vocat communem opinionem Raynerii de Forlivio, Petri de Aleazaris, & antiquorum noſtrorum præceptorum, verba Pelliciæ ſunt, *f.*136. *&* 137. 19

Quartò loco adducitur inſignis Surd. *conſ.* 175. *num.*24. 20
qui poſt Boerium *d. dec.*186. *col.*3. *verſ. ſed in terminis*, dicit Surdus quod pœnæ ob feſtinationem nuptiarum introductæ, ceſſant ſi nubat poſt tres, aut quatuor menſes, aliud verò dicit Surdus, quando intra menſem nuberet, per ea, quæ Covarr. 2. *part. de ſponſalibus*, *cap.*3. §. 9. *num.*5. *in fine*, *verſ. quamvis*, ubi relata opinione Bald. contra Abbatem unica videtur reſidere tanquam in ultima opinione relata, & à Can. non impugnata.

Quintò adducitur, quod mulier nubens contra bonos 21
mores Civitatis, nedum dicitur honeſtè, ſed inhoneſtè nubere, ut poſt Molin. *de ritu nuptiarum*, *lib.*1. *quæſt.*50. *num.* 89. namque bonis moribus, vel moribus Civitatis repugnant, impoſſibilia judicantur, *l. filius*, *l. conditiones*, *ff. de condit. & demonſtr.* Joſeph. Ramonius *conſ.*95. *nu.*28. Regens Capyc. Latr. *conſul.*72. *nu.*49. *& ſeq.* at interrogemus homines, & fœminas hujus Civitatis, videruntne etiam inter plebeos practicari, mulierem non obſervare lectum vidualem, ſaltem per annum, nonne tales nuptiarum feſtinationes ſunt acceptæ in malam partem, nonne injuriant apud bonos viros famam mariti? & ejuſdem nubentis? quomodo ergo poterit antefatum petere in bonis viri, & 22
nupta intra menſem dicitur nupta incontinenti; etenim dicit Gloſſ. *in l. divortio*, §. *è contrario*, *ff. ſolut. matrim.* quod infra menſem fit, dicitur incontinenti factum, Surd. *dec.* 550. *num.*6. Giurba *ad conſuetud. Meſſanæ*, *cap.*2. *gloſſ.* 15. *part.*1. *num.*4. & hoc eſt, quod dici ſolet, mulierem tran- 23
ſeuntem ad ſecunda vota intra annum luctus, tria negligere; ſcilicet Deum, defuncti mariti memoriam, & filiorum charitatem, ut ait Imperator *in* §. *ſic autem tutelam*, *auth. de nuptiis*, *&* §. *quia verò*, poſt alios Riminaldus junior *conſil.*295. *à num.*72. *cum ſeq.* & ſi mulier intra novem dies, neque tenetur exire de domo, neque citata coram judice tenetur Procuratorem conſtituere, *auth. ut cum de appellation. atq.* §. *ſolvimus*; itaque ex Jaſone *in l.*2. *col.* 2. *ff. de in jus vocando*, latè Riminaldus junior *conſil.* 129. *à num.*35. quomodo poterit dari antefatum mulieri nubenti intra menſem.

Sextò loco adducitur Antonius Gabriel *lib.*3. *comm. concluſ. in tit. de ſecundis nuptiis*, *col.*5. ubi ponens concluſionem generalem, quod ſcilicet pœnæ inflictæ mulieribus nubentibus intra annum luctus ſint ſublatæ de jure Canonico ſubdit deinde *nu.*6. Primò limita, quando mulier nimis properè feſtinaſſet ad ſecundas nuptias, ita quod ſequi poſſit incertitudo partus, ita Gloſſ. *in l. decreto*, *Cod. in quibus cauſis infamia irrogetur*, & Baldus, & Paul. de Caſtro dicunt, quòd talis diſtinctio eſt ſatis rationabilis, & idem voluit Anchar. *in cap.*1. *de conſtitut. & in cap. cum ſecundum in fine*, *de hæreticis in* 6. & eſt opinio Roffredi *in tit. de bonor. poſſ.* unde vir, & uxor, & hanc opinionem tenet Gabriel *n.*7. qui dicit tenẽdo hanc opinionem, limita in maſculo, qui nullam patitur pœnam, ſi ſtatim nubat: & licèt limitet quando tranſit non cognita à primo viro, id tamen 24
non

non est in casu nostro, quia fuit cognita, cum per tantum temporis spatium fuerint simul in conjugio, & matrimonio.

25 Septimò loco adducitur Camillus Borrellus *tom.3. tit.2. de secundis nuptiis à num.39.* qui refert opinionem Rayneriì de Forlivio, & Pauli de Leazariis, quod aut tempore, quo nullum poterat esse periculum perturbationis sanguinis nupserit mulier, & tunc non fit infamis, aut verò poterat esse periculum, & fit infamis, & subjungit Baldus quando post tres menses, & arg. *l. liberorum, §. si talis, ff. de his, qui notantur infamia*, qui poterat esse, quod sanguis primi viri commisceretur cum sanguine secundi viri.

26 Octavò loco adducitur Benedictus Carponius *ad constit. Saxoniæ definit.*10. qui ait quod vidua intra annum luctus nubens non punitur pœna infamiæ, &c. sed si nubat intra tempus perturbationis sanguinis, & confusionis seminis, tunc punitur pœnis secundo nubentium, & Saxoniæ alia pœna arbitraria, *& tom.2. criminalium, part.2. qu.65. num.* 77. ait has pœnas sublatas esse, sed prohibitionem adhuc durare, quia honestas publica non admittit secundas nuptias infra annum luctus, neque tuto absque turbatione sanguinis, & confusionis seminis permitti possunt, ait Carponius, *ubi suprà*, quare etsi impii Saxones apud Carponium *tom.3. p.3. constit.*33. *definit.*2. non permittunt uxori, nisi post diem trigesimum à morte viri nubentem posse petere Geradam, quam nos antefatum, & dotarium vocamus.

27 Nonò loco Franciscus Cyriacus *tom.1. controv. cap.135. disputato artic. de muliere transeunte ad secunda vota post modicum intervallum*, dicit deinde *num.*10. non incurrisse mulierem illam pœnam amissionis legati, ex eo quia facta fuit festinatio nuptiarum ad bonum finem, ut evitarentur sinistræ suspiciones frequentium conversationum, quam necessario habitura esset cum secundo viro contutore, mulier enim juvenis ex introductione virorum reddebatur suspecta, unde nupserat contutori ex causa evadendi suspicionem cum illo negotiandi, &c. Cyriacus ad illam mulierem defendendam, quod impetraverat licentiam à Principe, præstantissimum antidotum ad evitandas dictas pœnas, ex communi DD. sententia, de qua ibi, & per Thesaur. *quæst. forens.*28. & Pilajam *in decis. Canon. lib.2. dec.2. num.* 104. *in fine*.

28 Neque dicas, quòd pœnæ secundo nubentium intra annum luctus introductæ, sunt favore communium liberorum, quibus non obstantibus, prout in casu nostro cessabunt ipsæ pœnæ ex Gloss. *in l. fœminæ* 3. ubi Ripa *num.*4. *C. de secundis nuptiis*, Hieron. Gabriel *cons.*156. *num.*20. *vol.* 1. Anton. Gabr. *de secundis nuptiis, conclus.*3. *limit.*5. *nu.*29. Riminald. junior *cons.*179. *n.*11. Cavalcan. *de usufr. mulieri relicto, n.*114.

29 Respondeo enim pœnas respicientium filiorum favorem remansisse Pilaja citatus *n.*103. illas etiam, quæ respiciunt contristationem animæ primi viri, & confusionem sanguinis ejusdem, & incertitudinem prolis remansisse, ut illæ, quæ resultant ex festinatione ad secundas nuptias intempestivè quodammodo, puta infra mensem, & esse in viridi observantia, ut loquuntur Doctores relati à Pelliccia, Gabrielio, & aliis supracitatis, & quod mulier nubens infra annum luctus amittat omnia legata sibi facta à viro, dicunt communiter Doctores apud Thesaur. *lib.1. quæst. for. q.*28. *n.*13. quam opinionem Cyriacus *controvers. cap.* 136. *n.* 50. licèt non approbet, tamen neque reprobat, ut ipsemet dicit, sic videmus, quod legatum factum à marito uxori, si castè, & honestè vixerit, non debetur eidem, si transeat ad secundas nuptias ex Oldrado, Riccardo di Malumbra, Raynerio de Forlivio, Jacobo de Aretio, Bartolo, Alberico, Abbate, Cumano, Barbatia, Antonio de Prato, Antonio Corsetto, Felino, Joanne Lopez, Surdo, Castillo, & aliis post Glossas, quas allegant, dicit Cyriacus *d. cap.*136. *per totum*; anima enim mariti contristatur per secundas nuptias uxoris, §. *quæ verò*, nunc sequitur *Authent. de nuptiis*, cum secundæ nuptiæ respectu viri non dicantur castæ, nec honestæ, §. *hæc autem*, *vers. Neque enim secundas*, *Auth. quomodo oporteat Episcopos, l. finali, C. quando mulier tutelæ officio fungi possit*, ibi quod nuptias (loquitur de secundis) non perveniat, sed pudicitiam suam intactam conservet.

30 Decimò loco Alexander Trentacinq. *cons.*69. *part.*2. *suorum Consiliorum*, qui disputato articulo, an pœnæ secundo nubentium permaneant hodie, an sint correctæ subdit ad propositum nostrum *in fine, vers. hæc opinio*, ibi ait, per hæc verba: *Licèt contraria sit magis communiter recepta à Doctoribus*, tamen in casu nostro est omninò contraria tenenda, cum possit sequi sanguinis perturbatio: nam quando ex eo quod mulier infra annum luctus ad secunda vota transit, potest resultare sanguinis confusio, & incertitudo prolis, tunc habent locum omnes, & singulæ pœnæ legales, ex Glossa, Baldo, & Paulo de Castro *in d. leg. decreto, Cod. ex quibus causis infamia irrogetur*, Ancharano, Roffredo, & aliis quos citat Trentacinq. & subdit, ex quo offendit animam defuncti, contra quem gravem commisit ingratitudinem, ac ex aliis rationibus ibi per eum adductis, & ponderatis.

Undecimò loco adducitur doctus Ursillus ad Afflictum 31 *decis.*75. *num.*14. qui ait, & insuper, quod pœnæ secundo nubentium, quatenus concernunt favorem filiorum, non sint sublatæ adducit Alexandrum, & subdit, quod omninò procedit, quando mulier nuberet infra tempus, in quo perturbatio sanguinis potest considerari: nam tunc omnes pœnas *l.*1. *C. de secundis nuptiis*, pateretur, & adducit Boerium, & alios supra citatos.

Duodecimò adducitur insignis Gerardus Maynardus *in* 32 *l.*3. *decisionem Parlamenti Tholosani*, qui incipiendo à *dec.* 86. agit de pœnis secundo nubentium, & postquam *in decis.*94. (quam allegat, & approbat Riccius *collect.*431. & sequitur Pilaja citatus *num.*103.) dixisset, quod excepta infamia pœnæ omnes contra secundo nubentes hodie non sint sublatæ, subdit *in decis.*97. *fol.*230. *col.*1. quod sive sint filii, sive non, ex primo matrimonio, mulier nubens infra annum luctus, patitur omnes pœnas, quas incurrit jure civili tali tempore nubendo, sed pœnæ quas incurrit etiam nubendo post annum, ut scilicet pœnas, *l. fœminæ, C. de secundis nuptiis*. Mulier non incurrit, si liberi non existant: 33 distinguit enim doctissimus Maynardus pœnarum duo genera, sicuti duo genera secundarum nuptiarum; aliquæ enim sunt secundæ immaturæ infra tempus luctus celebrare, quarum pœnæ, & olim, & hodie sunt, quia sunt introductæ ad publicam honestatem servandam, & religionem matrimonii concernunt, ne viduæ defunctorum memoriam cum eorum corporibus, in eundem tumulum recondant, aliæ sunt pœnæ secundo nubentium etiam post annum luctus, ut pœnæ, *l. fœminæ, &c.* & hæ remansæ sunt, saltem ad conservandam memoriam filiorum primi matrimonii: quare istæ sunt sublatæ liberis non extantibus, illæ primæ remanserunt dici Mascardus, præsertim quando perturbationis sanguinis, & confusionis seminis utriusque mariti suspicio esse poterit, ut si intra breve temporis spatium nubat mulier, & hæc est vera, ac germana sententia omnium Doctorum.

Decimotertiò, adducitur insignis Gregorius Lopez *in* 34 *partitis, tom.2. partita* 4. *tit.*12. *lib.*3. ubi postquam lex Hispanorum dicat mulierem amittere antefatum, & lucra habita à primo viro, si nubat infra annum, ait inquam Gregorius in verbo *fasta un anno*, pœnas has esse impositas ne mulieres taliter contrahendo, sequatur perturbatio sanguinis propter incertitudinem, cui ex viro partus postea attribueretur: nam venter tactus facit abortum, *l.*1. *ff. de ventre inspiciendo*, subdit Gregorius, quod licet communis sit opinio, quod istæ pœnæ impositæ nubendi infra annum luctus, scilicet sublatæ per dictarum Apostoli, & per Text. *in d. cap. finali, de secundis nuptiis*, tamen in casu, in quo oriretur incertitudo prolis, plerique Doctores tenuerunt, quod pœnæ legales non sunt sublatæ ex DD. quos allegat, & nobis sufficeret allegare legem Hispanicam, de qua suprà, quia cum nos simus subditi Regi Hispaniarum, & non habeamus leges de hac materia disponentes, quia si adducuntur 35 leges Canonicæ non tenemur eas sequi, nisi in materia peccati, at in aliis materiis de consuetudine est in Regnis Hispaniæ subjectis, receptum jus civile Romanorum si adducatur disputatur de Correctore; ergo recurremus ad leges Hispanicas, quæ dirimunt controversiam ad nostri favorem; disputant enim Doctores quid agendum, quando de eadem re inveniuntur contrariæ leges, Imperatoriæ, & Pontificiæ, & dicunt cum Merolla *cap.*3. *de legibus, dub.* 0 59. *num.*67. quod si sumus in materia peccati ad 36 jus Pontificium recurrere debemus, unde *in cap. fin. de præscript.* abrogatur lex Imperatoria, quæ habetur *in Authent. malæ fidei, Cod. de præscript. longi temporis*, ubi concedebatur præscriptio cum mala fides, quæ non poterat sine peccato mortali servari, sed quando non concernit periculum animæ, non potest lex Pontificia abrogare legem Impe-

Imperatoriam, sed utraque servari debet in foro Canonico lex canonica, & civilis in foro sæculari, Gloss. *in cap. possessor. de regul. jur. in 6.* quod in materia nostra subtilissimus, & doctissimus Lucas de Penna agnovit *in dict. l.*
37 *mulier*, *C. de incolis, lib.*10. qui modicus defendit non potuisse Papam corrigere leges civiles in materia secundarum nuptiarum, nec Apostolum aliud percepisse, nisi mulierem secundo nubentem etiam infra annum luctus non peccare, & matrimonium esse validum, quod ad Papam pertinebat decidere, circa verò lucra quæsita, vel ei debita ex primo viro, dotario, seu antefato, &c. leges civiles esse servandas in foro sæculari, & ego addo apud omnes esse hoc in propatulo, quando resultaret commixtio, & confusio sanguinis, & seminis utriusque viri, ut ob festinationem nuptiarum, &c.

38 Decimoquartò adducitur Ambrosinus *decis.* 1. *omninò videndus*, qui *num.*24. *&* 25. ait pœnas secundo nubentium non fuisse sublatas, quando festinanter procurasset mulier secundas nuptias: nam tunc pœnæ etiam nunc etiam de jure Canonico remanent in suo robore ex pluribus, quos allegat, & quia est Italus benè scit, quod dicebat Boerius *dict. decis.*187. apud Italos servari jus Civile, & addo ego cum communiori sententia saltem hoc esse verissimum, quando intempestivè nupsit, ut erat illo apud Ambrosinum, quæ post paucos dies nupserat post mortem viri, qui privavit matrem filii successione per transitum ad secunda vota intra breve tempus post viri mortem, & hoc practicatum fuit in foro Ecclesiastico Perusino, ubi erat Vicarius Alexander Ambrosinus, videant ergo quid practicandum sit in foro sæculari, ubi tot habemus sanctiones, & leges civiles communes, & Hispanicas privantes talem Dominam antefato, dotario, & quarta.

39 Decimoquintò, P. Molfesius vir doctus, & Pius *tom.*2. *p.*3. *ad consuetudines nostras*, *quæst.*22. *num.*50. ait, quod propter festinantiam nuptiarum incurrit mulier pœnas secundo nubentium, puta si non expectaverit per multos menses, ut octo, vel sex menses, quia si per tale tempus expectaverit cessant rationes communis opinionis, de prolis incertitudine permixtionis sanguinis, & aliqualis suspicio maligna contra primum virum, at si non expectaverit erit pœna infligenda: videant ergo Domini judicantes cum quibus, & de quibus loquatur Molfesius cum suis, quos allegat Illustriss. D. quia poterunt amplecti sententiam nostram, quam ibi Molfesius consuluit amplectendam, & quia fuit grandis Theologus, & grandior jurista, puto cum esse in conscientia judicandum sine ullo scrupulo: & Domi-
40 nos meos judicantes rogo considerare, quod mulier vidua est imago mariti defuncti, in cujus signum supervivens lugubria per annum gestare debet, Rolandus à Valle *cons.*14. *vol.*3. ex Bald. *in l. pignoribus*, *Cod. de pignor. act.* & fungitur privilegiis, & conditione mariti quousque sit maritata *l. fœminæ*, *ff. de Senatoribus*, Baldus, & alii, *in l. cum quadam puella*, *ff. de jurisdict. omnium judicum*, Riminald. jun.
41 *cons.*657. *num.*56. *& seqq.* & ideo illæ pœnæ, quas nubens mulier intra annum luctus incurrit, scilicet quando posset timeri sanguinis perturbatio, & prolis incertitudo, non sunt sublatæ per jus Canonicum; Ideoque si nubat eo tempore, quo cessat suspicio, sive timor perturbationis sanguinis, scilicet post tres menses à morte mariti, tunc non erit punienda talibus pœnis, ut fuit opinio Raynerii de Forlivio, Pauli de Leazario, Butigarii, & Bald. *in lect. antiqua, dict. l.*1. de quibus insignis Doctor Riminald. junior *cons.*155. *tom.*2. *à num.*46. *cum seqq.* unde Connanus *lib.*8. *comment. cap.*7. *col.*4. scriptum reliquit, quod cum legibus patriis, ex Dei præcepto, parendum sit, & præceptum sit, ut per annum integrum mulier lugeat maritum, non rectè faciet, si antequam luxerit alteri nubat, & licèt matrimonium valeat, tamen legis civilis pœnam debebit incurrere; quod adnotavit Prukman *in tract. de differentiis utriusque sexus, n.*160. & hoc est, quod Boerius dicebat
42 *d. decis.*186. jus civile servari in Italia, & jus Canonicum alicubi apud Ultramontanos, & de Catalonia, quod servetur jus Canonicum dixit Fontanella *d. claus.*5. *gloss.* 8. *p.*11. *in princ.* licet apud Castellanos servetur lex partitarum, de qua supra ut privetur, & Gratianus, qui Romæ scripsit *cap.* 50. *& cap.*106. non ita discurrit de talibus pœnis, præterquam quod de nostræ quæstionis statu ne quidem somniaret, nec Trentacinq. *lib.*3. *var. de matr. resol.*5. aliquid dicit ad causam, sed ipsum videndum dixi *dict. cons.*69. ubi elegantissimè de more post Lucam de Peña hanc materiam penetravit: quam nec penetravit Faber *lib.*5. *C. de secundis nuptiis*, per plures definitiones, nec Cevall. *q.*708. nec Ferrerius *ad constit. hac nostra, tempore* 3. *declarat.*7. *per totam*, neque Antonell. *de tempor. legal. lib.*2. *c.*22. *per tot.*

Et hæc est ratio cur mulier mortuo viro dicatur adhuc in 43
primo matrimonio durare, §. *soluto, auth. de nuptiis*, *l. filii*, §. *vidua*, *ff. ad municipalem*, *& de familia viri*, Barth. *in l. fin. Cod. de verb. significat.* Corsettus *de pot. Regis*, *quæst.*29. *num.* 31. Decianus *cons.*33. *num.*9. *tom.*1. retinetque forum, & omnia privilegia, & immunitates sui viri, Bar. *in l. finali*, *Cod. de privil. scolarium, lib.*12. Ozascus *dec.*31. *num.* 14. Decian. *d. cons.*33. *n.*9. *vol.*1. omnesque dignitates, & honores, *l. fœminæ*, *ff. de Senatoribus*, *l. finali*, *C. de incolis, lib.*10. *l. mulieres*, *C. de dignitatibus*, *lib.*12. sive personalia sint privilegia, & dignitates accidentes non naturales, Gloss. *in c. ex parte de foro competenti*, Gironda *de privilegiis*, *num.*177. *&* 178. non sit ratione artis, vel officii competerent, quia ista cessant, Milanesius *decis.*9. *n.*14. at posito, quod duxit alium maritum transit in ejus posse, & causa nova superveniens tollit privilegium, Tiraq. *de revoc. donat. in verb. donatione largitus*, *n.*279. Gironda *ubi suprà*, *num.*900. post alios Giurba *observ.*18. *per tot.* & Menoch. *cons.*592. *tom.*6.

Decimosextò adducitur Afflictus *in constit. mulier*, *quæ* 44
dotarium, *lib.*3. *Constitutionum Regni*, *rubr.*13. *de dotariis constituendis*, *num.*12. *vers. septima dubitatio est*, *litt. L*, ubi quærit, an si maritus constituit quartam, seu antefatum uxori suæ, & postea ipse maritus fuit occisus, an possit uxor petere quartam, seu antefatum, tãquam si mortuus esset naturaliter, & videtur, quod nõ, quia si fiat pactum de lucranda dote per maritum, mortua uxore, si uxor sit occisa, non videtur mortua, quoad hunc effectum lucrifaciendi dotem, *l. si ab hostibus*, §. *fin. ff. solut. matrim.* ergo neque poterit occiso viro lucrari mulier antefatum; in contrarium est veritas dicit Afflictus, quia sicuti uxor lucratur antefatum per mortem naturalem viri ea superstite, ita lucrum, si maritus occisus sit, quia illa occisio inducit mortem, ut in *l. penult. ff. ad l. Aquiliam*, §. *prætoria inst. ad l. Aquil.* & ad hoc videas text. *in l. si tibi*, *Cod. de donat. ante nuptias*, & facit Text. *in l. res uxoris*, *Cod. de donat. inter vir. & ux. l. relegato*, §. *finali*, *ff. de interdictis*, *& relegatis*, ergo habebit mulier antefatum à marito, hæc Afflictus, quod mihi tribuit causam supplicandi S. Consilium, ut moris est, ad reflectendum, quod disputat Afflictus, an occiso marito debeatur an- 45
tefatum, quasi quod ratio dubii sit, quia posset esse, quod maritus superviveret uxori, & sic non deberetur; disputat ergo quid marito occiso: dicit quod sic; si ergo in casu nostro concurrit, quod fuerit maritus occisus, & quod ipsa Illustrissima D. Marchionissa transivit sic festinanter ad secunda vota, quis Judex non inclinabit ad consilium Molfesii, qui consuluit sequi debere Judicem opinionem contra mulierem, ut vidistis, pro qua opinione sunt judicaturæ, & Aresta, ut scilicet Boeri, Maynardi, & Ambrosini sunt consulentes, qui ita consuluerunt, de quibus supra sunt repetentes omni exceptione majores, sunt leges Hispaniæ, & partitarum sic disponentes; ergo hanc amplectetur, ut spero, opinionem S. Consilium, & si Napodani authoritas est tanta, ut faciat legem in hac Civitate, & sufficit dicere Napodanus dixit, cur non hodie sufficiens erit ad inclinandum in hanc opinionem?

Decimoseptimò, adducitur Marcus de Angelillis *inter* 46
*consilia ultima voluntat. consil.*85. *vol.*1. ubi loquens de muliere, quæ nupsit intra duos menses à morte primi viri, an posset consequi donationem propter nuptias, & certum lucrum, de quo ibi proposita prima opinione ait, sed finaliter contrarium de jure dicendum est quod dicta Candida perdiderit dictam donationem: unde est advertendum, quod tres sunt casus, aliquando mulier transit ad secunda vota festino tempore intra tempus, quo potest timeri perturbatio sanguinis, sicuti fuit in casu nostro (quo nupsit infra duos menses) quia transivit ad secunda vota, antequam formaretur corpus, & membra pueri, in corpore mulieris, & non solùm potest timeri turbatio sanguinis, sed etiam incertitudo partus, videlicet cujus sit primi, vel secundi viri, ut notatur *in l. liberorum*, §. 1. *de his, qui notantur infamia*, & hoc casu mulier sustinet omnes pœnas legales, nec sunt correctæ, quia facit contra naturalem rationem, & hoc consuluerunt Raynerius de Forlivio, & Paulus de Aleazar, & expressè tenet Baldus *in l.* 1. *in fine*, *C. de secundis nuptiis*, *in principio*. Unde in casu nostro ista Domina Candida, quæ sic festinavit, privatur omni lucro,

cto, quod ei competebat ex primo marito. Secundus casus est, quando mulier nubit infra annum luctus, tamen postquam est certum, quod non timetur de turbatione sanguinis, scilicet post aliquos longinquos menses. Tertius casus est, quando nubit post annum luctus, & in istis duobus casibus non punitur. Hæc doctissimus Consultor.

47 Decimooctavò, Benedictus Capra *consil.70. à num.11. per totum*, ubi post Baldum dicit §. *finaliter*, quod si nubat intra mensem, & tunc hodie punitur dictis pœnis, sed si post tres menses, de æquitate Canonica, non puniatur, unde Lucentiva (de qua ibi) non privatur lucris, de quibus ibi, quia non nupsit infra tres menses, imò post novem menses, post quod tempus, non poterat cadere turbatio sanguineis, & semini; & sic intelligit Capra Sacrorum Canonum correctionem.

48 Decimononò, legatur doctiss. Præceptorum præceptor, Jacob. Cujacius *lib.6. observ. cap.32.* cui titulus est de lucro mulierum, & festinatis nuptiis, sic ait in medio, si morte mariti, solvatur matrimonium, aut more majorum lugeri debet, maritus, aut non, si lugeri non debet ut si damnatus sit per duellionis, potest etiam tunc mulier statim alii nubere, nisi prægnans sit, *l. liberorum*, §. 1. *ff. de iis*, qui totantur infamia, si lugeri debet, sive sit prægnans, sive non nubere alii non potest intra legitimum tempus, olim decem mensium, hodie annum, nisi hoc à Principe impetraverit, ut sibi intra legitimum tempus nubere liceat, *l. solet, ff. de iis, qui notantur infamia*, id tamen mulier non impetrabit, si prægnans sit, rectè enim Cajus Imperator, cum publicæ lætitiæ causa, luctus cohibuisset viduis permisit nubere intra legitima tempora sub hac exceptione, nisi prægnantes essent: igitur soluto matrimonio prægnans nunquam ritè nubat alteri, diversum est, in non prægnante, nisi si mortuus vir lugeri debeat (quia tunc nubere non poterit) & non sit remissus luctus beneficio Principis, vel senatus, hæc Cujacius, ubi vide quod Cujacius nullam facit distinctionem de prægnante vel non prægnante, sed de tempore, quo festinatio nuptiarum sequuta fuit, hoc est, quod puniunt leges non verò prægnantem nubentem, sufficit enim festinatio illa improvisa, & incontinenter facta, ut puniatur mulier pœnis secundo nubentium secundum doctissimum Cujacium, & omnes supracitatos.

49 Vigesimò facit, quia si casus esset dubius, esset contra mulierem judicandum; unde si legatum à muliere relictum, venit in hoc casu compensandum, ut voluit Carasius *lib.3. Miscell. cap.1. n.10.* item in ea quæstione, an pupillaris tacita sub compendiosa contenta matrem excludat interpretatio fit contra matrem ad illius exclusionem, ita in dubium opinionum contra matrem secundo nubentem infra annum luctus est judicandum, ut ex aliis notat Thesaurus *lib.1. quæst. for. q.22. n.7.*

50 Neque obstat Peregr. *in decis. Patavina* 41. qui quærit an mulier transiens ad secundas nuptias intra annum luctus, privetur, & perdat legata, & donata sibi per maritum prædefunctum, & dicit quod non privetur, quia sunt pœnæ hodie correctæ.

Primò enim non loqui Peregrinum de muliere nubente infra mensem, & immaturè, dum timor adest perturbationis sanguinis, & seminis, quo casu ultro concedimus pœnas correctas secundum communem opinionem, licèt non secundum magis piam, & laudabilem, de qua suprà, & rogo videri eundem Peregrinum *dict. decis.41. numer.4. vers. sed in contrarium*, ubi post aliquos, quos allegat, dicit quod quando dicitur mulieri: ut honestè, & castè vivat id non procedit in muliere transeunte ad secundas nuptias intra annum luctus, quia illi objici potest; quod non castè vixerit, præsertim inspectis moribus Civilibus, quibus credendum est testatorem retulisse, ut benè DD. *ubi suprà*; ergo ex eodem Peregrino mulier transiens ad secundas nuptias infra annum, privatur emolumentis relictis à primo viro sub quorum nomine confunditur antefatum, donatio propter nuptias, & dotarium, Tassonus *vers.4. observ.4. n.50.* Fontanella *claus.4. gloss.1.*

51 Neque dicas secundò observare Gasparum Thesaurum *lib.1. quæst. forens. quæst.28. cum duobus seqq.* ubi de pœnis secundarum nuptiarum tractat *dict. quæst.28. num.4.* in medio quærit, an lucrum relictum mulieri à viro suo, si honestè, & castè vixerit, debeatur mulieri transeunti ad secunda vota, dicit Thesaurus quod si intra annum luctus nubat, legatum amittat tam in proprietate, quam in usufructu, quia favore filiorum non sunt de jure Canonum pœnæ sublatæ, si verò non extarent filii; tunc non perdit, nisi festinatis intra trimestre tempus, nuptiis, relictum perdet ex Bertrando *consil.32. num.20. lib.2.* qui tunc festinatis nuptiis, hæredes mariti vocat excluso fisco, *& numer.50.* ait, quod 52
quando nulli sunt liberi; tunc mulier nubens infra annum luctus, omnes pœnæ sunt sublatæ, licèt enim illo casu dicatur mulier pudicitiam, & maritum offendere, nulli sunt liberi, quibus relictum reservare teneatur.

Respondeo enim Thesaurum (salva pace tanti viri) confundere pœnas secundo nubentium, illæ enim, quæ sunt infra annum luctus nubentibus impositæ non respiciunt favorem filiorum: sed absolutè in pœnas mulierum taliter festinantium sunt impositæ, nec requirunt liberorum existentiam, ut DD. supra adducti observarunt ex juribus citatis, & notavit consumatissimus Cujacius *d. l.6. observ. cap. 32.* non requiri mulierem esse prægnantem, sed sufficere injuriam factam primo viro, & idem Thesaur. *ubi suprà, num.14.* relatis duobus opinionibus circa pœnas secundo nubentium infra, vel post annum luctus, an sint correctæ: proponit pro tertia opinione ista, quod scilicet si celeriter nubat infra duos, vel tres menses, & tunc procedit opinio, quod non sint correctæ, sed si post tres menses, tunc pœnæ sunt correctæ, quæ tamen festinatio videtur ab eo reprobata, quando mulier est prægnans, & quia adducit Thesaurus doctissimum Cujacium *d. lib.6. obser. cap.32.* rogo videri, quia dicit contrarium scilicet festinationem esse prohibitam, sive sit prægnans mulier, sive non: nam sufficit, si nubat intra tempus, quo tenetur maritum lugere, nisi gratia Principis fuisset habilitata ad tempus luctus non servandum, cum ipsemet Thes. *d. nu.14.* festinationem nuptiarum iniquam, impiam, & suspectam semper exclamat. 53

Imò idem Gaspar Thesaurus *d. quæst.28. n.15.* citat Lucam de Penna, & dicit secum sentire, quod pœnæ mulierum nubentium infra annum luctus, sint correctæ favore filiorum, erat: nam debebat dicere, quod illæ favore filiorum introductæ, nunquam sint correctæ, sed illæ, quæ respiciunt personam viduæ sint correctæ; si non festinanter nupserit, quia si cum festinatione nubat, remanent prædictæ pœnæ, & sunt in usu, & Lucas de Penna subtiliter, & doctissimè defendit non esse correctas, quem rogo videri: quare si tam varius est Thesaurus, nil mirum, quod *num.18. in fine*, dicat mulierem, de qua ibi non esse prægnantem, ideoque ad ejus favorem decisum, quæ intra mensem à morte mariti, virum alium sibi copulaverit, quia ex dictis à Thesauro apparet non fuisse illius opinionis, & patet in fine, quia sibi contrarium placebat. 54

Ex alio etiam capite nescio si in præsenti, possit esse in Illustrissima Marchionissa actio petendi antefatum, nisi producto instrumento, de quo DD. hujus Civitatis Stephanus enim de Gaeta *in consuetudine, hæredesque mariti, fol.242. vers. circa finem*, ait, quod Neapoli ad majorem cautelam in die obitus viri, uxor solet confici facere instrumentum de requisitione, & protestatione suorum jurium dotalium, & qualiter incidat sibi crines supra corpus, & luxit virum, & per tale instrumentum probatur luctus, & dies mortis viri, & initium anni, & aliorum temporum postea currentium à morte, & declaratur animus uxoris, consequi volentis jura sua dotalia, & sic postea in judicio non debebit alia probare, sed sufficit tale instrumentum, & addit de Gaeta, quod ubi vir moritur extra Civitatem, ita quod corpus haberi non possit, ponitur in terra unum de vestimentis viri, & ibi uxor incidit sibi capillos, & fit talis actus unde cum semel non esset confectum tale instrumentum, fuit necesse examinare ad æternam rei memoriam, & ideo bonum esset confici facere tale instrumentum, quod notandum in practica, dicit de Gaeta. 55

Vidua enim rationabiliter tenetur crines sibi incidere, quia amisit caput, quod illos producebat, & est signum subjectionis, quam ostendunt in perditione, & privatione viri, cui subjectæ erant, ut advertit Gloss. *in cap. pœnitentes 63. vers. comas 50. dist.* & sic servatur in Regno, quod cum vir decedit mulier sibi crines tondet, illosque immittit super corpus defuncti, licèt nonnullæ alienos capillos superponunt, proprios conservando, mundum decipiendo, ut possint probare virum luxisse, prout de jure tenentur per Textum *in l. denique contra 6. ff. de ritu nuptiarum*, & gaudere possit beneficiis viduarum, circa alimenta, & alia peragenda per hæredes. 56

Ubi non est quæstio de peccato, quod lex civilis foveat

non est juris Canonici corrigere leges civiles, sed nulla versatur culpa in iis pœnis statuendis, imò justissima ratione arcetur fœmina à tam celeri transitu ad alias nuptias, ac consulitur non solum certitudini prolis; verùm etiam perturbationi sanguinis.

Et confirmatur, quia jus civile non punit secundas nuptias, nec eas damnat, sed nimiam festinationem.

Accedat, quod nunquam jus Canonicum correxit, vel intentionem habuit corrigendi jus civile circa pœnas secundo nubentium, tanquam ad se non spectans, sed in tantum *in cap. penult.& final.de secundis nupt.* pœnam infamiæ abstulit, quia dicta pœna in decreti Canone approbata, & lata erat, ut in *cap. infames ad finem 3. quæst.7.* Gloss. *in l. decreto verb. contrahere, Cod. de quib. ex caus. infam. irrogetur*, & ibi Paulus *in fine*, Jacob. Curtius *lib.3. conjecturalium, cap.9.*

Et quando hæ pœnæ essent jure Canonico correctæ, (quod expresè negatur,) talis correctio servaretur in foro Ecclesiastico non autem sæculari, in quo jus civile Imperii servari debet etiam, quod juri Canonico adversetur, dum non contineat peccatum Alex. 35. *vol.1. var.res. tit.de feud. lib.2. resol.9.*

Astensis *in Summa 2. p. lib.8. tit.32. art. unico, quæst.4.* & Antonius de Burgos *in repetit. cap. Ecclesia de constitutionibus, num.267. 272.* tenent expresè, quod correctio dictarum pœnarum, de qua Canonistæ contra nos sentientes intelligi debet de cæteris pœnis, prout infamiæ, & aliis non autem de quarta, & antefato, ac proinde viduam festinantem nuptias amittere ante nuptialem donationem, seu antefatum, & omnia, quæ ex liberalitate viri ad ipsam pervenire per Auth. *de restit. & ea, quæ parit, §. fin.* quia cum virum suum ita velociter dehonestarit jure optimo, tanquam viro integra perdit ab ipso liberaliter accepta, & ex aliis juribus, ut ibi per eos, & adverte, quod prædicti sunt Canonistæ maximæ authoritatis.

Nec valet argumentis supra positis respondere, quod Text. Canonicus solam infamiam expressit, sed ratio in eo tradita ad omnes pœnas extenditur, quia ut supra probatum est non spectare ad Pontificem corrigere jus civile, quando non nutrit peccatum.

Accedat, quod correctio legum ex parte fieri debet, & semper est evitanda, *l. unic. C.de inoff. dotib. l. præcipimus, ff. de appellat.*

Nec valet dicere, quod hujusmodi pœnæ impediunt libertatem matrimonii, dum tantum respiciunt festinationem; accedat, quod conditio de non nubendo sub amissione legati valet, quæ habetur tanquam lex privata, quantò magis valere debet Imperatoris.

Hæc sunt, quæ pro nunc proponuntur sub trutina DD. Judicantium præ temporis angustiis, jussu Eminentissimi Dom. Cardinalis de Aragonia dignissimi hujus Regni moderatoris.

DISCEPTATIO CXCV.

SUMMARIUM.

1 *Sanctus Paulus 1. Cor. cap.7. adducitur.*
2 *Sanctus Paulus ad Romanos cap.7. adducitur.*
3 *Augustinus, quid sentiat de secundis nuptiis.*
4 *Gregorius Nazianzenus, à Cujacio relatus, quid sentiat.*
5 *S. Hieronymus in cap. Aperiant 31. quæst.1. adducitur.*
6 *Hieronymus in cap. quomodo 31. quæst. 1. adducitur.*
7 *Gratianus in dicta causa 31. quæst. 1. adducitur.*
8 *Hieronymus in dict. cap. quomodo 31. quæst.1. ponderatur.*
9 *Chrysostomus de secundis nuptiis, quid senserit.*
10 *Hieronymus, & Chrysostomus concordantur.*
11 *Eminentissimus Bellarminus adducitur.*
12 *Benedictio secundarum nuptiarum prohibetur.*
13 *Glossa in d. causa 31. q.1. in cap. de his, & tota causa reprobatur.*
14 *Bellarmini solutio non efficax.*
15 *Baronii interpretatio vera.*
16 *Basilii tempore qualiter puniebantur jure Canonico secundæ nuptiæ.*
17 *Secundæ nuptiæ jure Canonico punitæ.*
18 *Secundæ nuptiæ qualiter sint castæ, & honestæ.*
19 *Lelius Mancinus Italiæ stupor adducitur ad conclusionem probandam, an pœnæ secundarum nuptiarum sint sublatæ.*
20 *Infamia à secundis nuptiis cur abrogata per Canones.*
21 *Legatum factum mulieri si non nupserit pro primo anno non debetur.*
22 *Insignis Lusitanus Barbosa videndus adducitur in supplemento sui operis.*
23 *Doctissimus Treutlerus conf. 111. adducitur videndus.*
24 *D.Consil. Hodierna adducitur.*
25 *Doctor Costa nobis consentiens adducitur.*
26 *Glossa in l. liberorum, ff. de his, quæ notant. infam.*
27 *Doctor Costa adducitur.*

ARGUMENTUM.

Mulier nubens intra annum luctus, an perdat dotarium latè disputatur. Explicatur Textus in cap. penultimo, & finali, de secundis nuptiis, & jus Canonicum corrigens jus civile, ubi de peccato non agitur haud servandum in terris Imperii.

POENÆ CIVILES CONTRA secundò nubentes quomodo sint à Sacris Canonibus sublatæ? referuntur Canonistarum opiniones circa hanc conclusionem, & Authoris sententia.

ADdendum puto verissimis positis pincipiis, pro D. Michaele Miranda, quod sanctus Paulus (cujus dictum ad materiam adducitur) 1. *Epistola Corinthiorum, c.7.* ait. 1

Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit, quod si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanserit, secundum meum consilium, puto autem, quod ego Spiritum Dei habeam, ubi S. Thomas explicans ait, per hanc licentiam Apostoli, revocatæ sunt pœnæ, & infamia, quæ secundùm leges infligebantur secundo nubenti infra tempus luctus, scilicet ultra annum, vide S.Thomam.

Idem S. Paulus *ad Romanos, cap.7.* ibi. Nam quæ sub 2
viro est, mulier, vivente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est à lege viri, igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum altero viro, ubi declarant Chrysostomus, & S. Thomas esse licitas secundas nuptias, vel secundum se, ut ait S.Thomas, vel ex dispensatione Apostoli, ut ait Chrysostomus, & P. Cornelius à Lapide, cum aliis expositoribus dicunt ibi (*nubat in Domino*) id est licitè sine peccato, in ea Religione in qua est, vel nubat in Domino, id est secundum quod disponitur per leges Ecclesiasticas, ad validitatem matrimonii, sed nihil de pœnis à legibus impositis.

S. Augustinus *tom.4. suorum operum, libro unico, de bono* 3
viduitatis, folio mihi 323. in magnis typis Parisiorum cum Navi, ibi si secundas nuptias appetiisses, nullum Prophetiæ, vel legis obsequium, nullum prolis saltem carnale desiderium, sed solius incontinentiæ fuisset indicium.

Gregorius Nazianzenus relatus à Cujacio *in Auth. de* 4
non elig. secundo nubentes, ait: Coluit nascens Ecclesia viduas secundas nuptias, potius permisit, quam probavit, & inde tot Christianorum Imperatorum, de coercendis secundis nuptiis constitutiones. Et quia prioris mariti memoria obliteratis, & liberis prioris matrimonii debita non servatur affectio, quod tantùm abest; ut probarint legislatores, qui Christiana Religione imbuti, non fuerint, ut constituerint pœnas viduitatis, infra annum nubentibus, sed & Paulus *ad Timotheum* 3. ait, *Viduas honora, quæ verè viduæ sunt.*

S. Hieronymus *in cap. Aperiant 31. quæst.1.* Cum in se- 5
cundas nuptias fortè inveheretur, aut etiam primas nollet. Et, quæ virum Sanctissimum sinceritate decet, obtrectatores offendisse dicit *in d. cap. Aperiant*, quo loco cum posteriores nuptias se minimè damnasse fateatur, eas tamen se pro-

probare non dicit; at neque eas Augustinus damnavit, qui tamen numerositatis verecundiam non abrogavit, *cap. eodem* 31. *quæst*. 1.

6 Idem sanctus Hieronymus ibidem *in cap. quomodo*, ait quam Sancta sit Bigamia; hinc ostenditur, quod Bigamus in Clericum eligi non potest, & ideò Apostolus *ad Timotheum*; vidua inquit eligitur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor, hoc omne præceptum, de his est viduis, quæ Ecclesiæ pascuntur eleemosynis, & idcirco ætas præscribitur, ut illæ tantum accipiant pauperum cibos, quæ jam laborare non possunt, simulque considera, quod quæ duos habuit viros, & si decepta sit, & egeni, Ecclesiæ stipes non meretur accipere, si autem panis illi tollitur eleemosynæ, quantò magis ille panis, qui de cœlo descendit, quem qui indigne comederit, reus est violati Corporis, & Sanguinis Christi.

7 Gratianus autem, ne mulierem secundo nubentem mensæ cœlestis expertem crederemus, statim subjungit, verum hoc cum in exhortationem vidualis continentiæ, non in condemnationem secundarum, & deinceps nuptiarum putamus dixisse, quas multorum authoritatibus constat licitas esse, &c. At generaliter viros, & mulieres agere, pro viribus debere ne frequentiùs matrimonia contrahant, non negant Hieronymus *cap. si quæ fuerit*, §. *sed objicitur d. q.*1. unde inquit in convivio secundarum nuptiarum Presbyteri interesse non debent, sicut in Neocesariensi Concilio *cap*.3. & 7. quæ sunt *in d. cap. de his eadem distinctione*.

8 Idem Hieronymus *in dict. cap quomodo*. Quomodo (inquit) virginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias, & excusabile facit, quod per se non appetitur, ita ob eandem fornicationem vitandam, concedit viduis, secunda matrimonia; melius est enim alterum, & tertium virum nosse quam plurimos, id est, tolerabilius est uni ho-

9 mini prostitutam esse, quam multis, & Sanct. Joannes Chrysostomus, id est, Author operis Imperfecti, *in Matthæum, Homilia* 21. relatus *in cap. Hac ratione* 31. *quæst*. 1. Hac ratione (inquit) & Apostoli præceperunt secundas nuptias adire nuptias propter incontinentiam hominum: nam secundum quidem accipere, secundum præceptum Apostoli est, secundum veritatatem tamen vera fornicatio est.

10 In quibus quidem juribus videtur Chrysostomum, de quo *in cap. hac ratione*, & Hieronymum, de quo *in cap. quemadmodum*, apertè asserere secundas nuptias illicitas esse, dum Chrysostomum, ait eas, secundum veritatem esse fornicationem, Hieronymum vero dicat à Paulo permissas esse, ob incontinentiæ periculum; sed à Catholica veritate alienum esse debet hos gravissimos Patres, si Ecclesiæ luminaria id sensisse, ut idem Chrysostomus, ait *Homilia* 20. *in Epistola Pauli ad Ephesios*, & S. Hieronymus *in Apologia contra Iovinianum*, de quo *in cap. Aperiantur*, 31. *qu*. 1. & constat ex Concilio Illiberitano *cap*.57. Niceno *cap*.8. Carthaginens.4. *cap*.20. Toletano 3. *cap*.12. ut per novissimos ad Concilium Illiberitanum.

11 Unde non obstant Chrysostomus, & Hieronymus, omissa enim Responsione Eminentissimi Bellarmini *lib*.1. *de matrimonio*, *cap*.9. dico, quod Sanctissimi illi Patres adeò continentiam commendarunt, ut secundas nuptias, quibus inest aliquod incontinentiæ signum, exaggerando minus probasse videantur, itaque illa pro amplificatione, & exaggeratione quadam continentiæ, quæ dicta ab eis sunt, accipi debent, & sic respondent DD. ad plura jura, quibus videtur probari secundas nuptias esse illicitas, ac proinde secundum matrimonium contrahentibus esse imponendam pœnitentiam; at verum est non esse illicitas secundas nuptias, nec per se reprobari, sed per accidens, ob nimiam concupiscentiam, & intemperantiam, ex quibus illarum repetitio proficiscitur, atque ob illam incontinentiam imponitur pœnitentia.

12 Ideò in Concilio citato Neocesariensi *cap*.3. & 7. de quo *in cap. de his* 31. *quæst*.1. imponendam esse pœnitentiam statutum fuit illis, qui secundas nuptias contrahunt, & Presbyteris præcipiebatur ne interessent conviviis secundarum nuptiarum, quod quidem Sacri Concilii dictum

13 Glossa explicans, ait ibi in verbo (*ducunt*) intelligi de illis, qui simul non successivè plures accipiunt uxores, sed Glossæ interpretatio refellitur ex eodem Textu, quia si ita esset, utique indicaretur ibi duo matrimonia simul cum tali levi pœnitentia esse valida, neque separanda, nec ostenditur cur præciperetur Presbyteris, ne earum nuptiis interessent, & non fidelibus omnibus, cum secundæ nuptiæ primæ constantibus, nullæ sunt, & invalidæ.

Secundo loco respondet Cardin. Bellarminus *lib*. 2. *de Conciliis*, *cap*.8. *arg*.4. & 8. & *lib*.1. *de matrim. cap*.9. quod in juribus prædictis, & tali Concilio descriptis, non prohibetur secundum matrimonium, sed solemnitatem secundi, cui solemnitati propriè competit nuptiarum nomen, celebritas enim nuptiarum, tantum semel in Ecclesia Dei fieri constituitur teste Isidoro *lib*.1. *de officiis*, *cap*.9. & probatur *in c. cappellanum*, *de secundis nuptiis*, & proinde in Textu ibi prohibetur ne Presbytei celebrent secundas nuptias, & potius pœnitentiam injungit illis, quia contra morem Ecclesiæ, secundo matrimonio solemnitatem adhibuerint. 14

Sed licet hæc Bellarmini explicatio sit congrua, ac conveniat sensui, & verbis dicti Textus, commodior tamen, videtur interpretatio Card. Baronii *tom*.3. *Annalium Eccles. anno* 314. *numer*.91. dum ait, quod Laodicense Concilium propter emissum incontinentiæ signum certi temporis pœnitentiam injungit, ita Textus *in dict. cap. de his à bigamis pœnitentiam requirit*, non quod secundum matrimonium contrahendo peccant, sed quod suam incontinentiam manifestam, & bigamiam, quæ in humanæ imbecillitatis remedium est instituta, licentius usurpent, non itaque secundæ nuptiæ reprobantur, sed ob incontinentiam, quam præ se ferunt, puniuntur aliqua pœnitentia præscripti temporis, ut benè Sanchez *lib*.7. *de matr. disp*.80. *num*.4. id quod etiam multi post Laodicense Concilium, & Neocesariense statuit in sua Ecclesia. 15

Basilius *in Amphilochion*, *cap*.4. in quo bigamis annus pœnitentiæ, trigamis autem tres, & quatuor anni præscripti sunt, & apud nonnullas Ecclesias consuetudine dicit receptum, ut trigamis quinquennii segregatio designetur, ita tamen, ut inter audientes, hoc est Catechumenos non morentur, & postea in Congregatione fidelium esse permittantur. 16

Ergo si etiam de jure Canonico pœnis salutaribus punitur fœmina secundo nubens, quantò magis de jure civili, privanda erit antefato, præsertim quando non nupsit simpliciter, sed tempore quo potuit esse commistio sanguinis utriusque viri, & tempore quo non ad prolem procreandam, sed ad libidinem explendam præsumitur, quod nupserit ob tantam celeritatem, contra solitum nubendi modum, etiam inter inferiores non tanta dignitate constitutas mulieres, ut est nobilissima hæc Matrona. 17

Accedit etiam ratio, quia secundas nuptias contrahens pudicitiæ legis transcendere, ait J. C. *in Authent. neque virum*, & *l. fin. Cod. quando mulier*, &c. & pudica mulier dicitur, quæ in primo matrimonio nupta est, *dict. Authent. neque virum*, & *dict. l. fin.* & dici debet, quod mulier secundo nubens honestè vivit secundum se, & simpliciter, sed non habita ratione ad priorem virum, §. *si autem tutelam*, *juncto*, §. *cum igitur*, *Authent. de nuptiis*; non enim inviolatum, ut decet servat morientis Torum, *vers. Optimum*, *Authent. de nuptiis*, Plutarchus *in vita Apollonii*, talis apud Tiraquellum *in l. Boves*, §. *hoc sermone*, *in princip. num*.146. & *seq. ff. de verb. signif.* Caste igitur, honestèque vixit quoad se, sed debitam marito, sed mariti castitatem, honestatemque non servat, ut benè Lelius Mancinus *dissert. juris in tit. de sponsalib. & matr.* 18

Addit etiam idem Doctissimus Lelius Mancinus, qui per 30. annos tres Universitates nostræ Italiæ honoravit in jure Canonico, & Cæsareo, solemni omnium applausu, & tandem Papiæ mortuus, *in disquisitionibus Genialibus*, *centur*. 2. *cap*.140. posito quæsito, an pœnæ fœminis impositæ jure Civili; videantur omnes jure Canonico sublatæ, ad intelligentiam Text. *in cap. penult. & fin. de secundis nuptiis*, dicit hic Doctor, relatis tribus opinionibus. Prima quarum dicebat, quod omnes sint sublatæ. Secunda, quod nulla sit sublata. Tertia concurrit, & probat, quia hic est sensus Canonum, de quibus suprà, reliquas verò pœnas adhuc extare, & mulieri obstare ne intra annum luctus, & secundas nuptias convolet, & colligit ex verbis Sacrorum Canonum, quibus infamia nominatim abraditur, & ex sententia Pontificis ni fallor, volunt enim Sacram Pauli Apostoli concessionem, quæ in hoc tota est, ut mulier mortuo viro sit ab ejus lege soluta, & nubendi cui vult habeat potestatem, tantum in Domino, quod ait Apostolus, & cum eo Romani Pontifices, tantum in Do- 19

mino, & sensum habere ex Tertulliano, ut nullam aliam repetendarum nuptiarum, nisi à Domino præscriptam habeat; cui ergo voluerit Christiano, scilicet non Pagano, quia tantum in Domino.

20 Sed si esset licitum interpretari, cum utroque Pontifice, in juribus citatis, ut plenam habeat mulier libertatem nubendi, quasi soluta lege viri, nec deberet intra annum luctus coerceri, cur de sola infamiæ pœna loquatur, relictis aliis, quæ multa sunt, & benè ait Mancinus *dict. cap.* 140. *num.*7. quia sola illa pœna corrigenda fuit, quæ vim faceret, quasi præcisa, & metum induceret, quo benè constans mulier, posset à contrahendis nuptiis dimoveri; at ista est infamiæ pœna: nam reliquæ pœnæ temporales, posset mulier negligere, vel compensare cum utilitate secundarum nuptiarum, sed infamia libertatem aufert, contrahendo, licet enim infamiæ metus non sit talis, ut restitutionem promeruerit, ex edicto Prætoris *l. nec timorem*, *ff. quod metus causa*, si tamen habet affectum juris restitui potest, *l. isti quidem*, §. *quod si*, *ff. eodem*.

21 Hinc dicunt Doctores quod si fiat legatum alicui mulieri, si non nupserit, secundum terminos Text. *in Authent. cui relictum*, *Cod. de indicta vid. toll.* peti non poterit, intra annum tale legatum, *dict. Authent.* §.*qui vero*,*vers.Nonne sancimus*, *Authent. de nuptiis*, nisi nuptiarum spes infra annum deficiat, puta si legatarius Sacerdotio consecretur, post annum verò peti permittit, præstita cautione Mutiana, quod legati nomine cœperit, si viduo lecto discesserit, hoc est, si iterum nupserit id omne cum sua causa restituta, & cum quæretur an hodie intra annum peti possit tale legatum affirmant aliqui, quia tota ratio, cur non poterat petere infra annum, ea est, quia intra annum nubere non poterat, ne infamis fieret, *l. liberorum*, §.1.*ff.de his, quæ notantur infamia*, *l.consensu*, §.*si verò*,*C.de repudiis*,*cap. penultim.* & *in fin. de scundis nuptiis*. Ergo, quod intra annum abstinebat mulier, non honore viri, id facere credebatur, sed metu pœnæ, & hodie, quia est sublata infamiæ pœna, & cum ea, pœnæ omnes quascumque lex civilis excogitare potuerit, *dict. cap. penult.* & *fin.* Quapropter honore mariti creditur mulierem hodie abstinere intra annum luctus; ergo poterit legatum petere, oblata cautione, &c. Sed perperam dicta sunt, subdit Mancinus: nam Justinianus anni tempus, & mulieri præscribit, & viro, si fortè ei mulier, vel alius sub ea conditione legatum dederit. Vir autem infamiæ pœnam si merè non potest, quia nec lugere uxorem debet, si nolit, *l. uxores*, *ff.de his, qui notantur infamia*, neque aliam præterea pœnam dare, §.1. *Auth. de nuptiis*, & sic quia sola infamiæ pœna sublata est, à mulieribus secundo nubentibus intra annum luctus, per consequens illud non poterit petere, infra annum luctus DD. cum Mancino *ubi suprà*, *cap.*141. & novissimè sequitur hanc opinionem Pilaja *in decis.Can. lib.*2. *decis.*2. *de Sacram. n.*102.

22 Accedit doctissimus Barbosa, qui fuit Canonista insignis, & verè opera ejus possunt dici Bibliotheca Canonistarum; hic inquam cum aliàs plura dixisset de secundis nuptiis, tandem in supplemento Decretalium *in collectan. tom.*6. *lib.*4. *Decretal. in tit. de secundis nuptiis*, relatis tribus opinionibus, quod scilicet infamia sit sublata per leges Canonicas. Secunda, quod nulla sit sublata. Tertia, quod omnes sint sublatæ, subdit doctissimus Barbosa, quod vera est opinio, ut sola pœna infamiæ sit sublata, & non alia, & transcripsit latissimè Lælium Mancinum *ubi suprà*, *quæstionum Genialium* 140. & *n.* 141. Ergo Barbosa insignis Canonista in ultima operis impressione in suo *tom.*6. *Decretalium*, *in d.cap.pen.* & *finali*.

23 Tandem videatur doctissimus Hieronymus Treutlerus *consil.*111. *per totum*, & præsertim *à num.*23. ibi, quid de jure Canonico dicat, hoc idem permisisse quidem nuptias secundas, minimè verò approbasse, in confesso est, tanquam in Concilio Neocæsariensi, de quo *in cap. de his* 31. *quæst.*1. Pœnitentia sæpè mulieribus injungitur, & prohibens ne Presbyteri secundis nuptiis interveniant, tum quia *in cap. fin.*23. *distinctione*, & *cap.*2. *de secundis nuptiis*, Benedictio denegatur secundis nuptiis, vel repetitas nuptias ineuntibus, tum quia *in cap. Acutius*, *cap. deinde*, *cap.fin.* 26. *distinctione*, *cap.*1. 2. & 3. & *finali*, *de Bigamis non ordinandis*; tum quia Clericum percutiens bigamum, in excommunicationis sententiam non incurrunt, de qua *in cap. si quis suadente Diabolo* 17. *quæst.*4. *cap. unico*, *de Clericis conjugatis in* 6. Petrus Gregorius *lib.*9. *syntagm. jur. cap.*22. *num.*16. Ergo jura Canonica permiserunt quidem, secundas nuptias, sed non approbarunt, ut benè Treutlerus *dict. c.*111. *num.*23.

Igitur S.Paulus permisit secundas nuptias in Domino tantum scilicet dicendo non esse peccatum illas contrahere, cæteri SS. Patres, & jura Canonica *in* 31. *dist.* aliquales pœnas imposuerunt jura Civilia solam pœnam infamiæ abrogarunt, dicas ergo pars contraria qualiter petat de antefato, quod nullo modo debetur.

Nec mirandum est, quod oculatissimus, ac doctissimus D. Consiliar. Hodierna *in famosa repetitione l. hac edictali*, *quæst.*21. repetendo etiam, *l.fœminæ dispositionem*, *Cod.de secundis nuptiis*, quæ in pœnam secundarum nuptiarum fuerunt à J.C. introductæ propter injuriam primo viro factam, & filiis per transitum ad secundas nuptias, subdit *nu.* 17. jus Canonicum omnes secundo nubentium pœnas abstulisse, ex dicto Apostoli, (ut mortuo viro mulier nubat in Domino:) nam ipsemet Dominus, *nu.*18. referens communem opinionem de nubente infra mensem cum periculo perturbationis sanguinis, ac fœminis utriusque viri, & allegato Thesauro *lib.*1. *quæst. forens. quæst.*28. *in fin.* de ea, quæ nupsit infra mensem, & legata, an marito facta fuit consequuta, benè ponderat, *num.*19. hanc opinionem displicuisse Thesauro, qui mordicus dicebat esse privandam legatis prædictis ob rationes, de quibus ibi D. tamen Hodierna, assentitur Thesauro, quem non improbat, nec impugnat in suo dicto ultimo loco relatum; quem rogo videat ea, quæ scripsimus, quia utpotè amicissimus veritatis, docebit nos suam verissimam sententiam, quam ibi aliquantulum degustavit. 24

Doctissimus Joannes Baptista Costa Sacrorum Canonum famosissimus Interpres, *de facti scientia*, & *ignorantia*, *dist.*52. *fol.*497. *tom.*1. ibi, pœnæ mulieribus indicare, dum accelerant transitum ad secunda vota, plusquam sinat honestatis ratio, nec non velit ratio incertitudinis partus ab eo turbatum sanguinem, quatenus concernunt favorem liberorum, adhuc perdurant reliquis de jure Canonico sublatis, & utroque Gabrielio, quos allegat Practica Papiens. & aliis apud eundem, quapropter inter pœnas respicientes favorem filiorum ponit Costa, puniendam esse ob festinatas, & acceleratas nuptias, unde non sunt sublatæ jure Canonico. 25

Nec turbet DD. Judicantes Glossa Civilis *in l.liberorum*, *in verbo collocare*, *de his*, *qui notantur infamia*, ubi relata nostra opinione subdit, sed de jure Canonico statim nubere poterit mortuo primo viro, ut in 2. *quæst.*53. *cap. consuluisse*, §.*hoc autem*, quia rogo videri Textum Canonicum, de quo ibi Glossa, qui nullibi est, & sic remanet Glossa sine ulla authoritate in materia correctoria legum, quæ non admittitur, *l. præcipimus* 6. *de appellat.* Pilaja citatus *sup.lib.* 1. *dec.*12. *n.*69. 26

Rogo etiam videri eundem Dom. Costam *de facti scientia*, *cent.*27. *dist.*12. *fol.*454. *n.*83. ubi ex Apostolo ait mulier mortuo viro nubat in Domino, non secundum Glossam *in cap. si alterius* 7. *q.*11. 27

DISCEPTATIO CXCVI.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Legati verba adducuntur.*
3 *Missarum obligatio, imposita Regularibus, transit cum ipsis ad aliam Ecclesiam translatis.*
4 *Legati verba, quando diriguntur ad personas, quem effectum producit.*
5 *Ecclesia translata, transeunt cum ea omnia jura sua.*
6 *Ecclesia de qua in præsenti, qualiter fuerit considerata.*
7 *Legatum relictum Ecclesiæ, nomine proprio illius, quando debetur Ecclesiæ translatæ.*
8 *Collegio translato, vel confraternitate, Missarum onera cum eadem transferuntur.*
9 *Missæ onus, pro devota imagine, qualiter transferatur cum Collegio, vel communitate.*
10 *Missarum onus, intuitu Altaris relictum, non transit in alium.*
11 *Missarum onus, intuitu personarum deservientium Alta-*

Altari relictum, transit cum personis translatis ad alium locum.
12 *Legati verba, de quo in præsenti, referuntur ad personas non ad Ecclesiam.*
13 *Testatorem considerasse cultum loci, qualiter probetur.*
14 *Cappellanus non potest in alio Altari, ultra designatum à testatore celebrare, etiam de voluntate hæredis.*
15 *Episcopus non potest dare licentiam celebrandi, in alio Altari præter designatum.*
16 *Cappellanus cum legitima causa, potest celebrare in alio Altari, præter designatum, posita licentia Episcopi.*
17 *Episcopus, an possit dispensare cum Sacerdote absente, ut non celebret in loco destinato.*
18 *Cappellanus obligatus celebrare in certo Altari, an possit celebrare in Altari privilegiato.*
19 *Cappellanus, si non potest celebrare in loco designato, an debeat alibi celebrare.*
20 *Anniversaria sunt celebranda in Ecclesia, ubi sepultus est testator, nisi sit considerata persona, & non locus.*

ARGUMENTUM.

Legatum relictum alicui Ecclesiæ, vel confraternitati pro Missis celebrandis, an debeatur eidem Ecclesiæ, vel confraternitati translatæ ad alium locum?

1 IN Ecclesia S. Mariæ de la Græca, Terræ Putignani Baren. Diœcesis, adest Capitulum Clericorum participantium ad numerum viginti, & post annum 1560. intus Ecclesiam prædictam, fuit erecta Confraternitas Sanctissimi Rosarii, cum Indulgentiis, & Spiritualibus gratiis, ac favoribus concessis à Rever. Patre Generali S. Dominici, vigore Bullarum Pontificum, cum conditione tamen, ut omni tempore, quo contingeret in eadem Terra Putignani, construi Monasterium Ordinis Prædicatorum, dicta Confraternitas Sanctissimi Rosarii, cum omnibus suis bonis, & redditibus transferretur ad dictum Monasterium Patrum Sancti Dominici, juxta privilegia dictæ Religionis. Contingit etiam, quod ab Abbate D. Francisco Novara, in suo testamento, fuit factum legatum prædictæ Confraternitati Sanctissimi Rosarii, in anno 1616. talibus verbis: *Similmente lascio alla Venerabile Confraternità del Santissimo Rosario, eretta dentro la Chiesa di Santa Maria della Greca, di detta Terra, ducati cento, e dieci, con conditione, che li Priori sono, e saranno di detta Confratervità, debbano detti ducati cento, e dieci impiegare in compra d'annuo censo, con peso di fare celebrare una Messa in ciascun mese*, in perpetuum, *nell'Altare, e Cappella di detto Rosario, per l'Anima di esso Testatore, e che per detta celebratione, li detti Priori siano tenuti pagare dalla rata del censo, pervenendo dal detto capitale carlini cinque per ogni Messa, si fara detta celebratione dal predetto Capitolo, e Clero di Santa Maria della Greca, quale Messa si debba celebrare solennemente cantata, e così successivamente*, in perpetuum, *debba incessanter osservare.* In hac eadem similitudine, & forma, facta fuerunt nonnulla alia legata, & donationes, eidem Confraternitati nonnullarum pecuniarum quantitatum, cum onere celebrationis Missarum, seu anniversariorum, in quibus dicitur, dictam Confraternitatem debere facere celebrari Missas, & anniversaria ab eodem Capitulo S. Mariæ de la Greca, & eidem solvere debere Carolenos quinque pro quolibet anniversario, & quod plus de redditibus superesset, Confraternitati prædictæ applicaretur.

2 Quia vero in anno 1660. in eadem Putignani terra, ædificatum est Monasterium Ordinis S. Dominici, & in eo translata est Confraternitas prædicta Sanctissimi Rosarii, cum suis bonis, & introitibus, ideò prætendit Capitulum S. Mariæ de la Greca, quod non obstante, quod dicta Confraternitas sit translata ad Monasterium S. Dominici, ad se spectet Missarum, & anniversariorum celebratio ad Confraternitatem spectet solutio, ex quo dicit Capitulum, in tali celebratione passiva, ex electa industria personæ supradicti Capituli, dummodò in talibus legatis, donationibus, ac piis dispositionibus dictum est, celebrari debere Missas, & anniversaria à Capitulo.

E contra vero Monasterii S. Dominici Patres, dicunt, ad se hodie spectare celebrationem prædictam & eleemosynam recipere à Confraternitate translata, dum ipsa Confraternitas vigore privilegiorum, unà cum omnibus suis bonis, & redditibus translata est in Monasterium S. Dominici, nec ei obstare dicit, quod in legatis fiat mentio celebrationis faciendæ, per Capitulum Sanctæ Mariæ de la Greca, quia id tunc procedebat, quando Confraternitas erat in Capitulari Ecclesia prædicta, in qua Ecclesia nullus alius admissus ad celebrandum fuisset; cum autem hodie Confraternitas reperiatur translata in proprium Dominicanorum Monasterium, ibi sunt Missæ dicendæ; dum pia mens disponentium fuit Missas relinquere Confraternitati Sanctissimi Rosarii, ad finem lucrandi Indulgentias eidem Confraternitati concessas, quibus privati remanerent defuncti, si Missæ dicantur in dicta Ecclesia S. Mariæ de la Greca, ex qua translatæ sunt Indulgentiæ.

Facti specie proposita: firmiter assero onus prædictarum Missarum, & anniversariorum, spectare ad Confraternitatem, à qua Missæ sunt solvendæ, ac dicendæ per Patres Sancti Dominici illius Conventus, ubi Confraternitas est translata.

Probatur primò, quia obligatio Missarum imposita Regularibus, sequitur ipsos Regulares; & transfertur ad eam Ecclesiam, ubi Regulares transferuntur, Marchinus *de Sacram. ordinis, tract.4. part.2. cap.24. numer.3.* Thomas Hurtadus *part.1. resolut. moralium, tract.2. cap.4. numer.99.* Rota in Bergomensi legati, 9. Octobris 1591. coram Seraphino *quæ est decisio* 1149. inter impressas ipsius, in qua decisione punctualiter casus noster fuit decisus: nam quidam testator reliquit ducatos centum, & petium terræ Monialibus S. Claræ, pro una Missa, qualibet die pro anima sua, & in casu, quo Moniales nollent facere celebrare dictam Missam omni die, eo casu vocavit aliam Ecclesiam Sanctæ Mariæ Misericordiæ, postea Moniales à S. Carolo Borromeo fuerunt translatæ ad aliam Ecclesiam, & ibi translatæ, Missas celebrari faciebant. Comparuit Ecclesia substituta, dicens ad se spectare, dicebant Moniales pertinere ad se in Ecclesia translata, & pluribus adductis, Domini dixerunt pro Ecclesia translata, & inter alias rationes, fuit illa considerata, quia verba legati principaliter fuerunt directa ad Moniales, quibus fuit deinde adjunctum onus celebrandi facere Missas (sicuti in præsenti fuit onus adjectum Confraternitati, seu Confratribus collectivè) in eorum Ecclesia, unde succedit regula, præsumi legatum factum intuitu legatarii, ex *l. Pater filium, §. Tusculan. ff. de leg.3.* ubi Bartol. & alii Covarruv. Soccinus, & alii apud Manticam *lib.6. ultim. volunt. tit.14. num.18. & lib.8. tit.6. num.13.* tum quia omnia jura transeunt ad Ecclesiam translatam, facta translatione, *cap. ex hoc diximus* 16. ubi Gloss. *in cap. Abbati, in fin.* ubi Gloss. *de verbor. signif. gloss. ultima, in cap. si quis vult 16. quæst.7.* Luppus *alleg.68.* ergo, &c. 3 4 5

Probatur secundò, quia onus celebrandi Missas, annexum legato, fuit impositum Confratribus; ergo sequitur personas Confratrum, & Ecclesia est expressa tamquam ea in qua celebrant d. Clerici seculares, ita ut electa sit Ecclesia ratione personæ, non persona ratione Ecclesiæ; ergo semper persona trahit ad se Ecclesiam, tamquam electa ratione personæ, ut bene DD. citati. 6

Immò etiamsi testator expresse legasset onus Missarum Ecclesiæ, nomine proprio, cum relatione tamen ad Regulares, Moniales, vel Confratres, adhuc debetur Ecclesiæ, in quam transferuntur, ut si diceretur in Ecclesia S. Andreæ, aut in Ecclesia S. Andreæ Franciscanorum, aut aliqua alia simili relatione, quia adhuc censetur electa Ecclesia, non ratione sui, sed ratione pertinentiæ ad ipsos Regulares, Moniales, vel Confratres, ita ut favore personarum, censeatur adjectus locus, non favore ipsius loci, argumento *leg. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat.* 2. ubi Gloss. *& in leg. fin. Cod. de verbor. signific.* & observat Seraphin. *dict. decis.*1549. *numer.*11. Ergo posita pertinentia ad Regulares, Moniales, vel Confratres, in quacumque Ecclesia, contemplata censetur, non ratione sui, sed ratione ipsorum, quia tota contemplatio est personarum, & censetur electa qualitas Ecclesiæ, nempè in qua est Confraternitas SS. Rosarii, quam ipsa Ecclesia, ut bene P. Pasqualig. *tom.2. de Sacrificio Missæ, quæst.*1143. *num.4.* qui *num.*50. 7

8 *num.*50. idem dicit in puncto pro cauſa noſtra, ut procedat
in quocumque collegio, ſeu communitate, cui idem onus
ſit injunctum, quia militat eadem ratio; immò punctua-
liter advertit, quod ſtringit quæſtionem noſtram etiamſi
ſit injunctum onus curandi celebrationem Miſſarum in
ſua Eccleſia, ut ait Rota coram Seraphin. *d. deciſ.*1595.*&*
1549. quia ſemper dicitur, quod locus eſt adjectus ratione
perſonæ, quia cum legatum ſit conceptum in perſonas, &
ad ipſas, verba ſunt directa, cenſetur factum perſonæ, non
loco, Duranus *d.*130. *num.*3.

9 Quod in noſtro facto, alio medio probatur, quia diſpu-
tant DD. noſtri, an ſi teſtator diſponat, quod Miſſa cele-
bretur in altari devotæ imaginis poſſit in alia Eccleſia cele-
brari, ſi illi, quibus celebratio commiſſa eſt, ſe transfe-
rant ad aliam Eccleſiam, & communiter ſolent diſtingue-
re duos caſus, ut bene Hurtadus *tract.*2. *reſolut. moral. c.*2.
*reſol.*9. *à num.*100.

10 Primus caſus eſt, quando teſtator per ſe primo diſpoſuit,
quod Miſſa celebraretur in Altari, in quo ſpeciali culto ima-
go colitur, & deinde onus celebrandi impoſuit illis, qui
ibi ſunt ad quos pertinet Eccleſia, & tunc, ſi mutent Ec-
cleſiam, non tranſit cum ipſis onus celebrationis, ſed re-
manet implendum in prima Eccleſia, quia in diſpoſitione
principaliter, & per ſe fuit contemplatus locus, & cele-
bratio fuit illis commiſſa, ad quos pertinet Eccleſia ratione
loci, & ſic tam emolumentum, quam onus remanet ad-
dictum loco, juxta *l. Annua*, §. *Titia*, *ff. de annuis legatis*,
*l.*2.*ff. de rebus dubiis*, Menochius *lib.*4. *præſumpt.*502. *num.*
21. Rota *d.*574. *num.*8. *part.*1. *diverſ.* & in aliam coram
Lancellotto 7. Maji 1607. quia diſpoſitio eſt certa reſpectu
loci, & poteſt in ipſo impleri, ergo non poterit alterari,
& ad alium locum transferri: nam eſt ſolum electum mini-
ſterium inſervientium Eccleſiæ, quatenus ſunt deſtinati
ſervitio talis Eccleſiæ, non autem perſonæ, ergo celebra-
tio non debet ſequi perſonas, per tradita à Menoch. *lib.*4.
*præſumpt.*112. *numer.*7. à Rot. *d.*309. *numer.*10. *part.*6. *re-
cent.*

11 Secundus caſus, (& hic eſt, de quo agimus,) quando
in diſpoſitione ſunt per ſe primo contemplati inſervientes
Eccleſiæ, ita, ut in ipſorum perſonas conceptum ſit lega-
tum, aut emolumentum aſſignatum pro celebratione Miſ-
ſarum, & deſtinatio loci eſt adjecta in conſequentiam ad
celebrationem, etiam ex devotione diſponentis, erga ali-
quam imaginem, & tunc jus celebrandi ſequitur perſo-
nas, etiamſi imago non transferatur, quia tunc cenſentur
electæ perſonæ, & locus celebrationis in conſequentiam
ad perſonas celebrantes in tali loco, quia hic eſt finis ſe-
cundarius diſponentis DD. ubi ſuprà, & cenſeri debet te-
ſtatorem, non ſolum reſpexiſſe ad fructum ſacrificii, ſed
etiam ad ſublevandam indigentiam religioſorum, cum in
hoc potuerit exercere actum pietatis, & miſericordiæ, &
ordinare ſuam diſpoſitionem ad duplicem finem, & ex utro-
que percipere utilitatem.

12 Pro corroboratione noſtræ concluſionis ſunt verba pon-
deranda legati, ibi: *Con peſo di fare celebrare una meſſa in
ciaſcuno meſe* in perpetuum, *nell'Altare*, *e Cappella di
detto Roſario per l'Anima di detto teſtatore*. Deſignavit er-
go teſtator locum, ergo Cappellani non poſſunt, niſi in il-
lo celebrare, alias peccarent mortaliter, poſt antiquos,
Zerola *in praxi*, *part.*1. *in verbo Miſſa*, *verſ.*3.§. *ad quin-
tum*, Fagundez *præcept.*20. *lib.*3.*cap.*9. Poſſevinus *de offic.
Curat.cap.*2.*numer.*25.Fraxinellus *ſect.*4.*de obligat.Sacerdot.
conſ.*4.§.9. Averſa *quæſt.*11. *de Euchar. ſect.*18. Bonacina *de
Sacrament.quæſt.ultim.numer.*7.§.4.Barboſ.*allegat.*2.*num.*33.
& in cap. ſignificatum de præb. Gavantus *ad Rubricas Miſſa-
lis*,*part.*3.*tit.*12.*num.*6.Moneta *de comm. ultim. volunt.cap.*7.
*numer.*394. *& cap.*2. *numer.*242. Thomas Hurtadus *reſolut.
tract.*1.*cap.*4.*reſolut.*9.*numer.*92. Riccius *part.*1. *reſolut.*753.
Bardus *lib.*10.*ſelect.moral.qu.*9.§.1.

13 Quod ſanè procedit, quia per hoc, quod teſtator legit
certum locum, finem habuit in tali electione, finem in-
quit cultus loci, ejuſque devotionis, Lappus *allegat.*33.
Gratianus *cap.*73.*num.*3. qui ſic ait per Rot. deciſum, Card.
Lugo *diſp.*21.*de Euchar.ſect.*2. *num.*36. Leander *de Sacram.
tract.*8. *diſp.*4. *quæſt.*84. interdum verò per aliquas vices ſi
non celebret, non peccat Cappellanus, Fraxinell. & alii,
apud Dianam *part.*2.*tract.*14.*reſol.*29. Thom. Hurtadus *p.*1.
*tract.*2.*c.*4.*reſol.*9. *num.*95. Paſqualigus *tom.*2.*de ſacrif. Miſ-
ſæ*,*q.*1139.*num.*5.

14 Nec hæredes, poſſunt dare licentiam Cappellano, ut
alibi celebret, præter locum deſtinatum à teſtatore, Ge-
nuenſis *in ſuo Paſtorali*,*cap.*17. Riccius *part.*1. *reſolut.*353.
Barboſa *allegat.*24.*num.*35.Marchinus *tract.*3.*part.*2.*cap.*24.
*numer.*3.Hurtadus *tom.*1.*reſolut.moral.tract.*2. *cap.*4. *reſolut.*
9.*numer.*96. Averſa *quæſt.*11.*de Euchariſtia ſect.*18. Franciſc.
de Lugo *lib.*5.*de Sacram.cap.*11.*quæſt.*5. *num.*48. quia volun-
tas teſtatoris, & ejus diſpoſitio eſt omninò ſervanda, *l.*1.
C.de Sacroſ.Eccleſ.c.Porrò,*de privilegiis*, Rota apud Ludo-
viſ.*deciſ.*4.Duran.*deciſ.*418.*& part.*1.*recent.deciſ.*155.*& de-
ciſ.*254.*part.*2.

Immò, neque Epiſcopus poterit, abſque cauſa conce- 15
dere licentiam Cappellano, ut non celebret in Altari deſti-
nato, à Fundatore, teſtatore, &c. Seraphinus *deciſ.*1549.
*num.*2.Thomas Hurtadus *part.*1. *reſolut.moral.tract.*2.*cap.*4.
*reſolut.*9. *num.*96. quia non eſt dominus voluntatis teſtato-
ris, vel Fundatoris, ſunt interdum aliquæ cauſæ, quæ de
per ſe, abſque conſenſu Epiſcopi, relaxant obligationem
celebrandi in tali altari, putà ſi altare eſſet deſtructum, aut
ſi amiſiſſet conſecrationem, aut ſi inundatio impediret ac-
ceſſum, aut ſi Eccleſia eſſet interdicta: ut bene Merenda
*conſil.*29. Genuenſis *in manuali*,*cap.*72.Riccius *in praxi*,*p.*1.
*d.*353. *numer.*4. *&* 5. De conſenſu tamen hæredum, vel pa-
troni, poterit Epiſcopus ex rationabili cauſa diſpenſare, ut
celebretur in alio altari in eadem Eccleſia: poſt alios Mar-
chinus *tract.*3.*part.*2.*cap.*24.Hurtadus *tract.*2. *cap.*4. *reſol.*9.
*num.*97.Bonacina *diſput.*4.*quæſt.ultim.pun.*7.§.4.*numer.*4. Di-
caſtillus *de Sacram.tract.*50. *diſput.*4. *dub.*21. *num.*387. Im- 16
mò ſtante legitima cauſa, vel impedimento, poteſt Epiſco-
pus, etiam abſque conſenſu hæredum diſpenſare; ut Cap-
pellanus celebret in alio Altari, Moneta *de comm. ult. vol.
cap.*50.*quæſt.*11.*num.*368. Franciſcus Lugo *lib.*50.*de Sacram.
cap.*11.*quæſt.*5.*numer.*48.Barboſa *allegat.*24. *numer.*36. *& al-
legat.*19.*num.*8. Marchinus *de Sacram.Ordinis*,*tract.*3.*part.*
2.*cap.*24. *numer.*3. Hurtadus *part.*1.*reſolut.moral.tract.*2.*c.*4.
*reſolut.*9.*num.*97. De Caſtillo *tract.*5. *de Sacram. diſp.*4. *dub.* 17
21. *num.*387. putat verò Marchin. ubi ſuprà, poſſe Epiſco-
pum diſpenſare cum Sacerdote abſente, ut durante abſen-
tia celebret in loco, ubi reperitur, & non in Altari deſti-
nato, licet abſentia ſit longa, ſed eum impugnat Paſqual.
*tom.*2. *q.*1141. *num.*5. dicens, quod hoc caſu ſtante longa ab-
ſentia, poſſet per alium ſervire.

Quod ſi Capellanus ſit obligatus celebrare in certo Alta- 18
ri, eſt quæſtio an poſſit celebrare in Altari privilegiato,
quando celebrandum eſt pro defunctis; putant aliqui, quod
poſſit, ita Averſa *quæſt.*11.*de Euchariſtia*,*ſect.*18. Cardinal.
Lugo *diſput.*21.*de Euchariſt.ſect.*2. *num.*36. Franciſcus de
Lugo *lib.*50.*de Sacram.cap.*11. *quæſt.*5. *num.*52. De Caſtillo
*de Sacram.tract.*5. *diſput.*4. *dub.*21. *num.*385. qui limitant,
niſi teſtator reſpexerit ad cultum, aut ſplendorem Altaris,
quia tunc non poterit variare, putat tamen probabilius
Paſqualigus *quæſt.*1142. *numer.*3. non licere variare, & ce-
lebrare in privilegiato: nam licet celebrando in privilegia-
to, videatur utilius negotium fundatoris tractare, & me-
lius ſatisfacere, attamen non implet mentem ipſius, nec
ſatisfacit ejus voluntati, quæ eſt, ut in Altari deſignato
celebretur, quia ſi voluiſſet celebrari in privilegiato, faci-
lè ei fuiſſet dicere, & explicare; ergo cum id non expreſ-
ſerit, cenſetur noluiſſe, *capit.*20.*de translat.Prælat.cap.ad
Audientiam*, *de decimis*, Surdus *deciſ.*88. *num.*4. Menoch.
*conſil.*30.*numer.*8.Gonzalez *ad Reg.*8.*Cancellariæ*,*gloſſ.*9.§.1. 19
*numer.*33. ergo ſignum eſt, quod altare à ſe deſignatum
prætulerit privilegiato, ſi verò Cappellanus non poſſit ce-
lebrare in loco à fundatore deſignato, eſt quæſtio an de-
beat alibi celebrare, putant aliqui eſſe diſtinguendum,
quod aut teſtator attendit fructum ſacrificii, & tenebitur
alibi celebrare, ſi altare deſignatum fuerit dirutum, aut
aliter impeditum, ſed ſi attendit cultum, & ſplendorem
Altaris, aut alicujus Sancti, aut commodum Populi ad-
venientis, aut memoriam familiæ, & tunc non tenetur
alibi celebrare: ſicuti ſi quis novit jejunare in vigilia ali-
cujus Sancti, non tenetur amplius jejunare, ſi nequeat
eodem die jejunare, ſic dicunt Barboſa *de poteſtate Epiſco-
pi*, *allegat.*24.*num.*35.Marchinus 1.*part.de ordine*, *tractat.*3.
*part.*2.*cap.*24.*num.*9.Leander *tract.*8.*de Sacram.diſp.*4.*quæſt.*
26.Cardin.Lugo *diſput.*21.*de Euchariſtia*,*ſect.*18. Franciſcus
Lugo *lib.*50.*de Sacram. capit.*11. *quæſt.*5. alii probabilius pu-
tant, teneri in alio loco celebrare, ita Azorius *part.*1. *lib.*
10.*cap.*24.*quæſt.*8.Naldus *in ſumma*,*in verbo*,*Miſſa*, *numer.*3.
Fagundez *præcept.*1. *lib.*3. *cap.*9. Bonacina *diſput.*4. *quæſt.ult.
puncto* 7.§.4.*num.*3.Moneta *cap.*10.*quæſt.*5.*num.*241. Thomas
Hur-

Hurtadus *part.1.tract.2.capit.4. resolut.11. num.103. & 106.* de Castillo *tract.5. disput.21. numer.397.* Bardus *lib.10. selectar. q.9. §.2. n.1.* qui addunt, quod in dubio debet supponi, intentio Fundatoris, quod voluerit celebrari in alio loco, quia hoc sibi utilius est.

20 Huic infertur, ad celebrem Rotæ *decis.494.* apud Cavalerium, ubi facta divisione per Archiepiscopum Terraconensem executorem deputatum, à S. P. fuit dubitatum, an Canonici alterius Cathedralis deberent participare de anniversariis relictis ab illis, qui in prima Ecclesia sepulti erant, & fuit in Rota resolutum negativè, prout alias eadem Rota coram Merlino, quia de jure anniversaria sunt celebranda in Ecclesia, ubi fundatorum corpora requiescunt, ex notatis ab Abbate *cons.94. numer.9. part. 2.* Cumano *cons. 12.* & subdit Abbas, quod honestius ibi celebrantur Missæ, quàm alibi, cum patrocinio illorum Sanctorum, sub quorum invocatione Ecclesia consecrata est, & licet animæ defunctorum in dicta Ecclesia quiescentium, eodem modo juvarentur, si Missæ in alia Ecclesia celebrarentur, ex Soto *in 4. dist. 13. quæst. 2. artic.4.* & Seraphino *decis.1149. numer. 11.* nihilominus dixit Rota, quod satis est quod honestius celebrantur in Ecclesia sepultura, ut dicit Abbas, & respondens Rota, apud Cavalerium ibi, *num.6. ad Seraphini decisionem*, de qua supra, ait, quod Missæ sunt celebrandæ in Ecclesia, in qua relictæ sunt, quando non est habitus respectus ad existentes in Ecclesia; ergo cum in præsenti per testatorem fuerit habitus respectus ad Confraternitatem, & Confratres Sanctissimi Rosarii existentes in Ecclesia Sanctæ Mariæ de la Greca, clarè apparet translata Confraternitate, ad Ecclesiam Sancti Dominici, nullatenus spectare celebrationem ad Capitulum dictæ Sanctæ Mariæ de la Greca, ut sperat à DD. Judicantibus judicaturum, ne contra Rotæ Romanæ decisionem, apud Seraphinum 1149. judicetur.

DISCEPTATIO CXCVII.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur disputanda.*
2 *Donatio facta cum pacto restituendi superflua donanti valida est.*
3 *Paupertas, & ejus votum, quid importet?*
4 *Legatum, vel donatio facta Monacho cum pacto ut nihil acquiratur Monasterio, valet.*
5 *Donatio cum pacto ut nihil acquiratur Monasterio, qualiter ex Bartolo intelligatur.*
6 *Donantis mens ut servetur, verba impropriantur.*
7 *Præs. de Franch. decisione 718. adducitur ad causam.*
8 *Patres etiam Dominicani sentiunt pro validitate donationis, de qua hic.*
9 *P. Diana cum suis Theatinis, donationem de qua hic, canonizavit.*
10 *Cæsar Carena donationem præsentem approbat.*
11 *Molfesius Theatinus docet valere hanc donationem.*
12 *Tamburinus de jure Abbatissarum scripsit pro validitate hujus donationis.*
13 *Conditio quando sit contra votum paupertatis.*
14 *P. Rodriquez pro donatione affertur.*
15 *P. Lezzana validam dicit donationem.*
16 *Rota Romana approbavit hanc donationem de qua agitur in præsenti.*
17 *Sacra Congregatio Concilii tales donationes approbat.*
18 *Legatum relictum Domui Professæ Societatis Iesu, an ei debeatur, & qualiter?*
19 *P. Afflictus de justitia approbat hanc donationem.*
20 *Cardinalis de Lugo adducitur pro facto de quo agimus.*
21 *P. Pellizzarius adducitur pro validitate donationis, de qua hic.*
22 *Dispositio pœnalis, an & quando valeat in odium Monasterii.*
23 *Religiosus potest institui sub conditione distribuendi illis, quibus communicavit testator Religioso sub sigillo confessionis.*
24 *Religiosus, an & quando possit cogi ad declarandam voluntatem commissam.*
25 *Religiosus qualiter possit habere aliquid sine vitio proprietatis, independenter à superiore.*
26 *Concilii Tridentini decretum sess.25. de regularibus, capit.21. & Sacræ Congregationis decreta, adducuntur.*
27 *Peculium, vel census annui, quando permittatur Regularibus.*
28 *Cap. Ioann. de regular. & cap. Monachi, de statu monach. explicantur.*
29 *Peculium, quomodo, & qualiter repugnet Religioso, an ex voto paupertatis, an jure communi, & Tridentini?*
30 *Regularis utrum possit facere professionem sub conditione retinendi bona.*
31 *Donatio de qua fuit facta Monasterio, non Monacho.*
32 *Conditio turpis, & impossibilis quando vitietur & quando vitiet.*
33 *Conditio apposita in præsenti totam donationem vitiaret si turpis esset.*
34 *Donatio, & quæcumque renuntiatio facta per Novitium, vigore Trident. sess.25. de regular. c.16. utrum sit revocabilis ante professionem?*
35 *Contractus sub conditione facti, si sint gratiosi conditione pendente, an possint revocari?*
36 *Novitium postquam renuntiavit servata forma Concilii, an possit condere testamentum?*
37 *Dictio, &c, in donatione apposita, de qua hic, quomodo intelligatur?*
38 *Dictio, &c, plures habet proprietates, quæ ponderantur.*
39 *Dictio, &c, sumitur interdum, disjunctivè.*
40 *Dictio, &c, quos effectus producat?*
41 *Pacta in contractu apposita semper debent aliquid operari.*
42 *Superfluum in præsenti donatione reservatum, restitui debet donanti sine ulla declaratione donatarii.*
43 *Regulares, nec cum licentia Superioris possunt habere superflua.*
44 *Religiosi peccant contra votum paupertatis habentes superflua, idem in superioribus illa concedentibus.*
45 *Superflua explicantur, & exemplificantur.*
46 *Illustris Princeps, de quo agimus in donatione prædicta, se confirmavit cum Concilio Tridentino, & Sacris Canonibus.*
47 *Identitas bonorum, qualiter sit probanda.*
48 *Bona quæsita per Prælatum quando præsumuntur quæsita de bonis Ecclesiæ.*
49 *Renuntiatio facta quando contineat læsionem nulla est, & invalida.*
50 *Renuntiatio facta per Monachum, nullam continet læsionem.*

ARGUMENTUM.

Legatum relictum, vel donatio facta Monacho, cum pacto, ut nihil acquiratur Monasterio, quid operetur, ad ornatum Præsidis de Franchis decis. 718. quæ approbatur ab omnibus, & præsertim à Sacra Rota Romana ad ornatum Tridentin. sess. 25. de Regularibus, capit. 21. Regulares utriusque sexus, qualiter possint habere peculium, & qualiter teneantur ad superflua restituenda, & quibus.

JU-

JURIUM ALLEGATIONES,

PRO

Illustri Principissa Castilionis, & Sancti Manghi,

CUM

Venerabili Monasterio S. Dominici Majoris hujus Civitatis,

Super articulo, tam conventionis, quàm reconventionis.

Commissarius Dominus meus Regius Consiliarius D. Stephanus Padilla.

Captilis Actorum Magister.

1 IN anno 1637. sub die 27. Novembris Illustriss. Princeps Sancti Manghi, D. Thomas de Aquino mediante publico instrumento asseruit, qualiter D. Annibal de Aquino ejus primogenitus ingressurus erat Venerabilem Religionem Dominicanam, vocatus Fr. Thomas de Aquino, & quia intendebat dictus Fr. Thomas professionem emittere, & renuntiationem ejus bonorum, & jurium facere in beneficium dicti Illustriss. Principis servata forma S. C. T. disposuit propterea prædictus Princeps in ejus acie mentis velle donare ann. duc. 50. Venerabili Monasterio Sancti Dominici hujus Civitatis, ad finem ut prædictus Fr. Thomas ejus filius effectus Sacerdos celebrare posset Missam pro ejus devotione; Cum autem quoad obligationem dicti Monasterii, in quo erat per assignationem permansurus durante ejus vita, & post illius obitum prædicti ann. duc. 50. applicentur, & servire debeant singulis annis pro recreatione refectorii in die Festivitatis Divi Thomæ de Aquino, & quod dicti ann. duc. 50. solvi debeant à die quo prædictus Fr. Thomas Sacerdotali ordine fuerit insignitus in antea, & in perpetuum, cum potestate affrancandi, & redimendi prædictos annuos ducatos quinquaginta pro capitali ducatorum 800.

Nec non donavit dicto Fratri Thomæ ejus vita durante tantùm infrascriptos ann. ducatos 500. v3. ann. duc. 231. per ipsum Principem, consequendos à Sacra Domo Spiritus sancti hujus Civitatis, & reliquos ducatos:.... super quibusdam censibus quarumdam domorum ipsius Principis donantis sitarum in hac Civitate Neap. cum infrascripta conditione, v3. (ad finem illos consignandi dicto Fratri Thomæ per ipsum inde ejus vita durante expendendi pro licitis usibus ipsius Fratris Thomæ, aut necessariis, aut religiosè commodis, aut piis, aut rationabilis, & non aliter, nec alio modo, & cum licentia ejus Superioris, qui ad ejus arbitrium concedere debebat dicto Fr. Thomæ, prout Religioso potestatem disponendi de prædictis ann. duc. 500. & non aliter, nec alio modo in eo, quo ipsi Religioso melius conveniens videbatur, & illud plus, quod superesset, & judicaret superfluum non possit aliquo modo applicari Monasterio, aut cujus alteri usui, sed restitui debet ipsi D. Principi constituenti, & sub conditione restrictiva assignandum dictos ann. duc. 500. & non aliter, nec alio modo,) ut fol. 30. *litt. A.*

Et ad effectum prædictum Procuratorem specialem constituit mediante d. instrumento stipulato in Civitate Neocastri in dicto anno 1637. U. J. D. Marium Baldacchinum ad faciendam donationem prædictam, cum prædictis conditionibus, & non aliter, nec alio modo.

Deinde prædictus Fr. Thomas sub die 27. Decembris ejusdem anni 1637. amplissimam fecit renuntiationem cum requisitis S. C. T. in beneficium dicti Principis ejus Patris, uti donavit, & irrevocabiliter inter vivos omnia bona, præsentia, & futura, ut fol. 39. à terg. in fine, ut fol. 40. in princip. & fol. 24. *litt. A.*

In anno verò 1638. sub die 10. Maji prædictus Doctor Marius, vigore dictæ potestatis sibi attributæ, fecit donationem prædictam cum omnibus pactis, & conditionibus contentis etiam appositis in instrumento dictæ procurationis, ut fol. 29. & fol. 32. à terg.

Et cum tempore prætensi contagii in ann. 1656. ab hac vita discessit prædictus Fr. Thomas, in articulo mortis declaravit qualiter tenebat pro usu nonnulla bona mobilia, & multa linteamina, ac etiam duc. 2000. de contanti in quodam ejus scrinio, & alios duc. 70. in capsa communitatis, ac etiam quoddam monile aureum ducatorum 1000. in circa, & alia mobilia scripta in ejus propria, quæ fuit exhibita, & præsentata pro parte dicti Venerabilis Monasterii, fol. 75. & declaravit etiam qualiter habebat præfatum monile aureum, ut fol. 44. à terg. *litt. A.*

Comparuit post ejus obitum quondam Illustriss. D. Aloysius de Aquino filius, & hæres prædicti quondam Principis D. Thomæ donantis in M. C. V. & instirit ordinari prædictis debitoribus supradictorum annuorum introituum, ut supra donatorum, quod sibi solverent, & corresponderent tam tertias decursas in vita dicti Fratris Thomæ donatarii, quàm in futurum decurrendas, & ita fuit ordinatum per M. C. mediante decreto interposito sub die 21. Augusti 1657. ut fol. 45.

Et prædictum Monasterium similiter comparuit coram ejus Domino Delegato in ann. 1657. & petiit ordinari, quod debitores assignati in dicta donatione sibi solverent, & corresponderent quantitates debitas dicto Monasterio D. Th. de Aquino, & ita fuit ordinatum, sed inaudito dicto Principe Sancti Manghi, ut fol. 50. à terg.

Quod decretum præfatus Princeps petiit contrario imperio revocari, stante pacto prædicto in dicta donatione apposito, ut fol. 37.

E contra prædictum Monasterium instirit per viam reconventionis condemnari dictum Principem ad solvendum dictos duc. 50. singulis annis, & in futurum, & declarari, quod supradicta bona remansa post mortem dicti Magistri Aquino spectabant ad ipsum Monasterium sub prætextu, quod prædictum pactum restitutionis pecuniarum in beneficium dicti Principis, & hæredum erat nullum, & invalidum, & contra bonos mores, ut ex ejus supplicatione, fol. 35. intimata, fol. 47. super qua fuit datus terminus, ut fol. 47. à terg.

Et ad præsens cum causa prædicta sit expedienda præfatum Venerabile Monasterium prætendit non solùm omnes annatas decursas prædictorum annuorum duc. 50. à die quo prædictus Fr. Thomas fuit effectus Sacerdos, sed etiam prætendit omnes supradictas pecuniarum quantitates, & alia bona remansa post mortem dicti Fratris Thomæ, ac etiam omnes tertias decursas in vita ejusdem Fratris Thomæ, & non exactas à prædictis debitoribus, ut supra assignatis, ex capitibus, & rationibus, de quibus infrà.

Sed nos qui jura prædictæ Illustriss. Principissæ Castilionis tuemur dicimus prætentiones præfati Monasterii, nullo modo sustineri, nec militare posse, ipsumque Monasterium esse in judicio reconventionis condemnandum ad restituendum dictæ Principissæ præfatas pecuniarum quantitates, & monile aureum, ac etiam esse declarandum pecuniarum quantitates maturatas in vita prædicti Fratris Thomæ ad ipsam Principissam spectare, vigore pacti appositi in supradicta donatione, quod pactum validum esse in jure probabimus; duo ergo capita in præsenti proponemus. Unum circa conventionem. Secundum, circa reconventionem, sit ergo.

CAPUT I.

Ubi de Conventione agitur.

ILlustriss. Principissa Castilionis convenire fecit in judicio debitores olim assignatos Fratri Thomæ de Aquino, seu Monasterio Sancti Dominici, prout in donatione dicebamus suprà, ut solverent quantitates non solutas dicto Monasterio, secundò, ut in futurum non amplius eidem solverent, sed comparenti, quod judicium fuisse ritè intentatum, probatum.

Primò, quia quilibet est rei suæ moderator, & arbiter, 2
leg. in re mandata, Cod. mandati, potens imponere suis rebus illam legem, quam vult, *l. traditionibus, C. de pactis*, unde pacta servanda esse J. C. dixit *l. 1. & leg. jurisgentium, ff. de pactis*. Immò nulla major justitia est, quam pacta servare, *d. l. 1. de pactis, l. 1. ff. de constitut. pecun.* unde solebat dicere Bald. *cons. 366. lib. 5.* quod illa Constitutio *Pacta Servabo*, ab ore Dei processit, & pacta non servare grave est, non solum apud homines, sed etiam apud Deum, verba enim ligant homines, &c. sic repetentes omnes nostri

stri juris Civilis *tom.7. à fol.120. & in tractatibus, tom.6.*
*part.*1.Petrus Augustinus Morla *in tom.1. juris ad tit.de pa-*
ctis, in princ. Augustin. Barbos. *in rubr. Cod.de pactis*, Mar-
tinus Monterius *in l.1.eodem*,Hunnius *q.1. in princ.* sed ista
donatio facta per Illustrem Principem Castilionis, de qua
in præsenti, cum pacto ut quod superest, &c. restitueretur
suis hæredibus est valida, quia licet regula sit Religiosum
sanctam, & religiosam paupertatem servare debere inter
Beatitudines potius, quàm inter virtutes numeratam, Mat-
3 thæi *c.5.& 19.* oppositam proprietati, quæ est facultas possi-
dendi, & utendi aliqua re ad libitum, S. Thomas 2. 2. *qu.*
186. *artic.*3. ubi sui expositores, unde excludit dominium,
proprietatem, usumfructum, & similia, Sanctus Doctor
ubi suprà, Canonistæ, *in cap. cum ad Monasterium de statu*
monachorum,Trident.*sess.25.de regul. cap.2.* ubi Collectores
omnes unanimiter tamen omnes DD. asserunt valere do-
nationem, vel legatum factam Monacho ea conditione, ut
ad eum, non autem ad Monasterium pertineat, vel factam
4 Monasterio, ut ad usum hujus Monachi expendat, & non
aliter, quam donationem benignè esse interpretandam DD.
asserunt ita ut dictorum verborum sensus sit, ut commodi-
tas, & usus pertineat ad Monachum donatarium, vel lega-
tarium superiore permittente, ut latissimè explicat Bart. *qu.*
5 12.*numer.*7.quia illa verbi, *ut Monasterio non quæratur*, mul-
tipliciter intelligi possunt. Primò, dicit Bartol. quod nul-
lum jus quæratur Monasterio, scilicet suo de præsenti qua-
si quod si ad aliud transierit Monasterium ad illud transeat.
Secundò, dicit Bartol. quod Monachus habeat, ita quod
Monasterio non quæratur, si Monachus sui juris esse cœ-
perit, potest autem esse sui juris authoritate Papæ, vel si
promoveatur per Papam ad Episcopatum. Tertiò dicit
Bartolus quod Monasterio non quæratur, hoc est quod
Monachus sit nudus Minister. Quartò dicit Bartol. quod
Monasterio non quæratur, id est, quod non habeat ullam
possessionem, vel detentionem facti. Quintò, quod Mo-
nasterio, &c. quasi quod superior patiatur Monachum ha-
bere conniventibus oculis: nam voluntas testatoris, vel
6 donantis, si non potest directè, debet per indirectum va-
lere, & omni modo possibili servari, explicari, & adimple-
ri, ut habeat locum, & effectum etiamsi oporteret à pro-
pria significatione ad impropriam verba distrahere, secun-
dum Jasonis doctrinam, *l. quoties in stipulat. num.22. ff. de*
verbor. obligat. quam sequuntur omnes relati per Menoch.
*lib.4. de præsumpt. præsumpt.*10. *num.*10. quod prius dixerat
Bart. *in l.si alienam,num.2.ff.de acquir.hæred.* latissimè Man-
tic. *lib.4.de conject.tit.5.art.10.numer.*12.Simon de Petris *lib.*
*1.de interpret.ult.volunt.interpret.7. numer.*13. Surd.*de alim.*
privil.79. numer.4.
7 Probatur secundò authoritate extrinseca, tum celeberri-
morum Doctorum, tum etiam rerum judicatarum Sac.Ro-
tæ Rom.& nostri S.C.

Primò enim post Abbatem *cons.44. vol.2. & in cap. Mo-*
nachi, de statu Monachorum, dicit Præs. de Franch. *in de-*
*cis.*718. *numer.1. in fin.* qui addit, quod si Abbas, vel Su-
perior dissentiret, ut iste Monachus legatarius, vel do-
natarius administrationem haberet, tunc legatum, vel do-
natio non valeret, & remanebit penes gravatum, in qua
decisione probat, & decisum refert Præs. de Franch. quod
potest Abbas conniventibus oculis permittere, quod Mo-
nachus possideat.
8 Secundo loco decisionem supradictam confirmat etiam
P. Fr. Donatus Lainez *tom.3. tract.15. quæst.39. per totam,*
& tom.1. part.2. tract.11. de success. Monasterii quæst.3. num.
5. & quæst.43. & 44. qui ait, *quæst.45.* debere Superiores
permittere talia legata, & donationes, quia potest esse,
quod Monasteria sint egena, & adjuventur à Monachis
in quo etiam dubium est, utrum talis licentia Prælati re-
quiratur expressa, vel tacita sufficiat, ut non sit proprie-
tarius, & licet prima sententia dixerit, quod requiratur
expressa, ut ait insignis Dominicanus Cardinalis Turre-
cremata, tamen sufficere præsumptam, post Navarr. &
Cajetan. Dominicanum, dicit alter P. Dominicanus, scili-
cet P. Donatus *q.22. de voto pauper. tom.3.* quod idem dicit
Pater Verricelli Theatin. *tract.3. de oblig. just.q.26. numer.3.*
qui ait non esse contra votum paupertatis, nec proprieta-
tium dici religiosum illum, qui sine licentia expressa; im-
mò sola præsumpta, quam rogatus Superior concessisset da-
ret, vel acciperet aliquid, idque etiam si talis licentia facile
peti posset, & non petatur.
9 Tertio loco insignis P. Diana *p.1. tract.6. resol.31.* talem
donationem cum pacto prædicto adjectam, validam esse,
& uno ore fatentur DD. omnes, etiam Illustriss. Religionis
Dominicanæ dignissimi alumni.

Quarto loco doctissimus Cæsar Carena *resol.199.* idem 10
dicit, ubi fuit facta donatio cuidam Moniali cum pacto,
quod posset disponere ad ejus libitum, & quod in dictis re-
bus donatis non possint se ingerere Monialem, immò ea-
rum dispositio omninò ad Monialem pertineret, & quia do-
nans post factam donationem se pœnituit, prætendebat
non solvere illam annuam quantitatem donatam sub præ-
textu, quod talis donatio fuisset contra votum paupertatis,
fundat Carena validitatem dictæ donationis, & pacti ap-
positi per originalem doctrinam Bart. *in auth. excipitur,n.2.*
Cod. de bonis quæ liberis, quam doctrinam sequitur post
alios Sanchez *in summa, lib.7. c.17. num.4.* ubi loquitur in
relicto Monacho, ita ut nec ad Monasterium pertineat, nec
Superior possit in eo se intromittere.

Quinto loco idem dicit P. Molfes. *in summ.tract.7. tom.1.* 11
cap.2. numer.49. & 50. ubi ait illa verba, *nihil juris quærat*
Monasterio, de jure intelligi afferente utilitatem Monaste-
rio contra voluntatem legantis, seu donantis legatarii, seu
donatarii, sed dum Monasterium concedit licentiam, &
legatarius assentitur, legatum potest converti nedum in
utilitatem propriam donatarii, seu legatarii, sed etiam in
utilitatem Monasterii, & addit in fine, *num.*50. hæc esse no-
tanda, quia quotidiana, & non ita cognita, & quod ita
pluries consuluit, & sic fuit exequutum.

Sextò loco P. Tambur. *de jure Abbatissarum, disp.2. qu.5.* 12
proponit dubium qua ratione acquiratur Monasterio reli-
ctum Moniali sub conditione, ut ad illam, & non ad Mo-
nasterium pertineat, & remittens se ad Sanchez *d. lib.7.*
cap.17. breviter ipse dicit in tali casu mentem testatoris esse
usum legati sic relicti pertinere solum ad Religiosum, &
non ad monasterium, quia semper voluntas testatoris ser-
vanda est omni meliori modo quo fieri potest, sed non po-
test servari quantum ad hoc, quod Monachus acquirat
dominium, aut proprietatem ipsius, quia esset contra vo-
tum paupertatis, ergo servatur quantum ad usum solum,
si verò testator expressit velle tale legatum pertinere ad Mo-
nachum quoad dominium, & proprietatem, valebit lega-
tum, sed illa conditio habetur pro non adjecta si testator
ultra procedit, & velit illud legatum pertinere solum ad
Monachum quoad dominium, & quoad proprietatem, 13
& non ad monasterium, & nolente Prælato consentire per-
tineat ad extraneum, tunc tale legatum est validum in fa-
vorem monasterii, & illa conditio habetur pro non adjecta,
quia adjectio pœnæ actui interdicto, est ipso jure nulla,
leg. unica in fine, Cod. de his, quæ pœnæ nomine relinquuntur.
Unde in præsenti apponeretur pœna actui malo, & per con-
sequens interdicto, v3. quod Religiosus habeat proprium,
ergo talis adjectio pœnæ est nulla, & habenda pro non ad-
jecta, subdit etiam Tambur. *num.4.* post Graffium, quem
allegat non peccare Superiorem consentientem, ut Mona-
chus, sive monialis potiatur tali legato pro piis usibus, &
necessariis, non vanis, & superfluis.

Septimo loco Hieronymus Rodriquez *in compendio, qu.* 14
regul.resol.48.in tit. de legat. in testam.relicto, numer.7.& 8.
idem refert, quem refert, & sequitur P.Diana *p.3.tract.2.de*
dubiis regul.resol.34.

Octavo loco insignis P. Lezana *tom.1. cap.6. numer.34.* 15
dicit, quod si Religioso relinquatur aliquod legatum cum
conditione, ut ad ipsum tantum, non autem ad Conven-
tum pertineat credendum est testatorem, solum velle usum
illius rei pertinere solum ad Religiosum, & non ad mona-
sterium, & in hoc discurrit eo modo, quo Sanch. & Tam-
bur. ubi suprà.

Nono loco, in terminis nostræ quæstionis decidit Rot. 16
Rom. apud Buratt. *tom.2. decis.284.* quod Monachus est
capax annui redditus quoad administrationem, & usum
cum licentia tamen, vel cum scientia, & patientia Supe-
rioris, quod prius dixerat insignis ille Dominicanus Magi-
ster Sylvester *in verbo, Religio, il 6. num.2. & numer.12.* ait,
quod præcedente licentia Superioris, Concil. Trident. *sess.*
25.cap.2.de regul. nisi innovavit, unde subdit *numer.*13. quod
clausula illa, seu conditio, quod monasterium, vel religio
non possit aliquid prætendere, ut donatio valeat, declarat
solum voluntatem promittentis, ut monasterium, vel Su-
perior permittat conniventibus oculis dictum Fratrem
Thomam percipere, sed converti debeant in usus pios,
vel librorum, sive vestimentorum Monachi, & sic pluries
dicit

17 dicit Buratt. declarasse S. Congreg. Concilii de hujusmodi
relictis subveniri debere Monachi necessitatibus; de licen-
tia autem Superioris, immò consuetudinem allegat Patrum
Sylvestrinorum, & hoc est quod dixerat priùs Præs. de
Franch. *in dict. decis.*718. qui loquitur in legato relicto Mo-
nacho Religionis S. Benedicti, licet pro religione adduce-
retur prohibitio expressa cujusdam declarationis ad regu-
lam Sancti Benedicti, in qua dicebatur Abbatem, & Præ-
latum dictæ Congregationis Montis Virginis, non posse
permittere monachis ad usum in vita cum talis concessio
sit similis proprietati, & hoc non obstante dicit Præs. de
Franch. fuisse judicatum pro validitate legati Monacho re-
licti, cum prohibitione expressa, quod monasterio nihil
acquireretur. Hinc Rota Romana apud Burattum *decis.*
18 245. quod fuit decisum legatum census scutorum 2000. Do-
mui Professæ Societatis Jesu; cujus quoad retentionem
non est capax, cum renuntiaverit dispositioni Tridentin.
*sess.*25. *cap.*3. *de regul.* intelligi debere, ut censeatur factum
ad effectum vendendi census, & pretium convertendi in
necessitates religiosas, quod multo magis in casu nostro di-
cendum est, in quo dicta donatio hujus annuæ præstationis
fuit facta Monasterio S. Dominici cum pacto, & conditio-
ne, ut expenderet pro usibus Fr. Thomæ, ut in puncto in
simili casu consideravit Carena *in resol.*198.*num.*7.

19 Decimò loco P. Thomas de Afflicto Theatinæ Religio-
nis alumnus *in tract.de justitia,& jure,p.*1.*disp.*6.*in tit.de do-
minii natura*, *numer.*40. concludit cum Sanchez, & aliis,
ad favorem dictæ donationis, & hoc est, quod prohibuit
Illustris Princeps in donatione, quam fecit, ut superflua ad
se reverteretur, quia cum Trident. *sess.*25.*cap.*2. *de regul.*
*& in Clement.*1. *de stat. Monach.* prohibeatur Monachis
superflua retinere, ideò illud prohibuit etiam Princeps, ut
benè Cardinalis de Lugo *de justitia*, *& jur. disp.*3. *sect.*7.
*numer.*138. *& sect.*8. *in appendice*, *fol.*85. *tom.*1. qui etiam
20 *sect.*4. *num. ult.* dicit, quod in talibus religiosis, qui pecu-
lium habere possunt de licentia Superioris, requiritur con-
sensus Religiosi, ut acquiratur Monasterio, & ad hoc in-
trat difficultas, an acquiratur immediatè monacho, an
Monasterio, quia in illis, quæ talibus legibus donantur, vel
legantur, requiritur semper licentia monachi, ut Monaste-
rio acquirantur, subdit Eminentissimus Lugo *disp.*3.*de just.*
*sect.*7. *num.*142. quod si Superior daret licentiam ad expen-
dendum in quemcumque usum, ut voluerit & placuerit in-
telligeretur etiam ad usus inhonestos, quo casu taliter ex-
pendendo non faceret contra votum paupertatis, nec ad re-
stitutionem teneretur accipiens.

21 Ultimò loco doctissimus Pater Pellizzarius *in suo manua-
li regul. tom.*1. *tract.*4. *cap.*2. *sect.*2. *num.*194. *quæst.*5. dicit,
religiosum esse capacem legati relicti cum conditione, ut ad
eum pertineat, non autem ad Monasterium, nec posse Su-
periorem se in illud intromittere, quia voluntas testatoris
servari debet eo modo, quo potest, & tunc conditio conti-
neret turpitudinem, quando diceretur, quod omninò per-
tineret, tam quoad usum, quam quoad dominium, immò
subdit Pellizzarius post Sanchez ubi suprà, legatum reli-
ctum Religioso cum conditione, ut illo uti possit ad quos-
cumque usus etiam superfluos, & profanos valere tali con-
ditione rejecta tamquam turpi, ut suprà dicebamus; hinc
dixit Carena *resol.*153. *à numer.*7. quod dispositio pœnalis,
22 & prohibitiva, licet non valeat odio monasterii,& Ecclesiæ,
tamen cum aliquid alicui relictum est, & non sub pœna, sed
sub conditione, non in odium monasterii, vel Ecclesiæ, sed
ut bona in suos conserventur, tunc valida est dispositio,cum
unusquisque sit in re propria moderator, & arbiter, ut in
puncto loquitur Carena de legato facto monacho, cum
conditione ne bona monasterio acquirantur.

23 Ex quo dixerunt DD. validè institui Religiosum cum
conditione, ut distribuat bona, prout sub confessionis si-
gillo eidem Religioso communicavit, quod si dixerit testa-
tor cum conditione, ut non se intromittat Religio; tunc
non poterit Religiosus dictam hæreditatem acceptare, vel
officium exequutoris testamenti, *c.*2. *de testam. in* 6.*Clem.*
unic. eod. tit. quod si Prælatus Religionis dederit licentiam
hæreditatem acceptandi, & exequutoris officium suo Reli-
gioso, non potest ipse Prælatus se intromittere in hæredita-
te, quia exequutoris officium est munus personale, & non
transit ad monasterium, quod si non adsit sigillum natura-
le, vel sacramentale cogi potest Religiosus declarare opera
pia, in quæ testator voluit sua bona distribui, quia solum
24 sigillum naturale, vel sacramentale non obligat, ut decla-
ret ea, quæ sub dicto sigillo audivit, ita Sanchez *lib.*4. *con-
sil.cap.*1.*dub.*49.Cardin. Lugo *de justit. disput.*24. *numer.*334.
Verricelli *tract.*3. *quæst.*33. *numer.*5. qui dicit etiam, quod
non potest Prælatus regularis cogere Religiosum, cui
commissa est distributio piorum operum, ut det totum, vel
aliquod suo monasterio, licet posset si vellet suo monasterio
elargiri, qui etiam subdit *numer.*10. posse talem Religio-
sum se ipsum eligere, & in suam utilitatem convertere re-
lictum, si sit data facultas distribuendi in opera pia, quo
etiam casu poterit Prælatus eam, v. g. pecuniam monacho
applicatam auferre, & in communes Conventus usus con-
vertere, sic poterit Prælatus præceptis, & censuris compel-
lere Religiosum, ut nihil in suos usus expendendum ab hæ-
reditate accipiat, & si quod accepit det monasterio, quia
licet Prælatus nequeat se intromittere in electione piorum
operum, tamen post electionem factam in beneficium ip-
sius Religiosi poterit illi auferre, quia tunc quæsitum est
jus monasterio.

Dices tamen primò, Religiosum teneri ad non haben- 25
dum proprium, tum ex vi voti paupertatis, quod emisit,
tum vi præcepti Ecclesiastici prohibentis hoc, *cap. non dica-
tis* 12. *qu.*1. *cap.cum ad Monasterium de statu Monachorum*,
cap.Monachi,c.super quodam de statu Monachorum, Triden.
*d.sess.*25.*de regul. cap.*2. & ex Bulla Clem.VIII. innovata per
S.Congreg.Concil.authoritate Urbani VIII. *sub tit.de Apo-
statis, & ejectis*.

Respondent aliqui prohiberi hoc Religiosis, sine tamen
licentia Superioris, unde sic intelligunt mentem Concilii
Sacrorum Canonum, Summorum Pontificum, & S. Con-
gregationis.

Sed contra, quia si hoc esset non bene diceretur nihil
sive mobile, sive immobile posse Religiosos habere, sed
dicere deberet nihil posse habere independenter à Superio-
re, quia hoc intrinsecum est, & essentiale naturæ voti pau-
pertatis, jura enim disponunt, ut omnia, quæ Religiosi
quomodocumque acquisierint statim ea Superiori tra-
dantur, conventuique incorporentur, ac cum aliis ip-
sius bonis confundantur, itaut administratio illorum,
tam in recipiendo, quàm in retinendo, seu expendendo
ad solos Officiales monasteriorum, non ad ipsos Religio-
sos privatim pertineat, ut inde communis victus, & ve-
stitus omnibus suppeditari possit non obstante quacumque
dispensatione.

Respondeo ergo, & verius non posse Religiosum habe-
re bona aliqua mobilia, vel immobilia independenter à Su-
periore quando ille, qui Dominus erat suorum bonorum
ita legaverat, vel donaverat, id est, ea lege, eo pacto sub
dicta conditione reliquit nego, si vero sint bona quæsita
per monachum, sine tali pacto, conditione, vel lege, con-
cedo, præterquam quod in nostra quæstione dubium hoc
fieri non potest, quia Illustris Princeps Castilionis non do-
navit fratri Thomæ suo filio, sed donavit monasterio S.Do-
minici cum dicto pacto, & conditione, ut expenderet in
usus rationabiles, & necessarios dicti Fratris Thomæ, pro
qua conditione implenda patres constituerunt dictum Pa-
trem Fratrem Thomam Procuratorem ad exigendum an-
nualitates donatas, ut in procuratione,fol.... 26

Dices secundò, ex novo jure Concilii Trident. & Sum-
morum Pontificum non licet Religiosis habere aliquam
rem immobilem, annuos redditus, seu peculium licet à vo-
luntate Superioris dependens, vel revocabile, tum quia ita
Concilium disposuit *sess.*25. *de regul. cap.*2. tum quia sic plu-
ries Sac. Congregatio declaravit, primo enim cum D. Al-
danza de Toledo viro mortuo facta fuisset monialis sibique
reservasset ducentos aureos annos interrogata Sacra Con-
gregatione Cardinalium, an securè id potuisset facere re-
spondit esse contra Concilium illam Dominam annuos red-
ditus apud se retinere, sed potius dandos esse Abbatissæ,
quæ illius necessitatibus provideret, de qua re Thomas à
Jesu *in cap. non dicatis*, *part.*4. *capit.*5. & Quaranta *in sum-
ma Bullar. in verb. casus reservati*, *pag.*157. ait quod cum
in aliquibus monasteriis, monialium reperirentur nonnul-
læ moniales, quæ census, & annui quosdam redditus, &
proventus, seu fructus perciperent sub diversis contra-
ctuum speciebus; nam aliquæ in ipsarum persona emerunt
certos redditus à personis laicis, aliæ verò dederunt pecu-
niam monasterio, ut ex earum pecuniis fieret emptio no-
mine monasterii ad rationem 7. vel 8. pro centenario, &
Abbatissæ dabant dictis monialibus illos redditus, quos
singulis annis exigebant. Aliquæ monasteriis, seu eorum

Supe-

Superioribus certas pecuniarum summas manualiter pro monasterii indigentiis dederunt pacto adjecto, ut Abbatissa certos redditus ad rationem tot pro centenario eorum vita durante concederet, fuit à Sacra Congregatione petitum, utrum liceret monialibus dictos redditus, seu fructus, & proventus percipere sine incursu proprietatis, respondit Sacr. Congreg. teste Quaranta ubi suprà, moniales prædictas incurrere in pœnas, per Concil. Trident. *dict. sess.25. cap.2. de regul.* in proprietarios inflictas, unde in nullo supradictorum casuum licere monialibus dictos fructus, seu redditus percipere, etiamsi de licentia Abbatissæ, vel monasterii nomine perciperent, igitur conclusio est falsa, de qua supra.

27 Respondeo tamen primò, quod in illis monasteriis, in quibus, vel ob nimiam paupertatem, vel ob negligentiam Superiorum, vel ob multitudinem fratrum, vel ob aliam causam dari non possunt omnibus regularibus, quæ illis sunt necessaria secundum decentiam status, vel de facto non dantur, potest permitti Religiosis aliquod peculium, etiam rei stabilis, annuus redditus, vel census in ordine tantum ad usus simpliciter necessarios, & revocabiliter à voluntate Superiorum, tum quia hoc non est contra naturam voti paupertatis, vel juris communis, quia votum paupertatis solum excludit possidere, vel uti aliqua re independenter à voluntate Superioris; Quapropter dum 28 *in cap. Ioannes, de regul. cap. Monachi, de statu monachorum, cap. cum ad monasterium eodem tit.* prohibeatur Religiosis habere aliquod peculium, hoc tamen intelligitur, tum de peculio concesso sine rationabili causa, tum de peculio irrevocabili independenter à voluntate Superioris, cujus signum est, quod in *d. cap. Monachi;* permittitur monachis peculium habere pro administratione injuncta, & in *cap. fin. qui Clerici, vel voventes*, approbatur professio Religiosi sub conditione permanendi in propria domo, cum omni sua substantia quoad usum illius, quem Text. commendat Navarr. *comment.2. num.14. & comm.3. numer.27. de regular.* Azor. *tom.1. lib.12. cap.9. q.2.* Corduba *in summa q.54. opusc.2.*

29 Respondeo secundò, quod habere aliquod peculium non repugnat Religioso propter votum paupertatis, nec jure communi, sed repugnaret forsitan vigore Concil. Trident. & Summ. Pontif. præcepta autem Ecclesiastica non obligant cum morali impossibilitate aliis censetur esse in casibus propositis, unde non videntur, tunc obligare præcepta prædicta. Concilium enim Tridentinum, & Summi Pontifices post ipsum prohibuerunt Religiosis prædicta omnia quatuor, vel supponebant monasteria, vel Superiores ipsorum concedere singulis Religiosis omnia necessaria, vel præcipiebant illis, ut ita facerent, ut constat ex mente, & verbis ipsorum decretorum, unde potest Religiosus jure Ecclesiastico noviori saltem ex licentia Pontificis facere 30 professionem sub hac conditione, quod possit habere peculium aliquod solum quoad usum facti, ut approbatur similis professio in *dict. cap. fin. qui Clerici, vel voventes*, Sanchez *lib.7. summ. cap.22. num.24.* Navarr. *d. comment.2. num. 16. de regular.* Unde quidam Novitius professionem facturus, qui erat usufructuarius aliquorum redditum multa bona reliquit monasterio illud obligans, ut sibi solveret quotannis pecuniam aliquam, vel illum usumfructum pro suis necessitatibus, & fuit dictum valere professionem & obligationem, Lezzana *tom.1. cap.6. numer.29.* Laurent. de Peirinis *tom.1. de subdito, qu.2. de paupert. cap.2. §.1.* Unde Sacra Congregatio declaravit valere professionem illius, qui sibi reservavit facultatem testandi de suo patrimonio, ita referunt Barbos. *de jur. Eccles. lib.1. c.42. numer.153.* Tambur. *de jur. Abb. tom.2. disp.6. q.6. num.15.*

31 Respondeo tertiò, argumentum non procedere in facto de quo agimus, quia non fuit facta donatio monacho, scilicet Fr. Thomæ de Aquino ea conditione, sed fuit facta monasterio ea conditione dandi necessaria eidem Fr. Thomæ, hujus monasterii Superiores constituerunt procuratorem ad exigendum dictum Fr. Thomam, ut in facto liquido constat, sicque omnes illæ amaritudines forsitan contingentes in prima, & secunda responsione cessant omninò in casu nostro.

32 Dices tertiò, pro parte contraria conditio, de qua agimus turpitudinem continet, igitur est impossibilis, igitur rejicienda cum habeatur pro non scripta; turpitudinem continet, quia jure impossibilis, cum honestè impleri non possit, *d. c. cum ad monasterium, in fin.* Trid. *d. sess.25. de regul. c.2.* notat Castill. *tom.4. c.25. num.61.* Igitur, ut impossibilis jure vitiatur, & similiter quando bonis moribus repugnat rejici debet, quia lex in odium apponentis tales conditiones illas rejicit, & vult habere dispositum pro puro, *l. conditiones 14. l. filius 15. ff. de condit. instit. l. impossibilis, ff. de verbor. oblig. l. obtinuit 3. ff. de conditionibus, & demonstrat.* Paul. Duran. *de condit. impossib. post decisiones.*

Respondeo ad argumentum faciendo dilemma, vel dicta conditio in donatione apposita est valida (dum dominium rei donatæ non aliter fuit in Religiosum translatum, sed tamen ipsius usus, & commoditas) & observari debet, vel est nulla, & tunc vitiatur non solùm ipsa conditio, sed etiam contractus donationis prædictæ. Probatur, quia si dicta conditio dicitur impossibilis ex effectu juris, tamquam repugnans bonis moribus, & voto paupertatis, & in hoc casu, dum non fuit apposita in actibus ultimæ voluntatis, sed in contractu inter vivos celebrato vitiabitur contractus, prout expressè probatur, per Text. *in §. impossibilis instit. de inutil. stipul.* ibi,) *Si impossibilis conditio obligationibus adjiciatur nihil valeat stipulatio*, & idem in omnibus contractibus disponitur, *l. non solum, ff. de actionibus, & oblig. cum concord.* adductis per Molin. *lib.2. de primogenit. cap.12. numer.38.* & appellatione conditionum impossibilium comprehenduntur etiam, quæ natura, quæ jure sunt impossibiles, ut constat ex juribus supradictis, Molina *numer.35.* Peregrin. *de fideicomm. art.11. num.217. cum seq.* Molfes. *in summa, tit. de ult. volunt. tract.13. c.5. num.44.* Paul. Duran. ubi suprà, *c.1.* Bruxellus *de condit. & demonstr. cap.18.* Ripolla *de condit. in dict. leg.3.* Galganet. *de condition. & demonstrat. p.1. qu.8.* Barrius *de success. in tit. de condit. & demonstrat. rubr. de condit. impossibili*, & sic prædicta conditio tamquam adjecta contractui non vitiatur, sed vitiat contractum, prout in simili dixerunt DD. in possessione facta à monacho cum conditione de retinendo, seu habendo proprium independenter ab omni Superiore, quoad usum facti, & juris, quod ex tali pacto vitietur professio, dixit Ricc. *decis.340. part.4.* Barbos. in Trident. *sess.35. capit.2. num.20.* quod dixerat Bart. *quæst.12. à num.16.* quod in casu nostro multò magis procedit quando Princeps Castilionis donando dixit, quod nullo modo prædicti annui duc.500. ultra usum necessarium prædicto quondam ejus filii donatarii applicari possent dicto monasterio, aut cuilibet alteri usui, sed restitui deberent ipsi Principi donanti, & declaravit expressè ejus animum, & voluntatem, quod sub dicta conditione restrictiva faciebat dictam donationem, & non aliter, ut ex dicto contractu clarè apparet, quapropter indubia redditur justitia Illustris Principissæ, & opinio Bartoli, ut patet ex latè traditis per Sanchez *d. lib.7. capit.17. numer.11.* & signanter, *num.13. vers. Donatio sub prædicta conditione.* Quod si prædicta conditio est valida omninò observari debet, & superfluum restitui debet prædictæ Illustriss. Principissæ vigore pacti prædicti, si verò est nulla dicta conditio tamquam turpis, & de jure impossibilis, tunc dico, quod totus contractus corruit, & vitiatur. Unde de dicta donatione nulla esset habenda ratio ex supra traditis. 33

Quod si urgeat quis dictas donationes factas vigore ingressus in Religionem sapere naturam ultimarum voluntatum, & habere locum in talibus donationibus consuetudinem Neapolitanam limitantem facultatem disponendi dixisse plures DD. de quibus Molfes. *p.3. q.8. per tot.* cum ergo conditio turpis, inhonesta, & impossibilis in ultima voluntate adjecta pro non apposita censeatur firma remanente dispositione, ita in præsenti dicendum est. 34

Respondeo enim, quod quæstio non est in præsenti disputabilis, quando non fuit facta per Fratrem Thomam donatio monasterio servata forma Concilii, sed per Principem, id est per Illustriss. Principem Castilionis donatio fuit facta monasterio, cum conditionibus de quibus supra stipulata per Notarium, ita ut disputare de ea, quod sit actus ultimæ voluntatis esset ponere os in cœlum. Difficultas autem de qua DD. illa est utrum renuntiatio facta à Novitio, servata forma Concil. Trident. *sess.25. de regul. cap.16.* sit revocabilis priusquam sequatur possessio, sive potius sapiat naturam ultimæ voluntatis, putant aliqui quod sit omninò irrevocabilis, unde sapiat naturam contractus, ita Molfes. *d. part.3. quæst.8.* qui *num.12.* ita refert fuisse decisum per Sac. Concil. ad relationem Marci Antonii de Ponte, in causa quorundam de Borrello, quod idem dicit Sanchez *lib. 7. capit.5. numer.58.* Bartholomæus de Vecchis *in prax.*

novit.disput.8.dub.9.num.6. Bordonus *tom.2. resol.60. numer.* 15. quod probant, quia si esset revocabilis posset fieri quocumque tempore novitiatus, nec esset necessaria solemnitas præscripta à Concilio; ergo cum Concilium nolit, quod fiat nisi ante duos menses ante professionem ad summum signum est, quod sit statim irrevocabilis, tum quia donatio conditionis non potest revocari conditione etiam pendente, per Gloss. *in l.necessario*, §. *quod si pendente*, *vers. Si ita res*, *ff. de periculo*, *& commodo rei venditæ*, *l.1.Cod. eodem*, Ursill. ad Afflict. *decis.*280. *numer.*3. *& decis.*399. Gratian. *cap.*549.*à numer.*14.*cum seq.* Capyc.Latr. *tom.*2.*consult.*139. *à num.*12. sic in propriis terminis renuntiationis, docet P. Pellizzar. *in tract.de monial.cap.2.sect.3. numer.69.* sequitur Bottiglier. *cap.2.theoremat.67. num.*14. qui dicit, quod licet renuntiatio sit in pendenti quousque professio sequatur, nihilominus dicto tempore pendente non potest revocari. Contrarium tamen, quod sit revocabilis, dicit Menoch.
35 *cons.*388. *numer.*34. quia contractus gratiosi pendente conditione possunt revocari, ex quo nondum est perfectè jus quæsitum alteri. Ego tamen cum Patre Pasqualigo *quæst. Canonic.cent.*3.*quæst.*275.dico, quod quicquid sit utrum donatio sit revocabilis pendente conditione, tenendum tamen est renuntiationem factam à Novitio semper revocabilem esse quousque sequatur professio, quia per Trident. *d. sess.*25. *cap.*16. habetur, quod non alias intelligatur effectum suum sortiri dicta renuntiatio, nisi sequuta professione: pro hoc vide latè discurrentem, & bene Garzia *in Politica regular. tract.*2. *diffic.*6. *dub.*8. *fol.*205. unde colligitur contra Sanchez *lib.*7.*Decalogi*, *cap.*5. *numer.*50. Novitium
36 postquam renuntiavit posse condere testamentum valiturum in eventum, quod moreretur ante emissam professionem: nam tunc certum est quod renuntiatio non valeat, cum Concilium decernat non alias habituram effectum, nisi sequuta professione, ideò testamentum valebit, quia cum renuntiatio sit revocabilis, potest per testamentum revocari sicuti priùs testamentum revocatur per subsequens, ut bene post alios Pasqualigus *dict. quæst.*266. nihil tamen concluditur in præsenti quando non fuit Fr.Thomas qui donationem fecit cum dicta conditione, sed Illustriss. Princeps donans in donatione apposuit conditionem, pactum, & legem, de quo suprà.

37 Dices quartò, pro parte monasterii, non esse factum casum comprehensum in supradicta assignatione annuorum ducat. quingentorum ejus vita durante facta, dixit enim prædictus Princeps donans in donatione infrascripta verba, v3. *Et quicquid superesset superfluum*, quæ dictio, *&*, tamquam copulativa, & non alternativa inducit aliam conditionem, quæ similiter erit adimplenda per dictum Fratrem Thomam, & ipse judicare debebat, quod prædictæ pecuniarum quantitates erant superfluæ, quod non aliter fuit judicatum, & declaratum, ergo dicit monasterium non esse factum casum appositum in donatione prædicta.

Respondeo, quod cum Princeps dixerit, ut illud plus quod superesset, ut judicaret esse superfluum sibi restitui deberet, prima pars dictæ orationis jam fuit adimpleta, negat Adversarius secundam, quæ reperitur apposita per regulam, & dictionem, *&*, superesset, & judicaret, & propterea quod utrumque requisitum sit necessarium, quod nos expresè negamus: nam verissima est juris conclusio, quod in contractibus potius mens, quam verba contrahentium sunt attendenda, prout habetur per Text. *Cod. quæ res pignori obligari possint*, & ibi Bart. *num.*1. *cum concord.* & qualitas, substantia, & effectus contractus; non autem ipsius verba sunt attendenda, ut docuit Bald. *in rubric.Cod.de jur. emphyt. num.*12. Tiraquell. *de retract. lignag.* §.30. *num.* 11.*&* §.32.*gloss.*1.*numer.*35.Boer. *decis.*143. *circa fin.* Riminald. jun. cum aliis quos refert, & sequitur Reg. Rovit. *decis.*21. *num.*10. Menoch. *lib.*3. *præsumpt.*105.*num.*9. *&* 11. Giurb. *decis.*111. *num.*5. Camill. de la Rata *cons.*115. *numer.*9.

38 Fuit autem mens, & voluntas Principis donantis, ut illud quod superesset sibi esset restituendum, & prædicta alia verba, quæ posteà sequuntur, & judicaret superfluum fuerunt ex abundanti apposita ad majorem declarationem, quapropter non vitiatur scriptura, dum non solent quæ abundant vitiare scripturas, ut dixit Textus *in leg. non solet*, *ff. de reg. jur.* immò illa dictio, *&*, multos fefellit prudentes ob diversas proprietates quæ habet, ut bene Capiblanc. *de Baron. tom.*1. *in rubr. à num.*53. *usque ad numer.*57. & multipliciter accipitur in jure, scilicet in sensu composito, & in sensu singulari: in sensu composito, ut quando dicimus Titius, & Fullanus fuerunt consules, tunc intelligitur simul, Titius,& Cajus Proreges multas ediderunt pragmaticas, tunc intelligitur separatim, Barbos. *de dictionibus dict.*110. *num.*2. & quamvis regulariter prædicta dictio sit conjunctiva, & copulativa subsequentium antecedentibus, ut in *l. & quia*, *& leg. præcedenti*, *ff. de jurisdict. omn. judic.* & multoties quoad veritatem sufficiat alteram partem esse veram: unde, si testator dixerit, lego centum Doctoribus juris Civilis, & juris Canonici non est necessarium, quod habeat utrumque, sed sufficit, quod sit Doctor juris Canonici tantum Barbosa ubi suprà, *numer.*10. *ex authoritate,* 39
Alexandri *cons.*101.*numer.*8.*lib.*3. Cardin.Tusch. *in litt. D*, *conclus.*174.*numer.*54.*tom.*2. quemadmodum videmus in materia nostræ consuetudinis Neapolitanæ, quæ incipit *bona stabilia*, per quam disponitur, ut non possit mulier, nec etiam cum viri consensu bona stabilia alienare filiis primi matrimonii contradicentibus, tamen per aliam consuetudinem sequentem, quæ incipit, & si mulier id sibi licitum esse cavetur, quando est justa, & necessaria causa alienat, & cum disputatum esset, an utriusque causæ concursus requiratur, justa scilicet & necessaria, Napod. ibi, *post multa unam tantum sufficere determinavit, aut justam, aut necessariam*, probat etiam Reg.de Marinis *tom.*1. *capit.*274. *num.*24. Reg. de Ponte *in quadam ejus allegatione impressa*, per D.Regentem Sanfelicium *in decis.*353.*lib.*3.*num.*30. Et quod ponitur inter duo idem sonantia, tunc remota copula illa duo resolvuntur in unum, prout post alios dixit Barbos. ubi suprà, *num.*13. Et sic in casu nostro secundum mentem donantis, tantùm sonat illud verbum superesse, quantùm illud verbum judicare superfluum, & ideo quando dictio prædicta ponitur inter duo idem significantia, non dicitur posita inter diversa, sed tantum ponitur declarativè pro id est, ut cum Bart. Felin. Surd. Jas. & aliis notat Barbosa ubi suprà, *numer.*26.

Insuper dicitur, quod effectus dicti judicii, seu declara- 40
tionis faciendæ per donatarium erat, ut bona superflua restituerentur donanti, & in hoc casu, quando ponitur inter ea, quæ sunt ejusdem potestatis, seu effectus, tunc resolvitur in disjunctivam, & accipitur pro, vel prout, ut exemplificant DD. si aliquis concederet Titio omnia, quæ talis exercere potest de jure, & consuetudine stat divisivè, prout cum Thesauro, Oldrado, Mandos. & aliis, dicit idem Barbos. ubi suprà, *num.*28. & ideò dum donans dicit superesset, & judicaret superfluum, eo ipso quod superesset, & non fuit expensum in licitis usibus, superfluum judicandum est: nam alias sequeretur, quod illud verbum superesset nihil
operaretur, & esset frustratorium, quod non est dicendum: 41
verba enim, & pacta in contractu apposita non debent esse frustratoria, sed debent aliquid operari, *l.si quando*, *ff.de leg.* 1. Specul. *in tit.de emptione, & vendit.part.*3. *numer.*9. *versic. sed quid si instrumento*, & neque minimum verbum debet esse frustratorium, prout expresè docet Bald. *in rubr. Cod.de contrah. empt. num.*16. ubi quærit, an omnes clausulæ, quæ ponuntur in contractu aliquid operentur, & respondet, quod non solum clausulæ, immò etiam minimum verbum non debet esse sine virtute aliquid operandi si potest, verba enim contrahentium sunt intelligenda ut aliquid operentur *l.Titium testamento*, *ff.ad leg.falcid.* Gloss.Bart.& communiter DD.*l.*1.*ff.ad municipalem*, *& in d.l.si quando*, *de legat.*1. Reg.Rovit. *in decis.*100.*num.*11.

Respondeo secundò ad argumentum, quod dato, & pe- 42
nitus concesso, quod dicta declaratio superfluitatis esset necessaria, prout est, adhuc quantitates superstites debentur Illustri Principissæ, etsi declaratione opus esset: nam quotiescumque promisit aliquid cum declaratione facienda in ejus vita, & deinde decedit quis nulla facta declaratione, tunc dicta conditio declarationis faciendæ cessat per mortem, si in vita nulla fuerit facta declaratio: nam voluntas morte finitur, ut in *l.locatio* 4. *ff. locati*, & ex Tiraquellus, Guid.Pap.& aliis, probat Dom.Staib. *resol.*72.*numer.*21. *cum pluribus seqq.* & signanter adducit Text.notabilem *in leg.cum pater* 29. §.*fin. ff.de leg.*2. ubi habetur quod testator dixit se adjecturum qualitatem legato, & postea eam non declaravit, neque adjecit, legatum tamen valet, prout ibi in *d.resol.* 72. *numer.*26. & innumeris antecedentibus probat id etiam procedere in contractibus, ut in præsenti.

Respondeo tertiò, quod Illustriss. Princeps dixit super- 43
flua ad se restitui, disposuit prout de jure; non enim possunt religiosi etiam de licentia suorum Superiorum superfluum

fluum

fluum aliquid, aut non necessarium naturæ, aut personæ, aut statui, ratio est, quia votum paupertatis solum permittit ea, sine quibus vita transigi non potest, ita Sylvest. *in verb. Religio*, *il* 6. *q*.7. Valent. *tom*. 3. *disp*.10. *qu*.4.
44 tum quia Prælati non possunt talem licentiam concedere, & lethaliter peccant concedendo, quia cum non sint Domini, sed dispensatores, debent prudenter suam potestatem exercere, usus autem superfluus non potest secundum prudentiam, ita Nav. *comment*.2. *de reg. num*.21. Thom. à Jesu *in c. non dicatis*, *p*.4. *c*.7. Barthol. à S. Fausto *in pecul. opusc. de vitio propriet.* sicque credo peccare peccato proprietatis, tam religiosos habentes superflua, quam Superiores talem licentiam concedentes, imò Prælato dicenti se posse concedere licentiam Religioso adhibendum superflua credendum non est, ita S. Congregatio declaravit, teste Quaranta *in summa Bullarum*, *in verbo Casus reser-*
45 *vati*, *fol*.157. sic habere Religiosum picturas sumptuosas, tapetes mundanos, specula inaurata, horologia, statuas, & similia ad superfluitatem tendunt, quod multo magis procedit si haberet ea quæ non pertinent, ad statum Religiosum, ut arma, vestes pretiosas, & curiosas, ut benè Hieronym. Gratian. *in discipl. regul. p*.2. *cap*. 8. §. 3. sic Sacra Congregatio declaravit pro dispensatione Prælatorum inferiorum à Papa non licere Regularibus possidere, vel tenere agros, ann. redditus, aliaque bona immobilia, vel mobilia superflua, Bartol. à Sancto Fausto *de voto pauper. q*.198. sic non potest Religiosus habere, vel Prælatus illi permittere res pretiosas, v. g. vasa aurea, vel argentea, gemmas, annulos, vestes sericas, pretiosas picturas, scriptoriola curiosa, & alia similia, per Text. *in Clem*. 5. *de statu Monachorum*, per Trid. *sess*.25. *c*.2. per Clem. VIII. & Urban. VIII. *ubi sup.* quia talis concessio Prælati non esset dispensatio, sed dissipatio, Cardinalis Turrecr. *in dict. c. non dicatis*, *numer*.4. Alvarus Pelagius *lib*. 2. *de planctu Ecclesiæ*, *c*.64.

46 Quo considerans Illust. Princeps donans bene in donatione dixit, ut non intelligeretur facta circa superflua, sed quod illa restitui deberent ipsi donanti hæredibus, & successoribus, ut se conformaret Pius Princeps Sacris Canonibus, Conciliis, & Summorum Pontificum decretis.

47 Dices quintò, pro parte Monasterii non esse in facto verificatum pecunias repertas in posse prædicti Fratris Thomæ fuisse ei perventas à prædictis ann. duc. 500. ut suprà assignatis: unde hoc non probato, uti bona à Monacho quæsita, Monasterio debentur per illam regulam, quod quicquid acquirit Monachus Monasterio acquirit, *cap. in præsentia*, *de probat. in simil. leg. placet*, *ff. de acquirend. hæredit.* & ubi religiosus filiationem habet, illi conventui acquirit, cujus filius est, Sanchez *l*.7. *summæ*, *c*.32. *numer*. 55. Consiliarius Prato *in Paschalem*, *part*.1. *cap*.4. *in princ.* semper tamen sunt observandæ Constitutiones, & Statuta Religionum, Card. de Lugo *tom*. 1. *de just. disp*.3. *sect*.11. *numer*.226. Tamb. *de jur. Abb. tom*.3. *disp*.11. *q*.4. *numer*.6. Igitur vana prætensio Illust. Dom. Principis.

48 Respondeo, quod licet identitas rei sit ab eo probanda, qui se fundat in illa per Textum *in leg. si rem*, *in fine*, *ff. de rei vendic. l*.1. §. *si quis argentum*, *ff. depositi cum concordant.* adductis per Marescot. *lib*.1. *var. c*.12. *numer*. 1. *cum seqq.* ubi latè, & optima tractat articulum, qualiter sit probanda identitas rei cum multis ampliationibus, & limitationibus, & plures per DD. adducuntur præsumptiones, & conjecturæ ad probandam identitatem pecuniarum, quas refert Hondedeus *cons*.35. *l*.2. Surdus *decis*.53. *numer*.12. Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. lib*.8. *titul*.15. *numer*. 16. Gratianus *tom*. 5. *capit*. 955. *numer*. 3. & 4. & alii ab ipsis allegati, sed in casu nostro prædictus articulus omni prorsus caret difficultate, ex quo versamur in Religioso paupere, & in specie, qui nihil habebat, & nihil aliunde ei fuit relictum, & licet in alio præsumantur bona quæsita potius ex industria, non ex alienis bonis, *leg. si defunctus*, *Cod. arbitrium tutelæ*, Cyriac. *capit*. 91. *tom*.1. Pelliccian. *quæst*.14. *cap*.1. *folio* 103. id tamen fallit in casu nostro, ubi sumus in claris, quia Frater Thomas possidebat bona, de quibus agimus non erat Prædicatorum, & sic oritur clarissima juris conclusio, quod dictæ pecuniarum quantitates ei pervenerunt ex quantitatibus sibi donatis per prædictum Principem. Quæsitum enim à Prælato, vel Rectore Ecclesiæ, qui tempore promotionis nihil habebat præsumitur de bonis Ecclesiæ quæsitum, prout disponitur per Textum *in capit*.1. *de peculio Clericorum cum concord.* ita Abbas, Hostiens. Ancharan. Zabarella, Innocent. Roman. Menoch. Mascardus, Seraphin. & alii, quos refert, & sequitur Barbos. *in collectaneis juris Canonici lib. tertio*, *de peculio Clericorum*, *titul*. 25. *super capit. investigandum est*, quod idem dicit Fulgineus *in capit. si quis sanè*, *de peculio Clericorum*.

Dices ultimò pro parte Monasterii, quod renuntiatio 49 facta à Patre Fratre Thoma professionis tempore non fuit pura, imò continebat læsionem enormissimam, stante quod ei competebat legitima in bonis patris, super qua nullum poterat imponi onus, per Textum *in leg. quoniam*, *in prioribus*, *Codic. de inoffic. testament.* ac etiam ei competebat portio dotium maternarum, super quam neque prædictus Princeps ejus Pater poterat illum gravare, juxta tradita per DD. relatos à Molfesio *ad consuetud. Neapol. to*.2. *p*.3. *q*.6. & propterea uti continens læsionem enormissimam, quæ dolo æquiparatur est nulla, & invalida & servari debet.

Respondeo, quod licet non possit inveniri modus, & cautela per quam læsio enormissima tollatur, tamen læsio enormissima non consideratur in ingrediente Monasterium Patri, vel aliis bona sua donante, qui ob paupertatis affectum ad Religionem ingreditur, mundumque relinquit Deo servire cupiens, prout benè Decius *consil*.151. *col. fin. vers. ultimo non obstat*, Cravet. *consil*.11. *à numer*. 10. *cum seq.* Covar. *in c. quamvis pactum*, *part*.3. §.4. *numer*. 7. *de pactis*, *in* 6. Surd. *de aliment. tit*.1. *qu*. 37. *numer*. 10. Capyc. *dec*.159. *num*.37. & ita etiam decisum testatur Gratian. *decis*.40. Gallerat. *de renunc. lib. cap*.7. *numer*. 25. DD. communiter apud Reg. Merlin. *tom*.1. *cap*.3. *à numer*.6. qui *numer*.13. & 14. dicit nec Monachum, nec Monasterium posse dici se læsum, & citat Molin. Mastrill. Guttier. Thesaur. alios, imò Cæsar. de Afflict. *controv. jur. c*.24. fundat renuntiationem successionis nihilo accepto valere, nec infringi posse, tanquam facta sine causa, præter quam quod in casu nostro P. Fr. Thomas accepit illas quantitates annuas de quibus suprà.

Unde rejectis prætentionibus dicti Monasterii justissimè sperat ad Princip. Illustriss. Principissæ Castilionis, & Sancti Manghi Dom. Laura de Aquino hæres dicti quondam Principis Sancti Manghi præfatum Monasterium esse condemnandum ad sibi restituendum quantitates, & bona prædicta, una cum interesse, & ita à Prudentissimis, & sapientissimis Dominis judicandum speratur.

Cætera suppleat tanti Senatus Doctrina.

SECVNDI CAPITIS
SUMMARIUM.

1 *Reconventionis judicium, quomodo propositum.*
2 *Donatio ducatorum* 50. *annuorum quomodo, & qualiter processerit.*
3 *Requisita adducta per Monasterium adducuntur.*
4 *Donatio ducatorum* 50. *duo continet capita, de quibus hic.*
5 *Contractus, de quo hic individuitatem continet.*
6 *Constitutiones Religionis S. Dominici, sub pœnis gravissimis improbant acceptationem onerum Missarum perpetuarum.*
7 *Constitutionum verba adducuntur sub titulo de celebrane Missarum*, fol.52.
8 *Sacræ Congregationis verba prohibentia acceptationem onerum Missarum perpetuarum adducuntur.*
9 *Missas perpetuas acceptantes, sine requisitis Sac. Congregationis mortaliter peccant.*
10 *S. Congregatio ad quem finem prohibuerit dicta onera acceptari?*
11 *Missarum acceptatio, non adhibitis solemnibus, de quibus in decretis nulla est, & invalida.*

12 *Licentia Superioris, de qua in acceptatione onerum Missarum debet esse in scriptis.*
13 *Licentiam Superioris non fuisse in præsenti probatur ex facto.*
14 *Inclusio unius quomodo sit alterius exclusio?*
15 *Monasterium Sancti Dominici, cur non acceptaverit onus, in dicta donatione appositum?*
16 *Donatio ob causam, cessat cessante effectu, id est acceptatione, de qua hic.*
17 *Pia causa nullum habet privilegium in dicta acceptatione oneris sine causa.*
18 *Exemptio Fratris Thomæ de Aquino non probatur.*
19 *Petitio Monasterii cur diu dilatata assignatur causæ.*
20 *Præsumptio gravis debiti invalidi, vel soluti si vita principalis debitoris facta non fuerit petitio.*
21 *Monasterium nunquam petiisse in vita Fratris Thomæ, quid inducat in præsenti?*
22 *Monachi fuerunt exclusi apud Hispanos, ut testes ad probandam donationem factam suo Monasterio.*
23 *Quinque monachi non probabant professionem validam, apud Trivisanum* dec.35. p.1. *propter utilitatem sui Monasterii.*
24 *Testium pro Monasterio examinatorum, contrarietas adducitur.*
25 *Testis varius nihil probat, nec contrarius.*

CAPUT II.

Ubi de reconventione agitur.

1 CUm in capite antecedenti clarissimè constiterit justitia Illustr. Principissæ Castilionis, & Sancti Manghi, ac Domini Cæsaris de Aquino ejusdem fratris per viam reconventionis condemnandum esse, ac condemnari debere Venerabile Monasterium Sancti Dominici hujus Civitatis ad restitutionem ducatorum 2070. Monilis aurei cæterarumque mobilium remansorum post mortem Fr. Thomæ de Aquino dictæ Principissæ fratris pro observantia conditionis appositæ in donatione, quicquid superesset restituendum fore dicto D. Principi, suis hæredibus, & successoribus, superest nunc, ut brevissimè respondeamus ad judicium motum pro parte dicti Venerabilis Monasterii, ut evidenter appareat ejusdem Monasterii vana petitio.

2 Quod ut intelligamus supponere oportet, quod idem Illustr. Princeps Sancti Manghi, dum donavit ducatorum ann.500. vitalitios eidem Patri Fratri Thomæ suo filio promisit etiam donavit ducatos ann. quinquaginta eidem Venerabili Monasterio Sancti Dominici, sub conditione tamen, & onere, ut durante vita dicti Fratris Thomæ de Aquino ejus filii, à die quo factus fuerit Sacerdos, usque ad mortem, tenetur Monasterium celebrari facere à Cappellano Sacerdote sæculari, vel regulari omnes illas Missas quas dicere teneretur dictus Fr. Thomas pro oneribus Monasterii in quo fuerit assignatus, ut dictus Fr. Thomas liber remaneret ad continuè celebrandum secundum intentionem dicti Illustr. Principis, & pro pluribus obligationibus particularibus, ad quas idem Fr. Thomas teneretur, quos quidem ducatos quinquaginta annuos in perpetuum solvere debeat singulis annis in mense Februarii, ut expendere tenerentur Patres Sancti Dominici in die Festivitatis Sancti Thomæ de Aquino, cum onere tamen ut omnes Missæ, quæ in dicta Ecclesia celebrarentur à Patribus assignatis in dicto Monasterio in die Festivitatis prædictæ applicarentur in beneficium animarum dicti Principis, & Fratris Thomæ, ut *folio* 30. *à tergo, in fine*, fuit autem facta prædicta donatio Monasterio absente licet Notario pro eo stipulante, ut ex dicta donatione, *folio* 29.

Prætendit hodie Monasterium Sancti Dominici exactionem dictorum annuorum ducatorum 50. tam pro tempore vitæ Fratris Thomæ, scilicet à die quo fuit factus Sacerdos, quam etiam post mortem ipsius, supponendo ex sui parte adimplevisse conditiones appositas in dicta donatione.

Pro quibus justificandis produxit Primum litteras dimissoriales factas eidem Fratri Thomæ ad suscipiendos ordines Sacros in anno 1638. *fol.*74. Produxit secundò fidem trium Patrum Sacristarum pro tempore dicti Conventus, quibus attestantur qualiter dicto Fr. Thomæ non committebatur Missæ celebratio pro satisfaciendis obligationibus ejusdem Monasterii, eo quod à dicta obligatione erat liberatus vigore legati prædicti ducatorum 50. annuorum facti ab Illustri Principe Sancti Manghi dicto Monasterio, ut ex fide, *folio* 147. Tertiò loco producitur fides olim Patris Prioris dicti Conventus, qui attestatur, quod post mortem dicti quondam Fr. Thomæ, quæ fuit in ann. 1656. reperitur notatum in libro, ubi notantur obligationes Monasterii, qualiter Missæ, quæ celebrantur in die festivitatis Sancti Thomæ applicantur secundum intentionem dicti quondam Principis Sancti Manghi vigore legati annui ducatorum 50. per ipsum facti, ut *folio* 148. 3

E contra verò justè sperant Domino de Aquino per Sac. Concil. absolvi tam pro præterito, quàm in futurum à dicta præstatione annua ducat.50. quod quidem, ut probetur.

Supponere oportet, quod duo capita habet præsens factum, de quo agimus, primum circa donationem factam ducat. 50. annuorum usque ad tempus vitæ Fratris Thomæ, quæ quidem non videtur facta pro onere celebrandi, sed pro exemptione Fratris Thomæ prædicti. Secundum Caput est de donatione facta post mortem, quæ dicitur facta pro honore celebrationis Missarum, quæ quidem Capita non poterit Monasterium dividere, quasi unam partem acceptando, & non aliam, ut dicat volo quinquaginta annua post mortem Fratris Thomæ, pro celebratione Missarum nolo quinquaginta annua pro exemptione, quia cum hoc factum sit individuum voluntarium per consequens non poterit pro parte acceptare quin in totum, vitietur, & corruat, quia divisio non præsumitur cum sit facti *leg. si pariter, in fine, ff. de liberali causa, leg.*1. §. 1. *versic. In eadem persona, Cod. de latin. libertate tollend.* Gloss. *finalis, in capit. ultim. de clandest. despons at.* ubi Barbosa *allegat concordantes*, Mascard. *concl.*526. Menochius *lib.*3. *præsumpt.*60. Thesaur. *decis.*205. Alciat. *in l.*4. §. *Cato, numer.*164. *ff. de verborum*, Soccin. *in l.*1. §. *in filiis, notab.*3. *ff. ad Trebell.* Afflict. *decis.* 152. Cum ergo divisio non præsumatur, neque præsumi debet divisio voluntatis, ex *leg. quidam Elogio* 10. *Codic. de jur. deliber. leg. eum qui* 18. *in fine, ff. de his quibus, indignis*, Cardinal. Mantic. *lib.*11. *de conject. titul.*23. *numer.* 15. & sic in dubio contractus individuus præsumi debet, cum non præsumatur pluralitas contractuum, *capit. cum Ioannes de fid. instrum.* Menochius *lib.*6. *præsumpt.*15. *numer.* 6. Magonius *decis. Florentiæ* 57. *numer.* 30. *& decis. Lucensi* 5. *numer.*22. quod latissimè dixi *in tractat. de pact. & stipul. quæst. ultim. de dividuis, & individuis volunt.* cum ergo pro parte Monasterii non fuerit productum, quod Pater Frater Thomas fuerit exemptus à celebratione Missarum toto vitæ tempore, nec concludenter probatum de tali exemptione, ut infrà etiam probabitur, nec etiam poterit petere quantitatem pro onere Missarum; ut mox dicemus. 4 5

Quod verò Monasterio non competat talis petitio probatur primò, tum quia dicta donatio fuit facta Monasterio, cum onere perpetuò celebrationis, igitur vigore constitutionum Religionis S. Dominici, & Bullæ Pontificiæ Sanctissimi Urbani Octavi, & declarationum Sac. Congregationis necesse erat, ut acceptaretur ab eodem Monasterio, cum licentia sui Provincialis, & consensu majoris partis patrum Monasterii, quod cum factum non fuerit à Monasterio prædicto prætendi non poterit dicta annua promissio. 6

Sunt autem verba constitutionis factæ in Capitulo generali dictæ Venerabilis Religionis celebrato Bononiæ in anno 1564. registrata *in capit.*27. *de celebratione Missarum, fol.*52. *in fine de illis impressis in anno* 1619. sunt inquam, v3.

At quo minus deinceps hujusmodi suffragiorum, & Missarum gravamina à nostris Conventibus imponatur, nulla in posterum obligatio perpetua ad certas Missas, vel suffragia admittatur, nisi cui fuerit talis sustentationis annexum subsidium, quod prudentum judicio sufficiens extimetur; utrum majori considera- 7
tione

tione hæc omnia fiant , nolumus hujusmodi contractus ratos haberi , nisi Prælati , & majoris partis fratrum consensus accesserit , & Prælati oppositum facientes à suis officiis absolvantur . Quod si alicubi ea est consuetudo , ut Provincialis ad hoc licentia requiratur , nolumus eam nullo pacto intermitti , Præsidentibus quoque nostrorum Conventuum , & alii , qui hujusmodi eleemosynis recipiendis deputati fuerint districtè præcipimus , quatuor Missarum per singulos dies advenientium eum numerum dumtaxat admittant , quem commodè possint implere . Ne ultra modum gravati occurrentibus aliis necessitatibus providere nequeant , *hujusque sunt verba dictæ constitutionis*.

8 Verba verò Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum de ordine Sanctissimi Urbani Octavi in decretis de celebratione Missarum, de quibus August. Barbos. in Trident. *sess.* 25. *de reformatione*, *capit.*4. *numer.* 17. Alfons. de Leone *de officio Cappellani*, *in titul. de celebratione Missarum* , P. Tamburin. *in opusculo de sacrificio Missæ*, *lib.* 3. *per totum*, Pasqualigus *tom.* 2. *de Sacrificio novæ legis*, *à quæst.* 1101. cujus declarationis Sacræ Congregationis , verba sunt hæc.

Ad hæc Sacra Congregatio quibusvis Capitulis, Collegiis, Societatibus, & Congregationibus , necnon omnibus , & singulis Ecclesiarum locorum, tam Sæcularium, quam Regularium Superioribus, vel aliis ad quos pertinet districtè prohibet, ne in posterum onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarum ; sæculares verò sine Episcopi , vel ejus Generalis Vicarii . Regulares vero sine Generalis, vel Provincialis consensu, & licentia in scriptis, & gratis concedenda ; alioquin sæcularis hujusmodi prohibitionis transgressor extiterit ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso ; Regularis vero pœnam privationis omnium officiorum , quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda , vocisque activæ, & passivæ , absque ulla declaratione incurrant. Hactenus verba Sac. Congregationis.

9 Quæ quidem verba inducunt peccatum mortale contra eos, qui oppositum faciunt , ut patet ex verbis decretorum, ibi , *Districtè prohibet*: quæ verba , ut notat Navar. *capit.*23. *manual. numer.* 53. Valentia *tom.* 2. *disputat. septima*, *quæst. quinta* , *puncto* 6. *quæst.* 3. *signo* 3. Suarez *lib.*4. *de legibus*, *capit.*18. *numer.*3. Sanchez *in summ. lib.*6. *capit. quarto* , *numer.* 43. important præceptum grave : nam significant voluntatem legislatoris gravi modo disponentem super materiam, quæ indigeat efficaci probatione, atque adeò obligationem sub mortalis, tum quia finis dictorum decretorum est , ut observentur prædefunctorum dispositiones circa celebrationem Missarum , & proinde non suscipiantur onera Missarum perpetua supra vires, unde fiat, quod nequeant posteà adimpleri quod gravissimum est, quia ut ponderant præfata benefactori-
10 bus fides violaretur. Defunctorum animæ suffragiis privarentur, Ecclesiis debitus subtraheretur Cultus , ac Christi fideles gravi scandalo affecti , plerumque à similibus charitatis operibus retraherentur, quod tanti facit Ecclesia, ut admittat conditiones appositas à fundatoribus in limine fundationis, licet repugnantes juri communi , ne aliàs retrahantur ab hujusmodi operibus, *capit. præterea* , *il secondo*, *de jurepatronatus*, *capit. quarto*, *de censibus* , Lambertin. *de jurepatronatus*, *lib. primo*, *parte* 1. *artic.* 1. *quæst.* 9. Gonzalez *ad regulam octavam Cancellar. gloss.* 5. *numer.* 103. Vivianus *de jurepatron. lib.*2. *cap.*8. Corrad. *de dispens. lib.*4. *c.*1. *numer.*8. Seraphin. *dec.*774. *numer.*4. Buratt. *dec.*21. *numer.*3. Rota Cæsaraugustana 14. Maji 1558. coram Bubalo.

11 Quod adeò verum est , ut si acceptetur onus Missarum perpetuum sine licentia de qua suprà, non solum peccent acceptantes, ut dicebamus, sed etiam nulla est acceptatio nullamque actionem producit in acceptante , ut latissimè Pasqualigo *ubi supra*, *quæst.* 1109. *numer.* 3. quia consensus, sed licentia præfata non requiritur, ut simplex consensus, sed ut consensus authorizans, unde requiritur, ut consensus dignitatis; ergo non subsistit actus nisi concurrente potestate, & voluntate, juxta Text. *in leg. multum interest*, *Cod. si quis alteri*, *vel sibi* , imò debet præstari consensus pro informatione super negotio , ergo requiritur pro forma qua corruente corruit actus , Pasqualigus *ubi sup.*

Talis autem licentia nulla erit si concedatur absque scriptura, quia quando ex speciali dispositione legis, requiritur scriptura, tum non sufficit simplex consensus , sed sic est, quod in decretis de quibus supra dicitur , *Consensu* , *& licentia in scriptis*, ergo si scriptura deficiat nulla erit acceptatio dicti oneris ; Cum ergo Patres Sancti Dominici nullam producant acceptationem cum licentia Superioris in scriptis , non poterunt prætendere annuam quantitatem, de qua in præsenti ; Circa verò pœnarum impositarum absolutionem me remitto , ad notata per Pasqualigum *ubi supra* , *qu.* 1113. *& centur.*4. *quæst. Canonic. qu.*353. 12

Constat ergo de non acceptatione dicti oneris perpetui , ex quo non apparet in processu dicta acceptatio , imò de negativa constat ex probationibus ejusdem Monasterii , dum præsentata fide per procuratorem Monasterii , qualiter post mortem Fratris Thomæ sequutam in anno 1656. descriptum fuit in libro, ubi notantur onera Monasterii onus , de quo agimus celebrationis Missarum in Festivitate Sancti Thomæ , *folio* 148. propterea oritur clarissima propositio non fuisse acceptatum, nec notatum dictum onus vivente Fratre Thoma ab anno 1638. usque ad annum 1656. cum certissima sit conclusio, quod inclusio unius sit exclusio alterius , *leg. cum maritus*, *Codic. de procurator.* post alios Barbos. *in axiom.* 120. ubi à *numer. secundo* , ait id procedere in consuetudine, privilegio, statuto, præscriptione , & omni dispositione concludente certum locum , tempus , rem, vel personam, quia excludit reliqua, *& in numer. seq.* superaddit alia corollaria, quod exclusio ad tempus , inducat inclusionem post tempus , & concessum ad tempus, videtur post tempus denegatum, aliaque similia adducit Barbosa, ad quod facit argumentum à contrario sensu, quod in jure est optimum, ut post alios Barb. *in loco* 27. *locor. communium*. 13 14

Quia verò mens Illust. Principis donantis fuit, annualitatem prædictam donare cum conditione apposita, ut Venerabile Monasterium Sancti Dominici celebrari fecisset per alium Regularem, vel per Sacerdotem Sæcularem pro parte dicti Fratris Thomæ , quia non fuit acceptata dicta donatio cum oneribus perpetuis, de quibus à Monasterio cum suis debitis requisitis ordinatis , tum à Constitutionibus Religionis Dominicanæ, tum à Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, idque fuit à Patribus factum non quidem per ignorantiam, vel negligentiam, sed data opera, ut non introducerent Patres in Religione similem exemptionem ab obligatione celebrandi in eorum Religiosis , per consequens dicendum est non competere prædictis Patribus petere exactionem ducatorum quinquaginta annuorum contra voluntatem dicti Principis donantis , cum regula sit clarissima , donationem ob causam si causa non est sequuta ipso jure corruere , juxta Text. *in leg. prima* , *Codic. de donatione ob causam*, communiter DD. cum Julio Claro *in* §. *donatio* , *quæst.*25. *numer.*1. idque ex vulgata regula, quod cessante causa cessat effectus, in quo nullum habet Ecclesia privilegium, juxta notata per Cardinal. Mantica *de conjectur. ultim. voluntat. lib. tertio*, *titul.*19. *numer.* 10. unde eisdem verbis Angel. *in cons.*328. *numer. quinto*, ex facto respondit, quod pia dispositio ad pium propositum testatoris conservari debet, sed non, ita ut trahatur ad id, de quo testator non sentit, quia in hoc nulla versatur pietas, imò esset oppositum, subdit etiam Angel. nullam esse æquitatem, imò magis iniquitatem si contra , vel præter oppositum testatoris, quis temerario ausu vellet bona ipsius in pium usum convertere, quoniam de rebus alienis non est permissum facere eleemosynam citra Domini voluntatem, licet largitor sit magno conjunctionis vinculo ipsi Domino colligatus, quin etiam testatoris voluntatem contra causam piam servari magnam habet æquitatem, Decius *cons.* 426. *numer. secundo*, *ad finem* : nam nec libertas , quæ omnibus rebus favorabilior est, *leg. libertas*, *ff. de regul. jur.* contra voluntatem defuncti servanda est, ut in *l. si cui puræ*, *ff. ad Trebell. juncta l. contra voluntatem* , *Cod. de testam. manumiss.* quod idem dicitur in *l. ex fideicommisso* , *Cod. de fideicommissis*, unde etiam contra piam causam respondit Raphael Fulgos. *cons.*46. *numer.*1. Parisius *cons.*74. *numer.*10. *vol.*3. itaque diligenter animadvertendum est , quæ fuerit sententia testatoris, ut ex ea ad casum omissum, vel progrediamur, vel intra cancellos verborum conjiciamus, 15 16 17

mus, neque in Ecclesia quæ est cultrix justitiæ, debet aliquod lucrum contra justitiam admitti, *capit.1. §. sed diversum, de alienatione feudi*, Baldus *in auth. nisi rogati*, *numer.55. Cod. ad Trebell.* Angar. *consl.331. numer.3.* Roman. *consil. 298. numer. 20. in fine*, hucusque Cardinalis Mantica, & sic etiam probat contra causam piam, Natta *cons.180. tom.1.*

18 Circa verò id quod prætenditur per Monasterium, scilicet adimplevisse ex sua parte cum exemptum fecerit Fratrem Thomam à celebratione Missarum pro obligationibus Monasterii, Replicatur dictam exemptionem non fuisse veram, nec probatam, quia licet Fr. Thomas gavisus fuerit aliqua exemptione tempore suarum indispositionum, nihilominus solvebat de proprio eleemosynam pro Missa, prout Patribus senioribus dicti Conventus notum est, & licet in termino probatorio nihil sit verificatum pro parte Illustrium de Aquino, id tamen processit, quia fuit denegatum examinare, & probare, sub prætextu quod ab Advocato prædecessore fuit tractatum de concordia cum Monasterio, unde percunctatum examen, ut ex fide Actorum Magistri, *folio 178. à tergo.*

19 Quæ quidem veritas probatur evidentissimè non conjecturis, sed indubitabili probatione, cum videamus Monasterium petere in hoc processu annualitatem ducatorum 50. à die quo dictus Fr. Thomas suscepit ordinationem Sacerdotalem, ut ex supplicatione, *folio 35.* quod fuit in ann.1638. & tamen judicium, de quo hic fuit motum in anno 1657. die 15. Novembris per viam reconventionis, postquam dictum Monasterium fuit conventum per hæredes Illustr. Principis Sancti Manghi ad restituendam pecuniam, & monile aureum remansa post mortem dicti Fratris Thomæ, ut ex comparitione, *folio 3.* notificata dicto Venerabili Monasterio, die 16. Octobris 1657. *folio 38.* & sic post judicium motum, imò etiam post mortem non solum Principis donantis, sed etiam post mortem Fratris Thomæ notitiam habuit veritatis prædictæ: unde in hoc casu præsumitur injustè ab hæredibus Monasterium petere tamquam non informatis de veritate, ut eleganter post

20 alios docet Consil. Theodor. *allegat.78.numer.9.* quam urgentissimam, & solidissimam præsumptionem dixerunt Escobar. Christophorus Martius, aliique relati à Domino Præside Merlino *tom. primo, controvers.87. numer.12.* juxta quam considerationem decisum refert, imò notanda sunt ad propositum verba præclarissimi Jurisconsulti Pauli Staibani Senioris *consil.77. numer. 31.* ibi, *Ex quo præsumitur, quod malam causam fovet, qui diu distulit judicium movere adversus eos, qui de ea re instructi, & vivi erant, & defunctis eis adversus hæredes malè instructos litem agit, dum diu vixisset principalis, & vivente petere distulit, malam causam fovere præsumitur*, Gloss. notab. *in cap. sæpe, §. & quia, versic. Non obstante, de verb. signific. leg. procula, ff. de probationibus*, ibi: *Nunquam à fratre quamdiu vixisset desideratum, leg. cum quidam, §. Divus, ff. de usuris*, Afflict. *decis.13. in 9. conjectur.* latè Menoch. *de præsumpt. lib.2. præsumpt.1. & præsumpt. 91. numer. 7.* & *lib.8. præsumpt.135. numer.6. & numer.19.* & prædictis addo, quod non solum donatarius diu distulerit vivente donante dictam annualitatem petere, imò erubuit donatarius ipse de persona petere, & exigere indebitum diu non petitum, qui enim tamdiu tacet dicitur tacitè juri suo renuntiasse, *l. si eo tempore, C. de remissione pignoris*, tantò magis, quod sumus in materia lucrativa, & non onerosa, ita discurrit D. Staibanus, ubi sic decisum refert pro Illust. Dom. D. Virginio Ursino, contra Monachos Sanctæ Mariæ da ogni bene.

21 In præsenti verò quis umquam poterit somniare, quod si dictum universale Monasterium acceptasset dictam donationem, cum onere prædicto. Et revera fecisset exemptum Fratrem Thomam à celebratione Missarum pro obligationibus Monasterii, & substituisset Sacerdotem sæcularem, vel Regularem in locum dicti Fratris Thomæ ab anno 1638. usque ad annum 1657. qui sunt anni 19. cogere noluisset, vel non curasset Principem Sancti Manghi ad solutionem dictorum annuorum ducatorum 50. ex quo credendum est sine ulla dubitatione dictam donationem non fuisse acceptatam, nec Fratrem Thomam fuisse per Monasterium exemptum à celebratione Missarum pro satisfaciendis suis obligationibus.

Cui infallibili veritati non obstant probationes factæ pro parte Monasterii S. Dominici.

Primò quidem, quia sunt tres fratres, sive Monachi 22 examinati ad utilitatem Monasterii, unde videatur Noguerol. *allegat. 26. articul.2. numer.133.* qui dicit in donatione facta cuidam Monasterio Sancti Benedicti Vallisolitanæ Civitatis non fuisse idoneos testes quatuor Monachos ejusdem Monasterii ex ea ratione, quia nemo ex Text. in causa propria, *in leg. omnibus, Cod. de testibus*, & opponens Noguerol. sibi de Textu *capit. insuper, & capit. cum Nuntius de testibus, & in l.18. titul.16. par. tertia*, in quibus probatur, quod testes deponentes ad favorem Mona- 23 sterii sui faciunt fidem, respondet, quod id non procedit quando causa Universitatis redundat in beneficium singulorum, quia tunc non probat pro Universitate, hinc Rota apud Seraphinum *decision.1166. part. secunda*, tractans de Monialibus, quæ deposuerant ad favorem Monasterii pro validitate professionis cujusdam Monialis dixit non esse idoneos nihilque probatum, quia apud Monasterium pingues redditus erant remansuri, quod idem dicit Farinac. *decision.705. part. secunda, in recentioribus*, sic Trivisan. *in decis.35. part.1.* dicit non fuisse præstitam fidem quinque Religiosis unius Monasterii, de quibus ibi, quia factum erat tale, quod potuisset aliis testibus validari, quod idem dicit Noguerol. *dict. allegation. 26. numer. 62. & 63.*

Secundò probatur ex eo, quod ex dicta lectura cogno- 24 scitur contrarietas eorumdem testium: unde non solum non potest, imò nec debet fides præstari, dum in eorum fidibus primo loco factis per Fratrem Seraphinum Candiá, & Fratrem Thomam Spina, per Fratrem Dominicum de Nuceria, *folio 147.* fuit cum juramento dictum, quod numquam Fr. Thomas in commissum habebat, ut satisfaceret obligationibus Monasterii, quia universo Conventui notum erat, quod dictus Frater erat liber ab oneribus Monasterii pro legato dictorum annuorum ducat. 50. & posteà iidem Patres examinati ad instantiam dicti Monasterii in termino dato deposuerunt, quod Sacristæ pro tempore requirebant Fratrem Thomam pluries, & pluries, ut Missas celebraret pro obligationibus Monasterii, ut *folio 159. litter. A*, & *folio 160. litter. A*. Si ergo iidem Fratres in eorum fidibus dixerunt, quod non committebatur onus celebrandi propter notoriam exemptionem, *ut dict. folio 147.* quomodo posteà cum juramento examinati variarunt dicentes, quod requirebant pro dicta celebratione, igitur non erat notoria sua exemptio, vel non vera, propter quam varietatem, & contradictionem nulla fides est adhibenda prædictis depositionibus cum verissima sit conclusio, quod testis si ipsi varius, & contra- 25 rius nihil probat, ut ex legum Civilium, & Canonicarum dispositione, & DD. authoritate pro regula indubitabili dicit, Farinac. *de testibus, in titul. de oppos. contra dicta testium, quæst.60. numer.13. cum seqq. & in numer. 19.* ampliat, ut testis sibi varius in aliqua parte, in totum reputetur varius, & nihil omninò probet, *& in quæst. sequ. 66.* subdit, quod talis testis sibi varius punitur, ut latissimè apud eum.

Unde ex his omnibus pro parte Illust. Principissæ Castilionis, & S. Manghi, & D. D. Cæsaris sui fratris evidentissimè præsupponitur fundatum non posse molestari ad instantiam Venerabilis Monasterii S. Dominici pro donatione annuorum ducat. 50. cum non fuerit acceptata cum onere prædicto celebrationis Missarum, servata forma Constitutionum dictæ Religionis, & decretorum Sac. Congregationis Cardinalium, propter alias considerationes supradictas, unde justè prætenditur absolvendos esse Dominos de Aquino à prætensione dicti Venerabilis Monasterii.

DISCEPTATIO CXCVIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur, de qua disputatur.*
2 *Doctores, qui de Cruce agunt, referuntur.*
3 *Crucis signum erigere in Processionibus nullam subjectionem dat.*
4 *Crucem deferre in funeralibus soli Parœciæ competit, sub cujus finibus stabat defunctus.*
5 *Sacræ Congregationis declarationes, plures afferuntur circa Crucis delationem in Processionibus privatis.*
6 *Crucis signum per quem sit deferendum, Episcopo, Civitatem ingredienti.*
7 *Crucis signum cum velo est deferendum in Processionibus à Regularibus.*
8 *Crucem erigere propriam in Processionibus, quibus competit.*
9 *Fratres Colloriti sunt ultimo loco, Carbonarii verò antiquiores.*
10 *Carbonariorum fundatio quando fuerit in hac Civitate Neapolitana, & Colloriti quando in Regno fundati fuerint.*
11 *Crucem erigere Capuccinis concessum fuit ex Paulo V. post multum tempus à fundatione.*
12 *Coadjutor Archiepiscopi non utitur Cruce, ut suus principalis.*
13 *Sacra Congregatio Rituum, quid declaraverit circa Crucem Capuccinorum in Processionibus.*
14 *Capuccinorum Religio, quando, & qualiter approbata, quando suum Generalem habuerit, sub qua Cruce primo loco incesserit, & quando novam erexerit.*
15 *Subrogatus primogenito, pro primogenito habetur, & reputatur.*
16 *S. Congregatio Cardinalium affertur circa delationem Crucis, certis casibus.*
17 *Processio quid sit, quid significet mystice, & quid signum Crucis in ea designet.*
18 *Substitutus, vel subsidiarius nunquam habet prælationem, uti suus principalis.*
19 *Canonici Lateranenses S. Augustini præferuntur omnibus, & qua ratione.*
20 *Sacra Congregatio Rituum, ad lites evitandas in Processionibus Regularium, multa ordinavit.*
21 *Greg. XIII. id Bulla, quæ incipit:* Exposuit Pastoralis Officii munus, *quid disposuerit circa Processiones Regularium.*
22 *Sac. Congregatio de anno 1593. corrigitur per eamdem de anno 1615. & mandavit servari Bullam Gregorii XIII.*
23 *Antiquior Conventus, præfertur in loco, ubi fit Processio.*
24 *Antiquitas prælationis, habetur per horam, per momentum, & per punctum.*
25 *Regulares Sylvestrini priùs non præferebantur mendicantibus, nunc, relicta quæstuatione, præferuntur.*
26 *Monachi præferuntur mendicantibus omnibus.*
27 *Monasteriis pluribus existentibus in una Civitate, si unum sit antiquius Monasteriis alterius Ordinis, sufficit, ut præferantur Conventus ejusdem Ordinis.*
28 *Patres ejusdem Ordinis, quam Prælationem habeant, si concurrant uniti, & quam si divisi.*
29 *Observantia multum prodest in Processionibus.*
30 *Vexillum Sancti Augustini, Colloritas an comprehendat.*
31 *Vexillum Carbonariorum utrùm comprehendat Colloritas.*
32 *Vexillum comprehendere, vel non, nihil facit ad materiam.*
33 *Colloriti utrum sint germina Religionis Augustinianæ una cum Carbonariis.*
34 *Conventus Sancti Augustini Neapoli, non est caput Religionis Augustinianæ, sed ubi caput resideat ostenditur.*
35 *Differentia dari debeat inter Colloritas, & Carbonarios, quæ differentia non potest consistere in Barba, vel ampla corrigia.*
36 *Factum refertur inter D. Fagnanum, & Eminentissimum quondam Pallottam.*
37 *Processionis ordo, qualis sit inter Franciscanos Neapoli existentes.*
38 *Clerus Neapolitanus qualiter se habeat, & sub qua Cruce incedat in Processionibus.*
39 *Pluribus in Civitatibus hujus Regni Neapoli servatur ordo Processionis, uti Neapoli.*
40 *Monasterium S. Mariæ de Populo Romæ existens, quomodo, & qualiter Crucem erigat, & an hoc prosit Fratribus Colloritis.*
41 *Congregatio primùm Perusina, deinde Lombardiæ, quomodo in Monasterio de Populo accesserint.*
42 *Fratres Carbonarii illustres quid operati fuerint pro Religione jussu Pontificum, & Regum, & traduntur tempora, & loca.*

ARGUMENTUM.

Crucis vexillum, an, & quando possint Regulares extollere in Processionibus, & quid si sit Religio, vel Congregatio dependens ab alia, & cum illa concurrens, extollere Crucem, Religioni dependenti ab alia, an & qualiter competat ex Bulla, vel Brevi Summi Pontificis. Congregatio S. Joannis ad Carbonariam qualiter differat à Fratribus Heremitis Sancti Augustini, & quid essent antiquitus Fratres Carbonariæ.

NEAPOLITANA
Delationis Crucis,
PRO
Venerabili Monasterio Sancti Joannis ad Carbonariam Ordin. Fratr. Sancti Augustini,
CUM
Fratribus Colloritis ejusdem Ordinis.

1 Congregatio Fratrum Heremitarum S. Joannis ad Carbonariam Neapoli, existens injustè molestatur à Patribus Congregationis Colloritanæ in multis, in quibus tam ipsi Patres, quàm veterani desudarunt DD. quæ sanè omnia pro parte Patrum de Carbonaria omitti omninò debere existimo, cum multa supponant, quæ neque per somnium ipsis Patribus Carbonariæ visa sunt, supponunt enim PP. Carbonarios prætendere Congregationem eorum Superiorem esse Congregationi Colloritanæ, & jus in eandem habere, ac proinde Congregationem prædictam Colloritanam subjectam esse, & subjici debere Congregationi Carbonariæ, non ex alio capite, nisi ex eo quod Patres Carbonarii quando cum ipsis Patribus Colloritanis simul conveniunt in Processionibus publicis per Civitatem Neapolis, peculiarem Crucem solent erigere; ipsos verò Colloritanos minimè posse, nec debere Patres Carbonarii intendunt; si verò ex hoc, superioritatem arguere velint Colloritani falsum sanè supponunt, & longè aberrantes à veritate videntur Patres Colloritani in hac quæstione non causam pro causa assignare, & trepidasse timore, ubi non est timor.

Controversia igitur nostra est: utrum Patres Colloritani debeant deferre particularem crucem in Processionibus, quando simul conveniunt cum Patribus Carbonariis, vel potiùs sub vexillo Carbonariorum incedere, sicuti tam ipsi Carbonarii, quàm Colloritani, quando conveniunt cum Patribus S. Augustini Conventus Majoris S. Augustini incedunt omnes tum Augustiniani, tum Carbonarii, tum etiam Colloritæ.

In qua quæstione firmiter assero pro Patribus Carbonariis decidendum esse, quia, ut docent DD. scilicet, 2

Jacob. Cresserus, Francisc. Castren. *in Enchiridion*, Ant. Perez *in sua Larea Salamantina*, *in electione de Cruce*, Berardin. de Occinus *de Regno Christi*, *tract.* 4. *Italicæ*, Alphonsus Ciacconius *in tract. de Crucis signo*, Felix Astulphus *de miraculo Crucis*, Jacob. Bossius, Justus Lipsius, Arnoldus Melmanzius, Manentius Rabanus *de Laudibus S. Crucis*, Jodicus Lorichius *in Thesaur. novo Theologico*, Petrus Anton. *paradoxo* 50. Azor. *part.* 2. *lib.* 1. *c.* 17. Ang. Rocca *in tract. de Particula Ligni in Apostolico Sacrario servata*, D. Carolus Cala Dux Diani *in opusculo de Cruce*.

3 Signum Crucis, vel vexillum erigere, ac extollere, nullam denotat superioritatem inter Regulares, igitur non per hoc, quod Patres Carbonarii suam extollunt Crucem cum Patribus Colloritis incedentes in Processionibus privatis dici possunt Superiores Colloritis: nam sicut Conventus Sancti Augustini nullum jus habet in ipsos Colloritas, nec in Carbonarios sub ipsius vexillo incedentes, sed tantum ejus antiquitatem in ambobus ostendit, ita nec ipsi Carbonarii ullum jus habebunt, nec habere prætendunt in ipsos Colloritas, si sub vexillo Carbonario incederent, sed tantum eorum in ipsis Colloritis antiquitatem demonstrant; cæteræ namque Illustrissimæ Religiones suam antiquitatem respicientes, qua sub Christo Duce, inconcusso famulatu servierunt per præcedentiam in Processionibus ab omnibus notari desiderant, sic & ipsi Carbonarii sub eorum vexillo Colloritæ, quando incedunt ipsis Colloritis antiquiores S. Patris Augustini filii demonstrari cupiunt.

4 Probatur secundò, quia Crux in funeralibus unica tantum deferri debet illius Ecclesiæ, ad quam corpus defuncti defertur, vel ut Neapoli observatur, illius Parœciæ sub cujus finibus vivebat defunctus, qui sepelitur, ut ait *Sacra Congregatio Rituum in Arnensi S. Gemini* 3. *Septembr.* 1614. penes Lezzanam *in summa*, *quæst. regul. to.* 3. *in verb. Crux*, *numer.* 2. *& in Lovaniensi* 20. *Novemb.* 1637. quem refert Laurent. de Peyrinis *de privil. regul. tom.* 3. *in fin.* ubi de decretis novissimis *S. Congregationis decreto* 10. *in responsione ad* 4. *pag.* 567. *eadem Sac. Congregatio in Barensi Terræ Madugni* 2. *Augusti* 1631. *& in Messanensi*, 12. *Feb.* 1633. *& in Tiburtina* 9. *Apr. ejusdem anni*, quam refert Bonsadinus *in Thes. Eccles. dec. tit.* 14. *numer.* 17. & tamen non per hoc arguitur subjectio Regularium cum Clericis sæcularibus, vel Regularibus, ad quorum Ecclesiam sepelitur cadaver; ergo ob signi Crucis asportationem non arguitur subjectio, & inferioritas, sed potius antiquitas loci.

5 Probatur tertiò, quia S. Congregatio declaravit, Crucem novæ Parœciæ deferendam esse in funeralibus, non autem Crucem antiquæ Parœciæ, ex qua dismembrata fuit Parœcia nova, cujus erat defunctus, & in eadem propria Parœcia debent convenire, ut ait S. Congregatio *in nullius Provinciæ Baren.* 22. *Martii* 1631. apud Barbos. *in coll.* 234. *n.* 4. igitur Crux Carbonariæ, utpotè antiquitus dismembrata à Monasterio S. Augustini præferri debet, & sub se continere Colloritas, nec Colloritas posse novam erigere Crucem, quia Crucem, vel nova insignia in processionibus deferre non licet, ut ait S. Congregatio in una *Calaguritana nullius* 4. *Martii* 1606. apud Barb. *collect.* 324. *numer.* 6.

6 Probatur quartò, quia porrigere Episcopo ingredienti aliquam Civitatem, Crucem deosculandam spectat ad digniorem illius loci, etiamsi non ad illius Ecclesiam, sed ad aliam Parœcialem dirigatur, at cum ingreditur Parœcialem Ecclesiam, debet hoc præstari à dignitate illius Ecclesiæ, licèt sint præsentes Canonici Cathedrales, vel Collegiati, ut ait S. Congregatio *ubi sup.* Igitur in præsenti, Crux S. Augustini, vel Carbonariorum debet attendi, nulla habita mentione Crucis Colloritarum, & non ignoro tamen, quod in Publicis Processionibus Crux debet à Regularibus deferri cum velo, seu pallio appenso, non

7 autem discooperto, ut defert Clerus sæcularis ad ostendendam quandam inferioritatem Clerici Regularis, respectu sæcularium, S. Cong. Rituum *in una Metropolitana* 14. *Ianuarii* 1617. ubi agit de Canonicis Regularibus Lateranensibus, de qua agunt Joannes Maria Novarius in *Lucerna Regularium in verbo Crux*, *numer.* 1. Lezz. *in eodem verb. numer.* 1. Gavant. *in rubr. Breviarii*, *p.* 1. *tit.* 19.

8 *numer.* 11. *lit. G*, nec Crucem propriam in Processionibus erigere possunt Presbyteri alicujus Ecclesiæ intra limites propriæ Parœciæ, sed debent incedere sub Cruce Parœciæ, ita Sacr. Rituum Congregatio *in una Vrbis* 12. *Martii* 1616. apud Barbosam *collectan.* 234. *numer. octavo*.

Probatur quintò, quia tota ratio, ut Patres Conventus S. Augustini vexillum in Processionibus erigant, & præcedentiam tam Carbonariis, quàm Colloritanis sub eorum vexillo incedentibus obtineant, est quia ipsi Carbonarii, & Colloritis, non solum in ipsa Civitate Neapolitana, verùm etiam in toto Regno antiquiores sunt, sed istis deficientibus, Carbonarii ipsis Colloritis, tam in ipsa Civitate, quàm in toto Regno sunt antiquiores: igitur concludendum est, Carbonarios quando simul conveniunt cum Colloritis, posse Crucem erigere, & præcedentiam habere, ipsosque Colloritanos sub Cruce Carbonariorum incedere debere, nulla alia particulari erecta Cruce, minor apud Historicos est certissima: nam Congregatio Carbonaria exordium cepit in ipsa Civitate Neapolitana anno 1339. Benedicto XI. Summo Pontifice, Gulielmo verò Cremonensi Priore Generali totius Religionis quo tempore Galderius Capycius Galeota miles Neapolitanus, suas domos, & hortos in Campo Carbonario extra muros Civitatis primis Patribus donavit, ad primi Conventus fundamenta jactanda, Patres verò Colloritani novissimis diebus sub f. m. Pauli V. cœperunt caput erigere in oppido Colloriti in Calabria, unde & nomen sortiti sunt ab eo loco. 9 10

Probatur sextò, quia propriam Crucem gerere non conceditur novis Religionibus, vel Congregationibus, nisi de licentia Summi Pontificis, & Sac. Congregationis: unde Patribus Capuccinis, quod possint de novo erigere Crucem in Processionibus in Civitate Salernitana, ubi prius incedebant sub Cruce Conventualium, censuit Sacra Congregatio *in una Salernitana* 30. *Aprilis* 1616. & tandem per SS. D. N. Paul. V. fuit concessum Capuccinis ubique locorum, ut in prædictis Processionibus Crucem propriam deferrent ad formam Constitutionis Gregorii XIII. quæ incipit: *Exposcit*. Et sic Capuccini ex peculiari privilegio possunt deferre Crucem, ut patet ex *Bulla* 9. *in ordine*, incipiente: *Pastoralis officii*, *die* 11. *Octobris* 1617. de qua Bulla *in* 4. *tom. Bullarii ante Bullas Vrbani Octavi*, & meminerunt Novar. & Lezzana *in verb. Crux.* Si ergo Patribus prædictis Capuccinis concessum fuit ex peculiari privilegio à Paulo Quinto Crucem erigere, manifestè apparet, non posse Religionem quamcumque Congregationem, &c. Crucem sibi erigere ad sui libitum, quando ita est privilegiatum hoc signum, ut in Divinis functionibus Pontificiis, & dum incedit per Civitatem, non debeat Coadjutor Archiepiscopi illo signo uti: cum Crux prædicta sit signum, & ornamentum dignitatis, qua caret Coadjutor, ita Sac. Congregatio Rituum apud Prosperum de Augustino *in additionibus* ad Quarantam *in verbo Archiepiscopi authoritas*, *author.* 13. Piasecius *in praxi Episcopali*, *part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 10. Campanilis *in diversorio*, *rub.* 7. *cap.* 6. *numer.* 107. Barbosa *collect.* 234. *numer.* 10. cum ergo Colloriti sint veluti Coadjutores Religionis S. Augustini non possunt Crucem deferre, sed sub Cruce ejusdem Ordinis ire debent, & cum illa Carbonariorum, quibus etiam Coadjutores dicuntur in operibus Religiosis. 11 12

Probatur septimò, quia die Sabbati 12. Julii 1621. Congregatio Sacrorum Rituum, quæ circa præcedentia in Processionibus inter Capuccinos, & alios Regulares post concessam ipsis Capuccinis propriæ Crucis erectionem, ne quotidiè orirentur difficultates, inhærendo decreto sub die 23. Martii 1619. emanato, illudque declarando censuit, erectionem Crucis supradictis Capuccinis fuisse concessam in illis tantum locis in quibus sub Cruce Minorum Conventualium incedebant, quia alias id fortasse numquam permisissent, ac propterea eosdem Capuccinos in locis, in quibus sub propria Cruce, seu in proprio loco, sub Cruce liberè in Processionibus ante hujusmodi concessionem debeant eumdem locum retinere; si ergo Capuccinorum Religio approbata à Clemente VII. anno 1528. *in Constitutione ejusdem* 21. quæ incipit: *Religiosus Zelus*, in qua præscribit eisdem formam, modumque vivendi, quam habuisse cooperantibus Minoribus Conventualibus, & quam confirmavit Paulus Tertius anno 1536. *in Bulla*, quæ incipit: *Exponi*, & *Bulla* 11. concedit facultatem eligendi Vicarium Generalem, qui debebat confirmari à Generali Conventualium, ut ibi dicitur, 13 14

& quo-

& quomodo se gerere debeat, & quod sint Fratres Capuccini veri filii Sancti Francisci, & ex illius vera, & numquam interrupta linea descendentes, disponit Urbanus Octavus *in Constitutione* 77. quæ incipit: *Pastoralis*, & nihilominus Religio prædicta à Clemente VII. usque ad Paulum V. sine Cruce incessit sub Cruce Conventualium, ut in dicta *Bulla Pauli V. 9. to. 4. Bullar.* & nunc Colloriti post modicum tempus, nescio qua temeritate nullo privilegio concesso petunt erigere Crucem cum Carbonariis incedentes.

15 Probatur octavò, quia per jurium dispositionem, deficiente filio primogenito, omne jus defertur, seu acquiritur secundo genito, & induit rationem primogenituræ, igitur à pari dato; quod pro isto Regno, & Civitate Neapolitana; Primogenitus filius Sancti Patris Augustini sit (ut re vera est) Conventus ejusdem nominis, ut diximus isto deficiente, in Processionibus, & in aliis functionibus, & omne jus, & præeminentias acquirit Conventus Sancti Joannis de Carbonaria, qui est secundogenitus, ergo, &c. aliàs injustè viderentur Patris Colloritani, cum Jacob primogenita tollere Esau Fratris sui, idest ipsorum Carbonariorum, cum non liceat eis humana ambitione usurpare à fratribus suis Carbonariis, quod Deus per mysterium Jacob concessit, &c. ut sentit ipsemet Pater Augustinus *in libro contra Mendacium, cap. 19. tom. 4. post initium.*

16 Probatur nonò, quia Eminentissimi Domini Cardinales fuerunt supplicati per Priorem, & Fratres Conventus Sancti Elmi Ordinis Sancti Augustini Deturfensis Diœcesis, & loco à 60. circiter annis erecti, cum de facto molestarentur circa præeminentiam, & Crucis erectionem à fratribus Hospitii, sive Conventus à duobus annis ibidem erecti Reformatorum Sancti Francisci de Observantia, qui etiam obtinuerunt, imo extorserunt quandam provisionem ad eorundem favorem à Tribunali Episcopi, præsertim quia ipsemet Episcopus erat ejusdemmet Ordinis, ac proinde illis specialiter affectus, supplicarunt proinde Patres Eminentissimos Dominos, ut ad observandam prærogativam pro ipsis dignarentur præcipere, & mandare, ut circa præcedentiam inter eosdem Conventus servaretur motus proprius Gregorii Decimitertii, & Breve Sanctissimi Urbani Octavi, ac decreti editi ex voto dictæ Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, & Rituum.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, ac Consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita censuit, servandas esse literas Gregor. XIII. & Urbani Octavi, hac de re conditas, & ubi non constat de possessione, præcedant illi, qui sunt antiquiores in loco controverso, & ita servandum testatur Lezzana *in summa, in verbo præcedentia inter Regulares, folio* 537. *col. 1. & 2.* cum ergo Patres Colloritani ultimo loco fuerint in hac Civitate, & Regno contra eos loquitur S. Congr. in decreto suprà allato.

17 Probatur decimò, quia Processio in plura agmina distributa mysterium est exercitus militantis Ecclesiæ contra Adversarios humani generis, quod mysterium teste Durando in rationalibus divinorum officiorum explicatur talibus verbis, disponitur Processio veluti Castrorum acies ordinata, de quo prælio Apocalypsis dicit, non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem, sed adversus Principes, & potestates verborum ejus, & hoc refert etiam Honorius *capit.* 72. & sic in fronte Crucis, tunc defertur, uti caput illius Ecclesiæ, ut benè observat Pater Quartus *de Processionibus, lib. 1. pagina 9. mysterio 2. folio 4. per totum*, cum ergo caput dictæ Religionis non sit Ecclesia Colloritarum, sed potius Carbonariorum, quando inter se concurrunt, dicendum est contra Colloritas, non posse Crucem extollere, quia Processio incipit à signo crucis, Cyrillus *lib. 6. contra Iulianum*, Sozzomenus *lib. 6. cap. 8.* Pater Quartus *de Processionibus consider. 2. per tot. pagin. 6.* & alibi Rodulphus Hospinianus *de Canonicis Regul.*

18 *& Fratribus S. Augustini, l. 3. c. 5. 6. & seq.* Hinc dici solet, quod ille, qui est subsidiarius, vel subrogatus, & aliis posteà venientibus, nullo modo præfertur illis, sed sub illorum signo incedere debent, Jacobus Andreas Crusius *l. 1. de præced. c. 20. per totum*; cum ergo Colloritæ non sint principaliter de per se instituti, sed ultimo advenientes, nullam possunt contra Carbonarios obtinere præceden-

19 tiam, vel crucis delationem. Hinc Canonici Lateranenses S. Augustini, qui antiquiores omnibus præferuntur Cassinensibus, tum in possessorio, tum in petitorio, ut Neapoli, Romæ, & alibi audivimus, & vidimus, de qua re Philippus Porc. *in duobus cons.* 164. *&* 166. & latè Crus. *l. 2. c. 22. per tot.*

Probatur undecimò, quoniam inter Religiosas personas nonnullæ lites, & controversiæ in materia præcedentiæ, ortæ fuerunt, præcipuè inter ordines Mendicantium in Processionibus, pro quibus dirimendis emanavit Gregorius XIII. Bullam suam, quæ incipit: *Exposcit Pastoralis officii munus, sub die* 15. *Iulii* 1583. apud Honorium *tom. 1. fol. 503. & tom. 2. fol. 430.* in qua Bulla habetur, quod quando non probatur, aut non constat de quasi possessione præcedentiæ inter Fratres Mendicantes; tunc illi, qui sunt antiquiores in loco controversiæ debent præcedere, ut fuit declaratum per Sac. Congregationem in anno 1608. apud Honorium *ubi suprà, tom. 1.* & licèt in anno 1593. feratur, Sac. Congregationem declarasse in hujusmodi præcedentiis servandum esse, quod in verbo servatur, ut refert Quaranta *in summa Bullarii, in verbo præcedentia*; *postea tamen de mandato Pauli Quinti*, cum multæ fuissent exortæ controversiæ inter Regulares, de anno 1615. eadem Sac. Congregatio mandavit servari dictam Bullam Gregorii XIII. prout ex ordine Eminentissimi Cardinalis Galli, cujus copia servatur authentica in Curia Archiepiscopali Neapolitana, unde præcedentia debetur Religioni antiquiori, tam ratione fundationis, quam ingressus in Civitatem, Riccius *decis.* 131. *part. prima*, Cavaler. *dec.* 594. etiamsi esset antiquior per unam moram, idem Riccius *resolut.* 203. *in praxi*, Menoch. *de arbitr. cent. 1. casu* 48. quia prioritas, seu præventio causatur non solum per unum diem anterioritas per Glossam *in capit. si eo tempore, in verbo Iam, de elect. in 6.* sed etiam ratione unius horæ, Glossa *in leg. si ex pluribus, §. final. ff. de solut. in verbo Die obligavit, & in cap. duobus, in verbo Si non appareat, de rescriptis*, imò unius puncti, vel momenti, Cassadorus *decis.* 20. *numer. 1. de rescriptis*, & quantum tempus sit, unum punctum, vel momentum tradit Joannes Andreas *in c. 1. numer. 7.* & Abbas *numer. 3. de causa possessionis.*

20

21

22

23

24

Hinc cum fuisset dubitatum in una Diœcesis Nucerinæ, an Regulares Ordinis Sylvestrinorum præcederent mendicantibus, Sac. Congregatio Episcoporum die 24. Januarii 1617. decidit Sylvestrinos, quos tanquam postremos in dicta Diœcesi commorantes, aut à quæstuatione imposterum abstinere, aut in Processionibus ultimum locum obtinere debere, juxta Bullam Gregor. XII. sed quia deinde Sylvestrini se abstinuerunt à quæstuando, fuerunt tractati, non ut mendicantes, sed ut Monachi, & ideò Sacra Congregatio in eadem causa dixit, esse concedendam præeminentiam Sylvestrinis, 19. Maji ejusdem anni, quia Monachi semper præferuntur medicantibus, ut in una Monopolitana 3. Martii 1619. & hoc semper, & ubique, ut benè Riccius *ubi sup.* in qua etiam dictum fuit, Fratres Capuccinos debere tribuere præcedentiam in Processionibus illis Regularibus, qui sub propria Cruce, & in proprio loco incedebant antequam ipsi propriam Crucem deferrent. 25 26

Quod adeò verum est, ut si in una Civitate contingat plura esset Monasteria ejusdem Ordinis, diversis temporibus fundata, ait S. Rituum Congregatio, quòd Patres Minores de Observantia, juxta Constitutionem Gregorii præcedant, qui prius in loco Monasterium habuit, & non tantum illi Monasterio. Unde per fundationem Sanctæ Mariæ de Nova Civitatis Neapolitanæ acquiritur anterioritas ejusdem cuilibet Monasterio in illo loco fundato ejusdem Ordinis, quod est dicere, quibus præcedit Monasterium, & Fratres S. Mariæ de Nova, præcedit etiam Monasterium, & Fratres Montis Calvarii, & Hospitaletri, quia sufficit, quòd unum Monasterium ejusdem Ordinis sit antiquius. 27

Sic quando concurrunt ad Processiones, tam prædictas, quàm privatas, & quando præcedentia ex quasi possessione, & jure præcedendi, omnes ejusdem Ordinis Fratres, uniti tamen, debent præcedere, ita ut post crucem Fratres strictioris Observantiæ immediatè incedant Discalceati, & Recollecti, vel Reformati, & post illos Fratres de Observantia dicti, si statuta Religionis, vel ex quasi possessione, & jure præcedendi contrarium non dicant, aliàs in præcedentia servetur etiam inter ejusdem ordinis Fratres ante- 28

anterioritas fundationis Monasterii uniuscujusque, nec Monasteria alterius Ordinis possunt impediri frui jure præcedendi, neque Ordinem incedendi pervertere, & de-
29 claravit S. Congregatio 3. Julii 1617. Nec ignoro Fratres de Observantia in omnibus actibus habere locum magis dignum, quàm Fratres Conventuales, unde ipsi Fratres Crucem in loco digniori deferre possunt ex motu proprio *Leonis X. in Bullario in Bulla*, quæ incipit, *licet aliàs* die 6. Decembr.1617. de qua Novar. *in summa Bullarum*, to.1. *fol.*509. *numer.*13.

30 Neque dicas pro parte Colloritarum, quod vexillum Sancti Patris Augustini, sub quo tam ipsi, quàm Carbonarii in Processionibus incedunt tanti Patris effigiem exprimit, & sic ratione Regulæ ejusdem magni Patriarchæ Augustini, quam profitentur omnes supracitati sub eo vexillo gradiri minimè contendunt, quod non est de vexillo Carbonario.

Respond. enim nullius roboris esse hoc argumentum, quia in promptu apparet solutio: nam dato casu, quòd Conventus Sancti Patris Augustini hujus Civitatis, non sub ipsius Sancti Augustini nomine, sed alterius, nempè Sancti Christophori esset fundatus, & cum ejusdem Sancti Christophori effigie vexillum erigeret, Carbonarius ordo S. Joann. Baptistæ uti est, Colloritæ verò, sub titulo
31 Sancti Patris Augustini, cujus effigiem in eorum vexillo depingerent, quæri posset sub quo vexillo istis omnibus incedendum esset, sub vexillo Colloritarum cum S. Patre Augustino, an verò sub vexillo antiquioris Conventus, cum effigie Sancti Christophori? certè dicere debemus, quòd cum effigie S. Christophori procedendum esset, quod evidentissimè patet ex communi Regularium consuetudine: nam omissis cæteris Regularibus videmus in dies in Processionibus Fratres Minores omnes tam Reformatos, quàm Conventuales sub vexillo primi
32 Conventus, qui B. Virginem de Nova depictam habet, relictis particularibus vexillis, etiam S. Francisci Fundatoris figuram exprimentibus.

33 Neque dicant secundò Colloriti, quòd tam eorum Congregatio, quod Carbonariorum sunt surculi, seu germina ab eodem stipite provenientia, quia sicuti ex se unumquodque producit fructus suos, sic ex se unaquæque Congregatio suam singularem potest erigere Crucem, & quando non exigunt ambulantes cum Carbonariis sub vexillo Conventus Sancti Augustini est, quia tam ipsi Colloritani, quàm ipsi Carbonarii sunt tanquam virgula unius stipitis.

34 Respondetur, quòd numquam Conventus Sancti Augustini de Neapoli fuit totius Religionis Sancti Augustini caput, sed est verè filius, sicut & Carbonarii, stipes autem Religionis sunt Cavernæ illæ, & Cellulæ in scissuris Petrarum, in Heremo Tagastensi in Africa, ubi primò S. P. Augustinus vitam Heremiticam instituit, vel Monasterium in Horto Valeriano in Civitate Hipponæ, antequam Episcopus fieret, vel forsan dici potest, quòd caput, seu stipes, sit Conventus Romanus ob residentiam Reverendissimi Patris Generalis, qui totius Religionis S.P. Augustini immediatum locum tenet, sed dato, & non concesso, quòd Conventus S. Augustini de Neapoli caput esset Religionis, semper tamen verum est dicere, quod dari debet aliqua differentia specifica, saltim accidentalis inter ipsa germina, puta unum antiquius altero, seorsim plantatum, ideòque dato gratis, quòd Conventus S. Augustini sit caput, Congregatio verò Colloritarum, & Carbonaria veluti germina separatim plantata, potest cognosci ex se nempè suam particularem erigendo Crucem, quod nos non negamus, si autem inter se, vel in stipite unita
35 considerentur, semper dari debet aliqua differentia specifica, ut dixi, vel saltim accidentalis, sed hæc differentia dari non potest circa Regulam, quia una est omnibus, quòd etiam de Constitutionibus dicimus, non in Colloritarum Barba lata, vel corrigia ampla, quia hæc non faciunt ad rem, non color, & forma essentialis habitus, quia qui ejusdem Fundatoris regulam sectantur ejusdem habitus colorem, eamdemque formam essentialem deferre tenentur, & licèt ipsi Colloritani in hoc differant, sunt valdè redarguendi: nam neque Reformati Minores, nec observantes Prædicatores, nec Reformati Carmelitæ, sed neque Discalceati Sancti Augustini colorem umquam, vel essentialem formam habitus reliquerunt, & ideò, ut dixi acriter reprehendendi sunt, sicuti reprehendi censuit il-
lust. Prosper Fagnanus in anno 1646. Romæ, nisi se oppo-
suisset Eminentiss. Cardinalis Pallotta Protector, dicens 36
contra Fagnanum, quòd cæcus non debet judicare de Coloribus, & tamen ipse Fagnanus ante cœcitatem, colloritanorum habitum, tam in colore, quàm in forma, & præsertim Caputii deformitatem optimè noverat, ergo debet dari aliqualis differentia, sed optime constituitur per gressum unius Congregationis posterioris, sub vexillo antiquioris, ergo, &c. minor, quæ probatione indigere videtur.

Probatur ex consuetudine, quæ indubitata est apud Ci- 37
ves Neapolitanos, quia patet ad sensum in Fratribus Minoribus S. Francisci Conventus, qui est caput unius Provinciæ, cum simul in Processionibus concurrit cum altero Conventu, qui est caput alterius Provinciæ, vel sub vexillo antiquioris Conventus gradiuntur fratres posterioris, vel ad lites tollendas (si quæ esse possint) nunquam conveniunt.

Nec Colloritanis suffragatur, quòd inferunt, quod 38
scilicet Clerus Neapolitanus subjicitur Episcopo, & tamen diversæ Parœciæ diversorum particularium locorum Crucem in Processionibus, cum simul conveniunt erigunt.

Respond. enim, quòd non omnes Clerici Sæculares subjiciuntur Episcopo in hoc eodem modo, sed alii tenentur in Processionibus tantum per antiquam consuetudinem, alii etiam in Ordinibus suscipiendis, & confessionibus audiendis, alii subsunt visitationi, & correctioni, alii omnimodæ jurisdictioni, alii sunt omninò exempti, ut Abbatiales Collegiatæ sub immediata Regis Protectione, ut S. Joannis Militum Hierosolymitanorum, Sanctæ Mariæ de Patientia Cæsareæ, Sancti Jacobi Hispanorum, &c. quæ habent sub se Parœciales suum Clerum, & quatuor Cruces pari passu in Processionibus incedentes habent, & sic de singulis, quæ ad conservanda jura, & antiqua sua privilegia possent etiam particularem Crucem erigere, quia non eodem modo subjiciuntur Episcopo, tamen contentantur sub quatuor Crucibus incedere, quę totum Clerum repræsentant, sic in Episcopatu Aversano,
Capuano, Svessano, Cajetano, & similibus, in qui- 39
bus Clerus sub unica Cathedralis Cruce incedit; Carbonarii ergo eodem modo subjecti Patri Generali, & æqualia privilegia habentes cum illis Coloritis, antiquiores ejusdem, temerariè ergo præsupponunt Coloritæ Crucem erigere independentem ab ea, quam habent Carbonarii.

Nec tertiò obstat, quod Conventus Sanctæ Mariæ 40
de Populo Congregationis Lombardiæ, Augustianæ familiæ in Urbe Romæ non sub vexillo Conventus Sancti Augustini, sed particulari, cum simul conveniunt, incedit, ergo ita posse dici de Congregatione Colorativa.

Respond. enim, quòd Conventus Sanctæ Mariæ de Populo primus fuit, quem in ipsa urbe Augustiniana Religio habuit, in quo etiam nonnulla celebrata fuere Capitula generalia, in quo residebat Generalis Prior, & Patres, & deinde Parœciam habuerunt S. Trifonis in eadem urbe, juxta quam Ecclesiam Sancti Augustini, & novum Conventum ædificarunt, & Conventum prædictum de Populo Patribus Congregationis. Primùm Congregationi Perusinæ, deinde Lombardiæ, tunc tempore observantia florentibus concesserunt, ut asserit Thom. de Herrera in *alphabeto Aug. lit. A*, *de Monasteriis virorum*, *fol. mihi* 351. *col.*1. qui Conventus de Populo, quia possessionem habebat deferendi Crucem, illam retinuit, juxta sui antiquitatem, juxta ea, quæ suprà probavimus, unde nihil facit ad casum nostrum.

Secundò respondeo, quod hic casus, & possessio fuit 41
eisdem Patribus Congregationis Lombardię ex gratia multorum Summorum Pontificum, & Principum contra quorum gratiam disputandum non est, præsertim, quia non semper gratia Principis gratis datur, sed intuitu aliquando meritorum concessa censetur, propter merita erga dictas Observantias, sicut multa privilegia Congregationi Lombardiæ concessa fuerunt, ita & hoc deferendi Crucem, nulla ergo comparatio potest dari inter Congregationem Carbonariam, & Coloritatanam: nam ex Congregatione Carbonaria multi Heroes orti sunt diversis temporibus, nedum Congregationem ipsam, imò totam Religionem illustrantes.

Anno

42 Anno namque 1436. de mandato Eugenii IV. Fratrem Desiderium de Pedimonti Vicarium Generalem Congregationis Carbonariæ Gerardus de Arimino, tunc Prior Generalis misit ad Gubernandam Congregationem Lombardiæ Sanctæ Mariæ de Populo ob mortem Fratris Matthæi de Antroduco, cujus mandatum authentica copia patens est, sicque in ann. 1446. idem Pontifex ad instantiam Alphonsi Regis hujus Regni, expulsis Fratribus Conventus S. Aug. Neap. ad observantiam plantandam, introduxit Fratres Carbonarios, & deinde Fratres expulsi, humiliantes se Patri Generali, Pontifici, & equitibus Portæ Novæ, olim Adversariis redierunt.

1436. Servetur hoc mandatum Gerardi in capta glossa intus Bibliothecam S. Jo. ad Carbonariá, idem asserit Th. de Herr. in suo alphabeto L. D. de Viris, & fœminis sanctitate Illustrib. f. 180. col. 2.

Anno 1485. Innocentius VIII. sub Ambrosio Cariolano Priore Generali, flagitantibus Duce Calabriæ, & Joanna Secunda Regina hujus Regni Neap. iterum expulit eos, & Carbonarios introduxit, expulsi verò iterum ad preces, & promissa recurrentes reintegrationem impetraverunt, cum conditione tamen, ut ad minus octo Patres Carbonarii perpetuis futuris temporibus ad observantiam manutenendam cum eis simul inhabitarent, à Patre Vicario Generali Congregationis Carbonariæ collocandi; ut videri potest in Breve reintegrationis, quod conservatur in Archivio ejusdem Conventus S. Aug. mihi verò viri fide digni, qui illud viderunt, & legerunt, asseruerunt.

Originalis Bulla servatur in Archivio Conventus S. Jo. ad Carbonariá.

Anno 1503. Alexander VI. ad preces Ferdinandi de Aragonia, & Elisabethæ Hispaniarum, Lusitaniæ Regum reformatores misit pro Ordinibus Sancti Francisci, Sancti Augustini, Carmelitarum, & Carthusianorum, & pro Augustinianis, Fr. Joann. Baptistam Neapolitanum Congregationis Carbonariæ Vicarium Generalem ad Hispanos, & Lusitanos, qui, re vera, reformavit septem Provincias, quæ usque ad hodiernum diem filiæ observantiæ Carbonariæ appellari gloriantur, ut testatur Hieronym. Romanus Hispanus in Chronicis ad hæc tempora, & auctor vitæ S. Thomæ de Villanova in eodem libro.

Originalis Bulla conservatur in Archivio Conv. S. Jo. ad Carbonatam.

Anno 1520. circa hæc tempora florere cœpit clarissimum lumen Congregationis Hieronymus Seripandus, qui multo tempore cum Magistratu generali gubernavit nostram Universalem Religionem, deinde post Episcopatum Aquilanum, modestè rejectum, & Salernitanum humiliter acceptatum, factus est Cardinalis tituli S. Susannæ, à Pio IV. declaratus, & ab eodem missus fuit legatus à latere ad Concilium Tridentinum, ubi multa passus fuit, ne detrimentum aliquod sua Religio pateretur propter pestem Luteranam, ut Historiæ narrant; huic Hieronymo multum debet Religio tota.

Felix Milesius postmodum primum à Paulo V. deinde ab Urbano VIII. per totam Germaniam, & Polloniam cum Suprema Apostolica authoritate, super septem Provincias Vicarius Generalis constitutus, Monasteria multa per Luteranismum deperdita recuperavit, nonnulla ex gratia Prrincipum de novo ædificavit, & Provincias omnes per Luteranismum ab obedientia Generalis alienatas, ad eandem reduxit.

Si ex Congregatione Carbonaria viros sanctitate conspicuos requirunt, legant Chronicas Cariolani centurias Totelli, & penes omnes Augustinianos Chronistas si doctrina insignes, & Episcopali dignitate condecoratos, videant si placet Chronihistoriam manuscriptam Congregationis Carbonariæ, *part.* 3. non ergo potest dari, imò nec somniari aliqua æqualitas inter quatuor Colloritas, cum nostra Congregatione Carbonaria.

Ad ultimum, quod dicunt Colloritæ, quòd patienter sufferunt eundem casum erigendi Crucem à Conventu Sancti Augustini, dico, vel sufferunt justè, vel injustè; si injustè debent reclamare, sicut de Carbonariis nunc faciunt; si justè, ergo hoc etiam debet militare pro Carbonariis.

Tandem concessio Crucis deferendæ, ut supra dicebam, non est facta Colloritis peri privilegium, prout est facta Congregationi Lombardiæ, &c. unde sic argumentamur, delatio Crucis propriæ fieri non potest sine privilegio: Patribus Colloritis privilegium non est concessum, ergo non possunt Crucem deferre, quod si replicent Adversarii, pro Carbonariis non adest privilegium, respondeo adesse, quia posito immemorabili tempore fundationis, & Crucis delatione, præsupponuntur ista solemnia, argum. *l. sciendum, ff. de verb. oblig.* & communem illam conclusionem Doctorum, quòd solemnitates omnes extrinsecæ præsupponuntur; posita temporis diuturnitate, *c. si Papa*, ubi omnes, de privilegiis in sexto, quæ in Colloritis non habet locum, quia heri venerunt in Mundum.

Ne igitur Congregationem Carbonariam audiret, clamantem, & dicentem filii matris meæ, id est Colloritani filii ejusdem matris Religionis pugnaverunt contra me, &c. hæc pauca collegit. Cantica Canticor. c. 1.

DE EADEM RE.

FACTUM.

ET JUS,

PRO

Libera propriæ Sanctæ Crucis erectione Fratrum Congregationis S. Mariæ de Colloritto Ordin. Erem. Sancti Augustini de Observantia,

CONTRA

Fratres Congregationis ad Carbonariam.

Facti talis species est: Congregatio Erem. Sanctæ Mariæ de Collorito Ordinis S. P. Augustini de Observantia ex Bulla Pauli V. fuit unita Religioni Sancti Augustini tantùm, ad hoc, ut possit visitari per Reverend. Patrem Generalem, vel per ejus Visitatorem; itaut per hoc nullum jus acquirat in ipsam Congregationem S. Mariæ de Collorito, personas, & loca; & in tali possessione continuò perseveravit, & perseverat, erigendo suam Crucem.

Fratres Congregationis Carbonariæ prætendunt habere jus in Congregationem S. Mariæ de Collorito, ut ipsi, non hæc Congregatio sanctæ Mariæ de Collorito erigat Crucem, cujus juris inanis, cum reverentia, cum nulla habent possessionem, & nullum titulum, meritò supplicatur Reverendissimus Pater Generalis, ut illos non audiat, ac præcipiat, ne amplius audeant turbare Congregationis Sanctæ Mariæ de Collorito pacem, & quietem in erigendo propriam Crucem; idque clarissimè probatur ex juris, terminis, & rationibus.

Non enim possunt isti Fratres Congregationis Carbonariæ hujusmodi prærogativam ambire. Primò, quia hæc esset subjectio Congregationis sanctæ Mariæ de Collorito: at subjectio nullo pacto præsumitur, nisi ostendatur titulus hujus subjectionis; quælibet enim res præsumitur libera, nisi probetur subjectio, *leg. altius, Codic. de servit. & aqua*, Inn. *in cap. Ven. de except. rei jud. in fine*, ubi Decius *numer.* 148. Archid. *in cap. decernimus* 16. *quæst.* 7. Cassador. *decis.* 6. *numer.* 8. *de Iure pat.* Bal. *in cap. Significavit, in principio, de testibus.*

In casu autem nostro nullum habent, nec possunt ostendere titulum, qui deberet esse clarus, & evidens Decius *consil.* 373. *n.* 2. ex quo evidenter patet, vanam esse illorum præsumptionem.

Secundò demonstratur: nam hujusmodi veluti superioritas hic deest, cum nil possit præcipere Congregatio ad Carbonariam Congregationi sanctæ Mariæ de Collorito: ille enim subditus alteri censetur, qui parere tenetur, *cap. omnis anima; de censibus, cap. quam progenitores* 28. *quæst.* 1. Inn. *in cap. cum olim l.* 2. *column. fin. de rest. spoliator.* Berous *consil.* 163. *numer.* 21. *vol.* 3. Bal. *in l. solent*, §. *non verò*, *nu.* 3. *de off. Procon.* Cæphal. *vol.* 2. *consil.* 169. *numer.* 3. In re autem nostra Congregatio sanctæ Mariæ de Collorito non paret, neque parere tenetur quoad aliqua Congregationi Carbonariæ, ut patet ex Bulla Pauli V. Generalis solum visitat, corrigit, & nihil aliud potest innovare: multò ergo minus Congregatio Carbonariam nil aliud potest innovare, & servitutem inducere.

Tertiò, ista servitus hucusque non adest; & sic nostra Congregatio est libera à talibus oneribus. Unde inju-

juria esset gravis supponere illam tanto oneri; cum libertas ab omnibus sit naturaliter conservanda: unusquisque enim conservandus est in possessione rei, & libertatis suæ, §. *retinendæ. De interdictis* Ridolfinus *p. 2. praxis Romanæ, cap.*12. *numer.*90. Rota *part.*1. *diversorum, decis.*641. *num.*7. Covar. *practic. cap.*1. *numer.* 17. Menochius *de retinenda poss. rem. ultim. numer.*4. & sic nostra Congregatio non debet inquietari in hac possessione libertatis, & immunitatis, *l.*1. § *fin. ff. uti possidentis, l.*1. §. *ac interdictum C. utrobi:* & sic arcenda est Congregatio ad Carbonariam volens servitutem introducere destituta titulo, & possessione contra omnem juris, & æquitatis regulam; cum unaquæque res præsumatur libera ab omni servitute: *dicta l. altius, Cod. de sevit. & aqua.* Rolandus à Valle *cons.*32. *numer.*36. Decius *cons.*60. *numer.*4. Alexander *in l. fin. Cod. de edicto D. Adriani tollendo.* Cepolla *de servit. urb. præd.* Cap. *de pariete, num.*17. Cum ergo Fratres ad Carbonariam non ostendant titulum, nec probent, imò nec probare possunt fuisse in quasi possessione Juris, meritò succumbere debent, nec audiri: Rimin. *vol.*3. *cons.*431. *numer.* 6. Curtius Senior *cons.*75. Parisius *vol.*1. *cons.*20. Berous *vol.*1. *cons.*115. *numer.*30. & *vol.*2. *cons.* 65. *numer.* 157. Alciatus *de præsumpt. reg.*2. *præsumpt.*1. *numer.* 2. rectè dicens, quod etiamsi esset in quasi possessione (quæ hic non est) adhuc deberent probare titulum, & privilegium, & non probantes, excludendi etiam à quasi possessione cum Bart. *in l. si quis app.*2. *de novi operis enunciat.* Gabr. *cons.*145. *numer.*3. Glossa *in l. sicuti, §. sed si precatur, ff. de servitus vindicetur,* Natta *consilio* 69. *numer.* 6.

Quanta ergo ratione repellenda est præsumptio Congregationis Carbonariæ, carens titulo, & quasi possessione hujusmodi servitutis?

Id ipsum fortiùs suadetur tertio, quia habens per se regulam juris, dicitur habere intentionem fundatam in ipso jure, & obtinet, si nihil probet; cum standum sit regulæ, donec adducatur exceptio, Bart. *in l. quoties, ff. de si quis cautionibus,* Jason. *l.*2. *numer.*33. *ff. si quis in jus vocatus,* Dec. *in l.*1. *numer.* 6. ubi Cagnolus *numer.* 31. *ff. de reg. jur.* Felinus *in c. Quoniam frequenter, col.*3. ut latè, & non contestata Alex. *vol.*6. *cons.*79. *numer.* 1. Menoc. *de arbitr. q.*80. *numer.*108. Natta *vol.*1. *cons.*199. *numer.*10.

Sed nostra Congregatio S. M. de Collorito habet pro se regulam juris, qua præsumitur libera ab omni subjectione; ut patet; igitur habet intentionem fundatam in ipso jure, & consequenter debet obtinere excludendo Congregationem ad Carbonariam nihil privilegii, vel juris pro se habentem, Decius *l.* 1. *numer.* 9. ubi Cagnolus *numer.* 22. *ff. de regul. jur. & in cap. sedes col.* 5. *de rescriptis, & consil.* 5. & 300. dicens se ita consulente judicatum, Bal. *in l. in fraudem, ff. de test. milit.*

Quartò. Ubi adest possessio præessendi, erigendo Crucem, subjiciendo sibi alteram Congregationem, ibi manutenenda est, Perez *lib.*1. *de Anniversariis, & Cappellis, c.*24. *numer.*20. Barbos. *in Trident. sess.*25. *cap.*13. *numer.*12. Ricc. *part.*2. *res.*246. nam non acquiritur aliquod jus hujusmodi, nisi à die captæ possessionis, sic Doctor non præcedit, nisi à die incorporationis, Alexand. *libro quarto, consilio* 4. *numer.* 16. Decian. *lib.*5. *consilio* 84. *numer.* 26. in re autem nostra nulla adest ejusmodi possessio: quo ergo jure se intrudere, & aliis præsse, aliosque sibi subjicere ambiunt?

Firmatur: consuetudo locorum attenditur in istis subjectionibus, Barbos. *ad Trident. sess.*25. *cap.*13. *numer.*12. Tambur. *tom.*1. *d.*2597. *numer.*5. Nav. *con.*1. *de majoritate,* Marcus Anton. *l.* 1. *res.* 41. In re autem nostra nulla est introducta communis consuetudo, nec debet introduci, quia deberet esse ad bonum publicum, qualis non est ista, quæ induceret perturbationem, & confusionem, perturbando alterius jura: quilibet ergo sit contentus de suo statu, nec ambiat alios subjicere, Bord. *tom.*4. *Theatri præcedentia, quæst.* 4. *numer.*17. Res enim magni momenti est alteri subjici, & subjectio est gravis pœna, *cap. accedens, d. d.* 50. *c. mandamus* 14. *quæ.* 3. & hoc superesse est actus oneris, *cap.* 1. *de majorit.* & non debet quis suum honorem alteri dare, Proverb. *cap.*5. cum honor sit maximum bonum, Extr. *ad conditorem de verb. significat.* & sic meritò nostra Congregatio Colloritana habet jus non amittendi honorem suum; & qui vellet honorem istum suscipere, ut injuriosus arcendus esset, Conr. *l.* 6. *cap.* 9. Superioritas namque debet quæri ex legitimo jure, non ad alios supprimendos, *l.*1. & 2. *Cod. ut dignitatum ordo servetur, l.*13. *Cod. de erogatione militari.* Menoch. *cons.*126. Gratian. *discept. for. cap.*845. *numer.* 3.

Nullo ergo jure, nullo titulo, nulla æquitate poterit Congregatio ad Carbonariam cogere Congregationem Colloritanam, ut Crucem non erigat, sed sub sua Cruce incedat.

Nec poterit prætensionis pallium habere ex eo, quia Congregatio S. M. de Collorito in publicis processionibus incedens sub Cruce S. P. A. nam quidquid sit de hoc facto patienter lato, ut non impediretur in acquisitione monasterii, non tamen hoc idem dicendum de Congregatione Carbonaria: primò quia Crux Congregationis Carbonariæ non est Crux S. P. A. secundo, quia in odiosis non fit illatio de uno ad alterum casum: & jam si eadem sit ratio, *cap. in pœnis, cap. odia, de regul. jur. in* 6. Et in re nostra sumus in odiosis, *c. accedens dist.* 6. *c. mandamus* 14. *q.*3. & sic licèt incedamus sub Cruce S. P. A. non debemus incedere sub Cruce Congregationis ad Carbonariam.

Nec ex communi Generali, ut ex unitate corporis valet induci tanta subjectio, ut patet in Clericis, qui licèt militent sub eodem Episcopo erigunt multas Cruces, quia in istis odiosis nunquam ex uno capite subjectio unius respectu alterius Congregationis arguenda est.

Insuper, licet simus omnes ejusdem Religionis quoad Generalem, tamen una Congregatio non est superior altera Congregatione: & sic non habet jus inducendi subjectionem.

Verùm quia evidenter est demonstratum, subjectionem non esse in nostra Congregat. S. M. de Collorito Ord. Erem. de observantia respectu Fratrum ad Carbonariam, & consequenter non posse aliquam superioritatem intendere dictos Fratres ad Carbonariam, nec agere ut incedant sub Cruce una, & non sub propria. Nec recurrant ad effugium, scilicet quod erigere Crucis vexillum nullam denotet superioritatem inter Regulares, sed solùm quod denotet antiquitatem, atque adeò Carbonarii, ut antiquiores, debeant præcedere, & soli erigere Crucem.

Nam hæc est gravissima deceptio. Aliquid aliud enim intendunt, quàm se antiquiores ostendere; cùm antiquitas non ostendatur per Crucis erectionem, sed per incessum in digniori loco.

Insuper, Crucis delationem esse in signum superioritatis, habes apud Præsidentem Francum *dec.*711. *nu.* 4. & 7. his verbis: *licèt portare Crucem non sit contentiosæ jurisdictionis, est tamen insigne sapiens superioritatem; & quo ideo Archiepiscopus uti non potest, cessante privilegio: enim quia, quod non solum antiquitas, sed etiam superioritas, Crucis delatione, indicatur.* Ergò, cum nostri Colloritæ non sint subditi Carbonariorum, imò omninò distincti, & ab omni jurisdictione immunes, ut patet in Bulla Pauli V. consequenter poterunt erigere propriam, nec coarctandi erunt sub aliorum Cruce incedere.

Id ipsum, scilicet Crucem esse superioritatis insigne docet D. P. Augustinus apud Solorzanum *Embl.*10. *numer.* 33. *fol.* 36. ibi: *Cruce principatus ostenditur in omnibus;* & ibi: *præcipuè principatus ostenditur:* & ibi: *non incongruè Crux Christi significat principatum.* Idem docet Bossius *de Cruce lib.* 6. *cap.* 5. *pag.* 651. cùm ergo principari non sit concessum Carbonariis, non erit concedendum antè Colloritas Crucem deferre.

Nec deneganda erit Colloritis Crucis delatio, & erectio, cum sint in possessione propriam Crucem erigendi, gaudeantque privilegiis, vi communicationis, aliarum Religionum.

Insuper cum sit Sacra Militia à Carbonariis omninò distincta, & diversa, in habitu, & rigore vivendi, propriisque utatur statutis à Paulo V. approbatis, sub isto si-

signo, tamquam sub proprio Duce debet incedere. Crux enim est Signum Sacrarum Militiarum, Calà *de Cruce cap.13. litt.C.* Nam valet argumentum à Militia profana, ad Sacram Gloss. *in l.1. §. si parens vers. militare, ff. si quis à parente* DD. *in l. Centurio, ff. de vulg.* Cum ergò quilibet Dux, & Capitaneus in militia profana, licèt sub eodem Principe, proprium signum deferat: meritò quælibet Sacra Militia sub proprio vexillo incedere debet. Signum autem est Crux Sanctus Cyrillus *Catechesi*, ibi, *ex eo enim certamine, quod habuit in Cruce sigillum regale meorum militum dabo, ut ferant in fronte*: quilibet ergo suam Crucem extollat, non tantum Carbonarii; ipsi fortè sunt milites Christi, & non alii, qui strictius perfectionis vitam degunt; non Colloritæ, qui Summo Pontifice declarante, veram, & rigorosam observantiam S. Patris Augustini colunt, ut patet ex verbis Bullæ ubi sic habetur: Quod hujus Congregationis Fratres nuncupentur Eremitæ Congregationis S.M. de Collorito Ordinis Eremitarum S. Aug. de Observantia, &c.

Idem docet Sanct. Martialis *Ep.1. cap.8.* ibi: *Crux enim Domini armatura vestrà, galea custodiens caput, lorica protegens pectus*; omnesque milites, omnes duces, præcipuè Colloritæ strenujoris Regulæ S. P. Augustini Sectatores, non soli Carbonarii Crucis armatura armandi sunt. Et sic meritò Constantinus in quolibet signo militari à quolibet Duce ferri jussit, teste Justo Lipsio *de Cruce lib.3. c.5.* maximè quia Crux non solum est signum militiæ, sed armatura, & galea, Lipsius *loco cit.* ex Eusebio. Canant nostri Colloritæ proprio armati Crucis signo, & exclament illud Marci Antonii Moreti *in hymnis S. Crucis* apud Solorzanum *Embl.10. n.31. fol.31.*

Gentes nulla, quibus notitia Dei
Armis, imperio, prole superbiant.
Nobis queis melior spiritus contingit
Sola est in Cruce gloria.

Et glorientur cum Apos. *ad Gal.6. Nos autem gloriari in Cruce Domini Nostri Iesu Christi.*

Gloriabuntur ergo Carbonarii, quasi soli sint Christi Domini Sectatores, & illi, qui majori Corporis Cruciatu Christi vestigia sequuntur, Christi vexillo erunt destituti?

Amant, non jactantiam nostri Colloritæ, sed Crucem, quam semper gestant, ut in corpore, ita antè oculos: nec ex eo, quod fratres ad Carbonariam sint prius fundati, & sint antiquiores, infertur, ipsos, non nostros Colloritas B. Virginis deferre debere Crucem. Nam id manifestè reprobatur ex Bulla Leonis X. incipiente: *licet alias* 1577. 6. *Decembris* apud Tamburinum *disput.25. quæst.8. numer.4.* ubi licet fratres de Observantia præferantur Conventualibus ejusdem Ordinis; non per hoc una Crux in processionibus erigitur, sed quivis suam Crucem erigit, ut patet ex verbis bullæ relatis apud ipsum. Soli ergo Fratres ad Carbonariam vexabunt jure Pont. concessam immunitatem?

Id ipsum patet exemplis. Religiones namque militantes sub Patriarcha D. Benedicto in processionibus simul convenientes, non unam, sed quælibet suam Crucem erigit, & una antiquior alteri præfertur in loco, non ut cogat alios convenire sub una Cruce, sive sint Cassinenses, sive Cistercienses, sive Olivetani, sive Cœlestini, sive congregationis Montis Virginis, &c. licet Cassinenses præcedant Olivetanos, S. Congregatio 23. *Ian.* 1610. apud Bordonum *tom.4. de præcedent. n.55.*

Cùm ergo ex dictis constet antiquitatem demonstrari à loco obtento in incedendo, & erectionem Crucis importare superioritatem, consequenter concludendum est, fratres ad Carbonariam aliquid aliud velle, quàm solam antiquitatem, volentes, nostros Colloritas sub ipsius Cruce incedere: aliàs, si per solam Crucis erectionem sola antiquitas demonstraretur; omnes Ecclesiæ antiquiores, & Religiones antiquiores possent cogere alias ad incedendum sub una Cruce.

Quòd autem non ostendant privilegium, non officit: nam consuetudo ad summum quadraginta annorum jus dat, etiam contra leges Canonicas, quas corrigere potest *cap. fin. de cons. l. de quibus, ff. de legibus*, Guido Papa *dec.30. n.1.* Cravetta *cons.735. nu.4. p.4.* Dec. *vol.2. resp.32. n.17.* Joa. de Amicis *cons.42. n.16.* Francus *p.3. nu.52.* Affl. *dec.166. n.9.* Menoc. *cons.32. numer.41.* Mascard. *cons.141. numer.10.*

Insuper non posse erigere Crucem non est in favorem aliorum Religiosorum, nec ejusdem, nec diversi Ordinis, sed in favorem Ordinarii, & Cathedralis: nam erigere Crucem est actus superioritatis, quem non possunt exercere extra Claustra. Qua ratione fuit decisum, invito Parœco, Crucem non deferre à Leone X. Genuensis *in pract. cap.62. numer.14.* & sic sub Cruce capituli incedendum ex *declar. S. C.* 30. *Septembris* 1614. Verùm hic non controvertimur, nec cum Archiepiscopo, nec cum Parœco.

Quo ergo jure tanta verborum alluvione dicunt, nostros fratres Colloritas Crucem non posse erigere illi, quorum non interest?

Istis sic delibatis, pro clara veritate, & justitiæ Patrum S. Mariæ de Collorito, satisfaciamus congestis ab adversariis.

Primò, *numer.* 2. asserunt, erectionem Crucis indicare antiquitatem, non superioritatem, & citantur plures.

Sed jam patet ex dictis, superioritatem etiam indicare. Et DD. qui citantur, quos potui videre oppositum dicunt, ut *sup.* ostendi.

Num.4. ait: In funeralibus una Cruce incedendum illius Parœciæ, vel Ecclesiæ, ubi sepelitur.

Sed quid hoc ad casum nostrum? patet namque ex dictis, Regulares extra Claustra non potuisse erigere Crucem, nec Processionem facere, & ideò sub Cruce illius Parœciæ incedebant, ne ostenderent se in illo loco superioritatem habere, quæ non competunt respectu alterius Religionis.

Ad illud autem, quod additur de primogenito, & secundogenito, scilicet jura primogeniti transire in secundogenitum, deficiente primogenito. Verùm in feudis. Sed quid ad rem nostram, ubi agitur de Cruce, sub cujus vexillo omnes militamus, & æquale jus habemus.

Referuntur deinde variæ decisiones, quæ cum loquantur in aliis terminis, non est de illis in præsenti habenda ratio.

Recoluntur personæ insignes, & perspicuæ Fratrum Carbonariæ: in quo illud mirabile commandatione dignum, & maximæ humilitatis exemplum, omni ævo prędicandum, quod refertur *numer.42. §. Anno*, ubi quidam Religiosus noluit acceptare Episcopatum Aquilanum, sed acceptavit Archiepiscopatum Salernitanum. Insuper nec hic numerandus est inter Fratres ad Carbonariam, cùm multis ante annis ad Generalatus apicem fuisset evectus, renuntiando Congregationi ad Carbonariam, familiam S. P. Augustini ingressus sit.

Respondendum nunc esset dicteriis, quibus quatuor vocantur nostri Colloritæ. Quatuor quidem, sed virtute præcedentes, & pluribus æquivalentes, nec de qualitate contendunt; non enim amant vitam, quam ad Carbonariam exercent, sed strictiorem.

DISCEPTATIO CXCIX.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Articuli disputandi proponuntur.*
3 *Primus articulus proponitur.*
4 *Mulier vidua ob stuprum, an amittat dotem, & lucra dotalia.*
5 *Quid si commiserit stuprum intra luctus annum vel postea.*
6 *Sponsa de futuro cum sponso de futuro non dicuntur inhonestè vivere, si simul conversentur.*
7 *Explicatur Text.* in l. sine nutu 17. Cod. ad l. Jul. de adulteriis.
8 *Vidua, quæ ad matrimonium contrahendum versata est cum hominibus, non egit inhonestè.*
9 *Mulier, quæ ob amorem sui copiam facit non vivere dicitur inhonestè, sed fatuè.*
10 *Mulier, quæ cum uno se miscuit, non dicitur vivere inhonestè.*
11 *Fabri definitio* 7. lib. 5. titul.7. *qualiter procedat.*
12 *Fontanellæ doctrina* clauf.5. glos.8. p.11. n.51. *qualiter procedat.*
13 *Gratianus* tom.1. c.50. *nihil dicit contra nos.*

14 *Pe-*

14 *Peregrinus* l.3. de jure fisci, tit.15. n.9. *nihil dicit contrà nos*.
15 *Præses de Marinis* c.127. n.3. tom.2. *nihil contra, sed pro nobis potius loquitur*.
16 *Text.* in l.fideicommissum 27. C. de fideicommissis, *qualiter procedat*.
17 *Utile, quo mulier vidua ob stuprum privatur, cui applicetur*.
18 *Pœnæ secundo nubentium fuerunt inductæ tantum favore communium liberorum, quibus non existentibus cessant*.
19 *Pœna etiam si sit ipso jure imposita, requirit tamen declaratoriam sententiam*.
20 *In præsenti nulla adest probatio suspicionis stupri, sed est fama contraria*.
21 *Text.* in l. fœminæ, *non procedit in rebus quæsitis titulo oneroso, sed lucrativo*.
22 *Vassalli possunt recedere invitis Baronibus à suis terris, & quando*.
23 *Baro non potest revocare Vassallos, qui alibi ad habitandum se contulerint*.
24 *Clerici non possunt cogi, ut revertantur, quando recesserunt à Diœcesibus*.
25 *Mulier domicilium viri tenetur sequi*.

ARGUMENTUM.

Viduam ob stuprum dotem non amittere, & lucra dotalia, si illud fuerit per secundum virum causatum, nec dicitur inhonestè vivere si conversetur cum sponso de futuro. Quæ verò ob amorem sui copiam fecerit, non dicitur inhonestè vivere, sed fatuè, nec illa talis dicitur, quæ cum uno se miscuit. Pœnæ secundò nubentium cujus favore introductę. Vassalli quando possint recedere à terris invitis Baronibus, & quando Clericis à Diœcesibus suis.

PRO
Anelia de Benedictis,
CONTRA
Cappellam S. M. Montis Carmeli.

1 NUpsit Anelia cum Joanne Antonio Manfreda dote ducatorum mille constituta ac antefati servata forma pragmat. hujus Regni. Mortuus est Joannes Antonius superstitibus duobus filiis, quos in suo ultimo elogio hæredes instituit, voluitque in simul, ut eisdem mortuis in pupillari ætate succedere deberet Cappella S. M. Montis Carmeli cum onere tamen restituendi dotem ducatorum mille eidem Aneliæ: factus est casus hodie mortis filiorum ac substitutionis Cappellæ, quæ declarata est hæres legis, & inventarii cum beneficio; repugnat administrator Cappellæ antefatum solvere sub prætextu quod nupserit intra annum mortis primi viri, & temeraria res, ac execranda, quod inhonestè conversata fuerit cum Francisco Lauro Medico Tisico cum quo nunc contraxit matrimonium eadem Anelia (quod quidem dicitur ex eo, quod fuerit cum ea conversatus de die, & noctis tempore in domo dormierit, ut asseritur falsò cum reverentia) cum revera fuerit quidem conversatus Franciscus de die cum eadem, sed ad finem contrahendi matrimonium pro suis dotibus recuperandis eidem Francisco promissis, quare est videndum de pluribus.

2 Primum, an mulier ista si inhonestè vixisset infra annum luctus amittat dotem, & lucra dotalia Dohariumsc. seu antefatum.

Secundum, an si vixerit cum sponso de futuro, cui jam promiserat matrimonium dotemque constituit perdat jura, & lucra dotalia.

Tertium an perdat antefatum ex eo, quod ab utili Domina Comitissa Gambatensiæ fuerit inductum præceptum de non discedendo à terra Gambatensiæ, quod quidem, cum non fuerit observatum prætenditur in pœnam antefatum.

ARTICULUS I.

An mulier vidua ob stuprum infra annum luctus dotem amittat, & lucra dotalia?

IN hoc Articulo generaliter, sic simpliciter proposito (an verò adaptetur ad factum, de quo agimus dicemus, infra) fuit prima opinio mulierem amittere dotem, & lucra dotalia in tali casu, ita Paulus de Castro *in l. sororem, numer.4. Cod. de his, quibus ut indignis*, & consuluit *cons.* 121. Gerardus de Petra Sancta *sing.*48. Hyppolitus de Marsiliis *sing.*416. Vivius *in verbo uxor, opinione* 447. Boer. *decis.*338. Franchus *decision.* 421. *numer.* 16. Michael Cifuentes *in l.* 14. *Tauri. numer.* 4. Joannes Lopez *de donationibus inter virum*, §. 67. *numer.* 6. & §. 8. *in* 6. Villalobos *in Verbo Vidua, numer.* 34. Nicolaus Bellonus *in Rubrica, Codic. de edendo, numer.* 86. Emanuel Suarez *in verba vidua, numer.*96. Joannes Baptista Laderchus *consil.* 193. Cæsar Ursillus ad Afflictum, *decision.* 265. *numer.* 63. Gerardus Maynardus *decis.* 99. *lib.* 3. Regens Valenzuela *cons.*80. *numer.*38. *cum pluribus sequentibus*. 3

Secunda opinio est contraria de diametro, quod ob stuprum vidua dotem, & lucra dotalia non amittat, ita Alexander *in dict. l. sororem*, contra Paulum de Castro, quam opinionem sequitur Aimon Cravetta *consilio* 205. *numer.* 24. & *consil.*304. *in fine*. Decius *in cap. Pastoralis de judiciis* Joannes Paponius *lib.*22. *Arrestorum, titul.* 9. *arresto* 16. ubi Bacovius *in additionib.* Gulielmus Mayner. *in l. in ambiguis pro dote, numer.* 208. *ff. de Reg. Iuris* Marianus, Soccinus Junior *consil.* 111. *numer.*7. *vol.*3. qui ait quod contra Paulum de Castro hodie est magis communis opinio, sequitur Gulielmus de Benedictis *in cap. Raynutius de testamentis, in verbo, qui cum alia, nu.* 202. qui de stupro viduæ loquens dicit hæc verba, sed hoc ultimum in dote Parafernalibus bonis, ac juribus dotalibus, ut propter stuprum perdatur, communiter reprobatur, quos sequitur Julius Clarus *in* §. *stuprum, numer.*6. Rolandus à Valle *consil.*86. *n.* 35. *vol.* 2. Covarr. *in Epitome de sponsalibus, part.*2. *cap.* 7. §.6. *numer.*10. & 11. Bartholomæus Cassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ Rubrica* 4. §. 6. *in verbo mulier, numer.*24. 4

Tertia opinio dicit quod si vidua intra annum luctus struprum committat, tunc procedit opinio Pauli de Castro, sed si extra illud tempus, tunc procedit opinio Alexandri ita Alciatus de præsumptionibus *Regula secunda, præsumptio.* 9. Covarr. *ubi supra, numer.* 11. Joannes de Garronibus *in Auth. eisdem, numer.* 2. *Codic. de secundis nuptiis*, Rolandus à Valle *dict. cons.*86. *numer.* 4. *vol.* 2. Julius Clarus *in dict.* §. *stuprum, numer.*6. *in fine*, & sic judicatum fuisse dicit Boerius *dec.* 338. *in fine*. Post Pinellum *in l.* 4. *numer.* 9. *Cod. de bonis maternis*, quod & voluit Franchus *decis.* 421. *numer.*16. Hieronymus de Laurentiis *decision.* 145. qui jura tum Pauli de Castro, tum Alexandri largius narravit, hoc idem dicit Bartholomæus Bertazzolus *consil. criminali* 20. *numer.*42. *vol.* 1. Petrus Duenna *Reg.*12. *lim.*2. *in fine*, & sic etiam judicatum per Senatum Pedemontanum refert Osascus *decisio.* 77. *in fine*. Sed hæc tertia opinio rejicitur à DD. & opinionem secundam Alexandri amplectentes ab omnibus duabus supradictis recedunt, & verius Ripa *in l.* 2. *numer.* 8. *ff. soluto matrimon.* Gulielmus de Benedictis *in dict. cap. Raynutius in verbo, qui cum alia, numer.*202. *de testamen.* Covarr. *part.*2. *de sponsalibus, cap.*7. §. 6. *num.* 10. qui dicit plurіes fuisse ita judicatum, & opinionem Alexandri esse satis æquam, sequitur Petrus Duenna *in Reg.*12. *limit.*4. Quintilianus Mandosius *de censib. annalibus, numer.*39. 5

ARTICULUS II.

An Anelia vivens inhonestè cum sponso de futuro infra annum luctus amittat dotem, lucra dotalia, Dohariumseu antefatum.

REspondeo negativè, quia sicut copula cohonestatur à matrimonio ita sponsalia, quæ sunt via ad matrimonium debent cohonestare hos tactus, & oscula, quæ sunt quædam inchoatio ad ipsam copulam, & sic inter sponsos de 6

de futuro non sunt illicita, ut latè Lessius *lib.4. de justitia*, *capit.3. dub.8. numer.* 58. Bonacina *de matrimonio*, *quæstion.4. part.9. numer.6.* Sanchez *de matrimonio*, *tom.3. lib.9. disput.47. numer.49.* Toletus *in summa*, *libro quinto*, *cap.14. numero* 4. Navarrus, Reginaldus, Cajetanus, Molfesius, Valentia, Salas, Clavis Regia, Granadus, Graffius, Lopez, & alii quos refert, & sequitur Diana *part.* 2. *tractat.* 17. *resolut.* 6. *folio mihi* 287. qui addit ex Salas, quod sicuti sponsis de futura licita sunt oscula, amplexus, & similes tactus cum suis sponsis, ita delectationes, & commotiones sensibiles, quæ ex cogitatis, osculis, & amplexibus resultant, quia illa delectatio est de objecto licito, & tamquam præsens apprehenditur, & in præsenti est eis licitum; ergo nullam meretur mulier pœnam, quæ fecit actum sibi licitum cum eo, cum quo contraxit deinde matrimonium; non ergo intrat hodie in presenti pœna privationis dotis, vel Doharii, seu antefati, quare quando Anneus Robertus *lib.1. capit.13.* dixit mulierem in anno luctus stuprum committentem, & scortationibus deditam nimis castè viventem, ut indigna privari Dohario, seu antefato, intelligitur quando cum aliis non cum sponso se miscuisset, quia cum sponso de futuro cohonestatur actus à matrimonio futuro, & sic validè, licitèque operati fuere; non ergo sunt in pœna, & sic debetur antefatum.

7 Et in hoc casu est laudandus maritus ille, de quo *in l. sine metu* 17. *Cod. ad l. Iul. de adulteriis*, qui magna prudentiæ moderatione crimina uxori objecta remittit, & de herede mariti ob adulterium à muliere commissum dotem denegante, ut concludit idem Anneus Robertus *dict. lib.* 1. *cap.* 14. ergo si in jure laudatur maritus ille, qui crimina uxori objecta remittit, nunc videndum est, qualiter malè agat, qui prætendunt objicere crimina non talia, nec vera, sed somnia, & prætensiones aereas, ut ab antefato Aneliam excludant.

8 Non ergo dicitur inhonestam vitam egisse Aneliam, quę cum Doctore Fisico versata est ad finem contrahendi matrimonium cum eo, quod de facto contraxit, quia per hoc nihil fecit à legibus prohibitum, conversari, scilicet, & loqui cum eo ad finem contrahendi matrimonium, ut in 9 simili mulier, quæ ob amorem sui ipsius copiam amanti facit, & non prævia pecunia, ac mercede nec honestę mulieris perdit nomen, nec meretricis umbram sortitur Menochius *de arbitrariis*, *casu* 328. *numer.*14. Fabius de Anna *in additionibus ad singularem Patris*, §. 38. ratio est, quia mulier faciens copiam sui amasio ob amoris vehementiam excusatur in totum à pœna infamiæ, Riccius *in praxi*, *part.* 1. *resolut.* 424. *numero octavo*. Paulus Zacchias *de medico legali*, 1. *tomo lib.* 2. *quæst.*10. *numer.* 50. quia perinde est ac si id fecisset sine plena libertate, & usu rationis, cum amor, & furor in jure æquiparentur latè Pater Nicolaus Baldel. *in Theologia morali*, *lib.1. disp.24. numer.14.*

10 Neque dicitur inhonestam vitam agere, quæ cum uno se miscuit, ut post alios Nov. *in l. si qua*, *Cod. de spectaculis*, *lib.* 10. Cardinalis Tuschus *litter. M. conclus.* Regens Tappia *in constitutione Regni incipiente quæ passim*, Menoc. *loco citato*, vel alias quando unus accessit ad fœminam sine mercede, non meretur nomen inhonestam vitam agentis, nec illa meretricis umbram, ut post alios Golinus *de procuratoribus*, *part.1. cap.3. numer.53.* mulier ergo inhonestam agit vitam, quando alios admisit præter stupratorem, non ea, quæ postea cum illo multoties concubuit, ut bene Fontanella *clausul.* 5. *gloss.* 5. *part.* 1. *numero* 45. Farinacius *de delictis carnis*, *quæstio.* 147. §. *stuprum*, *numer.*81.

11 In hoc etiam sensu procedit Febri definitio, *lib.5. tit.7. defin.7.* ubi quærit an mulier luxuriosè vivens intra annum luctus perdat dotem, & donationem propter nuptias Doharium, scilicet, vel antefatum, & postquam dixerit mulierem viduam perseverare in primo matrimonio, quandiu vidua manet, §. *deinceps*, ibi (& in prioribus steterint nuptiis) *Novella* 22. *de nuptiis*, *cum Authent. sed hodie*, & *sequenti*, *Codic. de adulteriis*, & in corpore, unde sumitur, subdit tandem Faber ipse in Scholion, quod amittat liberalitates non verò dotem, & dat rationem, quia scilicet mulier concepit in tali anno luctus per Textum *in Authent. eisdem*, *C. de secundis nuptiis*, quod tamen nec somniari quis poterit in casu nostro; loquitur ergo de vidua luxuriosè vivente non de sponsa, quæ cum sponso de futuro tactus aliosque actus licitos facit, & in hoc stat tota vis controversiæ, quod pars prætendit vixisse inhonestè cum sponso de futuro, quod non est, quia tales actus sunt liciti.

Hoc etiam sensu procedit Fontanellæ doctrina *clausula* 12 *5. gloss.8. part.11. numer.51. cum seqq.* qui dicit quod propter vitam impudicam ductam post mortem viri amittat mulier quartam debitam vigore *Authent. prætereà*, *Codic. unde vir*, & *uxor*. & Doharium: procedit sanè quando cum aliis vitam impudicam egerit eo modo, & forma, quo loquitur opinio Pauli de Castro, & aliorum de quibus *supra*, Gratianus verò *tom.1. cap.* 50. qui adducitur in con- 13 trarium loquitur in dote an amittat mulier ob stuprum commissum infra annum luctus, & concludit quod non, licet alia plura ibi confusè tamen adducat ad propositum materiæ.

Adducitur etiam per adversarios Peregrinus *lib.3. de ju-* 14 *re fisci*, *tit.15. numer.9.* qui postquam fuisset loquutus *numer.*50. de muliere stuprum committente intra annum luctus, sive pariat, sive non, & dixisset incurrere in pœnas secundo nubentium, scilicet infamiæ, incapacitatis, & ablationis *Authent. eisdem*, *Cod. de secundis nuptiis*, & *in Authent. de restitutione*, & ea, quæ parit §. *final.* concludit postea *numero* 7. quod si contrahat secundas nuptias post annum luctus, vel stuprum admittat non incidit in pœnas *l.* 1. & 2. *Cod. de secundis nuptiis*, tamen incidit in alias pœnas secundò nubentium de antefato verò, nec ullum verbum somniavit Peregrinus *nu.* 8. & 9.

Tandem adducitur de Marinis *cap.127. numer.3. tom.2.* 15 ubi ex *l. solet* 10. *ff. de his*, *qui notantur infamia*, ait quod mulier vidua sub certis pœnis à jure civili prohibetur intra annum luctum matrimonium contrahere, tamen si sponsalia contraxerit nulla ligatur pœna ibi (intra id tempus sponsam fuisse non nocet) reddit Glossa rationem, quia alia sunt restringenda, ubi nullum fit verbum de materia nostræ controversiæ, sed potius cum permittantur sponsalia intra annum luctus permittuntur etiam tactus, & alii actus liciti de quibus suprà, nulla ergo est pœna imposita privationis antefati, ei mulieri, quæ cum sponso de futuro actus fecit impudicos, cum præsertim postea sequutum fuerit matrimonium.

In hoc etiam sensu procedit communis conclusio de- 16 sumpta à DD. *in leg. fideicommissum* 27. *Codic. de fideicommissis*, quod mulier vidua ob stuprum voluntariè passum post mortem viri privatur legato, sibi ab eo relicto, etiamsi testator non dixerit, donec honestè vixerit, & *in leg. sororem* 10. ubi Glossa, *Codic. de his ut indignis*, Surdus *de alimentis*, *titul. septimo*, *quæstion.* 24.

Casu verò, quo Anelia stuprum commisisset cum alio, 17 est quæstio ad quem pertineat utile & commodum quo privaretur, & Responsio est cum distinctione: nam si infra annum luctus committatur, tunc vigent pœnæ, quæ prius erant secundo nubentium, & privatur mulier bonis proventis à marito, & deferuntur hæredibus non verò Fisco, *l.1. Codic. de secundis nuptiis*, Joannes de Garronibus *numer.73. & 58. & in Auth. eisdem pœnis*, *numer.* 4. & 19. post Glossam *in verbo parit*, Surdus *titul.9. quæst.* 30. *numer.*33. Peregrinus *lib.3. de jure fisci*, *titul.* 15. *numer.5. & 7.*

Secundus casus est, quando committit stuprum post annum luctus, & tunc Fiscus aufert à vidua tamquam ab indigna, & hæres non est audiendus in hoc casu tamquam opponens de jure tertii, ex Theorica enim Bartholi, Baldi, Angeli, & aliorum *in dict. leg. fideicommissum*, 27. *Codic. de fideicommissis* solet distingui, quod aut mulier inhonestè vixit vivente viro, qui hoc ignorans legavit, &c. & tunc mulier privatur, & legatum, aliaque dispositio facta devoluitur ad hæredes, aut peccavit post mortem viri, & tunc si infra annum hæredibus applicatur, si post annum fisco, Bart. *in l.* 1. *in principio*, & *in l. final. ff. de his*, *quibus ut indignis*, Ofascus *decision.* 77. *numer. quarto*, Cavalcanus *de usufructu mulieri relicto*, *numer.*113. Joseph Ludovicus *de adimendis legatis*, *conclus. unica*, *colum.* 4. Rolandus *consil.* 86. *numero* 27. *volum.* 2. Mantica *de conjecturis*, *libro duodecimo*, *titul.* 50. *numer.* 19. 20. & 21. Natta *consilio* 462. *numero* 26. 27. & 28. Ciriacus *capit.* 134. *per totum*.

18 Neque pro complemento omitto dicendum, quod pœnæ secundò nubentium fuerint inductæ tantum favore communium liberorum, quibus non obstantibus prout deficiunt in casu nostro, cessare debent ut pœnæ Glossa *in l. fœminæ* 3. ubi Ripa *numero quarto*, *Cod. de secundis nuptiis*, Hieronymus Gabriel *consil.* 156. *numer.* 2. *vol.* 1. Antonius Gabriel *titul. de secundis nuptiis*, *conclus.* 3. *limit.* 5. *numer.* 29. Riminaldus Junior *consil.* 279. *numer.* 111. Cavalcanus *de usufruct. numer.* 114. Ciriacus *cap.* 235. *numer.* 13. quem videas ad propositum *contro.* 236.

19 Addo quod in omnibus casibus delictis, &c. in quibus ipso jure pœna imponitur tamen requiritur sententia declaratoria delicti, ut notant Canonistæ *in cap. cum secundum de hæreticis*, *cap. fœlicis de pœnis in* 6. *cap. Rodolphus*, ubi latè Felinus *de Rescriptis*, Farinacius *de delictis tom.* 1. *quæst.* 19. *numer.* 47. *& quæstion. decima*, *numer.* 69. qui fundat cum omnibus Canonistis, & Doctoribus, quod licèt pœna, quæ à lege ipso jure, vel facto incurrenda imponitur transeat quoque ad hæredes ab eisque mortuo delinquente exigi possit id tamen procedit, quando vivente delinquente præcesserit saltem declaratoria super ipso delicto, aliàs secùs Jason, & Decius *in d. l.* 3. *quod autem*, *ff.* quod quisque juris, quia generale est semper judicis declaratoriam requiri etiam in casibus, in quibus lex imponit pœnam ipso jure. Jason *in leg. si quis major*, *numer.* 25. *Codic. de transact.* Decius *in Auth. Cassa*, *numer.* 14. *Codic. de Sacrosanctis Ecclesiis*, post alios Farina-
20 cius *ubi suprà*, *dict. quæstion.* 10. *numer.* 69. sed in præsenti tantum abest quod sit, vel possit esse declaratoria, quod est sufficienter per plures fide dignos, & per universitatem ipsam Gambatesæ assertum peculiaribus scripturis nullum fuisse facinus, quod opponitur, & etiam deponitur per Vitricum Aneliæ, qui deponit qualiter præcesserit conversatio, & quod nusquam in domo Aneliæ, sed in superiori appartamento Joannis Petri Petronea vitrici ejusdem Aneliæ, & hoc dicit cum juramento, quod etiam deponit Isabella Pelozza famula ejusdem Aneliæ de Benedictis, & hoc deponunt tandem Electi, *& Regiminæ Universitatis* Gambatesæ, qui deponunt etiam de publica voce, & fama, & nullum ortum scandalum tempore sponsaliorum contractorum inter dictam Aneliam, & Franciscum Medicum, ergo ubi insurrexit hic novus modus, privandi pauperes viduas suis antefatis sub prætextu quod oscula, & luxuriosos amplexus passæ sint cum Amasiis, cum quibus contrahunt postea matrimonium, ridicula sanè res: quando enim in vicinia non adest aliquis rumor, vel fama de ipso stupro, tunc cessat omnis mala suspicio stupri, ut latè Farinacius *de delictis carnis*, *quæstion.* 147. *à numer.* 130. *& quæstion.* 236. *numer.* 103. sic est in præsenti, ubi fama viciniæ est de directo contraria stupro, solum est probatio stupri in debitore, qui non vult solvere antefatum, sub prætextu, quod commiserit stuprum, & luxuriosè vixerit misera Anelia, quod non deberet transire sine aliqua pœna in eo, qui hoc somniavit in præjudicium mulieris honestæ secundum viri, & aliorum consanguineorum.

21 Unde infertur Aneliam posse petere antefatum eique solvendum, cum per transitum ad secundas nuptias non amittantur ea, quæ sunt quæsita titulo oneroso Regens Capicius Latro *decision.* 175. *numer.* 40. *lib.* 2. *& decis.* 22. *numer.* 20. & observat Gipsius *observ.* 22. *numer.* 7.

ARTICULUS ULTIMUS.

An Anelia amiserit antefatum ex eo, quod recesserit à terra Gambatesæ, & an ob hoc potuerit aliqua pœna puniri.

22 APparet ergo quod tota inhonestas Aneliæ est, quod utilis Domina terræ Gambatesæ, vult proventum facere ob recessum ad aliam terram, quam fecit Anelia; ego tamen Respondeo ad articulum negativè nulla puniri posse pœna propter hoc.

Et sanè quod Anelia ob hoc amiserit antefatum, nec somniari poterit quis; quod verò contravenerit mandato utilis dominæ est de pluribus videndum. Primum scilicet Vassallum jure suæ naturalis libertatis posse recedere à patria, & ubicumque voluerit ire; nec cogitur habitare in certo loco, *leg. Titio centum*, §. 2. *ff. de condition. & demonstrat.* Apicella *allegat.* 6. Amescua *de potestate in seipsum*, *cap.* 18. *numer.* 21. Gizzarellus *decis.* 19. & fuisse etiam decisum refert thesaurus *part.* 4. *quæstion.* 67. unicuique enim permittitur posse suum domicilium mutare, & incolatum *leg. non utique*, *& leg. nihil*, *ff. ad municipalem*, *& in leg. Assumptio*, §. *viris prudentibus*, *ff. de ad municipalem*: nam cogere hominem ad habitandum in aliquo loco consideratur, ut pœna pro delicto, ergo subditi non possunt cogi habitare in propria patria, Crivella *decision.* 137. & Marta *consilio primo*, quis scripsit contra Jacobum Gallum *consilio* 2. *numer.* 72. Cyriacus *tomo* 1. *cap.* 76.

Neque potest Baro revocare Vassallos, qui alibi ad 23
habitandum se contulerunt, ut judicatum per Regiam Cameram summariæ dicitur Thorus *in verbo*, *Vassalli Argatii*, *nu.* 1. Capycius *dec.* 118. *&* 168.

Prout dicimus de Clericis, qui non possunt discede- 24
re à suis Diœcesibus absque licentia Prælati, Vivius *decision.* 88. Riccius *decision.* 346. *part. quarta*, de Grassis *effectu* 25. tamen non possunt cogi ab eorum Ordinariis, ne resideant in Diœcesi, ut pluries Sacra Congregatio censuit. Verùm Vassalli Argatii, & Perengatii cogi possunt ad tale factum, Capycius *decision.* 168. *numer.* 4. Afflictus *decision.* 205. *numer.* 75. Riccius *parte quarta*, *decision.* 346. *part. quarta*, & practicatum dicunt Glossa, Barbosa, & alii apud Capiblancum *in pragmat.* 10. *numer.* 60. *de Baronibus*. Quando ergo subditi fuissent expresè obligati ad servitia personalia cum Regio assensu tunc ad habitandum in territorio Baronali cogerentur, ut post alios Novarius *tom.* 1. *gravam.* 75. Verùm si discedat Vassallus à sua terra, ob mala tractamenta Baronis, tunc ad revertendum cogi non potest per Baronem, ut post Capiblancum tenet Galluppus *parte* 5. *de feudis*, *cap. primo*, *numer.* 6. quia abutens privilegiis perdit illa, *cap. privilegia* 11. *quæst.* 3. *cap.* ubi ita 74. *distinct.* Cardinal. Tuschus *litter. E*, *conclus.* 764. ergo, &c.

In præsenti verò quia Anelia nupsit, & in hoc matri- 25
monio, non potuit ullo modo aliquam pœnam apponere Comitissa, etenim matrimonia debent esse libera *cap. gemma*, *de sponsalibus*, Tridentin. *sess.* 24. *de reformatione matrimonii*, tenebatur uxor sequi domicilium viri, propterea recessit Anelia ad hunc effectum; nulla ergo pœna puniri poterit, sed procuret pars adversa, ne molestia sibi inferatur in solutione antefati, quod datur ut portio, & pars viscerum puellæ, &c. scripsi hodie 22. Decemb. 1657.

Ampliatur conclusio, ut procedat etiam respectu secundi viri, ut consului ego in quadam causa: etenim Roberta Cosella, primum habuit virum Martium Migliaccium, ab eodem quondam Martio, ultra antefatum, seu quartam, ad se spectantem habuit legatum ducatorum quinquaginta; quæ Roberta cum iterum nupsisset cum Thoma Suppa mortuo secundo viro, scilicet Thoma Suppa, illo similiter mortuo fuit ex eadem Roberta vidua relicta, quæ dum erat in lecto viduali commercium carnale habuit cum suo consanguineo, in 3. gradu ob quod gravida effecta, prævia dispensatione Apostolica contrahit cum eodem matrimonium: dicebat hæres primi viri, non teneri solvere antefatum, ob incestum cum stupro commissum, dixi ego teneri, tum quia injuria est facta secundo viro non primo, quia dicitur stare in secundo matrimonio non in primo, & tandem cum tertio, cum quo incestum commisit contraxit matrimonium; ergo, &c. & ita consului ego cuidam de Magdalani, die primo Septemb. 1658.

DISCEPTATIO CC.

Dubii da discorrere in Congregatione sopra il Testamento della felice memoria del Sign. Cardinal Carafa.

1 *Se Monsignore Vescovo di Tricarico, Nipote di detto Signore Cardinale, renunciando la Chiesa,& esimendosi dalla residenza, possa pretendere il legato, & essere preferito.*

2 *Se facendosi Prelato uno de Casa Carafa congiunto al Testatore, possa havere la prelatione à Monsignor Carafa gia Prelato, e qui presente.*

3 *Se detto Monsignor Carafa qui presente possa havere detto legato mentre il Testatore informatissimo della sua persona non lo nomina, ma chiama li Prelati, che saranno pro tempore della Casa Carafa.*

4 *Se l'herede universale possa essere forzato à prender l'hæredità prima del tempo concessoli dalla legge, e soggiaccia allo Statuto di Roma, e Constitutioni Apostoliche, che diminuiscono detto tempo, essendo forense se durante detto tempo legale possa Monsignor Carafa, come preteso interessato far instanza, che si facci l'Inventario, e dimandar l'immissione.*

5 *Se Monsignor Carafa ottenesse l'immissiore, e poi Monsignor di Tricarico ottenesse la rinuntia della sua chiesa, ò persona più prossima della Casa Carafa entrasse in Prelatura, si dubita se tanto Monsignor Vescovo, quanto il nuovo Prelato potesse levar di possesso detto Monsignor Carafa.*

6 *Essendo il legato concepito con parole plurali, Prelati, e Cardinali, se possono più Prelati poderlo* uno, & eodem tempore, *ò pure ordine successivo.*

7 *Se essendovi Prelato più prossimo, che gia podesse il legato, possa esser levato di possesso in caso, che sopravivesse un Cardinale, il quale il Testatore augmenta il legato de mobili.*

8 *Il Testatore haveva un censo in Napoli de ducati* 10000. *de quali esso testatore ne lascia alla Chiesa di Tricarico per legato ducati* 5000. *& à tre suoi parenti scuti* 1500. *& il resto à detti Prælati, e Cardinali di Casa Carrafa, cioè il frutto d'essi. Questo credito fu poi estratto dal testatore, e fece depositarlo nel Monte della Pietà di Napoli, per comprarne una casa, che si vendeva subhasta, il che non segui, & il denaro si trova depositato. Si dubita se detti legati siano adempiti, ò pure l'herede sia obligato sodisfarli con quel denaro assistente, e particolarmente il legato fatto à Cardinali, e Prelati.*

9 *Se li Cavalli, Biade, Carrozze, Sedie portatili, credenze di Cristalli, e Majorche fine, drappi in pezza, biancherie nove, livreè usate, galanterie supra studioli, orologii, e cose simili vengono sotto nome de mobili, come anco li studioli, che sono pieni di Scritture, le quali appartengono all'herede.*

10 *Volendo l'herede allungare di prender possesso, che modo possa tenersi dall'esecutore per sodisfare à legati pii & altri,* &c.

RESPONSIONES.

AD primum fuit sufficienter responsum ad partes in suo peculiari rescripto.

Ad secundum etiam fuit sufficienter responsum ibi, cum D. Octavianus Carafa non fuerit ibi mentionatus, sed expresse dixit proximiores præferendos: unde cum sint proximiores vocati, multò magis consanguinei, & proximi testatoris, & consequenter nullo modo vocatus fuit D. Octavianus, qui non est proximus, nec de familia testatoris, ut ibi probatum fuit.

Ad tertium prædictum D. Octavianum non fuisse vocatum ad talem dispositionem, patet ex verbis testamenti, & lectura ejusdem, ubi nulla de eo fit mentio, & hic est modus probandi negativam, de quo diximus in eodem rescripto.

Ad quartum Resp. quod ex tenore Bullæ Felicis recordationis Pii Papæ IV. super reformatione signaturæ, justitiæ, editæ sub Dat. Kalendas Januarii 1562. quæ est Bulla 59. §.12. Pii IV. Aditio hæreditatis, & inventarii confectio, seu intimatio per hæredes præsentes in Curia infra duos menses à die obitus defuncti computandos: per absentes verò ab Urbe citra montes, infra quatuor menses fieri debent: per absentes verò ab Urbe ultra montes infrà sex menses. Salustius Tyberius *in praxi judiciaria, cap.* 55. consequenter cùm Bulla Pii IV. determinet tempus etiam, pro absente, frustratorium est disputare quid de forense? jam quòd Bulla etiam loquitur de omnibus; & requisita in aditione, & solemnitate inventarii attenduntur secundum locum, & leges ubi fit. Verùm quando tota hæreditas, vel major pars est extra locum, ubi fit inventarium, tunc datur annus ad conficiendum inventarium, *l. fin.* §. *sin autem, Cod. de jure deliber.* Porcellinus *de inventario, cap.*3. *numer.* 10. Roland. à Valle *de inventario, vers. Nos Civitatis, fol.*174. *col.*2. inter tractatus: & sic quatuor menses dantur ad inchoandum, & octo ad perficiendum tale inventarium, ut latè Bald. *cons.*383. *vol.* 1. quo tempore durante, maximè hærede existente in minori ętate, ut in casu nostro, nullum currit tempus aditionis, vel inventarii conficiendi. Bald. *in l. fin. C. de jure deliber.* Alexander *cons.*124. *vol.*4. §. *pupillus, Auth. de hæredib. & falcid.* Glossa *in l. auxilium, ff. de minorib.* Bart. *cons.*154. *col.*2. Franciscus Marcus *q.*249. Roland. à Valle *de inventario, qu.*5. *per totam.*

Quo tempore durante nullo modo poterit conveniri ab interesse prætendentibus, *l. fin.* §. *donec, C. de jur. deliber.* Salustius *l.*1. *c.*55. Quare hæres non tenetur respondere libello, si excipiat se esse intra tempus conficiendi inventarii, imò pendente dicto termino non potest contra hæredem fieri executio sententiæ latæ contra defunctum. Vivius *opinione* 257. Roland. à Valle *in tr. de confectione invent. p.*4. nec poterit intra tale tempus inquietari ex dicta causa, ut latè post alios Paulus Rubeus *variar. res. cap.*62. *per totum.*

Ad quintum Resp. quòd casu quo D. Octavianus Carafa obtineret immissionem, (quæ ei nullo jure debetur,) postea Episcopus Tricaricensis obtineret habilitatem, vel alius proximior de consanguineis fieret Prelatus, tunc ei deberet dari tale emolumentum, ut de feudo dato secundogenito, existente primogenito Jesuita, qui cum exiret de Religione fuit admissus; & ablato feudo à secundogenito, quia erat remotior; inhabilitans enim solum tollit emolumentum pro tempore, quo durat, ut fuisse Siciliæ decisum refert Castill. *dec.*102.

Ad sextum Resp. quod hoc expresse habetur ex verbis testamenti, quibus vocantur Prælatus, & Cardinalis distributivè, quia pro unoquoque fit peculiaris provisio supellectilium, nec commodum legati sufficit pro pluribus, consequenter non potest dubitari, quin intelligatur distributivè præstando, non vero cumulativè, ob insufficientiam commodi utrisque, juxta notata per Raudensem *c.*48. *cum plurib.*

Ad septimum Resp. quod existente Prælato proximiori, qui jam legato gauderet, non posset per Cardinalem supervenientem molestari, quia legatum mobilium augmentatorum, intelligitur si esset ille idem Cardinalis postea factus, non vero quando de novo supervenerit post Prælaturam acquisitam à primò.

Ad octavum Resp. legatum non censeri extinctum, & ademptum, quia est census, & sic quando testator exigit est necessaria ex parte sua exactio, quia cogitur recipere capitale; & voluntaria ex parte debitoris census: ergo non est extinctum legatum. Ad notata per DD. *in l. penult.* §. *fi. ff. de adim. legatis*, & tanto magis, quod nunc tempore mortis testatoris pecunia extat: quò casu nunquam censetur ademptum legatum. Maynardus *lib.*50. *cap.*99. Menoc. *lib.*4. *præsumpt.*167. & legendus est Textus *in l. fideic.* §. *ergo, ff. de leg.*3. idem Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*168. & licet ex illa pecunia destinaverit Eminentissimus Cardinalis emere domum, non tamen habuit effectum emptio; ut bene Batrius *lib.*6. *de success. in tit. de alienat. rei legatæ, f.*474. *nu.*17. *per totum.*

Ad nonum Resp. Mobilium appellatione venire omnia, quæ moventur de loco ad locum, *l. rei appellatio, ff. de verb. signif.* sic supellex, animalia &c. ex *l. moventium*, ubi DD. *ff. de verb. signif.* Decius *consilio* 653. Cophinus *lib.*6.

lib.6.part.2. cap.1. de privilegiis Rusticorum, latè Barrius *fol.391.* De Petris *lib.4. de Interpret. ultim. volunt. Interpr. 1. dub.7. num.50.* Menoch. *lib.4. præsumpt.138.* & sic procedit ut equi, hordeum, & similia, Sediæ portatiles, &c. veniant appellatione mobilium. Tepatus *de legatis in genere, cap.4.* & de pecunia numerata, ut veniat appellatione mobilium dicit Thesaurus *dec.160.* Maynard. *lib.6. cap.7.* sic quod Sediæ, Carruchæ, &c. sint sub nomine mobilium comprehensa tradit Barrius *fol.393. col.1. n.9.* ibi, (ut quæ rotis per civitatem trahi solent,) quæ mobilia dicuntur: & sic docet Rebuffus in *d. l. moventium, vers. mobilia, ff. de verb. signif.* Barrius *loc. cit.*

Circa ultimum executores testamentarii habent annum temporis ad implendam voluntatem, & exequendam testatoris, *cap. Nos quidem, de testamentis*, Et hic annus currit à die monitionis faciendæ per superiorem, etiam in legatis piis, in *dict. enim, cap. Nos quidem*, Gregorius IX. Januario Episcopo Caralitano scripsit, quod cum quædam mulier mortua fuisset, & reliquisset fundari monasterium: ait executorem habere annum temporis ad exequendum: latè Barb. *in d.c. Nos quidem, &c.*

Venerabilis Cardinalis Carrafa.

IN Nome della Santissima Trinità, della Gloriosissima Vergine Maria, di tutti Santi mei Avocati; Io. Pier. Luigi Cardinal Carrafa, trovandomi di presente per gratia di Dio sano di Corpo, e di mente hò determinato mediante questo mio testamento dichiarare l'ultima mia volontà nel modo, e forma seguente.

Raccomando dunque prima l'anima mia con la maggior humiltà, che posso, e devo al mio Signore e Salvatore Giesu Christo, sotto la protettione della Beatissima Vergine Maria, de Santi miei Avocati, del mio Angelo Custode, e di tutta la Corte Celestiale. Quando il mio corpo per volontà divina rimarrà diviso dall'Anima, che piaccia à sua divina Maestà per sua infinita Misericordia sara in sua gratia, voglio, che sia Sepelito nella casa Professa di Giesù di Roma, e per titolo di sepoltura, e d'ogni altra raggione, lascio alla detta Chiesa scudi trecento di moneta Romana, volendo che nelle lampide, ò Sepolcro, e memoria, che ivi mi si fara, si spenda quella summa di danaro, che stimara raggionevole, e condecente alla qualità del mio stato, l'infrascritto mio esecutore.

Per titolo di Prelegato lascio à D. Francisco Carrafa mio Pronepote, figlio di D. Carlo Carrafa Marchese d'Anzi mio nepote, li trentamilia ducati Napolitani, che hò di credito col Signor Duca di Gravina, investiti più volte sopra la medesima Città di Gravinà à sette per cento, e quelli restano perpetuamente sottoposti à fideicommisso, succedendo in esso il primogenito in primogenito, legitimi però, e naturali, e non legitimati etiam Dio per subsequens matrimonium, servato l'ordine, e grado di primogenitura in perpetuo, senza alcuna diminutione di detta summa, esclusi sempre, & in perpetuo, se non nelli casi sequenti tanto li secondi, & altri geniti, quanto le femine, in modo che niuno di quelli, ò quelle possa pretendere di haver attione alcuna sopra di ducati trenta milia, e frutti di essi, & in caso, che detto D. Francisco morisse senza figli maschi, legitimi, e naturali, escludendo sempre i legitimati, etiam per subsequens matrimonium, *voglio, che in esso Prelegato, succeda Don Francisco Carrafa, figlio di D. Diomede Carrafa mio nepote, e li primogeniti di esso, nel modo, e forma, espressi di sopra, mancando però tutti li primogeniti dell'uno, e dell'altro, voglio, che succedano nel detto prelegato li secondogeniti, e li loro Primogeniti in infinito maschi, come sopra delli sudetti secondogeniti; succedano i terzi geniti, e loro primogeniti, nel modo, e forma compresi di sopra, & espressi, con questo però, che li secondo, e terzo geniti, descendenti dal sudetto D. Francisco succedino prima, & in difetto, e mancanza di quelli succedano poi li secondogeniti, e terzo geniti di Don Francisco figlio di D. Diomede: & mancando poi tutte le linee de maschi delli sopra nominati voglio, e dispongo, che gradatim, & juris ordine servato, succedano le femine loro descendenti in infinito, ma però prima quelle della linea del sudetto D. Francisco & in defetto, e mancanza loro le altre della linea di D. Francisco figlio di D. Diomede.*

Et accioche tutti i sopradetti nominati, e nominate s'attenghino da qualsivoglia delitto, & il detto prelegato stà conservato in perpetuo, come sopra, in caso, che alcuno di quelli ò quelle, che Dio non voglia, cometesse, ò facesse commettere alcun delitto, per il quale si potesse venire alle privatione del sudetto prelegato, ò quello confiscarsi in tutto, ò in parte, ò qualsivoglia altre pena venisse sopra di esso imposta, in tal caso voglio, e dichiaro, che detto delinquente, ò delinquenti, siano ipso jure, ipsoque facto, *senz'altra dichiaratione, il decreto, ò sentenza di Giudice per quindeci giorni avanti, che habbino pensato di commettere tal delitto privato, e privati di detto prelegato, come d'adesso per all'hora, e quandocunque io li privo non solamente della proprietà, ma ancora de frutti, & uso di essi; & s'intendano acquistati, e devoluti, con li frutti, al l'altri nominati, nel modo, e forma che hò detto di sopra, non altrimente se detto delinquente, ò delinquenti fussero morti di morte naturale. Dichiarando però se li medesimi delinquenti, ò delinquente fosse, ò fussero poi per benignità, ò gratia del Principe, ò in qualsivoglia altro modo restituito, restituiti, al pristino stato sia, e siano* ipso jure, ipsoque facto, *senza dichiaratione, ò decreto, ò sentenza di Giudice reintegrato ò reintegrati à godere detto Prelegato, nel modo, e forma, che lo godevano per ananti, che pensasse, ò pensassero di commettere tal delitto, e ne fosse, ò fossero di questo privati, ò privato, non intendendo però, che venghino reintegrati de frutti ricevuto in detto mezzo tempo, ancor che non consumati, mà quelli restino à quello, ò à quelli, che in virtù della sudetta mia dispositione haveranno conseguito esso prelegato. In caso poi che li detti trenta milla ducati, ò parte di essi fussero restituti dal detto Signor Duca di Gravina, ò di suoi successori, voglio, & ordino, che s'investino, al medesimo legame, e substitutione in infinito, come sopra si è detto, in beni stabili, e fruttiferi, ò vero in compra di crediti anteriori, con decreto del Consilio di Napoli, di vendita di feudi ad instanza de creditori anteriori, con acquistare la medesima anteriorità in essi feudi, facendone ancora spedire l'assenso Regio voglio però, che se nel tempo della mia morte fussero maturati i frutti di detti ducati trenta milia, & io non l'havesse esatti, ò disposto di essi. Il detto D. Francisco mio prelegatario, ne possa liberamente disporre.*

Lascio per legato al medesimo Sig. Francesco D. Carrafa, filio di D. Diomede Carrafa mio nepote, cinque milia ducati in circa Neapolitani, *che hò col Sig. Principe di Minervino, investiti in due volte nella Città di Lavello: quali voglio, che siano sottoposti à fideicommisso perpetuo di primogenito in primogenito esclusi li secondi, & altri geniti, e femine, nel modo, e forma precisa, e conditioni, e substitutioni* in omnibus, & singulis, *che hò disposto nel precedente prelegato delli trenta milia ducati fatti à favore di D. Francisco mio Nipote; quali ducati cinque milia, & otto cento* in circa, *venendo restituiti in tutto, ò in parte, voglio siano investiti con tutti, e simili, vincoli sustitutioni, conditioni, & oblighi espressi di sopra, come hò disposto nel detto Prelegato delli trenta milia ducati, e posti in compra di beni stabili, e fruttiferi, ò vero in compra di crediti anteriori di vendita di feudi, come sopra. E morendo il detto D. Francisco senza figli maschi, legitimi, e naturali, li detti ducati cinque milia, & ottocento* in circa *s'accreschino alli trenta milia lasciati à D. Francisco con le medesime clausule, e conditioni de fideicommisso, e se nel tempo della mia morte fossero maturati; frutti di detti ducati cinque milia, & otto cento, & io non l'havesse esatti, ò disposto di essi di questi ne potrà liberamente disporre il detto D. Francisco mio legatario.*

Lascio à D. Pietro Carrafa mio nepote figlio di D. Francisco Carrafa mio Fratello, ducati quatro milia Neapolitani, quali hò col Signor Prencipe di Veggiano, à ragione di sette per cento, ad effetto che egli se ne vaglia in beneficio della figlia, che hà di maritare, godendo però il detto D. Pietro i frutti di detti quatro milia doppo la mia morte, sino al tempo del maritaggio, e detto legato habbi luogo, se la detta figliola sopraviva à me, e morendo la detta senza maritarsi, e maritandosi morisse senza figli, li detti ducati quatro milia vadino al sudetto D. Francisco Carrafa mio Prelegatario, e restino in perpetuo sottoposti in tutto, e per tutto al fideicommisso, conditioni, e sustitutioni espresse nel sudetto prelegato fatto al medesimo delli ducati trenta milia. E se detto Don Francisco Carrafa doppo havere acquistato detto legato per la morte di detta figliola, se ne morisse senza heredi, sostituisco al detto legato delli ducati quatro milia D. Francisco Carrafa, figlio di Diomede con l'istessi vincoli, sustitutioni, conditioni, & oblighi del fideicommisso voglio però, che il detto Pietro mio Nepote, e prima del maritaggio di sua figlia, e morendo questa doppo maritata senza figli, nell' uno,

uno, & altro caso, sopravivendo egli à me, goda in vita sua i frutti di detti scudi 4000. e dopò la sua morte restino al detto D. Francesco ò all'altro D. Francesco mio legatario col vincolo del sopradetto mio fideicommisso.

Lascio il Toson d'oro, che fù della b. m. del Sign. Principe mio Fratello à D. Francesco mio Nipote, con conditione che non possa venderlo, alienarlo, ò pignorarlo; mà lo conservi, per memoria dell'honor ricevuto nella nostra casa dalla Maestà del Re, e con l'istessa prohibitione, e vincolo lo trasmetta a' suoi heredi.

Lascio per legato à D. Tiberio Carraffa, e D. Cesare Carraffa, figli di D. Francesco Carraffa, Duca di Cerce mio Fratello, scudi 500. per ciascheduno, & à D. Francesco Carraffa figlio di D. Ottavio Carraffa Prencipe di Belvedere, altri ducati 500. da pagarseli dalla proprietà delli 10000. ducati, che hò con la Casa Santa, e banco della Santissima Annuntiata ogni volta, che ciascheduno di essi sopraviva doppò la mia morte.

Lascio à Monsignor Pietro Luigi Carraffa, Vescovo di Tricarico mio Nipote, tutte le mie vesti, sottane, mantelletti, Ferrajoli, Cimarre lunghe, e corte, tanto pavonazze, come rosse, rocchetti, cinte, casconi d'odori, e tutto ciò, che hà in consegna Gieronimo Lancia mio Cameriere, come anco tutte l'altre vesti di sotto, calzoni, casacche, giupponi, calzette di seta usate, e nuove, le Cappe di triglia rosse, e paonazze, e la Cappa di sajetta di Milano con le loro pelli, camigiole di seta con oro, e senz'oro & anco tutte le vesti, che lasciò la b. m. del Sign. Principe di Bisignano mio Fratello, che si conservano da D. Roberto Troilo mio Cappellano, insieme con altre Galantarie di tovaglie di seta cun merletti d'oro, e merletti di seta con fiori alla naturale: desidero si bene, che detto Monsignor distribuisca à miei Camerieri qualche parte di detti Calzoni casacche, e giupponi, e specialmente à D. Roberto Troilo, e Girolamo Lancia, che n'hanno havuta la custodia.

Lascio al Capitolo, e clero della Chiesa Cattedrale di Tricario ducati Napolitani 5000. che hò con detta Casa Santa, e banco della Santissima Annuntiata; i frutti de' quali ducati 5000. ordino si convertino in distributioni quotidiane, seu aumento di esse, che io introdussi in detta Chiesa, mentre io ero Vescovo di quella, con obbligo preciso, che il capitale non si possa mai levare da detto luogo pio, ne alienarlo, ò in qualsivoglia modo obbligare, etiam largissimo sumpto vocabulo. Et in caso poi, che esso luogo pio lo restituisse, ò parte di esso, voglio che s'investi senza indugio in beni stabili, fruttiferi, ò col Monte della Pietà di Napoli: mi prometto poi della pietà di detto Clero, che in segno di gratitudine di questo mio legato, si contentaranno di fare un'Anniversario l'anno in perpetuo, che corrisponda al giorno della mia morte per suffragio dell'Anima mia.

Havendo io Breve facultativo della Santità di N. S. Papa Innocentio, di poter disponer de' mobili della mia Cappella, lascio alla Cattedra e di Tricario, tutto le robbe, argenti, e suppelletili della detta mia Sacrestia; atteso che detti mobili furono da me fatti, quando ero Vescovo di Tricario, e me ne sono valuto in stato di Cardinale: & in detti mobili, ne includo le due pianette pretiose di raso, ricamate d'oro, e cannettiglia: mà queste due debbano servire per uso de' Vescovi pro tempore, e non dà Canonici.

Lascio per legato alla Chiesa di S. Bassiano di Lodi mia Commenda per una volta sola scudi 300. di moneta di dieci Giulii per scudo; quali si debbano impiegare senza dilatione in compra d'un paro di candelieri, e Croce col Crocifisso d'argento per ornamento dell' Altare maggiore di detta Chiesa.

Lascio per una volta sola à D. Antonio Martelli Curato della medesima Chiesa, che mi hà servito per essattore de' frutti di detta Chiesa, scudi 100. di moneta di Giulii dieci per scudo.

Lascio alla mia Chiesa di S. Andrea di Napoli propè Nidum 100. ducati di moneta Napolitana, che se ne facci un panno d'Altare, & una pianeta per l'Altar maggiore.

Lascio per legato à tutta la mia famiglia scudi mille, e cinquecento di moneta Romana da dividersi dal mio essecutore, come egli giudicherà, confidendo, che haveria riguardo alla qualità delli Offici, che haveranno essercitato, e qualità delle persone, purche si trovino al mio servigio al tempo della mia morte.

Lascio scudi 200. di moneta da dividersi à povere Zitelle secondo l'arbitrio del P. Lorenzo in Curia mio Confessore, e del P. Pietro Gravita.

Lascio per suffragio dell'Anima mia scudi 200. per tante Messe, che si doveranno celebrare in altari privilegiati; incaricando il mio essecutore, che le faccia celebrare in detti Altari di tempo, in tempo, secondo la commodità delle Chiese, acciò realmente si celebrino, volendo, che si preponga no le Chiese de' reformati Regolari all'altre Chiese.

Considerando che la Casa Carraffa è grandemente obbligata alla Sede Apostolica per gl'honori, e dignità concessole in diversi tempi perciò ordino, e voglio, che si debba dal mio essecutore comprare in Roma un Palazzo di valore di scudi ventimilla Romani in circa perche servi d'habitatione a' Cardinali, e Prelati, che pro tempore saranno in Roma di detta Casa Caraffa, & intendo per Prelati, quelli, che saranno di giustitia, ò di gratia, non i Vescovi, i quali hanno obbligo di andare alle loro residenze. Volendo però, che siano sempre preferiti tanto i Cardinali, quanto i Prelati, che saranno à me più congiunti di sangue, e detta compra Ordino, che si facci con capitali e frutti de' Monti, che hò in Roma comprati da me con particolar diligenza à questo effetto.

Et acciò li medesimi Cardinali, e Prelati pro tempore, oltre l'habitatione habbino qualche assegnamento di vivere col decoro conveniente, voglio, & ordino, che i frutti de' luoghi de' Monti sudetti, che avanzeranno dopò la compra di detto Palazzo, restino assegnati a' medesimi Cardinali, e Prelati pro tempore, & inoltre li frutti del Capitale di ducati 3000. che hò col Signor Principe di Pietra Elcina, e del capitale di decti ducati 5000. che hò con gli heredi del Barone di Valvano di Casa Gravana, & anche del capitale di 3000. ducati Napolitani, che hò sopra la Gabella della seta del Principe di Bisignano, e del capitale de ducati 1500. che hò col Signor Duca di Bovina, e del residuo delli ducati Napolitani 10000. che hò con la Casa Santa, & il banco della Santissima Annuntiata di Napoli, e li scudi 127. e mezzo di censo, che hò con i Padri Regolari di San Salvatore, per il capitale di 3000. scudi Romani, dichiarando però, che per alcun tempo, ò causa, non si possa da alcuno de' sudetti Cardinali, e Prelati valersi delli capitali sudetti, nè quelli alienare, ò hipotecare in qualsivoglia modo, etiam latissimo sumpto vocabulo, mà solamente servirsi de' frutti d'essi. In caso poi, che li medesimi capitali, ò alcuno d'essi fussero restituiti, voglio, & ordino, che s'investischino senza dilatione in luogi de' Monti Camerali non vacabili, ò in censi con luogi Pii, ò in beni stabili fruttiferi per il sudetto effetto.

In oltre per commodo de' sudetti Cardinali, e Prelati di Casa Caraffa, che dimoreranno in Roma pro tempore, voglio, & ordino, che seguita la mia morte si faccia inventario dal mio essecutore di tutti i miei mobili, & argenti, quali doveranno servire per uso de' Cardinali, e Prelati, che saranno pro tempore in Roma; con conditione però espressa, che i detti Prelati, e Cardinali diano segurtà idonea di non alienar detti mobili, & argenti, hipotecarli, ò permutargli in qualsivoglia modo, nè per qualsivoglia causa; mà di godere solamente l'uso d'essi e nel modo seguente, e non altrimente.

Serviranno per uso de' Cardinali solamente i panni di Arazzo grandi num. 6. con figure grandi, rappresentanti l'historia di Noè: i grandi sono larghi quattro canne, & alti due: il piccolo largo due canne, & alto pur due.

Il paramento di Damasco Cremesino, con treni d'oro teli, in tutto numero quaranta sette freggio di detto paramento, con Franza d'oro, lungo Canne 21. Portiere di detto paramento, con Franza di seta, & oro di quattro teli (una numero due mezzi teli per sopra fenestre numer. quattro.

Il paramento di damasco verde, e tela d'oro gialla, cioè teli di Damasco verdi grandi num. 20. e' piccoli numer. 4. di tela d'oro gialla grandi numer. decennove, e piccoli num. quattro.

Le Portiere d'Arazzo numer. diecisette, delle quali sette sono fine con seta: l'altre diece sono più grosse: sette colonne, quattro sopra porte, e tre portiere di lana fina, e seta.

Le sei portiere di velluto Cremesino con contratagli d'oro, dove sono l'armi di Papa Innocentio, e casa Caraffa.

Dodici sedie di veludo cremesino con trine d'oro.

Il Baldacchino di sala con diversi freggi di contrataglio, dove sono l'armi di Papa Innocenzio, e casa Caraffa.

Tutti questi mobili serviranno per uso de' Cardinali solamente, e frà tanto si custodiranno, e conservaranno in qualche luogo del Palazzo, che si comprerà, ò altrove, e di essi farà haver cura particolare l'esecutore pro tempore.

I Prelati si serviranno de gl'altri parati, e mobili dell'heredità, che sono d'inferior conditione, se bene honorevoli, come anche delle biancherie, che si conservano nella Guardarobba, matarazzi, e coperte, & altri arnesi per uso di casa.

E perche quando fussimo promossi al Cardinalato ci fù donata dal Signor Principe di Belvedere mio Nipote una stanza di tabi ondato torchino col suo freggio, colla sua trabacca, col cortinaggia dell'istesso drappo, guarnito d'alamari d'oro, e col suo legname indorato, & istoriato con personaggi di rilievo, con due matarazzi di raso falso.

E parimente da D. Diomede Carraffa mio Nipote mi fù donata una Camera di Damasco rosso, e bianco col suo freggio indorato, & indorata con personaggi di rilievo.

Come anche dal Signor D. Pietro Carraffa mio Nipote mi furno donati due specchi grandi.

Parendomi ragionevole, che detti mobili ritornino alle loro case nello stato, che si ritrovano, però ordino al mio essecutore, che seguita la mia morte, consegni à D. Francesco Carraffa herede del Principe di Belvedere, & à D. Francesco Carraffa figlio di D. Diomede Carraffa, & à D. Pietro Carraffa i mobili di sopra menzonati, e ricevuti in dono da detti, & in caso non vivessero, a' loro heredi, e successori.

Et acciò s'habbia certa notitia della qualità di detti mobili. Il paramento di tabi torchino con fettuccie dello stesso colore è di teli trenta sei, trè de' quali si sono fatti dallo strato del letto sopra porre dello stesso num. sei. Teli di taffettà turchino diversi per supplimento di detto parato, in tutto numer. cinque; freggio di detto parato, con contrataglio da' piedi lungo canne dodici, e mezzo. Portiere una di detto tabi foderato di tela turchina, di quattro teli, cortinaggio di sette bandinelle celo, tornaletto, e coperta dello stesso tabi, con contratagli, & allamari d'oro, e seta.

Il Paramento di Damasco rosso, e bianco, con fettuccie dell'istesso colore, è di teli grandi num. trentasei, sopra porte num. sei, Freggio con franza di seta lungo canne quattordeci, una Portiera foderata di tela, cortinaggio dell'istusso Damasco rosso, e bianco, con trina d'oro, con cielo, bandinelle sette, tornaletto in due pezzi, e coperta dell'istesso fodrata di taffettà.

I legnami dell'una, e l'altra trabacca sono descritti di sopra.

Li specchi del Signor D. Pietro sono alti palmi quattro, e mezzo; e largi palmi quattro, li argenti miei si vendano per la metà, ò per la terza parte à dispositione del mio essecutore; mà però quelli, che sono senza fattura, e si riserbino il bacile grande indorato, e storiato, fatto in Agusta, col suo bocale, che è un Tritone; trè bacili indorati, & istoriati con li loro bocali, e due bacili piccoli indorati da per tutto con li suoi bocali, che sono ornati attorno d'alcuni smalti, e questi si conservino per uso de' Cardinali: de gl'altri argenti se ne serviranno i Prelati pro tempore, che habitaranno nella Corte di Roma.

Si conservi anco la tazza d'oro di peso d'oncie trentatre, donatami dal Reggimento di Bologna in tempo della mia legatione, acciò resti nella famiglia questa memoria; che perciò prohibisco espressamente, che non si possa per qualsivoglia causa alienare, ò hipotecare, etiam sumpto latissimo vocabulo.

Li scrittorii della mia heredità non si vendano, mà si ritenghino ad uso de' sudetti Cardinali, e Prelati, che saranno pro tempore, e perche dentro d'essi vi sono molte galantarie, anelli, una Croce di smeraldi, & altre robbe da cavar danari, questi si vendano dal mio essecutore, & il danaro s'investa in luogi di monti non vacabili à beneficio di detti.

Di più per commodità, & uso delli stessi Cardinali, e Prelati, voglio, & ordino, che la mia libraria si conservi ben custodita in una stanza del medesimo Palazzo, che si doverà comprare, e sin che segua detta compra, debba stare in deposito con sicurezza in qualche Monastero, con darle qualche riconoscimento per detto incommodo, e per l'indennità di detta libraria, si doverà dall'essecutore far fare inventario distinto, & autentico di tutti li libri.

Si doverà haver particolare cura d'alcuni libri, che sono custoditi in due armari nello studio.

Vn libro de Brevi de Papa Vrbano VIII. in tempo della Nuntiatura di Colonia.

Sei libri di lettere del Signor Cardinal Barb. scritti in tempo della detta Nuntiatura.

Tre libri di lettere scritte al detto Signor Card. Barb. nel medesimo tempo.

Vn libro di lettere in cifra, spettanti alla detta Nuntiatura di Colonia.

Due libri di lettere scritte in detto tempo à varii personaggi.

Quattro libri di lettere Latine scritte à diversi in detto tempo.

Vn libro legato in corame della visita del Vescovato di Liegi, e dell'Abbatia di Faldea, fatta in tempo di detta Nuntiatura.

Molti libretti della relatione della medesima Nuntiatura, stampati, de' quali alcuni sono legati, & alcuni sciolti.

Vn libro di lettere del Sign. Card. Panfilio, scritte in tempo della legatione di Bologna.

Vn libro di lettere responsive, & altre al detto Sign. Card. Panfilio.

Vinticinque libri diversi manuscritti, di varie scienze.

Vn libro manuscritto della famiglia Carraffa, coperto di curame.

Vn'altro libretto della medesima famiglia manuscritto.

Vn libro della vita di Paolo IV. legato in corame manuscritto, e composto dal Padre D. Antonio Caracciolo.

La 2. parte del Pontificale Romano grande.

Il Ceremoniale de' Vescovi in piccolo.

Vn Messale grande ordinario.

Vn'altro Messale piccolo in quarto foglio.

Vn Breviario grande in foglio reale.

Vn Breviario grande legato in Zigri, con fibbie d'argento.

Vn Breviario in quattro parte, legato in quarto foglio.

Vn diurno in ottavo.

Vn'officio della Madonna in quarto.

Due Salterii in ottavo.

Ceremoniale dell'elettione del Papa.

Concilio di Trento con l'annotationi del Cardinal Antonio Carraffa.

Se venisse il caso, che nella Corte Romana non vi fusse pro tempore Cardinale, ò Prelato di casa Carraffa, che habitasse il Palazzo, che si comprarà, si doverà fittare, il frutto della piggione, si doverà investire in luoghi de' monti à beneficio de' sudetti Cardinali, ò Prelati, che susseguentemente verranno ad habitare in Roma; & acciò i mobili, & argenti in questa vacanza si custodiscano con diligenza, potrà il mio essecutore deputarvi un ministro con salario competente.

In tutti, e singoli altri miei beni, mobili, stabili e semoventi, censi, ragioni, & attioni, crediti, nomi de' debitori presenti, e futuri, instituisco, e lascio mio herede universale, il sudetto D. Francesco Carraffa, figlio di D. Carlo Carraffa Marchese d'Anzi mio nipote.

Essecutori poi di questo mio testamento, e del disposto in esso, faccio, nomino, e deputo Monsignor D. Inrico Caracciolo, Decano della Camera, mentre egli farà la sua residenza in Roma, & mutando stanza in altro luogo, fuori dello stato della Chiesa, nomino miei essecutori il Prelato Napolitano, che pro tempore sarà superiore nella Chiesa dello Spirito santo della natione Napolitana, & il Decano della sacra Rota di Roma.

Al sudetto Monsignor D. Inrico Caracciolo lascio una delle due tovaglie d'Armesi incarnato, e giallo, lavorate con fiorini di seta, e merletti ad Ago, acciò se la goda in segno del mio affetto.

Alli due essecutori Prelato Napolitano, e Decano di Rota lascio per ciascheduno un vaso, seu bicchiero d'argento indorato, quale se lo possano pigliare singulis annis propria auctoritate, nel tempo, che attualmente esserciteranno il carico d'essecutori, per non esservi in Roma Cardinale, o Prelato Napolitano, che stia al possesso di tutti li miei beni, e

per

per il difetto, che detto Monsignor Caracciolo non si ritrovasse in Roma, ò nello stato Ecclesiastico, ò fosse morto.

Prego detti miei esecutori per loro benignità di favorire non solo per l'esatta esecutione di quanto hò disposto nel presente testamento; mà ancora d'ogni assistenza, & ajuto alla persona del mio herede, & altri chiamati come sopra.

E questo voglio, dico, e dichiaro, essere l'ultimo mio testamento, e l'ultima mia volontà non solo per cagione di testamento, e di Codicillo, mà ancora di donatione per causa di morte, e di qualsivoglia ultima volontà, & in ogni altro miglior modo, che per ciò di propria mano l'hò scritto, e sottoscritto, e sigillato col mio solito sigillo in Roma li 28. di Marzo 1654.

Io Pietro Luigi Cardin. Carraffa, testo, e dispongo per ultima mia volontà come sopra.

Pietro Luigi Cardin. Carraffa manu propria, &c.

DISCEPTATIO CCI.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Clericus non succedit in feudo, nec Monachus, dimisso tamen Clericatu succedit.*
3 *Clerici, & Regulares sunt capaces majoratus, & cujuscumque honoris, facti ad conservandam familiam.*
4 *Primogenitus feudatarii si tempore mortis Patris reperiatur religiosus non succedit in feudo, sed fit locus secundogenito, Verum, si deinde ille exeat à religione, votis relaxatis aufert feudum à secundogenito, & affertur casus decisus.*
5 *Episcopus, vel Cardinalis licet sit Regularis succedit in fideicommisso, vel alio majoratu pro conservanda familia inducto, maximè quando non concurrit cum laicis.*
6 *Legatum non fuisse factum in præsenti ad favorem Illustrissimi D. Octaviani Carraffæ probatur ex inspectione testamenti.*
7 *Eminentissimum quondam Cardinalem Carraffam disposuisse præferendos esse magis conjunctos, signum est noluisse illos de Carraffa simpliciter vocasse, sed illo, de sua familia tantum.*
8 *Domini de Carraffa non coarctantur nunc habere habilitatem, sed suo tempore.*
9 *Legatum relictum pro studio, intelligitur esse præstandum tempore idoneitatis.*
10 *Legatum ad nubendum factum, debetur post triennium à die habilitatis computandum.*
11 *Legatum factum pro Monachatu debetur post triennium à die habilitatis ad profitendum.*
12 *Legato facto pro aliquo actu faciendo, ut privetur quis, requiritur, ut interpelletur, & concedi debet tempus ad actum commodè faciendum, &c.*

FACTI SPECIES.

1 Eminentissimus ille vir, & numquam satis laudatus Cardinalis Carraffa in suo ultimo, quod condidit testamento inter alia disposuit, ut Romæ Palatium emeret executor suæ ultimæ voluntatis, valoris scutorum viginti millium Romanæ pecuniæ, ut deserviret pro habitatione Cardinalium, vel Prælatorum, qui pro tempore erunt Romæ, ejusdem Carrafforum familiæ, sub quorum Prælatorum nomine intellexit eos, qui fuerint gratiæ, vel Justitiæ, excipiendo expresè Episcopos, qui utpotè obligati ad residentiam, Romæ verisimiliter permansuri non præsumuntur, simulque disposuit esse præferendos semper sibi proximiores sanguinis, &c.

Nunc Illustrissimus Petrus Aloysius Carraffa Episcopus Tricaricensis quærit an si ipse Summi Pontificis gratia renunciaverit Episcopatui possit jure prætendere hoc legatum, & commodum Eminentissimi Cardinalis Romæ commorando. In quo dubio.

2 Respondeo affirmativè, Probatur primò, quia Clericus, qui in feudo non succedit, *capit. 1. §. si Clericus*, si de feudo defuncti fuerit controversia, *capit. 1. in fine*, *de feudo fœmineo*, *capit. 1. de milite vassallo*, *qui arma bellica deposuit*, *capit. 1. an mutus*, *vel aliter imperfectus*, Afflict. *decis. 320.* Julius Clarus *in §. feudum*, *quæst. 78.* Borcolten *de feudis*, *capit. 5.* Artmandus Pistorius *de feudis*, *part. 3. lib. 2. quæst. 33.* hoc idem in Monacho, vel alio Religioso, quia militant omnes rationes, quæ sunt contra Clericos seculares, Julius Clarus, ubi suprà, tamen quoad majoratus, & primogenituras, ac alios honores relictos pro splendore familiæ nulla cadit difficultas. Quia omnes milites tam Hierosolymitani, 3
quàm cæterarum Religionum in eis succedunt, ex quo ipsi sunt de sanguine, & agnatione, & nullum debetur servitium. Natta *consil. 507. & sequenti*, *lib. 3.* quia ratio, quæ militat in feudo, non militat in istis honoribus pro familia, pro qua familia conservanda constituuntur tales honores Bolognettus *cons. ultimo*, Hottomanus *consil. 72.* & certum est, quod dignitas familiæ sic conservatur, per Clericos, prout per laicos, ad latè notata, per Carolum de Grassis *de effectibus Cleric. effectu 4. à numer. 75. cum sequentibus.* Quod si Clericus dimittat habitum, vel alius Religiosus, cum licentia sui superioris, tunc admittitur ad feudum sine ullo scrupulo: Isernia, Jacobus de Franchis, & alii, & ideò solet dari terminus ad talem declarationem faciendam, ut scilicet dimittat habitum, vel aliud impedimentum, ad finem habendi feudum, ut bene Carolus de Grassis *dicto effectu 4. à numer. 87.* ergo sicuti incapax succedendi in fendo si habitum dimittat, est capax succedendi, ita, & multo magis in præsenti Illustrissimus si dimittat Episcopatum, debet admitti ad commodum Eminentissimi Cardinalis Carraffæ, licet excluserit Episcopus Eminentissimus Dominus Cardinalis, tanto magis, quod in præsenti agitur de majoratu quodam, cujus præscindendo à residentia est capax Dominus Episcopus, & conjectura est, quod ideò noluit admitti, quia tenetur ad residendum: ergo si posita renuntiatione non tenetur residere, utique erit capax hujus commodi, tamquam à cessatione legis, & hominis, quod argumentum valet in jure, *cap. cum cessante*, *de appellat. adigere*, *§. quamvis*, *de jure patron.* fit ergo capax dimisso Episcopatu, sicuti fit capax Clericus dimisso Clericatu.

Probatur secundò, ex celebri facto, de quo in Regno Siciliæ apud Castillum *tom. 2. decis. 201.* filius primogenitus 4
cujusdam feudatarii, fuit factus Jesuita mortuo patre feudatario successit secundogenitus, qui ob impedimentum fratris majoris Jesuitæ tunc temporis successit ut primogenitus, post modum primogenitus ille Jesuita, vigore facultatis Societatis Jesu Patri Generali, & Provinciali concessæ facta relaxatione votorum, factusque sæcularis agebat contra secundogenitum post novem annos à die captæ possessionis, & obtinuit feudum, quia ablato impedimento votorum capax factus fuerat, (hic est casus noster,) quando ergo Illustrissimus Episcopus Tricaricensis, ab impedimento solutus residentiæ, tunc erit admittendus ad hoc legatum, & commodum, utpotè cessante impedimento, de quo suprà.

Posset replicari, quod Eminentissimus Cardinalis exclusit Episcopos: ergo nihil probatur. 5

Respondeo, quod exclusit non per se, sed propter impedimentum residentiæ; unde Episcopus, & alii Cardinales, licet essent Regulares, non excluduntur à fideicommisso facto ad splendorem familiæ, quia licet Episcopi, & Cardinales Regulares non desinant quoad populum esse verè, & propriè Religiosi, tamen illis videtur suffragari verisimilis mens testatoris, cùm ad conservandum familiæ splendorem multum eorum dignitas, ac splendida vita valeat, & quamvis verba testatoris excludentis Religiosos sint amplissima, tamen verisimile est eum de hoc casu non cogitasse, & ideò prudentis judicis erit officium decernere quid menti testatoris magis consonum sit, argumento, *l. 7. Cod. de fideicommissis*, pronuntiabit judex pro laicis si ageretur de fideicommisso, vel alia simili dispositione, sine quo sordesceret domus laicorum, familiæ enim decor, & splendor per hoc obscuraretur adversus testatoris mentem, ut benè Merenda *lib. 14. controv. cap. 44.* in casu verò nostro non sumus in laicis contendentibus Illustrissimo Episcopo, nec in amplissima dispositione, exclusiva Episcoporum, sed solum limitata causa, scilicet quia tenentur ad residentiam, ergo ea præcisa per dimissionem Episcopatus erit capax, & admittendus.

Nec dici potest secundò, quod legatarius debet esse capax tempore testamenti, tempore mortis testatoris, &c. ad no-

ad notata *in* §. *in extraneis de hæredum qualitate, & differentia*, ubi communiter DD. sed in præsenti non est talis, ergo.

Respondeo quod Illustrissimus Episcopus est capax, ut probavimus, sed habet impedimentum, ut in facto illo de Jesuita sicuti Religiosus factus Episcopus, tamquam sublato impedimento acquirendi suæ Religioni, capax est succedendi ad bona, quæ obveniunt dum est Episcopus, licèt tempore professionis renuntiasset, ut bene ex Sacra Congregatione decisum refert Augustinus Barbosa *lib.1. de jure Ecclesiastico, cap.42. à numer.24.* ergo sicuti sublato impedimento acquirendi de facto acquirit, & succedit; sic in præsenti sublato impedimento residentiæ, est vocatus ad hoc. Nec defuerunt DD. dicentes, quod Regularis factus Episcopus, tamquam sublato impedimento, acquirat etiam bona, quæ renuntiaverat tempore ingressus, ut ait Molfesius *cons.1. & 39.* Riccius *in praxi, resolut. 152.* Gratian. *decis.42.* contra Rovitum *decis.18.* & Fabium de Anna *consil.45.* licet enim regularis factus Episcopus maneat adstrictus voto paupertatis, in tantum, ut si velit testari, teneatur duplicatam licentiam obtinere, ut ait S. Thomas 2. 2. *quæst.185. artic.8. ad 3.* Molina *de primogen. lib.2. cap.10. numer.82.* Rodriquez *quæst. regularium tom.3. quæst.69. artic.4.* Sanchez *in Summa, lib.6. capit.8. num.45. & numer.154.* Poterit tamen in vita distribuere, tam expendendo pro sui sustentatione juxta decorem tantæ dignitatis adeptæ, quàm pro pauperum sustentatione consanguineorum, vel aliorum, ut ait Sacra Rota Romana apud Ludovisium *decis.466.* ubi fuit dictum Episcopum Regularem facere fructus suos in vita, & disponere posse de eis, ac si esset sæcularis, allegat Baldum *in capit. Clerici, il 2. de vita & honestate Clericor.* Navarr. *cons. 15. numer.4. de regularibus*, qui dicit ita teneri in toto orbe Christiano, & dixisse pluries Rotam, & notat Tappia *in Authent.ingressi,in verb.Sua,c.6.numer.59.cum pluribus seqq. C.de Sacros. Ecclesiis*, Cutellus *de donationibus contemplatione matrimonii,tract.1. disc.2.part.3. numer.136. cum sequentibus.*

Nec tertiò, dici potest quod Illustrissimus Episcopus Tricaricensis renuntiando Episcopatui remanet etiam Regularis, quia Regularis factus Episcopus retinet tria vota substantialia Religionis, *capit. statutum 18. quæst.1.* ubi statutum Monachum factum Episcopum posse vindicare paternam substantiam, & hæreditates; ergo non erit Prælatus habilis ad obtinendam dispositionem Eminentiss. Cardinalis. Secundum usum Curiæ Romanæ, cujus generis continentur Sacræ Rotæ Romanæ Auditores, Clerici Cameræ Apostolicæ, Referendarii, Prothonotarii, *& cap.non vero hic*, de quo agimus.

Respondeo primò, quòd Illustrissimus Episcopus Tricaricensis, renuntiando Episcopatui adhuc manet sub genere Prælatorum, quia renuntiaret quoad locum, non verò quoad dignitatem, & prælaturam ex Baldus *in capit. inter dilectos, num.50. de fide instrum.* Cephalus *consil.1. vol.1. à numer.38. cum seqq.* unde Comes renuntiando dignitati non amittit, nisi locum, non dignitatem; sic Episcopus Regularis renuntiando Episcopatui, quoad locum remanet semper exemptus, & in pristina dignitate, *capit. post translationem, de renuntiatione*, Sanchez *tom.2. lib.6. in summa, cap.6. numer.29.* Navarr. *consil.15. in tit. de regularibus, lib.3. & consil.6.lib.2.* Henriquez *lib.10.de Sacramentis,cap.32.numer.34.* Rodriquez *tom.3. quæst.regularium, quæst.52.artic.26.* Ricciullus *lib.1.variarum lucubrationum, cap.12.*

Respondeo secundò, quia in præsenti non tam stylus Curiæ est attendendus, quàm mens testatoris, qui volendo à suo legati commodo excludere Episcopos, assignat rationem, scilicet, quia Episcopi tenentur ad residentiam: unde non consideravit tam rigorosam Prælati significationem, sed potius consideravit splendorem suæ familiæ, qui per Regulares Episcopos, vel Cardinales bene conservatur.

Sic videmus quod Abbas, qui Officium deposuit sine culpa debet suum locum retinere inter alios Superiores in memoriam pristinæ dignitatis, ut consuluit Joannes Crotus *consil.220. numer.83. vol.2.* Joannes de Lignano *in Clement. ne in agro, de statu monachorum*, Joannes Petrus Molignatus *de retentione, quæst.210.* Sic Prætor, Judex, sive quilibet similis finito officio vocatur Prætor, Judex, &c. idque in memoriam pristinæ dignitatis Bonus de Cortili *de Nobilitate, part.5. num.9.* sic Ecclesia Parœcialis, tenet nomen Parœciæ, sine cura in actu, cum sufficiat, quòd talis sit per institutionem, ut bene Bald. *in l. sed & milites, §. primipilari, ff. de excusat. tutorum*, Capra *consil.90. num. 74.* sic Abbates, cæterique similes, quamvis renuntient titulo administrationis, tamen remanent, ut prius Gratianus *cap.291. num.50. & num.62.* sic feudatarii, quantum in primogenitis suis feudæ renuntient, tamen titulos conservant, cum prærogativis, ut prius Isernia *in cap.1.* ubi Afflict. *de feudo Marchiæ*, qui ponit casum in titulis similibus per Papam in administratione concessis, ut illis depositis nomina conserventur, talesque appellentur in officium pristinæ dignitatis ex *l.2.C.de primicerio,lib.12.* quem Textum citat Regens de Aponte *de potestate Proregis, in tit. de electione officialium, part.8. num.18.* pro causa propria, quia cum renuntiasset officio Regentis Cancellariæ, petiit ut in Collegio Neapolitano tractaretur, ut Regens Collateralis in emolumentis, & fuit admissus, quod etiam observavit Regens Constantius *in tit. C. de consulibus, lib. 10.* Quia generaliter quando officiales habuerunt Illustrem dignitatem, sive officium, dignitate finita, tenent gradum, sive honorem Mastrill. *lib.4.de Magistratibus,cap.3.num.68.* per Textum *in l.1.intra, l.fin. C.de præpositis sacrorum cubiculariorum, lib.12.* Capiblancus *singulari* 130. sic patet in militibus, quos videmus gaudere titulis prout si actu administrarent non tamen præcedunt Officialibus, qui habent administrationem, juxta Text. *in l.2. C. ut dignitatis ordo servetur, lib.12.* qui Textus terminos distinguens statuit, ut primo loco præcedere debeat ille, qui illustrem dignitatem exercet. Secundo loco ille, qui similem administravit, tertio loco illi, qui sunt provisi de vacantibus, sive vacaturis officiis, sed possessionem non habent, Regens de Ponte *de diversis provisionibus,§.1.num.28. singulari* 131. ubi Additio; ergo in casu nostro Episcopi, sive Abbates postquam administrationem refutaverint gaudent omnibus præstationibus, & prærogativis, sicuti gaudebant priùs antequam renuntiassent, ut colligitur ex supradictis, sed Episcopus, de quo loquimur priusquam renuntiasset administrationi gaudebat Prælatura; ergo nullo pacto potest dici non talis.

Mirandum tamen est de Illustrissimo Domino D. Octa- 6
viano Carraffa, tam anxiè anhelante hanc Eminentissimi
quondam Domini dispositionem: nescio qua ratione;
quia legatum hoc non fuisse factum ad favorem ejusdem Il-
lustrissimi D. Octaviani probatur ex testamento, quia ne-
gativa legati ex inspectione testamenti apparet Bartolus *in*
l.fin.Cod.de rebus creditis, & in l. Textores, in principio, ff.
de leg.1. Covarr. *lib.2.variar. cap.6. num.50.* Simon de Petris
lib.2.de interpretatione ultim. volunt. interpretat.1. dub.2.sol.
1. sed in casu nostro non solum non nominatur, sed expres- 7
sè dixit: Volo ut præferantur mihi magis conjuncti, per
quod datur intelligi, quod noluit illos de Carraffa simpli-
citer, sed voluit illos, qui sunt sibi conjuncti. Quia vo-
luntas testatoris licet in primordio de illis de Carraffa sim-
pliciter loquatur, tamen ex illo verbo, quod dixit ut præ-
ferantur sibi proximiores sanguinis datur intelligi velle il-
los de Carraffa consanguineos, & parentes testatoris, non
verò illos de Casata tantum, ut in simili DD. dicunt, lo-
quentes de fideicommisso. Quare non est ulla spes pro D.
Octaviano Carraffa.

Præterquam quod quid nunc tam anxiè anhelat hanc di- 8
spositionem ad sui commodum, cum sit tempus pro illis
de Carraffa, de domo, & familiæ testatoris ad obtinen-
dam habilitatem, & interim emolumentum crescit ad fa-
vorem hujus montis, & legati: sicut dicunt DD. quod le-
gatum relictum pro studio legali, non debent, nisi quando 9
legatarius factus fuerit idoneus ad studendum legibus, ar-
gumento Text. *in l.nec semel, & si inhabitationem,ff.quando*
dies legati cedat; sicuti legatum pro *passaggio* ad terram san-
ctam, non debetur, nisi quando communiter fieri conti-
gerit tale passagium, Bart. *in l.Lucius, part.1.ff.de leg.2.* ubi
Imola idem Bartolus *in leg. quibus diebus, §. Termitius post*
principium,ff.de condit. & demonstrat. ubi Soccinus *num.50.* 10
Albericus *in dict.§.si in habitatione*, Simon de Petris *lib.4. de*
interpretat.ultim.volunt.dub.9.numer.32.cum seq. sic legatum
factum alicui ad nubendum debetur post triennium à die
ætatis habilis ad matrimonium ex Bartoli Theorica
in l.2. §. ad filiorum, Cod. quando, & quibus quarta
pars debeatur, lib.10. quæ Theorica est communis se-
cundum Franciscum Marcum *decis.683. part.1.* Simon

de Pe-

de Petris *lib.4. dub.12. num.65.* Petrus de Ravenna *singulari 95.* Corsettus *singul.47.* Crassus *in §. legatum, quæst. 46. numer.18.* Menochius *lib.4. præsumpt.199. num.19.* Marescottus *lib.1. cap.137.* Gratianus *capit.248.* ubi ait hoc
11 etiam procedere in legato facto cum conditione ingrediendi Monasterium: nam etiam talis conditio debet impleri infra triennium post transactam ætatem idoneam ad profitendum, quasi valeat argumentum de uno ad aliud, tamquam æquiparata quando est eadem ratio in utroque, nec contrarium est expressum, & interim non est privandus emolumento, sed debet habilitatem obtinere, &c. Fontanell. *de pactis nuptiarum, claus.6. glossa 3. part.4.* Giurba *ad consuetudines Messanæ, cap. 3. glossa 4. part.1. à numer. 41.* Castillus *tom. 6. controv.*
12 *capit.115.* & debet interpellari, immò debet tantum tempus excurrere, quantum sufficiat ad actum commodè faciendum, Decius *consil.2. & consil.526.* Oldradus *consil.242.* Riminald. *consil. 635. num. 55.* Beccius *consil. 105. numer.22. lib.1.* Rimin. ubi suprà, *num.48.* Cur ergo prætendit hodie D. Octavianus Carraffa hoc emolumentum, ad quod Illustrissimus Episcopus, & alii consanguinei habent tempus pro adimplemento.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CCII.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur.*
2 *Testamentum per schedulam, quæ requisita requirat?*
3 *Testamentum per schedulam requirit, ut quando declaratur fiat specifica mentio hæredis.*
4 *Testamentum per schedulam requirit ut testator dicat de sua manu scripsisse.*
5 *Schedula privata neque valet inter liberos, nisi per duos testes suscripta.*
6 *Cardinales testantur jure militari.*
7 *Militis testamentum quando, & quomodo testes requirat, & quot.*
8 *Cardinalis testamentum subjicitur legibus Canonicis, non civilibus.*
9 *Testamentum, de quo in præsenti, cum non valuerit fit locus succedentibus ab intestato.*
10 *Cardinales ob facultates, quas habent à Summo Pontifice, testantur de omnibus bonis etiam post Cardinalatum quæsitis.*
11 *Licentia testandi concessa Cardinalibus qualiter intelligatur.*
12 *Comparatio litterarum non habet locum quando exceditur libra auri.*

Dubia pro Testamento Cardinalis Carraffæ.

IL Signor Cardinale dopo haver fatto due altri testamenti, ne fece un'altro a'18. di Marzo 1654. nel quale non si fà mentione alcuna de gl'altri due.

Quest'ultimo testamento fù fatto in questa forma, cioè.

Dopo fatto un prelegato, e diversi legati instituì il suo herede universale, fù firmato di sua mano, e sigillato con il suo sigillo senza intervento di Notaro, nè testimoni; mà privatamente, e con molte horrature, & in tal forma così aperto fù posto con gl'altri due dentro un suo scrittorio.

Nel tempo della sua morte in presenza di Notaro Apostolico, e diversi Cardinali, e testimoni dichiarò, e ratificò detto testamento, che disse trovarsi nel tale suo scrittorio, come seguì dopo la sua morte, seguita a'15. di Febraro 1655.

Questo Cardinale oltre haver facoltà di testare, come gl'altri Cardinali jure militari (chè nel suo testamento non ne fece mentione) teneva ancora facoltà particolare dal Pontefice di poter disporre d'ogni sua facoltà, stabili, e mobili.

Si dubita se detto ultimo testamento sia valido con detta ratifica, stante che non fù fatto *coram Notario, & testibus, conditione*, che essentialmente in Regno si ricerca; mà se dubita in Roma dove è seguito il caso, &c.

Die 14. Februarii circa horam nonam noctis 1655.

Eminentissimus & Reverendissimus Cardinalis Petrus 1
Aloysius Carraffa jacens in lecto infirmus, sed sanæ mentis coram Eminentissimo & Reverendissimo Cardinali Brancatio, meque, &c. tamquam Protonotario Apostolico, ac Parœco Sacrista, & alios declaravit se condidisse testamentum in scriptis, illudque reperiri in quodam suo ut dixit studiolo, existente in domo suæ solitæ habitationis, seu alio loco, &c. ibique nuncupasse, & scripsisse suum hæredem, aliaque disposuisse, prout in eo; & iterum se referendo ad scripturam dicti testamenti, quam dixit non consignasse Notario, scripsit, & ore proprio nominavit illum, seu illos scriptos in illa scriptura, & habere velle illam scripturam pro suo ultimo nuncupativo testamento, ad quem, &c. utens, & uti velle declarans facultatibus testandi sibi concessis præsentibus dicto Eminentissimo D. Cardinali Brancatio, meque ac D. Jacobo Gamba filio quondam Pauli Raven. D. Abbati Marco-Antonio Perono, Matthæo Parisino Medico Physico, D. Francisco Ravizza Urbevetanens. Hieronymo Lancea Firmano, Paulo Panzirolo Barbitonsore Romano, P. Magistro Carolo Bonetto Ordinis Eremit. Sancti Augustini subsacrista. Et iterum coram eisdem testibus interrogatus ab eodem Eminentissimo Brancatio, an disposuerit de aliqua re ad favorem suæ familiæ dixit jam disposuisse, in quorum fidem die, & hora supradicta.

Ita est Fr. Thadeus Alsinus, Episcopus Castellanus, & Hortanus, Protonotarius Apostolicus, ac Sacrarii Apostolici Præfectus de præmissis rogatus, ut supra, & alias, &c.

Ego Fr. Cardinalis Brancatius, affirmo, & interfui, ut suprà, ego Jacobus Gamba affirmo, & interfui, ut suprà, ego Franciscus Ravizza testis affirmo, ut suprà, & interfui. Ego Carolus Bonettus testis affirmo, & interfui, ut suprà, ego Abbas Marcus-Antonius Perronus affirmo, ut suprà, Joann. Paolo Panzirolo affirmo, *e fui presente*, ego Matthæus Parisius Medicus Physicus interfui, & affirmo, ut suprà, *Io: Gieronimo Lancia di Fermo affermo, e fui presente come di sopra, &c.*

Testamentum hoc esse omninò invalidum nullus nega- 2
bit. Primò quidem, quia talis schedula, seù testamentum est omninò nuda ab omni fomento validitatis, & certitudinis, cum non fuerit lecta testibus, nec ab eis subscripta, signata, vel visa scribi, nec Eminentissimus Dominus asseruit cujus manu scripta esset, nec fuerit ita clausa, quin sine læsione extrahi potuerit, & permutari, nec rogitus traditionis fuerit scriptus in dorso ejusdem schedulæ, sed in folio separato, juxta tradita per DD. de quibus Gratianus *cap.973. numer.47.* & Lana *de testamentorum formulis cons.1.*

Secundò est invalidum ex alio capite, quia licet valeat 3
testamentum nuncupativum implicitè per relationem ad scripturam secretam, tamen id procedit, dummodo in traditione illius Notario, vel in alia declaratione suæ ultimæ voluntatis, non simpliciter dicat in ea contineri suum testamentum, vel suam ultimam voluntatem, prout in præsenti Eminentissimus Dominus disposuit; sed necesse est quod exprimat, & addat in ea scriptum esse suum hæredem, vel quem vult esse suum hæredem, & quod faciat mentionem explicitam de suo hærede, implicitè tamen per relationem ad dictam scripturam, quod non fecit in præsenti testator, quia in testamento nuncupativo, hæres debet explicitè, & specificè palam nominari, *l. hac consultissima 21. §. per nuncupationem, & l. jubemus 29. C. de testamentis, l. hæredes palam 21. ff. de testamentis*, Clarus *in §. testamentum, q.27.* Crassus *in §. Institutio, q.17.* Gratianus *dict. cap. 973. num.6.*

Tertiò, quia testator non dixit se sua manu scripsisse te- 4
stamentum, sed simpliciter scripsisse, an verò sua manu id non dixit, ergo non valet, ut benè Bald. *in l. captatorias, numer.10. Cod. de testamento militis*, Alexander *cons. 239. vol.6. & consil.76. vol.3. & in leg. ait prætor 5. §. si judex, numer.20.* ibi, (prout continetur in scriptura manu mea,) *ff. de re judicata*, Ruinus *in l. si ita scripsero 38.* ibi, (quæ scripsit

scripsit manu sua,) & *ibidem*, Ruinus *num.*20. Soccinus *num.*3. ibi, (ex quo testator retulit se ad certam scripturam manu propria,) Paulus de Castro *in l.hæredes palam* 2. *ff.de testamentis*, ibi, (hoc puto verum quando testator asseruit quod erat scripta sua manu alias secus,) & omnes communiter DD. apud Covarr. *in c.cum tibi de testamentis*, Raudensis *de Analogis, c.*28. *numer.*144. Faber *de erroribus pragm.part.*3.*decade* 69.*errore* 4.Merenda *lib.*3.*cap.ult.* Gratian.*c.*973. Ambrosin.*decis.*53.*part.*1. Decian. *cons.*74.*vol.*5. Afflictus *decis.*143. & omnium latissimè Cyriacus *controv. forens.tom.*3.*c.*444.*per tot.*

5 Nec inter filios facta dispositio per schedulam privatam valet, nisi probetur per duos testes, qui viderint patrem eam scribere, ut *in auth.de testamentis imperfectis*, §.1. *vers. si tamen*, Mantica *lib.*6. *tit.*2. *numer.*6. Rota apud Seraphin. *decis.*840. *numer.*6. & 853. *numer.*1. & *decis.*734. *part.*1. novissimarum Marta *de successionibus part.*4. *quæst.*7. *art.*4. *numer.*2. Bellonus *cons.*37.

6 Nec obstat quod Cardinales habent privilegium testandi jure militari, ut notant Cardinalis Albanus *de Cardinalibus, quæst.*42. §. *secundo principaliter*, Manfredus *de Cardinalibus, decis.*221. Zechius *de Republica Christiana, tit.*3. *de Cardinalibus privilegio* 11. *numer.* 9. Gratianus *cap.*312. *num.*11. Germonius *de Sacra immunitate, lib.*3. *cap.*6.*num.*66. Bagno *de S.R.Ecclesiæ dignitatibus, tract.*11. *fol.*182. contra Jasonem *in l.quamquam, Cod.de milit.testam. &c.*

7 Respondeo enim quod privilegium militum consistit circa formam, & solemnitatem testamenti, ut septem testes non requirantur, sed duo tantum, vel ad validandam dispositionem si miles testetur in castris extra conflictum belli, vel ad verificandam scripturam militis testamentum facientis in conflictu belli, ut post alios Diana *part.*5. *tract.* 2. *resol.*51. at in casu nostro nulli sunt testes adhibiti, nec ad solemnitatem testamenti, nec ad verificandam Scripturam prædictam, ergo nullo modo valebit, neque jure militari.

8 Cum enim Cardinales testantur ex facultate Pontificis, tenentur servare solemnitates Juris Canonici, non civilis, Azorius *tom.*2. *l.*4. *cap.*3. *quæst.*7. & quia jus Canonicum, ut patet ex *cap. cum esses, & cap. relatum de testamentis*, solum requirit duos, vel tres testes in testamento, propterea testamentum non valet nisi duobus, vel tribus testibus adhibitis in ipso testamento, ut notat Bagno *de dignitatibus Cardinalium, tract.*11. *fol.*180. saltem testes debent esse in illo testamento, quod habebat in studiolo, ad probationem actus, seu testamenti, ut post alios Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *quod tu Romanam, num.*22. Barbatia, *quæst.*4. *de Cardinalibus, numer.*7. si ergo in casu nostro nulli fuerant testes in testamento adhibiti, vel ad solemnitatem actus, vel ad probationem ejusdem, clarè apparet de ejus invaliditate. Immò miles qui extra castra fecit testamentum sine solemnitatibus, ducendo illum secum ad castra, ibique renovando, addendo, vel minuendo, valebit jure militari, ut notat Hunnius *in Encyclopedia juris, part.*4. *tit.*50. *cap.*........ *num.*7. in casu vero nostro non attulit Eminentiss. Dominus testamentum suum in conclavi, &c. sed declaravit per relationem ad illud, quod erat in studiolo, & consequenter nullo jure valebit.

9 Quapropter cum non valuerit testamentum prædictum, per consequens succedunt consanguinei in gradu proximiori, etiam in bonis perceptis ex Cardinalatu, quia licet antiquitus Ecclesiastici solum de bonis quæsitis ante Episcopatum potuissent testari, de quæsitis vero postea minimè, *capit.*1. *de testamentis*, & de Cardinalibus notat Azorius *part.*2. *lib.*4. *cap.*3. *quæst.*6. Cardin. Mantica *lib.*9. *de conjecturis, tit.*7. *num.*19. Crassus *in* §. *testamentum, quæst.*34. Molina *de justitia, tract.*2. *disput.*147. *conclus.*1. Genedus *ad decretales collect.*145. Pareja *tit.*5. *resolut.*5. nunc vero posita licentia Cardinalibus, ut possint testari clarè apparet dispositionem etiam de bonis quæsitis postea esse validam, ita Germonius *de indultu Cardinalium*, §. *quod tu Romana, &c.* quod si contingat mori ab intestato vel cum minus legitima dispositione, ac invalida, vocantur consanguinei in gradu proximiori, vigore facultatis testandi, solita concedi Cardinalibus, de qua Corradus *lib.*10. *de dispensat. cap.*20.

11 Et licet in licentia testandi solita concedi Cardinalibus dicatur, ut quomodocumque disposuerit, etiam per schedulam manu sua factam valeat dispositio, tamen debet constare de manu Eminentissimi Cardinalis testatoris saltem per duos testes ibi subscriptos, quia non potest prodesse comparatio litterarum, quæ nunquam locum habet, quando causa, quæ disceptatur excedit valorem unius libræ auri, ut in *Auth. at si contractus, Cod. de fid.instrum.* Angelus *in Auth. de instrumen.caut. num.* 4. Ancharan. Junior *quæst.*57.*num.*13. & *quæst.*62.*numer.*10. & 11. *lib.*2. Riminald. Junior *cons.*418.*num.*44.*vol.*2. Ambrosin.*decis.*13.*num.* 31.*part.*1. Ciriacus ubi suprà, *num.*91. Cujus textus dispositio per sacros canones non est alterata, unde stat in viridi observantia, argumenta Textus *in cap.*1. & 2. *de novi operis nunciatione*, ubi DD. communiter. 12

Quare, &c.

*In hoc eodem articulo legas in puncto pro testamento Cardinalis Tabernæ omninò videndum Andriolum, tom.*4. *controv.*309.

DISCEPTATIO CCIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Juspatronatus præsumitur hæreditarium, quando non constat de fundatione.*
3 *Successio in Jurepatronatus fit in stirpes quando est hæreditarium, in capite quando est gentilitium.*
4 *Præsentatus à majori parte Patronorum qualiter instituendus.*
5 *Major pars Patronorum quando, & qualiter dicatur.*
6 *Juspatronatus in dubio transit ad omnes hæredes.*
7 *Descendentes ab uno stipite totam vocem repræsentant.*
8 *Arbores, in quibus fundatur descendentia, offeruntur in præsenti.*
9 *Descendentes ex pluribus stipitibus in stirpes succedunt.*
10 *Sententia Archidiaconi Viciæquensis venit annullanda, ex rationibus, de quibus in præsenti.*

ARGUMENTUM.

Juspatronatus, quod aliud est hæreditarium, aliud gentilitium diversos causat modos succedendi scilicet in stirpes, & in capita. Præsentatus à majori parte Patronorum ab uno stipite descendentium qualiter sit instituendus. In dubio hæreditarium non gentilitium præsumitur. Plures arbores adducuntur fundantes descendentiam in præsenti. Archidiaconi Viciæquensis sententia, de qua hic, utpote nulla est irritanda.

VICIÆQUENSIS

Jurispatronatus.

Reverendissime Domine, In causa jurispatronatus, & institutionum Cappellarum S.Petri, & S. Margaritæ, ac S. Laurentii Diœcesis Viciæquensis, visa sententia lata per Archidiaconum ejusdem Comitis, necnon visis arboribus fundantibus descendentiam, & existentiam jurispatronatus illorum de Stajanis, ad præsens vacantis per obitum quondam Domini Matthæi Stajani illius ultimi Rectoris, & Beneficiati, puto non benè fuisse sententiatum per Archidiaconum prædictum in favorem Reverendi Domini D. Hectoris tamquam præsentati à majori parte Compatronorum, idque ex eo, quia controversiæ status, de qua in præsenti, consistit in videre, utrùm hoc juspatronatus sit hæreditarium, vel gentilitium, quia si sit gentilitium, sententia Archidiaconi valida est, si vero sit hæreditarium, tunc sententia Archidiaconi est infirmanda, quod quidem, ut clarè appareat. 1

Probatur primò, quia ubi non constat de fundatione, juspatronatus non gentilitium, immò hæreditarium præsupponendum est, ut ex Leone Papa *in Canone si forte* 36. *dist.* 2

*dist.*63. & ex Concilio Lateranensi 3. *in cap. quoniam de jurepatronatus*, & ex Clemente V. *in Clementina plures de jurepatron.* quo quidem casu jura disponunt, ut præsentatio fiat ab hæredibus, cæterisque de familia, sive effectiva, sive contentiva in stirpes, & non in capita, ideſt ut
3 non sint tot voces, quot sunt personæ, quæ nunc præsentant, sed ut tot sint personæ, tot suffragia, seu vota, quot sunt primi stipites, quos ipsæ personæ nunc viventes repræsentant, sic ex juribus citatis colligitur, post quæ jura sic DD. omnes, nemine discrepante, sentiunt, de quibus Episcopus Maranta *part.*5. *suorum responsorum*, *responso* 81. *numer.*34. *cum seqq.* immò dixerat priùs Rota penes Vivianum *de jurepatronatus*, *lib.*4. *capit.*9. *numer.* 18. *& seqq.* penes Marantam *numer.*11. *supra citato cum seqq.*
4 Præsentatus ergo à majori parte Patronorum, qui sunt in quasi possessione præsentandi instituì debet ab Episcopo, juxtà supradicta ponderata per Episcopum Marantam *part.* 5. *responso* 29. 45. 48. 102. *&* 104. sed illa dicitur major
5 pars, quæ consideratur, habito respectu ad primos stipites, quos ipsi præsentantes repræsentant, non verò habito respectu ad personas actù præsentantes; ut benè Dominus meus recolendæ memoriæ, & Præceptor Episcopus Viciæquensis D. Riccius *in praxi rerum quotidianarum resolut.* 173. Barbosa *in d. cap.*3. *de jurepatr. numer.*4. D. Maranta *part.*3. *respons.*14.
6 Probatur secundò, quia juspatronatus esse hæreditarium potiùs præsupponitur, quàm gentilitium, & sit transitorium ad quoscumque hæredes etiam extraneos, nisi ex fundatione, vel aliunde contrarium appareat, ut dicitur Rota *part.*1. *decis.*707. *numer.*8. *&* 756. *part.*2. *in recent.* & alibi plures, quod latissimè fundavi in illa Casertana jurispatronatus de Grauso, quam me citato, refert Episcopus Maranta *tom.*5. *respons.*61. *num.*2. quod prius di-
7 xerat Gratian. *capit.*567. & apud Seraphin. *decis.*456. in quo casu descendentes ab uno integram vocem habent, & ab illa minor pars dicitur absorberi, licèt minor pars sit pro alio stipite, Lambertin. *de jurepatron.* 2.*part. lib.*1. *qu.* 1. *artic.*27. *fol.*295. *& part.*3. *lib.*2. *quæst.*4. *principali*, *fol.* 439. ubi fundat descendentes ab uno habere integram vocem, & ab illa absorberi minorem partem, quòd sequitur Vivianus *lib.*12. *de jurepatron. cap.*8. quia qui habet majorem partem unius stipitis habere totum stipitem etiamsi adsit contradictio minoris partis, quia major pars absorbet majorem partem, Rota apud Cavaler. *decis.*519. & dixi apud illam de Grauso penes Dominum Marantam *tom.*1. *controv.*61. *numer.*67. & rogo videri dictum Dominum Marantam *part.*6. *respons.*73. qui post fundatum in jure, quod juspatronatus defertur quando fuerit hæreditarium ad descendentes in stirpes facit plures arbores, omnium descendentium à fundatore, & sub primis descendentibus collocat omnes alios descendentes inferiores, quasi quod omnes sub uno capite, tamquam sub uno stipite, collocentur pro una voce; quo posito.
8 Septem arbores, seu quatuor stipites descendentes à Fundatore hujus jurispatronatus in præsenti habemus, ex prima arbore stipitem habemus Joannem Stajanum, sub quo stipite continentur illi omnes, qui sub eadem arbore sunt collocati. Secunda arbor fuit Dominici, aliàs Minichelli Stajani: Tertia Joannis Dominici, sub quibus continentur illi, qui sub eisdem collocantur. Quarta arbor fuit Andreæ Stajani continens illos, de quibus ibi. Quinta arbor fuit Catelli Stajani, ex qua descenderunt illi sub eadem arbore collocati. Sexta fuit Bononni Stajani, & ultima Hieronymi Stajani, sub quibus continentur omnes, qui oculari inspectione ibi videntur, prout in simili suas arbores, stipitesque proposuit jurepatronatus Aversanæ
9 Diœcesis Dom. Episcopus Maranta *part.*4. *respons.*66. dicens, quod illi omnes, qui ex dictis stipitibus nascuntur, dicuntur succedere in stirpes, eosdem stipites repræsentantes, unde non sunt attendendi pro majori parte suffragiorum illi, qui actu præsentarunt, quia vox illorum de Catellis unica est in pluribus divisa personis, sic illa Hieronymi, Bonanni, Andreæ, Joannis Dominici, & aliorum quo casu videndum est, utrùm in repræsentatione prædictorum primorum stipitum sint suffragia majora pro illo, pro quo Archidiaconus sententiavit, vel non, video sa-
10 nè, quòd si personas de per se consideremus, & in capita admittamus, sententia Archidiaconi valida est, sed quia jura nos docent non in capita consideranda esse suffragia, sed in stirpes, ut suprà dicebamus, quibus addo eumdem Dominum Episcopum Marantam *part.*4. *respons.*27. 39. 66. omninò videndo, & 67. propterea infirmandam esse sententiam Vicarii, quia si in stirpes considerentur suffragia, non est sustinenda sententia Archidiaconi, ut in facto appositæ.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CCIV.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur, & disputatur.*
2 *Motiva facti adducuntur.*
3 *Albaranum, de quo in præsenti nullam continet simoniam.*
4 *Pensio consideratur à Rota, ut quid temporale.*
5 *Remissoria conceditur in solutione pensionis.*
6 *Pensio diminui potest, redimi, vel cassari, sine authoritate Apostolica.*
7 *Pensio extinguitur authoritate Apostolica, quando pensionarius contraxisset debita super ea.*
8 *Pensionarius pro pensione decursa agit tam contra successorem in titulo, quàm contra hæredes beneficiati extincti.*
9 *Pensionarius conveniri petest successorem in beneficio, via executiva, & quando.*
10 *Pactum factum juri conforme, non continet simoniam.*

ARGUMENTUM.

Albaranum factum inter renuntiatarium, & pensionarium beneficii, ut in casu sequutæ renuntiationis pensio extinguatur, validum est, nec simoniam continet. Pensio extingui, cassari, & annullari potest, sine authoritate Apostolica, & remissoria conceditur à Rota in causis pensionum. Pensionem decursam potest consequi pensionarius, tum à novo titulari, tum ab hæredibus beneficiati.

ARIANENS. PRÆTENSÆ simoniæ,

PRO

D. Thomæ de Pirellis.

A *Di* 12. *del mese di Decembre* 1670. *in Ariano con il presente Albarano, come si fusse publico instrumento* omni solemnitate vallato, &c. *dichiarano noi D. Tomaso de Pirellis, il Clerico Vicenzo Caggianella della Regia Città di Arriano essendo venuti d'accordo frà di noi, come ogni volta, che detto D. Tomaso ottennerà rinuncia del Canonicato della Cattedrale di questa Città da D. Ferrante Passare, sopra il quale Canonicato vi sono* 24. *scudi annui di pensione a beneficio di detto Clerico Vicenzo Caggianella, sia tenuto, e promette detto Clerico Vicenzo, pagando esso D. Tomaso ducati* 130. *al detto Caggianella pensionario estinguere detta pensione di detti scudi* 24. *annui, per li quali hà vertuto, e verte lite contro detto Don Ferrante, & esso Don Ferrante ne stà scommunicato ad'istanza di detto Clerico Vicenzo, delli quali scudi* 130. *detto Clerico Vicenzo ne riceve in moneta d'argento* 40. *e gl'altri scudi* 90. *a compimento promette detto D. Tomaso pagarli in questo modo* 28. *scudi* 40. *fra un'anno decorrendo da hoggi, e gl'altri scudi* 50. *a compimento s'obbliga, seu promette detto D. Tomaso cacciare indenne, & illeso detto Clerico Vicenzo da un Capitale di consimil summe, e suo annuo reddito, che tiene sopra le sue robbe d'altra venerabile Cappella del Santissimo Corpo di Cristo di questa Città, e promette havuta, che haverà la possessione di detto Canonicato pagar le terze & accollarsi detto Capitale, con patto, che sia tenuto detto Caggianella ad ogni Iustitia, di detto D. Tomaso far procura, o altra sicurtà necessaria per presentarsi in Roma, per ottenere la cassatione, & estintione di detta pensione.*

E perche al presente detto D. Ferrante stà escommunicato per detta pensione, affinche possa far legitimamente detta renuntia, promette detto Clerico Vicenzo spedir procura, che sia detto D. Ferrante assolto cum rei incidentia, *per poter fare legitimamente detto atto di renuntia*, & non aliter, nec alio modo; *che però ad nostram Cautelam d'ambe le parti n'havemo fatto servire il presente Albarano di mano del sottoscritto presente Notaro firmato di nostre proprie mani roborato con li sottoscritti Testimoni.*

Io Clerico Vicenzo Caggianella conf. ut suprà.
Io D. Tomaso di Pirellis conf. ut suprà.
Io D. Gioseppe di Leone sono test.
Io Dottore Gioseppe di Liene sono test.
Io Antonio de Auxiliis sono test.
Io Gioseppe Ciano sono test.

2 Die 23. Decembris 1670. D. Ferdinandus Passarus Canonicus Cathedralis Ariani rennntiavit ad beneficium D. Thomæ de Pirellis, suum Canonicatum liberè cum onere tamen solvendi scuta 24. annua pensionis, quæ prius debebat dictus Canonicatus Vincentio Caggianella, pro quo expediuntur Bullæ à Dataria Romana cum eodem onere pensionis; Bulla committitur exequenda Vincentio Generali ejusdem civitatis Ariani, qui possessionem dedit noviter Proviso, & die sequenti mandavit, atque ordinavit D. Thomæ de Pirellis, ut non accederet ad chorum, sub prætextu, quòd in renuntiatione Canonicatus intervenisset Simonia; unde sunt duo motiva Vicarii; primum, quòd Albaranum, de quo supra factum inter D. Thomam de Pirellis renuntiatarium, & Clericum Vincentium Caggianella pensionarium contineat Simoniæ labem; Secundum verò motivum Vicarii est, quòd dum tractaverit D. Ferdinandus Passarus renuntiare Canonicatum prædictum cum certis quibusdam personis, priusquam renuntiasset D. D. Thomæ pluries dixerit se renuntiare velle cum onere, ut Resignatarius redderet indemnem, & illæsum dictum renuntiantem à præteritis pensionibus decursis eidem Caggianella debitis, immò etiam pro futuris, supponendo D. Ferdinandum per plures annos pensionem non solvisse sub diversis prætextibus, ut quòd non deberentur, & per hoc fuerat excommunicatus ab Auditore Cameræ, cujus negotii litteras missivas conservat Vicarius scriptas ab eodem D. Ferdinando, dum cum aliis negotiabatur, in quibus, ita dicitur: *(Il mio Canonicato lo dò a chiunque si accommoderà con il Caggianella, tanto per il passato, quanto anco per il futuro, dovendone cacciare indenne, & illeso, però chi preverrà, otterrà il Canonicato,)* unde duo disputanda sunt in præsenti.

Primum si dictum Albaranum contineat Simoniæ labem.

Secundum, si dictum tractatus factus inter dictum D. Ferdinandus cum aliis primo loco ex dictis litteris collectum potuisset nocere dicto D. Thomæ, in quibus expressè apparet liberè negotiasse, cum onere tamen dictæ pensionis primo loco existentis.

3 Circà primum de Albarano, quod nullam continuerit Simoniam, liquidissimè probabo, quia dictum pactum tunc contineret Simoniam, quando promitteret majorem solvere pensionem, quam beneficium ferret, ut bene Regens de Marinis *tom.2. cap.171. numer.3. & 4.* quem refert,
4 sequitur Tondutus *de pensionibus, cap.17. num.22.* sed quia Rota Romana consideravit semper pensionem, tamquam quid temporale, & separatum à titulo beneficii, nihil habens spiritualitatis, nec connexionis cum dicto titulo beneficii, juxta notata per Verallum *decis.99. part.1.* per Ludovisium *decis.403.* ideò in controversiis, quæ versantur 5
circa solutionem pensionis, Rota solet concedere remissoriam ex *decis.* Merlini 732. Buratt. 369. per quod fit, prædictum Albaranum, in quo solum tractatur de illa eadem pensione existente solvenda Vincentio Caggianella, nullam continere labem Simoniæ.

Quod ulteriùs patet, quia secundùm veram sententiam, 6
de qua Tondutus ubi suprà, *numer.15.* pensio potest redimi, minui, vel cassari, sine auctoritate Apostolica, ut pluribus citatis tenuit Rota coram Buratto *decis.469.* & ibi additio *litt.A*, *& in decis.528.* ubi tamen hoc limitatur in casu, quo fieret pactum, quòd diminutio esset nulla, & pensionarius remaneret in suo pristino jure, casu, quo non adimplerentur promissiones factæ per titularem, quia tunc non posset pensio semel extincta reviviscere, nisi interveniente nova auctoritate S. Pontificis, prout melius explicatur *in dictis decisionibus 469. & 528.* Cum ergo in casu nostro nihil tale contineat Albaranum, de quo suprà, nil mirum est me dixisse nullam continere labem Simoniæ, ut bene Tondutus ubi suprà.

Neque dicatur, quòd ad Datariam Romanam recurrendum est pro quocumque tractatu, sine extinctione 7
pensionis, jnxta notata per Modernum de stylo Datariæ *cap.27.* quia respondeo, tunc ad Datariam esse recurrendum pro extinctione pensionis, quando pensionarius contraxisset debita super pensione, quia tunc in præjudicium Creditorum suorum de stylo Datariæ recurritur ad eamdem, juxta notata per Salgadum *in laberintho, part.1. cap.43. num.45.* per Lotterium *de re benefic. lib.1. cap.42. numer.19.* & novissimè, per Tondutum *cap.21. à num.25. cum seqq.* in casu verò nostro nihil tale continet Albaranum, nullam ergo Simoniæ labem dicitur continere.

Circa secundum verò motivum Vicarii, nullam habere 8
subsistentiam, clarissimè apparet, quia D. Ferdinandus Passarus renuntians, dum pactum fecit cum D. Th. de Pirellis renuntiatario de solvendo pensionem Clerico Vicentio Caggianella fecit id, quod omni jure permissum est, quia Pensionario Caggianella pro sua consequenda pensione, posito quòd pensio est auctoritate Pontificia roborata, potuisset agere, tum contra D. Thomam titularem, tum etiam contra hæredes D. Ferdinandi Passari renuntiantis, ut Rota semper decidit, ad notata per Verallum *decis.266. part.1.* & licèt teneatur facere diligentias contra Titularem, ut possit ire contra successorem in titulo, tamen sua est electio, ut possit contra utrumque agere, juxta notata per Tondutum *c.11. per totum*, unde si antecessor non solverit 9
pensionem, dantur pensionario remedia possessoria contra successorem in beneficio, quando est in possessore exigendi, Rota penes Puteum *decis.150. lib.3.* post Guid. Pap. *decis.629.* ita sequitur, Tondut. ubi suprà *num.8.* Hoc ergo est, 10
quod voluit facere D. Ferdin. Passarus, dum renuntiavit D. Th. de Pirellis, scilicet ut illud, ad quod tenebatur D. Thomas in electionem Clerici Vincentii Caggianella pensionem exigere, tum à d. D: Thoma, tum ab hæredibus D. Ferdin. Passari, vel ab eodem renuntiante, reducere in pactum, reservando indemnem, & illæsum, ut dicitur in Albarano: nullam ergo continet Simoniæ labem.

Quare, &c.

ILLV-

ILLUSTRISSIMO DOMINO MEO,

MARCHIONI CARIFI
ANTONIO CAPIBLANCO,
NOSTRI COLLATERALIS
Consilii à latere, ac Digniss. Delegato Regalis Jurisdictionis, & Sacri Hospitalis Incurabilium.

GRave onus mihi esset Illustriss. Marchio, si in enumerandis laboribus à Te susceptis pro Austriacæ Monarchiæ servitio vellem Te laudare, at partis, tuam describendo defatigatam vitam mentionem feci, in Epistola approbatoria primi tomi annotationum ad tuum doctissimum Genitorem, licèt ex Incuria Impressoris, non distinctæ imò cum opere confusæ dictæ sint additiones. Nunc verò cum primum te proponente, & Excellentiss. Dom. Petro de Aragonia jubente, ad Sacrum, & Regale Hospitale Incurabilium gubernandum accessi, tua qua soles diligentia, industria, zelo, & charitate illum gubernare, jussisti mihi, ut jura, & prætensiones, quas habere posset Sacra Domus prædicta super hæreditate quond. Tiberii Coppulæ hodie repræsentata à DD. de Jovino, & Lagni, diligenter considerarem, & ut oneri injuncto satisfacerem, habui processum præ manibus, ac consideratis testamenti verbis, & visa illa erronea dimissione hæreditatis facta per nostros Gubernatores antecessores, & si alioquin dignissimos, mirari non desivi factum prædictum, volui etiam videre scripta majorum, & unum habui, quod dictum fuit factum fuisse, à quond. Domino Consiliario Joanne Baptista Jovino, habui aliud scriptum pro eisdem contra Sacram nostram Domum à Dom. meo Francisco Antonio Andreasso confectum, pro parte nostræ Sacræ Domus, unum vidi sub incerto nomine Authoris, ego, ut illis responderem, & pro Sacra Domo jura allegarem; assumpsi hanc methodum, & septem capitibus totam explicabo materiam. Primum erit caput *circa fructum*. Secundum erit, *an, & quando casus omissus habeatur pro omisso*? Tertium Caput, *an in conditionalibus dispositionibus detur extensio de casu ad casum*. Quartum erit caput, *an in substitutionibus detur extensio de casu ad casum*. Quintum erit caput, *respondere ad argumenta, & jura Dom. Francisci Antonii Andreassi contra Regale nostrum Hospitale*. Sextum erit caput, *jam quod impugnavi Adversarii scriptum, illud referre de verbo ad verbum, ut videas pro quo jura meliora faciant*. Ultimum erit caput, *adducere punctualem decisionem Rotæ Romanæ pro causa, quam defendimus*; & in his omnibus remitto me tuo purissimo judicio, spectabat autem ad te recurrere hoc opus, qui sicut mihi primo jussisti, sic à te tota mea pendet oratio; Accipe libenter opusculum hoc te jubente dispositum, & scriptum ad majorem tamen Dei gloriam, & nostræ Sacræ Domus indemnitatem, ac animæ illius miseri Tiberii Coppulæ sublevationem, qui ex hæreditate quadraginta mille ducatorum, verisimiliter credo nullum usque adhuc habuisse suffragium. Vale.

DISCEPTATIO CCV.

SUMMARIUM.

PRIMI CAPITIS CONTINENTIS factum, de quo agitur.

1 *Testamentum quondam Tiberii Coppulæ factum de anno 1634. adducitur fol. 5. & per extensum 119. & 120. à terg.*

2 *Secunda substitutio facta per Tiberium adducitur, fol. 6. à terg. & 120. à terg. in fine.*

3 *Tutoris, & Curatoris datio in testamento per Tiberium offertur, fol.120. à terg. ult. riga, & fol.121.*

4 *Prohibitio nuptiarum uxori facta per Tiberium asseritur, fol.121. in fin. & à terg.*

5 *Facultates Tiberii, ad quam summam ascenderint, constat ex inventario, fol.27. à ter. & testamento d. fol.119.*

6 *Comparitio D. Angelæ Rummo in Vicaria post filiæ mortem, fol.73. à terg. in fine, & 74. & fol.128.*

7 *Contradictio facta Angelæ Rummo affertur, fol.37. à terg. & 38. à terg.*

8 *Petitio Angelæ Rummo de anno 1636. declarari hæredem ab intestato suæ filiæ, & mariti, fol. 38. à terg. litt. B.*

9 *Sequestratio hæreditatis quondam Tiberii adducitur primo loco facta, ad petitionem S. Hospitalis, fol.13. & seq.*

10 *Compromissum factum inter illos de Coppula, & Angelam Rummo, fol.132. à terg. & seq.*

11 *Laudum primo loco factum de anno 1639. per D. Carolum Carbonem, fol.133. & fol....*

12 *Laudum secundum per eundem D. Carbonem factum affertur, fol.134. & à terg.138. à terg.139. & 140.*

13 *Hæres declarata Angela Rummo de an.1639. vigore dicti laudi legitur fol.14. à terg. litt. A, & 15. in princ.*

14 *Angela mortua, fuit hæres declarata D. Theresia Iovino, fol.15. & à terg. & 130.*

15 *Libelli simplicis memorialis porrectio Gubernatoribus S. Hospitalis per quondam Consiliarium Ioannem Baptistam Iovinum de anno 1641. fol.41. signo Crucis 46. & à terg.*

16 *Relatio facta suis consociis per quondam D. Aloysium Gamboam miserè deceptum, fol.46. à terg. & 47.*

17 *Conclusio Gubernatorum S. Hospitalis offertur, fol.46. à terg.47. & à terg.*

18 *Petitio D. Iovini die 2. Maji 1658. in M.C.V. pro decreto intestationis expeditum capiatur informatio, fol.42. & 43. in princ.*

19 *Testium depositiones, quod expedit sub die 2. Maji 1658. adducuntur, fol.49. à terg. 50. & 51.*

20 *Decretum M.C.V. pro intestatione in faciem D. Iovini, totius hæreditatis Tiberii, fol.51. à terg. litt. A.*

21 *Dotis constitutio de anno 1658. D. Theresiæ Iovini, fol. 85. & seqq.*

22 *Comparitio Gubernatorum de ann.1666. coram Spectab. D. Regente Galeota, tunc dignissimo Delegato, pro immissione in bona Tiberii, &c. folio 1.*

23 *Sequestratio facta super effectibus quondam Tiberii, fol. 18.20.22.24. & 311.*

24 *Comparitio coram delegato pro expeditione causæ, fol. 76. & à terg. & 78.*
25 *Tutorum de Lagni comparitio, & commissionis procuratio in S. C. coram D. meo D. Thoma Caravita, fol. 81.*
26 *Rescriptum obreptitium à parte obtentum, fol. 82.*
27 *Gubernatores Sac. Hospitalis inhærent commissioni S. C. fol. 97.*
28 *Comparitio Gubernatorum pro complemento justitiæ coram D. Caravita, fol. 102. & à terg. & 103. in princ.*
29 *Monitio super omnibus hinc inde prætensis, fol. 105.*
30 *Præceptum parti adversæ, ut præsentent articulos eorum prætensionum.*
31 *Articuli continent substitutiones Tiberii, non potuisse sustineri; Laudum factum per D. Carbonem, Decretum præambuli expeditum ad beneficium Angelæ Rummo ab intestato: finitum jam negotium per Gubernatores, decretum circa vinculorum extinctionem, alias sequestrata bona, & sequestrum ablatum, &c. fol. 118. & 119. 110. 111. & 112.*
32 *Decretum Domini Causæ Commissarii, quod Gubernatores, incurabilium procuernt expeditionem causæ, aliàs tollatur sequestrum, fol. 114. à terg.*

FACTI ET JURIS allegationes,

PRO

Sacro, & Regali Hospitali Incurabilium hujus Civitatis.

CVM

Hæredibus quondam Consiliarii Joan. Baptistæ Jovini, & quond. D. Caroli Lagni.

Commissarius Dom. meus Consiliarius D. Thomas Caravita.

Caprilis Act. Mag.

CAPUT I.

A 29. di Novembre 1634. Tiberio Coppola ordinò il suo ultimo testamento, nel quale fe la seguente institutione d'heredi, e legati videlicet.

1 *E Perche l'Institutione dell'herede è capo, e principio di qualsivoglia testamento, senza la quale il testamento si dice esser nullo. Per tanto io predetto Testatore lascio, nomino, e so con mia propria bocca miei heredi universali, e particolari Cecilia, e Vittoria Coppola mie figlie legitime, e naturali, nate da me predetto Testatore, e la Signora Angela Rummo mia carissima consorte, cioè ogn'una di esse* pro æquali parte, *& portione sopra tutti, e qualsivogliano miei beni mobili, stabili, oro, argēto, intrate, recoglienze, nomi di debitori, & altro, che à me predetto Testatore mi compete, e può competere in futurum in qualsivoglia modo, eccetto dall'infrascritti legati, e fideicommissi nel presente mio testamento, contenti, e declarati, con conditione però, che dette mie figlie, & heredi habbino dare, e pagare ogn'anno à Giovanna Mavi, & al Reverendo D. Francesco Coppola miei carissimi madre, e fratello vita loro durante ducati quatrocento, & altri ducati cinquanta per inferta,* videlicet, *ogn'uno di essi per la sua metà. E con altra conditione, che pervenendo dette mie figlie in età perfetta, voglio, che il detto Rever. D. Francesco Coppola mio fratello carnale, le habbia à collocare in matrimonio, e darle in sussidio de' loro maritaggi à ciascheduna di esse ducati sei milla in contanti, ò vero tante compre, che si ritroveranno nella mia heredità allora fatte. E volendosi monacare in alcun Monasterio, seu conservatorio, voglio, che se li diano ad ogn'una di esse per dote ducati mille di contanti, e farsi tutte le spese necessarie per loro monacato, & anco annui ducati cento per ciascheduna di esse, vita loro durante, oltre della portione delle doti materne spettantino. E questo tanto se dette mie figlie si collocassero in matrimonio, quanto si monacassero siano, & debbiano essere per ogni loro parte, portione, legitima, e supplimento di legitima, e successione, che li compete, ò potesse competere in futurum nella mia heredità, in li quali ne li instituisco heredi, e particolari. E voglio, che in detti casi, e ciascheduno di essi dette mie figlie siano prive di detta heredità, e quella vadi in beneficio della sudetta Angela Rummo mia cara moglie, guardando però il mio letto viduale, e ne la instituisco mia herede universale, e particolare, guardando però detto mio letto viduale, ut suprà, la quale sia tenuta, & obligata anco pagare à Giovanna Mavi, & al Rev. D. Francesco Cappola miei amatissimi madre, e fratello carnale ogn'anno vita loro durante annui ducati quattrocento, e ducati cinquanta per l'inferta, cioè ogn'uno di essi per la sua metà. Però passando detta mia moglie ad secunda vota, voglio, che similmente di detta mia heredità ne sia priva, mà ci succedano, e debbiano succedere in essa li predetti Giovana Mavi, e Rev. D. Francesco mia madre, & fratello ogn'uno di essi pro æquali parte, e portione, e ne le instituisco heredi universali, e particolari, della quale ne siano usufruttuarii loro vita durante, e dopò la loro morte detta mia heredità sua, e debbia essere della Chiesa dell'Incurabili di questa Città di Napoli, la quale similmente allora ne la instituisco herede universale, e particolare sotto conditione, che detta Chiesa dell'Incurabili sia tenuta, & obligata pagare, cioè ducati mille ad Andrea Coppola mio nepote carnale pro una vice tantum, & annui ducati trenta ad Isabella, & Vittoria Coppola similmente mie nepoti, ad ogn'una di loro annui ducati quindeci vita loro durante, e fare celebrare nella sudetta Chiesa dell'Incurabili una messa il dì in perpetuum per l'anima mia, e quella si debbia notare in tabella, Sistente in loro Sacrestia, e far memoria in una pietra marmorea di detto obligo, e quella affigerla in uno muro di detta Chiesa, acciò sia ad futuram rei memoriam, e non si manchi dall'obligo predetto fol. 119. & 120. à terga.*

Item voglio, che se dette mie figlie, ò alcuna di esse morissero dopò il lor accasamento senza figli legitimi, e naturali dal loro corpo legitimamente descendentino di detta loro dote non ne possano testare, e disponere solo ducati tre milla per ciascheduna, e nelli remanenti succedano detti miei heredi nel modo, ut suprà, fol. 120. à terg. in fine. 2

Item lascio, che mentre dette mie figlie perverranno in età perfetta, e si maritassero, ò monacassero, lascio tutrice, & pro tempore Curatrice delle persone, e beni delle dette mie figlie, & heredi la medesima Angela Rummo, e donna, domina, e patrona, & usufruttuaria di detta mia heredità guardando il mio letto viduale, e trà tanto quello guarderà non sia tenuta darne conto nissuno della administratione di detta tutela. Però passando ad secunda vota, lascio Tutori, & pro tempore Curatori delle persone, e beni di dette figlie le, dette Giovanna Mavi mia Madre, e Rever. D. Francesco Coppola mio fratello carnale, & il Rever. D. Gio. Antonio Calefano mio fratello consobrino conjunctim, li quali siano tenuti, & obligati dar conto di d. administratione di tutela, e per sopraintendente di detta Tutela lascio Tomaso d'Aquino, il quale habbia da intervenire in tutti li negozii che occorreranno nella mia heredità, fol. 120. ult. riga, & 121. 3

Item voglio, ordino, e comando, che d. Angela mia moglie passando ad secunda vota se li diano solum le sue Doti nel modo mi sone state consignate con l'Antefato da lei guadagnato, & anco ducati mille de contanti pro una vice tantum subbito che passasse ad secunda vota, e questo in segno d'Amorevolezza, e suo ben servire, fol. 121. in fine, & à terg. 4

Morto detto Tiberio nel mese di Decembre di detto anno 1634. nel medesimo tempo comparse in Vicaria la d. Angela Rummo sua moglie, e dimandò spedirsi il præambolo in beneficio di dette Cecilia, & Vittoria Coppola, figlie, & heredi instituite da d. Tiberio cum beneficio legis, & inventarii, e la tutela di quelle confirmarsi in sua persona, juxta la forma del testamento predetto, fol. 73. e per la Vicaria dette Cecilia, & Vittoria furno dichiarate heredi di d. lor padre, servata forma d. testamenti, e la tutela delle medesime, fù confirmata in persona di essa Angela madre, quæ adimpleat, come dal decreto del preambolo, d. fol. 73. à terg.

In esecutione del qual decreto d. Angela fè l'inventario di tutti li beni di d. defonto, ut *à fol. 27. ad 37.* & à lettura di quello, n'appare esservi remasti duc. 40. m. in circa di facoltà, & di più se obligò de benè, & fideliter administrando in forma fol. 27. 5

A De-

6 A Decembre 1635. presentò comparsa in Vicaria d. Angela, dove asserendo, che era morta Vittoria sua figlia in infantili ætate, & da d. Tiberio padre non era stata fatta substitutione in caso di morte di dette sue figlie, fè instanza tanto proprio nomine, quàm Tutorio nomine di d. Cecilia superstite dichiararsi lei herede pro medietate ab intestato di d. Vittoria, e la d. Cecilia sorella *pro alia medietate ab intestato*, *fol.73. in fine*, *&* 24. & per la Vicaria capta informatione, s'ordinò *quod intimatis D. Francesco Coppola, & Ioanna Mavi fratre, & matre Testatoris providebitur*, *fol.37. ult. riga*, *& à tergo, in princ.*

7 Adverso del quale decreto la d. Angela ne ottenne M. G. *verbum faciat in S. C.* come dalla supplica con la Regia decretatione, fol.37. à tergo & 38. si fè la monitione, *ad audiendum relationem*, *in S. C.* ad instanza di d. Angela, intimandosi detti D. Francesco, & Giovanna, fol.38. à tergo.

8 Et non fatta la parola à primo d'Aprile 1638. d'Angela comparse penès acta, & dimandò dichiararse herede ab intestato di d. sua figlia, & di d. Tiberio suo marito, dicendo, che li detti D. Francesco, & Giovanna stimavano haver interesse, potevano assistere nella interpositione del preambolo, & si notificorno con la monitione li detti D. Francesco, & Giovanna, fol.38. à tergo, e non ne seguì altro.

9 E ritrovandosi sequestrata l'heredità di d. quondam Tiberio Coppola ad instanza della Casa Santa, e Sacro Hospitale dell' Incurabili ultimo herede universale, e particolare instituto da d. Tiberio, come di sopra per decreto del quondam Spettab. Carlo Tappia Marchese di Belmonte Delegato di d. Santa Casa, & Hospitale delli 2. d'Agosto di d. anno 1638. fù ordinato, che li duc. 8910. debiti dal quondam Bartolomeo d'Aquino à d. quondam Tiberio, come dall'inventario, fol.32. litt. A, e dal d. Bartolomeo depositati nel Banco di Santo Jacobo, si convertessero in compra con la Regia Corte à beneficio delli heredi di d. quondam Tiberio, con vincolo, che nel tempo della ricompra s'havessero à depositare in Banco, per convertirnosi in altra compra, servata la forma del Testamento, di d. quondam Tiberio, col consenso delli Governatori di d. Hospedale, & non altrimente, come si legge dalla partita del patrimonio, *fol.13. & à terg. & 14. in princ.* Così come di d. denaro ne fù fatta compra di tanti fiscali nella Provincia di Terra di Bari con d. vinculo, d. fol.13. & seqq. ad instanza delli Governatori della Casa Santa dell' Incurabili, stipulando l'instrumento di d. compra l'Ill. Marchese d'Anzi Governatore di d. Casa Santa, deputato dal d. Spettab. Regente Tappia, fol....

10 E nell' anno 1639. ritrovandosi morta d. Vittoria altra figlia di d. Tiberio, & passata ad secunda vota d. Angela Rummo con il Dottor Gio. Battista Jovino, primo che morisse d. Vittoria litigandosi nel S. C. trà detti Angela, & detto D. Francesco Coppola, & Giovanna Mavi, a' quali era ricaduta detta heredità in usufructu servata la forma del testamento di d. Tiberio, compromessero le loro differentie al quondam Dottor Carlo Carbone, dando potestà à quello procedesse nella causa, come Arbitro arbitratore, & amicabile compositore, ut fol.132. à tergo & seq.

11 In esecutione del quale compromisso à 4. di Giugno di d. anno 1639. ne nacque laudo, mediante il quale d. Carlo declarò, & primo che l'effetti di d. quondam Tiberio pro nunc importavano duc. 35629. 1.7. che dedotti li pesi, restavano ducati 320215. che la legitima di dette Cecilia, & Vittoria importava duc. 10738. 2. 15. Item arbitrò, che per causa dell' usufrutto debito da d. heredità alle dette Giovanna Mavi, & D. Francesco Coppola, in virtù di d. testamento pro nunc si lor pagasse dalli restanti effetti hereditarii annui duc.720. cioè per la summa di duc. 450. dal giorno della morte di d. Tiberio sino al giorno della morte di d. Cecilia, e dall' hora in poi sino alla summa dell'integri annui duc.720. e decorrendi ogn' anno in futurum ad ogn'uno di essi, durante lor vita annui duc. 360. inclusi in essi l'annui duc.450. specialmente ad essi lasciati, *salva provisione facienda respectu restantis hæreditatis, & universalis illius tituli, ac super restante usufructu hæreditatis prædictæ prætensæ per dictas Ioannam, & D. Franciscum, ejusque integra proprietate finito usufructu prædicto legitur*, *fol.133. 134. & à terg.*

12 E dopoi per altro laudo proferito per detto Dottor Carlo Carbone à 17. d'Ottobre 1639. furno assignati detti annui duc. 720. sopra diversi effetti di d. quondam Tiberio alli detti Giovanna, & D. Francesco, con promessa d'esigibiltà *omni tempore*, *fol.....* & finalmente dichiarò, che il titolo universale hereditario spettava à d. Angela, la quale si potesse far interponere il decreto del preambolo à suo beneficio coram judice competente, *salvis juribus si quæ competunt tam Sacro Hospitali Incurabilium, quàm Andreæ, Isabellæ, & Victoriæ Coppola, vigore testamenti dicti quondam Tiberii, quibus nullum pro nostro laudo inferatur præjudicium*, *fol.138. 139. & 140.*

13 Et à 19. di Decembre di d. anno 1639. d. Angela fù dichiarata herede di dette Cecilia, & Vittoria sue figlie per esecutione di d. laudo fatto per d. Dottor Carlo Carbone, accettato da d. Angela D. Francesco Coppola, e Giovanna Mavi, mediante instromento per mano di Notaro Gio. Carlo Piscopo, come si legge dalla partita del libro del Regal Patrimonio, *fol.14. à tergo*, *litt. A*, *& 15. in princ.*

14 Et essendo morta nell'anno sequente 1640. la d. Angela superstite Teresa Jovino sua figlia, quella fù dichiarata sua herede universale, e particolare ab intestato, & il Sign. Gio. Battista Jovino padre, & legitimo administratore, al quale se li permese l'esattione dell' annue entrate hereditarie di d. Tiberio Coppola; verum, che in tempo di ricompra s'osservassero le conditioni forsi apposte nel patto de retrovendendo nel testamento di d. quondam Tiberio, si come sono descritte nel libro del Real Patrimonio, così come ne fù interposto decreto della Vicaria à 12. d'Ottobre 1640. legitur *in partita patrimonii*, *fol. 15. & à tergo*, precedente instantia del d. Sign. Gio. Battista Jovino *fol.30.*

15 Nel Mese di Marzo 1641. il d. Dottor Gio. Battista Jovino nel nome, come di sopra, senza far nessuna mentione di quanto si è fondato di sopra, ma semplicemente diede memoriale alli Sign. Governatori di quel tempo di d. Sacro Hospedale, dove asserendo, come nell'ultimo testamento fatto per il d. Tiberio Coppola primo marito di d. Angela furno instituite heredi universali Vittoria, & Cecilia Coppola sue figlie, alle quali, pervenendo all' età nubile, se li lasciorno duc. 12. m. in contanti, ò in tante compre, e furno gravate restituire l'heredità predetta à beneficio di D. Francesco Coppola, e Giovanna Mavi, quali in d. caso furono lasciati heredi usufruttuarii, & doppo la lor morte fù instituito l'Hospitale dell' Incurabili, con obligo di pagare annui duc. trenta ad Isabella, & Vittoria Coppola nepoti di esso Testatore loro vita durante duc. mille ad Andrea Coppola similmente nepote, & di farè celebrare in d. Chiesa dell' Incurabili una Messa il dì *in perpetuum*, e che detta Vittoria, e Cecilia prima d'arrivare all'età nubile, e di casarse, passarono da questa vita; per il che d. Angela come madre, e tutrice fù dichiarata herede, & immessa nella possessione delli beni hereditarii, sì per non essersi fatto il caso della sustitutione predetta, come anco perche quando fosse sequuta detta sustitutione per termine di ragione commune, era impeditiva del matrimonio, & improbata dalla lege, oltre che quando fosse valida, e fosse seguito il caso l'integro valore dell' heredità predetta dedotti li crediti, e legati, non ascendea alla summa di duc. 12. m. per le doti lasciate, & quando fosse valida la sustitutione seguito il caso, & avanzasse qualche summa, veniva d. Sacro Hospitale escluso per la nuova Bolla, e Decreti della Sacra Congregatione, per li quali s'ordina, che non possa d. Sacro Hospedale ricevere legati, ò substitutioni con peso di celebratione di Messe. Per tanto supplico per futura cautela di tutte le parti dichiarare per le raggioni predette in virtù di d. sustitutione, e testamento non spettare cos'alcuna à d. Sacro Hospitale, & si quatenus spettasse, quella attente le raggioni predette renunciarla à beneficio di esso supplicante, offerendosi pronto esimere esso Sacro Hospitale di qualsivoglia molestia per causa delli predetti legati, che s'havrebbono da pagare da esso Sacro Hospidale, & in particolare quelle di dette Messe in perpetuum, offerendo d'avantaggio un'elemosina à beneficio di d. Sacro Hospidale di quella quantità, che meglio parerà à detti Signori Governatori, legitur, *fol.45. sig. Crucis*, *36. & à terg.*

E detto

16 E letto d. memoriale per li Magnif. Governatori del Sacro Hospidale, e rimesso il negotio al Dottor Luise Gamboa uno de Governatori di d. Sacro Hospidale nella Congregatione, che ne facesse relatione, havendo quella fatta, juxta la forma del memoriale dato dal detto Dottor Jovino, & intesa per essi Governatori, consideratis considerandis, repetendosi le raggioni e fatto di d. Jovino enunciato di d. memoriale, e senza presentarsi l'integro testamento di d. quondam Tiberio, e signanter il Capitolo, dove ordina, che morendo dette sue figlie senza figli, possano disponere della metà di detti ducati sei milla di lor portione, si disse. Viso testamento prædicto, ac inventario omnium bonorum prædictæ hæreditatis, attento quod substitutio in casu nuptiarum tanquam impeditiva matrimonii fieri non potest, & quatenus esset valida casus non fuit secutus, nec potest casus nuptiarum extendi ad casum mortis, quatenus valeret substitutio prædicta, & casus esset secutus, & quia deducto ære alieno, & satisfactis prius legatis omnibus valor dictæ hæreditatis vix ascenderet ad dictos ducat.12. mil. legatos in cóntantis pro dotibus dictæ Victoriæ, & Cæciliæ, attento etiam, quod vigore Bullæ, & decretorum Sacræ Congregationis dictum Sacrum Hospitale non potest capere legata, & substitutiones cum onere perpetuo celebrationis Missarum; attento etiam, quia per dictum Doctorem Joannem Baptistam Jovinum fuit promissa obligatio de eximendo indemne, & illæsum dictum Sacrum Hospitale, respectu legatariorum per dictum Sacrum Hospitale in casu prædicto solvendorum fuisse per dictos Dominos Gubernatores sub die 12. præsentis Mensis in Congregatione facta conclusio tenoris sequentis v3. *fol.*46. *à terg.* & 47.

17 *Martedi* 12. *di Marzo* 1641. *congregati li Signori Regente Vrsino Presidente del S. C. Prencipe di Belvedere, D. Diomede Carrafa, Dottor Luise Gamboa, & Horatio Spinola, hanno concluso, che per non haver luogo il caso della substitutione fatta à beneficio di questa Santa Casa dal quond. Tiberio Coppola della sua heredità. Per il che la Casa Santa viene ad essere esclusa di quello, che l'haverebbe possuto spettare per causa di d. substitutione, come hà riferito in Banca questo giorno il Sig. Luise Gamboa, che hà havuto pensiero di riconoscere le scritture, pertinentino à d. substitutione, che si ricevano li duc. cento, offerti darli per limosina il d. Sign. Gio. Battista Iovino secondo marito di d. Angela Rummo prima moglie di d. Tiberio, per li quali se li dà tempo di pagarli frà quattro mesi, & attente le cose cosi asserite il Sign. Diomede Carrafa Governatore, e mensario d'esso Sacro Hospedale cede, e renuncio à d. Dottor Gio. Battista tutte le ragioni ad esso Sacro Hospidale, competentino, e competiture sopra l'heredità di d. Tiberio Coppola, in virtù del suo testamento, & substitutione per duc. cento offerti eleemosinaliter, e se ne stipulò instrumento in ampla forma legitur fol.*46. *à terg.*47. *à tergo*.

18 A 2. di Maggio 1658. il d. Dottor Jovino Regio Consigliero nel nome, come di sopra presentò comparsa in Vicaria, e facendo mentione del testamento di d. Tiberio Coppola, e della transattione, seu rinuncia fatta dalli detti Signori Governatori del Sacro Hospidale à beneficio di d. sua figlia, e delle raggioni, che in quel tempo allegò à detti Illustr. Governatori, e come che l'effetti hereditarii di d. quondam Tiberio se ritrovavano descritti in faccia sua nel nome predetto con li vincoli contenuti nel testamento di d. quondam Tiberio, li quali in ogni modo cessorno, e cessano per le cause mentionate in d. transattione fè instanza ordinarsi, che si descrivessero in sua faccia *nomine prædicto*, & *absque ullo vinculo*, & *super d. instrumento inito cum prædictis Gubernatoribus decretum quatenus opus est interponi*, *fol.* 41. *à terg.* & 43. *in principio*.

19 *Et eodem die* 20. *Maji* 1658. esaminati il Dottor Gioseppe de Rosa, il Dottor Vincenzo Raitano, & il Dottor Francesco Antonio Andreasso, deponino, che havendo letto l'instromento presentato per esso Signor Jovino, e stipolato frà lui nel nome sudetto con li Signori Governatori della Casa Santa dell'Incurabili, sotto li 23. di Marzo 1641. e considerate tutte le cause enunciate in d. instrumento, giudicorno, che in esecutione di quello, si potesse interponere il dimandato decreto sopra detto contratto per le cause contenute in esso, & *sic judicaverunt per modum, ut supra*; & si giunge appresso havendono anco considerato il testamento di d. Tiberio *fol.*49. *à terg. in fine*, 50. & 51.

Et à 6. di detto mese di Maggio visa petitione, & *viso instrumento dictæ transactionis initæ*, con la Casa Santa dell'Incurabili à die 23. di Marzo 1641. *in actis præsentato, ac informatione capta, Magna Curia interponit decretum, pariterque declarat effectus, & annuos introitus hæreditatis dicti quond. Tiberii esse describendos liberos in faciem dicti Regii Consiliarii Iovini nomine prædicto absque vinculo, & onere substitutionis adjectæ in testamento dicti quondam Tiberii in beneficium Sacri Hospitalis Incurabilium*, *fol.*51. *à terg.* Et doppo ottenne altro Decreto, che per esecutione di d. decreto della Vicaria detti effetti si descrivessero liberi, & *absque vinculo* in faccia di detto Jovino, *nomine prædicto*, *fol.*52. 20

A 20. di Maggio 1658. il d. Signor Consigliero Jovino casò la Signora Teresia Jovino sua figlia con il Sign. D. Carlo Lagni, & per sua dote li promettè esso Signor Consigliero à suo proprio nomine duc. 5500. di contanti à tempo si contraheva il matrimonio; declarando, che detti fossero per ogni parte, & portione, legitima, paraggio, supplemento di legitima, che spettasse, & potesse spettare à d. Signora Teresa al presente, & in futuro sopra li suoi beni, e sopra di quelli non si potesse pretendere cos'alcuna per qualvoglia causa, nulla penitus exclusa; per altri duc.6500. detta Sign. Teresa se dota, come figlia, & herede universale di detta Angela, promettè al d. Dottor Carlo annui duc.445. consequendi sopra li Sali di Puglia originarii dotali di d. Angela, e di più promette assignare altri duc.16.m. in circa d'effetti hereditarii di d. quond. Tiberio Coppola à d. Angela pervenuti per la morte di dette Cecilia, & Vittoria Coppola sue figlie, come dalli Capitoli Matrimoniali *fol.*85. 56. *à terg.* E fù convenuto, che à rispetto dell'effetti extradotali di detta Angela pervenuteli per la morte di dette Cecilia, & Vittoria fosse tenuto esso Sign. Consigliero proprio nomine estraere indenne, & illeso detto Sign. D. Carlo, e sua moglie dal pagamento delli legati fatto da d. quond. Tiberio, & à rispetto delli debiti contratti per d. Tiberio detti Signori Conjugi non fossero tenuti, oltre dell'effetti a loro assignati, & essendo li debiti di magior summa (il che non si crede) detta maggior summa resti a carico di d. Signor Consigliero, il quale proprio nomine sia tenuto cavare indenni, & illesi detti Conjugi *fol.* 86. *à terg. in fine*, & 87. promettendo d. Signor D. Carlo fare rinunciare d. Signora Teresa alla successione delli beni paterni di d. Signor Jovino, stante la promessa fattali di detti ducati 5500. in contanti, stante anco, che esso Signor Consigliere viene à privarsi dell'usufrutto, che haverebbe possuto pretendere sopra li beni di detta Signora Teresa promessi in dote, e di quietare detto Signor Consigliere d'ogni ragione, che à detta Signora Teresa competesse, e potesse competere contro detto Signor Gio. Battista padre, *nulla penitus exclusa*, *fol.* 92. *à terg.* & 93. e che dovesse ratificare detta Signora Teresa la quietanza à beneficio di esso Signor Consigliero dell'amministratione de suoi beni materni per essa già fatta per Instrnmento per mano di Notaro.... *fol.*93. 21

Morto detto Signor Consigliero nell'anno 1666. & terminata la sua potestà, & autorità à 14. di Giugno di d. anno 1666. comparsero li Governatori della Casa Santa dell'Incurabili avanti il Spettabile Signor Regente Galeota Duca di Sant' Angelo Protettore, e Delegato di d. S. Casa, e facendo mentione del testamento di detto quondam Tiberio, e della institutione à beneficio di Casa Santa dell'heredità di detto quondam Tiberio, e di tutto l'esposto di sopra circa la transattione fatta trà d. Consigliero, e Casa Santa, quale non si poteva fare da detti Signori Governatori; li quali s'indussero à farla per falsa causa fecero instanza essere immessi in possessione in tutti li beni di detto quondam Tiberio, e constringersi li heredi di d. Consigliero Jovino à restituire ad essa Casa Santa tutte le quantità à quelli pervenute da d. heredità, una con l'interessi di esse, & anco à procedersi al sequestro dell'effetti, tanto hereditarii di d. quondam Tiberio, quanto di d. Angela Rummo, e del d. Consigliero Jovino, non ostante, che si trovavano descritti in testa di d. Carlo Lagni, stante l'assolutione dal giuramento ottenuta *ad exuberantiam*, come dalla comparsa *fol.* 1. & assolutione del giuramento *fol.* 3. E per decreto di d. Signor Delegato fù ordinato, *quod* 22

inti-

intimetur sub scriptis, & interim omnes effectus hæreditatis, tam quondam Tiberii Coppolæ, quàm Consiliarii Iovini, & quondam D. Caroli Lagni sequestrentur, *fol.*2.

23 In esequutione del quale decreto furno già sequestrati alcuni effetti assignati à detto Signor D. Carlo sopra li Sali di Puglia *fol.*18. *à terg.* sopra l'arrendamento del Vino *fol.*20. *& à terg.* sopra l'Arrendamento dell'Oglio, e Sapone *fol.*22. *à terg.* sopra l'Arrendamento della Dohana *fol.*24. *à terg.* sopra il secondo carlino à staro d'oglio in faccia di d. Consigliero Jovino, & altri suoi effetti *fol.*39. *à terg.*

Con havere liberato d. Sign. Regente Galeota alcune quantità di denaro à Vittoria Coppola legataria di d. quondam Tiberio *fol.*57. *à terg. &* 69. *à terg.*

24 Et havendo fatto instanza l'heredi di d. Consigliero Jovino toglierli il sequestro fatto sopra l'effetti di d. Consigliero, mentre non si poteva cominciare il giudicio contro essi intentato *in actione personali* con il sequestro, opponendo l'eccettioni *dilatorie, & peremptorie in forma*, *fol.* 67. e per decreto di d. Signor Delegato delli 25. Settembre 1666. fù ordinato, *quod sequestrum factum super effectibus quondam Regii Consiliarii Iovini tollatur, verùm vinculum contentum in testamento dict. quondam Ioannis Baptistæ firmum remaneat super effectibus prædictis etiam respectu prætensorum per dictos Gubernatores, donec aliter, & citra præjudicium jurium partium*, *fol.*68.

25 Et havendone fatta instanza li Governatori della Casa Santa avanti il d. Signor Delegato procedesi alla decisione della causa contro tutti l'interessati senza termine sistendo in mero articolo di raggione, & in caso, che qualcheduno di detti interessati così v'impugnasse, si procedesse al sequestro, sì de capitali, come de frutti, come dall'instanza *fol.*76. *in fine, &* 78. *& à terg.* in fine con monitione spedita à 25. d'Ottobre di detto anno per la provista facienda in d. comparsa *d. fol.*78. *à terg.* intimata *fol.*79.

25 Li Tutori dell'heredi di d. D. Carlo Lagni havendo dato memoriale in Collaterale, dicendo doversi procedere nella causa nel S. C. avanti il Signor Consigliero Caravita Commissario dell'heredità di d. D. Carlo, e che il Signor Delegato non poteva procedere in questa causa, dove s'haveva à dar termine, come dal memoriale delli 26. di d. mese, nel quale s'ordinò intimetur parti *fol.*81. e l'istessi Tutori senza aspettare la provista del Collaterale ottenero por Viglietto delli 9. di Novembre di detto anno, che proceda nella causa d. Consigliero Caravita *fol.*82. *à terg.*

26 E benche li Governatori della Casa Santa havessero preteso con altro memoriale dato à S. E. per Collaterale, che nella causa dovesse procedere il d. Signor Galeota Delegato anco in virtù delle lettere di Sua Maestà B. M. non obstante la provista nel memoriale obrettitio dell'Adversarii con ordine *Illustris Dux sancti Angeli Delegatus provideat à* 15. di Novembre di detto anno 1666.

27 Ad ogni modo essi Sign. Governatori si contentorno, che si procedesse nel S. C. con provista del medesimo *Collaterale Sacrum Consilium citra præjudicium jurium Sacræ Domus Incurabilium in causa procedat, & justitiam faciat* à 28. di Febraro 1667. *fol.*97.

28 Presentorno poi essi Governatori *penes acta* del S.C. comparsa, dove facendone mentione di quanto è passato nella causa, & inherendo à tutte le loro petitioni, hanno dimandato complimento di giustitia in esso S.C. *fol.*102. *& à terg. &* 103.

29 Et intimata d. comparsa alli Procuratori di detti Tutori dell'heredi di D. Carlo Lagni, e dell'heredi di detto Reg. Consigliero Jovino fol.105. si fè monitione avanti il Signor Consigliero D. Tomaso Caravita *super omnibus hinc inde prætensis fol.*105. intimata à detti Procuratori fol. eod. 105.

30 Et essendosi ordinato oretenus da detto Sign. Consigliero, che si procedesse all'espeditione della causa absque termino, e che detti Tutori de Lagni, & heredi del Consigliero Jovino presentassero l'articoli di quello pretendevano così fù eseguito; mentre detti Tutori presentorno l'Articoli fol. 108. & 109. e detti heredi l'altri Articoli. Però dell'istessa forma, e tenore fol. 110. & 111.

31 E l'Articoli predetti, contengono primo, che la sustitutione fatta da d. quond. Tiberio non poteva sustinersi de jure, e che *quatenus* havesse possuto sustinere fosse stata conditionale, & che *ob non purificatam conditionem* fosse svanita, per il che spettò l'heredità à d. Angela ex personis di dette sue figlie.

Secondo, che essendo tanto chiara la giustitia di d. Angela, che si contentò rimettere le differenze al quond. D. Carlo Carbone Avocato della quond. Giovanna Mavi, & D. Francesco Coppola.

Terzo, che doppo fatta per molte sessioni la Decisione della causa, *Auditis partibus* il detto D. Carlo Carbone, determinò, che l'heredità spettava à d. Angela, mediante Laudo accettato dalle parti.

4. Che per la gran Corte della Vicaria fù spedito Preambolo à beneficio di d. Angela ab intestato di dette quond. Cecilia, & Vittoria.

5. Che il Consigliero Jovino fè conoscere la giustitia di questa causa alli Sign. Governatori della Casa Santa.

6. Che si rimesse il negotio al quond. Loise Gamboa Avocato di d. Santa Casa, che conobbe, che alla Casa Santa non spettava raggione.

7. Che in quel tempo ritrovandosi Protettore il quond. Presidente Ursino di d. S. Casa, quello con detto Signor Gamboa, & altri Sign. Governatori, dichiarorno non spettare attione à d. S. Casa, e che il Consigliero Jovino pagò elemosinaliter duc.100. à d. S. Casa, e se ne stipulò Instrumento.

8. & 9. Che havendo fatto instanza d. Consigliero Jovino dichiararsi estinti li vincoli del Testamento di d. quond. Tiberio, in Vicaria s'esaminorno il Sign. Dottor Gioseppe de Rosa, il Sign. Franc. Antonio Andreasso, & il Signor Vincenzo Raetano, ne fù proferito il Decreto della Vicaria *vinculum esse extinctum*.

10. Che essendo stato fatto altra volta il sequestro sopra l'effetti di d. Tiberio Coppola ad instanza di d. Casa Santa, fù quello levato dall'olim Regente Martinez Delegato di detta S. Casa.

Et havendone accettato li Governatori di essa S. Casa quanto si conteneva in detti Articoli, con riserba delle raggioni, che ad essa Casa Santa de jure competono adverso il preteso in detti Articoli fol. 112.

S'ordinò poi dal Sig. Commissario, che *Magnifici Gubernatores Sacræ Domus infra dies decem procurent expeditionem, alias tollatur sequestrum*, *fol.*114. *à terg.* intimato al Procuratore della Casa Santa fol.115. E finalmente d. Sign. Commissario ordinò, *stante lapsu termini præfixi in d. Decreto, sequestrum factum ad instantiam Gubernatorum Sacræ Domus super introitibus, & effectibus hæreditariis Tiberii Coppulæ, Illustriss. Consiliarii Iovini, D. Caroli Lagni, & D. Petri Lagni ordine Spectab. Regentis Galeota, tunc Delegati tollatur, firmo remanente sequestro quoad Capitale, citra tamen præjudicium utriusque partis, fol.*115. *à terg.* e così ordino essequirsi *fol.*118. 32

Hæc sunt in facto.

SUMMARIUM.

SECUNDI CAPITIS IN IURE consistentis.

1 *Casus omissus, an habeatur pro disposito, & expresso?*
2 *Bartoli gravis Theorica in l. Gallus, §. & quid si tantum, adducitur.*
3 *Casus omissus dissimilis expresso, an habeatur pro expresso?*
4 *Bartoli distinctio de casu simplici, an ad mixtum extendatur?*
5 *Bartoli Theorica in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posthum. explicatur.*
6 *Regulariter casus omissus habetur pro omisso.*
7 *Text. in l. si extraneus, ff. de condit. ob causam, & alia adducuntur.*
8 *Text. in cap. susceptum, de rescriptis, in 6. adducitur.*
9 *Casus omissus, cur non habeatur pro expresso?*
10 *Casus omissus, in quibus dispositionibus habeatur pro omisso.*
11 *Casus omissus habetur pro expresso, quando potest intelligi ex natura actus.*

12 *Casus omissus dissimilis, an habeatur pro expresso, & quid si esset dissimilis, & solitus.*
13 *Casus omissus non consulto omissus præsumitur expressus.*
14 *Casus verisimilis omissus habetur pro expresso.*
15 *Casus omissus habetur pro expresso, quando militat eadem ratio.*
16 *Casus omissus concludenter probatus, habetur pro expresso.*
17 *Casus omissus, etiam insolitus, quando debeat suppleri?*
18 *Casus consulto omissus, quando habeatur pro expresso.*
19 *Casus omissus similis expresso, habetur pro expresso.*
20 *Text. in l. fin. ff. mand. adducitur.*
21 *Casus mixtus omissus, habetur pro expresso, expressis duobus simplicibus.*
22 *Casus mixtus, quando intelligitur sub simplicibus?*

CAPUT II.

An, & quando casus omissus dicatur, vel non, & tanquam omissus non attendatur, vel habeatur pro expresso, & uti talis exequendus?

1 GRavissimum onus suspicio in hoc dubio, brocardicam illam explicandi quæstionem, quæ à DD. tam antiquis, quàm modernis fuit: ita in disputatione perhabita, ut iidem DD. modò unam, modò alteram senserint opinionem; & sanè explicarunt *in l. Gallus, §. & quidam rectè, ff. de lib. & posthum.* ubi Bart. *num.*3. Jason *à num.*11. Bald. Aretin. Alexander, Soccin. jun. Angel. Fulgos. & Cumanus, quos citat, & refert Marcus Aquilinus *in dict. §. & quid si tantum, vers. Sed ex sententia legis Velleja*, Ruinus *num.*43. Soccin. jun. *à num.*3. Alciat. *lib.*3. *de verb. signific. tit.*19. *à num.*7. *usque ad num.*18. Cardin. Mantica *lib.*3. *de conjecturis, tit.*19. *à num.*7. Simon de Petris *lib.*7. *de interpretat. ultim. volunt. interpretat.* 3. *dub.*1. *sol.*3. *à num.*137. *& lib.*3. *interpret.*3. *dub.*4. *sol.*1. *à num.*79. Vivius *in verbo casus omissus*, Reiger *in Thesauro juris in eodem verbo*, Bertachin. *in dict. verbo Casus*, Cassaneus *in consuetud. Burgundiæ, rubrica* 6. *§.*50. *num.*12. Camillus Gallineus *lib.*9. *de verbor. signif. cap.*20. Peregrin. *de fideicommiss. art.*11. ubi Censalius in addit. Menoch. *lib.*4. *præsumption.*126. Hieron. Gabriel *cons.*95. *à n.*20. Vivius *decis.*264. ubi latè agit, an, & quando casus omissus habeatur pro expresso, Mascardus *conclus.*1136. Facchineus *consil.* 47. *n.*19. *&* 20. *lib.*1. *& cons.*1. *num.*28. *cum seq.* Surd. *cons.*125. *lib.*1. *&* 553. *num.*20. *vol.*4. *& in decis.*202. Petrus Barbosa *in l. si cum dotem, in princ. num.*23. 35. *&* 40. Anton. Faber *lib.*9. *Cod. ad tit. de instit. & substit. defin.*1. Ludovicus Casanate *cons.*1. *à nu.*15. *& cons.*36. *& seq. & cons.*4. *à num.*41. *& cons.*15. *à num.*49. Petra *de fideicommiss. quæst.*6. *num.*339. *&* 15. *num.*267. Cardin. Tusch. *litt.D, concl.*115. *&* 1051. Leander Galganetus *de condit. & demonstrat. part.*2. *cap.*1. *quæst.*103. *&* 25. qui omnes explicant Bartoli Theoricam.

2 Bartoli inquam *in d. §. & quid si tantum, n.*3. tradit generaliter, quod quando dispositio est pura, tunc si virtute expresso, casus omissus potest intelligi, & ad illum porrigitur, ex Text. *in §. illud, inst. pro socio*, idem Bart. *in l. commodissimi, ff. de lib. & posth.* aut virtute expressi, non potest intelligi; & tunc, aut casus omissus potest constare, ex voluntate disponentis volentis expressum trahi ad omissum, & ad illum porrigitur, & ad hoc adducit Text. *in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. l. fin.*6. *de posthum. hæred. instit.* secundùm intellectum, quem dicit idem Bart. *in l. commodissimè*, aut de mente non potest constare; & tunc aut casus fuit prorsus omissus, aut fuerunt expressi duo casus, qui obvenerunt conjuncti primo casu, quando non constat de mente, & casus fuit penitus omissus; & tunc si est similis casus omissus casui expresso, & habet eundem effectum, & ad illum extenditur, juxta Text. *in l. fin. in fin. ff. commodati;* si verò non fuerint expressi duo casus conjunctim, & tunc aut loquimur in materia, in qua fit plena interpretatio, ut in testamentis, & ad illum porrigitur, *l. si item, in principio, ff. de lib. & posth.* ubi idem Bart. aut loquimur in materia non favorabili, in qua non debet fieri plena interpretatio, & tunc ad illum non porrigitur, ut *in l. vim passam, §. præscriptione, in d. l. Juliam, de adulteriis*, & colligitur ex *d. l. si ita*, sed ait Bartol. restringi favore vitandæ contrarietatis, ut dicit se docuisse *d. l.*2. *in princ. ff. de verb. oblig.*

Subdit Bart. *num.*3. quod quando provisio ad unum casum fit per modum conditionis, & quod oportet distinguere, aut casus omissus est dissimilis expresso, & ad illum non porrigitur, *l. si cum dotem, in principio, ff. solut. matr. l. si quis, §.*1. *ff. de leg.*2. *l. fin. C. de his qui veniam ætatis impetraverunt, & in d. l. commodissimè*, aut casus omissus, est similis expresso, & tunc ad illum porrigitur, nec refert quod ex æquipollentibus fiat, *ut in eodem §. & quid si tantum, & ex l. mulier, in princ. ff. ad Trebell. l. si mater, C. de inst. & substit.* at si loquamur de conditione voluntaria, tunc debet impleri in forma specifica, nec porrigitur ad alium casum, non expressum, *l. qui hæredi, & l. Mævius, ff. de condit. & demonstr.* 3

Tandem Bart. ait, quod quando dispositio fuit facta in casu simplici, quem casum non explicavit Bart. *in d. §. & quid si tantum, num.*3. sed *in l.*2. *in princ. ff. de verb. oblig.* & hoc casu proponit Bart. regulam negativam, à qua statim excipit tres casus, de quibus infra, nec à Bartolo recedit Alciat. *lib.*3. *de verb. signif. num.*3. *& in d. §. & quid si tantum, num.*21. *cum seqq.* & sic Bart. Jason, & Alciat. proponunt regulam negativam, ut provisio, qua aliquid purum dispositum, in uno casu non producitur ad alterum, per text. *in l. si alii, ff. de usufr. legat. §. l. si quis ita, §. si quis.* Excipiunt à Regula quatuor casus. Primus est, quando casus omissus ab expresso potest decidi, vel ex natura casus, vel per antecedentem, & consequentiam necessarias, vel quia per argumentum à contrario sensu, id suadetur, vel quia in simplicibus ita par ratio est, ut de casu ad casum agatur, vel quia Testator plus expresserit DD. citati, quando verò ex verisimiliter mente Testatoris idem jus militat, ac constitui potest in casu omisso, ut *d. l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. l. fin. C. de posth. hæred. instit.* & tunc extensionem admittit, & casum hunc latius declarat, ut ibi videre est, at quando casus potest dici, non omninò omissus, prout idem Alciatus *ubi sup.* altius declarato, vel quando casus omissus est similis expresso, & eundem habet effectum, & Marianus Soccinus *in d. §. & quid si tantum, num.*33. *usque ad* 52. omnia dicta confirmat, & octo conclusionibus declarat Theoricam Bartoli, quas etiam Jason adduxit *in d. §. num.*21. *cum seq.* sequitur Bolognet. *in d. §. & quid si tantum à num.*92. *usque ad num.*132. & propterea Simon de Petris *lib.*2. *interpret.* 3. *dubit.*1. *sol.*1. *num.*264. ait quod in summa omnium Scriptorum opinionum concludunt, quod ubi in expresso, & aureo militat eadem ratio, & æquitas, tunc quod dicitur in expresso, dicitur etiam in omisso Jacobus Menoch. *lib.*4. *præsumpt. num.*14. *&* 19. ubi approbat omnia dicta, & post Ripam, Decianum, Ruinum, Parisium, & alios scriptum reliquit, quod casus omissus habetur pro omisso, quando est omninò dissimilis expresso, quoad mentem rationem, & est à testatore consideratum, vel quando non est eadem ratio verisimilis mens testatoris, quod reperit *in cons.*23. Aquilinus *in d. §. & quid si tantum*, ubi hoc totum firmat, & sequitur Berous *cons.*108. *à nu.*42. *cum seqq.* 4

Quia verò hæc Bartoli Theorica, majori indiget explicatione, propterea oportet cum modernioribus, aliquas statuere conclusiones practicabiles, & earumdem limitationes tradam, ut sic appareat evidentissimè totius Theoricæ Bartoli explicatio; undè sit 5

Prima conclusio, casus omissus habetur pro omisso, regulariter, & relinquitur dispositioni Juris communis, & ita regulariter provisio facta per modum dispositionis puræ, in unum casum non trahitur ad alium, ita post Bart. *in d. §. & quid si tantum*, ubi regula ponitur negativa per omnes Interpretes, teste Jasone *ibi, in* 1. *lectura, numer.*21. Alciat. *in l.*2. *lectura, numer.*16. Soccin. junior *numer.* 36. Bolognett. *numer.*95. Joan. Marcus Aquilinus *in diversiculo, sed ex sententia legis Velleja, num.*49. hunc eandem conclusionem ponunt Mantica *lib.*3. *de conjecturis, tit.*19. Menoch. *cons.*232. *num.*6. *lib.*3. Surd. *consil.* 553. *numer.* 35. *lib.*41. Burgos de Paz *cons.*20. *& cons.*29. *num.* 19. Simon de Petris *lib.*2. *Interpret.*3. *dub.*1. *sol.*3. *numer.* 137. *&* 161. *& lib.*5. *Interpret.*3. *dub.*4. *sol.*1. *numer.*79. Camillus Gallinius *lib.*9. *de verb. sign. cap.*20. *numer.*38. Peregr. *de fideicomm. art.*11. *num.*35. Petrus Barbosa *in l. si cum dotem, num.*50. *ff. sol. matr.* Mascard. *tom.*3. *concl.*1136. 6

Galga-

Galganet. *p.* 2. *de condition. cap.* 1. *quæst.* 103. *numer.* 24.
7 Probatur conclusio primo per Text. *in l. si extraneus, ff. de condit. ob causam, & d. l. si cum dotem, ff. sol. matrim. & in l. commodissimè, ff. de liber. & posthum.* quibus in locis Pomponius respondet, quod si quis posthumum instituat, (si me vivo nascatur) non intelligitur institutus posthumus, qui mortuo testatore natus esset, sicut è contra, non præsumitur institutus, qui natus esset vivo testatore cum facta esset substitutio, si post mortem testatoris natus esset.
8 Probatur secundò *ex cap. susceptum de rescript. in* 6. per quem Text. fundat Bolognet. *in d. §. & quid si tantum, num.* 95. quod nomina sunt apposita ad distinguendum res, *§. si quis in nomine, instit. de legatis, l. ad recognoscendum, Cod. de ingenuis manumiss.* ergo qui exprimit manum unius, de ea solùm videtur disponere, non de aliis, cum verba sint nostri animi, & intentionis notæ, *l. Labeo in fine, ff. de supellectili legata*, & à proprietate verborum non est recedendum in dubio, *l. non aliter cum omnibus similibus, ff. de leg.* 3. & qui dicit dena, non dicit decem, *l. si quis Titio, ff. de leg.* 1.
9 Probatur tertiò, quia non præsumitur, quod expresè non nominatum à testatore sit expressum, sed omissum, & non est habendum pro expresso, *d. l. commodissimè* reddit rationem Mascard. *conclus.* 1136. *à num.* 2. *usque ad* 6. quò scilicet Testator non præsumitur aliud velle, quam quod verbis expressit, ut dicebat Tubero relatus à Celso *in l. labeo, ff. de suppellectili legata*, ex Modestino *in l. Titia cum testam. §. ult. ff. de leg.* 2. & si strictè loquatur, strictè est intelligendus, ut ait Mascard. *ubi sup.* cum non dicatur in testamento expressum, quod eo lecto, non reperitur, *l. morem, ff. de fidejuss.* quod enim testator non loquitur, nec velle præsumitur, nec voluntas in corde retenta consideratur, ut latè Mascard. *ubi suprà num.* 3. cum enim ad præsumendum judicium testatoris, nihil sit subaudiendum, nec possit quicquam addi, vel immutari, teste Mascardo *ubi suprà*; ergo nil mirum, quod casus omissus habeatur pro omisso, & relinquatur dispositioni Juris communis, & pro omisso habeatur, quia in dubio standum est verbis, nec testator videtur aliud velle, quam quod expressit, ut benè Card. Tusch. *lit. O, concl.* 115. & 116. ubi etiam, quod omissum dicitur, nisi etiam palam exprimatur, vel quod litteraliter legi, & oculis inspici non potest, ut latiùs Galganet. *de condit. & demon.* 2. *part. cap.* 11. *quæst.* 123. *n.* 15. ubi casus omissus dicitur ille, de quo actus non cantat, & habetur pro omisso Capyc. Latro *decis.* 4. *num.* 15. & præsertim in contractibus Soccin. Sen. *cons.* 47. *lib.* 1. *ex l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb.* Mantica *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 50. non enim inter partes præsumitur actum, quod verbis.
10 Quæ conclusio, ut casus omissus habeatur pro omisso, regulariter, & remaneat in dispositione juris communis, procedit in dispositionibus ultimarum voluntatum, in contractibus, & omnibus quibuscumque materiis, & sic in legibus, in rescriptis, in concessionibus, in consuetudinibus, in sententiis, statutis, &c. Gallinius *lib.* 9. *cap.* 20. *à num.* 21. & 22. Cardin. Tusch. *tom.* 5. *lit. O, concl.* 116. Cravetta *cons.* 379. *num.* 10. Gaspar Klok *cons.* 7. *num.* 1151. idem Klok. *consil.* 7. *numer.* 871. & *cons.* 182. *num.* 163. *tom.* 2. Joannes Fichardus *cons.* 89. *num.* 41. & *tom.* 2. *casu* 60. *num.* 41. Besoldus *part.* 2. *cons.* 29. Mollerus *lib.* 5. *semestrium disput.* 15. Jacobus Speidel. *recept. sententiarum in verb. omissum, tom.* 2. Fichard. *cons.* 60. *per tot. Instit. non est expressum*, Bald. *in l. ad probationem, Cod. de prob.* nam contractus non extenditur de tempore ad tempus, *l. Epistola, §. fin. ff. de pactis, l. cum Hermes, C. locati*, neque de re ad rem, neque de persona ad personam, Bald. *in cap.* 1. *num.* 20. qualiter dominus proprietate feudi privetur.
11 Limitatur verò, ut non procedat, quando casus omissus potest intelligi virtute expressi, vel ex natura actus, quia tunc dispositio facta in uno casu, extenditur ad alium, Bart. *in d. §. & quid si tantum, num.* 3. ubi Aretin. *col.* 3. Jason *num.* 22. Claudius *num.* 5. Crotus *num.* 49. Alciat. *in* 2. *lectura, num.* 19. Soccin. jun. *num.* 33. Bolognett. *num.* 96. Aquilin. *nu.* 50. Mantic. *lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 8. & *num.* 15. Mascard. *concl.* 1136. *num.* 14. Gallineus *lib.* 9. *cap.* 3. Simon de Petris *lib.* 2. *solut.* 3. *num.* 196. 170. 172. & etiam proce-
12 dit, quando casus omissus esset dissimilis, expresso, sed esset solitus fieri, ut benè Bolognett. *ubi sup.* Ratio est, quia casus sunt connexi, prout eos esse conjunctos ostendit, & sic testator videtur de eis cogitasse, ut benè Bolognett. *in l.* 2. *ff. de jurisdict. omn. Judicum*, prout è contra, quando verba repugnant, tunc casus expressus non trahitur ad casum omissum, etiamsi adsit mens testatoris, quia ubi verba testatoris non possunt adaptari ad casum omissum, tunc mens testatoris non ostenditur in casu omisso, *l. fideicommisso si filio, ff. de leg.* 3. at ubi adsunt contrariæ conjecturæ, vel in contrarium adsit præsumpta testatoris voluntas, semper fit extensio casus dispositi, ad usum omissum, ut benè Surd. *cons.* 553. *num.* 35. *lib.* 4. ubi ait, quod omissus non venit casus, qui venit consequutivè sub expresso, nec omissus non dicitur casus, qui includitur per verba implicativa, Surd. *decis.* 202. *num.* 4. & quod virtualiter inest, & ex expressis resultat, pro expresso judicatur, ut benè Menoch. *cons.* 325. *num.* 27. & 29. *lib.* 4. Ludovicus Casanate *cons.* 15. *num.* 51. cujus ratio est quia in dubiis quæstionibus præsumitur testatorem se accommodasse juris dispositionibus; & casum omissum in dispositionem juris relinquere voluisse, *d. l. commodissimè, ff. de lib. & posth.* Jason *cons.* 208. *num.* 7. & 8. *vol.* 2. & post Cravett. & Decian. sic dicit novissimè Philippus Chispildi *de fideicommissis familiarum nobilium, cap.* 16. *num.* 173.

Limitatur secundò, quod casus omissus non præsumitur 13
consulto omissus, quando verisimile esset, quod si testator de casu omisso cogitasset, idem quoque de eo disposuisset, & tunc provisio de uno casu facta porrigitur ad alium, etiam non comprehensum ex virtute expressi, quando verisimilis mens testatoris ita suadet; & hoc habet per Text. *in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. & in l. fin. Cod. de posthum. hæred. inst.* quæ licet loquantur, quando provisio fit per modum conditionis, & sic extra terminos conclusionis Bartoli, at quomodocumque fiat dispositio positis supradictis, fit extensio de disposito ad omissum, Soccin. jun. *in dict. §. & quid si tantum, numer.* 36. Gallinius *lib.* 9. *cap.* 4. & est Text. *in l.* 3. *Cod. de inoff. testam.* ubi erat dispositio unius casus, & aliter casus omissus, scilicet alter filius, & tamen fit extensio propter verisimilem mentem testatoris, ut benè Aquilinus *numer.* 63. 64. & 65. Camillus Gallinius *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 3. & nota, quod differt prima limitatio à secunda; nam primus intelligitur ut omissum, subintelligatur ex vi expressi, in ipsa principali dispositione per aliquam necessariam illationem,
veluti antecedentis, aut consequentis, aut conventi, aut 14
accessorii, & aliorum similium locorum, secunda autem limitatio consistit in alio, quod scilicet non per aliquam necessariam illationem casus expressi, casus omissus comprehendi potest, sed aliunde sumitur conjectura voluntatis ipsius testatoris per locum à verisimili mente testatoris, & præsumpta voluntate ejusdem, qui locus separatam habet naturam à casu expresso, ut latè Gallinius *ubi supra*, & Fortunius Garzia *in dict. §. & quid si tantum, num.* 15. Soccin. junior *in dict. §. & quid si tantum*, & est de mente Bartoli *ibi, num.* 3. & adducitur Text. *in l. tale pactum, §. finali, ff. de pactis cum sua glossa*, ubi pro expresso habendum est, id quod testator verisimiliter fuisset responsurus, si fuisset interrogatus. Neque potest dici non esse voluntatem, sed solùm in mente retentam: undè nihil operari debet, quia quoties ex dictis, & probatis in testamento, sive ex alia parte dispositionis ex legitimis quoque, & concludentibus conjecturis, & circumstantiis, verisimilis adest voluntas, & quæ colligitur legitimè aliundè, tunc adest vera, & propria dispositio: & sic eis concurrentibus, & verisimili data voluntate, quæ colligitur legitimè aliundè: ut dicebamus porrigitur dispositio ad alium casum, ut verissimum est, & comprobatur *ex l. cum quidam, ff. de hæred. instit. & d. l. tale pactum, §. finali, ff. de pactis.* Idque multò magis determinatum est in substitutionibus, & fideicommissis, in quibus mens magis attenditur, quàm verba, ut benè Aquilinus *in d. §. & quid si tantum, part.* 1. *numer.* 74. ubi latissimè probavit, & latè Philippus Chispildi *de fideicommissis familiarum nobilium, cap.* 7. *n.* 113. & post Fusarium *quæst.* 678. idem Chispildi *dict. cap.* 7. *à num.* 105.

Limitatur tertiò: Conclusio, ut non dicatur casus omis- 15
sus, imò potius expressus, quando militat eadem ratio, aut major ratio in omisso, ac in expresso, quia tunc dispositio facta in uno casu, porrigitur ad alium, ex vi rationis, Bald. *in l. per diversas*, per illum Text. *col.* 1. *num.* 3. *Cod. mandati, & in Auth. quas actiones, col.* 39. *n.* 41. *C. de Sacros. Eccles.*

tles. per Text. *in l. his solis, C. de rer. donat.* & cum aliis multis, de quibus Tiraquell. *in l. si nunquam, in verbo Liberis, n.45. de ratio. donat.* Menoch. *consil.14. nu.15. lib.1.* Camill. Sallinus *lib.9. cap.3. n.20.* Joseph Rusticus, & alii apud Mascard. *concl.1136. num.25. & 26.* Surd. *dec.202.* Card. Tusch. *tom.5. litt.O, casu 115. num.10. & conclus.116. num.90.* & idem est, quando id, quod à testatore videtur omissum, potest aliquo modo comprehendi, sub verbis generalibus ipsius testatoris: nam tunc, quod hoc modo potest includi, non præsumitur fuisse omissum, cum expressum dicatur illud, quod sub generalibus verbis continetur, ut latè post alios Mascard. *concl.1136. nu.21.* qui dicit *n.22.* non obstare testatorem non voluisse, quod non expressit, quia intelligitur quando quis vellet extendere verba ad casum, qui non potest sub eis comprehendi, alias secus est, ut post alios, Anna *cons.10. nu.41. & 45.* Rimin. *cons.21. n.66. lib.1.* Cæsar Barrius *decis.121. à n.50. cum seqq.* & voluit Mantica *lib.3. tit.19. n.17.* ubi ait, quod casus non dicitur omissus, quando verba possunt impropria deservire, neque etiam si verba repugnant, & ibi probat.

16 Et si casus omissus per testes concludenter probaretur, utique haberetur pro expresso, & si verbis omissus, & supplendus esset, ut colligitur *l. quoties, §. sed si non in corpore, ff. de hæred. inst.* ex quo Text. Romanus sic dicit, & Alexander *cons.215. lib.2.* Paul. de Castr. *consil.18. volum.2.* per text. *in d. l. quoties, & l. errore, Cod. de testam.* quos refert Mascardus *d. cons.1136. num.13.* Mantica *lib.3. tit.19. num.13.* vel etiam quando aliquod tacitè inest dispositioni testatoris, & ita intelligi, & colligi potest, ex præsumpta testatoris voluntate, quia tunc casus non præsumitur consulto omissus, ut latè Mascard. *ubi suprà, num.15.* vel si testator unum casum expresserit, verisimiliter alium existimans non eventurum, aliter etiam expressisset; & tunc non præsumitur hunc consulto extitisse, *l. mulier, in princ.* (ibi quia non crediderat Patrem, *l.3. C. de instit. & substitut.* Mantica *de conject. dict. tit.19. num.16.* Mascard. *ubi suprà, num.16. & 17.*

17 Imò debet suppleri casus omissus, etiamsi insolitus, quoniam testatori non debet imponi, si casum insolitum non cogitaverit, ut benè Mantica *ubi suprà, n.14.* Simon de Petris *lib.3. interpr.85. & 86.* ubi etiam tradit, quod quando testator aliquo modo cogitavit, casum omissum, videtur consulto amisisse, nec posset haberi pro expresso quæ cessat ratio præsumptæ mentis, si testator cogitabat, aut meminisset est *ubi suprà*.

18 Tandem adverte, quod quando id quod deest, subaudiri debet, ne ultima voluntas testatoris, corruat, tunc expressum ab ipso testatore, non est præsumendo consulto ab eo omissum, sed potiùs haberi debet pro expresso: nam sæpissimè contingit plus nuncupatum, & dictum, sed minus scriptum, ut ait text. *in l.1. §. si ex fundo, & l. quoties, §.1. ff. de hæred. instit.* & ratio imperfecta ex præsumpta voluntate testatoris perfecta dicitur, *leg. unum ex familia, §. penult. ff. de leg.2. & in §. ult. ejusdem legis, l. si in testamentis, ff. de leg.1.* Mascard. *d. concl.1136. n.18. & 19.*

19 Secunda Conclusio: Casus omissus, quando est similis expresso, & habet eundem effectum non præsumitur consulto omissus, & admittitur extensio, & provisio facta in uno casu porrigitur ad alium similem, & habentem eundem effectum licet alias de mente non constet, neque contineatur ex virtute expressa, ita Bart. *in d. §. & quid si tantum, n.3.* quem sequitur Aret. *n.19.* Jason *n.23.* Crotus *n.88. cum seq.* Fortun. *n.117.* Galiaula *n.26.* Claudius *num.8. & seq.* Alciat. *in 2. lectura, n.26.* Soccin. jun. *n.46.* Bolognet. *num.102.* Aquilin. *in d. l. Gallus, ver. Sed ex sententia legis Vellejæ, n.70.* Gallinius *lib.9. de verb. signif. c.5. & 6.* Peregr. *de fideicomm. art.11. n.46.* Menoch. *cons.211. n.55. & cons.243. nu.12. lib.3.* Surd. *dec.202. nu.20.* Cardin. Tusc. *d. litt.O, concl.106. n.89.*

20 Probatur conclusio primò per Text. *in l. fin. §. fin. mandati*, ubi si mandatum sit, ut fidejubeat, òbligatur si non fuerit fidejussor, sed mandator, quia duo casus sunt diversi, sed tamen quia est idem effectus, & habet eundem finem, & reputantur similes, ita fit extensio, & licet Aret. contendit text. *illum*, idem profusè, re vera tamen probat, & communis intellectus procedit si ea consideres, quæ Joan. Crotus, Soccin. jun. & Bolognet. *supra relati* considerarunt, & post alios Camill. Gallin. *lib.9. c.5. n.4.13. & 14.* ubi allegat nonnullas limitationes ad hanc conclusionem, & etiam Bologn. *num.102. cum seqq.* & Soccin. jun. *à num.47. cum seqq. usque ad 54.* qui etiam ad hoc ponderant text. *in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandavit, ff. de acq. hæred.* inducendo, ut per Jason. *ibi n.23.* & text. *in l. fin. C. de bonis, non alienandis*, quem inducit Crotus *ubi suprà, n.58.* & Gallin. *ubi suprà, num.7. & 8.* & Peregrin. *decis.11. nu.46.* ad dissimilem verò non fit extensio, & omnes dicunt, in substitutionibus, fideicommissariis habere locum extensionem, & esse casum *in l. facto, §. si quis autem, & §. finali, ff. ad Trebell.* & idem Peregrin. *d. artic.11. num.48. & art.29. à n.21.* ubi adducit nonnulla jura, quæ videntur probare contrarium; ratio est, quia quando casus est similis, & eundem habet effectum non dicitur omissus, sed ex mente comprehensus, quia esse similem est in effectum eandem habere rationem; id autem, quod venit ex mente & ratione, ex ipsa lege, non extensivè dicitur venire, de qua re latè Vilesmus Radelantius *in decisionibus Trajectitiis, dec.47. per tot.*

Tertia Conclusio, quando duo casus simplices sunt ex- 21
pressi, & evenit casus mixtus, si dispositio est favorabilis, fit extensio ad casum mixtum omissum, *l. si ita scriptum, ff. de lib. & posth.* quod si dispositio sit odiosa non fit extensio ad casum mixtum omissum, *l. vim passam, §. præscriptione, ff. ad l. Jul. de adulteriis*, ita Bart. *in d. §. & quid si tantùm, n.3.* ibidem Jason *n.24.* Crotus *n.68.* Fortunius Garzia *n.132.* Soccin. jun. *num.54.* Bolognet. *n.106. usque ad n.117.* Aquilinius *in vers. Ex sententia leg. Vellejæ, à num.84. usque ad nu.93. & in l.1. in princip.* ubi latissimè *à n.13. ff. de verb.* Alciatus *lib.3. de verb. signific.19.* Guido Pancirol. *in Thesauro recept. sententiar. lib.3. c.1.* Menoch. *lib.4. præsumpt.26. num.283.* Camill. Gallinius *lib.9. de verbor. signific. cap.19.* qui Doctores adeò sese confundunt, ut vix poteris cognoscere veritatem conclusionis, aliqui enim ponunt regulam affirmativam, alii negativam: Glossa namque ponit regulam affirmativam, Bart. negativam, casum omnium sit simplicibus non contineri, à qua Regula excipit tres casus, scilicet materiæ favorabilis, contrarietatis evitandæ, ac expressionis legis, Cumanus, tamen, & Aretinus ponderant, plura adversus Bart. adeò Ludovicus Romanus *in d. l.2. ff. de verb.* articulum hunc reducit ad quinque quæstiones Soccinus sen. *ubi suprà, in sex casus*, Crotus *in d. §. & quid si tantum num.68. ad decem* Aquilin. *in d. §. & quid si tantum* ad tres conclusiones reducit totum articulum, Alciatus *lib.3. de verb. signif. num.29.* ad tria genera mixtorum rem perstringit, Fortunius Garzia *in dict. §. & quid si tantum à num.132.* aliter se habet, & plures, ac communes DD. sententias destruit, at Bolognetus omnium latissimè *in d. §. & quid si tantum, per tot. columnas prædictam hanc materiam, à num.106. usque ad 117. & in l.2.* latius quam *in d. §. & quid si tantum*, ubi brevius processit, & ad summam earumque resolutionem articulum hunc reduxit, ut ibi videri poterit, Camillus Gallinius *lib.9. de verbor. signif. cap.19. usque ad cap.36.* latè, & diffusè tractant hanc materiam & omnium melior videtur Soccin. jun. opinio *in d. §. & quid si tantum à num.55.* qui ait, quod si in casu mixto, qui contingit, potest considerari eadem ratio, eademque mens disponentis, tunc provisio in simplicibus, etiam ad mixtum porrigitur, & hoc putant etiam procedere in odiosis, si verò ratio, & mens eadem disponentis cessat, cessabit etiam dispositio, & an si essemus in favorabilibus, quia non per 22
hoc, quod sit aliquod favorabile debet aliquid operari contra mentem disponentis, nec debet impediri mens disponentis ex eo, quod sit odiosum, ut latè explicat Soccin. jun. & ante eum ita voluit Aretin. *in l. si ita scriptum, ff. de lib. & posthum.* ubi ait, quod quando eadem, vel major ratio militat in mixto, at quia simplicibus, tunc casus mixtus semper comprehenditur sub simplicibus, sive materia favorabilis sit, sive odiosa, & sic hæc materia sita est conjecturalis, atque voluntaria disponentis interpretatio, ideoque semper considerari debebit, an eadem mens testatoris, eademque causa sit, vel non sit, quemadmodum ad videndum, & cognoscendum, an casus omissus pro omisso habeatur, vel pro expresso, ut post alios concludit Menoc. *lib.4. præsumpt.26. num.26.* considerari debet, an sit eadem ratio, & verisimilis mens testatoris, latè Tusch. *tom.5. conclus.264. & 768.* Pancirolus *lib.3. cap.1.* ut in simili delegato sub conditione casuali, potestativa, vel mixta discurrit Ludovic. Charondas *lib. verisimilium Iuris in verbo condito*, latè Gande *definit.29. lib.4. tit.6.* & substitutionem factam ad favorem filiorum illius non existentis dum fit casus substitutionis intelligi de nepotibus si existant, quasi quod extendatur substitutio de persona ad personam, disputarunt

runt Zasius *cons.7. vol.1.* Gedeus *ad leg. filii 84. num.4. ff. de verb. signif.* Gilbertus Leoninus *cons.70.* Antonius Faber *lib.6. Codicis, tit.18. definit.4.* Ludovicus Char. *in memorabilibus in verbo infans*, Pistorius ad Patrem *p.2. q. 118. cons.52. qu.3. numer.43.* Paulus Rethia, *in suis practicis observationibus, in verbo infans*, Pinzigerius *qu. Illustr. q.83.* & latè Surd. *definit.10. lib.4. tit.5.* & Carpzovius *tom.1. d. 22.* ubi latè.

SUMMARIUM

TERTII CAPITIS consistentis in jure.

1 *Casus omissus, an habeatur pro expresso in conditionali dispositione.*
2 *Conditionis natura progressum non patitur de casu ad casum.*
3 *Casus dissimilis non extenditur ex dispositione conditionali secus si similis sit.*
4 *Casus omissus, an habeatur pro expresso in conditione voluntaria.*
5 *Conditio facit actum individuum.*
6 *Conditio an attendatur in solo cortice verborum.*
7 *Casus extenditur ex conjecturata voluntate testatoris.*
8 *Conditio voluntaria extenditur de casu ad casum; & quando.*
9 *Casus omissus extenditur ad expressum, & è contra in æquiparatis.*
10 *Conditio necessaria extenditur de casu ad casum, & quando.*
11 *Conditio necessaria quæ sit.*
12 *Conditio necessaria suspendit obligationem, sed non impedit transmissionem.*

CAPUT III.

An casus omissus habeatur pro expresso, & disposito, in dispositione conditionali.

1 PRima Conclusio, quando sumus in provisione facta per modum conditionis, ut si exprimant casus per modum conditionis, non extenditur ad alium casum similem, & sic casus omissus regulariter non continetur, & habetur pro omisso, ita Bart. *ubi sup. d. numer.3.* Bolognetus *in d.§. & quid si tantum, numer.117. & 118.* Aquilin. *in d.§. & quid si tantum, numer.13.14. & 17.* & facit Text. *in d. l. qui hæredi, & l. prævius, ff. de condit. & demonstr.* itaque conditionalis provisio, sive dispositio in uno casu facta ad alterum casum expressum dissimilem, non extenditur, facit Text. *in l.si cum dotem, ff.solut. matrim. d. l.commodissime, ff.de liber. & posthum. l.fideicommissum, ff.de condit. & demonstr.* ex ea ratione, quia conditio est strictissimi juris, Cravetta *consil.113. num.1.* Gozadinus *cons.110. n.23.* ergo in forma specifica impleri debet, *d.l. qui hæredi, & dict. l. Mævius, ff.de condit. & demonstr.* Leand. Galganetus *p.2. c.*
2 *1. qu.41. & 82.* unde tam conditionis natura, quam casus dissimilitudo, facit, ut de casu expresso ad casum difficilem non possit fieri progresus in dispositione conditionali; & multa adducit pro, & contra Gallinius *lib.9. de verbor. sign. cap.7.* Ludovicus Casanate *cons.1. à num.18. cum seqq. & num.39. & n.226. & cons.4. n.75.* & Bolognet. *ubi sup.* di-
3 cit, quod hæc conclusio Bartoli est vera præsuppositio in facto, quod casus sit dissimilis, sed tamen an casus sit dissimilis, an similis, dependet à subjecta materia, & ab intentione proferentis, itaut possit dari certa regula, & per hoc ait, quod oportet respicere ad subjectam materiam, an secundum ea sit casus dissimilis, & contingere intentionem proferentis, ut benè Bolognet. *ubi supr.*

4 Secunda Conclusio, in conditione voluntaria, non datur progressus de casu ad casum, sed debet adimpleri in forma specifica, prout fuit ipsa prolata, *d. l. Mævius, in princ. & d.l.qui hæredi*, & sic conditione voluntaria inspicitur tantum factum conditionis, per testatorem ex sola sua voluntate appositæ, ita Bart. *in dict. §. & quid si tantum*, cum quo transeunt communiter omnes, ut Alexander, & Jason *numer.27.* Soccin. *numer.59.* Aquilinus *num.110.* Bolognet. *n.120.* qui contra istam conclusionem, & jura, & rationes expendunt, & eis respondent, & penes ipsos videri potest, ut per Gallinium *lib.9. cap.7. & c.16.* quo loco ait contrariam esse sententiam Bartoli, & omninò tenendam Soc. jun. *in d.§. & quid si tantum, nu. 59.60. & 61.* Ratio est, quia ex adjectione conditionis, actus individuus redditur, *l.cui fundus, ff. de condit. & demonstr.* & ideò non potest, aliter, quam in forma specifica adimpleri, ut jura citata probant, & post alios ita dicit Casanate *cons. 1. à n. 18. & cons.4. à n.42.* quia in conditionibus attenditur merum factum, & verborum cortex, nec alia utilitas, vel effectus requiritur, quoniam conditio, pro sufficienti causa scribitur, ut latè Emanuel Costa *in l.Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth.* 5 6

Limitatur conclusio: ut non procedat, quando ex conjecturata voluntate disponentis, posset colligi Testatorem, non modum, sed finem potius considerasse, tunc namque voluntaria conditio, à necessaria non differt, & sic datur progressus de casu ad casum, ut benè declarat Alciatus *lib.3. de verb. signif. num.24. & 25. usque ad num. 29.* qui ait semper esse animadvertendum, qualis fuerit Testatoris mens, & sententia, ut ex ea, vel ad casum omissum progrediamur, vel intra cancellos verborum permaneamus, & Alciatum sequitur, ac limitationem istam declarat Camillus Gallinius *lib.9. de verb. signif. cap. 18.* Bolognet. *in d. §. & quid si tantum, num.120.* & dicit, quod dicta Bartoli conclusio deseruit tantummodo, pro quadam præsumptione, ut disponens præsumatur cogitasse de forma, tamen ex conjecturis apparet, quod cogitaverit de effectu, & non de forma fit extensio ad casus similes habentes eundem effectum, & reperit ibi *n.89.* & *90.* ubi *à num.86.* adducit duodecim Jura; quibus resolutio hæc comprobatur, & sic dum casus contingit, rogo videri Bolognet. *ubi sup.* & quod conditio voluntaria ex verisimili mente Testatoris, possit extendi de casu ad casum omissum, dicunt Aldobr. *cons.30. numer.10.* Paulus de Castro, Soccin. & alii apud Galganet. *de condit. part.2. cap.1. quæst.41. numer.3.* Cassanate *consil.1. num.15. 16. & 17.* qui tamen *num.18. cum seq.* & maximè *num.27.* citans Raudensem, Surdum, & Cæphalum, ita tenentes, & reperit *num.37. & cons.4. num.51. 52.53.* at Castillus *tomo 4. cap.15. à numer. 57.* concludit in substitutionibus comprehendi casum non nativitatis sub illo verbo (*Si liberi nascantur*) Casanate *consil.4. numer. 53.* 7 8

Limitatur secundò Conclusio: ut non procedat, quando casus ad quem fieret extensio per omnia esset exequutus, & subrogaretur illi expresso, quia tunc etiam in conditione voluntaria daretur progressus de casu ad casum, *l. in conditionibus, §. patronus, ff. de condit. & demon. l. is qui, §.fin. ff.de legatis præstandis, l.pater familias, ff. de vulg. l.3. §.fin. ff.de fideic. libertatib.* & hanc limitationem latius explicat Camillus Gallineus *l.9.de verb.sign. c.17. per tot.* & ibi *n.7. & seq.* quo loco declarat quid dicendum sit, in proposito, quando alia videretur fuisse mens testatoris, & refert Theoricam Alciat. in proposito *lib.3.de verb. signif. sub n.22. & seqq.* 9

Tertia Conclusio dispositio conditionalis, si conditio est necessaria, extenditur ad alium casum, quia potest adimpleri per æquipollens, Bart. *in l.Gallus, §. & quid si tantum, ff.de lib. & posth.* & allegatur Text. *in l.mulier in princ. ff. ad Treb. & in l.si mater, C.de instit. & subst. & Tex. in l. si ita esset, ff. quando dies legati cedat, l.Iulianus ait, ff.de cond. & demon.* & cum Bart. transeunt magis communiter omnes, ut ibi ait Jason *n.27. cum seq.* Galiaula *n.37.* Socc. jun. *n.59.60. & 61.* Alciat. *n.38. & l.3. ff. de verb. sign. n.72.* Aquilinus *in d.l. Gallus, vers. Sed an sententia legis Velleja, nu. 109.* Sarmientus *lib.2.selectarum c.1.n.12.* Sim. de Petris *l.1. interpr.2. dub.20. fol.14. n.37.* latè Menoc. *l.4. præsump.185.* maximè *nu.8.* qui latius distinguit, & declarat, & multa in proposito dicit Casanate *cons.4. n.43. & 47.* Surdus *dec.209. n.3. & de alim. tit.50. q.3. nu.15. & 16.* Gallinius *lib.9. c.8.9. & 10.* ubi latè agit de intellectu *legis commodissimè, ff. de lib. & posth. & l.fideic. §.sicut, ff. de leg.3.* & quę contra istam conclusionem expenduntur, quod accepit onus etiam Soc. jun. *d.nu.59. & seq.* Bologn. *n.31.* Aquilin. *ubi sup. à n.9. & n.12. cum seq. & nu.48. cum seq.* ubi conciliat nonnulla jura, scil. Tex. *in d.§. & quid si tantum*, & Tex. *in d.l.commodissime, & l.fi. C.de posth. hæred. inst.* ubi appellat conditionem necessariam illam, quæ jure, vel natura necessaria est, & præcisa ad ipsam dispositionem, ex prævia ratione rei, non sola 10 11

sola testatoris dispositione, quia si ab ea voluntate pendeat, non necessaria, sed voluntaria dicitur, ut post alios expresse notavit Ludovicus Casanate *cons.4. n.52. & num.* 47. quare scilicet in conditione necessaria extensio admittitur, quia inquit in conditione necessaria testator magis censetur considerasse effectum, quam modum, & sic dicitur necessaria quo ad effectum, non quoad verba, & citat Soccinum, Decium, Peregrinum, Simon de Petris, & alios ita tenentes conditiones verò voluntariæ impediunt transmissionem, non verò conditiones provenientes à le-
12 gis dispositione, vel ex natura rei legatæ: nam illæ licet suspendant obligationem, & actionem, non tamen impediunt legati, vel fideicommissi transmissionem, ad Text. *in l. apud, ff. de condit. & demon. & in l. aliquando, ff. quando dies legati cedat*, ad notata per Peregr. *de fideicom. art.* 31. & Rota Romana adnotavit *in dec.782. part.1. diversorum*, ubi tractat, quæ dicantur conditiones necessariæ, & quæ voluntariæ Censalius ad Peregr. *in d. artic.* 31. *fol.198. col.2.*

SUMMARIUM
QUARTI CAPITIS IN IURE consistentis.

1 *Comprehensio, & extensio, in quo differant.*
2 *Extensio non est, sed proprius intellectus, ubi est eadem ratio.*
3 *Extensio est quædam prorogatio.*
4 *Mentio unius casus, quando fiat exemplificativè, & quando taxativè.*
5 *Substitutio facta sub conditione necessaria extenditur de casu ad casum, secundum nostram opinionem.*
6 *Substitutio facta sub conditione voluntaria extenditur de casu, ad casum, secundum veritatem.*
7 *Substitutio vulgaris in casu voluntatis extenditur ad casum impotentiæ.*
8 *Vulgaris expressa in casu mortis, extenditur ad alios casus.*
9 *Substitutio in uno casu extenditur ad casus similes.*
10 *Legatum factum, si honestè vixerit Titia, vita durante, extinguitur per vitam inhonestam.*
11 *Extensio de casu ad casum admittitur in quacumque substitutione.*
12 *Substitutio exemplaris facta in uno casu, extenditur ad alium similem.*
13 *Substitutio fideicommissi, non extenditur de casu ad casum.*
14 *Substitutio ex probabiliori sententia, extenditur de casu ad casum.*
15 *Substitutionem extendi favore piæ causæ utraque sententia admittit.*
16 *Substitutio si filius moriatur in pupillare ætate, habet locum etiamsi non nascantur filii.*
17 *Iudicium Centumvirale sic statuit, & quando.*
18 Oltradi consilium 142. *adducitur, & explicatur.*
19 Text. in l. si mater, C. de Instit. & substit. *adducitur pro extensione.*
20 *Dispositum dicitur, quod est verisimile, & quando.*
21 Tex. in l. fideicommissa 11. §. si cui ita, ff. de leg.3. *adducitur pro extensione.*
22 Tex. in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posth. *adducitur pro extensione.*
23 Text. in l. Gallus, §. Et quid si tantum, ff. de lib. & posth. *adducitur pro extensione.*
24 Tex. in l. fi. C. de Instit. & substit. *adducitur pro extensione.*
25 Tex. in fin. Cod. de posth. instit. *adducitur pro extensione.*
26 Tex. in l. exhæredato, §. ult. ff. de leg.1. *adducitur pro extensione.*
27 *Substitutus primo nominato succedit secundo, caducato primo gradui.*
28 *Substitutio si fiat caduca per defectum conditionis, an det locum secundo gradui.*
29 *Statutum disponens contra jus commune, an extendatur de casu ad casum.*
30 *Substitutus datus ventri si nascantur, admittitur etiamsi non nascantur.*
31 *Substitutus posthumus si moriatur sine filiis, eo non nato admittitur.*
32 *Substitutio extenditur de tempore ad tempus.*
33 *Verisimilis mens Testatoris sequenda est.*
34 *Conditio deficit quandoque quo ad verba, sed non quoad mentem.*
35 *Substitutio extenditur per conjecturas voluntatis Testatoris.*
36 *Substitutio extenditur unica ann. concurrente.*
37 Text. in l. commodissimè, ff. de lib. & posth. *explicatur.*
38 *Substitutio extenditur quando Testator respexit effectum.*
39 Tex. in l. Pater Severinam, ff. de condit. & demon. *explicatur.*
40 Papinianus *quid consideravit* in dict. l. Pater Severinam.
41 Tex. in d.l. Pater Severinam, *aliter explicatur ab aliquibus.*
42 Carolus Molineus, *diù sectarius, tandem sub morte Catholicus, explicat latè, & eruditè* tex. in d. l. commodissimè.
43 Textus, in leg. si ita quis, ff. de vulgari, *explicatur.*
44 *Conditio semper excludit casum contrarium.*
45 Text. in l. si cum dotem 25. ff. sol. matrim. *explicatur.*
46 Text. in l. cum quis 8 ff. sol. matr. *explicatur.*
47 *Casus dissimilis, vel contrarius, non extenditur ad alium casum.*
48 Tex. in l. si quis ita, §. penult. ff. de rest. tutela, *explicatur.*
49 *Casus cogitatus, an extendatur ad incognitum.*
50 *Tutor datus filiis, an censeatur datus filio ignoto.*
51 Tex. in d. §. penult. *resolvitur.*
52 *Testamentum solemne non vitiatum habet remedium* l. fi. C. de edict. D. Adr. toll.
53 *Beneficium* l. fi. C. de edict. D. Adr. toll. *conceditur hæredi scripto.*
54 *Substitutus expresso, non habet beneficium* l. final. *de quo suprà.*
55 *Substitutus tacitè habet etiam beneficium* l. fin. *sed non substitutione per extensionem.*

CAPUT IV.

An substitutio loquens in uno casu, extendatur ad alium?

PRo intelligentia suppono, quod differunt in jure no- 1
stra comprehensio, & extensio: comprehensio enim dicitur, quando in pluribus casibus eadem militat ratio, & in his, non dicitur procedi per extensionem, sed per comprehensionem, & non datur extensio, sed intensio, & declaratio, & potius dicitur interpretatio intellectiva, quam extensio, sicuti dicunt Oltradus, Calderinus, Rolandus, Tiraquellus, & alii, quos adducit, & sequitur Molina *de primogenitura lib.1. cap.5. à numer.12.* Paleaz, & alii quos sequitur Castillus *libro sesto, cap. 170. nu-*
mer.10. desumitur ex magistrali doctrina Bald. *in l. 14.* 2
ff. de legibus, unde Osualdus apud Donellum *lib. 1. cap. 14. numer. 1.* ait quod ubi est eadem ratio, non dicitur extensio, sed proprius intellectus, per Text. *in l. 1. §. 1. ff. de verb. significat.* Bald. *in dict. l. 14. ff. de legibus*, dicens perpetuo hoc allegari in praxi, quando enim in pluribus casibus eadem ratio urget, & ipsa decidit omnes, non per extensionem, sed sicuti generi species, in-
est; sed quando rationes specie differentes, similes tamen 3
sunt, tunc est extensio idest prorogatio de termino ad terminum, per adæquationem, & paritatem, ita Surd. *ubi suprà, cap.17. numero 10. in fin.* sicque extensio dicitur, quando rationes sunt differentes specie, sed similes inter se, quæ dici solet quædam prorogatio de termino ad terminum, pro adæquatione, seu æqualitate, est exemplum in favore publico, & Piæ causæ sunt similes, ut in *Authent. quas action. C. de Sacr. Eccl.* tamen numero sunt differentes, ita Bald. *in d.l. de quib. ff. de legib.* Alex. & alii quos refert, & sequitur Camil. Gallinus *de verb. sign. lib.6. c.8. num.4.* & identitas rationis operatur: ut quando in

in aliqua dispositione, de uno mentio efficitur, intelligatur facta exemplificativè, & non restrictivè, Villagutt. *de extensione legum non connexarum à numer.* 1. ubi juribus,
4 rationibus, & DD. authoritatibus hanc conclusionem probat, & post ipsum, Farinac. *in pragmat. in verb. extensionis materia, num.* 50. Castil. *d. cap.* 170. *numer.* 11. *& seq.* Præceptor meus Joan. Dominicus Coscia *in Apologetica resolutione, p.* 1. *numer.* 29. 30. *&* 31. hoc posito ad quæstionem Respondendo dico. Duas fuisse sententias in quæstione prædicta.

5 Prima opinio dixit, quod si substitutio sit facta sub conditione: necessaria autem dicitur de uno casu ad alium, sed si substitutio fiat sub conditione voluntaria, non extenditur, sed solum habet locum in casu, in quo conditio impletur in forma specifica, neque sufficit si adimpleatur per æquipollentia, juxta Text. *in l. qui hæredi* 44. *& in l. Nænius* 55. *ff. de cond. & demonstr.* ita distinguunt Petrus de Bella Pertica, quem refert, & sequitur Paulus *in d. §. & quid si tantum, & in l.* 1. *numer.* 29. *ff. de vulgari,* & communiter DD. *in d. §. & quid si tantum,* Baldus *numer.* 5. *&* 6. Angelus *numer.* 4. *&* 5. Cumanus *numer.* 6. Paulus *numer.* 7. *&* 8. Alexand. *numero* 5. Soccin. *num.* 6. Jason *numer.* 27. *&* 31. Sarmientus *l.* 5. *selectar. numer.* 9. Tapia *in l.* 1. *numer.* 94. *ff. de vulgar.* ubi Socc. *numer.* 13. *& cons.* 140. *numer.* 9. *vol.* 1. *& consil.* 77. *numer.* 7. *vol.* 3. Ancharan. *cons.* 357. Angel *consil.* 93. Surd. *consil.* 37. *& decision.* 2. *numer.* 6. *& decision.* 207. *numer.* 13. *&* 14. Sim. de Petris *libr.* 1. *interpretat.* 2. *declarat.* 2. *fol.* 14. *à numer.* 22. *&* 30. *usque ad fin. & lib.* 3. *interpretat.* 2. *dubio* 1. *fol.* 5. *numer.* 12. Galganet. *de condit. & demonstrat. part.* 1. *cap.* 102. Intrigliol. *centur.* 1. *quæstion.* 17. *à numer. octavo, & à numer.* 46. Fusarius *quæstione* 460. *cum duabus sequentibus,* & quod casus in quocumque contractu, vel dispositione omissus, remaneat in dispositione juris communis dicunt *in dict. leg. si cum dotem, ff. soluto matrimonio, & d. leg. commodissime, ff. de liber. & posthum.* Gerand. Mazzol. *consil.* 8. *numer.* 3. *& cons.* 41. *numer.* 6. Osasch. *cons.* 74. *numer.* 31. Vessembechius *cons.* 8. *numer.* 6. *parte secunda,* Scraderius *cons. sexto, numer.* 121. *colum.* 1. Thominghius *consil.* 3. *numer.* 11. Surdus *decision.* 202. *numer.* 9. Gaspar Klok. *consilio* 182. *numero* 162. quod in sententia multo fortius procedit, in qua casus omissus non habetur pro expresso, quia sententia est stricti juris: unde non extenditur, ultra quam ejus verba sonant, propterea licet sententia omittat condemnationem, non per hoc censetur absolvere Bartol. *in leg.* 1. *colum.* 1. *Codic. si adversus rem judicatam,* post alios Joan. Baptist. Spada *consilio* 27. *tomo primo, numero decimoseptimo, & decimooctavo, & cons.* 16. *numer.* 130. *&* 152. *num.* 6.

6 Secunda opinio est, & communis omnium Doctorum sententia, & sine ulla distinctione, quod sive conditio sit necessaria, sive voluntaria, ex verisimili mente, & conjecturata voluntate testatoris, extendi potest substitutio, ob identitatem rationis, ex uno casu simili ad alium similem, ita Soccinus, *in dicta leg. Gallus* 29. *§. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. numero sexto, & in leg.* 1. *ff. de vulgar.* Decius *consilio* 127. *numero duodecimo,* Alexand. *consilio* 130. *libro secundo,* Hieronymo Gabr. *consilio* 95. *numero tertio & septimo, libro primo,* Molina *libro tertio, de primogen. cap.* 5. *numero vigesimo,* Decianus *respons.* 1. *à numer.* 85. Menochius, Fusarius, Rusticus, Castillus, Peregrin. Thesaurus, Vivius, & Barbosa, & alii quos refert, & sequitur doctissimus Carleval. *tomo secundo, de Iudic. disputatione quinta, à numero decimonono, & sequent.* de qua quæstione agunt latè etiam Gulielm. de Benedictis *in cap. Raynutius, in verbo, Si absque liberis, el* 2. *in tractatu de vulgar. substitut. à numero vigesimoquinto, de testament.* Covarru. *sen. cap. Raynutius, §.* 4. *numero quinto,* Gomezius *tom.* 1. *variar. cap.* 3. *numer.* 10. ubi novissima addit Gregorius Lopez *in l.* 2. *tit.* 5. *part.* 6. *gloss.* 5. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 24. *&* 25. Menochius *lib.* 4. *præsumpt.* 26. *&* 65. Surdus *dict. dec.* 37. 202. *&* 207. & extensionem fieri de casu mortis ad casum impotentiæ, post alios Surdus *decis.* 202. in cujus doctissimis additionibus Dominus meus Consiliar. Hodierna *addit. ex jur. allegat.* 92. quod promittens interesse præter, & excepto casu mortis suæ, intelligitur etiam casu quo impediretur ex facto incompatibili legatur, quia doctè, & novissimè Joannes Meisderecius *in decisionibus, tom.* 4. *dec.* 56. *numer.* 4. ubi latè agit, quando, & qualiter casus omissus habeatur pro disposito, & idem dicitur *decis.* 9. *tom.* 1. *per tot.* ubi habetur, quod casus quos jungit paritas, æquitas, vel identitas rationis, quoad juris interpretationem separandi non sunt: quare 7
substitutio vulgaris in casu voluntatis concepta extenditur ad casum impotentiæ, Bartol. *in l.* 1. *n.* 13. *ff. de vulgari,* ubi Alexand. *numer.* 12. Jason *num.* 14. Ripa *num.* 89. Socc. *num.* 13. Alciatus *n.* 24. idem Bart. *in l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posth.* & esse communem opinionem ait Aretin. Cuman. Galiaula, Salonius Fortunius, & alii, quos verum dicere, ait Costa *in dict. l. Gallus, §. & quid si tantum,* ubi Curtius *num.* 53. idem Bart. Bald. Paul. & Jason *in l.* 3. *C. de hæred. instit.* Gulielm. de Cuneo *in l. precibus, quæst.* 1. *C. de impub.* & aliis substitutus Joan. Cirasius *in l. post aditam, n.* 26. *ead. tit.* Zasius *in rubrica de substit. col.* 3. qui de communi testatur Parisius *consil.* 66. *n.* 68. *lib.* 3. Socc. jun. *cons.* 106. *n.* 10. *& seq. volum.* 1. *& cons.* 29. *numer.* 8. *volum.* 4. Roland. *cons.* 70. *numer.* 37. *volum.* 3. Costa *in cap. si Pater, part.* 1. *in verb. Eidem filio, num.* 47. *de testam. in* 6. ubi ait, quod vul- 8
garis expressa in unum casum mortis, extenditur ad omnes casus, quibus hæres in primo institutionis gradu excludi potest, & repetit, eadem 1. *parte, in verb.* (*Vtrumque*) *n.* 11. Vasquius *de successionib. l.* 1. *§.* 2. *num.* 31. ubi dicit, quod substitutio facta quandocunque institutus decesserit comprehendit casum non solùm impotentiæ, sed etiam voluntatis, & non restringitur ad casum impotentiæ expressum, sed omnes casus impotentiæ comprehendit, ut sive sui incapacitate, sive alia quamvis impotentię ratione impeditus fuerit, quo minus adeat, in omnibus enim his casibus substitutus admittitur, ex vi vulgaris substitutionis, Vasquius *lib.* 2. *de success. §.* 12. *n.* 3. Joan. Cæphal. *cons.* 292. *à num.* 9. *lib.* 2. latè Decianus *cons.* 1. *à num.* 78. *& num.* 85. *& num.* 100. *&* 158. *volum.* 1. ubi ait, quod in testamentis ex testatoris verisimili mente subexpressa substitutio in uno casu, extenditur ad alios casus, similem rationem continentes, etiam quando dispositio est in uno casu facta per conditionis modum, & sic uno ore dicunt plures Doctores ultra supra expressos, Fulvius Pacian. *consil.* 23. *num.* 4. *lib.* 1. Bald. 9
de Ubaldis *in tract. de subst. in rubr. de vulgar.* latissimè Paul. Leon. *de vulgari substit. à nu.* 72. *usque ad* 113. ubi optimè explicat. Sforzaod. *in Prælud. comp.* 5. *part.* 2. *quæst.* 3. *nu.* 8. 9. *&* 10. Gregorius Lopez *in l.* 1. *tit.* 5. *part.* 6. Michael Graff. *in §. substitutio, qu.* 7. *num.* 7. Menochius *cons.* 97. *num.* 92. *l.* 1. *& cons.* 171. *n.* 6. *lib.* 1. Paulus Æmilius *de substit. c.* 1. *n.* 75. Alciatus *respons.* 492. *num.* 29. Ludovic. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 44. Marc. Aquilin. *in d. §. & quid si tantum, in verbo, Sed ex sententia legis Velleja, num.* 1. & pluribus sequentibus Marc. Ant. Ruger. *cons.* 74. *nu.* 10. 19. *&* 42. *& consil.* 99. *à n.* 6. Simon de Petris *lib.* 3. *de interpr. ultim. volunt. interpret.* 2. *dub.* 1. *fol.* 1. *à num.* 12. *cum sequentibus, fol.* 64. Petr. Gregor. *lib.* 4. *syntagm. cap.* 12. *n.* 4. Trentacinq. *de substit. p.* 1. *à num.* 25. *cum seqq.* Didac. Spino. *in suo spec. testam. gl.* 22. *n.* 72. Anton. Pichard. *in princ. de vulg. à n.* 20. Surd. *cons.* 236. *à n.* 23. *&* 24. *& n.* 34. *&* 36. *lib.* 2. *& cons.* 44. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 1. quia loquitur in casu, in quo fuit facta substitutio solum in casu mortis Joanninæ institutæ, & tamen, quia ipsa fuit instituta, donec castè, & honestè vixerit, ait, credendum esse, quod testator verisimiliter censuit esse locum etiam in casu quo Joannina vitam ageret inhonestam, Surd. *ubi sup. n.* 6.

Adducitur Joannes Andreas *in addit. ad Speculatorem,* 10
in tit. de substit. & post Riccard. de Malumbra, *ibi,* qui dicunt, quod si testator, institutis filiis relinquat uni mille toto tempore vitæ suæ si tamen honestè vixerit, & post ejus mortem voluit, quod pervenerit ad Titium, si uxor inhonestè vivat Titius habebit illa mille, non expectata uxoris morte, qui legata, & fideicommissa dicuntur donationes, causa mortis, *l. legatum, ff. de leg.* 1. & ideo testator vult, quod illas habet potius legatarius, vel fideicommissarius, quam hæres, *l.* 1. *ff. de donat. caus. mort.* & licet verba sint concepta in casu mortis, id tamen provenit, quia non credidit testator, quod uxor inhonestam vitam esset ductura, & ideò hoc casu verisimiliter dixisset, si de eo cogitasset, ut bene post alios Surd. qui addit, quod si uxori relinquatur in decennium & post id tempus alteri. Tertius consequetur usufructum uxore ante decennium decedente, quia verisimiliter credendum est, quod ita disponeret testator, si decedente uxore ante decennium contingere cogitasset, ergo substitutio nuptiis in ca-

casu voluntatis, sive violentiæ extenditur ad casum impotentiæ, & contra ex dictis supra, & est de hoc celeberrima decisio Rumei *n.2. dec.9.* ubi latissimè de articulo, & est alia similis decisio *to.1. dec.8.*

11 Idque extenditur in omni substitutione, ut in omnibus admittatur extensio de casu ad casum, modò militet eadem ratio, & verisimilis testatoris voluntas ita suadet, ita Fulgos. *in l. ultima, col.1. Cod. de institut. & substit.* Ruinus *cons.83. numer.12. & cons.97. numer.3. lib.1.* Roman. *cons.56. numer.3.* Paris. *cons.78. n.19. l.2.* Socc. jun. *cons.180. n.28. lib.2.* Alciat. *respons.250. n.8. lib.3. ff. de verb. signif. n.27.* Peregr. *cons.102. n.65.* Jacob. Menochius *cons.326. n.39. l.*
12 *4. & præsumpt.65. num.6. cum quinque sequentibus, lib.4.* ubi multis exornat, & inquit, *d. numer.6.* substitutionem exemplarem factam in uno casu furoris, extendi ad alium similem, & *numer.7.* substitutionem factam si hæres præmorietur extendi ad casum, si hæres non viveret, & *numer.18.* substitutionem factam, si filius, in rerum natura extitisset; sed in pupillari ætate decessisset, & *num.9.* substitutionem factam si masculis decessit, sine masculis, vel fœminis, extendi etiam ad casum, si decesserit sine liberis masculis, & fœminis, quia ex verisimili mente testatoris, ita colligitur prout plenius Alciat. *ibi, & explicat. num.10.* mortis casum extendit ad casum, secundarum nuptiarum, & adducit plures apud Surdum *num.11.* substitutione sub conditione instituto filium, indecesserit sine liberis substituo cujus, admittitur substitutione in casu quo institutus decedit vivo testatore, & tandem *n.12.* ait substitutum decedente hærede sine filiis, adita hæreditate, habere etiam locum his institutus non adivit, idque ex verisimili mente testatoris, & præsumpta mente testatoris, ut per Menoch. *ubi supr.* Imò in fortioribus terminis in institutione hæredis, quod institutio hæredis extenditur de casu ad casum, qui habet eandem rationem, & verisimilem mentem testatoris, cum Socc. jun. *consil.12. num.29.* idem Menoc. *lib.4. præsump.*
13 *26. à num.20. usque ad num.34.* latissimè probat substitutionem directa posita verisimili mente testatoris extendi, Marcus Aquilinus *in dict. §. & quid si tantum*, ubi in quacumque substitutione etiam fideicommissaria, sicque in fideicommissis, & primogeniis quod extensi admittatur, nedum de casu ad casum, sed etiam de persona ad personam, si eadem ratio, & verisimilis testatoris mens intercedat, ut bene Ludov. Molin. *de primogen. lib.1. c.4. n.24. & 25. à n.4. usque ad nu.20.* & ibi, *nu.26. & 27.* & adducit plures, ad Text. *in l. si quis ita, §. Paulus, ff. de testament. militis*, quæ in contrarium ponderatur, & plures tradit responsiones Menoch. *ubi suprà* Molina, Mantica, cum Castillo *lib.3. c.22. nu.95. & 96.* Anna *cons.84.* Mascard. *concl. 1156. à num.8.* Ludovic. Casanate *cons.4. per totum, & consil.55.* Socc. jun. *in d. §. & quid si tantum, num.37. & 45.* Bolognet. *num.224.* Joseph Rustic. *in l. cum avus, c.2. à n.63. usque ad nu.78. ubi n.63.* adducit quamplurimarum interpretum sententiam dicentium fideicommissariam substitutionem de una persona ad aliam non extendi, licet eadem ratio adsit, ut dicebant Ancharan. Imola, Abb. Jason, Roman. Decius, Socc. sen. Gozad. Cravet. Gratus Curatus jun. Ruin. Rubeus Alexandrin. Socc. jun. Torniellus, Roland. Natta, Alciatus, Zanchus, Galiaula, Cephal. Hieron. Gabriel. Ripa, Aretin. & Riminald. alii, ut Crotus Cæphalus, Mazzolus, Hieronymus Gabriel, & alii laudati à Vincentio Homnedeo *cons.48. num.57. lib.2.* di-
14 cunt, ut substitutio aliqua non admittat extensionem de casu ad casum, neque de persona ad personam; id enim ait *cons.56. n.7. & 8. lib.2.* ubi dicit, quod extensio substitutionis, non fit de persona ad personam, etiam ex præsumpta mente testatoris, & identitate rationis, sive agatur de extensione de persona ad personam gravatam, sive agatur de persona substituta, ut latè Rusticus ibi, & tandem idem Rusticus *n.64.* refert opinionem communem contrariam, eorumque qui dicunt extensionem fieri de persona ad personam, etiam in substitutionibus obliquis, & in fideicommissis, dummodò concurrat verisimilitudo mentis testatoris, & virtus rationis non recedat, & dicit Rusticus hanc opinionem esse tenendam cum Mant. & Menoc. *ubi sup. & n.66.* agit de intellectu Text. *in l. si quis ita, §. penult. ff. de testam. tutel.*

15 Addo, quod inter alias limitationes, quas tradunt DD. omnes negantes extensionem, una est favore piæ causæ substitutæ, ut bene Rusticus *ubi sup. n.74.* Castillus *lib.5. c.62. n.45. col.1. f.51. in novis.*

Probatur autem conclusio nostra, quod substitutio vulgaris, & quælibet alia extendatur de casu ad casum. Primò, quia substitutio hoc modo concepta, instituo hæredem filium mihi ex ventre meo nasciturum, & si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit substituo Titium, si non est natus filius, adhuc habebit locum, & substitutus admittitur, quia verisimiliter credendum est, ita testatorem voluisse, sic docuit Bart. *in l.1. n.33. ff. de vulgari, & in l. fin. n.7. Cod. de instit. & substit.* ubi ponit quæstionem, quando Testator credens uxorem prægnantem, instituit posthumum modò prædictus, & sequuntur 23. illi Interpretes, numerati per Decian. *cons.1. à num.128. usque ad nu.134. lib.1.* & alii adducuntur per Men. *lib.4. præs.65. nu.13.* & per Mant. *lib.11. de conject. tit.6. num.1. & 2.* ubi latè, quod substitutio facta posthumo nascituro, adhuc locum habet Fulvius Pacianus *cons.23. n.14. 15. & 16.* Facchineus *lib.4. controv. cap.46.* eadem ratione dicitur, quod si testator substitutum vocavit sub conditione (si filii nascerentur ex filio, & moriantur absque filiis,) verisimiliter credere debemus eundem vocare voluisse, si filii non nascantur, ut ait Ludovicus Casanate *consil.1. nu.15. 16. & 17.* qui etiam subdit, post alios verisimiliter disposuisse in casu non nativitatis, quod disposuit in casu nativitatis, & mortis, latè Surd. *cons.236. per tot. l.2.* qui *à n.26.* ait, quod substitutus posthumo decedenti sine filiis, admittitur eo non nato: sequitur Simon de Petris *lib.3. interpr.2. dub.1. sol.6. nu.51.* 16

Allegat in hanc sententiam Centumvirale judicium, in quo contra Mutium Scevolam Crassus obtinuit, refert Cicero *de Oratore, lib.1. & 2.* Quintilianus *lib.7. Oratorum, cap.7.* imò præter tacitam voluntatem testatoris, quę non minus operatur, quàm expressa; nam ut diximus supra si aliter voluntas nostra intelligi posset, verbis non uteremur, ergo ut de prætensa constet voluntate, frustra verba quærimus. 17

Neque valent contraria argumenta, quibus contrarii Authores oppositum sentiunt, quod scilicet casus omissus pro omisso habendus sit, quod conditio in forma specifica impleri debet, & quod in verbis testatoris non sit recedendum, quando manifestè non constat de ejus mente. Neque Oldradi *consil.142.* & ejus nomine suppresso Joannis Andreæ placitum, & observatio, quod si substitutio fuit facta de posthumis nascituris, & sic in plurali, non extenditur ad casum, quod unus tantùm posthumus esset. Neque alterum ejusdem Soccini *consil.117.* substitutum non admitti si testator posthumum sibi nasciturum instituerit, cui decedenti substituit fratrem evenit, quod nato eo, moritur in pupillari ætate fit locus substitutionis. 18

Respondeo, quod argumentum non urget, quia ejusdem motivis, de quibus hic, ut consilii Ancharani, Paciani, & Casanate, respondet Menoc. *dict. l.4. præsump. 65. à num.13. usque ad n.38.* ubi *nu.20.* profertur verè receptam magisque communem opinionem, & Oldradi consilium communiter reprobari, & iniquam esse, ac contra testatoris potestatem, & sic etiam respondet Facchineus *l.4. controv. c.46.* Cardinalis Mantica *lib.11. de conjecturis, tit.6. num.1. & 2.* non enim potest dici omissus casus, de quo testator verisimiliter idem statuisset si de eo meminisset, & fuisset interrogatus, in quo est eadem ratio admittendi substitutum, quando scilicet posthumus non est natus, quæ versatur, quando natus est, & decessit sine liberis, & in quo testator non tam consideravit nativitatem, & mortem filii, quàm casum, in quo ex se descendentes non extarent, & quamvis non nascente posthumo conditio nascendi deficiat, non tamen deficit voluntas admittendi substitutum eo casu, quæ magis quam verborum rigor debet attendi, ut latè Surdus *cons.536. nu.41.* & talis conditio expresè asseritur in *l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib. & posth.* ut latè Castil. *n.4. c.15. n.72.* & facit Text. *in l. ult. C. de inst. & substit.* de qua Castil. *ubi sup. n.73.* & Text. *in l. fi. Cod. de posth. hæred. instit.* de qua Castillus *dict. cap. 15. num.74.*

Probatur secundò, *ex l. si mater, Cod. de inst. & substit.* ubi si filii fuerint à matre hæredes instituti sub conditione, si fuerint emancipati à patre, locum habet illa institutio, etiam in casu diverso, nempè si pater deportatus fuerit, nec satisfacit ullo modo Facchinei responsio, *libro 4. cap.62. vers. Ad quintum*, eundem scilicet effectum sequi, tam ex emancipatione, quàm ex deportatione, quia sci- 19

scilicet filius liberatur à patria potestate, ad quod respexerat testator, qui nihil ad patrem voluit pervenire, quia juridicum elicitur argumentum, pro extensione substitutionis, aut dispositionis, quotiescumque eadem militat ratio, & præsumpta testatoris voluntas, sive idem effectus resultet, ad quem testator respexit, & facit pro hac sententia Text. *in l. tam hoc jure, ff. de vulgari, & in l. quamvis, Cod. de impub. & aliis subst.* ubi substitutio fuit facta impuberi, in uno tantum casu subreptum erit, qui est casus vulgaris substitutionis extenditur ad casum, quo hæres sit, & in pupillari ætate decesserit, qui est alius casus contrarius expresso, atque species alia substitutionis, videlicet pupillaris, hæc concludit Facchineus *ubi supra, vers. Ad octavum*, dum ait ex legibus haberi, vulgarem posse non continere, tacitam pupillarem, quod in præsenti non est per leges constitutum, nam cum id procedit ex identitate rationis & verisimili mente testatoris, & resolvet idem effectus, quem consideravit testator, ideòque ex dictis juribus rectè argumentum colligitur, ut eisdem concurrentibus extensionibus admittantur: sic in *l. Humanitatis, C. de impub. & aliis*: substitutio exemplaris in unum casum, extenditur de casu ad casum, licèt Facchin. *d. cap.61. in princ.* dixerit, se non videre quo pacto Text. *in d. l. Humanitatis*, ad hanc rem adduci possit, in quo manifestè decipitur, ut tradit Castillus *d. nu.4. c.15. nu.74. & to.5. c.62. n. forum fore*.

20 Probatur tertiò, quia illud habetur pro disposito, de quo si verisimiliter fuisset interrogatus testator, ita disposuisset, ut communiter dicunt DD. ex Glossa *in l. tale pactum, §. quia provisum fuit, ff. depos.* & sic in specie argumentatur Decius *cons.227.* & Decianus *cons.1. n.100. lib.1.* Menoch. *lib.4. præsumpt.26. numer.8. & præsumpt. 65. n. 50.* quæ rectè probarunt Text. *in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posthum.* quo loco respondet Paulus J. C. instituto hærede eo qui nascatur, extensionem fieri ad casum illum quando is natus non erit tempore conditi testamenti ignorante ipso testatore, est enim maximè verisimile, quando si scivisset testator filium illum esse natum magis expresse eum vocasset, cum jam constat effectum habuisse erga partum illum, quæ est præsumptio legis ex testatoris mente collecta, ut bene Menoch. *d. præsumpt.26. numer. 2.* & cum in judicio advertit communis in *d. §. & quid si tantum, & in d. §. Lucius*, & notat Ferdinandus Berengarius *in l. fi. numer.5. Cod. de posth. hæred. instit.* & Facchin. *d. cap.61.* nihil concludit, sicuti verò, qui tenent non fieri in substitutionibus extensionem de casu ad casum, multipliciter limitant, cum Mantica *lib.3. tit.29. à numero 9.* Rustico *in l. cum Avus, ff. de condit. & demonstr. à nu.63. usque ad 78.* sic è contra, qui tenent extendi de casu ad casum substitutionem limitant aliquantulum, cum Jasone *in l. Gallus, ff. de lib. & posthum. & in l. 1. ff. de vulgari*, ubi Ripa *à numer. 89. l. favor de compendiosa, p.2. quæst.3. n.10.* Grasso *in §. substitutio, q.7.* Trentacinq. *c.1. à n.34.* Aquilinus *in d. §. & quid si tantum, n.46. & seq.* Menoc. *lib.4. præsump.65. à num.25. & seq.*

21 Probatur quartò, dicta communis sententia ex Text. *in l. Fideicommiss. 11. §. si cui ita, ff. de leg.3. l. mulier 21. l. hæredes mei 57. §. cum ita, ff. ad Trebell.* & ea ratione, quia cum in testamentis voluntas totum faciat, & tamquam lex servanda sit, & præcipuè spectanda, *dict. l. fideicommissa, §. item si quis, l. quisquis 93. ff. de leg.3. l. ex facto 35. §. reorum autem, ff. de hæred. instit. leg. hæredi posthumus 130. ff. de leg.1. l. in conditionibus 19. ff. de condit. & demonstr.* Galganet. *2. p. c.1. quæst.50.* ideò fit, quod cum testator in dispositione respiciat, & intendat aliquem effectum censetur velle illud, ex quo sequitur idem effectum, quia præsumitur ea voluisse disponere, de quibus si fuisset interrogatus verisimiliter disposuisset, *l. Titius 25. §. Lucius, ff. de lib. & posth.* Glossa ultima *in l. tale pactum 41. §. fi. ff. de pact.* & non curamus de modo, & medio, dum habeatur effectus, & finis, *instit. dict. l. mulier, ff. ad Trebel.* nam ubi adest voluntas testatoris, ex verisimilibus, & legitimis conjecturis elicita sufficit quaslibet conditiones impleri per æquipollens dum obtineatur finis, & effectus ille, quem testator præcipuè respexit, ut post Covarru. & Mantic. argumentatur doctissimus Carleval. *tom.2. disput. 5. nu.29. per tot.*

22 Probatur quintò, ex Text. *in l. Titius, §. Lucius, ff. de lib. & posthum.* quo loco respondit Paulus, instituto hærede eo qui nasceretur, extensio fit ad casum illum, quando is natus jam erat tempore conditi testamenti ignorante ipso testatore, est enim verisimile, quod si testator scivisset filium illum esse natum, magis expressè eum vocasset, cum jam constet affectionem habuisse, erga partum illum: probant etiam alia jura, quæ in substitutione facta in uno modo censetur in alio modo, & ita cum aliis defendit constanter Menoch. *lib.4. præsumpt.160. numer.16.* contra alios relatos per Menoch. *ubi supra, numer. 12.* & rejicitur ex notatis à Gallinio *lib.9. de verbor. signif. cap.18. à numer. 9.* maximè *num.14. cum trib. seqq.* ergo substitutio directa extenditur de casu ad casum, quando habet communem rationem, vel extat præsumpta mens testatoris, ut bene Bart. & Bald. Alberic. & Angel. quos refert, & sequitur Decian. *d. cons.1. à n.128. usque ad nu.14. l.1.* & post eos Præses de Franchis *dec.299. à n.1. usque ad 5.* qui defendit hanc partem, Vivius *contra opinionem in verbo casus expressus*, Clar. *in §. testamentum, qu.76. Regula 9.* & Text. *in d. l. Titius, §. Lucius*, ponderant cum Menoch. *l.4. præsump. 65.* ut procedat non solum in institutionibus de qua loquitur, sed etiam in substitutione: etenim licèt testator in unum casum expresserit, non tamen excludit alium similem.

Probatur sextò, per Text. *in d. l.1. §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum.* ubi institutio facta de nepote in casu mortis filii, extenditur ad alium casum, nempè si alius filius ponatur interdictorem ignis, & aquæ, vel si emancipatum cum institutio casibus locum habeat dispositio testatoris, qui voluit nepotes esse loco filii, quocumque modo is filius desinat esse talis, & ideò J. C. in hunc modum scribit, sed in sententia legis Vellejæ, & hæc omnia admittenda sunt, ut ad similitudinem mortis; cæteri casus admittendi sunt, & licet dicto Text. tripliciter conetur respondere Trentacinqu. *part. 1. cap.1. numero 26.* tamen facilè defenditur Text. ab oppositionibus, & illis quę notat Paulus Leonius *de substitution. cap.1. à num.17.* & sic declaratur ab eodem Facchin. *l.4. c.61.* nam nullus poterit negare, per expressionem unius casus censeri expressas omnes similes cum identitate rationis & expressa, vel tacita voluntate testatoris. 23

Probatur septimò, ex *l. fin. Cod. de instit. & subst.* ubi substitutio facta eo casu quo posthumus meus natus non erit, extenditur ad casum quo natus, & mortuus fuerit, vel repudiaverit, ut Bart. Bald. *ubi supra*, & licèt aliqui conentur respondere, cum Trentacinq. & Facchin. *ubi supr.* re vera tamen Text. pro communi opinione fortiter urget, nec vitari potest concludenter, ex considerationibus Pauli Leonii *p.1. c.1. n.85. & seq.* 24

Probatur octavò, ex *l. ultima, C. de posthum. hæred. instit.* ubi Justinianus Imperator respondit, quod institutio facta de posthumo nascituro, post ipsius testatoris mortem, trahitur ad casum quando hæres fieret Sacerdos, & licet hunc Text. conati sunt DD. aliter interpretari, tamen contrarium alii dicunt, etiamque defendunt cum Menochius & alii *ubi supra*, qui omnes dicunt esse extendendum de casu ad casum, ut diximus. 25

Probatur nonò, ex *l. exhæredato, §. ultim. ff. de leg.1.* ubi substituens nascituro, eo non nato locum habet, & *l. jam hoc jure, ff. de vulg. & l. humanitatis, C. de impub. & l. si mater, C. de hæred. instit.* sic substitutio facta posthumo nascituro sub conditione, si decesserit sine liberis locum habebit eo non nato DD. communiter apud Mancill. *de imput. q.16. nu.36.* Thesaur. filius *lib.4. p.15.* & in addit. ad Patrem, *dec.60. & 86.* & quæ expendit Menoch. *d. l.b.4. præsumpt.65. nu.10.* sic substitutio facta in testamento mortuo hærede ante mortem testatoris, qui nullum alium condidit testamentum, illam non expirat, sed per vulgarem substitutionem admittitur, neque fit locus venientibus ab intestato, quia vulgaris illa substitutio habetur uti secunda institutio in testamento facta, & non solùm dicitur pro substitutis judicatum, exclusis venientibus ab intestato; etenim caducato primo gradu substitutionem admittitur substitutio, ut latè Peregr. *art.15. per tot.* Thesaur. filius in addit. ad Patrem *decision.60. & decision. 86.* & sequentes gradus cum eodem onere deinceps substitutis, restituendi fideicommissum penes hæredem remanere, *l.1. §.1. & 2. Cod. de caducis tollend. leg. cum pater, §. cum pater, ff. de leg.2. leg. si ab eo, ff. usufruct. legato*, & sic judicatum refert Corn. *consil. 15. libro 2. & consilio 298. libro 3.* Rota Romana *decision. 374. & decision. 648. part. 1.* & recollecta per Farinac. Castill. de- 26

*dec.*151. *numer.*31. Sesse *dec. Aragon.* 5. *à numer.* 4. Seraphin. *dec.*144. *numer.*5. Anna *consil.9. lib.*1. Casanate *consil.*20. Thoming. *decis.*15. Fusar. *qu.*469. *nu.*57. Amat. *variar. resolut.* & substitutus in secundo gradu, vel alterioii, caducatis, præcedentibus substitutionibus, & gradibus, ad successionem principaliter, ex propria persona venire notat Franch. *d. decis.*299. Gratian. *cap.*747. *numer.* 15. *&* 16. Mastril. *decis.*266. *numer.* 21. *&* 22. Ambrosius *decis. Perus.*7. & prima substitutione deficiente, vel caducata, cæteræ sequentes non caducantur, nec deficiunt, Castill. *ubi sup. d.dec.*151. *à n.*28. *usque ad n.*33. latè Spada *cons.* 344. *tom.*2.

27 Quod si substituto primo nominato succedat (caducato primo gradu) secundò, si per vulgarem potest intrare, vel per compendiosam contentam vulgariter, Peregr. *d. art.*15. *nu.*15. Socc. jun. *cons.*94. *numer.*4. *dub.*3. *lib.*1. Farinac. *dec.*330. *numer.* 9. *&* 10. *p.*2. *tom.*3. *& dec.*403. *numero* 5. *& seq.* tunc autem dicitur nominatim fideicommissum relictum à certa persona primo loco substituta, quando testator Titium nomine proprio designando negasset, hæreditatem sororibus testatoris, vel deinceps substitutis restituere, & ita procedit conclusio, *l.Celsus*, §.*penult. ff. de leg.*1. Rota Roman. *dec.*403. *nu.*7. *&* 8. *p.*2. *to.*8. *in collect.* à Farinac.

28 In casu verò, quo prima substitutio fit caduca per defectum conditionis primo substituto adjectæ, tunc res penes hæredem remanet, absque ullo onere restituendi, & secunda etiam caducatur, quia nunquam onus restituendi remansit: nam conditionis adjectio, in substituto non adest, & ideò pro non scripta substitutio restat, *l.si mater*, §. 1. *l.qui habebat*, *ff.de vulgari*, Surdus *cons.*170. *n.*10. Casanate *cons.*20. *numer.*3. & post Rot. Rom. *decis.* adest decisio Sesse *d.*50. *à nu.*8. Gratian. *cap.*774. Censal. ad Peregr. *art.* 15. *concl.*2.

29 Probatur decimò, quia statutum disponens contra jus communè, licèt sit odiosum tamen recipit extensionem de casu ad casum: ubi militat eadem ratio, licèt verba deficiant, Bald. *in l. quod verò contra*, *ff. de legibus*, *& in l. si vero*, §. *de viro*, *ff. sol. matrim.* Decius *cons.*334. *numer.*4. Cravetta *consil.*336. *numer.*10. Riminald. *cons.* 496. alios refert Hieron. de Laurentiis *dec.*134. *numer.*7. dicens id fieri, non per viam extensionis, sed per tacitam dispositionem, seu per viam comprehensionis, quia non dicitur extensio, sed comprehensio, quod venit ex mente, & ratione, ut benè Alexander *cons.*130. *numer.* 7. *l.*4. & post Castrens. Riminald. *cons.*45. *n.*9. *& cons.*49. *numer.*16. ubi ait non fieri extensionem, ubi est eadem ratio. Sed benè ubi est par, vel similis, & eisdem mediis, ita tenet Surdus *cons.*1. *numer.* 19. *&* 20. *lib.*3. ubi dicit unam rationem decidere omnes casus, non per extensionem, sed per comprehensionem; nam sicuti genus comprehendit species, *l. semper*, *ff.de regul. juris*, ita generalis ratio comprehendit diversas species casuum, emergentium argum. *l. jura non ad singula*, *ff.de legibus*, *& in d. l. quod contra* Surdus *ubi supr.* Cancer. *p.*1. *cap.*1. *à numer.* 57. *cum seqq.* & si in statuto non sit ratio expressa, sed tamen unica sit, tunc habetur pro expressa, etiam in statuto correctorio, post alios ita Alderanus, Mascardus *de interpretat. statutorum*, *conclus.*41. *numer.*105. Cancer. *numer.*60. Sic ab unica ratione à testatore considerata licitum est arguere; sic similiter à statuto, cum validum sit argumentum, de dispositione testatoris, ad dispositionem statuti, & è contra, Everard. *in Topica legali de ultimis voluntatibus ad legem*, & post Menoch. *cons.*695. *numer.*14. *lib.*4. dicit Cancer. *ubi sup. nu.* 61. Etenim ratio expressa in dispositione facit, ut ubicumque militat ea, fit extensio de casu ad casum, quæ non est extensio, sed ille casus vigore rationis, dicitur in dispositione comprehensus ad tradita per Fusar. *quæst.* 678. *numer.*6. *&* 7. per Radenatchum *consil.*36. *numer.* 55. *&* 56. *& seq.*

30 Et ideò fit, quod si ventri detur substitutus pupillaris, si venter non nascitur etiam admittitur substitutus, ex tacita vulgari per Text. *in l.qui ventri*, ubi Glossa expresse, *ff.de ventre inspiciendo*, & notat Bart. *in l.*1. *num.* 33. ubi Jason *numer.* 60. *ff. de vulg.* Decius *cons.*127. *numer.* 11. Mantica *de conject. titul.*4. *numer.*10. qui ampliat etiam si testator diu supervixerit, & ita tenet post alios, quos refert Zanchus *in l.hæredes mei*, §. *cum ita*, *num.*2. *ff.ad Trebel.* sicut è contra in vulgari substitutione si posthumus non nascatur, si nascatur, & decedat in pupillari ætate, admittitur substitutus ex pupillari tacita comprehensa in dicta vulgari expressa *l.fin. Cod. de instit. & substit.* Bart. *in d. l.* 1. *num.*33. ubi Jason *numer.*60. Mantica, & Zanchius *ubi sup.* Peregr. *cons.*57. *num.*3. *volum.*3. Surdus *cons.*236. *num.* 26. ubi adducit multos pro hac opinione, *& dec.*37. *num.* 27. ubi Dominus meus Hodierna *num.*37. *&* 38. ait, quod qualitas sine liberis morti est adjecta non substitutioni, quasi quod semper quod est mors sine liberis substitutio locum habet.

Quod adeò verum est, ut si facta sit substitutio posthumo si decesserit sine liberis, eo non nato admittitur substitutus, Corneus, Decius, Soccin. Zanchus, & alii & licet aliqui contrarium dixerint, in hoc casu tamen, ut benè Cancer. *d.part.*1. *cap.*1. *num.*64. hæc est veritas, quia voluntas testatoris, non respicit modum, sed effectum, & sufficit, quod talis effectus sequatur, nec refert quomodo sequatur, *l. mulier in princ. ff. ad Trebell. l. si mater*, *Cod. de instit. & substit.* Bart. *in d.l.Gallus*, §. *& quid si tantum*, *num.*3. ubi Soccin. *in ultim. notab.* Socc. jun. *cons.*18. *num.*30. *vol.*2. & sic si ex voluntate testatoris deprehenditur testatorem potius effectum, quàm modum, aut formam considerasse, in conditione voluntaria per eum apposita; tunc non refert, quid ex æquipollentibus fiat, ut dicitur de conditione necessaria, ut declarat Socc. *in dict. l.Gallus*, §. *& quid si tantum*, *num. ult.* Paulus de Castro *in dict. l. si mater*, *Cod. de instit. & substit.* Alexander *cons.*100. *numer.* 8. *volum.* 4. Decius *cons.* 227. *numer. ultim.* & communem esse opinionem clarissimam, & verissimam dicit Cancer. *ubi suprà*, *numer.*65. & decidit cum dicta communi, quod si testator reliquit uxori 31
mille fruenda ea in viduitate manente, & post ejus mortem ea reliquit Titio, mulier mortuo viro, migravit ad 32
secundas nuptias, quærat an Titius debeat statim habere mille an spectari debeat mors mulieris, & interim hæredes mariti dictis mille fruantur, & dicit statim Titium consequi legatum, quod mulier nupserit, quia testator credidit uxorem mansuram in viduitate, & sic noluit Titium interim habere, quomodocumque ergo contingat mulierem non habere legatum, sive per mortem, sive per transitum ad secunda vota, debet statim admitti Titius ex tacita mente defuncti, per Text. *in d.l.si mulier*, *ff. ad Trebell.* propterea Peregr. *de fideicomm. art.*11. *num.* 46. ait, quod quando dispositio fertur in unum casum considerarum à testatore, respectu alicujus effectus, tunc licet ille casus non creverit, sed alius, per quem idem sequitur effectus dispositio trahitur ad illum casum, considerata voluntate defuncti, & dici debet casum, qui evenit sub verbis expressis contineri, & in dubio præsumitur testatorem considerasse effectum, alias enim facto pendente, juri, & rationi naturali repugnaret, ac usui ordinario, ut per Surdum *dec.* 37. *numer.* 37. Trentacinq. *lib.* 2. *cons.*20. *num.*18. *&* 19. Cancer. *ubi supr. d.c.*1. *num.*65. ubi ait esse communem sententiam dicens *num.*66. quod si ex conjecturis, aliqua colligi possit, testatorem considerasse effectum, & finem, tunc idem statuitur in conditione voluntaria, ac necessaria, & subdit hoc procedere, tam in directis substitutionibus, quàm in fideicommissariis, sequitur Joseph de Rusticis *cons.*1. *num.*70. *& consil.* 3. posito post tractatum, & quando filii, &c. & sumpto argumento, à verisimili, quod in qualibet materia locum habet, ex Cravetta *cons.*298. *numer.*6. maximè in ultimis voluntatibus, *d. leg. Titius*, §. *Lucius*, ubi Alexander, & Jason, *ff. de lib. & posth.* testator magis præsumitur respicere ad effectum, quàm ad formam, & modum, Cancer. *d.num.*66. omninò videndus, & Regula est in jure censeri permissum, & dispositum, quod non reperitur expressè prohibitum, Anchar. *consil.* 245. *numer.* 72. Alexand. *consil.*57. *lib.*1. Surd. *consil.*173. *numer.* 72. prohibiti verò non censentur illi casus, qui in dispositione legis sunt permissi, ut est punctualis *dec.*94. novissima Francisci de Palma *consult.*42. *n.*10. *& seq. & consult.*59. *n.*13. *&* 64. *nu.* 20. *&* 67. *nu.*20.

Idque probatur, quia indubitati juris est, verisimilem mentem testatoris esse sequendam, *leg. cum res*, 33
in principio, *ff. de leg.* 1. *leg. sicut certi*, *& leg. si cum in utero*, *Codic. de testament. milit. dict. leg. Titius*, §. *Lucius*, *ff. de lib. & posthum. leg. cum Avus*, *ff. de condit. & demonstrat. leg. cum acutissimi*, *Codic. de fideicommiss. l. generaliter*, §. *cum autem*, *C. de instit. & substit.* & illud, quod est verisimile, præsumitur testatorem

rem dispoſuiſſe, ſi de eo cogitaſſet, vel fuiſſet interrogatus; at illud eſt obſervandum *dict. l. Titius*, §. *Lucius*, & poſt alios dicit Jaſon *numero* 1. ubi ait nullam eſſe regulam utiliorem in ultimis voluntatibus, quam illa quæ ducitur à veriſimili mente teſtatoris, & probatur ex *l. fi. C. de poſth. hæred. inſt. & l. quoniam*, *C. de naturalib. liberis*, ubi etiam dicit veriſimilitudinem pro lege eſſe habendam cum lex jubeat ſervari, quod eſt veriſimile, *l. ſemper in ſtipulationibus*, *ff. de reg. juris*, Everard. *in Topica legali loco* 50. Oſaſch. *dec.*170. *num.*16. Tiraquel. & alii apud Cancer. *d. cap.*1. *numer.*70. & ſic quælibet diſpoſitio extenditur ad caſum, quando eſt veriſimile, quod eſt diſponens de eo cogitaſſet, aut ſi fuiſſet interrogatus, ita diſpoſuiſſet Afflict. *dec.* 44. *num.*18. & poſt alios Cancer. *diſp.*1. *num.*70. & licet non habeat locum ſubſtitutio, niſi verificata conditione, ſub qua eſt facta, §. *ſi vero plures*, *inſtit. de hæred. inſtit. l. ſi hæredes plures*, *ff. de condit. inſtit. l. ſi quis hæredem*, *Cod. de hæred. inſtit. l. cum uxori*, *C. quando dies legati cedat*; at quando convincitur teſtatorem, non poſuiſſe conditionem ad excluſionem ſubſtituti, ſed potiùs ad excluſionem ejuſdem, & favorem; tunc defectus conditionis non obſtat Rota Bononienſis *in conſilio unico*, Bartii poſt *deciſiones n.* 131. Joſeph Seſſe *dec.*66. *num.*12. & ante eos Soccin. jun. *conſil.*41. *numer.* 25. & *conſil.* 90. *in fine*, *vol.*1. & ſic ubi
34 apparet relictum eſſe relinquendum ante implementum conditionis, tunc conditio defeciſſe videtur quoad verba teſtamenti, non tamen quoad mentem, putà ſi teſtator magis ad effectum, quàm ad nudum factum adimplementi conditionis perſpexerit, & non poterit opponi de conditione, vel modo non adimpleto; quia non intereſt hæredis, aut teſtatoris conditionem, vel modum fuiſſe interpoſitum, ut poſt Pereg. dicit Cancer. *ubi ſup. n.*72.

35 Confirmatur hoc ipſum, quia licet caſus omiſſus, habeatur pro omiſſo, *l. commodiſſimè*, *ff. de lib. & poſthum.* & diſponens non cenſeatur voluiſſe, niſi quod locutus eſt, *l. Labeo*, *ff. de ſupell. legata*, Bald. *in l. voluntatis*, *Cod. de fideicommiſſ.* Romanus *conſil.*71. *num.*6. Alexand. *conſ.*230. *n.*1. Natta *conſ.*161. *num.*6. Salon de Pace *conſ.*34. *numer.*12. quia ſi voluiſſet, expreſſiſſet, *l.*1. §. *ſin autem*, *Cod. de cad. toll. cap. ad audientiam*, *de reſcriptis*, & non viſus ſit reſtrictè diſpoſuiſſe de eo quod non cognovit Cancer. *par.*3. *variar. cap.* 21. *de legatis*, *num.*386. tamen id procedit, niſi eſſet conjectura, quod ſi teſtator de illo cogitaſſet, ita diſpoſuiſſet, quia licet caſus omiſſus habeatur pro omiſſo, tamen poſita veriſimilitudine teſtatoris, diſpoſitum extenditur ad caſum omiſſum, ut patet, quia licet conditio ſi poſthumus ſine liberis deceſſerit, videatur defeciſſe poſthumo non nato, tamen attenta teſtatoris mente, quæ in conditionibus primum locum obtinet, *l. in conditionibus primum locum*, *ff. de condit. & demonſtr.* intelligitur extitiſſe; ut ſic ſubſtitutus locum habeat, *leg. hæredes mei*, §. *cum ita*, *ff. ad Trebell.* ubi receditur à propria verborum ſignificatione, & mens ſervatur maximè quando diverſa ratio congrua aſſignari non poteſt, quare noluerit ſubſtitutum admitti, nato poſthumo, & ſine liberis, defuncto, quàm non nato poſthumo.

36 Confirmatur ſecundò, quia quando concurrit eadem ratio, ſufficit conditionem fictè, & impropriè adimpleri, præſertim quando ſequitur idem effectus, ita Romanus *in l. teſtamentum*, *num.*6. *C. de teſtam. milit. & conſil.*4. *nu.* 4. & 7. Jaſon *in l. hujuſmodi*, §. *legatum*, *nu.*50. *ff. de leg.*1. Soccinus jun. *conſ.*181. *volum.*2. & ſic communem opinionem, repugnare rationi naturali, & veriſimili menti teſtatoris, & æquamne magis conſonam voluntati teſtatoris, eſſe noſtram opinionem, dicit Angelus *conſil.*93. *num.*50. Laderchus, & Soccinus apud Cancer. *d. cap.*1. *num.*74. dicere ſolebat ſe valdè mirari, quod de hoc aliquis dubitet, & idem tradit Berous *conſil.*101. *lib.*2. & ſic conſuluit idem Cancer. *ubi ſuprà*, ergo ſubſtitutio, aut fideicommiſſum extenditur ad caſum, per quem idem effectus conjungit, quam teſtator in caſu expreſſo conſideravit, ad caſum autem diſſimilem extendi non debet, nec ad caſum contrarium caſui expreſſo, quamvis in illo caſu, magna ſit præſumptio voluntatis teſtatoris, ut poſt Peregr. *dict. cap.*1. *n.* 75. & propterea Decianus *in* 1. *reſponſo*, *numer.* 145. *lib.*1. ait Regulam, *l. commodiſſimè*, *ff. de lib. & poſth.* procede-
37 re ubicumque caſus omiſſus induceret variationem perſonarum, ſcilicet inſtituti, & ſubſtituti; ſecus quando facta extenſione ad caſum omiſſum, remaneret eadem inſtitutio, & ſubſtitutio, neque variaretur aliqua perſona, allegat Bart. *in dict. l. Gallus*, *ff. de liber. & poſthum.* & declarat. Soccin. *conſ.*87. *volum.*3. & *ſeq.* Cancer. *dec.* 1. *cap.* 1. *num.*77. *in fin.* & ſic dici debet, quod diſpoſitio quando refertur ad certum caſum, à teſtatore conſideratum, reſpectu alicujus effectus; tunc licet caſus ille, non eveniat: 38
ſi tamen caſus contingat, per quem idem ſequatur effectus, diſpoſitio trahitur ad caſum evenientem, conſiderata voluntate defuncti, quia in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus, juxta Text. *in d. l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum*, *ff. de lib. & poſth. & in d. l. Titius*, §. *Lucius*, *ff. de lib. & poſth.* ubi Bart. notat, quod proviſio teſtatoris facta in unum caſum, trahatur in alium, in quem teſtator ſimiliter pronuntiaſſet ſi illum cogitaſſet, Gama *dec.*27. *n.*7. Maſtrillus *dec.* 266. *nu.*29. & 30. Caſtil. *lib.*3. *c.*18. Surd. *dec.*37. Cenſal. ad Peregr. *art.*11. *in princ.*

Opponitur autem primò, & principaliter contra noſtram communem ſententiam, de qua ſupra de Text. *in l. Pater Severinam Proculam*, *ff. de condit. & demonſtr.* ubi caſus voluntatis non includit caſum impotentiæ: ibi namque erat relictum prelium filię ſi Lelio Philippo nupſiſſe, ait Text. quod non debetur, ſi non nupſerit, eam ob cauſam quod puella nondum viri potens mortua eſſet, & ſic nubere non potuiſſet. 39

Reſpondeo omiſſis pluribus (de quibus Gulielmus de Benedictis *in cap. Raynutius*, *in verbo ſi abſque liberis de vulgari ſubſtit. num.*26. & 43. Gomez. *tom.*1. *num.*5. *cap.*3. *num.*10. Trentacinq. *dict. cap.*1. *num.*19. Spin. *gloſſa* 22. *nu.* 330. quod vera ſolutio eſt, quod ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum ex veriſimili, & præſumpta voluntate teſtatoris, ſed non habet locum ſi teſtatoris voluntas repugnet, quia tunc veriſimiliter dicendum eſt, & ratio ipſa ſuadet, & ſic in *d. l. Pater Severinam*, conditio illa com- 40
prehendere debet ſecundùm verba utrumque caſum, ſive nubere voluiſſet, ſive non potuiſſet, *l. cum proponas*, *Cod. de hæred. inſtit.* & tamen ex voluntate, quæ prævalet, mentem potius quam verba ſequutus eſt Papinianus, & ſic per interpretationem ad alterum dumtaxat caſum, quo ſcilicet mulier nubere noluiſſet, diſputationem generalem retinuit, ut optimè Socc. Andreas Siculus, & Politus, quos refert, & ſequitur Coſta *dict. p.*5. §. *& quid ſi tantum*, *num.* 9. & Paulus Leonius *de ſubſt. cap.*1. *de vulgari*, *numer.*98. Charondas *lib.*2. *veriſimilium c.*11. Suarez in add. ad Gomeſium, *tom.*1. *cap.*3. *lit F*, Piccar. *in princip. de vulgari*, *n.*24. & 25. voluntas enim teſtatoris colligitur ex eo, quod cum legatum tranſlatum fuerit in Philippum, in compenſationem injuriæ, qua affici videri poſſet, ſi filia teſtatoris nuptias ejus recuſaſſet, quæ quidem injuria, & voluntatis teſtatoris contraventio, conſiderari non poteſt, niſi cum nollet eum habere maritum, rectè Papinianus interpretatus eſt conditionem adjectam non exiſtere, niſi in caſu noluntatis Severinæ, quod in effectu probat Picchard. *ubi ſup.* quod non ita intellexerunt Paulus de Caſtro *in d. leg. Pater Severinam*, Bald. *in d. l. cum proponas*, *n.*8. *Cod. de hæred. inſtit.* Jaſon. *in l.*1. *nu.*22. *ff. de vulgari*, Decius *conſ.* 41
275. *numer.* 3. dum dicit, quod ſi Philippus ſubſtitutus fuiſſet filio, in eo caſu admitti debuiſſet, etiam dato caſu impotentiæ, quod tamen falſum eſt, & contrarium rectus perpendit Berous *in c. Raynutius*, *nu.* 322. *de teſtam. verſ. non placet*, dicens expreſſim adhuc non admittendum Philippum, niſi in caſu, quo filia ei nubere noluiſſet, idque ex voluntatis conjectura prædicta, quæ militet etiam cum Philippus ſubſtitutus fuiſſet.

Secundò opponatur de Text. *in l. commodiſſimè*, *ff. de lib. & poſthum.* in quo Text. *gloſſa Gottofredi*, dixit Juriſconſultum illum inſignem Carolum Molineum (diu ſectarium tandem ſub morte Catholicum, ut advertit P. Theophil. Raynaudus *de Monitoriis*, *qu.*3. *per tot.*) feciſſe ſolemnem repetitionem addo lectionem, ut videre eſt *to.*4. *ſuor. operum.* 42

Confirmatur ex Text. *in l. ſi ita quis* 11. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ubi Ulpianus ait, (ſi ita quis ſubſtituit, ſi filius meus intra decimum annum deceſſerit Sejus hęres eſt, deinde hic ante decimum quartum poſt decimum deceſſerit, magis eſt, ut non poſſit bonorum poſſeſſionem ſubſtitutus petere: non enim videtur in hunc caſum ſubſtitutus,) quibus juribus ſic tenet Facchin. *libro quarto*, *cap.* 65. 43

Reſpondeo, quod cum conditio excludat ſemper caſum contrarium, ideò conditio illa ſi intra decimum annum deceſſerit, ſed poſtea decedat, quia ultra illud tempus noluit teſtator ſubſtituere, & ſic ex defectu voluntatis teſtan- 44

tis extensio cessat, quæ requiritur in facienda extensione de casu ad casum, ut bene ex communi explicat Gomes. *to.* 1. *cap.*3. *numer.* 10. *in fin.* Paul. Leon. *de substit. vulgari, numer.* 16. dicens, quod illa lex ideò procedit, quia testator ad illum tantum casum, sive tempus se extenderit, & restrinxerit, ut expenditur Text. *in l. si requiratur*, §. *penul. de vulg.* unde Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*65. *in fine*, ait ubi iterum reperit ex recepta, & communi sententia, non repugnare Text. *in d. l. si ita quis, & in l. pater filium, ff. de vulg.* nam *in d. l. si ita substitutio fuit facta* 87. ad limitatum tempus, & propterea talis substitutio ad aliud tempus extendi non poterit, & sic declarat Jason Cravetta, & alii qui pariter respondent ad Text. *in d. l. Pater filium*, quod loquitur quando tempus adjectum substitutioni facit traducere personam *numer.*45. *& seq.* latè explicat substitutionem de casu ad casum, neque de tempore ad tempus extendi, nisi tempus sit adjectum substitutioni, & faciat reducere personam, & *n.*70. *& seq.* latè comprobat substitutio de casu ad casum non extendi, quando admittuntur verba testatoris, etiam quibus testator significat in casu à memorato tantum, & ad hoc facit D. meus Hodier. *dec.*37. ad Surdum, ubi substitutio si sine liberis, continet vulgarem, sicque admittitur substitutio decedente instituto vivo testatore, & quod per illa verba si hæres meus, (scilicet scriptus qui moritur vivo testatore) erit, non excludit vulgarem, & sic substitutio admittitur, licet moriatur institutus vivo testatore, D. Hodierna *nu.*18. qui est omninò videndus in simili *n.*21. *&* 22. & de dictione tunc, & eo casu agit *numero* 47. *&* 48.

45 Opponitur quartò, de Text. *in l. si cum dotem* 25. *in princip. ff. solut. matrim.* Respondent DD. multipliciter cum Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynuttus, in verbo, (absque liberis,) numer.* 15. Sed vera responsio est, in contractibus dispositionem non extendi, de casu ad casum, imò omissum in dispositione juris manere, quia imputandum esset, ei qui non expressit, sive legem aptam non dixit, argum. *l. veteribus, ff. de pact. l. quicquid adstringendæ, ff. de verbor. obligat.* & noluisset, potius videtur cum id non dixerit.

46 Neque urget Text. *in l. si quis sit, & in l. eum quis* 8. *ff. sol. matrim.* ubi dicitur pactum, aut stipulationem indefinitè conceptum, non ubi ad certum casum restituendæ dotis, &c.

Respondeo enim id procedere, ubi stipulatio, & pactum indefinitè concipitur: nam ubi ad certum casum, restringitur, non habet locum, ut benè Barb. *in d. l. si cum dotem in princ. à n.*24. *seq. ff. sol. matr.*

47 Unde infertur primò justa ratione casum omissum, non contineri sub expresso, *in d. l. commodissimè*, quia non solum dissimilis, sed etiam contrarius erat: nam illi conditioni (si me vivo nasceretur,) contraria est illi, (si me mortuo natus fuerit,) & ideò una illarum expressa, debet aliam videri non subintellectam, sed potius exclusa, ex illa regula vulgata, quod datum sub una conditione, sub contraria videtur ademptum, *l. legata inutiliter, ff. de adim. legatis*, atque ita qui posthumum instituit si nascatur, videtur includere velle eum qui post mortem nascatur, & sic adimplementum nativitatis post mortem in casu expresso extendi non posse, quia magis exclusus, quàm inclusus dici debet, ut bene Menoch. *libro quarto, præsumption.* 26. *numero* 14. *&* 15. ut bene Carena, *practic. resolut. resolution.* 181.

48 Neque dicas obstare Text. difficilem *in l. si quis ita*, §. *penult. de test. tutel.* ait enim Text. quod datio tutoris facta à patre filiis, non extenditur cum filiis illius, quem pater ignorabat habere, & sic expendit Aretin. *in d. l. Gallus*, Casanate, & alii plures apud DD. citatos, & tres intellectus ad Regulam tradit Menoch. *d. præsump.*26. *nu.*22. Aldobrand. *cons.*105. *à n.*14. Camill. Gallin. *de verb. signif. p.*4. ubi *num.* 71. Anna *cons.*84. *n.*8. Molin. *lib.*1. *primogen. c.*4. *numer.*25. qui omnes dicunt ideò dationem tutoris non extendi ad eum filium, quem testator habere ignorabat, quasi certum sit impossibile esse de hoc tractatum sit, ac propterea ejus dispositio non extenditur, quod ab ipso testatore cogitatum non sit, cum actus agentium non debeat operari involuntarius, *l. non omnis, ff. si cert. petat.* & est *cons.*27. *numer.*114. *inter consilia ult. vol. diversorum Authorum, fol.*74. Ubi simpliciter annotavit, quod ratio decisionis illa, est illa, quam Text. ipse ponit videlicet voluntatis testatoris, quia cum ignoravit se filium illum habere, sua dispositio ad ignorata trahi non potest, *l. mater decados, ff. de inst. test.* & sic ait.

Neque dicas considerari posse, quod si pater scivisset similiter dedisset, sicut aliis filiis eundem tutorem dedit, & ita extenditur, ac si casus omnes agnationum cogitatus fuisset, ex *regul. l. pactum, ff. de pact.* 49

Respondeo, quod id non semper est per viam Regulæ observandum: cum enim tutor personæ, non verò rebus principaliter detur, & juxta pupilli mores, ac qualitatum dandus sit, forsan eum, quem aliis filiis pater tutorem idoneum reputavit, filio quem vivere ignorabat, si de ejus vita certus esset, idoneum dedisset, cum ergo hoc modicum præjudicium respectu filii esse possit, cum cessante tutela testamentaria illico ad legitimum, seu ad dativum deveniendum sit meritò I. C. in eo Text. convenientius esse existimavit filio tutorem legitimum, aut dativum habuere, quam testamentarium, de quo pater non cogitavit, præstat, ut bene Molina *ubi suprà, n.*27. & dicit, quod hic est sensus verus, & germanus intellectus ad talem Text.

Sed contra quia quod dicitur de conjecturata mente testatoris, & verisimili provisione in eo casu, quod si scivisset verisimiliter dedisset, & pro expresso haberi debet, per hoc non videtur concludere, quod non video quare dici possit, ut quem pater aliis filiis idoneum existimaverit tutorem, filio etiam quem ignorabat vivere idoneum non censeret, cum omnes filii, & pupilli essent: hæc qualitas diversa filiarum, nec apparet, nec quem habuit respectum Jurisconsultus, ut ex eo excitaretur aliquo modo. 50

Respondeo ergo, & melius, quod in casu *dict.* §. *penult.* non fit extensio, quia testator ignorabat filium habere, & hic casus non fuit cogitatus, nec datio tutoris, quæ potuit ipsum comprehendere, ad id autem quod oppositum est, de verissimili provisione, & quod si pater scivisset, verisimiliter dixisset, dicas, quod hæc deficientia omninò conjecturalis hæc provisio, aut præsumpta voluntas colligi valeat, ne aliquod verbum reperiatur expressum, quo possit admitti conjectura illa voluntatis testatoris, ut latè Castillus *to.*4. *c.*15. *in fine*. 51

Infertur secundò testamentum solemne, non vitiatum, nec cancellatum, & quod in sui figura expressa sine ullo vitio visibili habet extensionem paratam, ut hæres immittatur in possessionem bonorum, juxta Text. *in l. fi. C. de edict. D. Adr. toll.* ubi Bald. *num.*13. Alexand. *num.*3. Jason *nu.*6. Decius *n.*16. Zucchardus *num.*103. *&* 135. Menoch. *de adipisc. poss. remed.*4. *n.*693. Parlador. *lib.*2. *rerum quotid. c. fin. p.*1. §.9. *à n.*1. Colerus *de process. p.*3. *c.*1. *n.*27. *& cap.*2. *nu.* 30. Rodriq. *de excomm. c.*1. *art.*4. *num.*14. & hanc immissionem habebit testamentum non solùm ratione institutionis, aut substitutionis expressæ etiam virtute substitutionis tacitæ, v. g. ratione substitutionis tacitæ pupillaris contentæ in vulgari: vel vulgaris tacitæ contentæ in pupillari, juxta tradita per DD. *in l. jam hoc jure, ff. de vulgari*, & meminit Gomes. *tom.*1. *var. c.*3. *n.*10. *cum sequent.* Franciscus Conanus *lib.*10. *cap.*8. *de substit. numer.* 11. Zasius *de substit. c.*1. *vers. Sextus effectus est, & c.*20. Spin. *in Speculo test. gloss.*22. *à n.*24. *& gl.*23. *à numer.* 11. Intrigl. *de substit. centur.*1. *q.*12. *& q.*37. *&* 39. *& q.*84. *& q.*92. Mant. *de conject. lib.*3. Fusar. *de substit. q.*24. *&* 28. & sic non solùm substitutio expressè, & scripta in testamento solemni, habet executionem paratam, quoad prædictam immissionem, sed etiam substitutio tacita, nam tacitè substitutus habet illud remedium ut expressa, *l. fi.* ut sentiunt ibi Bald. *n.*45. Jason *n.*12. qui ait se non invenire contrarium, Decius *à n.* 27. Sapia *num.*51. qui rem latè disputat, & respondet argumentis contrariis Menoch. *d. remed.*4. *n.*214. Rugell. *q.*7. *de acq. poss. art.*6. *n.*164. qui etiam repugnantia expendit, & dissolvit Paz *de tenuta, tr.*1. *c.*29. *à n.*48. Tiraq. latè *in tract. le mort saisit le vif, c.*1. *declar.*10. licet dubitare videatur. 52

Ratio hujus conclusionis est, quia remedium, seu beneficium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* conceditur hæredi scripto; hæres autem, qui vocatur ad hæreditatem ex tacita substitutione dicitur scriptus in testamento; ergo etiam illi concedi debet prædictum beneficium. Minor probatur, quoniam illud dicitur scriptum, quod ex scriptura percipitur, & illud dicitur posse legi, quod ex vi verborum expressè scriptorum apprehenditur, & intelligitur sine extrinseca suppletione, *l.*1. §. *legi*, ubi Gl. *ff. de his, quæ in testam. delentur*, & ut benè Bald. ibi scriptura sæpè numero plus significat, quàm loquatur. 53

Confirmatur quia ideò expresè substitutus habet benefi- 54

neficium *dict. l. fin.* quia per ostensionem testamenti resultat notorium, ut docet Bart. ibi, *numer. 9. & 10.* at ex ostensione testamenti constat notoriè esse aliquem substitutum, etiam tacitè, quia ex quo apparet substitutio vulgaris apparet etiam sub illa inclusa, & contenta tacita pupillaris, cum eam inclusionem operetur jus ipsum sine alio exteriori additamento, ex *d. l. jam hoc jure, ff. de vulgari*, & illud dicitur expressum, quod tacitè inest, ex natura expressi, ut latè Tiraq. *in legibus connubialib. l. 16. gl. 7.*
55 *à numer. 176. & 179.* Ergo dicta tacita substitutio debet habere beneficium *dict. l. fin.* tanquam expresè vocatus substitutus prædictus per testamentum notoriè constat, & plures alias rationes adducit Menoch. *ubi supra*, *à numer. 27.* & ibi, *numer. 220.* ubi resolvit octo objectiones contra hanc sententiam, quæ verissima est, ex Argellio *ubi sup.* Verumtamen est, quod licet testamentum habeat paratam exequutionem, quoad tacitas substitutiones, non tamen habet paratam exequutionem quo ad substitutiones extensas, de quibus suprà, ut doctissimè Dominus Carlevalius *dict. tom. 2. disputation. 6.* ut dicebat Decherius *in decis. Rotæ Belgicæ, lib. 2. dec. 2. numer. 26. vers. qui hæredem jubet*, ibi quare non hic spectare convenit à quo; sed cui hereditatem testator restitui voluit, & dum ultimo restituitur, cui testator noluit restitui, mortem primi fideicommissarii, non impediente voluntate testatoris, de qua re Carena *variar. resolut. 214.* qui ita decisum refert per Senatum Mediolanensem, cum quo consuluit Alex. *cons. 2. numer. 6. l. 1.* Pereg. *art. 15.* Menoch. *cons. 1105. vol. 13.* Fus. *q. 469. numer. 582. & seq.*

SUMMARIUM

QUINTI CAPITIS IN IURE consistentis.

1 *Franciscus Antonius Andreassus laudatur, Advocatus partis contrariæ.*
2 *Exaggeratio casus refertur à Domino Andreasso facta.*
3 *Hæreditatis vires, quond. Tiberii Coppulæ declarantur per laudum D. Carboni.*
4 *Laudum secundum D. Caroli Carboni refertur.*
5 *Angela Rummo hæres declarata filiarum.*
6 *Laudum utrumque nihil S. Hospitali nocuit.*
7 *Legata relicta ab instituto censentur repetita à substituto, & quando, sed non à venientibus ab intestato, & quando.*
8 *Laudum Domini Carboni reservat jura Sacro Hospitali.*
9 *Exaggeratio negotii D. Andreassi refertur, quod propositum fuerit S. Hospitali.*
10 *Repræsentatio, & propositio S. Hospitali non fuit legitima, sed obreptitia, & subreptitia.*
11 *D. Consiliarii Francisci Rocchi, pro locis piis in hoc casu scripsit* respons. 99. tom. 1.
12 *Plures concordiæ factæ à locis piis, eorumque Gubernatoribus fuerunt annullatæ.*
13 *Fideicommissum de quo in præsenti, seu substitutio fideicommissaria, fuit facta in casu nuptiarum, secundum D. Andreassum.*
14 *Nuptiarum casus exemplificativè ponitur non restrictivè.*
15 *Legatum dotis differt à paragio relicto per quond. Tiberium.*
16 *Paragium debetur, sine onere in Regno.*
17 *Filia cui paragium relictum est in utroque matrimonio, si in domo stare velit paragium habebit nubentium.*
18 *Paragium debetur jure Regni, vigore* constitut. in aliquibus.
19 *Institutio de qua in præsenti etiam per Adversarium fuit pura.*
20 *Conditio non induitur per dictionem* (si) *nec modus per dictionem* (ut.)
21 *Conditio quando propriè sit, & quando modus.*
22 *Conditio nulla est in facto, de quo agimus.*
23 *Pater filium potest hæredem facere sub conditione, & qua.*
24 *Conditio quotuplex.*
25 *Filius sub conditione casuali, vel mixta, quando institui possit, & quando sub potestativa.*
26 *Filius nequit institui sub impia conditione.*
27 *Conditio voluntaria impletur in forma specifica per adversarium.*
28 *Conditio quid sit.*
29 *Fideicommissum* (cum pubes erit) *est conditionale, secus fideicommissum in tempus pubertatis.*
30 *Conditio quotuplex.*
31 *Conditio voluntaria, & necessaria quæ sit.*
32 *Conditio necessaria intelligitur ex natura actus.*
33 *Conditio si fiat Presbyter, non transmittitur ante Sacerdotium moriente ex adversario.*
34 *Sed reprobatur Adversarius, & decisum affertur.*
35 *Conditio quando habeatur pro completa.*
36 *Servitium vassalo impositum, quando habeatur pro præstito.*
37 *Legatum factum pro sepultura, debetur Ecclesiæ etiamsi ibi non sepeliatur.*
38 *Legatum factum pro Sacerdotio assumendo, debetur eidem etiamsi non fiat Sacerdos ob aliquod impedimentum.*
39 *Legatum factum si fiat Sacerdos eidem debetur etiamsi ob culpam impedimentum superveniat ne fiat Sacerdos.*
40 *Extensio non datur de casu ad casum secundum Adversarium: In substitutionibus.*
41 *Substitutio extenditur de casu ad casum, & decisum in S. C. affertur.*
42 *Dictio*, eo casu, *non est limitativa, sed exemplificativa.*
44 *Dictio*, tunc & eo casu, nec alio modo, *est etiam exemplificativa.*
45 *Casus nativitatis, & non nativitatis, an sint contrarii.*
46 *Casus omissus in præsenti ex adversario non habetur pro expresso.*
47 *Reprobatur Adversarius ex supra traditis, & ex præsentibus.*
48 *Extensio fit de casu ad casum, etiam in contractibus bonæ fidei.*
49 *Textus* in leg. 1. Codic. de diversis rescriptis, *adducitur.*
50 *Testatoris intentio in præsenti fuit considerare effectum scilicet mori sine filiis.*
51 *Extensio non fit per adversarium exclusa persona magis dilecta.*
52 *Reprobatur Adversarius cum communi sententia.*
53 *Substitutio de qua hic fuit facta ad favorem Ecclesiæ.*
54 *Duplex fictio ab Adversario fingitur, in præsenti.*
55 *Fictio una tantum in præsenti concurrit, non duplex.*
56 *Duas fictiones simul concurrere nulla adest repugnantia lege disponente.*
57 *Extensio de qua hic esset secundùm Adversarium de tempore ad tempus.*
58 *Extensio de tempore ad tempus datur, & qualiter.*
59 *Substitutio extenditur de tempore ad tempus, & probatur.*
60 *Barbosa adducitur cum communi pro extensione de tempore ad tempus.*
61 *Conditio impeditiva matrimonii adfuit in præsenti per adversarium.*
62 *Conditio de qua hic non fuit impeditiva, sed hortativa ad matrimonium.*
63 *Conditio imponens viduitatem non valet in virgine, sed favore piæ causæ valet.*
64 *Gener si faciat pactum cum socero, ut socer non nubat, non valet, quod fallit favore Ecclesiæ si sit ei applicanda pœna.*
65 *Legatum factum nubendi cum consensu talis, non valet, sed fallit favore causæ piæ substitutæ.*
66 *Favor libertatis, & Religionis æquiparantur.*

67 *Ad-*

67 *Adversarius sub* n.13. *confitetur vires hæreditatis, quas negarunt Gubernatoribus.*

68 *Pater præsumitur melius, quàm alius sumere consilium pro filiabus.*

69 *Tiberius Coppula quam bene, quam ordinatè providerit filiabus, matri, fratri, uxori, & animæ suæ, sed hæc remansit delusa.*

70 *Dispositio pia dicitur secundùm adversarium, ubi primus gradus est pius.*

71 *Textus* in capit. si pater de testament. in sexto, *dispositionem piam facit etiamsi medietate sit causa pia.*

72 *Testamentum est ad causas pias, quando non est instituta causa pia, sed legata facta ad pias causas absorbent majorem partem hæreditatis.*

73 *Favor piæ causæ, non præfertur favori filiorum secundùm adversarium.*

74 *Adversarius vera dicit in legitima, sed ea excepta favorabilior est causa pia, quàm filiorum.*

75 *Adversarius vult nobis dare normam agendi in hac causa.*

76 *Gratiarum actiones D. meo reddimus.*

CAPUT V.

In quo traduntur responsiones ad scripta per Dominum Franciscum Antonium Andreassum ad favorem Partis Adversæ.

1 DOminus meus, & Subtilissimus, ac omni ex parte laudandus Franciscus Antonius Andreassus, pro suo Cliente contra Sacram Domum Incurabilium plura signanter notavit, & adductis verbis Testamenti, de quibus, & nos in facto.

2 In primis exaggerat hanc causam fuisse decisam, & rectam prætensionem nostri S. Hospitalis Incurabilium per Dominum Carolum Carbonem in duplici laudo, quod super hac causa promulgavit à partibus tum Francisci Coppulæ substituti primo loco, tum ab Angela Rummo acceptato: & sanè in facto constat laudum Dom.Carbonis potius fuisse ad favorem substitutionis, quam contra, etenim in laudo facto 4. Junii 1639. fuit primo loco acclaratum, & declaratum, effectus d. quondam Tiberii Coppulæ pro nunc ascenderet ad valorem duc. 35629. 1. 7. ex
3 quibus deductis oneribus annuis remanebant 320215. & quod legitima dictæ Ceciliæ, & Victoriæ ascendebat ad summam duc. 10738. 2. 15. similiter declaravit, quod ex causa ususfructus debiti ejusdem hæreditatis, Joanna Nani, & Dom. Francisco Coppula: vigore dicti testamenti, pro nunc solveretur ex restantibus effectibus hæreditariis ann. ducat.720. hoc est pro summa ducat.450. à die mortis ejusdem Tiberii, usque ad diem mortis Ceciliæ, & ex eo die mortis, illius in posterum solverentur dict. ann. ducat. 720. & pro unoquoque illorum annui ducat.360. salva provisione facienda respectu restantis hæreditatis, & illius tituli, ac super restante usufructu hæreditatis prædictæ prætensæ per dictos Joannem, & Dominum Franciscum, ejusque integra proprietate finito usufructu; prout legitur fol.

4 Secundo laudo deinde ejusdem Caroli Carbonis die 12. Octobris 1639. fuerunt assignati dicti duc.720. super diversis effectibus hæreditariis d. quond. Tiberii ejusdem Joanni, & D. Francisco Coppula cum promissione exigibilitatis omni tempore *fol.* & declaratum, quod titulus hæreditatis spectabat ad eamdem Angelam, quæ posset comparare ad expediri faciendum decretum Præambuli in sui beneficium coram Judice competente, salvis Juribus si quæ competunt tam S. Hospitali Incurabilium, quàm Andreę, Isabellæ, & Victoriæ Coppulæ, vigore testamenti d. quondam Tiberii, quibus nullum pro nostro laudo inferatur præjudicium.

5 Et die 19. Decemb. ejusdem anni 1639. d. Angela Rummo fuit hæres declarata earumdem Ceciliæ, & Victoriæ suarum filiarum pro exequutione dicti laudi acceptati per ambas partes, ut ex instrum. Notarii Caroli Piscopi, ut legitur ex partitis Regalis patrimonii, *fol.*14. *à terg. lit. N*, & *fol.*15. *in princ.*

6 Laudum ergo utrumque nihil nostro Hospitali præjudicavit, nec poterat præjudicare: & quod non præjudicaverit, imò ad ejus favorem deciderit D. Carbonus patet evidenter, quia testator reliquerat usumfructum Joanni, & D. Francisco, in casu quo Angela Rummo esset hæres servando lectum vidualem, at illum non observando, privabatur hæreditate ex testamentis, & ab intestato succedens, non tenebatur ad tale legatum ususfructus, quia & si vera sit conclusio legata relicta ab instituto censeri repetita à substituto si nomine appellativo facta sint, non sub nomine proprio ad Text. *in leg. licet Imperator* 77. *ff.* 7
*de legat.*3. tamen legatum relictum ab hærede ab intestato non debetur, nisi in casu quo omissa causa testamenti ad intestatam successionem recurreret hæres, ut in toto titulo, si quis omissa causa testamenti supponendo testamenti existentiam, & hæredem institutum durare, undè si D. Carbonus habuisset pro vero in primo laudo substitutionis casum non esse factum, utique de legatis solvendis ab hærede Angela non instituta, nisi lectum vidualem servaverit, utique frustrà condemnasset Angelam ad solvendum legatum defecta substitutione, & ab intestato succedente, ergo habuit pro vero in hoc primo laudo substitutionem existere, & amicabiliter componendo, ac de jure tantùm non procedendo ita arbitratus fuit.

In secundo verò laudo deinde, quando declaravit titulum hæreditarium potiùs ad favorem Angelæ Rummo, & 8
non ad favorem Francisci Coppulæ, cui S. Hospitale erat substitutum, quasi advertens hæc omnia reservavit jura S. Hospitali quæ sunt illa, quæ pluries noluit experiri, & ob potentiam Adversarii numquam potuit: & nunc erit tempus illud acceptabile, quod exclamabant Patres, & Prophetæ.

Prosequitur secundò loco D. meus dicere hoc totum ex- 9
positum fuisse à D. Jovino in suo memoriali tunc temporis Gubernatoribus S.Hospitalis, ubi inter alios erat doctissimus, ac Sanctissimus ille vir Præses Ursinus, & D. Gamboa, tunc advocatus nemini secundus ejusdem sanctitatis, & zeli, à quibus Gubernatoribus obtinuit absolutionem, & plenariam indulgentiam, dummodò eleemosynaliter daret duc.100. & sic factum fuit; atque stipulatum instrumentum.

Sed si stamus parumper primo in facto hoc, secundo in 10
jure; in facto quidem fuit illis repræsentatum conditionis casum non esse factum, quod est id quod quærimus, & probavimus suprà latè infrà breviùs. Secundò conditionem viduitatis inductam à Tiberio, & hæc ut infra dicemus fuit somniata. Tertiò fuit dictum obstare Bul. Pontificias prohibentes Sac. Hospitali missas recipere, quo nihil absurdiùs: nusquam enim Summ. Pontifices nostram, vel cuicumque Hospitali hanc prohibitionem fecerunt, & de facto nostra Regalis Ecclesia habet multa onera Missarum, quibus omni qua decet justitia debitum præstatur adimplementum. Tandem dixerunt parentes à Gubernatoribus hæreditatem esse nullius valoris, & in hac bona fide fisi (væ vobis, qui gubernatis loca pia, quando Ego semper dicere soleo vigilate, quia nullus venit, nisi ad nos decipiendum) non capta informatione de expositis, non lectis Bullis assertis Pontificum, non ponderatis viribus hæreditatis Tiberii, non gustatis juris articulis ad hanc devenerunt concordiam; undè hæc concordia ex capite assertorum corruit absque ullo alio adminiculo.

In Jure deindè invoco patrocinium doctissimi mei Præ- 11
ceptoris Consiliarii Franc. Rocci, qui *tom.* 1. *suorum Responsorum resp.* 99. refert nullam fuisse declaratam (bone Deus) dilationem datam à Gubernatoribus præcedentibus, instantibus subsequentibus Gubernatoribus A. G. P. erat enim in anno 1641. data dilatio per octo annos Francisco Borassà Baroni loci rotundi, non ut possideret hæreditatem aliquam, domum, vel aliud, sed nè solveret tertias decursas, pro spatio annorum octo, quam Domini successores Gubernatores licito jure revocarunt, & tractabatur de dilatione temporali concessa, quam nequeunt facere œconomi, & administratores Ecclesiarum, ad instar tutorum pupillorum (& iterum caveant, qui loca pia gubernant quando absque ullo scrupulo tales concedunt moratorias) & cum alias eadem Sacra Domus A. G. P. per 12
mutationem fecisset quorumdam fiscalium super Universitate Campibassi cum Illust. D. Eligio Carrafa illius Duce fuit per Collaterale Consilium ad relationem D. Regentis Sanfelicii cassata, & annullata dicta permutatio petentibus successoribus Gubernatoribus, ut idem Dominus Con-

Consiliarius refert, ecce ergo quod repræsentant factum in Gubernio tunc temporis Sacri Hospitalis Incurabilium, quasi quod facto, & jure approbante parva eleemosyna concesserit titulum totius hæreditatis Tiberii Coppulæ absit à nobis, & à DD. Judicantibus si hoc somniarent.

13 In *vers. Plures*, D. Andreassus, considerando plures rationes, quibus prætensum fideicommissum excluditur. Primò ponderando ait, quod sit factum in casu nuptiarum ibi, (*Che in detto caso*, &c.) *leg. cum testator*, *Codic. de testam. manumiss.* qui loquitur de libertate relicta tempore nuptiarum conditionale dicitur legatum, undè non secutis nuptiis libertas peti non potest; unde arguendo sic ait in casu nostro evenit casus mortis ante tempus nuptiarum, ergo fideicommissum non adest, ut consulvit Bursat. *vol.3. consil.263.* & in eadem causa Menoch. *cons.243.* quos sequitur Vivius *decis.2. numer.10.* Hartmanus Pistorius *observ.* 214.

14 Sed rogo Dominos Judicantes, ut videant talem conditionem, quam non video: dicit enim Tiberius se instituere filias Ceciliam, & Victoriam, quas habebat, & si nupserint darentur unicuique illarum ducati 6000. si monachabitur ducati mille cum vitalitio, &c. & ut essent pacificæ, & quietæ pro tali dote; & subdit, *Che in detti casi*, *& ciascheduno di essi detti miei figli siano privi di detta hæredità*, *& quella vada in beneficio di Angela Rummo*, *guardando però il letto viduale*) peto ego ab Adversario, ubinam conditionale fideicommissum: sumus enim in institutione pura, sumus in onere adjecto executoribus circa quantitatem dotis taxandam, ubi ergo conditio, ne-
15 que Text. & DD. allegati aliquid dicunt ad materiam, quia loquuntur de legato dotis tempore nuptiarum, quod certum est, ut pars notavit: at nos sumus in paragio à patre relicto, quod successit in locum legitimæ, ad notata per Isern. *in constit. in aliquibus*, *colum.7. vers. quid si frater*, & est ejusdem naturæ sicut legitima, quia subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatum est, *leg. si eum*, §. *quis injuriarum*, *ff. si quis cautionibus*, *leg.1.* §. *hæc actio*, *ff. si quis testam. liber esse jussus fuerit*, & sine onere debetur paragium, ut legitima Campeg. *de dote part.5.*
16 *quæst.26.* Bart. *in dict. l. Titio centum*, §. *Titio genero*, *ff. de condit. & demonstr.* Brunus *de statuto exclusivo fœminarum*, *quæst.68.* & sicuti jus agendi ad legitimam transmittitur ad hæredem parentis: ita hoc jus petendi dotem de paragio, Alexand. *cons.55. volum.2.* Jason *in l. quoniam in prioribus*, *Cod. de inoff. testam.* Brunus *quæst.84.* Petrus de
17 Gregorio *quæst.39.* & debetur purè mortuo patre, si fortè filia vult honestè vivere in domo, undè differt à legato dotis, quod habet in se tacitam conditionem si nubat, aliàs si nollet nubere, vel si moriatur antequam nubat, legatum extinguitur, *l. in testamento*, *l. Titio centum*, *ff. de*
18 *cond. & demonstr.* quia dos de paragio debetur à lege, seu à *Constitut. in aliquibus*, & ideò debetur etiamsi mulier non maritetur, *argum. legis 2. in fin. ff. de donat. l.3. ff. de jur. dot.* etenim lex consideravit frequentiam, quia frequenter mulieres desiderant viros, & eis est in hoc maxima cupiditas, *l. 2. ff. ad leg. Juliam Majestatis*, Petrus de Gregorio *quæst.* 13. & 22. Franchus *decision.* 44. *part.1.* & *dec.61.* Loffred. *cons.26.* & sicuti ad petendam legitimam agitur condictio ex *leg. omnimodo*, & *leg. si quis filium*, *Codic. de inoffic. testament.* ubi Bart. & alii, ita etiam ad dotem de paragio, & ad ejus supplementum agitur condictione *ex lege*, *seu constitutionis in aliquibus*, ut benè Afflict. *dec.162.* ubi Ursill. *in addit.*

19 Quod verò nulla sit inducta conditio advertit idem Adversarius *numer. 5. versic. Idque fortius*, dum ait attentis verbis testamenti, de quo agimus, quando concipitur substitutio: disponitur enim filias purè à principio institutas, in casu nuptiarum hæreditate privari certa quantitate pro dote constituta hæc Adversarius ait idem, *numer.5.*

20 Sistamus ergo ubi conditio adfuit; dicunt enim nostri, quod conditio non inducitur per dictionem (*ut*) sed traditur à Bart. & ab omnibus hæc regula, ut si prius sit adimplendum onus, quam fideicommissum peti censetur inducta conditio, cujus natura est, ut prius impleri debeat, quam legatum debeatur, *l. cum tale 71.* §. 1. ubi Bart. & Imola *ff. de condit. & demonstr. l. Thais 41.* §. *Stichus*, *ff. de fideicommiss. libert.* Aretin. *cons.93. numer.11.* Parif. *cons.19. numer.254. lib.7.* & sic licet dictio (*ut*) regulariter importet modum, etiamsi addantur illa verba (ea conditione) *l. Mævia*, *ff. de manumiss. testam.* nota- 21
biliter Bart. *in l. quibus diebus*, §. *fin. numer.5. de cond. & demonstr.* Aretin. *dict. cons.93. numer.14.* Molin. *lib. 2. de primogenit. cap.12. numer.4.* tamen id non procedit quando ex verbis Testatoris constat prius esse adimplendum onus, quam legatum debeatur, tunc enim non obstante dictione (*ut*) censetur inducta conditio juxta supradi- 22
cta, & tradit Bart. *in dict. l. quibus 6. ff. de conditionibus*, *& demonstrat.* at in casu nostro ipsemet adversarius confitetur puram fuisse institutionem, & post habitum emolumentum hæreditarium, ex adversario in casu nuptiarum, vel monachatus privari residuo, ergo ubi conditio? dico vellem ab adversario scire est: ergo fictitia conditio, & imaginaria.

In præsenti ergo pater instituit filios sub conditione, 23
dicit adversarius, à quo peto repugnat, ne filium, aut filiam hæredem institui sub conditione, cum enim certum sit inter alias divisiones conditionum, unam esse casualem aliam potestativam, aliam mixtam, sub conditione casuali nulla est institutio, puta filium meum instituo, si Navis ex Asia venerit: sub potestativa puta eum hæredem instituo si fecerit testamentum, si statum talem elegerit, sub mixta si cum tali matrimonium contraxerit, quo posito, 24
ut certo filius à patre potest hæres institui sub conditione potestativa, neque per hoc vitiabitur testamentum, nec respectu legitimæ, ita constat per DD. teste Alexandro in *leg. cum posthumus*, *ff. de liber. & posthum.* ratio est, quia cum filius possit conditionem adimplere, censetur quasi pure institutus, & ideò si illam non adimpleat videtur tacitè paternam hæreditatem repudiasse, Julius Clarus *in* §. *testamentum*, *qu.39.* ubi addentes Ultramontani, & omnes Institutivæ *in* §. *hæres*, *& purè instit. de hæred. inst.* sub 25
conditione verò casuali, vel mixta institui non potest filius à patre, nisi in defectum conditionis ex causis à lege approbatis exhæredetur, & si non ita fiat à patre erit nullum testamentum, *l. si pater*, *Cod. de instit. & substit.* & ratio hujus est, quia conditione deficiente non remanet filia, neque instituta, neque exhæredata: unde utpotè præterita, redditur nullum testamentum, & hoc procedit, etiam hodie ubi legitima filii rejiciatur omnis conditio, ut ait Bart. *in d. l. si pater*, *numer.8.* per Text. *in l. scimus*, §. *cum autem*, *Codic. de inoffic. testam.* & post omnes sequitur Ju- 26
lius Clar. *ubi suprà*, nisi esset impia illa conditio, ut fuit illa qua pater filium Jesuitam instituit sub conditione si à Religione exiisset, Carena *capit.* 179. quod verò ista imaginaria conditio eligendi nubilem, vel Monachalem statum fuerit potestativa patet, ex dictis per Giovagnonium *consil.35. numer. secundo*, per Marcambrunum ab Anguillis *consil.31. numer.25.* per Carenam *res.39. in fin.*

Dicit Adversarius, *numer. 2. & 3.* Conditionem (si 27
nupserit) esse voluntariam, & per consequens esse adimplendam in forma specifica ex quo testator non consideravit, nec modum, nec effectum, sed simpliciter factum, atque adeò non esse permissam extensionem de casu ad casum, ex Fontanella *tom.2. clausur.5. gloss. 10. part.2. à numer.53.*

Sed contra primò, quia in præsenti non sumus in actu 28
conditionali, sed puro, etenim conditio secundum Gloss. Soccin. & alios est quædam adjectio apposita, vel subintellecta in dispositione suspendens, vel resolvens ipsam dispositionem, post alios Acacius Ripolla *in tractat. de cond. & demonstrat. rubr.1. numer. 7.* aliter definit Doctissimus Philibertus Brussellius *lib.1. de condit. tit. 1.* Paulus Duranus *in princip. de condit. impossibilib.* Gomesius *lib.1. variar. capit.12.* ubi doctissima additio Covar. *in capit. cum tibi de testament.* ubi famosa additio Emmanuel Costa *lib.1. Interpr. capit.21.* Michael Grassus *in* §. *legatum*, *quæst.94.* & §. *institutus*, *quæst.25.* Menoch. *lib.4. præsumpt.175. usque ad* 187. Simon de Petr. *lib.3. sol.2.* Vasquius *de success. progressu*, §.3. *numer. 46.* & *lib.3. commun. quæst.3.* Tepatus *titul.* 349. & 626. Molina *tom.1. de just. tractat.20. disputat.* 206. etenim institutio hæredis supponitur à patre, quod fuerit 29
sub conditione monachandi, vel nubendi, quod ut patet est merè somnium, sed dato quod dispositio, vel fideicommissum fiat Titio impuberi relinquo, cum pubes erit, tunc erit conditionale, *leg. si cui 49.* §. *hoc autem legatum*, *ff. de leg. 1.* sed si fiat tali modo, scilicet fideicommissum relinquo in tempore pubertatis, tale fideicommissum non est

est conditionale, sed in diem dicitur, *leg. si ita* 43. §.
Pegasus, *ff. de leg.* 2. Ripolla *de condit. & demonstr.*
*leg.*1. *versic. cum dies certus*, *numer.*57. *ff. de condit. & de-*
monstr.
30 Contra secundo, quia ut benè DD. cum Peregrino *de*
fideicommiss. artic. 31. *numer.* 22. & Ripolla, Brussellio,
Galganeto, ac aliis mox citatis. Conditio quædam est me-
rè voluntaria ipsius testatoris, quædam necessaria volun-
taria inest ex dispositione hominis, & hæc impedit trans-
missionem, quædam inest ex natura rei, quæ necessaria
est ad actum, & ista conditio non impedit transmissionem,
quamvis ante dictæ conditionis adventum, nec obligatio,
nec actio orta sit, *leg. conditionesque extrinsecus cum gloss.*
& Bart. *ff. de condit. & demonstrat. l. quod purè* 6. *ff. quan-*
do dies legati cedat, & dici solet conditiones voluntarias
31 impleri debere in forma specifica, nec sufficit si per æqui-
pollens *dict. l. qui hæredi* 44. *& l. Mævius*, *ff. de condit. &*
demonstr. quæ verò necessariæ sunt possunt adimpleri per
æquipollens, DD. *in d. l. Gallus*, §. *& quidam rectè*, *ff.*
de lib. & posthum. ubi Bart. *in* 2. *col. l. Mulier*, *ff. ad Tre-*
bell. l. mater, *Cod. de instit. & substit.* dicuntur ergo vo-
luntariæ conditiones, cum dicitur si navis ex filia venerit,
vel si ille pubes factus fuerit, aut nupserit, &c. conditio-
32 nes verò provenientes ex legis dispositione, vel ex natura
legati dicuntur necessariæ: ut lego fructus nascituros, quia
intelligitur si nascantur, *l.*1. *ff. de condit. & demonstr. leg.*
cum illud, *aut illud*, §.1. *ff. quando dies legati cedat*, vel
quo sensu legata omnia sunt conditionalia, quia non de-
bentur nisi sub tacita conditione si hæres hæreditatem
adjerit, *leg. si nemo*, *ff. de regul. jur. leg. si nemo*, *ff. de te-*
stament. tutela, *l. eam quam*, *Cod. de fideicommiss.* unde
applicari hanc regulam ad extensionem substitutionis de
casu ad casum, non video quo modo fieri possit, nisi
cum Baldo dicamus contra Bartolum non potentem alle-
gare aliquam disparitatem, vel rationem, qui dicere sole-
bat Truffa est.
33 Adversarius *numer.*4. *versic. Hinc magis communis opinio*
DD. tenet, quod fideicommissaria substitutio facta sub
conditione, si hæres efficiatur Presbyter, non dicitur ve-
rificata quando institutus decessit ante sacerdotium, alle-
gat Jasonem, & Menochium contra Alexandrum dicen-
tem contrarium, sed opinio Alexandri est verissima, ut
34 legatum, & alia quælibet dispositio facta sub conditione,
quod efficiatur Sacerdos, transmittitur ad hæredem lega-
tarii, si morte præventus, non pervenit ad Sacerdotium,
vel ob aliud impedimentum, ad illud pervenire nequit, ut
pluries practicatum refert Novar. *lib.* 1. *quæstion. for. quæst.*
40. *per tot.* quia conditio illa, (si ad Sacerdotium pervene-
rit,) non est momentanea, sed successiva, quæ condi-
tio successivum continens actum, habetur pro impleta,
& purificata, eo ipso quod impleri cœptum est; ergo cum
per mortem nequeat impleri, & pervenire ad Sacerdotium
videtur adimplevisse, tanquam impeditus implere, *leg. si*
pecuniam in princ. §. *fin. ff. de condict. causa data*, *&c.* An-
charan. Anton. & alii, apud Gratian. *decis. Marchiæ* 35.
*numer.*4. & apud Surd. *dec.*345. *numer.*6. cujus ratio est,
35 quia conditio habetur pro impleta, quando non stat per
eum, qui illum implere debet, *l. jure civili*, *ff. de cond.*
& demon. ubi latè Imola, & Socc. Surd. *cons.* 374. *numer.*
7. Gonzalez *in Regula* 8. *Cancellariæ*, §.3. *in procœmio*,
numer. 38. sicut in simili dos habetur pro soluta, quando
non stat per eum, quo minus solvatur, §. 1. *Authent. de*
non eligendo secundo nubentes, Roland. *de jure dotis*, *quæst.*
77. *numer.*3. Surd. *de alimentis*, *quæst.*42. *numer.* 55. Ur-
sill. ad Afflict. *dec.* 241. *numer.*1. Moltes. *ad consuet. part.* 4.
*quæst.*6. *numer.*9. ubi ait, quod ideò uxori debetur antefa-
tum, ut decisum refert Afflict. *decis.* 333. Riccius *collect.*
87. sic servitium impositum, vassallo pro tota die est sol-
36 vendum licet non integrè laboraverit, ita Novar. *ubi sup.*
*d. quæst.*40. *numer.*9. qui *numer.* 10. ait legatum factum Pa-
tribus Camaldulensibus, ut sepelirent testatorem legatum
deberi eisdem, non obstante, quod non esset ibi sepultus,
37 quia mortuus fuit in Hospitali, ex quo decisum habemus
in Curia Archiepiscopali Neapolitana apud Riccium *decis.*
264. *p.*4. legatum factum Titio cum conditione, ut fiat Sa-
cerdos, transmittitur etiam, quod ille moriatur non fa-
ctus Sacerdos, quod prius dixerat Genedus *consilio* 22. *per*
totum.
38 Quod adeò verum est, ut si propter aliud impedimen-
tum legatarius ipse, non potuisset pervenire ad Sacerdo-
tium, putà, quia cæcus factus sit, surdus, vel alio mo-
do impeditus, ut repellatur à Sacerdotio, *cap. non confi-*
dat 50. *distinct.* Ragucius *de voce Canonicorum in Capitulo*
*quæst.*7. *&* 11. adhuc excusaretur, & debetur ei legatum,
quia impeditus impedimento facti remanet illæsus, *capit.*
significante de pignoribus, *cap. imputari*, *de reg. juris*, *in*
6. Rota *in antiquis*, *d.*2. *de præb.* & justum impedimentum
æquiparatur impossibili, Riccius *in praxi*, *tom.*4. *resolut.*
65. *numer.*8. Impossibilis autem nulla est obligatio, *l. im-*
possibilium, *ff. de reg. jur.* & ampliat Novar. etiamsi sui cul- 39
pa impedimentum superveniret argumento eorum, quæ
notat Novar. *de elect. fori*, *quæst.*41. *sect.*2. *& lib.* 1. *quæst.*
*for. quæst.*40. est etiam verum, quod legatum relictum sub
conditione (*Si Sacerdos efficiatur*) impleri debet in tem-
pore, de quo *in l.* 2. §. *ad filiorum*, ubi Bart. *Cod. quando,*
& quibus quarta pars debeatur, *lib.*10. quæ loquitur de nu-
ptiis corporalibus, & ampliatur in spiritualibus, teste No-
vario *lib.*1. *quæst. forens. quæst.*69. *per tot.* quod si fiat lega-
tum sub conditione si Clericus efficiatur, non ei debetur si
Clericatum assumat, & ad Sacerdotium potens ascendere
& non ascendat, quia verba sunt intelligenda cum effectu
*l.*1. §. *hæc verba*, *ff. quod quisque juris*, post alios Novar.
*d. l.*1. *q. for. q.*1. *per tot.*
Adversarius *numer.* 6. ait non posse dari extensionem in 40
substitutionibus, neque de casu ad casum propter illam di-
ctionem (*eo casu*) qua usus fuit testator scilic. Tiberius in
suo testamento; tunc enim ex aliquibus fundare cona-
tur non dari in substitutionibus extensionem de casu ad ca-
sum.
Respondeo hoc esse id, quod controvertitur, an scilicet 41
substitutio vulgaris tacita in compendiosa, vel pupillari
substitutione, an talis sit per dictionem (*eo casu*) exem-
pli gratia, si testator posthumo quandocumque, sine li-
beris decedente, tunc & eo casu substituo Titium, an si
posthumus non nascatur, succedat Titius substitutus per
vulgarem comprehensam in pupillari, vel in compendio-
sa, affirmat Præs. de Franchis *decis.* 299. rejecta opinione
Ancharani, quam refert, & sequitur Barrius *lib.*3. *in tit.*
de vulgari, *cap.*3. *numer.*7. Menochius *lib.*4. *præsumpt.* 64.
*numer.*65. Cassadorus *decis.*1. *de testament.* Marta *consil.*20.
*numer.*181. Vivius *decis.*513. *numer.* 19. Regens Capyc. La-
tro *consult.*76. *numer.*12. *& consultat.*77. *numer.* 8. D. Ho-
dierna ad Surd. *dec.*37. *à numer.*51. *usque ad finem*, cujus
tamen contrarium tenet Fusar. *de substitut. quæst.*32. *numer.*
135. *&* 136. ubi ait rejecta prima opinione esse tenendam
secundam posteriorem, ut latè *consil.*28. Ludovis. *dec.*433.
numer. 6. *&* 16. Beltramin. *numer.* 21. Reg. Capyc. Latro
*decis.*108. *numer.*15. alii dicunt primam opinionem proce- 42
dere quando adest dictio (*eo casu*) at posterior opinio lo-
cum habet quando adest dictio (tunc & eo casu, & non
aliter) ita Cravetta *consil.*938. *numer.*6. quem sequitur Fu-
sar. *quæst.*460. *numer.*14. Regens Capyc. Latro *consultat.*76.
*numer.*16. latissimè Barbosa *de Dictionibus dict.*411. ibi la-
tissime ratio disparitatis est, quia dictio (& non aliter)
est restrictiva, & taxativa, sed si simpliciter dicatur (*eo*
casu) vel tunc & eo casu, non est restrictiva, sed est de-
monstrativa, Capyc. Latro *dec.*108. *n.*50. D. Hodierna *ubi*
*sup. n.*51.
Sed communior, ac verior est opinio ad favorem substi- 43
tuti, ut etiamsi dicatur cum tali dictione; & posthumus
non nascatur, admittatur substitutus, Fusar. *quæst.*64. *nu-*
*mer.*96. *& consil.*25. Paschalis *part.*4. *de patria potest. cap.*9.
*num.*24. Capycius Latro *consult.*76. *num.*18. & quamvis Pe-
regrin. *art.*13. *num.*65. contrarium teneat, tamen ipsum
reprobat Rota Romana 2. *tomo recentior. part.*4. *decis.*632.
& alios plures recenset Vivianus Girocchus *disput.*141. *nu.*
18. ubi ait, quod dictiones tunc & eo casu, non sunt taxa-
tivæ, sed demonstrativæ, nisi conjunctæ essent dictiones
taxativæ, & restrictivæ (tantum, dumtaxat, & non ali-
ter, nec alio modo) & Girocchus refert *decis. Rotæ de* 44
anno 1647. coram Cardinale Corado, & eadem Rota co-
ram Buratto *dec.*279. latè Rubeus *in annot. ad dec.*322. *p.*9.
rec. & facit Text. *in l.*3. §.1. *ff. de usufr. quemadmodum ca-*
veat, *&c.* ibi detinere, pertinere usumfructum recipimus,
& si nihil comperit.
Neque obstat, quod casus nativitatis, & non nativita- 45
tis sunt contrarii; ergo expressio unius, non comprehen-
dit alium, ut ait Fusar. *cons.*1. *n.*44.
Respondeo hic non facere ad quæstionem nostram, sed
tuisse propositum pro exemplo illius quæstionis de substitu-
to da-

to dato posthumo in casu mortis cum filiis quid eo non nato? Respondeo secundò, quod casus nativitatis, habet alium casum deficientiæ, & mortis; & sic habet eumdem effectum, & mentem testatoris cum casus nativitatis expresso.

46 Dominus Adversarius *numer.7.* dicit voluntatem testatoris pro extensione nos colligere ex illis verbis, quibus in casu mortis filiarum post nuptias disposuit in hunc modum: *Item voglio, che se dette mie figlie, ò alcune di esse morisse dopò il loro casamento, senza figli legitimi, & naturali, di detta loro dote, non ne possano testare, & disponere solo di docati tre milia per ciascheduna, & nelli remanenti succedano detti miei heredi, nel modo ut supra*. Hic est casus expressus à Tiberio, & quia contingit mori ante nuptias hic est casus omissus, & *in dict. numer. septimo*; Adversarius totus est in improbanda extensione de casu ad casum.

47 Sed contra, quia sufficeret pro responsione me remittere ad *caput 3. de quo suprà*. Sed contra secundò, quia casus omissus si sit similis expresso, tunc dicitur de mente testatoris, quod similiter expressit casum voluit tunc subintelligi, quia tunc subintelligendus est, ut post Jasonem in *dict. §. & quid si tantum, numer.22.* ait Matthias Colerus *consil.56.num.8.* quia illi casus, quos continet paritas æquitatis, vel identitatis ratio, non sunt separandi, ut *in leg. illud, ff. ad l. Aquiliam*, Jacobus de Belvisio *ff. de constitut.* Colerus *consil.3. num.55. & 57. num.75.* & sic è contra casum in statuto omissum relinqui dispositioni juris communis, vel aliter scriptum, secundum Bart. *in leg. si cum dotem, num.1. & 2. ff. soluto matrimonio*, facit Text. *in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrimon. l. si extraneus, ff. de cond. ob causam*, Colerus *cons.42. num.441. & 442.* ubi similiter ait, quod casus, vel pœnæ in statuto non comprehensæ, atque omissæ, relinquantur ad dispositionem juris communis, quod idem in privilegiis dicit Colerus *cons.34. numer.124. & cons.47. num.54. & cons.76. num.71.* & expressus haberi ille casus, qui si interrogaretur testator ita dixisset glossa *in dict. l. tale pactum in fine, ff. de pactis*, Decius *cons.555. num.6. & 7. & cons.492. num. 6. & consil. 227. num.10. & cons.43. num.24. volum.4.* Gozadin. *cons. 6. num.24.* cum Angelo *cons.320. numer.7.* imò non solùm ad similem extenditur, verùm etiam ad dissimilem casum extenditur ex verisimili disponentium voluntate, Scurphius *cons.32. numer.12. centur.1.* Decius *cons.313. numer.1. & 3.*

48 Idque præsertim in contractibus bonæ fidei per Text. *in leg. ex conducto 8. §. si vero, ff. locati, l. ex empto, ff. de act. empt.* Itaque per verisimilem contrahentium mentem, dispositio extenditur ad alium casum, in quo inest eadem ratio, communiter DD. cum Vvessembecio *cons.131. num. 3. & 59.* sic quando disposuit pater in unius filiæ educatione, & dotante intelligitur voluisse servare in aliis filiabus, propter amorem, & æqualitatem, Hypolitus de Marsiliis *cons.84. num.34.* per Text. *in l.1. Cod. de diversis rescriptis*,

49 ubi in uno habetur dispositum extenditur ad alium, ut notabiliter observat idem Vvessembecius *ubi supra, num. 60.* & licet sint casus diversi, scil. mori filias non nuptas, & mori nuptas sine filiis, tamen non apparet diversitatis ratio; & sic non sunt censendi casus diversi, Æmilius *cons. 4. num.17.* Cravetta *cons. 187. numer. 67.* Vvessembecius *cons. 122. tom. 3.* Tiraqu. *de retract. consanguinitatis, §.1. glossa 9. num.38.* Vvessembecius *tom.2. cons.51. numer.4. & seq.* quando verò militat eadem ratio tunc extenditur de uno casu ad alium, ut post alios Tiraq. *ubi supr.* Vvessembec. *cons.51. numer. 13. & seq.* quoties enim unus casus est expressus, toties probabiliter dubitari, vel negari potest, quod in aliis non expressis locum habet, præsertim ubi est eadem ratio, ut benè Vvessembecius *cons. 51. numer. 13. & cons.51. num.57. & cons.86. in fine, & cons.263. num.15. cum sequ.* ad Text. *in leg. tale pactum, §. ultim. ff. de pactis*, Menochius *lib. 3. præsumption.16.* Afflictus *decis. 141. numer. primo*, sic ex inclusione remotioris gradus, multò magis præsumitur inclusus proximior gradus, ut post alios Gaspar Klok *consil. septimo, à num.1147. cum sequentibus*.

50 Videamus ergo an sint similes casus, mortuas esse filias innuptas, vel contracto matrimonio, quando testator consideravit effectum, scil. mori sine filiis, ut admittatur substitutus, sanè debet dici esse similes, & considerasse effectum, scil. morituras sine filiis: hinc videmus, quod si testator uxorem instituat, vel ei aliquod relinquat, & transeunti ad secunda vota dixit ut succedat Titius, tunc intelligitur Titius non solùm substitutus, & vocatus casu quo extaret mulier vidua relicta; sed etiamsi mortua esset, Rota *decis.149. num.3. inter collectá per Rubeum*: propterea dicunt nostri, quod substitutio fideicommissaria, sub conditione mortis, vel sine filiis conceptam, mutat naturam, & compendiosa efficitur, unde non expirat etiam, quod primus gradus illius fuerit factus caducus, cum incipiat, à secundo vigore vulgaris in compendiosa contemptæ, ut latissimè Rota coram Bichio *de anno 1640. in una Sabinen. fideicommissi part.8. recentior. inter collectas à Rubeo*, & eadem Rota *in una Faven. Fideicommissi, dec.379.* penès Rub. *tom.3. p.4.* de qua re est decisio Rotæ Romanæ *in Firmana hæreditatis*, de qua est *dec. 246. tom.2. part.4. recent.*

Dicit Adversarius sub *numer. septimo in fine, versicul. at quia*, quod filiæ Tiberii fuerunt Cecilia, & Victoria: Victoria decessit superstite Cecilia, unde non potest substitutos admitti ad totam hæreditatem Tiberii, vigore substitutionis extensæ, quando si fieret talis extensio excluderetur persona magis dilecta testatoris, sc. Cecilia filia. 51

Sed contra quod hæc est quæstio, quod si veniens ab intestato sit persona magis dilecta substituto, an detur extensio de casu ad casum; & licet Sforzaoddus *cons. 10. numer.4.* & alii cum Ancharano *ubi suprà*, qui explicat in filio, & alii relati à nostro Adversario *ubi suprà*, tamen verior est opinio contraria admitti substitutum, ita Ruinus *in d. l. Gallus, §. & quid si tantum, n.69. ff. de lib. & posth.* Viv. *dec.513.* Paschalis *de patria potest. p.1. c.9. n.10.* Surd. *decis.37.* 52

Præter quam quod casus substitutionis ad favorem Ecclesiæ fuit facta post mortem Francisci in tota hæreditate pertinere ad Franciscum, at moriens non poterit disponere, & si potuisset solum de medietate dotis habebat tum à jure, tum ab homine facultatem testandi, ergo &c. 53

Sub *numer.9.* Sophisticè loquens Adversarius dicit aeream prætensionem nostri Hospitalis, quia sequeretur dari duas fictiones simul, quod est contra Text. *in leg.1. Cod. de dotis promissione*; Antecedentis sequelam probat, dicendo substitutionem extendi de casu ad casum esse fictionem: ex verisimili mente testatoris collectam, & ecce duæ fictiones. Prima extensio substitutionis facta in casu mortis post nuptias, ad casum mortis sequutæ ante nuptias. Secunda fictio substitutionem factam post perfectam ætatem, ad tempus mortis sequutæ ante talem ætatem; at duæ fictiones ex *dict. leg. simul* concurrere prohibentur. 54

Sed contra quia nec duplex fictio, nec duplex extensio concurrere, sed una quod scilicet casus mortis nuptiis contractis sine filiis extendatur ad casum omissum quando mortuæ sunt ante nubilem ætatem: & hæc est eadem substitutio facta post perfectam ætatem, relata ad tempus antecedens. Unde non video concurrere plures fictiones, quæ solùm in dote admittuntur *dict. leg. 1.* 55

Sed contra secundò, quia duo specialia, & duæ fictiones possunt concurrere non solùm in dote, in quibus terminis loquitur Text. *in dict. l. 1. sed in omni materia, leg. singul. ff. de rebus creditis*, ubi plura singularia simul in mortuo concurrunt, *l. licet 42. §.1. ff. de jure dot.* ubi plura singularia in causa dotis concurrunt, & in testamento, *leg. jure militari, 4. ff. de testament. milit. juncto, §. Item*, Surdus *institut. quibus non est permissum facere testamentum, leg. facere, 10. ff. de testament. militis*, (juxta affirmativam litteram, quam nonnulli Codices retinent, & sequuntur Duarenus *ad illum titulum cap. 41.*) *juncto, §. final. Instit. quibus non est permissum facere testamentum, leg. ex militari 11. ff. de testament. militis, leg. si filiusfam. 24. versic. si perseverasset, ff. de testamen. militis, juncto §. posthumus secundo Inst. de exhæred. liberorum, l. ultima, C. ad S. C. Vellejanum, §. si ab hostibus 6. Inst. quibus modis Ius patriæ potestatis solvitur*, & ita defendunt Ruin. Alciat. Crotus, Bolognettus, & alii apud Petrum Barbosam *part.3. numer.46. & 47.* Bartholomæus Philippus *de fictionibus, part.2. cap.41.* Picchardus *in §.1. inst. de milit. testament.* Giphanus *in dict. leg. 1. Cod. de dotis promiss.* Joannes Vandus *lib.3. quæst. juris, quæst.4.* Joseph Gonzalez *variar. quæst. juris, capit. 4.* post alios Carolus Bottiglier.

glier. discipulus noster, *de success. ab intestato*, c. 1. *Theoremate* 29.

57 Dicit Adversarius *numer.* 10. hanc esse extensionem de tempore ad tempus, in jure reprobatam per Text. *in leg. si ita quis* 21. *ff. de vulg.* Quod verò talis sit, probatur; quia testator jussit substitutum succedere si nuptas sine filiis decessisse contigerit. Sed accidit mori innuptas licet sine filiis; ergo esset extensio de tempore ad tempus, contra Text. *in dict. l. si quis ita* 21. ubi substitutio facta postquam decesserit filius intra decimum annum si contingat mori post decimum, sed ante decimum quartum, non admitti. Ergo dicit Adversarius non datur extensio in substitutionibus de tempore ad tempus, & exclamat Adversarius totam causam in tuto esse positam ex hoc argumento nobis in vanum exclamantibus, ac Doctores adducentibus pro extensione substitutionis de casu ad casum: quasi quod sua esset extensio de tempore ad tempus postquam facta est certa in tempore, &c. Sed contra 1. quia in 2. capite *n*...... dedimus verum intellectum, ad Text. *in l. si ita quis*, *ff. de vulgari*.

58 Contra secundò; quia si vir legavit uxori scuta mille fruenda toto tempore suæ vitæ, donec castè, & honestè vixerit, & ei substituit Titium, ipsa transeunte ad secundas nuptias, Titius substitutus non deberet expectare tempus mortis; sed statim esse admittendum, ut dicit Alex. *in dict.* §. *& quid si tantum*, *numer.* 6. & ibi addentes Ruinus *in* 1. *lectura*, *numer.* 6. ubi alios allegat Decianus *resp.* 1. *numer.* 89. *lib.* 1. & ratio est, quia voluntaria conditio expressa per æquipollens dicitur adimpleta, ad notata per Galganet. *de condit. part.* 1. *cap.* 11. *numer.* 21. *& par.* 2. *c.* 1. *quæst.* 104. *numer.* 20. sic quando testator instituit filium cum onere restituendi si Clericus fiat, si contingat non fieri Clericum; sed mori sine filiis, adhuc locum habet substitutus, Alexand. *cons.* 100. *vol.* 4. Decius, Gratus, Berous, Cravetta, Cæphalus, & Dec. *ubi suprà*, de quibus Galgan. *d. q.* 104. *n.* 20. quia illa conditio si Clericus efficiatur, fuit impleta per æquipollens, ipso Clerico non effecto decedente sine liberis.

59 Sic videmus, quod substitutus posthumo admittitur si fiat abortus, puta testator quidam posthumum ex uxore prægnante instituit; & si quis sibi filius, ut filia nasceretur, & in ætate pupillari, aut absque filiis moreretur tali casu substituit, uxore abortum post testatoris mortem faciente, an admittatur substitutus major præsumptio est testatorem noluisse admitti, quando filius non nascatur, quam si posthumus moreretur: nam tacita est sub pupillari expressa, vulgaris autem etiam in casum impotentiæ comprehenditur: talis ergo casus evenisse dicitur Franchus *d. dec.* 299. Marta *to.* 5. *in compil. c.* 3. *to.* 5. *de vulg.* Speigellius *rer. judicat. lit. S*, *fol.* 261. *col.* 2. & quid aliud est in præsenti, quam substitutionem extendi de tempore ad tempus, ut patet consideranti.

60 Contra tertiò, quia ut latissimè Barbosa *de claus. claus.* 182. *& de Dictionibus*, *d.* 409. illa dictio (tunc) importat idem quod (eo casu) & denotat extremitatem temporis, & à verbis præcedentibus dependet, *l. in substitutione*, *ff. de vulgari*, & adeò tempora conjungit, & *numer.* 9. ait non excludere casus similes, & videatur Barbosa *d. dictione* 409. *in fin.* qui post alios, quos refert ait, quod quoties post hanc dictionem testator ulterius procedit ad alias substitutiones, (ut fert in casu nostro) eo casu non stat restrictivè ad tempus, causam, &c. sed extenditur ad alia tempora, & ad alios casus expressos, & allegat Gonzalez, & alios *ubi sup. & d. claus.* 18. Ergo non admirabuntur, nec gloriabuntur amplius adversarii, quod tota causa stabat in hac parte.

61 Dicit *numer.* 11. validius se habere motivum, quia apposuit testator conditionem impeditivam matrimonii carnalis, contra Text. *in l. quoties*, *ff. de cond. & demonstr. leg. cum tale*, §. *rescriptum*, *ff. eod. tit.* qui loquitur de legato si nupserit ad arbitrium alterius, quasi dicat: instituo si monachabuntur, vel si non nupserint, quæ conditio in vidua sustinetur; sed in virgine non admittitur, & patet, quia ademit hæreditatem in casu nuptiarum, quasi quod instituerit si non nuberent.

62 Sed contra primò, quia id falsum est, & utinam non fuisset causa talis erroneæ ne dicatur iniquissimæ concordiæ, quando Domini illi Gubernatores ex hoc apprehensa, & bene suggesta conditione aerea, & imaginaria id fecerint, & quod talis sit, patet: non enim Tiberius dixit relinquo hæredes meas filias, si non nupserint, sed invitavit ad matrimonium cum dote duc. 6000. pro unaquaque, invitavit etiam ad monachatum in eorum arbitrium, ergo ubinam conditio restrictiva matrimonii? de qua nec somniavit testator.

Sed contra secundò, quia conditio imponens viduita- 63
tem est valida etiam in virgine favore piæ causæ substitutæ, ad notata per Tiraq. *de pia causa privil.* 18. per Mantic. *lib.* 11. *tit.* 28. *n.* 8. *& 9. & tit.* 19. *n.* 11. Guttier. *de matr. cap.* 21. *numer.* 36 Sanch. & alii, quas allegat Viv. *dec.* 480. *lib.* 3. per Text. *in l. Titio usufructus*, §. 1. *ff. de cond. & demonstr.* sic videmus in simili dicunt DD. quod licet pactum non valeat inter Generum cum Socero, ne Socer amplius nubat idque ut bona sint ejusdem Generi, tale inquam pactum non valet, etiamsi sit apposita pœna solvendi mille in casu contrario, & hoc ex *l. Titio centum*, §. *Titio*, *ff. de cond. & demonst. l. Titio*, *ff. de verb.* etiamsi Gener non fuisset aliàs contracturus, arg. *l. fin. C. de pact. inter empt. & venditor.* & sic fuisse decisum per S. C. ait Regens de Ponte *cons.* 67. & sibi imputare debet Gener, ut benè Anna *cons.* 151. *volum.* 2. & hoc procedit etiamsi in casu contrario sit substitutus aliquis privatus, Surd. *dec.* 7. Limitatur tamen, 64
& valebit appositio pœnæ si sit dictum, & in casu quo Socer nupserit, volo, ut dentur mille tali Ecclesiæ: ergo valebit ex arg. *d. l. Titio*, §. *Titio genero*, & colligitur ex *d. l. Titio*, §. *Servi usufructus*, *ff. de cond. & demonst.* ubi favore libertatis sustinetur pœna restrictum facultatem matrimonii, quæ alias non teneret, & ampliatur etiamsi esset substitutus pauper consanguineus, ut benè Capibl. *de Baronib. tom.* 2. *c.* 66.

Sic in simili videmus, quod legatum relictum alicui, 65
puta Titiæ si nubat cum consensu, vel licentia alicujus non valet, quia poterit Titia legataria legatum consequi, nec conditiones adimplere de nubendo cum licentia, vel consensu talis, Molina *de Ritu nuptiarum*, *lib.* 3. *c.* 29. Cancer. *var. p.* 3. *cap.* 7. *numer.* 279. *& 295. & de legatis*, *capit.* 20. *numer.* 305. Mastrillus *dec.* 253. *lib.* 3. & decisum in Rota refert Marescott. *lib.* 1. *var. cap.* 73. Ricc. *collect.* 1351. Gama *dec.* 314. tamen limitatur, quando est substituta causa pia, quia tunc nisi nubat de consensu, & licentia à testatore præscripta, admittitur pia causa substituta, sicuti enim libertatis favor præfertur favori nuptiarum, *l. Thais*, §. *fin. ff. de cond. & demonst.* §. *ita similiter favor Religionis*, ad Text. *in l. sunt personæ cum similibus*, *ff. de religiosis, & sumptibus funerum*, Tiraq. *de pia causa*, *de privil.* 18. Mantica *l.* 3. *de conjecturis*, *titul.* 18. *numer.* 11. Molina *de ritu nuptiarum*, *l.* 3. *c.* 29. *numer.* 24. Viv. *dec.* 480. *numer.* 10. Canc. *p.* 3. *c.* 7. *numer.* 305. *& c.* 20. *de leg. numer.* 38. Fontan. *claus.* 6. *gl.* 3. *p.* 5. *numer.* 16. Sic substitutio facta in pœnam, 66
non substinetur ubi principalis dispositio esset captatoria, nisi esset facta favore Ecclesiæ ut benè D. Hodier. ad Surd. *dec.* 228. qui discurrit magistraliter de more ad conclusiones suppositas, & *n.* 7. dicit quando in odium fieret principaliter, non valere.

Sub *numer.* 13. totus est in probando conditionem esse in- 67
ductivam privationis nuptiarum, quia instituuntur, & adimitur hæreditas nuptiis contractis, ad quod supra respondimus, sed in versiculo, (sin autem) confitetur Adversarius facultates hujus hæreditatis fuisse maximas, & melius fuisset si cum tota hæreditate filiæ nuptæ essent, quam cum dote duc. sex millium pro unaquaque; En ergo Domini non est hæc illa hæreditas repræsentata Gubernatoribus Hospitalis, modicam, & nullius esse momenti, Bullas Pontificum prohibere Hospitali Incurabilium onera Missarum, factum non esse casum substitutionis, inductam à Tiberio fuisse viduitatem nunc ad filias pomposè nubendas exclamant vires hæreditatis longè majores duc. 12000. quasi non benè pater se gesserit in tali dote relinquenda.

At peto ab Adversario quis melius propriis filiabus con- 68
sulere voluit, an ne D. meus Adversarius, de patre dicitur, quod nullus præsumitur melius consulere pro filia, quam pater, *l. sic eveniet*, *ff. ad l. Iuliam de adult.* D. Mer-
lin. *controvers.* 1. 2. & 3. habebat enim miser Tiberius filias 69
uxorem, fratrem, sororem, & matrem, & habebat animam propriam si ejus immortaliter credamus, providit filiabus, uxori in utroque casu si transierit ad secundas nuptias, vel si non transierit, providit matri, providit fratri, & sorori, providit animæ suæ, substituendo Ecclesiam, & Hospitale Incurabilium, cum certo onere Missarum

rum in tabella apparendo; at exequutores de omni curant, animam delinquunt, nunc considerant, quod melius fuisset illas nuptias cum tota hæreditate, quàm cum solo paragio relicto, utinam id evenisset, & filios procreassent, quia non fuisset factus casus pro nostro Hospitali; sed quia non nuptæ; sed ante tempus mortuæ fit casus de quo agimus bone Deus posthumo instituto, eoque non nato, substitutio, & si profana locum habet, ut decisiones supra adduximus, & nunc filiis institutis, & in casu nuptiarum substitutis, illis non natis, non erit locus tam piæ tam adductæ substitutioni, absit à judicantibus veritatem.

70 Sub *n.*13. vers. (quibus superadditur) Adversarius noster adducit Baldass. Thomas. *de pia causa*, *tr.*10. *tit.*2. *cap.* 191. *n.*288. allegantem Riminal. & Marcabr. dicentes non potiri privilegiis Ecclesiam, nisi primo loco, & immediatè substitutam.

71 Sed contra, quia tales DD. loquuntur contra casum text. & contra communem opinionem; contra casum tex. quia in *c. si pater de test. in* 6. Substitutio comprehensa sub compendiosa, quæ inter privatos substitutos interpretatur fideicommissaria; favore Ecclesiæ interpretatur directa: & ibi pauperes Christi non fuerunt substituti immediatè, sed mediatè: & tamen ibi dicitur directa: ergo ad hoc, ut dispositio sit ad pias causas, sufficit si primus, vel secundus gradus sit pius, nec est necesse, ut immediatè sit causa pia substituta, ut decisum refert Viv. *dec.*5. Marta *de succ.* *p.*4. *q.*8. *art.*1. *n.*50. etiamsi tertio loco causa pia esset substituta, Boss. *to.*2. *tit.*12. §.20. *n.*80. *cum seqq.* qui etiam dicit

72 dispositionem esse ad pias causas, etiamsi non sit instituta causa pia, dummodo legata facta ad pias causas in testamento, majorem hæreditatis, partem absorbeant, & Rota Romana apud Cæsar. de Graff. *decis.*4. 5. *per tot. sub tit. de test.* Marta *ubi supr. art.*2. *n.*8. Ferent. ad Burat. *dec.* 475. *n.*28. & prius dixerat Dec. *cons.*504. *n.* 3. Bald. *in leg. Avia*, §. *Titio*, *ff. de cond. & demon.* & alii relati à Rota *d. dec.* 5. & à Bossio *ubi sup. n.*8.

73 Idem D. Adversarius in vers. (*quibus superadditur*) asserit communem esse opinionem, quod favor piæ causæ non prævalet favori filiorum, & adducit Fus. *q.*393. *nu.*65. & Fontan. *claus.*6. *to.*2. *gl.*3. *p.*5. *à n.*35.

74 Sed contra quia licet S. Aug. *in c. fin.* 17. *q.*4. dixerit quod qui vult hæredem facere Ecclesiam præterito filio, alium quærat, quam August. ut latè tradita per Menoch. *l.*4. *præsump.*189. *n.*121. ubi ait fortiorem esse præsumptionem erga filios, quàm erga causam piam, Tiraq. *de pia causa in præf. vers. quæritetiam*, & solet dici, quod favor filiorum præfertur piæ causæ, ut per Surd. *tit.*9. *q.*9. *n.* 15. Gutt. *canon. q. l.*1. *c.*32. *n.*31. Spino *in speculo testament. gl.*20. *princ.* *nu.*41. *ad fin.* Id tamen procedit in legitima, quia excepta legitima favorabilior est pia causa: ubi tractatur de anima, quam favor filiorum, ubi agitur de sanguine, ad notata per DD. *ubi sup.* unde Glossæ nostræ dicere solebant, quod patre relicta filio legitima reliqua projiciat in mare; ergo cum reliquerit Tiberius filiabus sua paragia, & nubentium, & ingressarum; quid est, quod nunc censentur gravatæ, quando eis fuit facta substitutio, de qua supra.

75 Tandem vult Adversarius dare nobis normam agendi, de quo gratias agimus: dicit enim non posse S. Hospitale hæreditatem prætendere, nisi à die mortis Francisci Coppulæ primo substituti filiabus à Tiberio, qui mortuus fuit in anno 1655. sed alios deinde in futurum, quia fuerunt possessi: utpotè dari in dotem à Theresia Jovino D. Carolo Lagni, fuerunt possessi bona fide: unde non possunt peti à Gubernatoribus ex adductis à de Matinis *l.*2. *resol.*104. per Text. *in l. item veniunt*, §. *præter hæc*, *ff. de petit. hæredit.*

76 In quibus gratias iterum reddo D. meo Adversario, sed circa modum in judicio petendi immissionem dictæ hæreditatis à die mortis Francisci, &c. reservet ipse modum Regalis Domus Gubernatoribus, vellem in omnibus eum Consultorem habere, sed non in hoc in quo habeo adversarium.

Scripsimus die 25. Januarii 1669.

SUMMARIUM

SEXTI CAPITIS, IN QUO adducitur scriptum D. Francisci Antonii Andreassi pro parte contraria.

1 *Substitutio facta in casu nuptiarum dicitur conditionalis, & ideò non debetur secuta morte instituta ante nuptias.*
2 *Et probatur* cons. Socc. sen.30. vol. 3. *contrarium sententis.*
3 *Conditio si nupserit, est voluntaria, in qua testator videtur considerasse simplex factum non effectum; & ideo non datur extensio, maximè adjectis verbis privationem juris quæsiti inducentibus,* & num.5.
4 *Substitutio sub conditione si hæres efficiatur Presbyter, non dicitur verificata per mortem illius ante Sacerdotium reprobato*, consil. Alexand. 10.
6 *In conditionibus voluntariis non dari extensionem de casu ad casum, magis communiter probatur, præsertim addita dictione eo casu, &c.*
7 *Vel saltim, ut possit fieri extensio secundum aliquorum sententiam, conjectura debet esse satis urgens, & efficax ex dispositis in eodem testamento.*
8 *Hæc tamen extensio nullo modo permittitur, etiam ex præsumpta voluntate, quando descendentes excluderentur.*
9 *De casu ad casum dicitur fieri per fictionem, & ideò ad duplicem casum fieri nequit.*
10 *In substitutione facta, postquam institutus erit perfectæ ætatis, non continetur pupillaris.*
11 *Extensio de tempore ad tempus, neque ex præsumpta voluntate fieri potest, & de ratione.*
12 *Substitutio facta filiæ in casu nuptiarum non sustinetur, nec attenditur, quo animo à patre facta fuerit.*
13 *Rejicitur omnis dispositio, per quem nuptiis infertur impedimentum, quamvis temporale.*
14 *Secus tamen si impediretur ingressus in religionem, & ita declaratur posse sustineri scripta per Alex.* vol.4. cons.100.
15 *Favor piæ causæ, non convalidat substitutionem factam, si hæres nupserit, quando pia causa non est immediatè substituta, vel hæres gravata fuerit filia.*

TIberius Coppula in ultimo, quod condidit testamento, post hæredis institutionem factam in personam Cæciliæ, & Victoriæ filiarum, cum onere solvendi Joannæ Mavi testatoris matri, & D. Francisco Coppula fratri annuos duc.450. vita durante, immediatè disposuit in hunc modum.

E con altra conditione, che pervenendo dette mie figlie in età perfetta, voglio, che il detto D. Francesco Coppola l' habbia da collocare in matrimonio, e darli in sussidio di loro maritaggio à ciascheduna di esse docati 6000. in contanti, ò vero in tante compre, che si ritroveranno nella mia heredità all' hora fatte; e volendosi monacare in alcuno Monasterio; voglio si diano ad ogni una di esse per dote docati mille de contanti, e farli tutte le spese necessarie per loro Monacato, & anco annui doc. 100. *per ciascheduna di esse vita loro durante, oltre della portione delle doti materne spettantino; e questo tanto se dette mie figlie si collocassero in matrimonio, quanto se si monacassero, siano, e debbiano essere per ogni loro parte, portione, legitima, supplemento di legitima, e successione, che li competesse, ò potesse competere*, in futurum, *nella mia heredità, in li quali ne l' instituisco heredi particolari. E voglio che in detti casi, e ciascheduno di essi dette mie figlie siano prive di detta mia heredità, e quella vada in beneficio della sudetta Angela Rummo mia cara moglie, guardando però il letto viduale, e ne la instituisco herede universale, e particolare, guardando però il letto viduale, la quale sia tenuta pagare à Giovanna Mavi, e D. Francesco Coppola detti annui doc.450. Però passando detta mia moglie ad secunda vota, voglio, che similmente di detta mia heredità ne sia priva, e suc-*

e succedano, e debbiano succedere li predetti Giovanna, e D. Francesco, ogni uno di essi pro æquali parte, & portione, *e ne l'instituisco heredi universali, e particolari, della quale ne siano usufruttuarii, e dopò loro morte detta mia heredità sia, e debbia essere dell' Ecclesia dell' Incurabili, &c.*

Cumque filiæ hæredes institutæ nullis contractis nuptiis, & in pupillari ætate decesserint superstite Angela Rummo, quæ tamquam mater fuit illarum hæres, mediante decreto præambuli declarata, prætenditur pro parte Gubernatorum Venerabilis Ecclesiæ, & Hospitalis Incurabilium, d. Angelam ab hæreditate Julii remansisse exclusam, ob transitum ad secundas nuptias, & stante morte Joannæ Mavi, & D. Francisci Coppula ultimo loco vocatorum in usufructu, evenisse casum fideicommissi ad beneficium dictę Ecclesiæ. Quamobrem expectata morte Regii Consiliarii Jo. Baptistæ Jovini, hanc prætensionem novissimè deduxerunt contra D. Petrum Antonium Lagni ejus nepotem, ac bonorum d. Julii possessorem, & contra hæreditatem ejusdem Consiliarii, fortassis pro restitutione fructuum ab illo pro tempore perceptorum, veluti patre, & legitimo administratore D. Theresiæ Jovino filiæ, ac hæredis d. Angelæ Rummo.

Sed sciant hanc prætensionem non esse novam, aliàs enim fuit deducta, & aliàs decisa ad favorem Angelæ Rummo, ac D. Theresiæ Jovino, & quamvis sententia non producatur; producitur tamen loco sententiæ votum, & declaratio trium prudentum, sapientum, & justorum virorum, quorum unus S.C. præfuit, alius postmodum judicandi munere in eodem S. C. dignus reputatus fuit, & alius ad eandem dignitatem non fuit evectus, quia relicto foro maluit se Dei servitio dicare. Siquidem verum est in facto, post mortem filiarum d. Tiberii comparuisse in M. C. Joannam Mavi, & D. Franciscum Coppola, prætendentes non posse interponi decretum præambuli ad beneficium Angelæ Rummo, tanquam exclusæ ob transitum ad secundas nuptias, sed ipsos esse declarandos hæredes vigore testamenti d. Tiberii: en igitur deducta eadem prætensio ab aliis vocatis; deinde visum fuit partibus ipsis hanc prætensionem compromittere in personam Reverendi U. J.D. Caroli Carboni advocati tunc temporis ejusdem Joannæ, & D. Francisci, ac viri tali doctrina, & integritate præditi, ut neque de imperitia, neque de malitia possit ejus votum imputari. Hic mediante laudo decrevit, esse expediendum præambulum ad beneficium d. Angelæ matris, etiam in bonis obventis à Tiberio Coppola, prout prævia laudi acceptatione fuit interpositum præambuli decretum: en igitur ad favorem Angelæ determinatio.

Postmodum ipsemet Reg. Consiliarius Jovinus, uti pater, & legitimus administrator D. Theresiæ filiæ, & hæredis dictæ Angelæ, ultro hæc omnia exposuit Magnificis Gubernatoribus dicti S. Hospitalis, ut etiam viventibus primo vocatis in prætenso fideicommisso Tiberii agnoscerent, nullum jus S. Hospitali superesse, & bonam agnoscendo fidem, ita declararent, ac commisso negotio quond. Reg. Consiliario Gamboa, tunc temporis Advocato nemini secundo, & ejusdem Hospitalis uni ex Gubernatoribus, recognitisque omnibus, ac facta relatione cum assistentia spectab. S.C. Præsidentis Ursini Delegati, & Protectoris ejusdem Sacri Hospitalis conclusum fuit, nullum Jus Sacro Hospitali competere, & ita declaratum publico instrumento, cui ad præsens transactionis nomen imponitur, non alia ratione, nisi quia eleemosynam duc. centum d. Reg. Consiliarius Jovinus erogare contentus fuit, & in odium retorqueri existimant, quod grato animo ad favorem loci pii factum est, quodque pro majori cautela dictus Reg. Consiliarius suæ filiæ tam justissimè procuravit.

Hæc occurrunt, ista concurrunt in præsenti causa, & quidem poterant Magnifici Gubernatores sine scrupulo quiescere voto, & declarationi tantorum virorum, quorum religio, & doctrina non est in obscuro; sed quoniam quot capita, tot sunt sententiæ (ut adagio fertur) necesse est rationibus, quæ gesta, & declarata sunt comprobare, ut tamdem cedant ipsis rationibus, & quiescant sententiæ S. C. quam conventis ipsa ratio ad eorum favorem promittit.

Plures itaque rationes perpendi possunt excludentes prętensum fideicommissum, & prima se offert, quia veluti
1 factum in casu nuptiarum, ibi, *Che in detti casi*, &c. conditionale est, ut determinat Imperator *in leg. cum testator, Codic. de testament. manum.* qui loquitur de libertate relicta his verbis: *Cum Testator libertatem tempore nuptiarum filii sui, vel filiæ servo dari jussit, non tempus præstandæ libertatis præstituit, sed potius conditioni locum fecit, ut non insecutis nuptiis libertas Iure posci non possit*; atque ideò cum evenerit casus mortis filiarum ante nuptias, respondendum est, fideicommissum ordinatum in hac specie tempore nuptiarum non deberi, ut docet Gloss. *in dict. leg. cum Testator*, in figuratione casus; sicque determinasse in propriis terminis fatetur Bursat. omninò relegendus *volumin. tertio, consil.* 263. quemadmodum in eadem causa consuluit, Menochius *consil.* 243. quos sequitur Vivius *decis. secunda, numer.* 20. Harthaman. Pistor. *observat.* 214.

Et quamvis Socc. sen. in contrariam sententiam ire visus fuerit *lib.* 3. *cons.* 30. quem sequuntur nonnulli ex adverso allegati, observandum est; quod ipsemet Socc. sibi adversatus fuit *cons.* 5. *numer.* 5. *d. lib.* 3. & ejus opinioni adversatur ratio manifesta; etenim conditio si nupserit, est voluntaria, & ideò adimplenda in forma specifica, juxta 3
Bart. theoricam communiter receptam, *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum, ff. de lib. & posthum.* ut advertit Viv. *d. decis.* 2. *numer.* 20. quia in hujusmodi conditionibus testator videtur considerasse simplex factum, & cogitasse de effectu, atque ideò non esse permissam extensionem de casu ad casum, docuit Fontan. *de pact. tom.* 2. *claus.* 5. *gl.* 10. *p.* 2. *à numer.* 53. Hinc magis communiter receptum est, quod substitutio fideicommissaria facta sub conditione; si hæres efficiatur Presbyter, non dicitur verificata, quando institutus decessit ante Sacerdotium, ut admonent Jason *in l. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *n.* 42. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 73. *n.* 4. reprobantes in specie pluribus adductis relatis opinionem Alexand. *consil.* 100. *lib.* 4. & aliorum contra sentientium, ac pro parte Sacri Hospitalis adductorum.

Idque fortius procedere dicendum est in specie, de qua 5
tractatur, attentis verbis, quibus concipitur substitutio: disponitur enim, filias purè à principio institutas, in casu nuptiarum hæreditate privari, certa tantùm illis quantitate constituta pro dote, cumque tractetur de privatione Juris quæsiti, certum est, non dari extensionem, ut advertit Mastrill. *dec.* 233. *n.* 13. & Pistor. *d. observ.* 214. *nu.* 5. ex Bart. & aliis, quos adducit.

Dicent, in ultimis voluntatibus spectandam esse in primis mentem testatoris, juxta Text. *in leg. in conditionibus, ff. de condition. & demonstrat.* & ideò ex conjecturata, sive præsumpta voluntate dari extensionem de casu ad casum: Regula est satis vulgata; sed non est vera conclusio, quod ex hac præsumpta voluntate fiat extensio in conditionibus voluntariis, & in fideicommisso, ut constat ex adductis per Fusar. *q.* 460. qui *num. septimo*, qui plures adducit pro parte negativa, de communi, & magis communi opinione testantes; præsertim quando adest in dispositione dictio restrictiva, & eo casu, ut in præsenti, ad quod quamplures cumulat *à numer.* 10. & quod neque ex conjecturis detur extensio de casu ad casum in conditionibus voluntariis, latissimè probat Casanat. omninò relegendus *consil.* 4. *qui numer.* 45. adducit triginta quinque DD. hoc idem attestantes, & *numer.* 54. scribit falsum esse, conditiones voluntarias posse ex mente extendi, præsertim addita dictione eo casu, ut per eumdem *numer.* 137. sed quando contraria opinio magis placebit, noverint saltem ad hunc effectum, requiri conjecturas satis urgentes, atque concludentes, & quod colligantur ex verbis adjectis in eodem testamento: non enim sufficit dicere, quod talis fuit mens Testatoris, & quod si cogitasset, ità disposuisset, quando voluntas non transit in dispositionem, ut disertissimè advertit Paris. *libro secundo, consil.* 31. *numer.* 11. Fusar. *dict. quæst.* 460. *numer. octavo*, & Menoch. *lib. octavo, præsumpt.* 73. *numer. quarto*. Proferant igitur ex quibus verbis, quavè testamenti parte ista tam efficax conjectura deducatur; & profectò non aliud pensitare cognoverunt, nisi quia idem Testator in casu mortis filiarum post nuptias disposuit in hunc modum: *Item voglio, che se dette mie figlie, ò alcune d' esse morissero dopò il loro casamento senza figli legitimi, e naturali di detta loro dote non ne possano testare, e disponere solo di docati tremilia per ciascheduna, e nelli rimanenti succedano detti miei heredi nel modo,*

ut suprà. Ex quo colligunt Testatorem voluisse omninò admittere substitutos, etiam in casu mortis: at hoc non inducit tam vehementem conjecturam, ut in omnem casum tam nuptiarum, quàm mortis ante nuptias videantur filiæ gravatæ; præsertim, quia ita diversimodè Testator disposuit in casu mortis filiarum post nuptias, & in casu nuptiarum, ut nullo modo possit cognosci, quænam sit ejus voluntas in casu mortis ante nubilem ætatem, qui evenit; Etenim in casu mortis sine filiis, & sic post nuptias, facultatem eis tribuit disponendi de medietate quantitatis, quæ erat in earum posse remansura occasione dotis, ex quo deprehenditur voluntas in genere, ut succedente obitu post nuptias, filiæ possent disponere de medietate ejus, quod obvenerat ex hæreditate paterna; at in casu, qui evenit, si filiarum hæredes ab intestato venientes prætenderent saltim remanere in eorum beneficium medietatem hæreditatis ex præsumpta voluntate Testatoris, cum non sit dispar ratio, quare in casu mortis post nuptias pater concesserit facultatem disponendi de medietate ejus, quod remanebat penes filias, & in casu mortis ante nuptias non ita disposuisset? replicabitur, & benè, testatorem hanc facultatem tribuisse respectu illius quantitatis, quæ erat remansura pro dote ad beneficiũ filiarum, & considerasse casum mortis sine filiis, hoc est post nuptias; casum verò, qui venit fuisse omissum, ac proinde hanc facultatem non posse extendi ad casum mortis ante nuptias respectu medietatis hæreditatis; ergo si præsumpta voluntas operari nequit ad beneficium filiarum in casu omisso, non debent prætendere Magnifici Gubernatores illud, quod non essent concessuri in eodem casu omisso, & ideò concludendum est ex hoc capite non posse manifestè colligi, quod substituti sint vocati etiam in casu mortis ante nuptias, ac dubiam adhuc remanere voluntatem Testatoris in casu omisso, qua de causa standum est regulæ, quod substitutio ad hunc casum, de quo non loquitur, non extendatur: & quidem quis poterit esse verus indagator voluntatis hujus testatoris, dum purè filias instituit, illas in matrimonium collocari mandavit, & in eodem tempore, quo secundùm commune parentum votum tenebatur ampliori patrimonio filiabus providere occasione matrimonii, & filiorum exinde nascendorum, eodem tempore illas hæreditates privari, eamque uxori reliquit? Nonnè absonum? & tamen ita voluit; ergo si principalis dispositio à nulla ratione regulatur, quænam ratio certa potest excogitari circa accidentia? Cæterum voluntas Testatoris non debet somniari, ut scripsit Alciat. *lib.9. consf.*44. *num.*33. ne dùm nimia utimur subtilitate, judicia testantium defraudentur, ut admonet Imperator *in l. si quis 7. C. de instit.*

At quia in principali conclusione pars adversa gloriari poterit pro ejus opinione habere Socc. & Alex. quos veluti in terminis allegavit, & alios, quos sigillatim transcripsit, quamvis contra eos probavimus, stare opinionem magis communem ex Casanat. *consf.*4. *num.*54. & Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*73. *num.*4. transeat pro nunc conclusio; sed posito quod substitutio fideicommissaria ordinata sub conditione voluntaria possit præsumpta voluntate extendi, & admisso, quod in præsenti adesset urgens conjectura, adhuc injusta comparebit prætensio Hospitalis petentis integram hæreditatem dicti Tiberii, siquidem quo ad medietatem, in qua fuit instituta Victoria, quæ decessit superstite Cecilia sorore, vel etiam qui sustinent ex verisimili mente, & rationis identitate, dari extensionem
8 in fideicommissis de casu ad casum, restringunt eorum conclusionem, quando per extensionem excluderetur persona magis dilecta, videlicet descendentes, ut advertit Fusar. *d. quæst.*460. *num.*16. & Jas. *in l. mater*, §. *fin. num.* 5. *ff. de vulgar.* qua de re necessariò concedendum est in portione obventa dictæ Victoriæ successisse Ceciliam sororem ab intestato, cum nulla adsit inter filias reciproca substitutio, & hoc non obstante prætensa extensione substitutionis paternæ, quæ non potest fieri in præjudicium propriæ filiæ, ut suprà: facto autem semel casu successionis ab intestato; portio hæc fuit effecta proprium patrimonium dictæ Ceciliæ, atque ideò non remansit amplius subjecta paternæ dispositioni, quæ non comprehendit bona propria gravari ad Text. *in l. sequens quæstio*, *ff. de leg.*2.

Quo verò ad portionem obventam dictæ Ceciliæ vigore testamenti, ac etiam quod ad ipsam portionem ei obventam per mortem Victoriæ sororis ex alio redditur injusta prætensio dicti Hospitalis, si consideremus, substitutionem, de qua agitur, non unam, sed duplicem continere conditionem, nempè si pervenerint ad ætatem perfectam, & nupserint, vel monasterium fuerint ingressæ, ibi: *Che pervenendo ad età perfetta, D. Francesco Coppola l'habbia da collocare, &c.* & ibi: *Voglio, che in detti casi, e ciascheduno di essi dette mie figlie siano prive di detta heredità, e quella vadi, &c.* Neutra autem istarum conditionum verificata fuit: nam innuptæ, & in infantili ætate decesserunt: duplex ergo extensio esset facienda, nempè quod videantur gravatæ, etiam ante perfectam ætatem; & hæreditate privatæ non obstante, quod non evenerit casus nuptiarum: hoc autem effici non potest, nisi interpretando, quod si cogitasset Testator filias ante perfectam ætatem, & ante nuptias morituras, eodem modo disposuisset, stante quod easdem gravavit etiam in casu mortis post nuptias, & sine filiis in medietate dotis, quod pro argumento voluntatis ex adverso adducitur, & hæc interpretatio alio modo fieri non potest, quam per fictionem: 9
etenim quod in scriptura non legitur, sed per interpretationem adjungitur; dicitur esse per fictionem, ut probat Baldus *lib.* 3. *consil.* 318. *numer.* 4. & apertè probatur in propria materia iisdem Juribus, quæ adducit Mantic. *lib.*3. *de conjectur. titul.*2. *num.*7. ad probandum pro disposito haberi illud, quod disposuisset Testator, si cogitasset, ut sunt Text. *in leg. jam hoc jure*, *ff. de vulgar. & l. Titius*, §. *Lucius Titius*, *ff. de liber. & posthum.* siquidem *in l. jam hoc jure*, Modestinus utitur verbo *intelligere*, ibi: *In utrumque casum substituisse intelligatur*, & Paulus *in d.* §. *Lucius Titius* utitur verbo *videtur*, ibi: *Tamen institutionem de jure facta videri*, quæ verba fictionem denotant, ut per Roman. *consil.* 405. *num.*2. & Tusch. *verbo fictio concl.*218. atque ideò dum extensio de casu ad casum non alia ratione inducitur, nisi ex verisimili mente, ac identitate rationis, & successivè per fictionem, fateri oportet, hanc extensionem in præsenti substitutione non posse practicari, quia duplex fictio concurreret, nempè extendendo substitutionem factam in casu mortis post nuptias ad casum mortis sequutæ ante nuptias, & substitutionem factam post perfectam ætatem, ad casum mortis sequutæ ante illud tempus, & in infantili ætate, quod quidem esset contra Text. *in l.* 1. *C. de dotis promiss.* qua prohibetur concursus plurium fictionum in eodem subjecto, & circa idem, ut in simili hoc argumentandi modo usus fuit Odd. *consf.*10. *n.*60.

Rursus inspecto, quod substitutio, de qua agitur, facta fuerit certo tempore destinato, hoc est post perfectam ætatem, in qua, & collocari in matrimonium, & post nuptias Testator voluit filias hæreditate privari, ac vocatos 10
in ea succedere, omninò concludendum est filias ante tempus, & casum prædictum non fuisse gravatas: quod enim prohibetur post aliquod tempus, censetur antea permissum, juxta Text. *in l. Imper.* §. *cum eo*, *ff. de postul.* itaque ex verbis expressis ipsius testamenti apparet pupillarem substitutionem fuisse exclusam, ut in specie advertit Surd. *vol.*3. *consf.*363. *num.*6. & Paris. *lib.*2. *consf.*14. *n.*7. Casus autem, qui evenit, talis est, ut filiæ, & tempore quo non reperiebantur gravatæ, & in pupillari ætate decesserunt; ergo non potest prætendi, vocatos in testamento fuisse in hoc ca- 11
su substitutos, neque per viam extensionis, ut per Text. *in l. si ita quis 21. ff. de vulg.* in terminis scriptum reliquit Odd. *consf.*56. *num.*27. *in fin.* hisce verbis: *Ergo impossibile est de jure velle extendere dispositionem factam à Testatore post certum tempus, idest si quis decessit post decimum quartum annum, ad aliud tempus, quod à Testatore est exclusum, idest ante decimumquartum ann. d. l. si ita quis*, ubi expressum; & subdit hanc extensionem ne quidem fieri posse ex præsumpta mente defuncti, & identitate rationis, idque apertè probari *in d. l. si ita quis*, in qua licet omnimoda prorsus ratio concurrat (pater enim substituerat filio decedente intra decimum annum, & sic substitutio erat pupillaris, per quam nulla dispar ratio assignari potest, cur non voluisset consulere filio usque ad annum 14. attamen, quia substitutio erat restricta ad certum tempus, Ulpianus respondit filio decedente post decimum annum, quamvis ante decimum quartum non videri in hunc casum factam substitutionem, & adductis per Odd. adstipulatur Bero. *lib.*2. *consil.*63. *num.* 36. qui similiter tradit, neque ex præsumpta voluntate posse fieri extensionem de tempore ad tempus; & ratio est, quia tempus formam inducit, atque ideò mutata temporis qua-

litate, mutatur substantia dispositionis, ut probat Cassan. *dict. cons.4. num.83.* qua de re extensio operaretur novam dispositionem à testatore minimè ordinatam, non autem factæ dispositionis interpretationem, & satis differt extensio de casu ad casum, quæ quandoque permittitur, ab extensione de tempore ad tempus, quæ omninò prohibetur; etenim de casu ad casum extensio fit ex conjecturis præter voluntatem testatoris, sed secundùm illius voluntatem; de tempore verò ad tempus fit contra voluntatem ejusdem, ut perbellè docuit Jason *in dict. l. si ita quis, ff. de vulgar. num.7. circa finem.* E ideò dum in hac specie voluntas est verbis declarata per temporis enumerationem, nemini licet ab ea recedere per conjecturas, sic dictante Text. *in l. ille, aut ille, ff. de leg.3.* Elatent igitur fimbrias quantum velint, & cumulent exarando tot Doctores quot scripserunt pro affirmativa sententia super articulo, an detur extensio de casu ad casum, & successivè de casu nuptiarum ad casum mortis: nam (nisi nos fallit opinio) causa, de qua tractatur, ponitur in tuto ex hoc motivo innixo temporis præfinitioni, & limitationibus ex adverso non excogitatis.

12 Neque in his tantum versatur causæ defensio; validius enim motivum se nobis offert ad exclusionem prætensorum pro parte Sacri Hospitalis, & in eo consistit, quod ipsa substitutio tanquam impeditiva matrimonii carnalis à lege rejicitur Text. sunt vulgares *in l. quoties, ff. de condit. & demonstrat.* qui loquitur de fideicommisso ordinato sub conditione si nupserit, & *l. cum tale, §. rescriptum, eodem tit.* qui loquitur de legato relicto, si nupserit arbitratu alterius, cum onere restituendi eidem si non nupserit: igitur dum testator substituit uxorem, & alios, ut in facto in casu nuptiarum contrahendarum ab institutis, nihil egisse dicendum est, & pura remansit institutio ad beneficium filiarum, ut in terminis tradit Burs. *dict. volum.3. cons.263. n.1.* & Menochius *d. consil.243. num....* successit ergo filiis Angela Rummo mater, non quidem vigore substitutionis, quæ pro non adjecta habetur, ut *in l. hoc modo 63. ff. de condit. & demonstrat.* Sed ab intestato per Text. *in auth. defuncto, C. ad Tertull.*

Cum verò replicatum vidimus non ea voluntate non fuisse injunctum, ut filiæ retraherentur à matrimonio, neque in pœnam fuisse superadditam hæreditatis privationem, & gravamen de restituendo vocatis, jam quod constat ipsummet testatorem rogasse, ut adveniente ætate filiæ in matrimonium collocari debuissent; respondemus adhuc non intelligere, quid ex hoc deducere, vel adducere velint; illud autem novimus, quod animus, & intentio agentis attenditur quoad Deum, ut edocet Oldradus *cons.76. nu. 4.* at in his, quæ pendent à voluntate plurium non esse attendendum animum, & intentionem unius scripsit Bart. *in l. prædiis, §. fin. ff. de leg.3. in fin.* idcircò cum tractetur de substitutione ordinata contra legis prohibitionem, non debet attendi voluntas testatoris, sed legislatoris, & an ex dispositione sequatur effectus, propter quem fuit inducta prohibitio; qualis autem fuerit intentio legislatoris circa prohibitionem, apertissimè legitur *in dict. §. rescriptum*, ibi: *Ne quod omninò nuptiis impedimentum inferatur*; ex quo receptum est, esse rejiciendum omne illud, per quod infertur

13 impedimentum matrimonio, etiamsi mulier hodie nuptura in crastinum diem teneretur differre, ut tradit Corn. *lib. 1. cons.105. in fine,* & Vasq. *lib.3. controv.94. n.19.* ex Gloss. *in l. legatum, C. de condit. insert.*

Unum itaque inspici debet in hac causa, an substitutio modo, quo supra concepta subjaceat dispositioni, *l. quoties, & §. rescriptum*, tanquam impeditiva matrimonii: & quidem si attendantur verba, paria sunt dicere, instituo filiam hæredem, etsi nupserit, volo restituat hæreditatem, ac dicere volo, ut filia mea instituta nubat, & eo casu hæreditatem restituat; dictio enim, eo casu, conditionem importat, teste Decian. *lib.1. cons.9. nu.40.* & Aretin. *in leg. si quis ante num.3. ff. de acquir. hæred.* nec refert, quo prius purè relinquatur, & posteà sub conditione si nupserit, adimatur, vel à principio sub conditione si non nupserit, relinquantur, ut advertit Oldr. *cons.16. num.1. in fin.* & in specie Bart. omninò relegendus *in d. l. cum tale, §. rescriptum, ff. de condit. & demonstrat.* qui tres adducit rationes. Prima, quia non refert, quomodo conditio adjiciatur. Secunda, quia sub conditione ademptum videtur sub conditione datum. Tertia, quia per obliquum fieret contra mentem legis, & ideò non valet, ac si directò fieret per Textum *in l. hæres*, *in fin. eodem tit.* ergo respui debet gravamen in testamento adjectum per jura prædicta.

Sin autem attendatur ex hujusmodi dispositione resultans, non opus est Bart. & Bald. allegare ad fundandum, quod nuptiis impedimento fuisset, sed tantùm reminisci sat erit, bonorum amissionem vitæ æquiparari, quia bona dicuntur alter sanguis hominis juxta Bald. sententiam *in l. parentes, Cod. de testib.* & nihil esse sub orbe, ad quod divitiarum amor non impellat, juxta illud Vigil. Æneid. 3. *Quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames*; his verò recensitis quis non existimabit filias purè institutas, ne tot bonis privarentur, vel nullo tempore matrimonium fuisse desideraturas, vel illud post nubilem ætatem in longius fuisse dilaturas, ut interim integra hæreditate frui potuissent? & saltim usque ad triennium, quod conceditur ad parendum conditioni nuptiarum affirmativæ, juxta sententiam Gratian. *cap.254.* & aliorum ad hanc conclusionem probandam ex adverso adductorum. Ecce igitur impedimentum palpabile habito respectu ad voluntatem filiarum saltem temporale, nec deficit consideratio ejusdem impedimenti saltem temporalis habito respectu ad facultatem inveniendi maritum; certum est enim promptius potuisse nubere filias, si in dotem dedissent integram hæreditatem, quam si tantummodò ducatos sex mille relictos in casu nuptiarum; ergo cum à jure rejiciatur omne illud, per quod impedimentum matrimonio infertur etiam temporale, ex Corn. & aliis adductis *supr. n.13.* parum refert testatorem expresse disposuisse, quod filiæ nuberent, quando ejus dispositio ob privationem hæreditatis contrarium effectum erat productura.

Remanet itaque firmata ex hoc ultimo motivo nullitas substitutionis juribus, DD. authoritate, & ratione, sed quoniam ad probandum validitatem illius adducitur ex adver- 14
so in terminis Alex. *dict. lib.4. cons.100. num.12.* qui consuluit sustineri gravamen injunctum filio de restituendo hæreditatem post ejus mortem, Presbyter fieret, & esse factum casum substitutionis stante morte secuta ante Presbyteratum, propterea, ut nihil transeat sine congrua replicatione, dicimus. Primò Alex. *cons.* communiter reprobari in rationibus, quibus movetur; sustinet enim dari extensionem de casu ad casum, quamvis conditio, si fiat Presbyter sit voluntaria, & in hoc impugnatur à Jas. *in cit. §. & quid si tantum, nu. 42.* & Menoch. *d. lib.4. præsumpt.73. n.4.* quos superius retulimus; quo verò ad conclusionem, quam firmat pro validitate conditionis, observandum est consilium prædictum, expressè impugnari à Rovesc. *in addit. lit A,* sed melius replicari potest, nihil nobis esse cum Alex. Consuluit enim in casu substitutionis factæ post mortem instituti sub conditione, si Presbyter efficeretur, & dispar est ratio in substitutione, de qua agitur; Primò, quia conditio quamvis impeditiva religionis potest apponi secundùm sententiam Castr. *in l. Titio centum, §.1. n.6. ff. de cond. & demon.* quem secuti fuere Ruin. *cons.98. aliàs 97. à n.19. lib.2.* Ricc. ad Tiraq. *de priv. piæ caus. priv.18.* & Sanch. *de matr. lib.1. de spons. disp.41. n.14.* ea ratione moti, quia nulla lege hæc conditio improbatur: Imò communis schola concedit, posse testatorem excludere Ecclesiam ab hæreditate, si filius Monachus efficiatur; sive expressè, sive tacitè, veluti per conditionem si decesserit sine liberis ex corpore; at conditio impeditiva matrimonii nõ ita, cum hæc sit Reipublicæ contraria, & expressè à jure prohibita; Secundò, in casu *cons. Alex.* substitutio erat facta post mortem instituti, non autem immediatè postquam filius efficiebatur Presbyter quo casu palam fit, testatorem ejus voluntatis fuisse, ut omninò bona post mortem instituti devenire debuissent in substitutum, sive institutus efficeretur Presbyter, sive non, & maximè attentis probationibus, quæ in illo facto concurrebant, quamobrem conditio nullo modo institutum retardare debebat à Presbyteratu, dum in omnem casum erat restituturus, ut adnotavit idem Rovesc. *in addit. d. cons. lit. A,* subdens, fideicommissum sustineri sub conditione si fiat Presbyter institutus, quando fit post mortem, ac proinde benè consuluisse Alex. in casu suo stantibus probationibus, quæ in facto adducebantur; at in testamento Tiberii Coppola restitutio erat facienda eodem tempore nuptiarum morte non expectata, & quanto magis differebantur nuptiæ, longiùs differebatur restitutio; ergo nihil est, cur tanti faciant Alex. *cons.* veluti in terminis causam, de qua agitur determinantis, cum ex diversis nulla possit illatio fieri.

Cæte-

15 Cæterum nihil officit favor piæ causæ, in quo adversarii spem reponunt, existimantes conditionem si nupserit sustineri, quoties locus pius est substitutus, ex traditis, à Tiraq. *priv.*18. Everar. & aliis, quos allegant; nam ultra quod conclusio hæc suas patitur controversias, ut patet ex Bart. *in l. Titio* 95. §. *servi*, *ff. de condit. & demon.* ea tamen admissa saltim inapplicabilis est in hac specie, dum Hospitale non fuit post nuptias filiarùm immediatè vocatum, sed tantummodò substitutum sub conditione si Angela Rummo ad secundas nuptias convolaverit; quæ quidem nisi secundo nupsisset, efficiebatur irrevocabiliter Domina totius hæreditatis, rursus fuit facta substitutio ad beneficium Hospitalis, post mortem D. Francisci Coppulæ, & Joannæ Mavi, qui licet usufructuarii fuissent relicti, censentur tamen instituti etiam in proprietate, & post eorum mortem gravati de restituendo juxta doctrinam Bal. *in l. id quod pauperibus*, *Cod. de Sacros. Eccles.* & Reg. Rovit. *cons.*64. *n.*18. Reg. Marcian. *lib.*2. *disput.*99. quoties verò pia causa non est immediatè substituta, nullis privilegiis potitur dispositio, ut probat Baldax. Tomas. *de dispos. ad pias causas*, *tract.*10. *tit.*2. *c.*192. *n.*288. ex Rimin. jun. *cons.*567. *num.*39. & Marcabr. *cons.*4.

Quibus superadditur communem esse DD. sententiam, quod favor piæ causæ non prævalet favori filiorum, ut tradit Fusar. *de substit. quæst.* 393. *num.* 65. & Fontan. *de pact. tom.*2. *claus.*6. *gloss.*3. *part.*5. *à num.*35. qui loquitur in terminis hujus conditionis; igitur cum tractetur de exclusione filiarum ab hæreditate per substitutionem sub conditione prædicta, refellenda est conditio, & successivè substitutio sub tali conditione facta, non obstante prætenso favore piæ causæ novissimo loco substitutæ.

Constat itaque ex pluribus, nullum jus competere Sacro Hospitali super bonis dicti Tiberii possessis ad præsens à D. Petro Lagni, & multo minus contra hæredes Consiliarii Jovini, cujus jura præcipuè tuemur, quæ quidem ex alio essent in tuto: cum enim dirigatur actio contra prædictos pro fructibus perceptis à dicto Consiliario tanquam patre, & legitimo Administratore D. Theresiæ hæredis Angelæ Rummo, distinguenda sunt tempora; si quidem usque ad annum 1655. quo decessit D. Franciscus Coppula secundo loco vocatus, neque somniari potest Sacro Hospitali competere actionem, posito, quod substitutio fuisset valida; nam durante vita dicti D. Francisci fructus cedebant ad ejus beneficium, qui mediante laudi acceptatione contentus fuit, ut à dicto Regio Consiliario perciperentur; ab anno verò 1658. constat dictum Consiliarium neque teneri, cum D. Theresia seipsam dotando omnia bona prædicta tanquam materna in dotem dedit quondam D. Carolo Lagni; & ideò superesse posset discrimen pro fructibus perceptis ab anno 1655. usque ad annum 1658. qui cum fuerint percepti bona fide, præsertim causata ex laudo, & Magnificorum Gubernatorum declaratione ab illorum restitutione possessor excusatur per Text. *in l. item veniunt*, §. *præter hæc*, *ff. de petit. hæred.* quem in hujusmodi specie citat Reg. de Marin. *lib.*2. *res.*104. qui refert ita judicatum.

Hæc verò addita sint ad exuberantiam, cum ex superius recensitis liquidò appareat, justissimè processisse tam laudum ad beneficium d. Angelæ matris, quàm declarationem exinde factam à Magnificis olim Gubernatoribus ejusdem Hospitalis, quorum illos, qui ita consuluerunt, credendum est tanquam viros alioquin doctissimos hæc, & alia quamplura novisse, quæ nos non novimus, & propterea supplebit religio, & doctrina Senatorum amplissimorum tam pro honore eorum Collegarum, quàm pro tuitione justitiæ conventorum. Neap. die 19. Septembris 1667.

CAPUT VII.

Ubi adducitur Decisio S. R. Romanæ de anno 1647. in una Ravennatensi Bonorum coram D. Corrado apud Censalium in add. ad Peregrinum d. 29. determinans articulum præsentem ad favorem piæ causæ substitutæ.

SUMMARIUM.

1 *Concurrentibus requisitis datur immissio vigore l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.*
2 *Substitutio an dicatur extrinseca, si quis fuerit gravatus sub conditione si sine liberis, & ille nunquam filios habuerit, affirmativè verò magistraliter resolvitur, & n.3. & 4.*
5 *Conclusio supradicta procedit non solum in substitutione directa, sed etiam in fideicommissaria.*
6 *Eo magis, quando pia causa est substituta.*
7 *Verba in quolibet casu, non important extensionem, vel comprehensionem ex verisimili mente testatoris, vel ex identitate rationis.*
8 *In substitutione fideicommissaria perempto primo gradu, sequens succedit.*
9 *Quando substituti non sunt nominatim vocati, sed verbis impersonalibus quid importet.*
10 *Subingressio quomodo detur per vulgarem, quæ continetur sub compendiosa.*
11 *Possessio probatur sufficienter per duos testes, ac etiam per publicam famam, per partitas æstimi ex illorum descriptione, & n.12.*
13 *Possessio quando non constat de titulo præsumitur jure familiaritatis.*
14 *Detractiones legitimæ, ac trebellianicæ non fiunt ex fideicommisso particulari, nisi in subsidium, n.16.*
15 *Fideicommissum dicitur particulare, si in illo non sunt comprehensa jura testatoris.*
17 *Non conficiens inventarium non potest petere detractiones.*
18 *Hæres tenetur supplere de proprio legata, & fideicommissa si inventarium non confecit, & n.20.*
19 *Trebellianica non deducitur ex fideicommisso particulari, maximè adversus piam causam.*
21 *Exceptio detractionum quando est turbida non impedit immissionem.*

DECISIO XXIX.

Presbyteris boni Jesus petentibus immissionem in possessionem bonorum, de quibus agitur vigore testamenti quond. Argentinæ Roncutiæ, quæ instituto hærede universali Francisco ex Felice filia prædefuncta nepote, illique substitutis ejus filiis, ac descendentibus masculis ex legitimo matrimonio natis, deinde vocavit eosdem RR. Presbyteros his verbis: *E mancando la successione de' figliuoli, e descendenti sempre come sopra chiamati dispositivamente, in questo caso sostituisce il Convento de RR. Preti del buon Giesù di Ravenna ne' stabili, & immobili solamente, per fideicommisso, quali hora per all'hora grava à celebrare perpetuamente una Messa il giorno, & un' officio all'anno con trenta Messe da morto, &c. per suffragio dell' anima sua, &c.* Responderunt Domini concedendam esse, quia substitutio ad eorum favorem ordinata probatur ex publico instrumento testamenti prædicti; illius autem purificatio tam ex testibus, quàm ex confessione Antonii Donati rei conventi affirmantis d. Franciscum hæredem decessisse nullius superstitibus filiis, ideòque ejus hæreditatem ad seipsum esse delatam. Possessionem verò eorum bonorum penes testatricem mortis tempore fuisse probant testes examinati, liber æstimi, ac instrumenta respectivè producta; eaque demum in præsentia per Antonium detineri satis justificat causæ hujus adversum eum institutæ defensio ab anno 1644. citra, junctis interrogatoriis ad præparationem judicii ex decreto judicis in ejus præjudicium admissis, juxta stylum illarum partium, præter nonnullorum testium depositiones, Rota *decis.*307. *sub num.*2. *vers. quia quoad primum*, & *seq. par.*1. & *decis.*326. *sub num.*1. *vers.* 1
Quia de eorum possessione, *ac seq. part.*6. *recent.* & penes Reve-

Reverendiss. Urgellen. *decis.*325. *numer.*2. *vers. Et prædictus, & decis.*401. *num.*10. *vers. Provisio tandem.* Quibus concurrentibus conceditur immissio fideicommissario etiam particulari ex utili Salviano interdicto, Gabr. *cons.*44. *num.*2. *vers. Competit etiam, & seqq. lib.*2. Surd. *decis.*76. *à num.*4. *vers. Aliud tamen, & seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.*45. *num.*49. *vers. Hypothecaria autem, &c.* quam sententiam Rot. sequitur penes bon. mem. Cardin. Seraphin. *decis.*828. *sub num.*1. *vers. Nam quod hujusmodi remedium*, ubi quod ita semper fuit observatum, & bon. mem. Buratt. *dec.*275. *num.*11. *vers. Quæ indistinctè, & dec.*594. *n.*2. *vers. Ex quibus sequitur*, ac Urgellen. *d. dec.*401. *sub n.*1. *& in rec. dec.*88. *n.*1. *vers. Consequenter*, *ac decis.*244. *numer.*1. *vers. Non potest ei denegari immissio*, *p.*7.

Et licèt informantes pro Donato pluribus niterentur probare substitutionem hanc evanuisse, quia cum Franciscus hæres institutus sine filiis decesserit dici non possit eorum desiisse successio, quæ nunquam incipit, ac proinde defecerit ipsius substitutionis conditio, quæ per illorum na-
2 tivitatem, ac successionem erat implenda ex vulg. Oldrad. *cons.*177. *incip. testator in suo ultimo testamento*.

Ea tamen visa fuerunt Dominis non obstare, quia substitutio prædicta verè comprehendebat utrumque casum, scilicet sive filii, ac descendentes Francisci hæredis instituti nulli superessent, sive superstites postea decederent, tum ex propria dd. verborum virtute, *e mancando la successione de' figli, e descendenti, &c.* quæ cum principaliter referan-
3 tur ad successionis defectum æquè comprehendunt casum, quo filii non nascantur, ac si nati decedant, quia in utroque verificatur eorum successionis defectus, licet ex diversa causa proveniens, ut probatur ex Text. *in l.*3. *§.*1. ibi: *Desinere pertinere usumfructum accipiemus, & si nec cœperit pertinere quamvis legatus sit, & committetur nihilominus stipulatio, quasi desinat pertinere, quod nec cœpit, &c. ff. usufruct. quemadm. caus. & in l. unic. in §. & cum triplici*, in illis verbis: *Et cum triplici modo ea quæ in ultimis elogiis relinquuntur contingebat deficere, &c. junct. vers. Ea etenim, &c. ibique,* Odofred. *num.*3. *vers. Deficiebat olim, & hodie hæreditas, &c. C. de cad. tollend.* Dec. *cons.*226. *in casu ad me transmisso, sub numer.*2. *vers. Et tamen, & seq.* Socc. jun. *cons.*181. *num.*23. *vers. Et quidem, lib.*2. Decian. *cons.*3. *sub numer.*46. *vers. Tamen, lib.*2. Mantic. *de conject. lib.*11. *tit.*6. *sub num.*2. *vers. & contrariam sententiam*, Menoch. *cons.*1062. *num.*14. *vers. Respondetur, & numer.*21. *vers. Respondetur secundum, &c. & consil.*1063 *num.*1. *vers. Cum deficere, &c.* quorum sententiam probavit Rot. in Bonon. fideicom. de Canob. 8. Junii 1601. coram bo. mem. Card. Lancel. *in §. neque obstat quod filii, &c.* & in Macerat. hęred. 24. Maji 1613. coram bon. mem. Manzanedo *in recent. decis.*453. *sub num.*6. *versic. Neque etiam obstat, quod ista linea, part.*2. Tum
4 ex identitate rationis, quæ in utroque casu æqualiter viget, ob quam censetur testatrix idem voluisse disponere, *l. Titius, §. Lucius*, ubi Bar. & DD. *ff. de liber. & posth. l. fin. Cod. de posthum. hær. instit. l. fin. Cod. de instit. & substitut.* & confert Text. *in l. si extraneus*, ibi: *Et verisimile est in hunc quoque casum, &c. ff. de cond. caus. dat.* & latè probat Jason *cons.*148. *aggredior primum dubium, à num.*10. *vers. primo moveor, & seqq. usque ad numer.*25. *lib.*2. & plenius Cæphal. *consil.*349. *num.*38. *vers. Et substitutio, ac seq.* Alciat. *cons.*39. *sub numer.*1. *vers. Illa enim verba, & cons.*41. *sub num.*1. *vers. Sed ad istud argumentum, lib.*9. Præt. *de interpret. ult. volunt. fol. mihi* 291. *num.*48. *vers. Secundo dicitur linea deficere, & num.*49. *versic. Prout verisimile est*, Rimin. jun. *cons.*512. *num.*31. *vers. Tertio confirmat, & seq.* Surd. *consil.*347. *à num.*8. *vers. Sed eis non adversantibus, & seq. per tot.* & plenè Laderch. *cons.*72. *à num.*2. *vers. Primo quia, & seqq.* qui reprobat contrarium tenentes, Gabr. *cons.*117. *num.*41. *versic. Imò prorsus, ac seqq. lib.*1. & Mantic. *d. tit.*6. *sub numer.*1. *ac seq. in fin. vers. Unde dicit*, & comprobant alii relati per Modern. Brixien. *de substit. q.*64. *à n.*1. *& seqq. dicens sub num.*31. hanc esse veriorem, & receptiorem.

Quæ conclusio procedit non solum in substitutione dire-
5 cta (ut plures existimarunt) quæ favore testamenti solet plenius interpretari, sed in fideicommissaria: nam ea quoque ex mente testatoris justa ratione probata extenditur, quando opus est, etiam de casu ad casum verbis ipsis non comprehensum, ut benè probat ad rem nostram text. *in l. si ab eo*, ubi Bart. & alii, *ff. de usu, & usufr. legat. cum concord. per glos. in l. Gallus, §. & quid si tantum, in verb. emancipatus esset, & in fin. ibique no.* Bart. Imol. Alex. & alii DD. *ff. de liber. & posth.* Dec. *cons.*226. *nu.*8. *vers. Ista ratio, & seqq.* Jason *d. cons.*148. *num.*13. *vers. Quarto facit, lib.*2. Decian. *cons.*1. *à num.*99. *vers. Quarto probatur, & seqq. lib.*1. Cæphal. *d. consil.*349. *sub num.*40. *vers. Et cum testator, ac seq.* Menoch. *cons.*432. *numer.*13. *vers. Septimo, & prius num.*2. *& seq. & d. cons.*1062. *num.*24. *vers. Et hoc quidem*, Mantic. *de conject. lib.*6. *titul.*14. *num.*21. *vers. Receptum est etiam*, Surd. *d. consil.*347. *sub num.*23. *vers. Tertio respondeo, & seqq.* Laderch. *d. consil.*72. *à num.*7. *versic. Quarto, & seq.* & in his terminis fuit resolutum in d. Bonon. de Canobiis 8. Junii 1601. coram bon. mem. Card. Lancellot. & in d. Maceraten. hæred. 24. Maji 1613. coram Manzanedo *in recent. dec.*453. *numer.*6. *versic. Neque etiam obstat, part.*2. & in Bonon. bonor. de Grifon. 18. Februarii 1619. coram bo. mem. Burat. *dec.*379. & in Roman. fideicomm. de Formicinis 17. Junii 1630. coram bo. mem. Buccabel. *in recent. dec.*149. *num.*2. *versic. Nihilominus, & num.*14. *versic. Nec quicquam facit, ac seq. part.*7. & post alios probat idem Brixien. *qu.*460. *num.*50. *versic. Cæterum, ac seqq. & prius à num.*4. *& seq. ac consil.*155. *num.*16. *versic. Tertio, ac seq.*

Eoque magis quando pia causa fuit substituta: nam ubi agitur de suffragio animæ testatoris illa utique præferri de- 6
bet, ac verisimilior censeri ejus voluntatis interpretatio, qua plenius, ac favorabilius consulitur illius saluti ad tex. *in l.*2. *ff. de manumiss. testam.* Decian. *consil.*81. *in fin. versic. Et magis in terminis lib.*2. Tiraq. *de privil. piæ causæ privil.* 62. Mantic. *de conject. lib.*8. *tit.*2. *num.*16. *versic. Verum, ac seq.* & latè probavit Rota *dec.*140. *per tot. part.*2. *divers.* & in his terminis penes Urgellen. *d. dec.* 267. *numer.* 2. *versic. Et præsertim, ac in recent. dict. dec.*149. *sub num.*6. *versic. præsertim etiam, ac seq. & num.*19. *versic. Imò absurdum, part.*7.

Nec adversantur verba *in questo caso sustituisce, &c.* 7
quia præter quod præsens casus tam ex littera, quàm rationis identitate satis comprehensus est, adhuc etiamsi ex verisimili testatoris voluntate hæc dispositio extendenda foret, verba ejusmodi eam non excludunt, ut benè probant Decian. *cons.*1. *à num.*148. *versic. Non obstat tertium, & seqq. lib.*1. Menoch. *d. cons.*432. *nu.*33. *vers. Non etiam, & seq. & d. cons.*1062. *num.*23. *vers. Respondetur secundo*, Surd. *decis.*37. *num.*32. *versic. Non etiam adversatur, & consil.*347. *sub n.*17. *versic. Nec vis fieri potest*, Laderch. *cons.*31. *nu.*14. *vers. Non obstant illæ dictiones*, & respondit Rot. *d. dec.*140. *sub n.*6. *versic. Quia pro responsione dicitur, part.*2. *divers.* & penes Burat. *d. dec.*389. *nu.*5. *vers. Quia placuit responsio, ac seq. ac in rec. d. dec.* 149. *nu.*13. *vers. Illa verò dictio, p.*7.

Quare ex prædictis infertur substitutionem, de qua agi- 8
tur non evanuisse, neque redditam fuisse inutilem ob defectum gradus antecedentis. Quia Congregatio censetur hoc casu ipsi Francisco hæredi gravato substituta ex voluntate testatoris, ut dictum est; quod etiam attenta legis dispositione procedit in hujusmodi substitutionibus fideicommissariis, quarum primo gradu perempto sequens succedit, perinde ac si fuisset hæredi immediatè substitutus, *l. unic. §. pro secundo, Cod. de cad. toll.* Bart. *in l. quandiu, sub n.*10. *in fin. versic. Sed si prima esset, ff. de acquir. hæred.* Castrens. *consil.*152. *præsens dubium videtur firmari, & decidi sub num.*1. *vers. Sed non obstantibus prædictis, & seq. lib.*1. Jason *d. cons.*148. *sub num.*20. *versic. Non obstat secundum, lib.*2. Decian. *d. cons.*81. *n.*2. *vers. Teneo ego, & seqq. per tot. lib.*2. Cæphal. *cons.*620. *à num.*15. *versic. Et in primis moveor, ac seqq.* Gabr. *consil.*117. *numer.*16. *vers. Quia etiam in fideicommissaria, lib.*1. & latè probat Surd. *d. cons.*347. *num.*29. *versic. Secundo moveor, ac seq. & numer.*23. *versic. Secundo respondetur*, Laderch. *d. consil.*72. *num.*4. *versic. Tertio accedit, ac seqq.* Peregrin. *de fideicomm. art.*15. *num.*22. *versic. Fideicommissaria autem, & sub num.*23. *versic. Secundo, & versic. Est notandum*, & benè explicat Rot. *decis.* 332. *sub numer.*6. *versic. Principaliter, & dec.* 403. *num.*11. *vers. Nec obstat*, quod Alexander *& seqq. p.*2. *recent.*

Quæ sanè facilius procedunt in proposito casu, quo Presbyteri Congregationis non fuerunt nominatim substi- 9
tuti filiis, ac descendentibus Francisci, juxt. *l. Celsus, §.*1. ibi, *quod alicujus hæredis fidei nominatim committitur, &c. ff. de leg.* 3. Sed verbis impersonalibus, & communibus, quæ congruè referri possunt, tam ad ipsum Franciscum hæ-

hæredem gravatum, non extantibus, vel non succedentibus ejus filiis, quàm ad eosdem postea decedentes, ut legitur ibi, *Instituisce herede universale il Sign. Francesco, &c. al quale sustituisce i figliuoli, e descendenti, &c. e mancando la successione de' figliuoli, e descendenti come sopra chiamati, sustituisce il Convento de' RR. Preti, &c.* Atque ideò magis cessat omnis difficultas, juxt. *l. si plures, ff. de leg. 3.* & Gloss. *in dict. l. Gallus, §. & quid si tantum, in verb. omnes in fin. vers. & benè verba*, Alex. *in l. licet Imperator sub num. 9. vers. Secundò falli, ff. de legat. 1.* Zanch. *in l. hæredes mei, §. cum ita, sub num. 43. vers. Quod autem si prima substitutio, ff. ad S. C. Trebell.* Peregrin. *de fideicommiss. dict. art. 15. num. 27. vers. Quia substituere*, & declarat Rot. *d. decis. 403. à num. 7. vers. Vnde hodie, part. 2. divers.* & latius *decis. 656. n. 5. vers. Tertio movebantur p. 2. recent. & d. decis. 149. num. 11. vers. Quia verum non est, p. 7. & in Sabinen. seu Farsen. fideicom. 2. Martii 1640. coram R. P. Domino meo Bichio in §. Neque applicatur aliud objectum, vers. Tum quia ut substitutio dicatur facta nominatim.*

Et hinc sequitur operæ pretium non esse, subtilius perscrutari, an in proposito casu Presbyteri admitti possint per subingressionem in locum præcedentis gradu vigore substitutionis vulgaris, quæ regulariter continetur sub compendiosa ejusmodi verbis indefinitis concepta; quoniam
10 (disputatione hac prætermissa) satis consultum est illis ex propria persona, licèt per meram fideicommissariam vocatis tam ex mente testatricis, quàm ex legis dispositione, quæ hoc etiam casu illius voluntatem omninò adimpleri, & ad effectum perduci voluit (ut dictum est) Surd. *dict. cons. 447. num. 12. vers. Quare cum prædicti instituti*, Peregr. *dict. art. 15. sub num. 23. in fin. & vers. seq.* & benè respondit Rot. *dec. 403. n. 9. vers. unde cessante fundamento principali, sub n. 13. vers. Vnde quamvis isti filii non intrarent per aliquam vulgarem, p. 2. recent.*

Quæ verò objiciebantur contra possessionem testatricis minus visa fuerunt urgere; nam hæc quoad bona sit in loco nancupato *la Bastia*, probatur ex dispositione duorum testium in id substantialiter convenientium, Bart. *in l. sti-*
11 *pulatio ista, §. hæc quoque sub n. 2. vers. Et gloss. ac seq. ff. de verb. oblig.* Rot. penes Card. Seraph. *decis. 1061. n. 1. vers. Et testis dicens*, Card. Cavaler. *dec. 535. sub num. 1. vers. Talis autem possessio, ac in recent. decis. 307. sub num. 1. versic. Et ex dispositione testium, & decis. 360. sub num. 1. vers. De qua possessione, part. 1. & decis. 445. num. 4. vers. Demum, ac seq. part. 3. & decis. 33. sub num. 1. & 2. part. 4. & decis. 318. n. 4. vers. Quamvis, & seq. p. 6.* quibus accedunt duo alii de publica voce, & fama attestantes, quæ ad hunc effectum revelans est, quando de alterius titulo non apparet, Puteus *decis. 185. lib. 2.* Cardin. Cavaler. *decis. 145. num. 2. vers. Possessio defuncti*, dicens ita fuisse sæpè decisum; adduntur etiam partitæ libri æstimi testatricis, ac ejus antecessorum, quæ legitimum præbent adminiculum, Castr. *in l. si pater, sub num. 2. vers. Alias præsumeretur, Cod. de action. empt.* Socc. *consil. 89. sub num. 18. vers. Confirmatur quia supra probatum est, lib. 1.* Menoch. *de retinend. rem. 3. num. 570. vers. Septimo probatur*, Rot. apud Card. Seraph. *dec. 1077. num. 2. vers. Quantum verò, & in aliis;* quod non eliditur ex posteriori descriptione sub nomine Francisci
12 facta anno 1612. quia non constat de aliqua legitima causa præcedente, nec de consensu Argentinæ prius possidentis, Felin. *in cap. cum causam, num. 3. versic. Ex quibus extr. de prob.* Menoch. *d. remed. 3. sub dict. num. 570. vers. Declaratur primo*, Mascard. *de probat. conclus. 274. numer. 7. vers. Per hoc, & concl. 1181. numer. 18. vers. Hoc idem, &c.*

Quo verò ad alia sita in loco nuncupato *Piangipane* probatur ex instrumento illorum emptionis factæ anno 1614. die 26. Novembris per testatricem, ac Franciscum ejus nepotem cum clausula *constituti, &c.* qua mediante translata fuit in eos possessio, & ex altero instrumento declarationis, ac cessionis ad ipsius testatricis favorem per eundem Franciscum subinde factæ die 25. Augusti anni 1615. quæ non possunt per Antonium illius prætensum hæredem impugnari, Card. Cavaler. *decis. 129. numer. 5. vers. Tandem, & seq.* Burat. *decis. 494. num. 1. vers. Quæ probationes sufficiunt, & decis. 728. nu. 2. vers. Et non potest;* eoque minus cum ex eisdem partitis (ut dictum est) comprobentur.

Nec relevat prætensa possessio Francisci vivente Argentina ejus Avia, quia referenda est ad causam familiaritatis, & curæ, quam ex permissione Aviæ simul cum ea vivente habet in eisdem bonis, in quibus nullum alium constat habuisse titulum, prout iidem testes satis declarant, & juris suadet præsumptio, ut benè notat Angel. *in l. assiduis,* 13
num. 1. vers. Quinimo, & si prædicta, Cod. qui pot. in pign. hab. Alex. *in l. qui jure familiaritatis sub num. 5. vers. Per hoc tamen, ff. de acquir. possess. & cons. 88. eximie Domine, sub num. 6. vers. Nec etiam his, lib. 2.* Castr. *consil. 179. in causa quam magnificus Dominus, sub num. 4. vers. Item non obstat, lib. 1.* Rot. penes Coccin. *dec. 239. num. 4. vers. Vltra quod, & dec. 472. sub num. 5. versic. Et propterea cum Moniales, & in recent. dec. 33. n. 4. vers. Non obstat, quod filii Francisci p. 4.* ac ideò nullius est considerationis, *d. l. qui jure familiaritatis, ff. de acquir. possess.* Card. Cavaler. *dec. 357. num. 7. vers. Et licet testes*, & Coccin. *d. dec. 472. n. 6. vers. Et propterea nullius considerationis.*

Postremò non obstat exceptio retentionis ratione legitimæ, ac Trebellianicæ Francisco debitæ, ac crediti dotis maternæ, æris alieni, seu legatorum ab eo solutorum, & impensarum funeris.

Quia cum fideicommissum de quo agitur ad favorem Congregationis super bonis stabilibus ordinatum sit particulare, ex quo non comprehendit universam hæreditatem cum omnibus juribus, & actionibus, sed certas res, ut 14
probatur ex text. *in l. nam quod, §. fin. cum. ll. seqq. ff. ad S. C. Trebell. l. fin. ff. de usufr. legat. cum concord.* Bald. *consil. 46. quidam nomine*, Cola. *num. 1. vers. Substitutio hujusmodi facta, lib. 2.* Cuman. *consil. 133. filius à patre, num. 1. versic. de Trebellianica*, Soccin. jun. *cons. 49. sub num. 16. vers. In casu autem isto, & num. seqq. lib. 3.* Mantica *de conject. lib. 7. tit. 2. num. 8. vers. Illud vero*, Peregr. *dec. 96. num. 7. versic. Quintò decisum fuit*, Rota penes Urgell. *dec. 113. num. 9. versic. Non tamen, & seqq. & recent. dec. 418. num. 2. vers. Moti sunt, & decis. 421. num. 7. vers. Fideicommissum enim universale, part. 5.* Et clarè patet ex lectura testamenti, in quo testatrix præmissis nonnullis legatis, & cujusdam ejus crediti declaratione, quæ augetur etiam ex alio credito dotis propriæ, ac maternæ, de quibus apparent publica instrumenta in processu producta, institutoque Francisco ejus nepote universaliter in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus substi- 15
tuit demum in bonis stabilibus specialiter dictam Congregationem, ut fuit etiam animadversum *in Roman. seu Neapol. hæred. de Proyda 19. Ianuarii 1633.* coram Coccin. *in recent. decis. 171. n. 10. vers. Fuit insuper consideratum, & seq. part. 6.* Ideò non potest ex eo regulariter detrahi legitima, nisi in subsidium, quatenus scilicet ex aliis bonis hæreditatis portio debita filio suppleri non valeat, Castr. 16
consil. 247. in causa, quæ vertitur Saonæ, sub num. 4. vers. Sed quando, lib. 1. Peregr. *de fideicomm. art. 4. sub num. 34. vers. Tertio, quia*, Rot. *dec. 113. num. 4. vers. Quantum ad quartum, par. 2. divers. & decis. 185. num. 14. vers. Legitima vero, ac seq. part. 5. & decis. 301. num. 10. vers. Et cum simus in fideicommisso particulari, part. 6. recent.* & penes Urgellen. *decis. 39. num. 4. vers. Secundo opponebatur, & seqq.* & Burat. *decis. 693. num. 10. vers. Hinc etiam cessat exceptio, ubi Add. referunt concord.* In hoc autem casu nullatenus est detrahenda, quia Franciscus hæres gravatus nullum confecit (quod constet) inventarium hæreditatis, ac proinde vel 17
resultat adversus eum præsumptio, quod bona hæreditatis suppeterent pro satisfactione legatorum, ac fideicommissorum particularium, ut fuit dictum in Maceraten. legitim. coram bon. mem. Card. Ubald. *in recent. decis. 67. n. 2. vers. Et dum Philippus, & decis. 163. num. 1. vers. Quæ ob solam, ac decis. 309. num. 3. vers. Et tunc certa est conclusio, & prius decis. 185. num. 15. vers. Et quidem, part. 5.* seu (verius) li- 18
cet defecerint ille tamen ex propriis bonis ea supplere, atque integrè tenebatur præstare, qui legis beneficium contempsit, juxta Text. *in l. fin. §. sin vero postquam, Cod. de jur. deliber. & in Auth. de hæred. & falcid. §. hinc nobis, vers. Si vero non fecerit inventarium*, Castr. *cons. 186. dubium facit sub num. 1. vers. Sed advertendum est, & cons. 188. quia dubia supra firmata sub num. 2. vers. Aut quæritur an possit eam deducere adversus singulares, & infr. vers. Sed quantum ad legata particularia, lib. 2.* Lud. Bolognin. *in Add. ad consil. Ioan. de Annan. 61. sub num. 4. vers. secundo quæritur*, Peregrin. *de fideicommiss. art. 33. sub n. 48. vers. Iure autem novo*, Rot. penes bon. mem. Comitul. *decis. 95. n. 7. vers. Convincitur adesse utrumque*, & san. mem. Gregor. *decis. 511. n. 29. vers. Quia alias*, & penes Buratt. *decis. 693. nu. 9. vers.* Et

Et ideo, & in recent. decis.31. num.4. vers. Et ratio fuit, & decis.77. num.2. vers. Quoniam hoc non procedit, part.5. & dec.88. n.23. vers. Iure autem novo p.7. & nuper in Bonon. fideicommiss. seu domus 30. *Aprilis* 1646. coram R.P.D. meo Bichio *in §. hoc proposito*.

Trebellianica verò de fideicommisso particulari non detrahitur, sed de universali, *l. mulier, §. fin. l. ita tamen*, §.
19 *Trebellianum Senatusconsultum, & dict. l. cogi, §. & generaliter, & §. Sed & si miles, ff. ad Trebell.* & not. Doctores *in rubric. ejusdem tit.* Bart. *in l. si quis servum, §. fin. sub num.2. vers. Sive ergo, ff. de leg.2.* Paris. *cons.43. n.45. vers. Ad tertium, lib.3.* Soccin. jun. *dict. cons.49. nu.16. vers. Et tangendo substantiam, lib.3.* Peregrin. *de fideicommiss. art.3. num.13. vers. Trebellianica itaque, &c. & seq.* Rota *decis.313. nu.2. vers. Tum etiam quia, & seq. part.2. divers.* & penes Urgellen. *dict. decis.39. num.4. vers. Secundo opponebatur, & in rec. decis.182. sub num.2. vers. Item etiam, part.2. & decis.171. n.10. vers. Fuit insuper consideratum, part.6.* eoque minus adversus Ecclesiam, vel piam causam substitutam per Textum *in l. si quis ad declinandum, in fin. Cod. de Episcop. & Cler. in auth. similiter, C. ad l. falcid.* in quibus locis id notant communiter DD. *& in l. Marcellus, in fin. princ. vers. Quod autem, ff. ad Trebell. & in cap.1. de testam. in 6.* Rom. *consil.206. num.7. vers. Nec præmissa*, Mantic. *de conject. lib.4. tit.5. art.6. num.5. vers. Amplius dic.* Peregrin. *de fideicommiss. d. art.3. sub num.62. vers. Vnde infertur, & seq.* Honded. *cons.64. n.66. vers. Trebellianicæ autem detractio, lib.1.* Rot. *decis.373. num.6. vers. Et propterea, & seq. part. 2. & decis.27. num.11. vers. Quo autem ad Trebellianicam, & decis.83. n.5. vers. Nec potest opponi, p.6. recent.* & penes Coccin. *dec.210. per tot. & dec.271. n.2. vers. Satis est, & alibi*.

Creditis demum, ac legatis per hæredem solutis, & expensis factis (præter quod respectivè impugnantur à parte)
20 eadem obstat replicatio ex inventarii omissione resultans, quòd nempe, vel ex aliis hæreditariis bonis ille satisfecerit sibi ut fuit consideratum in Bonon. fideicommiss. de Glavarinis 23. Junii 1636. coram R.P.D. meo Ghislerio *in recent. decis.164. num.6. vers. Adeout legata, & debita, part.7.* Vel de propriis etiam fideicommissa particularia præstare debeat, ut dictum est, Castr. *d. cons.186. num.1. vers. Nunc ad propositum, & infr. vers. Et propterea ista, lib.2. & in l. ita tamen, §. si ex Trebelliano, n.2. vers. Sed quid si hæres, ff. ad S.C. Trebell.* Peregrin. *de fideicomm. d. art.33. sub d. n. 48. vers. Iure autem novo,* Rota *d. decis.31. nu.4. vers. Quia cum Honuphrius, p.5. recent. & in d. Bonon. fideicomm. seu Domus* coram R.P.D. meo Bichio *in §. pariterque, & seq.* & in aliis præcitatis.

Quare hæc quoque exceptio, aut prorsus eliditur, aut dubia redditur, ita ut petitam immissionem impedire non
21 valeat, ut fuit resolutum in Bonon. fideicommiss. de Turre 5. Junii 1639. apud Urgellen. *dict. dec.39. & in Roman. de Marescott. 7. Maji 1629. coram eod. in recent. dec.275. n.2. vers. Et ratio resolutionis fuit, ac seq. p.5. & in d. Bonon. fideicom. de Glavarin. 23. Ianuarii 1636.* coram R.P.D. meo Ghislerio *dec.88. nu.23. vers. Quo verò ad Alexandrum juniorem, & seqq. p.7. rec.*

Atque ita fuit resolutum in utraque parte informante, &c.

DISCEPTATIO CCVI.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur.*
2 *Hospitalis Incurabilium petitio adducitur.*
3 *Hospitalis Incurabilium defensio proponitur.*
4 *Conditio, & causa retrahendi à matrimonio, nulla est in præsenti.*
5 *Voluntatis mutatio non præsumitur in testatore.*
6 *Hæreditatis ademptio, de qua hic, non fuit in pœnam.*
7 *Dispositio, de qua in præsenti non fuit pœnalis, sed pura.*
8 *Voluntas testatoris in præsenti est considerativa effectus.*
9 *Voluntas testatoris quibus conjecturis arguitur.*
10 *Voluntas testatoris in casum nuptiarum habet locum in casum mortis.*
11 *Casus mortis sine liberis æquipollet casui mortis non nuptæ.*
12 *Dilatio, de qua in præsenti, cujus favore fuerit introducta.*
13 *Ecclesia in uno casu substituta succedit eveniente alio.*
14 *Ecclesia, de qua hic fuit vocata in utroque casu, & num.15.*
16 *Textus in l. ab eo, C. de fideicommissis, an procedat in casu nostro.*
17 *Conditio impeditiva matrimonii carnalis non valet.*
18 *Conditio impeditiva matrimonii carnalis cur valeat in præsenti.*
19 *Conditio impeditiva matrimonii carnalis, valet substituta pia causa.*
20 *Conclusio, de qua in præsenti colligitur.*

ARGUMENTUM.

Voluntas Testatoris, de qua in præsenti semper colligitur ad favorem Hospitalis incurabilium, & non consideratur, nisi effectus, unde explicata in uno casu locum habet in alio, & conditio impeditiva nuptiarum non fuit in præsenti, sed quatenus fuisset, valeret, substituta pia causa.

IN JURE
PRO
Venerabili Ecclesia Hospitalis Incurabilium, & legatariis,
CUM
Hæredibus q. Angelæ Rummæ.
Commissarius Delegatus Illustr. Dominus Dux Sancti Angeli.

Tiberius Coppola condidit suum testamentum, in quo instituit hæredes universales Cæciliam, & Victoriam Coppola, suas filias, rogavit D. Franciscum Coppola, fratrem ipsius testatoris, ut statim ac pervenissent dictæ filiæ ad ætatem perfectam, eas in matrimonium decenter collocaret, constituta unicuique ipsarum dote ducatorum sex mille; vel si vellent in Monasterium, sive Conservatorium ingredi, statim earum voluntatem adimplendam curaret, cum dote ducatorum mille unicuique ipsarum assignanda, ac relictis annuis duc. centum, earum vita durante; in quibus quantitatibus instituit hæredes particulares dictas suas filias, pro omni parte, portione, & legitima; in cæteris verò bonis, & hæreditate instituit hæredem universalem Angelam Rumma uxorem ipsius testatoris, dummodò viduitatem servaverit, & cum onere solvendi annuos ducat.400. Joannæ Mavi matri ipsius testatoris, ac dicto D. Francisco fratri, eorum vita durante; præterea ut solveret eisdem matri, & fratri annuos duc. 50. pro xeniis, ac transeunte dicta Angela ad secundas nuptias, voluit idem testator, ut in dicta hæreditate succederent Joanna Mavi mater ipsius testatoris, ac prædictus D. Franc. Coppola frater, post quorum mortem vocavit Venerabilem Ecclesiam Hospitalis Incurabilium hujus fidelissimæ Civitatis, quam gravavit, ut pro una vice tantùm solveret ducatos mille Andreæ Coppula nepoti dicti testatoris, ac annuos duc. triginta Isabellæ, & Victoriæ Coppola neptibus earum vita durante, scilicet singulis ipsarum annuos duc. quindecim, necnon cum perpetuò onere celebrationis unius Missæ quotidianæ pro sui anima in eadem Ecclesia; Demum disposuit, quod si dictæ filiæ, vel aliqua ipsarum decesserit post matrimonium absque filiis, non posset de dicta sua dote disponere, nisi de duc. tribus mille, ac cæteræ quantitates pervenirent ad beneficium dictorum hæredum ut supra; & reliquit Tutricem, ac dominam, & patronam, & usufructuariam dictam Angelam ejus uxorem, absque onere reddendi rationes. Et ardenter desideravit ut dicta Angela uxor habitaret simul in una domo cum dictis Joanna, ac D. Francisco, quibus in eadem domo alimenta reliquit. 1

Mortuo Testatore, Angela transivit ad secundas nuptias

ptias cum q. Dño Regio Consiliario Joan. Baptista Jovino, evenit postea casus, quod dictæ Cæcilia, & Victoria filiæ ipsius Testatoris decesserunt in pupillari, antequam in matrimonium potuissent collocari, ac post mortem ipsarum, Angela Rumma uxor Testatoris, ac mater ipsarum Cæciliæ, Victoriæ se fecit declarari hæredem ipsarum filiarum ab intestato, demum decesserunt prædicta Joanna Mavi mater Testatoris, ac dictus Franciscus frater.

2 Hodie prætendunt prædicta Venerabilis Ecclesia Hospitalis Incurabilium, ac prædicti legatarii, ad beneficium quorum fuit gravata dicta Ecclesia à Testatore, per transitum dictæ Angelæ ad secundas nuptias, ac per mortem prædictorum Joannæ, & Francisci, fuisse factum casum successionis in universis bonis dicti Testatoris ad favorem dicti Hospitalis; E contra contendunt hæredes dictæ q. Angelæ binubæ, bona hæreditatis prædictæ remansisse libera ad beneficium prædictæ Angelæ, supponentes, dictam Angelam non potuisse succedere in bonis dicti Testatoris ex testamento, cum casus ejus vocationis non fuit factus, tunc enim prædicta Angela fuit à Testatore vocata, quando scilicet Cæcilia, & Victoria filiæ Testatoris in matrimonium collocarentur, vel ingrederentur monasterium. Atqui prædictæ Cæcilia, & Victoria decesserunt innuptæ, ac in pupillari ætate, ideò inquiunt prædictam Angelam successisse dictis filiabus ab intestato, non ex testamento prædicti q. Tiberii, & per consequens corruunt cæteræ vocationes factæ à Testatore ad beneficium Joannæ, & Francisci in casu transitus dictæ Joannæ ad secundas nuptias, & post mortem dictarum Joannæ, & Francisci ad beneficium dicti Hospitalis, utpotè quia dictæ vocationes fuerunt factæ, retento eodem themate quo filiæ In matrimonium collocarentur, vel in monasterium ingrederentur; nec dicta Angela potuit gravari nisi eo casu, quo à testatore fuit honorata, & vocata, quando scilicet filiæ nuberent, vel in monasterium ingrederentur ex vulgata *l. ab ea, C. de fideicommissis*.

3 Nos verò, qui dicti Sacri Hospitalis, ac dictorum legatariorum partes tuemur, dicimus per mortem dictarum filiarum in pupillari ætate fuisse factum casum vocationis dictæ Angelæ, & propterea prædictam Angelam non potuisse, omissa causa Testamenti prædicti q. Tiberii, adire ab intestato ejus hæreditatem per intermedias personas dictarum filiarum, unde per transitum dictæ Angelæ ad secundas nuptias, fuisse factum casum successionis ad beneficium dictarum Joannæ, & Francisci, post quorum mortem omninò debere in dicta hæreditate succedere dictum S. Hospitale, cum onere solvendi quantitates prædictis legatariis.

4 Utque evidentissimè id demonstremus, illud tamquam indubitatum præmittere oportebit, quod scilicet ademptio hæreditatis à prædictis filiabus, ac translatio dictæ hæreditatis in beneficium Angelæ, quàm jussit testator, in casu quo filiæ nuberent, vel Monasterium ingrederentur, non videtur habere illam causam, & rationem, quam præsupponunt adversarii, ut scilicet propter illud onus injunctum filiæ retraherentur à matrimonio carnali, vel spirituali.

5 Absit enim hoc dici, quia constat ex eodem testamento, patrem testatorem fuisse illum, qui voluit, ut dictæ filiæ collocarentur in matrimonium, vel si vellent, efficerentur Moniales, imò rogavit expresè D. Franciscum fratrem ipsius testatoris, ut statim ac dictæ filiæ pervenirent in ætatem perfectam, eas in matrimonium collocaret, vel si vellent Monasterium ingredi, statim curaret earum voluntatem adimplendam, constituta singulis dote congrua; repugnaret enim voluntati ipsius testatoris, si diceremus habere locum dictam rationem, quam proferunt adversarii, neque enim præsumitur mutatio voluntatis, *leg. eum qui, ff. de probat. l. fideicommissum, §. si rem, ff. de legatis 3. & l. cum hic status, §. 1. ff. de donation. inter vir. & uxor. cap. majores*, & quod ibidem notant Canonistæ *in verbo Perdurare, de baptismate*, id quod egregiè in terminis considerat Alex. omninò videndus *in consil. 100. num. 8. & 9. lib. 4.*

6 Unde etiam infertur, quod ademptio hæreditatis à prædictis filiabus, ac translatio in prædictam Angelam in casu, quo filiæ nuberent, vel Monasterium ingrederentur, non fuit ordinata in pœnam matrimonii contrahendi; tunc enim ademptio, vel translatio diceretur facta in vim pœnæ, quando scilicet testator præcepisset dictis filiabus, ne matrimonium contraherent, vel Monasterium ingrederentur, & in casu contraventionis ademisset ab eis hæreditatem, & illam transtulisset in prædictam Angelam, secus verò, quando testator nullum præceptum, sive onus demandavit, sed fecit dispositionem puram à principio, quàm postea subsequitur ademptio, & translatio conditionalis, ut notabiliter distinguendo tradit Aret. *in l. Titia, nu. 3. col. 3. vers. Sed ista sua ratio, ff. de verb. oblig.* quem probat Menoch. *in cons. 78. n. 10.* Faber *in §. fin. instit. de legat. n. 2.* Bart. *in l. 1. post princ. ff. de condit. instit. & l. 3. ff. de condit. & demonstrat.* Jason *in l. talis, n. 16. ff. de legat. 1.* Petr. Barbos. *in l. 1. n. 110. ff. de vulg. & pupill. substit.*

Atqui testator in specie, de qua agimus, nedum non prohibuit filiabus nuptias, vel vitam religiosam, imò rogavit expresè D. Franciscum Coppola fratrem ipsius testatoris, ut dictas suas filias decenter in matrimonium collocaret, vel si vellent Monasterium ingredi curaret, hanc rectam voluntatem statim adimplendam, constituta unicuique ipsarum dote congrua, propterea concludendum est, ademptionem hæreditatis à dictis filiabus, ac translationem in prædictam Angelam, quam jussit testator in casu, quo dictæ filiæ contraherent matrimonium carnale, vel spirituale, non fuisse dispositionem pœnalem, neque habuisse eam causam, quam adversarii fingunt, ut scilicet propter onus injunctum filiæ retraherentur à nuptiis, vel à vita religiosa. 7

Cum igitur pateat, testatorem vocasse prædictam Angelam in casu quo filiæ nuberent, vel efficerentur Moniales, non ad hoc ut filiæ retraherentur à nuptiis, vel à vita Monastica, ideò testator vocando Angelam in dictis casibus, videtur potius considerasse effectum, & majorem favorem prædictæ Angelæ, ut etiam in casu quo filiæ nuberent, & procrearent liberos, ipsæ filiæ non possent petere aliud de bonis paternis, quam dotem eis relictam, ac in universis bonis succederet prædicta Angela; idque potissimum suadetur ex eo, quod idem testator per illud tempus, quo prædictæ filiæ non pervenirent ad ætatem nubilem, vel non collocarentur in matrimonium, nec Monasterium ingrederentur, reliquit ipsam Angelam tutricem, dominam, & patronam, & usufructuariam, absque onere reddendi rationes. 8

Insuper desideravit testator, ut in sua domo habitarent junctæ dicta mater, frater, uxor, & filiæ quibus matri, & fratri reliquit alimenta in eadem domo, ut expresè idem testator cavit in suo testamento in capitulo incipiente, *Item voglio, che stando, &c. & cap. seq.* Ideòque testator in casu quo filiæ nuberent, vel efficerentur Moniales, quia tunc eas oportebat separari à matre, voluit ut illis daretur solummodo dos ab ipso testatore taxata, & omnia bona essent prædictæ Angelæ, cui remanebat onus alendi matrem, & fratrem ipsius testatoris in una domo habitantes, & cum ipsa Angela transiret ad secunda vota, vocavit dictos matrem, & fratrem ipsius testatoris; hæc enim videtur fuisse mens testatoris, & causa, qua fuit motus ad sic disponendum, eaque elicitur nedum ex verbis expressis, sed etiam ex probabilibus conjecturis, *l. in conditionibus primum locum, 19. ff. de condit. & demonstrat. l. cum de lanionis, §. item caccabos vers. Primum, &c. ff. de fundo instructo, l. hæredes mei, 67. §. cum ita, ff. ad Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art. 11. per tot.* exornat egregiè doctissimus D. Reg. Galeot. *controv. 50. à n. 5. tom. 1.* Reg. Capyc. Latr. *dec. 144. nu. 26.* Et quandocumque unica ratio tantùm potuit esse, quæ moverit conficientem aliquam dispositionem, illa debet esse in consideratione, ac si per dispositionem fuisset expressa, ut perbelle tradit Alex. *in d. cons. 100. n. 8. lib. 4.* Unde consequens fit, quod dum conditio, sub qua fuit vocata Angela, non fuit pœnalis, sed respexit potius majorem favorem prædictæ Angelæ, & effectum necessariæ separationis dictarum filiarum à prædicta Angela per nuptias, vel per earum professionem in Monasterio, ad hoc ut bona conservarentur penes dictam Angelã uxorem, ac penes dictam matrem, & fratrem ipsius testatoris, quos in eadem domo cum Angela junctim habitare, testator voluit, quamvis non evenerit per modum consideratum à testatore, quia filiæ non nupserunt, nec Monasterium ingressæ sunt, sed in pupillari ætate decesserunt, & sic per mortem separatæ sunt à matre, & nemo sani capitis negare possit, quod major sit ratio, ut Angela habeat bona in eo casu, quo filiæ decesserunt innuptæ, imò inhabiles ad nubendum, quam in eo casu, quo dictæ filiæ cum effectu nube- 9

nuberent, & procrearent liberos, expressè à testatore considerato, & prævisо ad favorem Angelæ, vel saltem quod militet eadem ratio, & verisimilis mens disponentis, dicendum omninò est, quod in utroque casu, & sic etiam quando filiæ decesserant innuptæ, & per mortem sunt separatæ à prædicta Angela earum matre, debet ipsa Angela succedere. Porrò nedum in conditionibus necessariis, sed etiam in voluntariis, ubi militat eadem ratio, & testator consideravit effectum, non autem simpliciter nudum factum ipsius conditionis, fit extensio de casu ad casum, & dispositio semper habet locum, ubi militat eadem ratio, quamvis casus non evenerit, per modum consideratum à testatore, quod optimè probat text. *in l. mulier 22. in princ. ff. ad Trebell.* ubi fideicommissum relictum à matre filiis, si morte patris fuissent effecti sui juris: illis debetur, si fuerint emancipati à patre, & si mors patris non sequuta fuerit, quia mater consideravit tantùm effectum, quod non essent in potestate patris, ut nihil ei ex bonis maternis acquiri posset; idem etiam probat text. *in l.3. Cod. de instit. & substit. sub cond. factis, & in l. Pater Severinam, §. conditionum, ff. de condit. & demonstrat.* Emanuel Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum, part.5. ff. de liberis, & post. ante, & post num.3.* Covarr. *pract. qq. cap.39. num.7.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.11. tit.16. numer.4.* Menoch. *de præsumpt. lib.4. præsumpt.185. num.26. & n.31. usque ad fin.* Rustic. *post tract. de liber. posit. in condit. consil.1. num.70.* Peregrin. *de fideicom. art.11. numer. 46. & cons.51. num.17. lib.5.* Surd. *decis.37. num.31.* Joan. Francisc. Addreol. *controv.54. n.9.* Joan. Basius *paradox. disput. lib.3. cap.2.* Bologn. *in dict. §. & quid si tantum, num.86. & seq.* Schiurph. *cons.81. ante num.1. vol.* post Castrens. *cons.287. vol.1.* ubi dicit, quod non potest excogitari aliqua ratio: quare in casu suo testator, qui substituit, si filii sui tempore suæ mortis extarent, & morerentur sine filiis masculis, non idem voluerit si dicti filii non extarent tempore suæ mortis, sed præmortui fuissent, Berous *in cons.102. numer.16. in fin. & num.17. vol.2.* Alex. *cons.100. num.12. vol.4.* ubi si testator filium hæredem universalem instituit, & eum gravavit de restituendo hæreditatem post mortem suam, si efficiatur Presbyter, talis substitutio habet locum, si non fuerit Presbyter, sed laicus, & decessit sine liberis, quia quando testator apponit aliquam conditionem propter aliquem effectum resultantem ex ea, non est necessarium, quod illa impleatur in forma specifica, sed sufficit impleri per æquipollens, per quod sequitur effectus consideratus à testatore; eum sequuntur Cravett. *cons.59. num.5.* Cæphal. *cons.269. num.49.* Decian. *cons.1. numer.91. lib.1.* Bero. *quæst.354. col. penult.* Fusar. *cons.155. nu.37. & per tot.* Cyriac. *contr.478. à num.85. & num.83.* ubi, quod idem procedit, etiamsi adessent verba restrictiva, *tunc, & eo casu*, ubi concurrit eadem, vel major ratio, facienda est extensio de uno casu ad alium, quæ potius dicitur comprehensio, & interpretatio, Viv. *dec.513. n.4. & seq. lib.4.* Zuccar. *decis. Lucens.76. n.117.* Franch. *decis.299.* Laderch. *in cons. 3. nu. 14.* optimè omninò videndus Reg. Capyc. Latr. *in dec.118. à n.19. usque ad n.30.*

10 Et in terminis, quod dispositio testatoris, ut Titia habeat bona, usquequo nupserit, & post tempus nuptiarum succedat Sejus, habeat locum ad favorem Seji, nedum si Titia nubat, sed etiam si decedat innupta, quia ad hunc effectum casus mortis, & nuptiarum, sunt æquipollentes, videatur Soccin. sen. *in cons.30. vol.3.* Idque contra eundem sibi ipsi adversantem, & contra Alciatum defendit Gallin. *de verb. significat. lib.9. cap.14.* sequuntur Castill. *de usufruct. cap.62. numer.13.* Laderch. *in cons.3. num.14.* & quamvis Hartm. Pistor. *observ.214.* id non admittat in substitutione facta in pœnam, cum in pœnali dispositione non fiat extensio de casu ad casum, nihilominus hæc ratio cessat in specie, de qua agimus, quæ nullam pœnam continere videtur, sed potius majorem favorem Angelæ substitutæ, ut latè supra probavimus.

11 Accedat, quod testator specificè consideravit casum mortis dictarum filiarum, ad finem ut succederent mater, aliique substituti, dum expressè disposuit, quod decedente aliqua ex dictis filiabus post matrimonium absque liberis, non posset disponere de sua dote, nisi de duc. tribus mille, & cæteræ quantitates pervenirent ad commodum dictorum hæredum, *ut supra*. Et licèt testator consideraverit casum, quo filiæ decessissent post matrimonium absque liberis, & sic quando aptę, & habiles fuissent ad procreandos filios, nihilominus, sub eo comprehenditur etiam casus ille, quo filiæ decederent impotentes ad nubendum, dummodò casus nuptiarum non fuerit consideratus in pœnam, neque ad puniendam inobedientiam nubere volentis, prout docet Petr. Barbos. *in l.1. ff. de pupill. & vulg. substit. num.118.* qui sic declarat text. *in l. Pater Severinum, ff. de condit. & demonstrat.* At in specie, de qua agimus, ademptionem hæreditatis à filiabus in casu quo nuberent, & translationem bonorum in Angelam non fuisse factam in pœnam, neque ut filiæ retraherentur à nuptiis latè superiùs demonstravimus. Insuper illud omninò observandum est, quod prædicta Angela fuit vocata etiam in casu quo dictæ filiæ Monasterium ingrederentur, quod idem importat, ac si dictum fuisset, *in casu quo mundo morerentur*. Religiosi enim mortui mundo dicuntur, *cap. volo, & cap. non dicatis, 12. q.1. cap. placuit 16. q.1. Clem. Exivi de Paradiso, de verb. signific. l. Deo nobis, Cod. de Episc. & Cleric.* At mors naturalis eundem, imò majorem effectum operatur, quam mors civilis quoad bona, & successionem, ex text. *in l. res uxoris 24. C. de donat. inter vir. & uxor.* ibi, *Tanquam maritum ejus Natura, non pœna subduxerit, &c.* & tradiderunt Cyn. Bald. Alex. Felin. & alii longa serie adducti à Mart. *de success. legal. p.1. q.8. art.1. n.8.* & in terminis idem probat Reg. Capyc. Latr. *in decis.118. à n.17.* ubi latè demonstrat, & decisum per S. C. refert, donationem factam in eo casu, quo Donator in Religione Carmelitana, vel alia profiteretur, habere etiam effectum ad favorem donatarii per mortem naturalem ipsius donatoris, quamvis donator non fecisset professionem in aliquo Monasterio, quia ad hunc effectum mors naturalis, & civilis sunt æquipollentes.

Additur fortissima ratio, quod dum prædictus testator voluit, ut filiæ haberent omnia bona usquequo nuberent, vel Moniales efficerentur, & post nuptias, vel professionem, vocavit prædictam Angelam. Dilatio successionis Angelæ in tempus, quo filiæ nuberent, vel ingrederentur Monasterium, fuit apposita in favorem dictarum filiarum, sive ut interim perfruerentur bonis, sive ut post earum perfectam ætatem facilius induceretur Angela mater, quàm citissimè ad eas in matrimonium collocandum, ergo cessante causa dilationis per mortem dictarum filiarum, statim dicta Angela debuit admitti, & succedere, vigore dictæ testamentariæ dispositionis, *l. à filia, §. alumna, ff. ad Trebell.* Paul. de Castr. & Salic. *in l. ambiguitatem, C. de usufruct.* 12

Cum igitur constet, prædictam Angelam fuisse vocatam etiam in casu mortis dictarum filiarum, & clarissimè pateat ex testamento prædicti q. Tiberii, per transitum dictæ Angelæ ad secundas nuptias, fuisse factum casum successionis ad favorem prædictorum D. Francisci Coppola fratris, & Joannæ Mavi, matris ipsius testatoris, & cum post mortem prædictorum D. Francisci, & Joannæ sit vocata Venerabilis Ecclesia Hospitalis Incurabilium cum onere solvendi ducatos mille Andreæ Coppolæ nepoti ipsius testatoris, ac annuos ducat.30. Isabellæ, & Victoriæ Coppola nepotibus, earum vita durante, cumque jam evenit mors prædictorum D. Francisci, & Joannæ, ideo nil est, quod possit dubitari dictam Venerabil. Ecclesiam debere succedere in dictis bonis dicti q. Tiberii, cum onere solvendi prædictis legatariis. 13

Sed audio nunc duplicem objectionem fieri ab adversariis.

Primò dicunt, quod ratio, quia prædicta Angela fuit vocata in casu quo dictæ filiæ nuberent, vel Monasterium ingrederentur, ea videtur fuisse, quia scilicet testator decedentibus dictis filiabus in pupillari ætate, voluit reservare dictæ Angelæ matri successionem ab intestato, cum per illud tempus non erant habiles dictæ filiæ ad testandum, & disponendum, cum verò pervenirent ad pubertatem, & sic ad tempus quo poterant nubere, testari, & disponere, vocavit Angelam matrem. 14

Respondetur primò, rationem hanc, quam fingunt adversarii, non esse adæquatam dispositioni ipsius testatoris, tunc enim illa posset aliquem locum habere, cum testator disposuisset, quod decedentibus dictis filiabus post pupillarem ætatem, succederet dicta Angela mater. At testator vocavit Angelum in casu quò filiæ nuberent, vel Monasterium ingrederentur, & sic poterant dictæ filiæ post pubertatem non nubere, nec Monasterium ingredi, & per totum tempus ante nuptias, vel professionem erant habiles ad testandum, & disponendum, præsertim quia de jure ad adimplendas nuptias juxta voluntatẽ testatoris, filiæ post pubertatem poterant expectare triennium, ut nuberent, 15

rent, vel Monasterium ingrederentur juxta ea, quæ notant Bart. & alii, *in l.2.§.ad filior.Cod.quomod.& quibus 4.p. debet.lib.*10.Jason *in l.2.num.6. Cod. de institut. & substitut.* Franciscus Marcus *decis.*841.*part.*1. Gratian. *discept.forens. cap.*254.Novar.*qq.forens.part.*1.*quæst.*69. Marescott. *variar. resolut.lib.*1. *cap.*74. *numer.*12. nec matrimonium, vel professio dictarum filiarum sequutura erat in eo puncto, quo pupillaris ætas expirabat; dispositiones enim humanæ, & civiles non restringuntur in puncto solo, nec physicè, sed moraliter, sive secundùm Epikejam, & naturam negotii interpretandæ sunt, etiam stantibus illis dictionibus, *Confestim*, *Statim*, *Continuo*, & similibus, cum in jure nostro nihil redigatur ad punctum, ut tradit eleganter Zasius *in l.stipulatus sum domum,num.*4.*ff. de verborum obligat.& in l.quæst.Romæ,§.Seja hæres,num.*5.*ff.de verborum obligat.*ideò non est adæquata prædicta ratio, quam fingunt adversarii, quod scilicet testator vocando Angelam, in casu quo filiæ nuberent, vel Monasterium ingrederentur, videatur solummodo voluisse providere illi casui, quo dictæ filiæ immediatè post pubertatem essent habiles ad testandum, & disponendum, sed magis adæquata videtur esse ea ratio, quam supra tradidimus, quia scilicet testator consideravit majorem favorem prædictæ Angelæ, ut usquequo filiæ separarentur ab ipsa Angela matre per nuptias, vel per professionem dictarum filiarum in Monasterio, interim dictæ filiæ fruerentur bonis, unà cum dicta Angela earum matre, quam testator voluit esse dominam, Patronam, & usufructuariam absque onere reddendi rationes, jubendo etiam, ut dicta Angela habitaret simul cum Joanna de Mari matre ipsius testatoris, ac cum dicto D. Francisco fratre, quibus etiam alimenta reliquit; ideòque in casu quo dictæ filiæ nuberent, vel Moniales efficerentur, quia tunc per nuptias, vel professionem in Monasterio necessariò separabantur à dicta Angela, vocavit ipsam Angelam in universa sua hæreditate, constituta dote prædictis filiabus, & in casu quo dicta Angela transiret ad secundas nuptias, vocavit prædictos D. Franciscum, & Joannam.

16 Respondetur secundò, quod quando vera esset ratio adversariorum, quod scilicet testator voluit reservare Angelæ successionem ab intestato, quando scilicet dictæ filiæ in pupillari ætate decederent, non potest saltem negari, quod dum prædicta Angela successit in bonis testatoris per intermedias personas dictarum filiarum, videatur dicta bona habuisse ex judicio ipsius testatoris, qui contemplavit prædictam Angelam, reservando ei successionem ab intestato, quando dictæ filiæ in pupillari ætate decederent, sicuti adversarii dicunt; unde eadem Angela non debebat spernere voluntatem ipsius testatoris, & gravamen ei impositum in casu quo transiret ad secundas nuptias; poterat enim gravari, quamvis nihil immediatè consequebatur à testatore, sed mediatè, & succedendo ab intestato dictis filiabus in bonis dicti testatoris, voluntate ipsius testatoris, cum in hoc casu cesset regula *leg. ab eo*, *Cod. de fideicommissis*, ut rectè tradunt Franciscus Gratianus *de vulgar. & pupillar. substitut.in fine,vers.Sed quid verbis opus est*, Rustic.*in tract. an,& quand.liber.posit.in condit.lib.*4. *cap.*1. *part.*2. *num.*31. Maximè quia indeterminatè, & absolutè testator disposuit, quod transeunte dicta Angela ad secundas nuptias, nil posset consequi, ut ex *cap. Testamenti*, incip. *Item voglio, ordino, e comando, che detta Angela mia moglie, &c.* unde postquam prædictam Angela transivit ad secundas nuptias, spernendo voluntatem dicti Testatoris, fuit factus casus successionis ad favorem prædictorum D. Francisci, & Joannæ, post quorum mortem vocata est prædicta Venerab. Ecclesia Hospitalis Incurabilium, cum onere solvendi legatariis prædictis.

17 Secundò opponunt adversarii, contendentes, vocationem prædictæ Angelæ, & aliorum substitutorum in casu, quo dictæ filiæ nuberent, vel Monasterium ingrederentur, continere conditionem impeditivam matrimonii carnalis, vel spiritualis, propterea dicunt eam esse rejiciendam, & proinde bona remansisse libera penes prædictas filias, ex *l.quoties,ff.de condit.& demonstr. cum concord.*

18 Respondetur primò, quod dicta conditio non fuit apposita ad retrahendum dictas filias à nuptiis, vel à vita Monastica, sed propter illum effectum, ut interim quo dictæ filiæ nuberent, vel Moniales efficerentur, nec separarentur à matre, avia, & patruo, fruerentur bonis unà cum dicta earum matre, patruo, & avia; & in casu necessariæ separationis per nuptias, vel professionem in Monasterio, vel per mortem, fuit in universis bonis vocata Angela, quæ si transiret ad secundas nuptias, fuerunt vocati dicti D. Franciscus, & Joanna, ut superiùs fusè probavimus, nec enim dicta conditio fuit apposita propter se, cum testator expressè rogaverit D. Franciscum Coppola suum fratrem, ut collocaret in matrimonium dictas filias, statim ac pervenissent ad perfectam ætatem, vel si vellent effici Moniales, statim earum voluntatem adimplendam curaret, constituta singulis earum dote congrua, unde nec fuit pœnalis, sed solummodò respexit majorem favorem prædictæ Angelæ, & effectum separationis dictarum filiarum à dicta Angela matre per nuptias, sive per professionem earumdem filiarum in Monasterio, ad hoc ut bona conservarentur penes dictam Angelam cum onere alendi matrem, & fratrem ipsius testatoris, quos simul in una domo cum Angela habitare jussit; ideò non est rejiciendum fideicommissum factum sub dicta conditione, sicuti si esset dictum fideicommissum ordinatum in casu separationis dictarum filiarum à dictis matre, avia, & patruo, per earum mortem, maximè quia non est verisimile, quod timore dicti oneris dictæ filiæ retraherentur à nuptiis, vel à vita monastica, ex eo præsertim, quod testator providit unicuique ex dictis filiabus de dote ducatorum sex mille, ac in casu, quò vellent Moniales effici, providit eis de dote ducatorum mille cum annuis ducatis centum earum vita durante, ideoque validam esse dictam conditionem, & vocationem probat egregiè Alexan. *in cons.*100. *numer.* 12. *lib.*4.

Respondetur secundò, quod etiam conditio impeditiva 19
matrimonii valet in eo casu quo fuit vocatus locus prius: ideoque dicta objectio non nocet Venerabili Ecclesiæ Sacri Hospitalis Incurabilium vocatæ ut suprà, ex communi opinione DD. quam refert Guliel. de Benedict. *in cap. Raynutius*, *verbo*, *qui cum aliqua*, *num.*95.*de Testamentis*,Tiraquell. *de privil. piæ causæ privileg.*18. Mantic. *de conject. ultim.volunt.lib.*11.*tit.*18.*numer.*8.*& 9.& tit.*19. *numer.*11. Everard.*in loco à libertate ad piam causam,num.*6. Guttierez *de matrim. cap.*21. *num.*16. post Thomam Sanchez, & alios quos allegat, Vivius *decis.*480. *lib.*3. per Text. *cum ibi notatis*, *in leg.Titio ususfructus*, §.1. *ff. de condit. & demonstrat.*

Igitur cum dicta Venerabilis Ecclesia Hospitalis In- 20
curabilium debeat succedere in hæreditate dicti quondam Tiberii virtute dictæ vocationis, nil est, quod possit dubitari, quod debeant solvi quantitates legatariis prædictis, ad beneficium quorum fuit gravatum dictum Sacrum Hospitale.

DISCEPTATIO CCVII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species enarratur, de qua agitur.*
2 *Creditor, qui dimisit creditorem anteriorem succedit in ejus locum tum pro sorte, tum pro tertiis.*
3 *Regens Galeota tom.*1. *controv.*21. *reprobatur.*
4 *Creditoris subingressio unius in locum alterius qualiter fiat.*
5 *Creditoris subingressio, ut fiat, an requiratur expressus consensus, & scientia creditoris.*
6 *Creditoris subingressio, an possit fieri cum contradictione primi creditoris.*
7 *Prior in tempore, qualiter sit potior in jure.*
8 *Textus in l.licet,& l.interdum, ff.qui pot.in pign. hab. an procedat in feudalibus.*
9 *Mutuans cum usuris, & non gratis præfertur, l. interdum, ff.qui pot.in pign. hab.*
10 *Mutuans ad rem acquirendam denuo, vel conservandam, qualiter præferatur.*
11 *Assensus pro sorte præstitus operatur etiam respectu interesse.*
12 *Textus in l.Lucius, ff.qui pot.in pign.hab. qualiter procedat.*
13 *Mutuans ad refectionem lacus, vel fluminis qualiter præferatur in piscibus.*
14 *Textus in l.Interdum, procedit etiam in mutuante cum interesse diversis temporibus.*
15 *Mutuans in re melioranda præfertur etiam in fructibus.*

16 Cre-

16 *Creditor anterior pro sorte præfertur etiam pro interesse.*
17 *Mutuans pro refectione Tabernæ, an præferatur aliis creditoribus.*
18 *Mutuans pro refectione Tabernæ ad vinum vendendum, an præferatur contra Fiscum, creditorem anteriorem arrendamenti.*
19 *Fiscus qualiter sit privilegiatus, & in quibus casibus.*
20 *Textus in l.non puto, ff.de jure fisci, adducitur, & explicatur.*
21 *Creditor mutuans ad refectionem tria habet privilegia, & quæ sint.*
22 *Hypotheca qualiter detur in rebus venalibus.*
23 *Textus in l. cum Tabernam, ff. de pignoribus, explicatur.*
24 *Creditor pro pensione domus qualiter præferatur.*
25 *Domus pro vino vendendo est obligata ad pensionem perpetuam.*
26 *Magazenum pro vino vendendo duplex est.*
27 *Taberna ad conservandum vinum, qualiter sit obligata creditoribus.*
28 *Hypotheca tacita contrahitur etiam super rebus venalibus, & quando.*
29 *Hypotheca generalis pro sorte competit etiam pro usuris.*
30 *Creditor pro refectione, an præferatur pro dote.*
31 *Creditor pro refectione si sit posterior dote, an præferatur.*
32 *Creditor mutuans ad refectionem cum speciali hypotheca, an præferatur etiam doti anteriori.*
33 *Creditor mutuans ad refectionem domus, si sit posterior doti, an ei præferatur.*
34 *Privilegium Prælationis competens mutuanti ad refectionem, an competat contra Cessionarium dotis.*
35 *Creditor ad refectionem præfertur pro sorte, & pro interesse.*
36 *Locator in invectis, & illatis pro pensione præfertur omnibus creditoribus anterioribus.*
37 *Locator Domus præfertur pro pensione etiam expensis funerum super bonis illatis, & invectis.*
38 *Locator Domus præfertur pro pensione doti Mulieris.*
39 *Creditor pro re invecta in Navem præfertur Domino Navis.*
40 *Creditor pro pascuis præfertur Domino animalium, & omnibus aliis creditoribus.*
41 *Mulier pro dote præfertur Domino fundi in fructibus rei locatæ.*
42 *Creditor mutuans ad rem emendam acquirit hypothecam generalem super omnibus aliis bonis ejusdem emptoris.*
43 *Mutuum ad refectionem qualiter probatur fuisse versum ad refectionem.*
44 *Textus in l.interdum, ff.qui pot.in pignor.hab.procedit, quando res meliorata extat.*
45 *Regens Galeota tom.1.controv.21. adducitur, & improbatur.*
46 *Regens Galeota impugnatur à communi opinione, & affertur decisa.*
47 *Textus in l.interdum, ff.qui pot. in pignor. quæ requisita requirat.*
48 *Refectionem rei ex pecunia maturata quibus conjecturis factam esse probetur.*

ARGUMENTUM.

Textus in leg. interdum, ff. qui pot. in pignore, quæ requisita requirat, & qualiter probetur pecuniam versam esse in refectionem, & non solùm habere locum ostenditur in mutuante gratis, sed etiam cum usuris, & earum interesse, & an procedat in mutuante pro re conservanda. Textus in leg. Lucius, ff. qui pot. in pignore, explicatur, & quid in mutuante pro re conservanda, Textus in leg. Lucius, ff. qui pot. in pignore, explicatur, & quid in mutuante pro accommodatione lacus, vel fluminis, & quid in mutuante pro refectione tabernæ, vel Magazeni ad vinum vendendum, vel conservandum, & an præferatur fisco, & qualiter detur hypotheca in rebus venalibus, & explicatur Textus in leg.cum tabernam, ff. de pignoribus, & an creditor pro refectione præferatur doti, & quid si sit anterior dos, & an competat contra Cessionarium dotis, & locator domus, an in rebus invectis, & illatis præferatur doti pro pensione, & an expensis funerum, & quid in invectis in Navi, & alia similia explicatur.

JURIS RESPONSUM,

Pro interpretanda l. Lucius, ff. qui pot. in pignor. habeatur.

PRO

Venerab. Collegio Conceptionis propè Montem Calvarium,

CUM

Creditoribus illorum de Cannavale.

Commissarius Dominus Consiliarius de Dura.

Venerabile Collegium Virginum Sanctæ Mariæ Conceptionis propè Montem Calvarium Civitatis Neapolis, ex persona sororis Candidæ Cannavalis, comparuit in Sacro Consilio super quadam domo vendita, & pretio illius depositato, intendens causa refectionis domus prædictæ Patrem sororis Candidæ mutuasse ad refectionem dictæ Domus ducatos mille, & per consequens positis requisitis *l.interdum, ff.qui pot. in pignor.* esse præferendum non solùm pro sorte principali, sed etiam pro interesse, in pretio domus prædictæ, quando obligatio fuit cum expressa hypotheca anteriori, & firmiter dixi prælationem competere Venerabili Collegio non solùm pro sorte, sed etiam pro interesse, quod. 1

Probatur primò, quia creditor posterior hypothecarius, qui redempto censu antiquiorem deinde dimisit creditorem, cum propria pecunia, in locum creditoris dimissi, succedit, sive per subrogationis pactum, sibi prospiciat, sive nihil de successione convenerit; semper enim succedit in ejus locum, ut habetur *in l.1.Cod.qui pot.in pignore, leg. finali, Cod.de his, qui in priorum creditorum locum, &c.* Anguisola *consil.36.numer.50.lib.3.* Corneus *consil.345. num.13. lib.2.* Arias de Mesa *lib.1. variar. cap.10. num.13.* & pluries dixit Rota, de qua Censalius *decis.2.num.26. cum seqq.* & præfertur eo modo, quo primus ille præferebatur, sic creditor sub annuo redditu, qui dedit pecuniam debitori, cum pacto, ut ex eo ematur aliquod prædium, quod sit specialiter obligatum, præferri debet pro Capitali, & tertiis super prædio, etiam creditoribus anterioribus, ex Præside de Franchis *decis.97.* Rodriguez *de annuis redditibus, lib.2. quæst.20. num.12.* ubi refert sic decisum in Senatu Pinciano, Regens de Ponte *decis.34.* ubi *in fine*, plura exclamat contra Advocatos, & Ministros, Antonius de Amato *lib.1. resolut.3. num.13.* ubi ait ita judicatum, & respondet contrariis, & licèt Carlevalius *de judiciis, tom.2.disput.28. num.26.* tenaciter pro contraria parte repugnet, prout etiam D. Galeota *lib.1. controv...... capit.21.* qui licèt defendat præferri pro Capitali, non pro tertiis, tamen primam opinionem tenet D. Staibanus *tom.1.resolut.196.num.4.* ubi ait sic fuisse judicatum in S. Consilio, & adducitur pro hac opinione, Merlinus *lib.3.de pignor.quæst.5. num.83.* & Dominus de Xarte *decis.Sardiniæ 78.* ubi probat, esse communem opinionem, de Franchis in mutuante ad rem comparandam, licèt in mutuante ad rem reficiendam, sit aliqualis difficultas, & ipse idem tenet; quòd si quis det pecuniam sub annuo censu debitori, ut ex eo dimittat creditorem, qui non sit creditor annui census, sed crediti, non producti in annuum censum; tunc non præfertur pro censibus, Olea *de cessione jurium, tit.4.q.1.n.3.* 2 3

Ut autem locum habeat subingressio unius creditoris in locum anterioris, ad beneficium alterius creditoris. Primò, 4

mò, requiritur, ut mutuum det debitori pecuniam, ut creditorem anteriorem dimittat. Secundò, ut paciscatur cum debitore de subingressione in hypothecas, & privilegia creditoris dimissi. Tertiò, ut ex pecunia mutuata primus creditor sit dimissus; est tamen quæstio an requiratur consensus expressus creditoris, vel tacitus, & scientia pacti inter debitorem, & mutuantem. Prima opinio dicit requiri
5 scientiam, Franch. *decis.*47. *numer.*3. Giurba *decis.*87. *numer.*50. Gratianus *cap.*670. *num.*10. Larrea *decis.*20. *num.* 4. Merlinus *de pignoribus lib.*4. *quæst.*190. *num.*2. Secunda opinio est, quod non sit necessaria scientia, Immò eo ignorante legalis subingressio fiat, Arias de Mesa *lib.*1. *variar. capit.*11. Larrea ubi suprà, Theodorus *allegat.*86. *à num.* 11. Cancer. *lib.*2. *variar. cap.*6. *num.*44. Olea ubi suprà, *num.*21. ratio est evidens: nam si esset necessarius expressus, vel tacitus consensus, non tam diceretur mutuans succedere in locum, virtute subingressionis legalis, quàm
6 expressè vel tacitè cessionis, ita pluries judicatum refert Olea, & *numer.*22. ampliat, & si Creditor ad cujus notitiam pervenit pactum inter debitorem, & mutuantem ab initio, de subintrantia contradiceret subingressioni, & pecuniam accipere recusaret, non oblata sibi pecunia, & postmodum deposita, mutuans suum locum, & anterioritatem occuparet, quia subingressio legalis non dependet à voluntate Creditoris, qua in re Olea impugnat Carlevalium *disp.*35. *num.*2. tenentem non posse cogi Creditorem ad faciendam cessionem mutuanti pecuniam ex Arias de Mesa ubi suprà, *c.*2. & observat novissima Additio ad Francum *decis.*147. *in fine*.

7 Probatur secundò, quia juris notissimum est principium, ut qui prior est in hypotheca, prior in jure reputetur, *cap. prior de reg.jur.in 6.l.quoties utriusque, ff.eodem, leg.qui Balneum in principio, leg.potior in principio, ff.qui pot. in pignor. hab.* quæ regula, & juris principium limitatur *in leg. licet, Cod. qui pot. in pignor. hab. & leg. Interdum, ff. eodem,* quibus mutuans ad rem emendam, acquirendam, vel conservandam ejusdem rei accedente hypotheca speciali, (*respectu ementis tantum,*) præfertur omnibus Creditoribus in eadem re: nam res fuit facta salva pecuniis Creditoris, *dicta leg. interdum, & leg. sequenti, ff. qui pot. in pignor. hab.* & decisum refert Antonius de Amato *tom.*1. *resolut.*3. *numer.*4. & si plures expenderint ad rem reficiendam omnes æqualiter concurrunt cum eadem prælatione ad alios, Covarruv. *lib.*1. *variar. cap.*7. *numer.*13. Afflictus *decis.*306. Franchus *decis.*97. & 506. Riccius *collect.* 473. Thesaurus *lib.*2. *quæst. forens. quæst.*29. Cevallos *quæst.* 744. Guttierez *allegat.*5. Castillus *lib.*3. *controv. cap.*8. Camillus de la Ratha *consil.*82. Cardin. Tusch. *litt. H, vol.*4. *concl.*131.

8 Neque dicas, quòd DD. qui explicant Textum *in leg. licet, & l. interdum, ff. qui pot. in pignor.* inter alias limitationes, quas tradunt, una est, ut non procedat in feudalibus, ut post Afflictum, Camerarium, & alios dicit Regens de Ponte *decis.*4. Limitant etiam Secundò, in mutuante sub usuris ad rei refectionem, quia solum præfertur, qui mutuatur gratis, ex *l. si ventri, §. in bonis, ff. de privilegiis creditorum*, Ripa *in l.*1. *num.*7. *ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur, & in dicta l. si ventri, §. in bonis, num.*9. ex Textu *in l. si hominem, §. finali, ff. depositi*, Bart. *in l. quod quis, ff. de privilegiis creditorum*, Cardin. Tusch. *dict. litt. H, vol.*4. *conclus.*131. *num.*31. Giurba *ad consuetudines Messanæ, capit.*9. *gloss.*2. *part.*1. *numer.*48. Rodriquez *de annuis redditibus, lib.*2. *quæst.*20. *numer.*13. & *seq.* & sic in terminis Bullæ de censibus, si res sit empta, refecta, vel acquisita cum pecunia data ad censum, tunc mutuans sub censu, non præfertur in ipsa re anterioribus creditoribus, cum non gratis mutuaverit, sed sub usuris, vel saltem non erit præferendus anterioribus creditoribus pro credito decursorum censuum, licèt secus quoad sortem, & per hoc dicit Paulus de Castro *in leg. ideo per illum Textum, ff. de compensationibus*, quòd privilegia concessa posterioribus Creditoribus, ut *in tit. de privilegiis creditorum*, intelligantur quoad sortem, non verò quoad pœnam sortis non solutæ, vel usuras, Ripa, Negusantius, & alii apud Regentem de Ponte *decis.*34. *num.*3. Paschalis *part.*2. *cap.*7. *numer.*3. Caroccius *de locato, part.*7. *concl.*49. *numer.*4.

9 Respondeo enim contrarium esse verius, præferri mutuantem etiam cum usuris, & non solum pro sorte, sed etiam pro interesse, & usuris, de qua re Antonin. de Amato *tom.*1. *resolut.*3. *à num.*73. *fol.*88. *versic. contrarium tamen*, & post Rodriquez ait Mastrillus ad Petrum de Gregorio *de censibus, quæst.*5. *num.*56. Paschalis *de patr. potest. p.*2. *cap.*7. *numer.*66. Amato *numer.*73. Verum tamen est, quòd creditor ex privilegio *l. licet, Cod. qui pot. in pign. hab.* non præfertur Domino directo creditori ex causa census, & proprietatis, super re emphyteutica: nam Dominus directus præfertur mutuanti ad refectionem *ex l. etiam, ff. qui pot. in pign. hab.* & notat Decianus *cons.*50. *lib.*1. & ita decisum refert Surd. *decis.*282. *num.*23. & 33. qui ait, quòd Dominus soli, præfertur etiam pro censu super fructibus Creditori, qui mutuavit semen territorii, seu massariæ, & ita dicunt Muta, Cavalcanus, Bellacomba, Peregrinus, Decianus, Gaspar, Thesaurus, & alii apud Amatum *d. resolut.*3. *num.* 71. licèt aliqui dicant mutuantem semen præferri Domino soli quando mutuavit cum speciali hypotheca, Thesaurus *lib.*2. *quæst. forens. quæst.*29. sed contra Thesaurum pro Domino soli dicunt de Ballis, Vivius, Paschalis, Mantica, Faber, & alii apud Amatum, ubi suprà, *num.*75. & Dominus soli non erit præferendus super melioramentis factis cum re aliena: erit ergo super solo præferendus, non super melioramentis Amatus *num.*77. argumento notatorum per Regentem de Ponte *decis.*4.

Probatur tertiò, quia mutuans pecuniam ad rem acquirendam, construendam, reficiendam, vel conservandam 10
cum speciali hypotheca præfertur omnibus, ex *dict. leg. licet*, Amat. *resolut.* 3. *lib.*1. Gratianus *cap.*25. & *capit.*730. *numer.*46. & *seq.* & *cap.*770. & *cap.*626. *numer.*17. & *cap.*670. Thorus *part.*3. *pag.*250. *part.*2. & *pag.*210. & *part.*3. *pag.* 259. & *in supplemento*, *pag.*121. idem Thorus *part.*1. *pag.* 408. & *voto* 13. Carlevalius *de judic. disput.*28. & 31. Salgadus *de concursu creditorum*, *pag.*90. *numer.*86. & *pag.*94. *numer.*93. & *part.*2. *capit.*4. *numer.*44. & *pag.*202. & *sequenti*, & *pag.*390. Statilius Pacificus de Salviano *inspect.*3. *capit.*2. *num.*504. Barbosa *in leg prima*, *part.*6. *numer.*3. *ff. sol. matrim.* Koppen *decis.*28. Merlin. *controv.*27. Giurba *observat.*93. *numer.*20.21. & 27. Paschalis *part.*2. *cap.*7. *num.*38. & 66. Staibanus *de interesse lib.*2. *tit.*11. *quæst. unica*, *num.*44. & *seq.* Merenda *lib.*2. *cap.*3. & *lib.*5. *cap.*43. & *lib.*3. *capit.*48. *numer.*18. & *sequent.* de Marinis *lib.*1. *capit.*260. *numer.*12. Guttierez *lib.*5. *quæst.*98. & 99. & quòd mutuans pro conservatione præferatur omnibus aliis creditoribus tradunt omnes DD. per Textum *in dicta leg. licet*, apud Statilium Pacificum *dict. inspect.*3. *capit.*4. *numer.*657. *cum pluribus sequentibus*, & 674. Barbosa *in leg. divortio, §. finali, numer.*123. *ff. solut. matrim.* Melius *allegat.*51. Giurba *observat.*94. *num.*12. Noguerol. *allegat.*16. *numer.*29. & *seq.* Scipio Rendina *in tit. de actionibus*, *num.*22. 23. & 29. Merlinus *lib.*1. *tit.*1. *quæst.*5. qui plures refert casus distinguendo, &c. & sunt jura aperta in mutuante ad refectionem, & emptionem fundi, domus, vel Navis, *in l. si ventri, §.*1. *ff. de privil. credit.* & *l. qui navem*, & *l. quod quis* 18. *ff. de privileg. credit. l. interdum, cum leg. sequenti, ff. qui pot. in pignore, leg. prima, cum seqq. ff. in quibus causis pignus*, vel hypotheca tacitè contrahatur, *§. his consequens, Authent. de æqualitate dotis*, quod etiam pro usuris competere dicunt Doctores citati, & hoc ex generalitate Textus *in leg. Lucius* 19. *ff. qui pot. in pignor. hab.* ubi creditor anterior pro sorte, est potior etiam pro usuris, & tertiis, & interesse, communis Doctorum opinio cum Negusantio *de pignor. part.*2. *membro* 50. *numer.*10. Osaschus *decis.*129. *numer.* 12. Cæsar Barzius *decis.*108. *num.*50. Paschalis *part.*2. *capit.*7. *num.*49. & 66. de Ponte *decis.*34. *numer.*45. Gaitus *cap.*4. *de credito*, *quæst.*10. *num.*176. Regens Capyc. Latro *decis.*16. *numer.*1. *tom.*1. Regens Merlinus *tom.*1. *cap.*26. Cencius *quæst.*98. *numer.*45. & 46. Consiliarius Theodorus *allegat.*7. *numer.*13. ubi subdit *num.*19. quòd assensus 11
præstitus pro sorte operatur non solum respectu illius, verum etiam respectu interesse, & tertiarum ex eadem sorte proficiscentium, prout etiam affirmat Theodorus *allegat.* 54. *num.*16. Camerarius *in cap. Imperialem*, *fol.*51. *colum.* 4. *tit.*50. Surdus *de alimentis*, *tit.*9. *quæst.*31. *numer.*38. ergo mutuans ad rem reficiendam, vel emendam, sicut cæteris creditoribus anterioribus præfertur pro sorte, ita pro tertiis, & interesse, in re empta, vel refecta, ad notata per Antonium Fabrum *in tit. Cod. qui pot. in pignor. hab. defin.* 8. Castill. *decis.*17. *num.*46. *lib.*1. & *decis.*204. *numer.*10. *lib.*3. Merlinus, & alii Thorus decisum referens in compendio in verbo creditor qui pecuniam *fol.*110. Dominus Merlinus *dicto capit.*26. *tom.*1. & sic refert decisum Dominus

Strai-

Staibanus *tom.1. resolut.81.* & *ibidem in observationibus*, ut præferatur mutuans etiam pro interesse, & usuris, & idem Staibanus *resolut.196. tom.2.* ubi decisum refert per S.C. *à numer.16. cum seqq.* per plura jura, qui probat non esse necesse specificè, & præcisè probari pecuniam versam esse in utilitatem debitoris, sed sufficere, si verisimiliter probetur, putà si post contractum mutui ex modico intervallo, vel in continenti probetur refectio, vel emptio, Staibanus *resol.196.per totam*, *& à n.41.* ait prædictum mutuantem non solum pro sorte, sed etiam pro usuris, vel pro interesse esse præferendum.

12 Dicunt verò Doctores cum Galluppo de concursu, & prælatione creditorum *part.4.cap.4.* Textum *in dict.l.Lucius ff.qui pot.in pignore*, procedere in mutuante sub usuris, & interesse, nisi sit interesse debitum ex mora sine ulla conventione, ex *l.mora,§.in bonæ fidei*, *ff.de usuris*. Secundò, dicunt hoc procedere in creditore potiore ex jure communi, non ex privilegio; quia tunc potior in Capitali, non erit potior in interesse, ut ait Regens Galeota *tom.1.controvers.21. n.12.* Galluppus ubi suprà, *n.7.* de Ponte *decis.34.* Sanfelicius *decis.112.* & alii apud eos.

13 Unde cùm quidam mutuasset summam pecuniarum quantitatem pro emendis materialibus, ad reparationem Vallis Comachii, ad finem capiendi pisces, & ad conservandam vallem prædictam, petiit præferri in valli, & piscibus ab ea perceptis, omnibus creditoribus, ad instar illius, qui pecuniam dedit ad conservandam rem debitoris, quia acquirit hypothecam super eadem re conservata, & super piscibus cum potioritate, & prælatione quorumcunque creditorum, etiam anteriorum, expressam generalem, aut specialem, vel tacitam hypothecam habentium, & ex dicto Textu *l. interdum cum concordantibus*, sic fuisse decisum refert Vincentius Bondenus *in colluctationibus*, *collect.2.* & adducit Surdum *de alimentis*, *tit.1. quæst.70. n.10.* Francum *decis.97. numer.2.* Mantic. *lib.11. de tacitis*, *tit.23. numer.1.* Gratianum, Medices, Gaitum, Rodriq. Carlevalium, Merlinum, Amatum, Zacchiam, Salgad. & alios.

14 Probatur quartò, quòd dispositio *leg. Lucius*, *ff. qui pot. in pignor. hab.* locum habeat etiam in mutuante ad rem emendam, vel reficiendam, & hoc etiamsi interusurium fuisset promissum diversis temporibus, unico tamen instrumento, ex eo quod licèt juris dispositione tot essent stipulationes, quot sunt interusuria, *l. pluribus*, *§. de hoc stipulatione*, *ff. de verb.* & per hoc quodlibet interusurium suam habeat stipulationem, & successivè quælibet promissa solutio temporis maturitate sit attendenda, Regens de Ponte *consil.67. num.11.* & Petrus de Gregorio *de censibus*, *quæst.6. numer.94.* & decisum refert Castillus *decis.17. numer.28.* tamen pro omnibus præfertur: ratio est, quia licèt sit distributa solutio in pluries annos, unica tamen est actio, & unica est hypotheca, licèt sit diversum in annuis legatis, Glossa *in leg. pluribus*, *§. hanc stipulationem*, *ff. de verbor.* Mastrill. *decis.119. numer.11.* & hoc locum habet non solùm in agendo, sed etiam in replicando, adversus creditores posteriores, *d. l.creditor*, *ff.qui pot.* Negusantius ubi suprà, ex quo competit retentio, & pignus, solutis priùs expensis, Negusantius ubi suprà, *num.8.* & hoc non tam si creditores habeant hypothecam tacitam, quàm expressam posteriorem: nam præferuntur habentes tacitam anteriorem, *l. hac edictali*, *§.his illud*, *C. de secundis nuptiis*, ubi Bald. etiamsi fiscus posterior concurrat *l.2. Cod. ne alteri gerenti*, Negusant. ubi suprà, *numer.14.* dicta tamen Regula limitatur in mutuante ad refectionem domus, Navis, vel alterius rei conservandæ gratia, ex quo mutuans totam rem salvam fecit, *d. l.interdum*, *cum sequenti*, *ff. qui pot. in pignore hab.* vel pro re emenda, data enim pecunia, pacto tamen expresso, quòd expendatur pro effectu prædicto, sequuta tamen dicta refectione, quo casu mutuans acquirit non solùm specialem hypothecam, sed etiam personalem actionem, & præfertur, post Azonem, & Glossam, ita dicit Glossa *in dict.leg.interdum*, Bartolus, Salycetus, & alii *in d.leg.interdum*, Negusant. ubi suprà, *num.15.* & hoc privilegium pro interesse etiam competit, seu tertiis, tum ex *dict.leg.Lucius*, tum ex *l.licet*, *& l. interdum*, *ff. qui pot.in pignor. hab.* Regens de Ponte *decis.34. numer.49.* & patet in

15 expendente bona fide pro re melioranda, qui præfertur non solùm in eo, quod expendit, sed etiam in fructibus, Afflictus *decis.87.num.6.* Franc. *decis.191. numer.11.& 705. numer.3.* Amatus *resolut.14. numer.74.* Garzia *de expensis*, *cap.25. num.54.* tum quia si solum in sorte daretur prælatio, sequeretur absurdum permittendo creditores, jactura aliena locupletari contra Textum *in l.secundùm naturam,ff. de regul.juris*, tum quia hac ratione concessa fuit prælatio favore publico, pro construenda navi, & pro alimentis nautis præstandis, Faber *in tit.Cod.qui pot. in pignor. hab.definit.10.* sic pro semine, & aliis ad publicam utilitatem necessariis, de quibus est Textus *in dict. l.Lucius,ff.qui pot. in pignor.hab.* latè Stracca *de mercatura*, *tit.de navigiis,part.5.* Cardin. Mantica *lib.11.de tacitis*, *tit.23.* at si mutuanti non concederetur prælatio, etiam quoad interesse, proculdubio nullus inveniretur tam liberalis, ut mutuetur ad rem reficiendam, quod dici non debet, tum quia mutuans potuit præjudicare creditoribus debitoris, *l.qui autem*, *ff. de his*, *quæ in fraudem creditorum*, etiam in quærendis ipso jure, Franc. *decis.101.* Anna *consil.76. & 113.* Gratianus *cap.271.* quod etiam procedit in hypotheca, quæ non ex sola voluntate debitoris procedit, sed contrahentis, qui aliter non contraheret, & posset cum eorundem creditorum damno bonorum deterioratio sequi, si non reficeretur, Negusant. *d.p.4.num.35.& 41.* Regens de Ponte *decis.34. num.43.*

Probatur quintò, quia data anterioritate sortis principalis, debetur cum eadem anterioritate interesse, ut accessorium, Gloss. *in d.l.1.* ex *dict. l.Lucius*, *qui pot. in pignor.* & est ratio, quia jus prælationis in usuris inducitur ex prælatione principalis, Bartolus, & Angelus *in dict.l.Lucius*, de Ponte *decis.34.* tum quia Textus *in dicta l. Lucius*, declarat anteriorem in sorte, etiam in usuris; ergo dum loquitur generaliter, sic erit intelligendus; ergo illud, quod dicitur pro principali, censetur etiam repetitum pro interesse, quod est accessorium, ad notata per Boerium *decis.108. num.50.* Quod sine difficultate procedit, quando mutuans per instrumentum mutuavit ad refectionem, quia tunc cæteris creditoribus præfertur, Regens de Ponte *dicta decis.34.* ubi latè hoc fundat, & in pluribus graduationibus practicatum refert Paschalis *part.2. cap.7. num.49. & 66.* Ricc. *collect.473.* & decisum refert Thorus *in verbo*, *Creditum*, & etiam decisum Panormit. refert Amatus *resolut.4. num.73.* Guttierez *lib.4. pract. quæst. quæst.100.* Gratianus *cap.616.* Muta *decis.66.num.4.* Paschalis ubi suprà, *num.40.* Fontanella *claus.6. gloss.3. part.7. numer.74.* & alii apud eum. 16

Sed est quæstio, an mutuans pro refectione tabernæ proferatur aliis creditoribus anterioribus. 17

Respondeo, quòd Bartolus *in dict. l. interdum distinguit*, quod aut domus locata fuit ad finem habitandi, aut ad finem conservandi res, in primo casu non præfertur creditoribus, in secundo verò præfertur omnibus, qui mutuavit ad conservandum, Bartolum sequitur Negusantius *part.2. membro 4.num.141.* Carroccius *part.5. de locato,quæst.11. in tit.de invectis*, Gratianus *cap.68.num.4.& cap.713.lib.4.num.2.& 3.* Joseph Ludovicus *decis.Perusina 84.part.2.* & quia in taberna exercentur mercantiæ, quæ cum dicatur corpus universale, una res succedit & loco alterius, Bart. *in l. cum Pater*, *§.mensa*, *ff.de leg.2. & in l.2. §.1.ff. de tributaria act.* Baldus *in l.ubi adhuc*, *C.de jure dotium*, *num.38.* Negusantius *part.2.membro 20. num.21.* ergo licèt in taberna conservetur vinum, tamen cum loco illius aliud subrogetur, eadem taberna videtur, &c. & in consequentiam obligatio generalis in mercibus ibi subrogatis, durare dicitur *l.Gracè*, *ff.de pignor.* bonus Textus *in l.cum tabernam*, *ff. eodem tit.* etsi res non extaret, ad pretium vini recurritur, cum simus in corpore universali, ubi pretium succedit loco rei, *l.si rem*, *& pretium,ff.de petit. hæredit.*

Sed dubium incidit, an mutuans ad refectionem tabernæ, pro vino vendendo, ibi præcedat contra fiscum anteriorem creditorem arrendamenti. 18

Respondeo præferri mutuantem fisco, tum quia licet pro fisco dici possit, quod privilegium *l. interdum*, non operetur contra mulierem anteriorem pro dote, *§. his consequens*, *Auth. de æqualitate dotis*; ergo neque debet operari contra fiscum creditorem anteriorem ex identitate rationis, cum fiscus, & mulier pari passu ambulent, ex Glossa *in l.2.de privilegiis fisci*, *& l.assidui*, ubi Glossa, *Cod.qui pot. in pignor. hab.* tamen hodie non agitur amplius cum fisco, sed tantum cum consignatariis, quibus fuerunt data in solutum, & pro soluto arrendamento, & licèt concurrat fiscus in dicto arrendamento, nihilominus concurrit ibi uti assignatarius, ut ex persona privata absque privilegio,

adeo quod pro sua portione veniat in contributum cum cæteris assignatariis, ut fieret creditor in actione personali, idque ex pragmat. Comitis de Ognatte condita per viam legis universalis in Regno; tum quia dato, & non concesso, quod cum fisco ageretur adhuc dicendum videtur dotis privilegium ad fiscum extendi non debere, quoniam privilegia personalia sunt, & in eis non fit extensio de causa ad causam, nec de persona ad personam, etiam ex identitate rationis, *c.cum privilegia*, *de reg. juris*, *in 6.* communiter Doctores *in l.1.ff. de constit.* Principum, Pere-
19 grinus *de jure fisci*, *lib.6. tit.1. num.3.* quia jure cautum non reperitur tale privilegium competere fisco; fiscus enim in casibus non expressis, utitur jure privati, ad Textum *in l. idemque*, *ff. de compensat.l.vitiosæ*, *ff.de pignoribus*, *l.de contractu*, *Cod.de rescind.vendit.* & ibi Glossa *in verbo*, *Fiscum*, *l.idem veniunt*, *§.in privatorum*, ubi Glossa *ff. de petit. hæredit.* & in terminis Peregrinus *lib.6. de jure fisci*, *tit.1. num.1.* Bossius *de fisco*, *& de privilegiis ejus*, *numer.76.* Menochius *consil.140.num.8.& 9.* & in dubio contra fiscum respondendum esse, ait J.C. *in l.non puto*, *ff. de jure fisci*,
20 Covarruv. *lib.1. variarum capit.16.* tum quia mulier est magis privilegiata, quàm fiscus, Doctores *in l.1.ff.solut. matrim.* Negusant. *de pignor. part.2. membro 4. num.109.* & præfertur omnibus creditoribus habentibus hypothecam tacitam anteriorem, quibus non præfertur fiscus. Glossa *in d.l.assiduis*, *C.qui pot.in pignor. hab.* Negusantius ubi suprà, hinc Peregrinus *dict. lib.6. tit.20. numer.6.* dicit, quòd quamvis fiscus, & dos in pluribus casibus pari passu ambulent, tamen magis privilegiata est causa dotis, quàm causa fisci; ergo, &c.

21 Unde infertur, quòd creditor vigore *d. l.interdum*, mutuans ad refectionem habet tria privilegia. Primò, quòd præferatur inter personales actiones. Secundò, habet tacitam hypothecam. Tertiò, præfertur creditoribus anterioribus habentibus expressam: fiscus autem duo habet, minimum privilegium inter personales actiones, per Textum *in l.quod quis*, *ff.de privilegiis creditorum*, & tacitam hypothecam cum omnibus illis, cum quibus contrahit, *l.2. Cod. in quibus causis pignus*, vel hypotheca tacitè contrahatur, & ideò majus videtur privilegium textus *in d. l. interdum*, quàm privilegium fisci, ob triplex funiculum, argumento textus *in c.1.de tregua*, *& pace*, *Authent.itaque*, *C. comm. de successionibus*.

22 Neque dicas non dari prælationem mutuanti pro reficienda taberna, quia in rebus venalibus non contrahitur hypotheca.

Respondeo enim, quòd veritas est, tabernam principaliter locari ad conservandum vini arrendamentum, quia ibi reponitur vinum tantum, ut ibi vendatur ad minutim, & solvatur tertiatim ad conservationem arrendamenti, & quo crebrior est, eo magis tertiaria valet, & ad commodum, & beneficium assignatariorum illud jus percipitur, & licèt in rebus venalibus non detur hypotheca, tamen id fallit multipliciter. Primò, in prædiis Urbanis, ubi venalia tacitè obligantur pro pensione domus, Gomezius in *§. item serviant*, *institut.de action. num.22.* Zasius *in l.cum tabernam*, *ff. de pignor.* quos refert, & sequitur Carroccius *de locato*, *& conducto*, *part.5.de invectis*, *quæst.15.numer.16.*
23 Secundò, limitatur in conductore, qui invehit in domum merces ad negotiandum, est Textus notabilis *in d. leg. cum tabernam*, *ff.de pignoribus*, & in propriis nostris terminis observat Menochius *de adipiscend. possessione remedio 3. num. 123.& 128.* & specialiter in taberna *num.131.* Tertiò, limitatur in obligatione generali, Alexand. *in l.si constante*,
24 *num.28. ff.solut. matrim.* & est communis opinio, ut bene advertit Negusantius *part.2. membro 2. numer.17.* & indistinctè est obligatio pro pensione domus, & ideò comprehendit omnem casum, ut bene argumentatur Carrocius *de locato*, *part.4.quæst.8.num.4.* Limitatur ultimò, quando in domo alia bona non extant, nisi venalia, ad Textum *in l.si fundus locatus*, *ff.de fundo instructo*, Bartolus *in l. pediculis*, *§.item cum quæreretur*, *ff.de auro*, *& argento legato*, Bartolus *in l.libertum*, *in fine*, *C.de operis libertorum*, Alexand. *in l.si constante*, *num.28.ff.solut.matrim.* Menochius *d. remedio 3.num.140.* & tradunt Doctores exemplum in scholare, ut si alia bona non habeat; tunc libri remanerent tacitè hypothecati pro pensione domus, Carrocius *part.4. de locato*, *q.6. num.18.*

25 Notandum etiam est, quod domus pro vino conservando, & minutim vendendo, sunt descriptæ, & notatæ in Codice arrendamenti, vulgò dictum Cartone, ut deserviant arrendamento, & ad ejus conservationem stent perpetuæ locationi, etiam invitis Dominis, per quam descriptionem factam in Codice arrendamenti plura in praxi colliguntur. Primò, quòd censetur contracta perpetua locatio domus, ad beneficium fisci, & assignatariorum, noviter dominorum dicti arrendamenti: nam in judiciis quasi contrahitur, *l.3. §.idem scribit*, *ff. de peculio*, & proinde *dempto prælationis articulo*, ad eorum onus stat solutio pensionis. Secundò, colligitur, quod à tempore dictæ descriptionis obligatio ad beneficium locatoris orta est, etiam pro annis sequentibus, durante tamen arrendamento, & per consequens ab illo tempore in antea, considerari debet, anterioritas tacitæ hypothecæ; quoniam tunc cessit obligationis dies, & hoc casu non potest dubitari, quin locator sit prior in tempore fisco, & assignatariis in ejus loco succedentibus. Tertiò, colligitur, quòd locatori non prohibetur pro debita pensione domus, exercere ejus actiones, tam contra assignatarios arrendamenti primo conductores, quàm contra Quarterii Affictatores, uti conductores sui conductoris, ad Text. *in l.solutum*, *§.solutum*, *ff.de pign.act.*

Secundò notandum est, quòd duo genera dantur magazeniorum, unum vocatur vulgò *lo riceveturo*, & in hoc conservantur vegetes vini, alterum quod vocatur *taberna*, ad conservandum jus tertiariæ, & per consequens ipsum arrendamentum, & in hoc, quia concurrit major fisci, & assignatariorum utilitas, ideò ejus locatores majori privilegio potiri debent, & hac de causa Regia Camera semper judicavit præferri locatores fisci credito. Tertiò notandum est, quòd taberna locatur ad conservandum arrendamentum vini, & durat obligatio in mercibus ibi subrogatis, immò illis consumptis, ad pretium recurritur, quia sumus in universalibus. Quartò, notandum est, quòd tacita hypotheca contrahitur etiam super mercibus venalibus, & signanter in taberna, & propter domorum descriptionem in Codice arrendamenti est contracta perpetua locatio cum ipsis assignatariis, & quòd ab illo tempore tacita incipit hypotheca ad beneficium locatoris, etiam pro annis sequentibus, immò ejus actionem exercere possunt, tam contra assignatarios arrendamenti, quàm contra ejus affictatores, & notandum etiam est, quòd in taberna consideratur majus privilegium, quàm in magazeno nuncupato *lo riceveturo*, sic est praxis Neapoli. 26 27 28

Conclusio ergo generalis supra tradita, quòd prælatio pro sorte in creditore mutuante ad refectionem inducitur, etiam pro usuris, sive tertiis, seu interesse. 29

Ampliatur primò, ut procedat non solùm respectu creditoris anterioris habentis tacitam generalem hypothecam, sed etiam locum habeat respectu creditoris anterioris habentis specialem hypothecam, & expressam, Gloss. *in dict.l.interdum*, ubi cæteri repetentes, Negusantius *in 2. membro*, *de pignor.part.5.num.15.* Cardin.Tusch. *litt. H*, *conclus.131. num.30.* Cevallos *quæst.744.* Mantica *lib.11.de tacitis*, *tit.23.n.19.*

De mutuante verò ad refectionem, an præferatur eidem, hypotheca dotis anterior tacita, vel expressa est, prima opinio ait, quòd non præferatur, & decisum refert Antonius de Amato ubi suprà, *n.23.* post Negusantium hujus opinionis authorem. Secunda opinio dicit, præferri dotem mutuanti, ad refectionem, per Textum *in §. his consequens*, *Authent.de æqualitate dotis*, Salycetus, Bartolus, & Fulgosius *in d. l. interdum*, & etiam mulier esset posterior, Afflictus *decis.306.* Cancer. *variar.tom.1.in tit.de dote*, & donatione propter nuptias *resol.9.n.4.* quam tenet Amatus *resolut.3.n.27.* 30

Distinguunt alii tres casus, primus est, quando mutuans ad refectionem rei, est posterior dote, & tunc præfertur dos, ex Textus *in d.§.his consequens*, *Auth.de æqualitate dotis*. 31

Secundus casus est, quod mutuatur quis ad rem emendam, cum pacto, ut res sit eidem specialiter hypothecata, & tunc dico, quòd creditor taliter mutuans præferatur omnibus etiam doti anteriori, quia ex illo onere nullum affertur doti præjudicium, nec aliis anterioribus creditoribus in illa re empta ex aliena pecunia, cum tali pacto, ut bene Gratian. *c.616.n.4.5.& 6.& 670.n.7.* Amatus *d.n.27. vers. Ego autem*. 32

Tertius casus est, in eo, qui mutuavit ad refectionem 33
poste-

posteriori loco ad dotem;& tunc dico, quod hæc hypotheca dote posterior, eidem non præfertur, quia non fuit ad instantiam Domini ejusdem rei constituta, sed mutuantis nullum jus habentis, qui vult privilegiari in re, quæ ante mutuum erat debitoris, & doti hypothecata, & ideò dos anterior præfertur, quam differentiam de casu ad casum ponderavit Fontanella *de pactis dotalibus*, *clauf.7. gloss.2. part.9. num.19.*& expressiùs Rodriquez *lib.2. de annuis redditibus*, *q.20.num.13.* eamque perpendit Amator Rodriquez *artic.7. numer. 17. in fine*, Antoninus de Amato *resolut. 3. num.27.* Acosta *de privilegiis creditorum regula 2.ampliat.3. n.10. cum seqq.*

34 An verò tale privilegium favore dotis, ut prælatio competat pro dotibus concedatur etiam cessionario mulieris, aliqui dicunt, quod si facta sit cessio titulo lucrativo, non gaudet cessionarius dotis, at secus si sub causa onerosa facta sit, quia tunc omnibus gaudet privilegiis. Alii aliter distinguunt, quòd si sumus in cessionario, vel extraneo hærede hic gaudebit, secus si sit hæres ex testamento, de qua re Jason *in §.fuerat,num.94.de actionibus*, ubi Gomez *nu.36.* Negusantius *part.2.de pignoribus memb.4.n.94.& 95.* Baldus Novellus *de dote, p.10. n.26.* Rodriquez *de concursu creditorum,p.1. art.1. n.14.*

35 Ampliatur secundò, ut non solum pro tertiis competat Prælatio creditori, verum etiam pro interesse tertiarum, Regens de Ponte *decis.34. num.44. & 45.* & sic decisum refert Thorus *tom.3. in verbo creditores anteriores, fol.161. col.2. in fine*, & talis Prælatio extenditur etiam ad interesse maturatum, post rescissionem contractus, Thorus *loco citato*, Consiliarius Theodorus *allegat.54. in fine, versic. si verò*. Quod procedit quando interesse fuit à principio taxatum, prævia partium conventione, &c. secus autem si judicis officio fuisset liquidatum, propter debitoris moram, ut post alios dicit Camillus de Medicis *consil.112. num.8.* Mastrillus *decis.26. part.1.* sed hoc limita, quando in instrumento mutui fuisset apposita illa clausula solita apponi, *(pro quibus omnibus observandis, &c.)* ut benè Regens de Marinis *capit. 76.* Marta *de clausulis, lib.1. claus.108. num.3.* & alias limitationes à Carlevalio collectas, à Reverterio, Capycio Latro, & aliis, cum quibus concordat Præsidis Ascanii Reatini allegatio, videas apud Rodoerium ad Regentem de Marinis *cap.72.*

36 Ex quibus infertur primò, locatorem in invectis, & illatis, præferri omnibus aliis anterioribus creditoribus pro sua pensione, quia domus locata conservat invecta, & illata, & est causa, ut pignus salvum fiat, *dict. leg. Interdum cum ll.sequentibus, ff. qui pot. in pignor. hab.* Jason *in §. item Serviana, instit. de act.* Carrocc. *de invectis, & illatis, quæst.21.* Paschalis *part.4. capit.6. numer.68.* Trentacinquius *lib.3. de locat. resolut.5. numer.3.* Gratian. *capit.733.* quod intelligunt, quando locat merces conservandas, ut est in horreo locato, secus si locet ad habitandum, veluti in domo, & non pro rerum, vel mercium conservatione, Perusinus *decis.84.* Riccius *collect.37. & 473.* Carrocius ubi suprà, *n.41.* Paschalis, & Trentacinqu. *locis citatis.*

37 Infertur secundò, Dominum domus præferri super bonis invectis, & illatis creditori, pro expensis funerum, Medici, & medicamentorum, secundùm unam opinionem, sed secundùm aliam magis communem, non præfertur Dominus domus, quia pro expensis infirmitatis datur hypotheca tacita cum prælatione, &c. Carrocius *dicta quæst.21. & quæst.24.* Surdus *decis.112.& 125.* Mastrillus *decis.10.* Vivius *decis.307.n.6.* Castillus *decis.103.lib.1.* Francus *decis.51.* Cancer.*lib.3.c.20.de inventario, n.168.* Trentacinq.*lib.2. in tit.de act.resol.3.numer.18.& 19.* Capyc.Latr.*decis.51.per totam.*

38 Infertur tertiò, Dominum domus præferri doti mulieris pro pensione domus, licèt alii teneant oppositum, de qua re videndi sunt Carrocius *p.5.in tit.de cessione, q.25. num.7.& 8.* Gratianus *cap.333.& cap.107.n.9.& 257.* Mantica *lib.11. de de tacitis, tit.23.* Fontanella *claus.4.glossa 9.par.5. n.176.* Ursillus ad Afflictum *decis.184.* Gama *decis.366.& 186.* Thesaurus *decis.223.n.15.* Baeza *de inope debitore, capit.1. num. 53.& 54.*

39 Infertur quartò, rem invectam in Navem, vel vehiculum pro mercede, obligari Domino Navis cum Prælatione ad omnes alios creditores anteriores, Mantica *dict. lib.11. tit.23.numer.4.& sequenti, ex dict.l.Interdum,& leg.sequenti, ff.qui pot. in pign. hab.* quod idem dicunt in mercede Advocatorum, & Procuratorum, qui rem à litibus liberarunt, & in omni materia necessariæ conservationis, ut in conservatione, & recuperatione bonorum fideicommisso subjectorum, in Majoratus possessore, in Patre legitimo administratore bonorum filii in usufructuario, Marito, Vassallo, socio, & similibus, qui rem ipsam faciunt defensam, qui obligant successorem à quo repeti possunt expensæ, etiam si eorum aliquis in causa succubuerit, si tamen temerè non litigaverit, & si fructus rei non sufficerent, pro expensis subministrandis Crassus *in §. Inventarium, q.19.* post alios Amatus *c.3.var.n.11.& 12.*

Infertur quinto, animalia, quæ pastum sumpserunt in feno alicujus esse obligata Domino fundi pro pascuis, cum Prælatione ad omnes creditores, etiam habentibus expressam hypothecam dummodò pascua sit locata ad finem pascendi animalia, Surdus *tit.8. privil.62.numer.12.& 13. & 19.* & sic pluries decisum refert Gratianus *cap. 15. num.22.* Paschalis *part.2. cap.6. numer.68.* dummodo ibi animalia reperiatur, ubi pascua sumpserunt, secus si discesserint de loco, ut bene Giurba *decis.40.* alii hoc non requirunt, latè Regens de Marinis *tom.1. cap.260.* ubi additio, hoc ipsum dico in mutuante pro custodia animalium, vel expendente, Carrocius, Rebuffus, & alii apud Amatum *resolut.3. n.15.* sic mutuans ad alimenta patrisfamilias, seu marito ad vestes, vel cibaria, regulariter obligatur in subsidium filii, vel uxor ad eorum æstimationem, Colerus *de alimentis, lib.3. cap.9. num.6.* Surdus *tit.8. de alimentis, privil.48.* Gratianus *cap.106. & cap.733. num.7.* Fontanella *clauf.4. gloss.9. part.5. à num.171. usque ad 180.* Gama *decis.186. & 303.* Amatus ubi suprà, *numer.16.* sic mutuans gratia fructuum colligendorum, & pro expensis necessariis, sine quibus fructus consequi non possent; præfertur in eis omnibus aliis *dict. leg. interdum, ff. qui pot. in pign. hab. leg. divortio, §. impendia, ff. solut.matrim.* Carrocius *de expensis, numer.31.* Garzia *de expensis, cap. 1. num.11. & 16.* Amatus *resolut.3. numer.17.* idem in mutuante semen Colono ad seminandum, qui super fructibus ex eo perventis præfertur omnibus anterioribus creditoribus, Gaspar. Thesaurus *lib.2.quæst. forens. quæst.29.* Riccius *collect.1066.* Paschalis *part.4.cap.6.num.65.* ergo Textus *in dict.l.interdum*, procedit indistinctè in quocumque expendente pro quavis causa in rei conservationem, nulla admissa differentia, Decianus *consil.109.num.23. & 28. lib.2.* Rogerius *consil.54.num.22.* verùm mutuans semen ad seminandum non est præferendus Domino soli, sed è contra, ut consuluit Decianus *consil.50. lib.3.* Antonius de Ballis *lib.5. variar.super pragmat.unica, tit.21.num.8.& 9.* Gaitus *capit.4. de credito, num.2008.* Acosta *de privilegiis creditorum, regula 1.conclus.12. num.15.* quicquid alii dixerint, de quibus Vincentius Bonnerus *in suis colluctationibus legalibus collect.20. n.32.& 34.* 40

Infertur sextò, dotem præferri Domino fundi in fructibus rei locatæ, ita Felicianus *de censibus, lib.3. consil.50. num.14.* Thesaurus *lib.2. quæst.29.* Paschal. *part.4. capit.6. num.64.* cum fructus rei locatæ, de jure tacitè sint hypothecati locatori pro pensione, *in l.prædiis, ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè contrahatur*, Carrocius *de locato, quæst.3. num.8.* Gratianus *cap.25.* Intrigliolus *singulari 349.* Riccius *collect.473.& 1066.* Surdus *decis.97.* quæ hypotheca in fructibus prædii locati pro pensione, datur cum prælatione ad cæteros creditores anteriores, Peregrinus *consil. 80.lib.3.* Decianus *dict.consil.50.lib.3.* Gratianus, & Thesaurus ubi suprà, qui admittunt distinctionem illam inter fructus naturales, & industriales, Sesse *decis.87. lib.1.* Riccius ubi suprà, Surdus, & Paschalis *locis cit.* 41

Infertur septimò, mutuantem ad rem emendam, acquirere hypothecam generalem super omnibus aliis bonis ejusdem emptoris, ut eis præferatur: quia res empta ex pecunia mutuata, videtur quoque comprehensa in dicta obligatione generali, pro pretii satisfactione; alii dicunt non sufficere talem hypothecam generalem, sed requiri, ut res empta sit specialiter hypothecata, ad hoc, ut præferatur cæteris creditoribus, ita Glossa *in d. l.licet, Cod.qui pot.in pign. hab.* Afflict. *decis.108. num.4. 5. & 8.* ubi Ursillus *n.9.* Francus *decis..... num.9.* Amendola ad Francum *decis.97.* Grivella *decis.56.* Seraphinus *decis.461.* Castillus *lib.3.c.8.à n.15.usque ad n.27.* Amatus *d.resolut.3. à n.35. cum seqq.* 42

Infertur octavò, probari mutuantem ad refectionem, 43 inter-

interdum conjecturis, an res sit empta, vel refecta ex pecunia mutuantis, de qua re Amatus *resolut.*3. *à numer.*57. 58. *& seqq.* sic in pecunia expensa pro refectione Navis, ad quem finem fuit mutuata, latè Sanfelicius *decis.*112. qui *num.*8. ait Regentem de Ponte ad partes examinasse quæstionem, *l. licet*, *& l. interdum*, etiam pro usuris habere locum, sed S. Concilium reservavit sibi provisionem, & meliorem deliberationem.

44 Infertur nonò, Privilegium *l. interdum competere*, quando domus refecta extat, quia si diruta sit hoc privilegium creditori non competit ex *l.*1. *cum l. sequenti*, *ff. qui pot. in pign. hab.* & post alios Rodriquez *de concursu creditorum*, *part.*1. *art.*7. *num.*20. ubi additio Beuther *de jure prælationis*, *part.*1. *cap.*20. ubi opposita diluit, & licèt obstet authoritas Dionysii Gottofredi *in d. l. interdum*, *ff qui pot. in pign. hab. in verbo*, *Impensæ*, tamen nullam de eo esse habendam rationem, ait Rodriquez ubi suprà.

45 Infertur decimò, non bene dixisse Regentem Galeotam *tom.*1. *controv.*21. *per totam*, ubi ait non præferri creditorem mutuantem, respectu tertiarum, ex *leg. idemque* 7. *vers. Quare*, *ff. qui pot. in pign. hab.* in sui ratione, scilicet *in leg. Privilegia*, *ff. de privilegiis creditorum*, & regula quòd prior in tempore sit potior in jure, *capit. qui prior*, *de reg. jur. in* 6. non fundatur in aliquo privilegio, sed in rigore juris in vim solius conventionis, quam quis ex propria diligentia pignus acquirendo quæsivit, & sic regula *leg. Lucius*, fundatur in creditore anteriore ex tempore, ut sit anterior etiam in usuris, & interesse, ut summat Bartolus *in dict. leg. Lucius* 19. *ff. qui pot. in pignor. hab.* Mastrillus *decis.*119. *num.*11. *part.*2. non autem in creditore potiore ex causa, quia id, quod interesse, sequitur naturam sortis principalis, non procedit, quando est diversa ratio inter unum, & aliud, quia cum causa privilegii, quæ est in sorte, non militet in usuris, ideò creditor pro sorte, non militet in usuris, ideò creditor pro sorte, non erit potior pro usuris, *in dict. leg. Lucius*, declarant DD. apud Regentem Galeotam *tom.* 1. *controv.* 21. *numer.*18. *&* 19. & Consiliarius Roccus *resp.*49. *numer.*9. ait, quod tertiæ oriuntur ex isto secundo contractu, & dictus creditor remanet anterior cum priori hypotheca pro capitali tantum, & pro tertiis, vigore secundi instrumenti, ut post Theodorum, Camill. de Medices, & de Marinis dicit Roccus *d. numer.*9. *per totum*.

46 Dixi non bene dixisse Regentem Galeotam cum aliis supra citatis, quia creditor anterior pro sorte, præfertur pro usuris *dict. l. Lucius*, *ff. qui pot. in pign. hab. l. Insulam*, *eodem tit.* & hoc tam in hypotheca expressa, quàm in tacita, tam in pura, quàm in conditionali, Mantica *lib.*11. *tit.*22. Misinger. *centur.*1. *observ.*50. Neguſ. 2. *part. de pign. p.* 5. *num.* 2. & multo magis adjecta clausula illa pro quibus omnibus observandis obligavit bona, &c. quæ comprehendit interesse, ut dicatur promissum, ut fundat Regens de Ponte *consil.*64. *num.*12. D. Roccus *tom.*2. *resp.*2. *per tot.* & diximus suprà, cum communi *numer.*3.

47 Tandem pro coronide duo sunt notanda, primum notandum est, quod ad hoc, ut reficiens domum præferatur creditori anteriori, requiritur primò, ut pecunia expressè, ac nominatim sit mutuata in refectionem, secundum quòd mutuata in refectionem deserviens ad illam scilicet, quòd actualiter sit illa pecunia refecta, *dict. leg. interdum*, *leg. Procuratori*, §. *si duos*, *vers. Planè*, *ff. de tributoria actione*, Misingerius *centur.*1. *observat.*60. Carrocius *de locato*, *part.*7. *concl.*49. Quartò, quòd præferatur mutuans pro rata, pro qua facta restauratio. Quintò, quòd pro sorte principali præferatur non pro pœna. Ultimò, quòd creditor sit Christianus, ut notat Negusant. *p.*5. *membro* 2. *num.*15.

48 Secundò notandum est, quòd fuisse rem melioratam ex dicta pecunia mutuata pluribus probari potest conjecturis. Primò, quando parum post receptam pecuniam fuit facta refectio ex Bartolus *in leg. Aristo*, *numer.*50. *ff. quæ res pignor. obligari possint*, Afflictus *decis.*13. *numer.*20. & ex Surdo, Cumano, Menochio, Capycio, & aliis dicit Amatus *resolut.*3. *numer.*59. Secunda est conjectura ex temporis brevitate. Tertiò, instrumento, confessione, & partitis Banci, maximè quando aliud in contrarium non adducitur, ita Francus *decis.*97. ubi sic decisum refert, & sufficere post mutuatam pecuniam fuisse fabricatam: nam dictum argumentum à posteriori, hoc est ab effectu ex pecunia prædicta refectio facta præsumitur: nam ædificia non reficiuntur vento, quam conjecturam post Baldum *cons.*353. *num.*3. *lib.*3. dicit Cardin. Mantica *lib.* 8. *de tacitis*, *tit.*15. *numer.*50.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CCVIII.

SUMMARIUM.

38 *Lai-*

38 *Laici possunt indicere Festa.*
39 *Laicalis, vel Divina potestas non potest abrogare dies Festos.*
40 *Festorum observantia incipit ab usu rationis.*
41 *Festorum observantia incipit ab usu rationis, etiam ante septennium.*
42 *Festa an teneantur servare, qui uti peregrini sunt in aliquo loco.*
43 *Vagus, an teneatur ad Festa servanda.*
44 *Recessus ab uno loco ad alium, ubi non est dies Festus, an valeat.*
45 *Fraus præcepti differt à fuga præcepti, & quando tales dicantur.*
46 *Fidelis exiens manè de loco, ubi est Festum, an teneatur observare præceptum.*
47 *Peregrini qualiter teneantur observare præcepta locorum suorum.*
48 *Scholares, & Lectores exteri, an teneantur servare leges locorum, ubi docent, vel discunt.*
49 *Peregrini duobus modis possunt ad locum venire, & quæ sit differentia.*
50 *Milites existentes in aliquo præsidio, an teneantur servare leges Episcoporum.*
51 *Religiosi non tenentur ad jejunia indicta ab Episcopo.*
52 *Episcopus, an teneatur servare Festa, & jejunia à se imposita.*
53 *Vis directiva, an obliget ad peccatum mortale, & quando.*
54 *Vagi, an teneantor ad præcepta, & jejunia localia.*

ARGUMENTUM.

De die Festivo in genere, & ad quem Magistratum pertineat Festum diem Populo indicere, & qui teneantur dies Festos observare.

DE OBSERVATIONE Festorum.

1 CUm Eminentissimus D. Cardinalis Filamarinus Archiepiscopus Neapolitanus observantiam Festorum in tam ampla, Populique plenissima Civitate, ita moderetur, ut nec pietati, nec hominum necessitati quidpiam desit, ut testatur testis omni exceptione dignissimus de visu, quia hic fuit Sanctæ Fidei Inquisitor scilicet Dominus Illustrissimus Ricciulus *lib.1. var. lucubr. cap.27. num.24.* & ter Episcopus scilicet Bellicastrensis, Casertanus, & Archiepiscopus Cosentinus meus singularis Dominus, & Præceptor, malè igitur ab aliquibus, pluribus abhinc annis indicatur de Curia Archiepiscopali Neapolitana, ejusque Ministris, & etiam de Eminentissimo Cardinali Filamarino, circa Festorum observationem Neapoli; dicunt enim quod exigunt à Pothecariis, & aliis Magistris Artium, nedum pro rebus non tam necessariis, quàm pro rebus ad victum necessariis granos quinque, vel duos, tornesios tres, &c. prout poterunt se concordari Vigiles, & Cursores, ac exequutores Festorum. Alii dicunt hoc numquam fuisse solitum, sed à tempore Eminentissimi Filamarini introductum; alii dicunt hoc esse vendere dies Festos; alii hoc non posse fieri, nec practicari cum illis, qui vendunt comestibilia, alii asserunt hoc esse contra Bullam Sanctissimi Urbani VIII. ubi licentias pro diebus Festis gratis esse concedendas determinat, & quia nonnulli DD. me rogarunt; ut viderem, & scriberem quid juris; ideò primo loco ponam quid significet observantia Festorum, à quo dies Festus possit institui Populo, & qui teneantur servare dies Festos. Secundò, proponam agere de operibus prohibitis, & licitis in diebus Festis. Tertiò, de causis excusantibus ab observatione Festorum. Quartò, à quonam sit habenda licentia, & dispensatio etiam in casibus licitis, in die Festo. Quintò, utrum pro tali licentia possit eleemosynaliter aliquid accipi, præsertim posita consuetudine, & majori incommodo Populi, si aliter servaretur. Sextò adducam Constitutiones Synodales multorum Episcoporum, quibus ita disponitur.

2 S. Thom. 1. 2. *quæst.122. art.4.* & cum eo Thomistæ omnes agunt de hac materia, Summistæ *in verbo, Festorum violatio, & in verbo dies Festi*, Catechismus Romanus *de tertio præcepto Decalogi*, Suarez *tom.1. de Religione, lib. capit.1.* Azor. *tom.2. moralium, capit.1.* Fagundez *de præceptis Ecclesiæ, lib.1. & de tertio præcepto Decalogi*, Ægidius Trullenchius *de tertio præcepto Decalogi, lib.3.* Castrus Palaus *tom. 2. operum moralium, tract.9.* Sanchez *lib.5. Consiliorum moralium, capit.20.* Bonacina *de tertio præcepto Decalogi*, Sylvester, & alii, *in verbo Festum*, Basseus *in eodem verbo*, Leander *de primo Eccles. præcepto, tract.1. tom.3.* Canonistæ *in Rubric. & toto tit. de feriis*, Civilistæ *in eadem Robrica, ff. & C. de feriis*, DD. Pragmatici *in Pragmaticis de feriis*, ut Rovitus, Novarius, & alii, & citati à Ricciullo *lib.6. variar. lucubrat. in tit. de feriis, &c.*

Prima Conclusio, diem Festum servare veteri testamen- 3
to præceptum fuit Hebræis à Moyse scilicet à Deo per Moysem *Exodi 20. Deuteronomii 50. Levitici 16. 19. & 23.* ubi Deus præcepit Hebræo Populo Sabbatum colendum per hæc verba: *Memento ut diem Sabbati sanctifices*, Sabbatum Domini Dei tui est, ut dicunt omnes Doctores cum Sancto Thoma 1. 2. *quæst.122. artic.4.* & alii Doctores suprà citati, quibus verbis præcipiebatur Cultus Dei in die Sabbati sub signo beneficii creationis mundi, ex quo quievit Deus in tali die, & fuit præceptum non solùm cæremoniale, sed etiam morale, seu naturale; unde abroga- 4
to, & extincto quoad cæremonias manet immutabile secundùm hoc quod habet ex jure naturali Sanctus Thomas *artic.4.* quatenus sub præcepto morali, homo tenetur ad vacandum divinis, & hoc sensu est morale, quatenus verò determinatur cultus pro tali die est cæremoniale præce- 5
ptum, Suarez, Bonacina, Fagundez, Trullenchius, & alii post S. Thom. ubi suprà, & ante omnes sunt Canones Apostolorum 2. 51. 53. 64. & Concilium Aurelianense *cap.25. & 26.* Aurelianense 3. *cap.27. & 28.* Concilium Toletanum 4. *cap.18. & 13.* Concilium Aurelianense 5. *cap.20.* Elibertanum *cap.43. 21.* Gerundense *cap.2.* Turonense 2. *cap.18. & 23.* Narbonense 4. *cap.151.* Toletanum 10. *cap.1.* Trullanum *cap.52. 81. & 56.* Maguntinum *capit.36. & 37.* Ticinense *cap.17.* Laodicense *cap.11.* & alia loca gravissima reportat Synodus Brundusina *cap.28. fol.122.* sub D. Joannes à S. Stephano, & Falages. Quod sanè præ- 6
ceptum de observandis diebus festis antiquitus datum, partim morale est, & rationi naturali conveniens, quatenus aliquod tempus Divino Cultui tribuendum præcipit, partim etiam est cæremoniale, quatenus tempus certum ab omni alio opere, alienum in eumdem impendendum cultum determinat, fuisse certum est D. Thomas 2.2. *quæst.112. artic.4. & 2. 2. quæst.100. artic.3. ad 3.* Bonacina *in 3. præceptum Decalogi disput.5. quæst. unica, numer.1.* quatenus autem morale non potuit, nec poterit mutari, sed bene quatenus cæremoniale, cum omnia cæremonialia veteris legis morte Jesu Christi, mutata sint, Covarruv. *variar. capit.1. numer.1.* Bonacina ubi suprà, Daniel *de nobilibus, tom.1. disputationum, seu controversiarum, disp.34. num.2.* & ideò nullum certum diem festum divino jure in lege gratiæ fuisse institutum, sed omnes humano jure Ecclesiastico, ut latè Bonacina, & alii, quos sequitur Daniel *de nobilibus*, ubi suprà, *num.3.* & quia festorum observatio est de jure humano, ideò poterit mutari, quod non esset, si esset de jure divino, ut post alios Daniel *de nobilibus, disp.34. à num.12. cum seqq.* Quod sanè præceptum 7
observandi Sabbatum non obligat nunc Christianos, qui tenentur nunc servare Dominicam, ut contra hæreticos aliquos dicunt Doctores Catholici; unde hodie, qui Sab- 8
batum observaverit Judæus reputabitur, Suarius, Azorius, Fagundez, & Leander ubi suprà, assignavit Deus Sabbatum Hebræis, qui erat Populus rudis, unde non expediebat illum habere facultatem eligendi sibi dies festos, ne fortè imitarentur Sacra Ægyptiorum, at Populo Christiano non fuit conveniens assignari certam diem pro Cultu Dei, qui erat Populus doctus à Sapientia Patris, incarnata, & à Spiritu sancto assistente instructus fuerat, ut bene Doctores ubi suprà, Sabbati verò dies non intelligimus septimum tantum diem cujuscumque hebdomadæ, sed reliquas tres solemnitates, in quibus ex præcepto legis vacandum erat ab operibus servilibus: unde Paschatis, & Pentecostes, ac tabernaculorum Sabbata dicebantur, & patet Levitici *capit.23.* ibi à Vespera in Vesperam celebrabitis Sabbata vestra, id est, festos dies vestros, accipitur verò in jure nostro pro ultima die hebdomadæ, & secundo pro

do pro tota hebdomada, & sic accipitur illud Pharisæi *je-*
9 *juno bis in Sabbato*, id est, bis in hebdomada. Tertiò sumitur Sabbatum pro quolibet die festo Judæorum *capit.* 23. Levitici, Azorius *dicto capit. primo*, *quæst.6.* Quartò, quoad significationem nominis idem importat, quod quies, seu Sabbatum diem quietis, seu vacationis, & cessationis ab operibus in quibus homo aliis diebus se exercere solet, quia sicut Deus in creatione mundi sex diebus operatus est, septimo autem id est Sabbato requievit ab universo opere, quod patrarat *Genesi* 2. & vocatus est dies illa septima Sabbatum: sic dies in quibus homines cessare ab operibus, & Deo vacare jubentur, Sabbata nuncupantur, Toletus *lib. quarto*, *capit.*24. fuit verò Judæis da-
10 tum præceptum de Sabbato colendo triplici ratione. Primò, ob memoriam magni illius beneficii creationis mundi, quo receperunt suum esse. Secundò, propter figuram Christi Domini in lege promissi, quia sicut ipse quievit in sepulchro tota die Sabbato, sic Judæi ad præfigurandam talem quietem Sabbata colebant, & quiescebant ab operibus, & tandem ad refocillandas vires, ut homines, & jumenta ejus quiescerent, & non solùm augerentur vires corporis per quietem, sed vires animæ per opera Religionis, & Cultus Divinus restauraret, Toletus, & alii *ubi suprà*.

11 Post verò Christi mortem Ecclesia Catholica observat quidem Sabbata, non tamen diem septimum Judæorum; sed primam, quæ Dominica dicitur, quia Christiani præter creationis beneficium commune cum Judæis agnoscunt beneficium redemptionis, quod completum fuit in die resurrectionis, scilicet Dominica, scilicet octava die, in qua requievit ab omni opere laboriosissimo redemptionis, & eadem die multa alia beneficia recepimus: etenim in hac die cœpit origo mundi. Secundò, in hoc die fuerunt Angeli creati. Tertiò, in hac die Spiritus sanctus descendit super Apostolos in die Pentecostes, *Act.*2.4. In hac die in solitudine Deus mirabiliter pluit manna de Cœlo, & Populum Hebræorum liberaliter, ac mirificè providit, *Exod.* 16. *& Psalmo* 77. Azorius, Bonacina, Suarez, & alii *ubi suprà*, & habetur in Sancta Synodo Generali Constantinopolitana, Barbos. *in capit. de Feriis*, fuit verò translatio Sabbati facta in diem Dominicam, quia lex Veteris Testamenti fuit consummata, unde recesserunt etiam observationes Hebræorum,
12 Azorius *ubi suprà*, *quæst.*4. *&* 11. & licet dicatur Sabbata sanctifices, tamen nomine Sabbati non solum intelligitur dies Dominicus, sed etiam omnia Festa Christianorum, quæ ab Ecclesia celebrari mandantur, *cap.* 1. *de consecratione*, *distinct.*3. *capit. finali*, *de Feriis*, mutavit verò Ecclesia diem Sabbatum in diem Dominicam congruentius etenim Apostoli id statuerunt divino ducti consilio, statim post mortem Christi, ob rationes supra traditas, ut benè Cathecismus Romanus *loco citato*, *numer.* 7. *&* 19. Suarez *l.*2. *numer.*11. Fagundez *lib.*1. *cap.*1. *numer.*6. Castr. Palao *ubi suprà*, *puncto* 1. *numer.*20. Azorius *l.* 1. *c.* 2. *qu.*3.
13 verum observantia diei Dominici non est de jure divino, ut aliqui dicebant, sed de jure Ecclesiastico, ab Apostolis primum constituti, & postea ab Ecclesia retenti: quia nullibi invenitur hoc præceptum fuisse datum à Christo, ita S. Augustinus *Conc.* 151. de tempore, S. Thom. 2. 2. *quæst.*122. *art.*3. *ad quartum*, S. Antoninus, Major, Valdensis, Cajetanus, Sotus, Navarrus, Rosella, Tabiena, Armilla, Archidiaconus, Albertinus, Azorius, & alii apud Bonacinam, Fagundez, Castr. Pal. *ubi supra*, Sanchez, Trullench. & alii quos sequitur Bassæus *in verb.*
14 *Festum*, *il* 1. *numer.*20. & ex hoc poterit lex humana, vel consuetudo observationem Dominici diei abrogare, quia lege humana est introducta, & quia licet sit Ecclesiasticum: tamen est divino præcepto propinquum, & tam conforme legi naturali, ut simpliciter loquendo secundùm potentiam ordinariam abrogari, aut omnino tolli non possit: quamvis benè in casu particulari dispensari, Suar. Fa-
15 gund. Castr. Pal. &c.

Significat ergo Sabbatum primam creationem mutatum in Dominicam, in qua commemoratur nova creatura inchoata in Christi resurrectione; & similiter aliis solemnitatibus veteris legis novæ solemnitates succedunt; quia beneficia Populo Hebræo exhibita significant beneficia nobis concessa per Christum, unde festo Phases succedit Festum Passionis, & Resurrectionis Christi, Festo Pentecostes, in quo data fuit lex vetus, succedit Festum Pentecostes, in quo data fuit lex Spiritus vitæ, Festo Neomeniæ successit Festum Beatæ Virginis, in qua primo apparuit illuminatio Solis Christi, per copiam gratiæ. Festo Tubarum, succedunt Festa Apostolorum. Festo expiationis, succedunt Festa Martyrum, & Confessorum. Festo Tabernaculorum succedit Festum Consecrationis Ecclesiæ, Festo Cœtus, atque collectæ succedit Festum Angelorum, vel etiam omnium Sanctorum, ut ait Sanct. Thom. 1. 2. *quæstion.* 103. *artic. tertio*, *& quarto*, & nota *ex capit.* 20. *de Feriis*, ibi genuum flexio nequaquam debet fieri, quod in diebus Dominicis, Christiani genua non flectebant, sed stantes orabant, ex quo Textu colligit *de horis Canonicis*, *c.*4. *numer.*4. inter Pascha, & Pentecostem, non esse geniculandum, notat Barb. *in d. c.* 20. *de feriis*, *numer.*3.

Ex quò infertur primò, quod vacandum sit in die Dominica, vel alio feriato, hoc est constitutum ab Ecclesia, 16
estque mutabile *capit. secundo*, *& tertio de feriis*, Ricciullus *lib.*6. *variar. lucubrat. capit.*20. *numer.* 7. qui benè infert non posse Ecclesiam, neque per statutum, neque per convenientiam dispensare, ut nullum sit omninò tempus, quo Deo, vocare non debeamus, quia hoc esset cultum naturalem Religionis excludere, post alios Fagundez *lib.* 1. *de præceptis Ecclesiæ*, *capit.*1. licet possit Ecclesia dispensare, 17
tam circa temporis determinationem, quàm circa quantitatem, qua durare debet Festum adeò ut possint plures, vel pauciores horas constituere DD. *in dict. cap.*2. *&* 3. *de Feriis*, Suarez *ubi suprà*, *& de jure Ecclesiastico est*, quod debeamus cessare ab hoc, vel ab alio opere, ut fatentur omnes.

Infertur secundò, Festum Dominicæ non esse de jure 18
divino, ut contra Albericum *in l. omnes la* 2. *Cod. de Feriis*, Abbatem *in cap.* 3. *de feriis*, & Franciscum Marcum *decis.*410. *p.*1. Sylvestrum *in verbo Dominica* 9. §.7. docent DD. citati à Suarez *lib.* 2. *de Religione*, *capit.* 4. *numer.*4. Ricciullo *ubi supra*, *c.*3. tum quia Summus Pontifex *in c.* 3. *de feriis*, dispensat super observantia Dominicæ, quod facere non posset, si esset de jure divino, tum quia in lege veteri nullibi fit mentio de die Dominica, in lege autem nova Christus non dedit præcepta, nisi de substantialibus, neque de fide sacrificio, & Sacramentis, accidentalia verò reliquit Ecclesiæ, Suarez *cap.*4. *numer.*4. ergo cum nec in lege nova, nec veteri præcipiatur Festum Dominicæ non potest esse de jure divino: Neque dicas festum Dominici fuisse subrogatum in locum Sabbati, *c. pervenit*, *cap. Sabbato*, *de consecratione*, *dist.*3. sed Sabbati celebritas erat de jure divino Exodi *c.*35. ergo. Resp. enim quod non fuit subrogatum in locum Sabbati, quia præceptum de sacrificando, Sabbato, respectu temporis erat ceremoniale, & ob id mutabile, at quia subrogatio est, cum eadem qualitate mutabilitatis; Neque dicas diem Dominicam esse immutabilem: ut omnes Catholici fatentur, ergo erit de jure divino, quia si esset de jure positivo esset mutabilis: etenim diem Dominicam esse immutabilem, non provenit ex sui natura, vel ex defectu potestatis Ecclesiæ, sed ex accidenti, nimirum, quia celebritas in hac die est tot, ac tantis rationibus, ac congruitatibus suffulta, ut nulla unquam dari possit ratio, ob quam mutari contingat, sicuti diximus turrim inexpugnabilem, quando in alto posita turribus, valloque undique circumdata hostium conatus, reddere potest nullos.

Infertur tertiò, ad quæstionem, an sit præceptum di- 19
vinum, vel naturale, de instituendis aliquibus diebus Festis, opes negat cum Suarez *lib. secundo*, *capit.*20. *de Religione*, quia in divina Scriptura traditum non habemus observationem alicujus Festi, sed probabilius dico esse præceptum divinum naturale de instituendis aliquibus diebus festis ad divinum cultum, qui verò dies, & quomodo possint præcipi observandi stat in arbitrium Ecclesiæ, quia præceptum divinum de sacrificandis festis, adhuc manet, quoad mortale, sed mortale est, quod sit aliquis dies dicatus cultui divino, ergo de jure divino, vel naturali possent institui aliqui dies festi, Cov. *l.*4. *var. c.*19. Sanch. *l.*5. *Consilior. c.*2. *numer.*4. Neque poterit Ecclesia dispensa- 20
re, quod nullus sit dies festus, quia Ecclesia non habet potestatem dispensandi in præcepto divino, & naturali, quale est præceptum assignandi aliquos dies festos, quod si Ecclesia per magnum tempus omitteret assignare festa aliqua, peccaret contra jus divinum, & naturale, Covarr. *lib.* 4. *variarum*, *cap.*19. *numer.*4. *&* 5. & tale præceptum Eccle-

siasticum sacrificandi Festa, est de jure positivo. Sanchez
*ubi sup. dub.*1. & convenienter observatio Festorum ab Ec-
21 clesia fuit imposita in honorem Dei Creatoris. Ricciullus
l.6. c.4. var. lucubrationum & Festa pro tota Ecclesia insti-
tuta, quæ sint, latè DD. *ubi suprà*, & Leand.q.14. & dies
festus incipit à media nocte diei antecedentis, non à pri-
mis Vesperis antecedentibus, Bonac. Suar. Ricciull. *lib.6.
var. lucubr. c.9.* Castrus Palaus, &c. & posset institui dies
colendus usque ad meridiem, Bonac. *ubi suprà*, & posset
minui spatium 24. horarum, & licet sint æquales omnes
dies festi, tamen quoad accidentalia differunt Doctores
ubi suprà.

22 Sæcularis ergo Magistratus poterit præcipere observatio-
nem festorum ab Ecclesia etiam institutorum, & poterit
pœnam apponere, eamque exigere à transgressoribus *ca-
pit. Irreligioso, de consecratione, distinct. tertia*, Barbos.
*allegation.*105. *numer.*42. & esset locus præventioni inter
Ecclesiasticum, & Sæcularem in tali crimine, Bulla Pii
V. 84. & est decretum Sac. Congregationis Episcoporum,
22. Augusti 1615. Gavant. *in manuali, in verbo Festi dies,
numer.*49. & poterunt etiam concedere licentiam operan-
di, quæ producit effectum, quoad relaxandam suam pro-
hibitionem, & ad evitandas pœnas à se statutas, vel re-
spectu feriarum ab eodem sæculari Principatu, ut præfer-
tur institutarum, non autem ad evitandas pœnas Ecclesia-
sticas, cum enim sit permissum Episcopo agere contra vio-
lantes sacras festivitates etiamsi violantes sint laici, illos-
que etiam pœnis temporalibus punire, ut definivit Pius
V. *in Bulla* 5. §. *cum verò*, & post Sotum, & alios Barbo-
sa *dict. allegat.*105. *numer.* 41. Gavant. *in verbo Dies festi,
numer.* 48.

Verùm non obstante licentia data per sæculares Magi-
stratus, adhuc tamen violantes festum, possunt puniri ab
Episcopo, Alderanus Mascardus *de interpretatione statu-
torum, conclus.*14. *numer.*157. Barbosa *ubi suprà, numer.*
42. Gavantus *in manuali, in verbo Festi, numer.* 47. qui
sic debent intelligi, quatenus simpliciter negant posse dari
à laico talem licentiam, & datam esse nullam, non tamen
è contra, qui ab Ecclesia obtinuit licentiam operandi, po-
terit à laica potestate castigari, si laboraverit, & invenia-
tur in opere, Alderanus Mascard. *d. numer.*256. & Barbo-
sa *ubi sup.*

23 Quod si dicas obstare illud, quod Romæ fuit decisum
de anno 1653. à Papa Innocentio X. ubi cum Gubernator
Mediolani Marchio de Carazena, inconsulto Archiepi-
scopo præcepisset observari festum S. Dominici die 4. Au-
gusti illius anni in toto illo statu; Sanctissimus D. Innoc.
X. jussit tolli edictum prædictum firmiter decernens, non
posse Principes sæculares id agere, tum quia ad Papam per-
tinet dies festos statuere *cap.*1. *de consecratione, distinct.*3.
c. Conquestus, de feriis, Trid. *sess.*25. *de Regularib. capit.*
12. Castr. Palaus *de observat. festorum, disp. unica, punct.*
20. *à numer.*7. Sanch. Azor. & Suarez, quos refert, & se-
quitur D. Fagn. *in* 2. *lib. Decretal. in d. c. conquestus, de fe-
riis, numer.* 59.

24 Respondeo enim distinguendo duos casus. Primus est,
quando Princeps laicus statueret diem festum in ordine ad
cessationem ab operibus servilibus, & hoc poterit facere,
sicuti videmus posse ferias repentinas indicere ob publi-
cam gratulationem, putà ob diem natalis sui filii, vel sui,
ob suam coronationem, vel quia uxorem duxit, vel ob
rem prosperè gestam, ut ob gaudium victoriæ ab inimicis
habitæ, &c. *leg. sed etsi*, §. *si feriæ, ff. ex quibus causis
majores, leg. dies festos, leg. à nullo, Codic. de feriis*, &
videmus Neapol. die 7. Octobris festum esse à Principe lai-
co inductum ob insignem illam victoriam Dom. Joannis
ab Austria contra Turcas, sed ibi scilicet eo die nullus te-
netur Missam audire; & sic benè Daniel *de nobilibus, to-
mo primo, disputatione* 34. *numer.*10. post alios, quos al-
legat.

25 Secundus casus est, quando Princeps laicus, non solum
abstinentiam ab operibus servilibus, sed etiam auditionem
Missæ imponeret, & hoc non valet; sic enim fecerat Gu-
bernator Mediolani, ibi: *Que su fiesta se guarde y solenni-
ze como las demas, que hay de guardar en este mi estado*,
& ibi: *Y ayan de guardar la fiesta del dicho Santo, como
si fuera de precepto de la Yglesia*, & ibi: *Festeggiando detta
giornata con ogn' altra demonstratione di spirito, e devotio-
ne.* Ergo tale edictum præcepit formaliter, quod præcipit
Ecclesia in diebus festis, nimirum ut populus ab operibus
servilibus abstineat, ac vacet cultui divino, in quibus duo-
bus consistit formalitas celebrationis festi, *c.*1. *& c. licet,
de feriis, c. nullus, c. placita* 35. *quæst.*4. *c. Rogationes, de
consecratione, distinct.*3. etenim S. Thom. 2. 2. *q.*122. *art.*
4. *ad* 3. ait, quod in observantia Sabbati sunt duo conside- 26
randa, quorum unum est, sicut finis, & hoc est, ut ho-
mo vacet rebus divinis, quod significatur in hoc, quod
dicitur, Memento, ut diem Sabbati sanctifices; illa enim
dicuntur sanctificari in lege, quæ divino Culti applicantur;
aliud autem est cessatio operum, quæ significatur, cum
subditur, septima die Domini Dei tui non facies omne
opus; ergo edictum Principis laici, ut fuerat illud D. Ca-
razenæ, utrumque præcipiebat, scilicet cessationem ope-
rum, & exercitium divinorum; ergo posuit falcem in
messem alienam, & libertatem Ecclesiasticam violavit, *c.
decernimus, de judic. c.*1. *de immun. Eccl. in* 6. & hoc to-
tum multo magis procedit hodie, quando ex Bulla Urba-
ni VIII. non potest Episcopus festa indicere Populo; unde
meritò tale edictum reprobavit Papa Innocent. X. teste Fa-
gnano *ubi suprà*, & advertit Nicolius *lib.*2. *tit.*9. *numer.* 6. 27
posse sæculares Magistratus castigare transgressores festo-
rum, & in puniendis contravenientibus datur locus præ-
ventioni inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem, jux-
tà Pii V. Constitutionem, quæ *incipit cum primum*, §.7. de
anno 1582. & in una Neapolitana 22. Junii de anno 1575. 28
de qua Diana *p.*5. *tract.*1. *resolut.*17. verùm tales licentias,
si forsan darentur in scriptis non tenentur qui eas habent
exhibere judicibus laicis, nec hanc prætensionem esse to-
lerandam, Diana *part.*4. *tract.*1. *resol.*94. Nicolius *ubi sup.
numer.*6.

Si quærunt Doctores, qui possit abrogare festa, & 29
certum est, quod ille qui potest indicere, poterit etiam
abrogare *leg. omni novatione, Cod. de Sacrosanct. Eccles.*
ergo cum indicare festa in Ecclesia Catholica in honorem
Dei, ejusque Sanctorum pertineat ad solum Pontificem,
vel Concilium generale, ideò ad illos spectat festa abroga-
re, Suarez *de Religione, tom.*1. *lib.*2. *capit.*12. post Oltra-
dum *in leg. finali, Cod. de feriis*, Ricciullus *lib.6. var. lu-
cubrat. cap.*26. quod intellige circa aliqua festa particularia;
ut vidimus ablata tempore Urbani VIII. nullus verò neque
Papa, neque Concilium, &c. potest facere, ut nulla ser-
ventur festa in Ecclesia, quia esset contra jus divinum,
& naturale, quo docemur aliquod esse tempus, quo Cu- 30
ris sepositis, Deo in operum cessatione vacare possimus,
S. Thomas 2. 2. *quæst.*122. *art.*4. Sotus *de justit. & jure, l.*2.
*quæst.*4. *conclus.*1. statutum laicorum disponens, quod ali-
qua festa in honorem Dei non serventur non valere consu-
luit, Baldus *consil.*165. *numer.*2. *lib.*2. Albericus *in leg. om-* 31
*nes dies, numer.*20. *Cod. de feriis*, Castrensis *in l. quadra-
ginta, Cod. eodem*, Soccinus *consil.*8. *num.*15. *l.*2. Carpa-
nus ad statuta Mediolanensia *part.*1. *capit.*375. *numer.*150.
ratio est, quia Festa sunt inducta de lege Ecclesiæ, ad in-
star juris divini, at certum est laicam potestatem non pos-
se tollere dispositionem Sacrorum Canonum *dict. l. omni
invocatione Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Gloss. *in l. Feriatis,
in verbo voluntatis, C. de Feriis*, Paulus *in d. l. quadrag.
C. de feriis.*

Posset tamen statutum laicale disponere, ut aliquæ cau- 32
sæ criminales agi possint etiam in die Festo in honorem
Dei, Bald. *in d. l. quadraginta, & cons.*166. *numer.*2. Bart.
*in leg. filiusfamilias, numer.*5. *ff. de donat.* cujus contra-
ctum tenet Ricciulus *ubi suprà, numer.*7. quod scilicet nul-
lo modo potestas sæcularis possit statuere respectu aliqua-
rum causarum cum semper vigeat defectus potestatis, &
licèt Imperator *in l. Provinciarum, C. de feriis* dicat, nul-
lum tempus, nec Paschatis diem excipiendum, ne differa-
tur sceleratorum proditio, consiliorum, quæ per latro-
num tormenta quærenda est, tamen ibi Imperator, non
procedit disponendo contra præceptum sanctificandi festa,
sed interpretando præceptum Ecclesiæ, in tali casu non
habere locum, quia cum punire malefactores sit species
sacrificii *c. quali* 23. *q.*5. *c. non est, cum trib. seq.* eadem cau-
sa, & quæstione utique Imperator interpretatur hoc etiam
in die Paschatis fieri posse, cum dicta opera Deo placita,
quam maximè deceant, quamvis non sint in præcepto S.
Thom. 2. 2. *q.*122. *art.*4. Quod verò Imperator procedat
declarando, patet ex verbis ibi, (*moneantur*) & ibi exi-
stiment, (*excipiendum*) & ibi cum facillimè in hoc sum-
mi numinis speretur venia; quę omnia sunt verba doctrina-
lia, non autem præceptiva: qualia debent esse verba le-
gis,

gis, *leg.3. & 9. Cod. de legibus*, *l. legis virtus*, *ff. de legibus*.

33 Et licet Carpanus *ubi suprà*, *capit.* 400. & Franciscus Marcus *decision.*410. *part. tertia*, dixerint statutum laicale posse tollere Festa indicta in honorem Dei post Baldum, & Alexandrum, quos allegat, ex *leg. Provinciarum*, *Codic. de Feriis*, ubi in causis insignium latronum, potest procedi etiam in die Paschatis, tamen talis Textus nihil probat, sed loquitur in delictis atrocibus; in quibus Princeps non tollit ferias, sed procedit interpretando, quod tunc cesset prohibitio, quasi quod ob præsumptam Dei voluntatem velit in tali die homines prædictos mori: ergo si per Principem non potest tolli Festum in honorem Dei, neque per statutum tolli poterit, ut benè Ricciullus *dict. lib. sexto*, *capit.*13. *per totum*, & sic statutum, quod procedat in die feriato intelligitur præterquam in honorem Dei, & Sanctorum, Carpanus *capit.* 399. *numer.*
34 158. *part. prima*, sic rescriptum, ut procedatur feriis non obstantibus, & compromissum, ut etiam die Feriato, excluditur Festum in honorem Dei, DD. cum Ricciullo, *ubi sup.*

35 Secunda Conclusio, potest Summus Pontifex in toto Orbe Christiano Festa indicere Populo post alios, Balseus *in verbo Festum*, *il primo*, *numer.*3. & etiam Concilium Generale dummodo Pontifex approbat Concilium, quia est unum corpus cum Papa consuetudo etiam universalis Ecclesiæ poterit dies Festos inducere obligantes ad morta-
36 le, Fagundez, Suarez, & alii *ubi supr.* Episcopus etiam poterat instituere dies Festos in Diœcesi, *capit. conquestus de Feriis*, *& capit. pronunciandum*, *de consecratione*, *distinct.*3. sed nunc Episcopus ex Bulla Urbani Octavi de qua Jordanus *tom.*2. *lib.*11. *titul.*1. *in fine*, non potest, & quia Papa Urbanus multas etiam abstulit Festivitates, quoad præceptum laborandi prætendebat Episcopus Maranta,
37 non esse ei prohibitum exigere decimas pro talibus diebus Festivis sublatis, & benè fundat, ut in sua Apologia pro Ecclesia *responso* 3. *per totum*, Principes, & sæculares
38 Magistratus, an possint constituere Festum, quæstio est: prima opinio affirmat, alii negant apud Leandrum *tom.* 3. *tractat. primo*, *disputat. secunda*, *quæst.* 12. alii, & melius dicunt, non posse indicere Festum, ut obligent fideles ad audiendum sacrum, sed posse quoad civilem cultum tantum, nimirum, ut laici his diebus à forensibus negotiis litibus, & à cæteris operibus profanis caveant, sic intelligunt Textum *in leg. omnes*, *Codic. de Feriis*, Pacis Jordanis *lib.*11. *titul. primo*, *numer.*56. Ricciullus *lib. sexto*, *capit.* 11. & 12. Leander *tractat. primo*, *tom. tertio*,
39 *disputat.*2. *quæst.*12. & 13. sic consuetudo sola laicorum non potest introducere, & abrogare dies Festos, quia observantia Festorum debet esse communis tum Clericis, tum laicis, sed sit legitimè introducta consuetudo poterit introducere, & abrogare dies Festos, quia designatio hujus, vel illius diei Festi, est de jure humano, sed consuetudo legitimè introducta potest aliquos dies Festos indicere, & aliquos abrogare, ut de facto non nullos abrogasse communiter, ex mente Textus *in capit. conquestus de Feriis*, *capit. pronuntiandum*, *de consecratione*, *dist.*3. Fagundez, Bonacina, Filluc. & alii *ubi sup.*

Tertia Conclusio, fideles ante usum rationis, qui regulariter habetur completo septennio, non tenentur ad colendos dies Festos, quia cum præceptum sit vinculum rationis ex S. Thoma *quæst.*17. *de veritat. artic.*3. solum ligabit illos, qui habent usum rationis, ergo ante usum rationis pueri non tenentur audire Missam, neque abstinere à carnibus, & lacticiniis in diebus vetitis, neque prohibentur ingredi clausuram Monialium, sic omnes DD. apud Salas *de legibus*, *lib.*7. *disput.*4. Suarez *tom.* 3. *in* 3. *part. disput.*40. *sect.*2. post alios Leander *tom.* 3. *disputat.*3. *quæst.*2. Bonacina *disput.*1. *de legibus*, *quæst.*1. *par.*6. *numer.* 6. Baldellus *lib.*5. *disputat.*30. Trullenchius *lib.*3. *in Decalog. disputat.*3. nec secundùm aliquos obligantur, statim quod habent usum rationis, sed post novem, vel decem annos, ita post Cordubam, & Sotum dicit Henriquez *lib.*8. *de Euch. capit.*42. *numer.*9. sed longè probabilius est,
40 quod statim cum pervenerint pueri ad usum rationis tenentur observare dies Festos, quia cum dicti pueri sint rationis capaces obligabuntur ad leges Ecclesiasticas, Baldellus *lib.*5. *disputat.*30. Castrus Palaus *tom. primo*, *tract.* 3. *disput.*1. *punct.*24. *numer.*3. Sanchez *in summa*, *lib.* 1. *qu.* 12. *numer.*6. Si verò ante septennium habuerint usum rationis, putant aliqui, quod non teneantur servare Festa, & præcepta Ecclesiæ, ita Ausenius in Summa Dianæ *in verbo Puer*, & Sancius *in select. disp.*51. *nu.* 33. quia per accidens esset non per se, & leges adaptantur ad ea, quæ frequentius, *l. nam ad ea*, *ff. de legib.* sequitur Castr. Pal. & alii apud Dian. *p.*4. *tr.*3. *res.*52. unde pueri ante septennium, si perfectum habeant usum rationis, non tenentur abstinere à Carnibus in diebus prohibitis, ut latè Leander *de jejunio*, *disp.*2. *q.*41. Alii, & probabilius putant teneri posito, 41
quod habent usum rationis ante septennium, quia omnis utriusque sexus fidelis statim cum ad usum rationis pervenerit, tenentur ad præcepta Ecclesiæ, scilicet confitendo, & ad alia Ecclesiæ præcepta post alios Diana sibi contrarius *p.*5. *tr.*13. *res.*77. & alii apud Leand. *tom.*3. *tr.*1. *disp.*3. *qu.*5. quando verò dubitetur an pueri habeant usum rationis non tenentur ad Festorum observantiam secundùm unam opinionem, licet alii affirmant teneri, de qua re Diana *tract.*3. *resol.*52. & 53. Leander *tom.*43. *tract.* 1. *disp.* 3. *qu.*33.

Illi verò, qui existunt extra suum Territorium per modum transitus, non tenentur ad dies festos, nec ad jejunia, & alias consuetudines particulares suæ Patriæ, colligitur ex textu *in c. ut Animarum*, *de const. in* 6. ubi Bonifacius VIII. declarat, quod subditi non incurrunt censuram per Episcopi statutum, cujus decisionis ratio est, quia lex in tantum obligat, in quantum reperit jurisdictionem, sed jurisdictio non extenditur extra Territorium jus dicentis; ergo nec obligatio legis ab eo latæ; ergo Civis extra Territorium proprium ab ipsa obligabitur, & obligatio, qua Princeps intendit obligare, non est circa subditos simpliciter, sed ad subditos præsentes, & existentes in proprio Territorio, & ideò extra illud non obligant, Gloss. *in c. illa* 12. *dist.* ubi refert illa verba cum sis Romæ Romano 43
vivito more, & cum sis alibi vivito sicut ibi, latè Pasqualigus *de jejunio*, *dec.*211. erit etiam licitum recedere à proprio loco, in quo celebratur festum, ad alium, ubi non celebratur, ad opera servilia exercenda, quia præceptum de observando festo, non vetat exitum à loco, in quo festum obligat, at extra illum non obligat; ergo erit uni- 44
cuique licitum, integrumque à proprio loco recedere, in quo est festum, ad exercenda opera servilia ad locum, in quo talis dies festiva non est, sic post alios Sanch. *de matrim. l.*3. *disp.*18. *numer.* 21. Trullenchius *in Decalog. lib.* 3. *c.*1. *dub.*3. *numer.*4. Leand. *tom.*2. *tr.*9. *disp.*7. *qu.* 11. & *p.*3. *tr.*1. *disp.*3. *q.*7.

Quando ergo in proprio loco urget præceptum festi, 45
vel jejunii, licitum erit alicui etiam cum expressa intentione non servandi festum, vel jejunium, transire ad alium locum, ubi non viget tale præceptum, quia non est fraus legis, sed fuga præcepti, quæ non est contra præceptum, sed per se licita; non enim intendit non servare præceptum, sed ad fugiendum præceptum, transferendo se ad locum, ubi non viget, & ibi dum est poterit pluries comedere, laborare, &c. ita Suarez, Sanchez, Bonacina, & alii apud Dianam *part.* 1. *tractat.* 9. *resolut.* 9. & *tract.*10. *resol.*16. Pasqualigus *de jejunio*, *decis.*224. & post alios Leander *tom.*3. *tractat.*1. *quæstion.* 8. contra nonnullos 46
contrarium sentientes, ille verò qui manè egreditur de loco proprio, ubi est festum: & vadit ad laborandum ad locum, ubi non est festum, non tenetur audire Missam in loco, ex quo recedit, dummodo in loco, à quo recedit de manè usque ad Vesperam sint plures Missæ dicendæ post alios Sancius *in select. disp.*54. *numer.*29. Sanchez *lib.* 3. *de matrimon. disput.*18. *numer.* 21. & *in summa*, *l.*1. *capit.* 12. *numer.*32. Castrus Palaus *tom.*1. *tractatu* 3. *disp.*1. *punct.*24. §. 50. *num.*8. dicunt alii probabilius teneri audiri Missam, afficitur præcepto, dum est in proprio loco festi, quod verum puto, quando posset quis commodè Missam audire priusquam ad laborandum accedat in alium locum; licet enim non teneatur expectare usque ad meridiem pro Missa audienda, tamen si commodè poterit illam audire tenetur, ut post alios Leand. *ubi supr. q.* 9. Peregrini tamen 47
non tenentur ad observanda festa, & jejunia propria loci, in quo versantur, casu, quo non perpetuo animo habitandi ibi accedant, ex Gl. *in c. quæ contra*, *dist.*18. *in verb.* (*aut Peregrini*) Pasqual. *dec.*203. & notat Bernardus Barrillis *de pot. leg. municipal. disquisit.* 1. §. 4. *numer.* 50. quod si per notabile tempus morentur in aliquo loco, utique tenentur servare leges illius loci, ubi morantur, ut post

Suarez, Fagundez, Sanchez, Baldellum Folluccium, Basilium, Castrum Pal. & alios refert, & sequitur Leander *ubi suprà*, *quæstion.* 10. quod ipsum dico de Lectri-
48 bus, & Scholaribus Universitatum, qui licèt exteri tenentur servare leges, statuta, ac festa locorum, ubi degunt, ut contra Pasqualigum *de jejunio*, *decision.* 188. docet Leander *quæstion.* 11. ob quasi domicilium, quod contrahunt in loco, in quo legunt, & student; licèt non habebant ibi animum perpetuò permanendi; posito enim, quod ibi habitent pro majori parte anni tenentur ad festa illius loci servanda, quod idem dico de Officialibus, Prætoribus, &c. qui ratione officii morantur in aliqua Urbe, vel oppido, quia tenentur ad festa, & jejunia, quæ sunt propria illius loci, ut contra Pasqualigum *decision.*189. dicit Leander *quæstion.*12. semper tamen
49 observa, quod duobus modis potest Peregrinus pervenire ad aliquem locum: primo modo; quando ibi pervenit, ut moretur per aliquos dies, ut scilicet recreetur, aut negotietur: alio modo: quando non habet animum morandi, sed per transitum v. g. tamquam in hospitio, vix prandendo, vel pernoctando, & statim sine alia mora discessurus, quando est primo modo tenetur ad festum, jejunium, &c. & ad consuetudinem loci, &c. sed si secundo modo non tenetur ad leges, &c. legatur Leander *tomo tertio*, *disputat. tertia*, *tractat. primo*, *quæstion.*21. omninò videndus, & si per unum diem ibi sit mansurus, tenetur ad leges loci, Leander *quæstion.* 22. *quæstion.*23. & quod dicimus de Advenis sæcularibus, dicas de Religiosis perventis ex una ad aliam Provinciam, ubi festa, & jejunia servantur, ut benè Leander *quæst.* 24. *quæstion.* 19. *per totam*, *& quæstion.* 20. ait teneri, si ibi per duos menses tantum animum habeant habitandi:
50 sic milites, qui sunt in aliquo præsidio, aut fortalitiis tenentur ad festa, & jejunia introducta de consuetudine loci, vel indicta ab Episcopo ejusdem, ut contra Pasqualigum *decision.*190. *&* 198. docent communiter apud Cespedes *in dubiis militaribus*, *dubio* 98. quia vel isti acquirunt domicilium, vel quasi per plures annos ibi permanentes, quod sufficit ad hoc ut teneantur ad leges loci, sic Peregrini, & Advenæ diu Romæ degentes tenentur ad festa, & jejunia, & alias leges urbis, ut contra Pasqualigum *quæstion.*205. *numer. octavo*, docet Leander *quæstion.*14. & hoc tunc ob quasi domicilium, quod contrahunt, tum quia concurrit authoritas Summi Pontificis habentis universalem jurisdictionem, & potest suis legi-
51 bus illos obligare. Regulares verò non tenentur ad jejunia indicta ad Episcopo, quia sunt exempti, sed benè ad festa ab eodem publicata ex Tridentin. *session.*25. *de Regularibus*, *capit.* 12. Barbosa *de potestate Episcopi*, *allegat.* 105. *à numer.*32. Diana *part. tertia*, *tractat. primo*, *resolution.* 108. *& part. quinta*, *tractat.* 12. *resolution.*56. & tenentur Regulares servare etiam festa introducta per consuetudinem, Sanchez *lib. quinto*, *Consiliorum*,
52 *dubio tertio*, contra Pasqualigum *de jejunio*, *decision.*186. *numer. octavo*. Ipsemet Episcopus, est questio, an teneatur servare festa, & jejunia, quæ ipsemet imponit Populo, negant aliqui apud Pasqualigum *decision.* 199. alii, & melius, tenent teneri non ex vi coactiva, sed directiva, Diana *part. prima*, *tractat.* 10. *resolut.*10. Franciscus Amicus *tom. quinto*, *de justit. & jur. disputat. quinta*, *sect.* 14.
53 qui dicunt hanc vim directivam obligare Episcopum solum ad peccatum veniale, secluso scandalo, alii dicunt obligare ad peccatum mortale, nisi alias secum dispenset Episcopus, quia est obligatio, quæ respicit materiam gravem, ergo erit gravis, ergo p. m. ut benè Leander *tom. tertio*, *tractat. octavo*, *quæstion.*18. Vagi, qui nullibi habent domicilium, tenentur ad festa, & jejunia locorum, per quæ transeunt, dum ibi permanent; alioquin ad nullas tenerentur leges, statuta, & consuetudines, quod est absurdum, ut contra aliquos dicunt alii apud Dianam *ubi supra*, & apud Leandrum *tom.* 3. *tractat. primo*, *disp.* 3. *quæst.* 28.

DISCEPTATIO CCIX.

SUMMARIUM.

1 *Opus prohibitum in die Festo, est opus servile.*
2 *Opera servilia quæ sint.*
3 *Opera corporalia sunt triplicis generis.*
4 *Opera liberalia, quæ sint.*
5 *Opus servile tripliciter dicitur.*
6 *Opera pietatis permittuntur in die Festo.*
7 *Studere est permissum in die Festo, cuicumque studio.*
8 *Docere alios est licitum in die Festivo.*
9 *Cantare est licitum in die Festivo.*
10 *Consulere, an liceat in die Festo.*
11 *Scribere in die festo est licitum.*
12 *Litteras illuminare, aut libros, est licitum in die Festo.*
13 *Computa accipere, vel dare, licebit in die Festo.*
14 *Impressoribus librorum quid liceat facere in die Festo, & quid non.*
15 *Pingere in die Festo licebit.*
16 *Architectis in die Festo quid sit licitum facere, & quid non.*
17 *Venatio, aucupatio, & musica, an, & quando liceant.*
18 *Pisces vendere, an liceat in die Festo.*
19 *Piscari, an liceat in die Festo.*
20 *Text.* in c. licet, de feriis, *explicatur.*
21 *Gladiari, an liceat in die Festo.*
22 *Torneamenta exercere licebit in die Festo.*
23 *Ludus cum pila, an, & quando liceat in die Festo.*
24 *Molere frumentum in molendinis, an liceat in die Festo, & in quibus molendinis.*
25 *Iter facere licitum est in die Festo cum lecticis, &c.*
26 *Animalia onusta, aut currus onustos traducere licitum est in die Festo.*
27 *Amentibus in diebus festis, an sit licitum imponere opera servilia.*
28 *Opera necessaria servilia permittuntur in diebus Festis audita Missa.*
29 *Necessitatis causa, non imponit excommunicationem Episcopus laborantibus in die Festo.*
30 *Nundinæ prohibentur in die Festo.*
31 *Comestibilia venduntur in die Festo.*
32 *Subhastari bona possunt in die Festo.*
33 *Richacterii emere, & vendere possunt in die Festo.*
34 *Sutores Calceos vendere possunt in die Festo.*
35 *Candelas emere, vel vendere licebit in die Festivo.*
36 *Iudicium est in die Festo prohibitum fieri scilicet judicare.*
37 *Citatio illicita die Festo.*
38 *Mandatum ad comparendum pro tali die, an obliget, si illa dies sit facta.*
39 *Testes non examinantur die festivo.*
40 *Iuramentum in causa spirituali, an sit licitum in die Festo.*
41 *Sententia in causa criminali in die Festo non valet, neque civilis.*
42 *Executio in die Festo non potest fieri.*
43 *Inquisitores Sanctæ Fidei procedunt in die Festivo.*
44 *Laudum factum ab arbitris non valet, & quando.*
45 *Appellatio in die Festo, quando valeat fieri.*

De Operibus licitis, & prohibitis in diebus Festivis.

SUpponendum est primò, quod jus humanum Christianorum non ita strictè præcipit, suos die festos ob- 1
servari, ut jus divinum antiquum suum illud Sabbatum, & alias Hebræorum solemnitates præceperat custodienda, Sanct. Thom. 2. 2. *ubi supra*, *artic.* 4. *ad* 4. Navarrus

tus *in summa*, *cap.*13. *numer.*20. Sylvester *in verbo Dominica*, *quæst.*3. unde multa nobis licitum est operari in die festo, ut præparare cibos, & alia necessaria, quæ prohibebantur in Sabbato, & circa prohibita in festis, facilior est nobis dispensatio, quam esset in prohibitis in Sabbatis antiquis DD. *ubi sup.* & Daniel *de nobilibus*, *disp.*35. *to.* 1. *per tot.*

2 Prima Conclusio, opera servilia prohibentur in diebus festivis, nimirum illa, quæ servientibus, & famulis propriè conveniunt, sic colligitur ex Levitico *cap.*23. ibi: omne opus servile non facietis in eo, renovatum ab Ecclesia, *capit. licet*, *de feriis*, ubi DD. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 122. *artic.*4. ubi Cajetanus, *& in summa*, *in verbo festor. violatio*, & post alios Bonacina *de legibus*, *disput.* 5. *quæst. unica*, *punct.*2. *numer.*23. Sanchez *tom.*1. *de Religione*, *lib.* 2. *cap.*17. *à numer.*4. Sanchez *lib.*3. *consiliorum*, *capit.* 20. *dub.*6. Sunt autem opera corporalia triplicis generis, Pri-
3 mò, sunt ex suo genere omninò servilia, hoc est propria servorum, & mechanicorum, ut sunt opera manualia arandi, fodiendi, serendi, fabricandi, & similia; Secundò, sunt quædam ex suo genere libera, & hominum
4 liberorum propria, ut sunt opera liberalia, scientiarum, &c. sunt alia, quæ ex suo genere sunt communia liberis, & servis, veluti scribere, itinerari, &c. prioris generis tantum prohibentur regulariter in hoc præcepto, libera, & communia nequaquam, nisi ex accidenti, alii putant probabilius opera communia liberis, & servis, ut sunt venari, piscari, &c. non esse prohibita in die festo: quia communia liberis, & servis non sunt servilia, ut post alios Sanchez *dub.*10. *numer.*10. Castr. Pal. *punct.*50. *n.*1. Leand. *disp.*4. *q.*4.

5 Declaratur Conclusio, quod opus servile tripliciter dicitur, primo, materialiter tantùm non formaliter, sed finaliter, ut scribere, non ad lucrum, sed ad eruditionem, & ad ædificationem animarum; secundò formaliter tantum, non materialiter, ut cogitare de opere exteriori exercendo ad lucrum, puta ratiocinatione, aut advocatione, Tertiò materialiter, & formaliter, seu finaliter, ut opus corporale propriè, & proximè ordinatum
6 ad bonum corporale, sive lucrum; Primum opus in die festo conceditur, *c. conquestus*, *de feriis*, ubi causa pietatis permittitur opus aliàs prohibitum; secundum prohibetur de consilio, non de præcepto, nisi per ipsum impediatur illa vocatio, quæ divinis debetur in festo. Tertium verò prohibetur sub præcepto expresè, ut notat Sylvester *in verbo Dominica*, *qu.*4. prohibentur etiam ab Ecclesia quinque capita, quæ licèt servilia non sint, tamen sunt multum disconvenientia sanctitati diei, & magnopere distrahunt, ut sunt Mercatus, judicium civile, judicium criminale, & juramentum (nisi pro pace, aut alia necessitate præstentur) & omnis processus, & strepitus judicialis (nisi pietas, aut necessitas suadeat) *c.*1. *de feriis*, ubi Gl. & DD. S. Th. *d. q.*122. & ibi Cajet. Sanch. Bonacin. & alii *ubi suprà*, Pacis Jordanus *tomo* 2. *lib.*11. *tit.*1. *à n.* 108.

7 Ex quibus infertur primò, an sit licitum in die festo studere, dicit Abulensis *in Exodum*, *cap.*12. *quæst.* 26. quod non: unde secundùm ipsum si quis toto die festo studeat, etiam Theologiæ, & causa pietatis, non lucri, culpa non caret, quia præferri debet vacatio ad Deum studio, sed alii Canonistæ loquentes de studio scientiarum non spiritualium dicunt cum Abulense, at de spiritualium scientiarum studio negant, & reprobant Abulensem, ita Ant. de Butreo *in c.*1. *de feriis*, Ang. *in verb. Feria*, *numer.*29. & Sylvest. *in verbo Dominica*, *quæst.*5. ubi ait studere ad lucrum non licere, licèt non sit mortale, alii veriùs dicunt non esse illicitum in die festo, etiam tota die studere, non solùm Theologiæ, verum etiam aliis scientiis, ut Philosophiæ, Mathematicæ, & similibus, quacumque intentione id fiat, dummodo suo tempore audiat Missam, quia studere non est opus servile, sed liberale post alios Suarez *tom.*2. *de Religione*, *lib.*2. *cap.*22. *numer.* 3. Bonac. *tom.* 2. *disp.*5. *q. unica*, *punct.*20. *numer.*7. Fagund. Castr. Palaus, Trullench. & alii apud Bassæum *in verbo Festum*, *il* 2. *n.*7. D. Consiliarius Pratus *pract. observat. capit.*...... Ricciullus *lib.*6. *variar. lucubrationum*, *cap.* 14. qui loquitur etiam ex causa lucri.

8 Infertur secundò, licere in die festo docere alios, aut legere lucri gratia contra Sylvestrum, & Abulensem *ubi suprà*, quia hoc esset exercere actus liberales, qui non sunt prohibiti in diebus festivis: neque quod fiat ob lucrum, extrahunt illos à sua conditione, Suarez *ubi suprà*, *numer.* 6. Pasqualigus *in decis. moralibus*, *dec.*138. *numer.* 4. Sanchez *lib.*5. *consiliorum*, *capit.* 20. *dubio* 6. *numer.*4.
& 11. licebit etiam cantare contra Abulensem *quæst.*27. 9
etiam ob lucrum, quia non est opus servile, Navarrus
*cap.*13. *numer.* 14. consulere in die festo propter lucrum 10
principaliter, negant Sylvester, Navarrus, & alii apud Moditium *in* §. *prudentum responsa*, *dubio* 9. *numer.* 2. Alii affirmant licitum esse facere consilium etiam principaliter propter lucrum, quia hoc non est opus servile, Bonacina *puncto* 20. *numer.*8. Castrus Palaus *puncto* 50. *numer.*20. Pasqualigus *decis.*138. *numer.*20. Fagundez *de præceptis*, *lib.* 11. *cap.*11. *à numer.*20. & licèt Abulensis *quæst.*37. dicat peccare qui in die festo magnam scripturam facit, tamen in contrarium tenent omnes, ut scilicet scribere gratis, vel
propter lucrum non sit peccatum in die festo, Pasqualigus 11
*decis.*139. *&* 140. quia scribere non est opus servile, sed liberale, cum sit opus mentis, hoc est opus exprimens conceptus proprios, vel dictantis, etiamsi fiat ob lucrum, Bassæus *ubi suprà*, *numer.*8. Sanchez *dubio* 8. Leander *quæstion.*10. Ricciullus *lib.*6. *variarum*, *capit.*20. & erit etiam licitum transcribere in die festo, quia transcribere absolutè nihil aliud est, quàm tali modo scribere, sed hoc est licitum fieri in die festo; ergo, &c. Sanchez *dub.* 9. Leander *quæstion.* 11. & licet aliqui dicant non posse scriptorem transcribere in die festo ob lucrum, tamen communiter tenent non esse illicitum etiam ob lucrum, quia talis actio ex se est liberalis, & non servilis, Diana *part.* 1. *tract.* 15. *resolut.*35. Pasqualigus *decis.*140. Ausonius *in summa* Dianæ *in verbo Festum servare*, *numer.* 4. etiamsi transcribat quis libros ad cantum, &c. vel alios quoscunque, Pacis Jordanus *l.*11. *tit.*1. *numer.*165. qui ait sic Romæ servari, & alibi ubi copistæ sine ullo scrupulo extrahunt exemplandi festo.

Infertur tertiò, litteras illuminare, aut libros, licere 12
in die festo, contra aliquos, quos sequitur Leander *quæstion.* 14. Tabellionibus, vel Notariis licitum est facere scripturas in die festo, scilicet testamenta, donationes, &c. secus si contineant examen testium Doctores citati,
sic in die festo poterit quis dare, vel accipere computa, 13
quia non est opus servile, sed omninò liberale, Pasqualigus *decis.*158. etiamsi dentur, & recipiantur computa, mediante mercede, aut ex officio, ordinare, & componere characteres, licebit etiam in die festo, quia talis ordinatio characterum etiam in ordine ad impressionem non est opus servile, Pasqualigus *ubi suprà*, & Diana *part.* 8.
*tr.*7. *res.*56. *& p.*4. *tract.*4. *res.*62. non tamen licebit Batti- 14
toribus, & Tiratoribus Prælo incumbere, quia talis actio est verè Mechanica, & servilis, cum pertineat ad artem sigillativam, DD. *ubi suprà*, Pacis Jordanus *l.*11. *to.* 2. *tit.* 1. *à numer.* 160.

Infertur quartò, non esse secundùm aliquos licitum 15
pingere in die festo, tam coloribus, quàm acu, vulgò *recamar* conficere gladios, vasa fabrilia, &c. dixi secundùm aliquos, quia alii probabile putant cum Layman *lib. quarto*, *titul.* 7. *capit.*2. *numer.* 5. contra communem licere pingere, quia pictores ipsi artem suam, non mechanicam, sed liberalem appellant, & qui in diebus festivis abstinent omninò à pingendo, unde tres sententias refert Pasqualigus *decision.*101. *&* 102. & probabiliorem existimant illam, quæ dicit esse licitum pingere in festo etiamsi fiat lucri gratia, Barbos. *in capit.*3. *de feriis*, *numer.*4. contra Leandrum *quæst.*20. qui negat licere etiam recreationis
gratia, & causa addiscendi artem, sed Pasqualigus admit- 16
tit, & probabiliter, & cum eis Bassæus, & Diana *ubi supra*, & erit etiam licitum reassumere picturas ex exemplaribus Peritorum, quia hoc non est opus servile, sed liberale contra Leandrum *quæst.*23. licitum etiam est Architectis in festo assignare in Chartis, quod postea exequutioni est mandandum, qui etiam possunt facere plantas, seu exempla ædificiorum, Pasqualigus *decision.*147. & multo magis si fiat ad evitandum otium, vel aliam occasionem peccandi, Pasqualigus *loco citato* contra Leandrum *q.*26. *&* 27.

Infertur quintò, licere in diebus festivis venari, aucu- 17
pari, musicas uti, instrumentis ludere, gladiari, chineas ducere, etiamsi fiat lucri gratia, idem de piscamine in mari, vel in flumine, animi tantum gratia, & alicubi est permissum ex consuetudine etiam ad lucrum ob paupertatem piscantium, vel ad publicam utilitatem, ut in tem-

tempore jejuniorum parentur pisces vendendi Populo, & licet Abulensis *in 12. cap. Exodi qu. st. 24.* Negat licere ve-
18 nari, aut aucupari in die festo, tamen contrarium tenent omnes, ratio est, quia vel tales actiones non sunt serviles, ut aliqui dicunt, vel si sint, tamen consuetudine sunt per-
19 missæ Pasqualigus *ubi suprà*, qui dicunt licere piscari in diebus festis, in navigiis remigando, jaciendo, & trahendo retia, non solum causa recreationis, sed lucri causa, quia non est opus servile, sed indifferens Pasq. *dec.* 144.
20 *numer.* 4. & licèt Text. *in cap. licet, de feriis*, permittat ex indulgentia piscationem in diebus festivis quoad Halecias, quia certis diebus solent apparere, unde si ex dispensatione conceditur piscatio in diebus festis, consequenter erit illicita; tamen, ut benè Pasqu. *ubi sup.* ibi S.P. non declarat piscationem esse opus servile, sed ex suppositione, quod sit, indulget, & dispensat, ut concurrentibus quibusdam circunstantiis, de quibus ibi, possit exerceri in die festo, Ricc. *l.6. var. cap. 24. per tot.* quicquid contradicat
21 Leand. *to.3. tr.1. disp.4. q.31. & q.32.* licitum esse in diebus festis gladiari affirmant omnes cum Castro Palao *tom.2. disp.2. de observantia festorum punct.50. numer.11.* Diana *par. 4. tract.4. resolut.222.* Bassæus *in verbo festum, il 2. nu.* 13.
22 sic licitum esse torneamenta exercere, quia non est opus servile, sed ordinatum ad animi recreationem, & ad exercendas vires, ergo si alias sine mortis periculo exerceantur, licitè etiam in festis exercitium, Pasqualigus *decis.* 151. licèt aliqui id negent in quadragesima, vel Ad-
23 ventu contra alios tenentes licere, Leander *quæst.* 36. Pila ludere licitum esse dicunt omnes *ubi suprà*, choreas exercere, &c. Diana *dict. par.4. tract.4. resolut.222.* sic bellare, Leander *quæst.39.* etiam seclusa necessitate, quia non est opus servile, vel si sit servile, tamen ex consuetudine factum est opus liberale, Ausonius *in Summa Dianæ, in verbo festum, numer. 6.* Ricc. *l.6. var. lucubr. c. 17. numer. 12. cum seqq. & cap.21. per totum, & capit. 23. loc. cit.* qui ampliat etiam in festivitatibus majoribus Nativitatis Domini, Paschatis, &c. ob necessitatem licitum esse bellare.

24 Infertur sextò, licere molere in festis molendino, aqua, vel vento, quia in talibus molendinis exiguus labor impenditur, & est introducta consuetudo à Prælatis tolerata publicæ utilitatis causa, ut post alios Sanchez *ubi supr. dubio* 13. Pasqualigus *loco citato*, qui licet id neget in molendinis, quæ molunt opera bestiarum, tamen Leander *dict. quæst.43.* id affirmat etiam in talibus molendinis, tum quia talia molendina permittuntur publicæ utilitatis causa ex Azor. *tom.2. l.2. capit.27. quæst.2.* tum quia idem labor impenditur in molendinis opera bestiarum, ac in illis, quæ molunt jumentorum opera, & juvencorum, ergo si in istis est licitum in festis molere etiam erit in illis, DD. *ubi suprà*, quod si dicas cum Pasqualigo in molendinis cum bestiis dari assistentiam Molitoris continuam, & curam jumentorum ducentium molendinum; Respondeo enim quod in illis ad ventum, vel aquam etiam talis assistentia datur, scilicet assistentia ad aquam, ne excedat ad modum, & debitam quantitatem, & quia talia velocius molant, frequentius debet molitor aut molinarius subire majorem laborem, & ex alio capite si hoc opus non est servile ex se, utique ob assistentiam molitoris esse servile, ut benè Leander *ubi supra, quæst.43.* quicquid dicat Pac. Jordanus *lib.11. tom.2. tit.1. numer.168. & 169.* latè Nicolius *lib.2. titul. 9. numer.3. cum seq.* qui sic agit fuisse declaratum per Sacram Congregationem, *& in verbo festum, numer. 15. in flosculis.*

25 Infertur septimò, contra Abulensem *in Exod. 12. q.24. & q.25.* licere in die festo iter facere, quia sic praxis, & omnes DD. docent, idque erit licitum ex se, & ex consuetudine Pasqu. *dec.*146. Basseus *in verbo festum, il 2. numer.* 10. etiam si fiant cum magna fatigatione, quia non est opus servile; sic erit licitum iter facere conducendo mulos onustos suis lectis, vestibus, & viaticis, quia hæc omnia sunt propter iter, quod est licitum ex se; Pasqu. 146. *numer.6.* & erit licitum deferre bajulis Dominos in lecticis, ut moris est in Civitatibus, quia cum sit licitum ire cum suis commoditatibus: ergo erit licita talis delatio, quamvis alias sit servilis, erit etiam licitum bestias non onustas, de uno ad alium locum transferre; quia hoc non est aliud, quàm iter facere, quod ex se licitum est, Pasqualigus *decision.* 292. *numer.* 11.

Infertur octavò, an sit licitum animalia onusta, aut currus onustos, de uno loco ad alium transferre; Prima, 26
& probabilior opinio est negativa; ita Bonacina, Suarez, Sanchez, Azorius, Castrus Palaus, & alii apud Basseum *in verbo festum, il 2. numer.*10. qui dicunt non esse hoc licitum, necessitate seclusa, & parvitate materiæ, quia cum necesse sit onera interdum levare, & interdum imponere, & hoc sit opus servile prohibitum est, puto tamen probabile esse licitum: primo, quia id licitum est mulionibus: ergo & aliis; tum quia licitum est iter facere, sive pedestre, sive equestre: ergo quod fiat mulis onustis, vel deonustis, per accidens est, & parvitas materiæ est onera levare, vel onerare, ut benè Pasqualigus *decision.* 192. *numer.* 10. Leander *quæstion.* 51. *ubi suprà*, sic licitum est mulionibus cum bestiis onustis iter ante festum inceptum inchoare, & perficere die festo, tum ob consuetudinem; tum quia alias esset officium nimis onerosum, post alios Diana 2. *part. tractat.* 15. *resolution.*36. Pasqualigus *decision.* 392. & non solum licebit continuare, sed etiam incipere iter in festo, audita tamen Missa, tum quia sic consuetudine est introductum, tum quia eadem videtur ratio de continuatione, ac de inchoatione, cum in utroque sit eadem defatigatio, Diana *part. prima, tractat.* 15. *resolut.* 36. Amentibus perpe- 27
tuò etiam diebus festis licitum est imponere opera servilia, quia illi non sunt capaces legum, Diana *part. quinta, tractat.*14. *resolut.*7. qui idem dicunt de servo infideli, cui erit licitum imponere opera servilia in die festo, quia non tenentur tales ad leges Ecclesiasticas, & multo magis licitum erit per jumenta exercere in die festo opera servilia putà per Mulam aquam trahere ad irrigandos agros.

Tandem pro complemento capitis prædicti sciendum 28
est, quod posito quod opera prædicta sunt licita die festo ex rationibus adductis, & permittantur audita etiam Missa, licet eo tempore fiant, quo concio habetur in Ecclesia, quia fideles non tenentur audire concionem sub mortali quamvis malè faciant, & maximo bono se privent, Suarez *tom.1. de Religione, l.2. cap.26. numer. 6.* Graffius & alii apud Bonac. *disp.5. qu. unica, puncto 10. numer. 27.* Pacis Jordanus *tom.2. lib.11. tit.1. numer.171.* & sic dicimus de divinis officiis, quia non obligantur ad interessendum divinis.

Ideoque in dictis casibus, quando propter justam cau- 29
sam licitum est operari in dictis festis juxta supradicta non posset Episcopus regulariter opus prohibere, & si prohibuerit fulminando excommunicationem, timenda illa non est, quia propter necessitatem fiunt, vel ob aliam justam causam, quia sententia ejus generalis, juridicè interpretanda est contra operantes casibus prohibitis, ut post Navarrum, dicit Pacis Jordanus *tom. secundo, lib. 11. titul. primo, numer. 170. in fine*, at posito quod ad usum agrorum colendorum dicimus esse necessarium in diebus festis messem facere, vindemiare, &c. *l.3. C. de feriis*, intelligentur hæc omnia accepta per Episcopum benedictione; si adiri potest, sin autem Vicarii foranei, post alios Ricc. *l.6. var. cap.17. numer.*15.

Secunda conclusio, opera aliqua non sunt servilia, sed 30
speciali jure, & ratione prohibentur, patet conclusio ex *capit.1. de feriis, & cap. fin. eodem tit.* scilicet Mercatum Placitum, judicium criminale, vel civile, & juramentum, qnia tales actiones licet non sint serviles, tamen prohibentur, quia ex eis oriri solent jurgia, contentiones, discordiæ, & dissensiones, quibus maximè impeditur vacatio ad res divinas, & quies intenta ab Ecclesia in diebus festis, Doctores cum Bassæo *ubi suprà*, & mercati nomine veniunt etiam nundinæ, quæ semel, aut bis in anno fieri solent, & etiam quæ semel, aut bis in hebdomada fiunt, & vulgo illæ dicuntur feriæ, hæ mercatus Ricciullus *lib.6. variarum lucubrat. capit.24.* omnia enim hæc ibi prohibentur, & licet Hostiensis, & Abbas *in capit. 1. de feriis*, neque ex consuetudine id permittant, tamen contrarium dicunt omnes licitam esse consuetudinem legitimè introductam ferè ubique, quia sicuti festorum observatio est de lege humana, cui potest consuetudo derogare, ita ubi erit talis consuetudo licebit hæc omnia facere, Toletus, Navarrus, Suarez, Sanchez, Layman, Bonacina, Trullenchius, & alii, quos sequitur Leander *disp.5. tract.1. tom.3. quæst.3.* & Sanchez *lib.5. cap.1. dub.25.* me-

meminit de pluribus locis, ubi consuevit fieri mercatum pro tali die etiamsi veniat in die festivo, ut est Neapoli in die lunæ, & veneris, ac in omnibus partibus Regni, Ricciullus *lib.6. capit.24. per totum*, & ideò Sac. Congregatio *in una Gallipolitana* 25. *Octobris* 1588. *& in una forensi* 3. *Iunii* 1585. dixit, Nundinæ, quæ certis diebus festivis intra annum cadunt, tolerentur; Mercatus verò transferatur in præcedentem diem, quod Romæ fieri solet, ut ait Nicolius *in lib.2. titul.9. de feriis*, *numer.* 4. Nundinæ verò non transferuntur, sed tolerantur in diebus festivis, dummodo negotiatio cesset, quousque celebrata fuerit Missa solemnis manè dicenda, ut Populo longiùs relinquatur tempus negotiandi, Neapoli toleratur etiam mercatus si incidat in die festo, nec transfertur in alium diem, ut fit Romæ, idem Nicolius *in flosculis*, *in verbo Festum*, *numer. tertio*, emptio, & venditio licet secundùm aliquos, de quibus Hurtad. *de justit. & jure*, *disput.* 2. *difficult.*17. sit prohibita sub p. m. in die festo, tamen communiter intelligunt Doctores peccaminosas esse in die festivo, quando consumeretur in illis tota dies festi, verum non obstante antiqua consuetudine possunt per Episcopos prohiberi ex Sac. Congregatione, ut ait Gratianus *decis.* 71. Barbos. *in dict. capit.*86. Nicolius *lib.2. titul.* 9. *à numer.* 4. *&* 5.

Ex quibus infertur primò licere in diebus festivis vendere panem, vinum, carnes, fructus, & alia necessaria ad victum quotidianum, quia in jure non videntur prohibitæ tales res, & consuetudine etiam licitæ factæ sunt, etiamsi fuissent prohibitæ ex Cajetano, & aliis dicit San-
31 chez *ubi supra*, & post omnes Leander *quæst.*6. sic licitum est carnes vendere, & tabernariis comestibilia, tum ex necessitate ementium, tum ex consuetudine Sanchez *dubio* 25. quia cum ad humanum genus pro tali die pertineat comedere, &c. hoc non prohibito, neque erit prohibitum illis, qui ad necessitatem sublevandam concurrunt, & Romæ, atque Neapoli ob multitudinem Gentium pro solo die Paschatis, & Nativitatis D. N. Jesu Christi comestibilia venduntur die antecedenti, ut benè Ricciullus *variar. lucubrat. lib.6. cap.*17. *numer.*8. qui hoc ipsum dicit
32 de Medicis, & pharmacopolis ad salutem hominum deputatis, idem dicit Ricciullus de Marescalchis, qui equis possunt applicare remedia, ferramenta pro pedibus, &c. & erit etiam licitum in die festo bona debitoris vendere voce præconis, tum ob commodum venditoris, qui alia die non posset dicta bona vendere, tum propter consuetudinem, & etiam privata venditione id licebit ex consuetudine, & commodo vendentis, & probabilius contra Sylvestrum, licitæ erunt locationes, & conductiones rerum, sic licebit Richatteriis vendentibus vestes veteres, illas in apothecis vendere, etiam aperta janua, etiam sine
33 peccato veniali, ait Sanchez *dubio* 25. *numer.*14. *&* 15. tum ex consuetudine, tum ex necessitate venientium ad has vestes emendas, & ita in Synodo Granatensi fuisse dispositum, dicit Sanchez *ubi suprà*, excepto tamen tempore Missæ majoris, quasi post Missam licitum sit id facere, quod idem dicit Navarrus *lib.2. Consiliorum*, *in titul. de feriis*, *consil.*1. *de sutoribus*, quibus licebit calceos vende-
34 re in diebus festis, tum propter consuetudinem ubique receptam, tum propter parum temporis, quod in hoc consumitur, cum enim talibus diebus plures vendant rusticis, & pauperibus venientibus, quàm alio die, si tunc tenerent apothecam clausam maximum sentirent incommodum, & tempus, quod consumitur in pare calceorum vendendo modicum est, & ait Navarrus non peccare hos tales mortaliter, & apud Granatenses esse declaratum hoc dicit post Rodriquez, Leander *qu.*12. *disp.* 5. *tract.* 1. *tom.* 3. licebit etiam in die festo candelas vendere, aut emere,
35 & alia similia, ob parum temporis, quod in eo consumitur, Sanchez *numer.*16. sic licitum est in die festo ire ad oppidum, pro exigendis debitis, nisi esset exigendum frumentum, & mensurandum ibi, ac onerandas bestias, &c. quia hoc non erit licitum, nisi ex necessitate, vel nisi esset modicum tempus, quod consumitur, vel si alias rustici alio tempore nequeunt inveniri, quia tunc diebus festivis erit licitum.

36 Infertur secundò, sub nomine placito prohibiti in die festo, intelligi judicium, & causam civilem agitari, ut citatio partis, formatio processus, cognitio causæ, & prolatio sententiæ, & sic prohibetur placitum, seu strepitus judiciarius, Sanch. post alios *dub.*27. Ricciull. *l.6. var. c.*25. Citatio illicita, & invalida erit in die festo, quia citatio pertinet intrinsecè ad strepitum judicialem, qui totus prohibitus est, ex juribus citatis *in c.* 1. *& fin. de feriis*, sic illicita, & invalida erit citatio in die non festivo, pro die festo, quia pars non potest vocari ad respondendum pro die festo, *d. c. fin. de feriis*, nec talis citatio facta pro die festo obligabit ad comparendum in die proximo sequenti diem festum, quia cum fuerit tale decretum nullum, ideò nullum poterit producere effectum etiam pro die licito, Doctores citati, & hoc etiam procedit si citatio non sit pro tali die Dominica, sed pro tali die mensis, in quo incidit dies Dominica, DD. *in d. c. fin. de feriis*,
erit tamen validum mandatum factum alicui ad compa- 37
rendum infra tot dies, si intra eos fuerint aliqui dies festi, Sanch. *dub.*27. & si sit infra octo, sed octava dies sit festiva erit validum mandatum, & tenetur comparere die sequenti, ut post Suarez, & alios dicit Sanch. *ubi sup.* & citatus pro die festo, erit iterum citandus in die non festivo, si verò citetur in loco, ubi non est dies festus, at Judex est in loco, ubi est festum, poterit validè citari, modo præceptum citationis non sit expeditum die festo, sed alio die habili, verùm non poterit validè citari reus existens in loco, ubi festus dies servatur, sed in loco judicii non servatur, quia citatio est nulla, si fiat in die festo, sed ubi fit citatio est dies festus; ergo Bonac. Trullench. Fagund. & alii, quos sequitur Leander *q.*24. contra Sanch. apud eos, Ricc. *l.* 6. *c.* 25. *& c.*24. *var. lucubrat.*

Infertur tertiò, & non posse testes examinari in die fe- 38
sto, nec licitè, nec invalidè, si ab eis præstetur juramentum, quia in festo non potest præstari juramentum *cap.* 1. *de feriis*, tum quia tale examen testium, est actus judicialis; ergo Trullench. *l.*3. *in Decalogum*, *capit.* 1. *dub.* 9. *numer.* 24. at si in die non festo jurent de veritate dicenda, poterunt examinari in die festo, ex Gloss. *in Clement. unica*, *de officio delegati*, *in verbo Iudices*, Maranta *de ordine judiciorum*, *in tit. actorum editio*, *numer.*40. licet alii negent posse fieri apud Leand. *qu.* 26. sed praxis servat primam opinionem, juramentum verò extrajudiciale in die festo erit licitum contra Abb. *in c.*1. *de feriis*, *n.*8. *& capit.*
*ult. n.*18. docent communiter apud Dianam *p.* 1. *tract.* 11. 39
*miscell. res.*34. disputant Doctores *de juramento in causis spiritualibus*, an sit licitum die festo. Prima opinio affirmat. Secunda negat, quia prohibitio est generalis; ergo. Sic Fagundez, & alii *ubi sup.* erit tamen licitum juramentum in die festo factum pro pace, pro fide, pro obedientia, pietate, fama, vel urgente necessitate DD. *in d. c.*1. *& fin. de feriis*.

Infertur quartò, sententiam criminalem factam in die 40
festo esse non solùm illicitam, sed etiam invalidam *d. cap. finali*, *de feriis*, & ibi nec processus habitus teneat, nec sententia, Bonacina *ubi supr. punct.*20. *numer.* 10. urgente tamen necessitate erit, & valida, & licita sententia
criminalis in die festo, neque sententia civilis lata in die 41
non festo poterit executioni demandari in die festo *c. final. de judiciis*, *cap.*1. *de feriis*, quia talis executio continetur sub strepitu judiciario, & confessionem rei in die festo factam posse recipi dicunt Baldus, & Innocent. apud Marantam 6. *part. de ordine judiciario*, *in Rubrica actorum editio*, *numer.* 24. alii negant esse licitam, quos sequitur Leander *quæst.*34. Verum etiam est non solùm criminalem
sententiam, sed aliam quamlibet prohiberi in die festo, 42
Doctores citati; Inquisitores tamen Sanctæ Fidei possunt in die festo validè, & licitè ferre sententias contra hæreticos, Sanchez *ubi suprà*, *dubio* 30. & sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata in die festo erit valida, & licita post alios Leander *quæst.* 37. contra Butreum, & alios *ubi supra*, actus jurisdictionis voluntariæ possunt in die festo fieri, ut emancipatio, manumissio, &c. *leg.2. Cod. de feriis*, Bonacina *disput.*5. *puncto* 1. *numer.*11. visitatio Clericorum, & Ecclesiarum fieri poterit per Episcopum in die festo, dummodo fiat absque strepitu judiciario Doctores citati, laudum factum ab arbitris, nec licitum, nec validum est, quia ad instar judiciorum sunt arbitramenta redacta, ergo, &c. arbitratoris tamen & amicabilis compositoris valebit, & licet Sylvester neget Advocatos posse informare in die festo, tamen communiter docent licere, & licèt dicat Leander *quæst.*44. licere appellare in die festo; tamen est falsum, quia est actus judiciarius pertinens ad strepitum judiciarium, & miror de Leandro cum aliis quos adducit *quæst.* 45. qui dicit

non solum validè, sed etiam licitè posse fieri appellationem in die festo; negat tamen licere prosequi appellationem in die festo; pœnam tamen corporalem exequi non potest contra aliquam, unde benè dixit Auditor Joseph Hodierna non posse quondam fustigari in die festo, dum esset Auditor Materæ, nisi urgente necessitate, veluti si immunitas negotii sceleris exigat suspendi statim Bonacin. *d. cap.* 1.

DISCEPTATIO CCX.

SUMMARIUM.

1 *Causæ excusantes ab observantia festi.*
2 *Parvitas materiæ excusat.*
3 *Parvitas materiæ in hoc casu, qualiter consideretur.*
4 *Parvitas materiæ non consistit in tertia parte diei.*
5 *P. M. qui plura servitia in die festo præstiterit.*
6 *Necessitas excusat à p. in die festo.*
7 *Necessitas sui, & suorum excusat à p. m. in die festo.*
8 *Pastillos faciens in die festo non p. m.*
9 *Pistores, seu fornarii p. m. in die festo.*
10 *Barbitonsores, & chirurgi quatenus in die festo à peccato mortali excusentur.*
11 *Pharmacopolæ an excusentur in die festo.*
12 *Agricolæ in festo laborantes per aliquod tempus an excusentur à peccato.*
13 *Agricolæ seminantes in die festo.*
14 *Vitrum coquentes in die Festo, excusantur à p. m.*
15 *Calcem coquentes in die Festo, excusantur à p. m.*
16 *Servi filii, & omnes subditi existentes solent excusari in die festo.*
17 *Opera servilia facientes subditi, an, & quando peccent.*
18 *Opera servilia facientes, quando excusentur ratione consuetudinis.*
19 *Textores, quando excusentur si laborant in die festivo.*
20 *Sartores, quando excusentur si laborant in die festo.*
21 *Laborantes artifices ob causam publicam, quando excusentur in die festivo.*
22 *Ferratores equorum quando excusentur in die festo laborantes.*
23 *Laborantes in die festo ob causam publicam pietatis, an excusentur.*
24 *Infirmos curantes in die festo, quando excusentur.*
25 *Pietatis opera fieri possunt in die festo, & quæ sint.*
26 *Moniales, & Clerici ornantes Ecclesias in die festo non peccant.*
27 *Comestibilia qualiter vendantur in die festo.*
28 *Laniena an claudi debent in diebus festivis.*

De causis excusantibus à præcepto observationis festorum.

1 CUm certum sit dari causas, quæ excusent à festorum observatione, quia cum sit hoc præceptum humanum, & positivum, poterit ob causam ejus obligatio suspendi, & aliqui assignant quatuor causas excusantes, alii quinque, alii sex, & alii septem, ita S. Thomas 2. 2. *qu.* 122. *artic.* 4. ubi Cajetanus, Bonacina *in* 3. *præceptum Decalogi, disp.* 5. *puncto* 8. Sanchez *tom.* 1. *Consiliorum, lib.* 5. *c.* 2. *dubio* 18. Trullenchius *in Decalogum, l.* 3. *c.* 1. *dub.* 10. sit ergo.

2 Prima conclusio excusat à p. m. laborantes in die festo parvitas materiæ, quia in omni præcepto humano positivo levitas, seu parvitas materiæ à mortali excusat, tum quia non ex quolibet opere servili impeditur notabiliter Cultus divinus, nec gravis irreverentia irrogatur Deo, Pacis Jordanis *l.* 11. *tit.* 1. *numer.* 116. sic omnes excusant mulieres, quæ sine causa aliqua puncta ponunt, & tonsores, qui unum, vel duos radunt, tota difficultas est quænam sit quantitas parva, aut notabilis ad excusandum, & licet aliqui Canonistæ nimis sanè docuerint tertiam partem diei veluti octo horas non esse partem notabilem illius, & laborare per dictam tertiam partem non esse peccatum mortale, quos refert Fagundez *lib.* 2. *de præceptis, capit.* 14. *numer.* 21. id tamen est falsissimum, quia illæ octo horæ non sunt parum, aut leve, sed notabile, & magnum; 3
tum quia qui omittit tertiam partem Missæ in die festo peccat mortaliter, Leander *tractat.* 2. *disput.* 1. *quæst.* 31. ergo etiam peccabit mortaliter, qui per tertiam partem diei festi laborat, tum quia qui omittit tertiam partem Officii divini mortaliter peccat, quia omittit partem notabilem; ergo, tum quia sequeretur ex opinione contraria, quod posset quis in hieme per totum ferè integrum diem festi, à mane usque ad noctem laborare absque labe peccati mortalis, quod est plusquam falsum, patet sequela, quia dies hiemalis computatur à mane usque ad Vesperas, & habet tali tempore novem horas cum dimidia ad summum, Pasqualigus *decis.* 300. *numer.* 8. qui cum aliis damnat opinionem contrariam, verum non est audiendus Pasqualigus, 4
qui licet cum timore aliquo, docet posse aliquem laborare tertia parte diei, sumendo diem ab eo principio, quo opera servilia fieri solent, scilicet ab Aurora, &c. quia dicit censeretur dies mortaliter sanctificatus, quando pro tertia parte ad laborem, pro duabus divino cultui sanctificaretur, & sic Pasqualigus sumit horas 24. diei, dicit esse auferendas omnes horas, quæ ad dormiendum, comedendum, &c. sunt necessariæ, & de illis, quæ supersunt dat tertiam partem licitam labori, &c. neque enim est verum argumentum Pasqualigii, quod dies maneret sanctificatus per totam, sed per duas partes tantum; & licèt ipse Pasqualigus dicat per spatium trium horarum non esse p. m. laborare in die festo, tamen contrarium putant Doctores, & veriùs; quia apud omnes spatium trium horarum non est exiguum, sed gravis, & notabilis materia, Leander *quæst.* 5. *disput.* 6. sed dico cum communi laborare in die festo per duas horas integras non esse peccatum mortale, quia tale tempus respectu totius diei est modicæ quantitatis, Diana *parte prima, tractatu* 1. *miscellaneo, resolut.* 36. *& parte tertia, tractat.* 50. *resolution.* 8. *& dicta part.* 3. *tractat.* 3. *resolut.* 6. Bassæus *in verbo Festum*, licet aliqui dicant unam horam esse permissam, alii duas horas, de quibus post Bonacinam Pacis Jordanus *lib.* 11. *tit.* 1. *numer.* 117.

Ex quibus infertur primò, p. m. eum qui pluribus, & 5
distinctis servitiis in die festo laborat, quando talia servitia licet secundùm se sint parva, tamen juncta simul conflant quantitatem temporis majorem duabus horis, quia talis obligatio abstinendi est una, & eadem, quæ durat tota die; ergo quodcumque opus servile est contra talem obligationem, Pasqualigus *decis.* 305. Sanchez *in summa lib.* 1. *capit.* 4. *numer.* 11. Bassæus *in verbo Festum, il* 3. *numer.* 4. quod si quis pluribus diebus festis aliquid facit; tunc hæc plura facta non adunantur simul ad constituendum opus prohibitum, Pasqualigus *decis.* 104. Diana *part.* 3. *tractat.* 50. *miscellan. resolut.* 8. Bassæus *in verbo Festum, il* 3. *numer.* 4. Pacis Jordanus *lib.* 11. *titul.* 1. *numer.* 21. & excusatur ille, qui facit plures laborare in die festo per notabilem diei partem, sed singuli modico tempore solum, quia illa parva opera servilia à multis exercita, non possunt continuari inter se, cum sint opera diversarum personarum habentium diversas personales obligationes sanctificandi festa: ergo nec illas exercentes possunt eam materiam notabilem reddere; ergo neque in hoc peccabunt mortaliter, ergo neque peccabit, qui hoc efficit, etiamsi illi singuli modicum laborantes id facerent ad lucrum, Leand. *qu.* 10. *disp.* 6. *tract.* 1.

Secunda conclusio: necessitas excusat à p. m. laborantes 6
in die festo, quia lex non obligat necessitate urgente, juxta illud *cap. Remissionem*, §. *finali*, *quæst.* 1. necessitas non habet legem, & juxta illud *cap. Quod non est, de reg. jur.* ibi quod non est licitum necessitas facit licitum, tum quia Ecclesia non vult suis legibus obligare filios suos cum gravi incommodo, aut damno, cum lex ex se bonum respiciat, & sic excusantur illi artifices in festo, qui utpotè pauperes operarii, nisi laborent in festis, nequent se ipsos, & familiam sufficienter sustentare, dummodo id faciant secretè, ad evitandum scandalum, & audita Missa, & non protrahant laborem, nisi quousque sufficiat ad sub-

sublevandam necessitatem, quia necessitas illam licentiam laborandi præstat, quantam necessitas ipsa postulat, ut post alios Pasqualigus *decision.296.* Sanchez *libr.* 5. *Consiliorum*, *cap.2. dub.18. numer.15.* Daniel *de nobilibus, tom.* 1. *disp.34. numer.* 13. & 14. sic poterit aliquis laborare in
7 die festo, quando id faceret pro sui status necessitate, puta, quia ei deest aliqua suppellectilis, pallium, pileus, &c. & ad illum comparandum laboraret in die festo, Pasqualigus *loco cit.* sic Pater in die festo laborans, ut dotem suæ filiæ pauperi reponat, non peccat, sic pro acquirenda supellectile, quæ solet pro dote dari filia poterit in die festo laborare, sic servæ in resarciendis propriis vestibus, non peccant in diebus festivis, dummodo non habeant aliud tempus pro diebus non festivis: nam excusabit necessitas vestes resarciendi: sic excusantur servi, qui in diebus festivis præparant cibos non solùm necessarios ad victum, sed etiam illos, qui potiùs ad delectationem deserviunt, ut cum aliis dicit Leander *disput.5. tract.1. qu.17.* sic excusantur, qui faciunt in die festo pastillos, tum ratione
8 necessitatis, quia talis cibus etiam pertinet ad victum communem, tum etiam ratione consuetudinis legitimè introductæ, tum denique ob utilitatem, & bonum regimen Reipublicæ, Sanchez *ubi suprà, tom.2. Consiliorum, lib.5. cap.2. dub.18. numero* 3. & licèt Pasqualigus referat
9 *decision.* 293. aliquos dicentes non excusari à peccato Pistores, sed fornarios, qui diebus festivis absque nova superveniente necessitate, panes conficiunt, & coquunt, tamen dico excusari, tum ratione communis necessitatis, tum ratione consuetudinis, & sic Romæ, Neapoli, &
10 alibi est talis consuetudo, sic excusantur die festo Chirurgi, qui in die festo venam scindunt, Pharmacopolæ, qui medicinam parant, tonsores, qui aliquos tondunt ratione necessitatis proximi, cui omnes tenentur subvenire: unde licet talia opera sint servilia, & prohibita in festo, ta-
11 men illud non violant, qui ea exercent propter necessitatem proximi, quia in necessitate non sunt prohibita *cap. ultim. de feriis*, & post alios Trullenchius *dub.10. numer.* 10. qui bene advertunt, non debere prædictos conficere medicinas in festo, nisi solum illas, quas postulat necessitas illius diei, & ad vitandum proprium damnum imminens, licitum erit in diebus festivis laborare, ut Agrico-
12 læ, qui tempore messis in festis, grana purgant, &c. ut ex pluribus notat Leander *dict. quæst.21. per totam*, sic excusantur Agricolæ ob necessitatem propriam vitandi damni imminentis, qui in festis segetes metunt frumenta ex area in horreum portant, fœnum in locum tutum ferunt si pluviæ inclementiam timeant, Barbosa *in cap. licet, de feriis, num.6.* Toletus *lib.4. c.25. numer.3.* qui idem dicunt de Agricolis vindemiantibus, & seminantibus in festis autumni tempore, metuentibus ne postea temporis incle-
13 mentia impediantur, & putant Sanchez, & alii etiam hoc esse licitum Agricolis, licet nullum immineat certum damnum, neque ejusdem damni periculum, at Pasqualigus negat si non est periculum damni, Leander *qu.23.* se remittit ad Regiones, ubi solent succedere tempestates, ut apud Hispanos ego dico cum Sanchez, *ubi suprà*, esse licitum simpliciter etiam sine periculo damni, Pacis Jodanus *lib.* 11. *to.2. tit.1. n.122. cum seqq.* quæ causæ si veræ sint ordinarius tenetur dare licentiam, ut ait Sac. Congreg. Archiepiscopo Beneventano de anno 1645. Nicolius *par.2. tit.* 9. *numer.2.*

Sic excusantur Agricolæ, qui tempore autumni agros serunt in festis, quia tempore sementis adest talis necessitas laborandi in die festo, ne videlicet occasio amittatur serminandi, sic excusantur Hortali, qui in festis rigant se-
14 getes, vineas, olera, &c. Sanchez *dub.18. numero* 11. Pasqualigus *dec.297. numer.2.* sic vitrum coquentes, aut ferrum decolentes ad evitandum aliquod damnum notabile, si inceptum opus non continuarent, & non solùm non tenentur ab inchoato opere, desistere in die festo, sed etiamsi
15 incipiat opus die festo, non peccabunt ob damnum imminens, Pasqu. *loc.cit.* sic excusantur, qui coactionem calcis, saponis, tegularum, ollarum, &c. in die festo faciunt, quia talis decoctio absque notabili damno non posset impediri, & etiamsi talem coctionem non solùm continuant in die festo, sed etiamsi illam incipiunt, Pasqualigus *decision.* 295. *n.3.* contra Leandrum *qu.29.* Pacis Jordanus *lib.11. to.2. tit.1. à n.122.*
16 Tertia conclusio excusantur aliqui à peccato laborantes in die festivo ratione subjectionis, ut servi, filii, uxores, & aliæ personæ subjectæ, quæ justo metu compulsæ à parentibus, vel dominis in festis servilia exercent, quia si non obedirent incurrerent damnum, & scandalum, dummodò non compellantur id facere in contemptum fidei, & Religionis, quia tunc potiùs deberent mortem subire, quàm facere aliquid in contemptum Ecclesiæ, fidei, & Religionis, Pasqualigus *decision.298.* sic excusantur illi mensatim conventi sunt cum Dominis, si Domini velint 17
eos laborare in die festo, sic excusantur subditi, qui ad evitandam indignationem Dominorum, seu Parentum exercent opera servilia in diebus festis, Pasqualigus *dict. dec.298. numer.4.* sic excusantur famuli Barbitonsoris, qui à suis Dominis compelluntur in diebus festis laborare, vel ratione consuetudinis, vel ratione parvitatis materiæ, &c. contra Sanchez *num.19.* qui dicit non excusari, neque peccabit Barbitonsor si uni, vel paucis barbam tondat, Diana *part.1. tractat.15. resolut.32.* Pasqualigus *decision.* 289. neque peccabit venialiter si alicui tondit barbam in festo, qui celebraturus est Missam novam, vel nuptias, Trullenchius *lib.3. in Decalogum, cap.1. dubio 10. numer.* 14. sic non peccabit Barbitonsor, neque venialiter si in die festo barbam radit omnibus suis Parœcianis, sive de sua vicinia propter Paschatis solemnitatem, quia hæc erit causa sufficientissima, ut à veniali excusent; ut contra Sanchez *dubio 21. numer.6.* dicit Leander *quæst.36.* & tandem ratione consuetudinis excusantur Barbitonsores à peccato, qui per totum diem festum, aut per majorem 18
partem illius, barbas, & capillos tondent ex contraria consuetudine, quæ derogat legi, & possunt etiam ire ad domos, & oppidum, ubi degunt Agricolæ ad eos tondendos, quia si aliis diebus id contingeret, fieret cum damno illorum ergo, Pasqualigus *decision.289. numer. 9.* sic excusantur, quando in eorum officinis Barbitonsores, omnes venientes nullum excludunt, sed omnes tondunt, quia præsumuntur tales diebus festis occupati, & impediti, ut non possint sine magno incommodo accedere, Sanch. *dub.21. n.2.3. & 6.* Diana *par. 1. tr.15. resol.* 34. si excusatur à p. m. qui in die festo petit tonsuram à 19
Barbitonsore; sic excusantur textores sericorum si sint pauperes, vel si necessitas urgeat faciendi drappum, Daniel *de nobilibus, q.34. n.10.*

Excusantur etiam ratione parvitatis materiæ, non verò ratione consuetudinis, sartores, qui perficiunt in die festo vestes pro illa die inservientes, Pasqualigus *dec.290.* excusantur tamen quando in festo faciunt vestes pro nuptiis, ob necessitatem illarum vestium ad conservandam de- 20
centiam status, idem quando Advena accedit ad Urbem, vel in alia causa, & etiam excusantur si tales vestes non facientes timerent aliquod damnum notabile, Pasqualigus *decis.290.* Daniel *de nobilibus, dict. disputat.* 34. *tom.1.*

Quartam conclusio excusantur à p. m. artifices ob cau- 21
sam publicam laborantes diebus festivis, scilicet faciendo tabulata, & alia similia ad communem Populi lætitiam, licèt utilitas, non sit simpliciter necessaria, sic sartores talibus diebus vestes conficiunt, & laborant, Sanchez *ubi suprà*, Pasqualigus *decision.291.* sic si in festo sit recitanda comœdia possunt laborare artifices sine ullo peccato ad facienda tabulata, quia cum fiant ob publicam lætitiam consequenter licebit laborare, Pasqualigus *decision.* 291. Verum si potuissent per tempus facere ante festum, & alia die, peccabunt operantes tali die festo, nisi excusentur mo- 22
rali necessitate, neque peccabunt Ferratores equorum sive iter agant, sive non ob consuetudinem à Prælatis toleratam, &c. peccant secundùm aliquos textores, qui in diebus festis præparant instrumenta texendi, licet alii dicant excusari ratione parvitatis materiæ, vel loco consuetudinis.

Quinta conclusio excusantur laborantes in die festo ob 23
causam pietatis, putà si Pontes, fontes, vias publicas, & alia hujusmodi reficiant, eò quod sine magno incommodo in alios dies non festos, differri non possunt, quia licitum est operari serviliter in festo ob necessitatem propriam; ergo etiam multo magis licebit ob necessitatem communem, ut contra aliquos docent Sanchez, Bonacina, & alii *ubi suprà*, Pacis Jordanus *lib.11. titul. 1. numer.126. cum seqq.* sic curantes infirmos in die festo non peccant, 24
sic qui sternunt vias publicas pro viatoribus, pontes erigunt, congregant ligna, & lapides pro loci publici salute, quos quicquid dicat Leander *qu.55. & 56.* qui tamen *q.57.* be-

bene dicit peccare mortaliter eos artifices, qui in diebus festis laborant, ut ex lucro eleemosynas pauperibus erogent, sic excusantur artifices, qui in die festo aliquod opus faciunt in honorem, & cultum Dei, Pasqualigus *decis.* 187. sic qui pulsant campanas, & cymbala, deferunt crucem in processionibus, &c. & musicis, qui utuntur in-
25 strumentis, & qui conficiunt hostias, templa mundant, tapeta ornant, &c. etiamsi fiant sine necessitate; sic non peccant, qui in diebus festis lavant purificatoria, vasa sacra, &c. Pasqualigus *dec.*289. non tamen excusantur, qui diebus festis agros Ecclesiæ arant, terramque fodiunt, &c. nisi concurrente necessitate, de qua *suprà*, quia non per hoc, quod est ager Ecclesiæ erit opus pium, & sic verè
26 servilia sunt talia opera, unde Moniales, & alii ornantes suas Ecclesias in diebus festivis non peccant, & Monialibus non potest prohiberi, ne ad ornandum eorum Ecclesiam in die propriæ solemnitatis accipere possint commoda paramenta, ut declaravit Sac. Congregatio in una Messanensi 4. Junii 1602. Nicolius *in verbo*, *Festum*, *numer.* 8. qui ait, quod vigiliæ non annuntientur à Regularibus, nisi exerceant curam animarum, vel nisi Parœcus consentiat, & puellæ possunt laborare in die festo ad evitandum otium, vel ad discendum, facientes recamationes, Dia-
27 na 3.*part. tract.*5. *resol.*8. *& part.*6. *tract.*6. *resolut.* 15. & panis, & vinum liberè in qualibet hora possunt exponi venalia, dixit Sacra Congregat. in una Nicoteræ de an. 1596. cum portello apothecæ, &c. sic medicinæ, & herbæ possunt deferri post Missam conventualem, seu Parœcialem, & concionem, si habebitur Sac. Congregatio *ubi supr.* & fructus, vel herbas non potest impedire quis, ne circumferendo vendantur per Civitatem, Archiepiscopo Neapolitano rescripsit Sacra Congregatio de anno 1588. apud Nicolium *numer.*19. *&* 20. sic carnes, & cætera comestibilia in apothecis servi apertis possunt vendi extra tempus divinorum Officiorum tantum, scilicet non eo tempore, quo divina celebrantur, sed ante, vel post, nempe ante Missam conventualem, & post Vesperas, Sac. Congregatio *ubi suprà*, exceptis certis festis principalibus, in quibus non est
28 licitum vendere carnes, sine licentia Episcopi, & in tabernis clausis, & tandem in diebus festivis claudi debet Laniena, sive macellum, dum cantatur Missa solemnis conventualis, salsamentarii cum cæteris commiscentur de quibus *suprà*, Aromatarii possunt tenere apothecas apertas juxta solitum, & vendere possunt omnibus horis, sicuti illi, qui deferunt pisces, herbas, &c. ut ait Sacra Congregatio Vicario Adriæ de anno 1593. Neque potest Episcopus facere casum, sive censuram, transgressionem festorum, nec pœnas pro festorum observatione locare, Nicolius *in verbo*, *Festum*, *in fine*.

DISCEPTATIO CCXI.

SUMMARIUM.

1 *Textus* in c.licet 3. de feriis, *explicatur*.
2 *Piscatio ut fiat in die festivo tria requiruntur*, *& quæ*.
3 *Congrua danda Ecclesiis à Piscatoribus quanta esse debeat*.
4 *Episcopus potest dispensare super observantia festorum*.
5 *Parœcus, vel Vicarius foraneus poterit dispensare super observantia festorum*.
6 *Licentia pro laborando, non requiritur in scriptis, nec sufficit præsumpta*.
7 *Licentia pro laborando cum causa probabili sufficit in die festo*.
8 *Dispensatio ab homine, & à lege, qualiter differant, quando fit cum onere eleemosynæ*.
9 *Episcopi dispensatio requiritur, posita causa non laborandi in die festo*.
10 *Dispensatio debet esse ex causa publica in hac materia*.
11 *Licentia laborandi in die festo posita causa, à quo concedatur*.

ARGUMENTUM.

A quonam sit habenda licentia, & dispensatio etiam in casibus licitis in die festo.

DE EADEM RE.

Cum certum sit opera licita in diebus festis esse facienda, prævia Episcopi benedictione, & licentia, ut post 1
Sotum, & alios dicit Ricciullus *lib.*6. *c.*17. *n.*15. & alibi, operæpretium videndi dixi, à quo sit habenda talis licentia, & dico duplicem dari dispensationem, unam scilicet comprehensam in corpore juris, nempe *in c.*3. *de feriis*, alteram verò, quæ datur à Prælato Ecclesiæ, unde sit.

Prima conclusio, dispensatio quæ datur in corpore juris est illa, *cap.*3. *de feriis*, qui quidem textus dat licentiam pro certo tempore in diebus festivis piscandi, positis aliquibus conditionibus, de quibus ibi, qui textus licèt loquatur de halecibus, tamen procedit in aliis piscium speciebus, quorum piscatio aliquo tempore fieri potest, cujusmodi sunt Tunni, & pisces spade, ut bene Suarez *tom.*1. *de Religione*, *cap.*33. *numer.*6. ratio est, quia in his viget eadem ratio, quæ in halecibus; ergo sunt in eadem dispositione comprehensi, argumento *l. illud*, *ff. ad leg. Aquiliam*; ubi enim ratio conjungit plures casus, obtinet vicem generis, quod includit sub se omnes æqualiter, non per extensionem, aut per similitudinem, sed per æqualem comprehensionem, Baldus *in l. de quibus*, *numero* 35. *ff. de legibus*, *& in l. omnes popul. numer.*25 *ff. de justit. & jure.* cum aliis adductis à Surdo *consil.*276. *numer.*8. *&* 9. & hoc ipsum dico in Aucupio Avium, certo tempore transeuntium, quod maximè contingit in Civitate Cavæ, Capræ, & Massæ, in terra laboris.

Declaratur conclusio, ut tria requirantur ad textum 2
prædictum, sive Pontificiam dispensationem. Primò, requiritur, quod piscatio non fiat in majoribus anni festivitatibus, scilicet in die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, & Pentecostes, ut ait ibi Glossa *in verbo*, *Majoribus*.

Secundò, requiritur, quod adsit urgens necessitas, quæ dicitur adesse, eo ipso, quo pisces veniunt in terram; quia enim tunc periret piscandi commoditas, cœlesti provisione concessa, *in l.*5. *in fine*, *Cod. de feriis*, per hoc festo non obstante, permittitur, Abbas Hostiensis, Butreus, & alii *in dict. cap. fin. de feriis*, *& cap. licet*, *eodem tit.* sic fœnum, & segetes periculo imminente, pluviæ, vel incursus hostium permittitur die festo, Abbas, & Bellamera *in c.*1. *n.* 7. *de feriis*.

Tertiò requiritur, quod Ecclesiis circumpositis, sive vi- 3
cinis, & pauperibus, detur congrua portio, *dict. cap.*3. *de feriis*, & licèt aliqui dicant talem congruam esse de consilio, Sylvester *in verbo*, *Dominica*, *quæst.*4. Tabiena *in verbo*, *Feriæ*, *quæst.*45. *numer.* 46. Armilla *in verbo*, *Festum*, *n.* 20. Sanchez *de matrimonio*, *lib.*3. *disput.*10. *numer.*11. Alii dicunt esse de præcepto, Bald. Abbas, Butreus, & Ancharanus *in dict. c. licet*, *de feriis*, Cajetanus, Navarrus, Angelus, & Suarez, de quibus Ricciullus *ubi sup. numer.* 8. & patet ex *dict. cap.* 3. quia ibi S. P. postquam indulget, ut in festum in honorem Dei possint capi halecie, statim subjungit, ita quod post factam capturam Ecclesiis circumpositis, & Christi pauperibus congruam faciant portionem, ponderando illud verbum faciant, quod est imperativum, *l.*2. *ff. ne quid in loco publico*, quanta verò esse debeat talis congrua portio disputant nostri Glossarii, *dict. cap.* 3. *de feriis*, dicit debere esse decimam partem totius piscationis, quæ fit die festo, & debet applicari Ecclesiis, & pauperibus DD. ibi, & Episcopus Puteolanus in exteris piscantibus in mari suo, die festivo, prætendit esse congruam quartam partem piscium, vel pretium, & valorem eorum pro quarta parte, de qua re dixi *in meis controversiis*, *controversia* 23.

Secunda conclusio sicuti potest Summus Pontifex dis- 4
pensare per viam legis in præcepto servandi festa, sic poterit concedere multo magis in casibus particularibus, Suarez *dicto cap.*33. *numer.*20. Riccillus *lib.*2. *cap.* 27. *numer.* 11. & alii apud eosdem, & etiam Episcopus habet potestatem dispensandi, non solùm super observantia festorum in festivitatibus particularibus, sed etiam in festis indictis per Summum Pontificem in Ecclesia universali, Sanctus Antonin. Cajetanus, Angelus, & alii, quos refert, & sequi-

quitur Suarez, *ubi suprà*, *numer.*20. Leonius *in Thesauro fori Ecclesiastici*, *part.*2. *cap.*1. *numer.*26. ratio est, quia talis potestas est moraliter necessaria ad bonum regimen animarum: nam cum multa accidere possint, in quibus opus sit dispensare *cap.*3. *penult.* & *finali de feriis*, æquum erit, ut qui curam gerit animarum, potestatem habeat aliquando dispensandi, prout sibi expedire videbitur, Bellamera *in c.*1. *n.*7. *de feriis*, & talis dispensandi potestas non solùm competit Episcopis, sed etiam ordinariis locorum, Suarez, & alii *ubi supra*, post alios Leander *tract.*1. *disp.*6. *quæst.*68.

5 Quia verò Episcopi, & ordinarii locorum nequeunt esse præsentes in quolibet loco Diœcesis, ideò Episcopus hanc dispensandi facultatem, solet delegare Vicariis foraneis, vel Parœcis, aut aliis Sacerdotibus, quod facere possunt, quia pertinet ad facultatem ordinariam, quæ est delegabilis, Raymundus *in summa*, *lib.*2. *in titul. de feriis*, Bellamera *in dict. cap.*20. Leonius *in Thesauro*, *part.* 2. *cap.* 20. *numer.* 26. & 27. quæ tamen dispensatio laborandi in
6 die festo non requirit scripturam, sed sufficit, ut quocumque modo voluntas explicetur, Suarez *ubi suprà*, *numer.* 1. Ricciullus *numer.*16. Pacis Jordanus *tom.*2. *lib.* 11. *tit.* 1. *à numer.*146. *cum seqq.* non sufficit præsumpta licentia Suarez *numer.*4. ratio est, quia Textus de festis sanctificandis est certus, tum veteris, tum novi testamenti *dict. cap.*3. *de feriis*, *l. finali*, *Cod. de feriis*, ad quam tollendam credulitas non sufficit, & hoc maximè procedit, quando causa dispensandi est dubia, & Superior consuli potest; tunc enim cum voluntas non habeat certitudinem, *l. neque natales*, *Cod. de prob.* legis vinculum non potest cen-
7 seri sublatum, sed si causa dispensationis esset in jure probata, vel probabilis, & Prælatus non posset commodè adiri, tunc poterit formari practicè judicium, quod si Prælatus adesset, fuisset dispensaturus, & licentia capi posset à quocumque Presbytero, Sylvester *in verb. Dominica*, *qu.*4. Suarez *d.c.*33. *n.*4.

8 Notanda etiam est differentia notabilis inter dispensationem concessam à jure, & eam, quæ ab homine datur, quia quæ fit à jure non suffragatur, nisi tribus intervenientibus, de quibus ibi, at illa, quæ fit ab homine, licèt possit dari sub aliqua conditione, sive onere eleemosynæ, nihilominus si de facto simpliciter detur laborans non tenetur ad aliquam eleemosynam, Suarez *cap.* 33. *numer.* 10. & juris dispensatio non prodest, in majoribus anni solemnitatibus *dict. cap.*3. Episcopus verò, urgente necessitate, potest disponere etiam in majoribus festivitatibus semper tamen requiritur causa in hac dispensatione facienda: nam si S. P. non dispensat, nisi ex causa *d. c.* 3. *de feriis*, utique tanto minus dispensare debet Episcopus *cap. cum inferior*, *de major. & obedientia*. Causa autem qualis, aut quanta sit, remittitur arbitrio judicis, scilicet Prælati, qui ubi rationabilis causa subest, dispensationem negare non debet, sicuti ubi causa non adest ab ea debet abstinere, Bellamera *in dicto cap.* 1. *num.*6. & 7. *de feriis*, & debet arbitrium taliter regulari, ut si dispenset super festivitatibus suæ Diœcesis, tunc quia dispensat super lege propria (cum jure antiquo potuisset festa indicere) licèt non debeat dispensare sine causa, tamen si absque causa dispensat, valet dispensatio, quia sicuti potest tollere festum, ita poterit tollere in observantiam alicujus diei, Suarez *dict. cap.*33. *numer.*3. at si dispenset Episcopus in festivitatibus universalibus causa requiritur, alias dispensatio non suffragabitur, tum quia non decet, quod Prælatus dispenset, nisi ad imitationem Summi Pontificis, *cap. ut debitus honor*, *de appel.* Suarez *ubi suprà*, & si causa est dubia poterit dispensatus sequi fidem dispensantis, pro quo in dubio præsumitur, in Civitatibus etiam ubi Populus est frequens major subest dispensandi causa, quàm in aliis, Rota in Usbonens. tabernariorum coram Penia post *lib.*2. *Consiliorum*, Farin. *dec.*368. & 372.

9 Tertia conclusio, posita justa causa laborandi in die festo, & necessitate etiam requiritur Episcopi dispensatio, ita post Canonistas, & Suarez cum aliis dicit Ricciullus *dict. lib.*6. *variar. lucubr. cap.*27. *num.*25. contra Leandr. & alios *dict. tractatu* 1. *disput.*6. *qu.*65. qui dicunt solam necessitatem, sine ulla licentia Episcopi, vel alterius Superioris excusare à culpa illum, qui in festo servilia exercet.

10 Probatur nostra conclusio, *dict. capit.* 3. *de feriis*, ubi supponitur necessitas, & nihilominus S. P. dispensat, ut bene Bellamera *in dict. cap.* 1. *numer.* 5. & 6. *de feriis*, quod maximè procedit, quia non quælibet causa sufficit ad pispensationem, sed oportet, ut sit publica, & evidens omnibus veluti periculum hostilis incursus, pluviæ, grandines, quæ impedire possunt culturam, aut segetem, sive recollectionem *l.* 3. *Codic. de feriis*, ergo præter necessitatem requiritur licentia, quod si contingat necessitatem esse talem, & omninò claram; tunc eatenus prodest, ut possint laborare sine dispensatione, quatenus Prælatus adiri non possit, nec adsit alter ab eo deputatus, ut bene Ricciullus post alios *ubi suprà*, & hoc sensu sunt intelligendi Tabiena, Sylvester, Navarrus, Fagundez, Bonacina, Graffius, Sayrus, Trullenchius, & alii, quos refert, & sequitur Leander *dicta quæst.* 65. *ubi supra*, Pacis Jordanus *libr.* 11. *titul.* 1. *numer.* 152. *tom.*2.

Quarta conclusio, licentiam laborandi in die festo 11
possunt concedere Parœci, suis Parœcianis, urgente necessitate aliqua, ut Episcopus adiri non possit, sic Prælati sæculares, ut Generales, Provinciales, Abbates, Guardiani, & Priores dispensare possunt ex causa, cum suis domesticis tantum intra Claustra degentibus, sic Azorius, Trullench. Machado, & Palaus, quos refert, & sequitur Leander *tom.* 3. *tractat.* 1. *disputatione* 6. *quæstion.* 70. quia sub nomine Episcopi comprehenditur quicumque habens jurisdictionem, quasi Episcopalem.

DISCEPTATIO CCXII.

SUMMARIUM

1 *Licentia laborandi in die festo, posita causa, potest dari, soluta aliqua eleemosyna.*
2 *Compensatio in spiritualibus quid, & qualis sit.*
3 *Compensatio super decimis an requirat assensum Apostolicum.*
4 *Consuetudo potest derogare legi humanæ.*
5 *Præceptum abstinendi ab operibus servilibus in die festo, an possit compensari cum eleemosyna, & quare.*
6 *Episcopus tenetur permittere ex causa, ut aliqua opera fiant in die festo.*
7 *Eleemosyna poterit accipi, & cogi ad solvendum, non obstante, quod licentia sit concedenda.*
8 *Illicitum cur sit licitum, cum eleemosynæ præstatione.*
9 *Differunt consuetudo, & statutum in hac materia observantiæ festorum.*
10 *Consuetudo, an, & quando inducat obligationem festorum.*
11 *Consuetudo Ecclesiæ Romanæ attenditur in observandis festivitatibus.*
12 *Eleemosynæ præstationem, quando cogantur aliqui facere.*
13 *Eleemosynæ præstatio obligat in futurum, & quando.*
14 *Consuetudo dandi candela benedictas de cera nova, est observanda.*
15 *Consuetudo inducens laicos ad devotionem, est servanda.*
16 Bulla Urbani VIII. *an sustulerit eleemosynam pro operibus in diebus festivis.*
17 *Locare exactiones festorum, & illarum licentias minimè est licitum.*
18 *Eleemosina pro licentia in die festo, non potest applicari Ecclesiæ Cathedrali, vel mensæ Episcopali.*
19 *Siccare Coria, pelles, &c. licitum est in die festo.*
20 *Pœnæ exactio reducitur ad arbitrium ordinarii, pro inobservantia festorum.*

ARGUMENTUM.

Utrum pro licentia laborandi in die festo, possit eleemosynaliter aliquid accipi, præsertim posita consuetudine.

DE EADEM RE.

1 RESpondeo affirmativè, quia hoc onus non imponitur tamquam prætium datæ facultatis, sed ut onus cessationis operis servilis in festo, sepè commutatur in aliud opus pium exigendi aliquid, ut erogetur in pios usus, sic Azorius *lib.*1. *cap.*28. *quæst.*21. Reginaldus *lib.* 19. *numer.* 24. Bonacina *de* 3. *præcepto Decalogi*, *disp.*5. *punct.*3. *in fine*, Trullenchius *lib.*3. *in Decalogum*, *cap.*1. *dub.*10. *numer.* 12. Leander *dict. disp.*6. *quæst.*71. talis enim modus est facilior in Civitatibus Magonis, quàm exigendi cum toto rigore, vel equos, & animalia, ut ex Bulla Pii V. disponitur, quod à Paulo Aretio disponebatur in sua Synodo, de qua *infrà*, & sic non exiguntur tot pœnæ ad rationem Carolenorum trium pro unaquaque contraventione toties quoties casus occurrerit, tum quia sic fecit S. P. *in d.cap.licet*, *de feriis*, ubi permisit opera servilia in die festo, dummodo aliquid dent Ecclesiæ eleemosynaliter, tum quia sic fideles, & subditi contentantur, & quiescunt cum parva eleemosyna, tum quia sic pro tanto tempore est consuetudine introductum; ergo ita in futurum faciendum, & non dicitur per modum compositionis, sed simpliciter eleemosynæ.

2 Confirmatur (dato quod esset compositum) quia compensatio est gratuita quædam concessio, ad differentiam transactionis, quæ est de re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel retento, *l.* 1. *ff. & C. de transf.* licet interdum confundantur, *cap. veniens de transact.* & sicut compositio in decimis permittitur, & valet, *cap. ex multiplici*, *de decimis*, *cap.*20. *de transact. cap. dilect. eod. tit.* ibi solutis, vel cum ipsis amicabiliter componatis, ergo S. P. approbat compositionem in materia decimarum, Barbosa *in dict. c. ex multiplici*, *numer.*2. *& de pot. Parœci*, *part.*3. *cap.*28. §. 4. *numero* 25. Leander *tom.*3. *tract.*6. *disput.*7. *quæst.*27. & si fiat ab Ecclesiasticis personis nomine suarum Ecclesiarum, nempè ut decimæ uni Curato debitæ tali modo solvant, consensus requiritur Parœci, sed si fiat compositio, ut alteri Parœco solvantur; tunc debet esse consensus Superioris, latè Barbosa *ubi suprà*, *& lib.*3. *de jure Ecclesiastic. cap.*26. §.4. *numer.*14. Quod si fiat compositio, ut loco
3 decimæ solvatur vigesima, vel trigesima, tunc est quæstio, an requiratur consensus Pontificis, affirmant aliqui cum Bertrando *consil.*14. *volum.*1. sed alii negant, & dicunt non requiri, sed sufficere consensum Episcopi in dicta compositione, & colligitur ex *cap. statuimus*, *de transact.* Barbos. *ubi suprà*, & sufficere pro tali compositione decimarum, solam Vicarii licentiam, & consensum dicunt communiter Doctores cum Leandro *tom.*3. *tract.*6. *disput.* 7. *quæstion.*25. & super decimis præteritis Parœcus potest transigere cum Ecclesiasticis, & laicis sine ullo assensu Episcopi, Vicarii, &c. post alios Leander *disp.*7. *quæst.*33. ergo si videmus posse causam decimarum componi, quę de jure divino est, cur non poterit causa festorum compensari cum aliqua eleemosynarum, &c. ut post alios Pacis Jordanus *tom.*2. *lib.*11. *tit.*1. *num.*153. qui adducit exemplum compensationis pro dispensationibus factis à Sede Apostolica.

4 Confirmatur secundò, quia consuetudo potest derogare legi humanæ, & totaliter illam abrogare, & à fortiori in parte excusare à peccato illos, qui in diebus festivis laborant, & poterit consuetudo operari, ut aliquæ personæ licitè possint in festis laborare, & alia prohibita exercere, sic excusantur multi, quos in Christiana Republica videmus in festis exercere opera prohibita, excusantur namque piscatores, venatores, pictores, in quibusdam particularibus materiis, tonsores etiam per consuetudinem excusantur tondendo aliquos in die festo, & alii, de quibus supra diximus, & ita dicunt S. Antoninus, Sylvester, Cajetanus, Navarrus, & alii apud Trullenchium *dubio* 10. *n.* 14. apud Mached. & alios, quos refert, & sequitur Leander *disp.*6. *quæst.*72. ergo poterunt excusari recipientes aliquam eleemosynam pro causa dictæ facultatis exercendi opera servilia in die festivo: consequentia patet, quia sicuti talis consuetudo excusat laborantes, ita poterit eleemosynam recipientes excusare, sicuti etiam excusantur ab operibus servilibus illi, qui ea exercent, ne amittant occasionem acquirendi lucrum notabile, quod alias acquirere non possent ad notata per Pasqualigum *decis.*285. qui alios citat, & adducit Textum *in d. cap. licet*, *de feriis*, ubi expresè S. P. dispensat, ut possint piscari in diebus festis halecias, quæ certo anni tempore solent transire, ne illud lucrum transitorium amittant, & talem concessionem extendunt ad omne aliud lucrum transitorium, cum militet eadem ratio, & assignant rationem, quia præceptum abstinendi ab operibus servilibus in die festo non obligat cum tanto dispendio, quale esset amissio magni lucri, & extraordinarii: nam hæc reputari debet pro magno damno; ergo si hoc totum permittitur fidelibus ex consuetudine, ut dicebamus multo magis, vel æqualiter permittitur exigentibus has eleemosynas pro diebus festis permittentibus in casibus tam licitis, & necessariis, ut non se abstineant, &c. Neque per hoc venditur aliqua res spiritualis, aut alia via incurritur simonia, sed cultus Deo debitus in observatione festorum compensatur cum alio Religionis opere videlicet, erogando aliquid pro ornatu sacrarum ædium, ut post Azorium dicit Pacis Jordanus *to.* 2. *lib.*11. *tit.*1. *n.*154. 5

Neque dicas primò, teneri Archiepiscopum concedere hoc, & permittere, ut supra diximus; ergo nihil poterit Curia recipere, pro tali permissione. 6

Respondeo tenetur permittere post Missas, & divina Officia concedo; ante eas, & nego, ut probavimus *supr.* ergo hoc, quod permittitur potest prohiberi, & de facto est prohibitum; ergo si consuetudine est permissum, soluta aliqua eleemosyna, ita poterit manuteneri recipiens in tam antiquo possessorio, & antiquissima consuetudine, qui modus practicandi dierum festorum observantiam, melior est illo exequendi contravenientes pœna trium Carolenorum pro unaquaque vice, qui esset magis lucrosus Curiæ Archiepiscopali Neapolitanæ, sed magis Populo, & fidelibus damnosus, & scandalosus: etenim tempore Cardinalis Boncompagni fiebant in unoquoque festo plusquam ducentum executiones, ultra solitam eleemosynam, quæ ponebantur in valore ducatorum 60. ad rationem Carolenorum trium, pro qualibet executione, & tamen hodie non fit, talis exactio; videant ergo, qui obmurmurant, ne laborent contra publicum Populi Neapolitani bonum, & contra publicam quietem ejusdem, in re, de qua nemo subditorum conqueritur, sed malevolo suggerente spiritu in odium Curię Archiepiscopalis, hæc omnia machinantur, ob livorem forsitan quem habent contra Eminentissimum D. Archiepiscopum, contra quem hæc non est nova inquietatio, sed alias proposita, & ipsi sciunt, qualem victoriam reportaverint. 7

Neque dicas secundò, quod si hoc est illicitum, cur poterit consuetudine, & eleemosyna data, fieri licitum. 8

Respondeo, quod non est novum in jure, & apud Doctorum consuetudine fieri posse, ut opus in die festo, sua natura illicitum, efficiatur licitum, ut post S. Anton. Cajetanum, Sotum, Tabienam, Navarrum, Armillam, & alios dicit Suarez *de Religione*, *tom.*1. *lib.*2. *cap.*33. *numer.* 12. dummodo consuetudo sit introducta sciente, & patiente Prælato dicit Ricclullus *lib.*6. *variar. lucubr. cap.*15. *numer.*1. & ratio est, quia sicuti consuetudine potest induci, & abrogari festum, ut supra dicebamus, ita poterit abrogari in aliqua parte, argumento *l. quæ de tota*, *ff. dei rei vendic. & c.*2. *de feriis*, sic de jure servare debemus septem dies post Pascha, *d. c. finali de feriis*, & nihilominus videmus sacrari duos dies tantum.

Quoad aliud de eleemosyna, videmus id disponere Pontificem *in d. cap. licet*, *de feriis*; ergo cur poterit Episcopus etiam facere?

Neque urgeas tertiò, non valere statutum laicorum circa festa, seu quod festa in aliquibus casibus non serventur; ergo neque poterit fieri per consuetudinem, quia statutum, & consuetudo à pari procedunt, §. *plebiscitum*, *inst. de jure naturali gentium*, *& civili*. 9

Respondeo esse longam, latamque differentiam inter statutum, & consuetudinem in hac materia, quia statutum fit tantum à laicis, qui nullam habent potestatem in rebus Ecclesiasticis, *l. omni innovatione*, *C. de sacros. Eccles.* consuetudo verò procedit à Populo, & Clero, cum au-

authoritate Episcopi, tacita, vel expressa; ergo de uno ad aliud, non infertur, *l. Papinianus*, *ff. de minoribus*.

10 Neque dicas, quartò, quod sola consuetudo non posset inducere obligationem diei festi, ejusque Sanctorum. Resp. enim solam laicorum consuetudinem, non posse inducere obligationem diei festi, quia cum observatio festorum debeat esse communis Clericis, & laicis, ac speciali modo pertineat ad Clerum, non potest sola laicorum consuetudo Clerum afficere *cap.3. de consuetudine*, Suarez *de Religione*, *tom. 1. lib.2. cap.12. numer.50.* & facit regula *l.1. C. ne res inter alios acta*. Consuetudo verò laicorum, & Clericorum simul non potest inducere obligationem diei festi, nisi accedente consensu Episcopi, *cap. cum consuetudinis*, *de consuetudine*, Suarez *ubi supra*, ratio est, quia potestas inducendi festum (jure communi antiquo) spectat ad Episcopum, non autem ad Populum, seu Clerum, ergo requiritur ejusdem consensus expressus, aut saltem tacitus, aliàs non inducit obligationem, Suarez *ubi sup.* & ad hoc, ut dicatur inducta consuetudo servandi festum, non sufficit, si fiat, quod in festo fieri debet, nempè audire Missam, & ab operibus servilibus cessare, etiamsi omnia fiant solemniter, & processionaliter, cum hoc fieri possit ex propria voluntate, ex devotione, vel ex voto, sed requiritur, quod observantia fiat ex obligatione, Rota *in Valentina Capellæ* 30. *Aprilis* 1599. *coram Iusto*.

Quibus positis adverto, quod in festis celebrandis est
11 attendenda consuetudo Ecclesiæ Romanæ, ut quæ unicuique Sacerdotalis dignitatis est mater, & magistra rationis, *cap. de feriis* 12. *dist.* valebit tamen consuetudo servandi festum diverso modo, quo celebratur in Ecclesia Romana, *cap.2. ubi omnes*, *de feriis*, Vitalinus *in Clementina dignum*, *numer. 59. de celebratione Missarum*, Antonius Piaggius *de consuetudine*, *qu.2. numer.102.* Rota *decision. 4. numer. 3. de electione in novis*, & in Cæsaraugustana Dedicationis 9. Junii 1614. coram Verospio, & poterit consuetudo legitimè introducta extendere, & limitare tempus, & alias festi circumstantias, nempè quando debeat incipere, vel finire, *cap.2. in principio de feriis*, ubi DD. sic quod festum SS. Trinitatis celebretur in octava Pentecostes, vel in Dominica prima ante adventum; quia in his, & similibus circumstantiis defertur consuetudini: nam cum speciale tempus festi, sit de jure Ecclesiastico, ex S. Thoma 2.2. *quæst.122. art.4.* potest consuetudine mutari, *dict. cap.2. de feriis*, & consuetudine potest fieri, quod festum, quod non servatur, servetur, ut late Ricciullus *lib.6. var. cap.14. numer.8.* & tandem consuetudine fieri potest, ut festum ex præcepto servandum, non servetur, Bart. *in l. quadragesima*, *de feriis*, Baldus *in l. filiusfam. n.5. ff. de donat.* & iterum Bald. *in l. si feriatis*, *num. 3. ff. de feriis*, & post alios Carpanus ad statuta Mediolanensia *p.1. c.110. numer.6.* Ricciullus *d. lib.6. variar. lucubrat. c.14. in fine*.

12 Neque dicas quinto, quod talis eleemosynę largitio cum fuerit facta per viam eleemosynæ non potest cadere coactio, & sic cogi non possunt ad præstandum, quod per viam eleemosynæ debentur.

Respondeo enim hoc pendere ab ea quæstione, an pręstatio eleemosynæ sit talis naturæ, ut possit præscribi, (quicquid sit quando est per viam compositionis cujusdam, ut in casu nostro, quo casu nulla requiritur præscriptio, quia transit in naturam contractus,) & proinde cogi possit, qui eleemosynam præstitit, eam iterum præstare, & dico quod casus contingit disputandus inter universitatem, & homines terræ Padulæ, cum Monasterio Carthusianorum S. Laurentii, propè Padulam, contra quod per universitatem fuit actio intentata; quod continuarent eleemosynam, quam amplius facere nolebant, & pro universitate scripsit Regens de Ponte *cons. 144. vol.2.* pro Monasterio verò scripsit Tassonus, ut patet in ejus opusculo de eleemosyna, verum relata causa in S. C. fuit decisum in beneficium Monasterii, contra prætensionem universitatis prætendentis manuteneri in datione eleemosynæ, ut testatur Molfesius *in summa*, *part.2. tr.12. c.1. numer.243.* Thorus *in summa Privilegiorum piæ causæ*, *privilegio 238.* Regens Rovitus *in comment. ad pragmat. de eleemosyna non petenda*, *numer. 50.* & credo ob aliquas circumstantias in facto deficientes, nec Rovitus refert rem terminatam, ego tamen dico eleemosynam solitam dari pauperibus esse continuandam perpetuo, juxta decisionem Francisci Marco *decision.213. p.2.* quia quando opus pium fit, ob quòd alliciuntur laici ad devotionem, tunc currit præscriptio, quod tantò magis procedit, quando illam eleemosynam dantes sunt personæ Ecclesiasticæ, quæ ex juris debito tenentur ad subventionem pauperum, per jura adducta per Franciscum Marcum *ubi sup.* & per Osasch. *dec. Pedemontana 99.* & per Cavalcanum *dec.27. numer. 33. & seqq.*

Quod etiam patet, quia licet præstitum per plures vices 13
non inducat obligationem in futurum, *ut suprà*, tamen quando esset præstitum causa pietatis, tunc illius favore, obligationem inducit, ut latè Menoch. *de præsumpt. lib.3. præsumpt.13. num. 82.* unde patet decisionis ratio, quæ præteritis annis fuit inter Oeconomos Xenodochii Sanct. Mariæ Lauretanæ hujus Civitatis, cum Magistris Actuariis Sacri Consilii, qui cum singulis annis essent soliti dare eleemosynam ducatorum 65. Xenodochio, & eam per plures annos solvissent, nolebat amplius solvere, ad quorum solutionem fuerunt coram Præside S.C. conventi, ut continuarent, & mense Aprilis 1627. decisum fuit, ut continuarent Magistri Actorum eleemosynam solitam, ut refert Thorus *de pia causa privilegio* 238. *in fine*, Ratio est, quia regula, quæ habet, quod in his, quæ sunt merę facultatis, non datur præscriptio, quia habent originem à voluntate, non autem à necessitate, ut probat Molfesius *ubi suprà*, non habet locum in illis, quæ tangunt Ecclesiam, vel loca pia, ergo eleemosyna præstita pauperibus, vel aliis locis piis, erit in futurum præstanda, & hoc probat Surdus *de alimentis*, *tit.1. q.69. numer.50.* dicens, quòd si Populus consuevit erogare Sacerdoti, vel Ecclesiæ eleemosynam, cogi poterit judicis officio ad ipsam faciendam, quantumvis consuetudo habuerit originem, voluntarium non necessarium, & *n.8.* ait, quod tempus favore Ecclesiæ est modus inducendi obligationem, de qua re Genuensis *in pract. Eccl. q.478.*

Et hæc fuit ratio, quare spatio quadraginta annorum 14
cum titulo, vel tanti temporis cujus initium in memoria non esset, sine titulo præscribi potuit per Laicos, quod in festo purificationis, Presbyter debeat eis dare candelas benedictas de cera nova, ut bene ex Federico de Senis *consil.155.* probat Felinus *in cap. causam*, *num.14. de præscription.* idque ex eo quia talis consuetudo, & præscriptio modicum præjudicialis esset, & per eandem invitantur laici ad devotionem Ecclesiarum, & divini cultus, & jura Ecclesiæ laudabiliter prosequenda ergo, ut favorabilis est amplianda, *cap. cum olim de constit.* qui casus cum accidisset inter Civitatem Muri, & ejus Episcopum denegantem candelas dare in tali die, & per Civitatem dicebatur fuisse hoc jus præscriptum ab eadem, per Sacram Congregationem fuit decisum in Beneficium Civitatis, ut refert Capiblancus *in pragm.8. part. 3. de Baronibus*, *numer. 21.*

Ex hoc etiam principio fuit decisum, Confraternitatem 15
intus Ecclesiam Sancti Augustini majoris hujus Civitatis, quæ per plures annos erat solita associare processionem Reliquiæ Sanctæ Crucis teneri in futurum, & manuteneri debere in tam laudabili quasi possessione, quicquid Monachi, & fratres Augustini discrepaverint, qui eos nolebant associatos, ut per Tribunal Nuntiaturæ decisum refert Thorus *de pia causa privilegio 117.* latissimè Posthius *de manut. observat. 53. per totam*, omninò videndus.

Admonet tamen Pacis Jordanus *dict. tom.2. lib.11. ti-* 16
tul.1. numer.155. quod prudens Episcopus in talibus impositionibus, potiùs per modum Consilii, quàm præcepti operari debet, ut Christi, & Ecclesiæ imitator existat, qui jugum suave, & onus leve fidelibus imponunt, & ita S. Congregatio rescripsit de anno 1594. Novembr. tęste Gavant. *in manuali*, *in verbo*, *Festo*, nihil imponatur eleemosynæ, nisi hortando, & licèt hodie SS. Urbanus VIII. in sua Bulla dicat. Quæ quidem licentiæ non aliter, quàm ad formam prædictorum Canonum, ut præmittitur concedendæ non nisi gratis, liberè, & sine ullo prorsus pretio, aut pacto, directè, vel indirectè concedantur, sub pœnis etiam gravioribus nostri, concessorumque nostrorum arbitrio infligendis, quæ verba licèt videantur negare eleemosynarum exactionem, tamen non ita est, quia asserit Papa esse concedendas licentias ad præscriptum sacrorum Canonum, at Textus *in cap. licet*, admittit eleemosynam præstandam; ergo. Vult autem Papa exclu-

cludere, ut eleemosynam non applicet Episcopus sibi ipsi, nec directè, nec indirectè, quod ultro concedimus, esset autem indirectè sibi applicare, si pro lampade Sanctissimi suæ Cathedralis applicaret, quod fieri nequit, ait Sacra Congregatio.

17 Cùm enim certum sit, posse Episcopos punire inobservantes dies festos pœna arbitraria, & hoc tam in Ordinariis locorum, quàm in Magistratibus sæcularibus, nisi in speciali prohibitione præfixa sit, ut pene post alios Jordanus *lib.*11. *tit.* 1. *numer.*62. non tamen poterit Episcopos locare pœnas exigendas à talibus transgressoribus, sed illas applicare debet piis locis suæ Diœcesis, in qua solvuntur, ad evitandam suspicionem turpis lucri, & ne videatur vacare pecuniis quam observationibus festorum Sacr. Congregatio apud Gavantum *ubi suprà*, *numer. ultimo*, & apud Pacem Jordanum *dict. lib.*11. *tit.*1. *numer.* 63. Cùm enim Episcopus teneatur de fructibus suæ Ecclesiæ id facere non poterit eleemosynam ad hoc applicare, sed non prohibetur exigere eas, & applicare aliis lociis piis, unde licentia licèt debeat dari gratis ex Bulla Urbani VIII. de
18 quo *suprà*, non per hoc denegatur imponi aliquam eleemosynam piis locis applicandam, quæ tamen non poterit applicari Cathedrali, vel mensæ Episcopali, ut pluries decidit S. Congregatio apud Nicolium, *in verbo*, *Festum*, *numer.*10. *& seq.* & dare talem licentiam spectat ad Vicarium etiam foraneum, non ad Archipresbyterum, nisi ille sit etiam Vicarius foraneus, Nicolius *numer.* 11. *& seq.*
19 licebit etiam finita Missa ad solem siccari coria, pelles, & lanam, extra domos, & apothecas, non tamen in parte Ecclesiæ contigua, S. Congregatio de anno 1606. in una Salernitana: similiter onerare jumenta pannis ad nundinas producendis, & onerare animalia pane pro pastoribus S. Congregatio de anno 1611. in una Telesina, & advertit Nicolius *d. lib.*2. *tit.*9. *in fine*, quod talis exactio pœ-
20 næ reducitur ad arbitrium ordinarii, & reliquum si fuerit exactum restitui, ut Episcopo Strongoli, Recanati, Bellicastrensis, & alibi scripsit S. Congregatio, & non debet excedere quinque, vel sex Julios, in loca pia distribuendos, deducta tertia pro executoribus, licèt quis fuerit repertus in fraganti post publicum edictum, nec pro pœna debent bona confiscari: nam *dicta Bulla Pii V.* quæ incipit *cum primum Apostolatus* 7. *de amissione animalium*, ut rigidior non fuit quoad hanc partem usu recepta, de qua re, testis est Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium, quæ licèt hanc Bullam propriè nosset, & pro ejus executione pluries rescripsisset, tamen merces simul cum animalibus pro transgressione festorum confiscatas, seu ablatas restitui jussit, data idonea cautione de solvendo quod fuerit ab eadem Sac. Congregatione determinatum, non obstante, quod animalia fuissent vendita, & eorum pretium distributum, quia ea jussit redimi, & Domino restitui, retenta aliqua modica pœna locis piis applicanda, leges Nicolium *d. tit.*11. *in fin.*

DISCEPTATIO CCXIII.

SUMMARIUM

1 *Feriæ qualiter accipi debeant, & qua ratione sint introductæ.*
2 *Feriæ quando incipiunt in Regno.*
3 *Acta facta tempore feriarum in utilitatem hominum sunt valida parte non opponente.*
4 *Feriarum tempore proceditur in causa alimentorum.*
5 *Feriarum tempore, partibus volentibus, quando procedi possit.*
6 *Fiscales causæ in die festivo tractantur, & quando.*
7 *Executio in die festivo quando possit fieri.*
8 *Festorum observantia non habet locum, ubi periculum est in mora.*
9 *Judices laici an statuant super observantia festorum.*
10 *Pœnæ ob inobservantiam festorum applicantur pauperibus, & ad usus pios.*
11 *Pœna pro inobservantia festi, qualiter applicetur.*
12 *Pœna pro inobservantia festi à quo, & à quibus debeatur.*
13 *Nundinarum constitutio à quibus, & qualiter facienda.*
14 *Regulares an teneantur publicare censuras, & an possint festa publicare inter Missarum solemnia.*
15 *Quaranta quid senserit de observantia festorum.*
16 *Quid Zerola senserit de diebus festivis.*
17 *Barbosa* alleg.105. à n.22. *quid senserit de festorum observatione.*
18 *Pacis Iordanus quid senserit de observantia festorum.*
19 *Marcellus Vlpes quid senserit de observantia festorum.*
20 *Ioannes Franciscus de Leone, quid sentiat de observantia festorum.*
21 *Synodus Iuvenacensis Episcopi Marantæ quid disponat in materia.*
22 *Synodus Compsana quid senserit de festorum observantia.*
23 *Synodus Mazariensis de anno 1684. quid sentiat.*
24 *Synodus Senogalliensis sub Cardinali Antonio Barberino Capuccino, quid sentiat.*
25 *Synodus Ianuensis, quid disponat.*
26 *Synodus Salernitana sub Ioanne de Torres anno 1660.*
27 *Synodus Caputaquensis apud Eminentissimum Brancaccium de anno 1629.*
28 *Synodus Theatina quid disponat.*
29 *Synodus Cassinensis de anno 1626. quid disposuerit.*
30 *Synodus Placentiæ quid disponat.*
31 *Synodus Aversana quid disponat sub Petro Vrsino.*
32 *Synodus Nucerina Paganorum quid disponat.*
33 *Synodus Venusina quid disponat circa festorum observantiam.*
34 *Synodus Gravinensis quid senserit in hac materia.*
35 *Synodus Brundusina quid senserit in hac re.*
36 *Synodus Sanctæ Agathæ Gothorum, quid sentiat in hoc.*
37 *Synodus Beneventana de anno 1599. quid sentiat in hac materia.*
38 *Respublica Lucensis quid sentiat de hac materia.*

ARGUMENTUM.

De observantia Festorum qualiter, & quomodo Episcopus gerere se debeat circa ea observanda, & an pœnæ exigi possint ab inobservantibus, & ad quid applicandum, &c. ex Doctoribus, & Constitutionibus Synodalibus.

Feriæ suam habent originem, & etymologiam multipliciter Thesaur. *dec.*39. ubi agit, an sint inductæ in 1
beneficium hominum litigantium, vel Judicum, Anna *singul.*92. & quo jure sint introductæ, & qualiter sint observandæ latissimè Anastasius Germonius *de sacror. immun. lib.*3. *cap.*20. Aretinus *in §. appellatio post numer.* 17. *vers. Nota quod tempore feriarum usque ad numer.* 21. Villadiego *in Politica*, *lib.*2. *titul.*1. *leg.*10. & qualiter serventur in Regno dicit Caravita *in Ritu* 208. ubi dicit, quòd in Tribunalibus hujus Civitatis incipiunt in die 15. Julii, & 2
durant per totum octavum diem Septembris, & dicitur *in Ritu* 72. nunc latius, ut ait Gizzarellus *decis.* 61. ubi ait acta facta tempore feriarum in honorem, & utilitatem hominum esse valida, parte non reluctante; dum 3
verò *in l.*2. *ff. de feriis*, dicitur, quod in tempore feriarum proceditur in causa alimentorum, & in aliis, de quibus ibi, intellige cum Rovito in causa alimentorum futurorum, & præsentium non prætensorum, ut per Bald. *in l.*1. *numer.*6. *C. de fideicommissis*, & intelligit etiam Ro- 4
vitus in alimentis debitis ex ultima voluntate, non autem in debitis ex contractu ex Baldo *in l. nonnunquam*, *in secunda lectura*, *ff. de judiciis*.

Partibus consentientibus etiam in die feriato procedi 5
potest, scilicet ad utilitatem hominum, *l. si feriato*, *ff. de feriis*, quod limitat Thesaurus *d.*39. verùm talis consensus partis non prejudicabit personis accessoriis, prout sunt testes, & judices, qui propterea non sunt arctandi tempore feriarum, ad veniendum in judicium, ut de testibus explicat Paulus de Castro *in l.*1. *numer.* 50. *ff. de feriis*, & de judicibus colligitur apertè ex traditis per eundem Paulum *in dict. l.* 1. §.1. *nu.*7. *ff. de feriis*, & sic quando in feriis æstivis impetrantur memorialia, cum decretatione, quod procedatur in causis, feriis non obstantibus, quia illa decretatio non procedit ad petitionem partis, non præjudicabit judici, & testibus ex Anna *dict.*

dict. singul. 92. & idem Thesau. *decision.* 39. qui loquitur pro judicibus, licèt Anna loquatur contra judices, & est legendus textus *in cap. finali de feriis*, qui dicit has ferias esse inductas ob requiem laboris inter fervores ęstivos.

6 In causis fiscalibus proceditur, & publicis *l. publicas*, *Codic. de feriis*, & in omnibus actibus voluntariæ jurisdictionis, *l. actus omnis*, *Codic. de feriis*, & quid aliud sit, cavendum dicitur *in l. omnes dies*, *& l. finali*, *Cod. de feriis*, & latè Sebastianus Medices *in summa decretorum* 3. *part. de consecratione dist.* 3. *artic.* 2. *&* 3. Sanchez *lib.* 5. *Consiliorum moralium cap.* 20. In die festo non poterit fieri executio & potest impunè resisti, quò ad pœ-

7 nam corporalem, sed legas Caravitam *in ritu* 172. *numer.* 4. qui dicit etiam in diebus feriatis in honorem Dei posse fieri executiones etiam personas, de qua re Parladorus *p.* 5. *rerum quotidianarum* §. 4. Arr. Robertum *lib.* 4. *rerum Iudicatarum c.* 15. Menochium *de arbitrariis l.* 1. *q.* 30. qui negant, & in Regno non valet citatio facta in die feriato *ex ritu* 116.

8 Sed observantia festorum non procedit, ubi periculum est in mora, Thesaur. *d.* 95. *in fine*, & in aliis casibus necessitatis, Moditius *in* §. *prudentum responsa dub.* 9. sic licet Doctoribus consulere pro forensi, & scholaribus studere.

9 Judices laici, & decuriones Civitatum possunt statuere super observantia dictorum festorum, Gabedus *dec.* 87. *par.* 1. Megala *resol.* 97. qui dicit non posse judicem laicum punire non observantes dies festos, cum licentia superioris Ecclesiastici, sub prætextu eorum prohibitionis.

Ex Synodo Caputaquense.

10 Multæ à transgressoribus exigendæ taxatæ erunt applicandæ in subsidium pauperum, vel ad pios usus, authoritate nostra, vel nostræ Curię, non à vicariis foraneis Sacra Congregatio Episcoporum die 25. Martii 1590. & cauti debent esse vicarii, ad quos spectat dare tales licentias, ut servent instructiones datas, &c. & pro licentia concedenda nihil accipiant etiam à sponte dante sub pœna carceris arbitrariæ, & restitutionis dupli, & si quid ob aliquod opus necessariò exercendum, veluti in messe, vindemia, satione, piscatione &c. sumant eleemosynæ in beneficium alicujus Ecclesiæ fabricæ, & similibus fieri velit, hoc non fiat per modum paciscendæ compositionis,

11 sed simpliciter exortando, ut eadem Sacr. Congregatio, *ubi suprà*, decrevit, de qua eleemosyna nullam sibi partem licèt minimam, ipsi vicarii vindicent sub pœnis suprà relatis; caveant ergo à Simoniaca compositione paciscendi cum laborantibus in diebus festis, maximèque cum Molitoribus, Tonsoribus, Fossoribus, Aratoribus, & aliis artes mechanicas exercentibus, ut impunè laborare possint, soluta aliqua inter eo pacta mercede: nam pro talibus nefariis pactionibus, vicarii ipsi delinquentes in pœnam ducatorum quinquaginta pro vice qualibet incurrent, & ad hoc, ut vicarii foranei possint in similibus invigilare, & cognoscere festorum transgressores sibi associent aliquos Clericos, qui vadant per Territoria, & agros, si inveniant laborantes, & si Clerici ire noluerint pœna unius caroleni puniantur pro qualibet vice renitentiæ: associantibus verò 3. pars pœnæ exigendæ cum nostra licentia assignabitur.

12 Nec est licitum foraneis ipsis mulctas, & pœnas proposita authoritate in tota, vel in parte sibi appropriare vel locis piis ut *suprà* dictum est, sed easdem pœnas exigant juxtà taxam in Synodo præterita, & edicto descriptam, quam nec augere, nec minuere possint, & tertio quoque mense ad nostram Curiam deferant, notam in scriptis talium pœnarum, ut fieri possit applicatio, alioquin non deferentes ultra pœnam dupli, aliam quoque Carceris arbitrarii subibunt.

13 Circa Nundinas verò intus atrium Ecclesiæ posse prohiberi dicit Sacra Congregatio scribens Archiepiscopo Neapolitano posse scilicet prohibere Nundinas, atque mercatum, qui de antiqua consuetudine celebratur in eadem Civitate in festivitatibus SS. Annunciatæ, & Spiritus Sancti, pro Nundinis vero publicis feriis appellatis per aliquot dies haberi solitis, in festis de præcepto inter illas cadentibus, servari debet decretum Sacræ Congregationis die 19. Decembris 1600. per hæc verba, Præceptum de Dominicis, & festivis diebus sanctificandis, & observandis, sub prætextu mercatuum, Nundinarum, & feriarum, est servandum, nullatenusque violandum, Cæterum his diebus licere Agasonibus, & aliis jumentorum rectoribus, seu mercium conductoribus, & Bajulis, & aliis hujusmodi servientibus, & ministris sarcinas & onera nundinarum causa exonerare, & deponere, inceptumque iter, missa tamen prius audita, transeundo prosequi, & continuare; non autem debere sarcinas componere, & jumenta onerare ad iter denuo incipiendum, Gratianus *decision.* 11. & decretum hoc refert Quaranta *in verbo*, *Dies festus*, Zerola *in verbo*, *Festa*, Ulpes *cap.* 41. *numer.* 17. Neque mercatoribus, aut aliis Civibus, & viatoribus illis diebus licebit etiam clausis apothecis merces vendere, aut asportare, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia munuscula, & modici momenti opera jam conflata, & elaborata, pro transeuntium hospitum, & aliorum advenarum urgenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate; in quo partes erunt Episcopi, propositis edictis, providere, ut in primis festivi dies debita observatione colantur, quoad judicia verò, quæ Dominicis, & festivis diebus silere debent, id observari poterit, quod jure communi permittitur, in quibusdam urgentibus casibus, qui moram, & dilationem non patiuntur, in quibus, & aliis jurisdictionibus consulum Nundinis præpositorum concernentibus Constitutiones, & Summorum Pontificum, si quæ habent privilegia, & Breve Pii V. de anno 1566. quod incipit cum primum Apostolatus, &c. serventur.

Regulares poterunt inter Missarum solemnia publicare Populo dies festos Sacra Congregatio Concilii die 2. Junii 1620. & ipsi Regulares tenentur servare, & à suis familiaribus, & servientibus servari facere festa de præcepto ab Episcopo imposita, atque inducta, & insuper tenentur publicare censuras, & interdicta à Curia Episcopali imposita, & promulgata, juxta Tridentin. *session.* 25. *cap.* 12. *de Regularibus*, itemque servare festa, & celebrare officium Patroni proprii alicujus loci, sive oppidi. 14

Ex Quaranta.

Quaranta *in summa Bullarum in verbo dies festus*, ex Bulla Pii V. ait Papa, quod transgressores festorum, ultra divinam ultionem, & amissionem animalium, quibus advecturam utetur, etiam graves pœnas incurrunt, arbitrio nostro, seu Vicari nostri in Urbe, in aliis verò locis arbitrio ordinariorum, vel aliorum Magistratuum, itaut prȩventionis locus sit, quibus prȩcipit Pius V. ut faciant etiam observare. 15

Ubi Sacra Congregatio Concilii ait licere diebus festis dare operam rebus ad victum necessariis, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, & messium, ac recollectionis fructuum, vel ubi necessitas urget, & talis declaratio est conformis textui *in cap. finali*, *de feriis*, Neapoli verò subdit Quaranta contra inobedientes, & non observantes diem festum exiguntur tantum tres Caroleni pro pœna cum restitutione animalium, & bonorum interceptorum, quæ pœna applicatur piis usibus, & si fuerint pauperes relaxantur uti pauperibus, Quaranta *ubi suprà*.

Zerola *in verbo festa*, ait ex Doctoribus, quos allegat, ne locorum ordinarii pœnas contraventionum ad amussim exigant, & sibi eas applicent directè, vel indirectè, nec præcipere, ut solvant tot libras ceræ, vel quid simile, quia id vivæ vocis oraculo à Gregorio XIII. prohibitum est. 16

Barbosa alleg. 105. à num. 22.

Regulares omnes etiam exempti subjacent Episcopo in colendis festis, quia dies festus, quem Episcopus in sua Diœcesi servandum præcipit, est à Regularibus servandus Trident. *session.* 25. *de Regul. cap.* 12. Ricc. *resolut.* 210. Tuschus *de visitatione*, *lib.* 2. *cap.* 5. *numero* 63. Cochier *de jurisdictione ordinarii*, *in exemptos*, *quæstion.* 45. *numer.* 55. unde ait Rodriquez *quæstion. Regularium*, *tom.* 1. *quæst.* 70. *artic.* 1. quod gubernium Monasterii, quoad 17

quoad celebrationem festorum subjicitur Episcopo, & sic tenentur Regulares ad festa observanda sub p. m. ab Episcopo imposita, & se conformare debent cum Clero seculari, quoad Missas Quaranta *in verbo*, *Privilegia Regularium*, & potest Episcopus cum Clero, & Populo festa indicere *cap.1. de consecratione*, *dist.3. cap. conquestus*, *de feriis*, & Populus adhibetur non ut cum Episcopo statuat, sed ut ab eo audiat dies festos, & sic in Synodo absque consensu Populi posset festum indicere, Genuensis *cap.51.* Barbos. *d.allegat.*105. *numer.*39. & Sacr. Congregatio apud Barbosam *numer.* 40. ait licere diebus festis dare operam rebus ad vitam necessariis, & procedere posse Episcopum contra laicos non observantes festum, Bulla Pii V. *in* §. *cum vero*, quinta in ordine, & post Sotum, & Covarru. dicit Barbos. *numer.*41. & possunt laici coadjuvare Episcopos, & easdem pœnas imponere, quas Episcopi imponunt, *cap. irreligios. de consecr. dist.*3. *& toto tit. C. de feriis*, & pro relaxatione dictæ prohibitionis, & pœnarum indictarum licentiam operandi, & contraveniendi concedere, & laici sic operantes virtute licentiarum à sæcularibus concessarum, poterunt puniri ab Episcopo, non obstante tali licentia, quæ solum operabitur, ut contravenientes non possint puniri pœnis laicorum, & Alderanus *de interpretatione statutorum*, *conclusione prima*, *numero* 256. ait à Superiori sæculari non posse puniri laicos non observantes cum licentia Episcopi prohibitionem à se factam circa festorum observantiam.

Pacis Iordanus.

18 *Tomo* 2. *lib.*11. *tit.*1. latissimè agit de die Sabbato ab Ecclesia in Dominicam, & de festivitatibus, quæ vigore *Capituli fi. de feriis sunt observandæ*, & de illis, quæ prohibentur in diebus festivis, & quæ permittuntur.

Bulla Urbani VIII. quia abstulit Episcopis facultatem indicendi festa de anno 1642.

Marcellus Vlpes Archidiaconus Montis Pelusii.

19 *In praxi Ecclesiastica de festorum observatione*, *cap.*50. ait, quod quatuor sunt causæ, quæ excusant ab operibus servilibus: prima causa est Religionis, ut ornare Ecclesias, conficere hostias, pulsare Campanas, portare Cruces, & imagines Sanctorum. Secunda causa est necessitas vel corporalis propria, ut sunt pauperes ad victum quærendum pro ea die non habentes sine scandalo tamen, vel est corporalis proximi ob quam excusantur Medici, pharmacopolæ, infirmarii, Notarii conficientes testamenta, & alii hujusmodi, tonsores, qui uni, vel alteri barbam tondent, & ex hoc excusantur vendentes necessaria ad victum, Macellarii, pistores Magnarum Urbium, &c.

Tertia causa est pietas, ut servire infirmis, sepelire mortuos, &c. illa verò, quæ sunt pia per aliud non est licitum in die festo, ut arare agros pauperum & Ecclesiarum, fabricare, vel ædificare Ecclesias, reficere Pontes, & similia, ex sola pietate non sunt licita fieri in diebus festivis: nisi urgeat etiam necessitas, ut si Ecclesia esset adeò tenuis, & Pauper, quod rebus necessariis careret; Nec obstat Textus *in cap. conquestus*, *de feriis*, quia intelligitur de operibus, quæ de per se sunt pietatis, ut post Navarrum, & alios dicit Ulpes *dict. cap.*4. *numer.*6. Quarta causa est necessitas propter evitandam damnum imminens temporale proprium, vel alterius: unde possunt metere, & vindemiare die festo, si probabiliter timent periculum jacturæ, sic frumentum in area purgare, &c. & conducere ad Civitatem, sic illi, qui non possunt exercitium dimittere sine jactura, ut qui vitrum fundunt, calcem coquunt, &c. sic nisi ferrent equos ad prosequendum iter, vel ad inchoandum, ne perdant Societatem, Gaetanus *in verbo festum*, Angelus *in verbo feriæ*, & quando necessitas est certa hæc fieri possunt sine licentia, in dubio autem petenda est ab ordinario, Tabiena *in verbo feriæ*, §.46. Angelus *in verbo feriæ*, *numer.* 15. Quinta causa est occasione magni lucri, quod alio tempore haberi non potest, ut piscari haleces transeuntes, *c. licèt de feriis*, dummodo non fiat in solemnioribus festis, & de captura detur portio Ecclesiæ vicinæ, vel pauperibus, ut *ibidem*, habetur, & eadem ratione excusantur piscantes similes alios pisces, qui solum certo tempore transeunt, ut sunt tomni, & Sardæ, quod idem dicitur de aliis repente occurrentibus, ut post Tabienam, Angelum, Navarrum, & alios dicit Ulpes *numer.*9. Riccius *part.*1. *decis.*189. Thorus *in compendio decisionum Curiæ Archiepiscopalis*, *in verb. Episcopus*, cum onere tamen prædicto dandi honestam portionem Ecclesiæ, quod quidem non est de præcepto, sed de consilio, licèt Ulpes dicat, quod hodie inolevit pessimus usus, quod Prælati salva pace bonorum, sibi appropriant eleemosynas pro laborando in diebus festivis, cum maxima animarum jactura; Sexta causa est consuetudo præscripta, qua excusantur diebus festis conducentes frumenta; ordea, & alia vectigalia ex area, foveas aperientes, & frumentum educentes, vendentes carnes in macello, calceos in apothecis, & similiter vendentes pignora, & alia sub hasta, quando aliis diebus non solent convenire emptores, item licitum est molere in diebus festivis, & præsertim in Molendino ad aquam, vel ad ventum, eadem ratione consuetudinis, Sartores, qui aliqua hora noctis laborant, Rosella *in verbo feriæ*, §.4. Sylvester *in verbo consuetudo*, §.9. Navarrus *in manuali*, *cap.*13. *numer.* 50. Ratio est, quia omnia festa Christianorum, etiam dies Dominici non sunt de jure divino, naturali, vel supernaturali, sed merè jure humano, ut bene Navarrus *in cap. licet de feriis*, *& cap.* 50. *de consecratione*, *distinct.*4. *& in manuali*, *cap.*13. *numer.*1. licet aliqui contrarium teneant, saltem pro diebus Dominicis, ut ait Abbas *in dict. c. licet*, Sylvester *in verbo Dominica*, §.1. Sed prima opinio est verior ex S. Thoma 2.2. *quæ.*122. *art.*4. S. Antoninus *par.*2. *tit.*9. *cap.*7. Archidiaconus *in c. jejunia de consecratione*, *distinct.* 3. ergo posito, quod sit observantia festorum de jure positivo, consuetudo legitimè introducta est magnæ authoritatis circa observantiam festorum, argum. *c. fin. de consuet. & l.2. Cod. quæ sit longa consuetudo*, quia cum sit præceptum humanum, poterit humana consuetudine moderari, Navarrus *cons.*50. *de feriis*.

Ex quo infertur quod non peccant muliones, famuli, & alii servientes, qui ex consuetudine antiqua, & præscripta post Vesperas diei festi, solent conducere equos, & jumenta onusta frugibus, herbis, frumento, ordeo, & similibus maximè tempore Messium, & vindemiarum, quia talis consuetudo excusat, Navarr. *loco cit.* & licèt nonnulli adducant constitutionem Pii V. editam de anno 1566. quæ incipit *cum primum*, qua statutum est conducentes animalia diebus festivis esse puniendos pœna amissionis animalium, tamen dicta constitutio non observatur, & cum talis casus accidisset in Civitate Montis Pelusii dicit Ulpes, & Curia Episcopalis accepisset quemdam equum, qui in die festivo ducebatur onustus herbis, habito recursu ad Sacram Congregationem, jussit equum restitui, cum magno rubore Episcopi, qui illum vendiderat, & cum allegasset dictam Constitutionem Pii V. non fuit auditus, ex quo neque Romæ observatur; Navarrus *consil.*3. *de feriis*, sic Neapoli contra non observantes festa pœna tantum trium Carolenorum imponitur, absque sequestro animalium, & si fuerint pauperes, relaxantur ipsismet, uti pauperibus, Quaran. *in Summ. Bullarii*, *in verbo dies festi*. Nec observatur exactio ducatorum sex, nec quinque, Ulpes *d.c.*4. *n.*35. *in fin.*

Et quando Episcopus imponit pœnam excommunicationis contra laborantes in die festo illi, qui laborant ex necessitate, non peccant, neque incurrunt in excommunicationem, Sylv. *in verbo dies Dominica in fine*, Rosella *in verbo feriæ*, §. *ult.* Navar. *cap.*13. *numer.* 15. Marcell. Ulpes *cap.*4. *nu.*13.

Leone.

Joannes Franciscus de Leone *in Thesauro fori Ecclesiastici*, *p.*1. *c.*1. *n.*26. ibi, quarto ordinaria auctoritate tenentur etiam Episcopi curare, ut dierum festorum celebratio ad Dei cultum maximè pertinens. 20

Synodus Iuvenacensis Marantæ.

Cap. 9. *de festis diebus*, *eorumque observantia de Anno* 1639. §.7. dierum festorum obligationem juxta receptum Romanę Ecclesię usum, dimidia nocte precedentis diei initium ducere ad dimidiam sequentis complendam dicimus, Comestibilia vendentes, quibus ad vescendum indigemus, non ut cæteris diebus ea in propatulum tenendi 21

jus

jus habeant, verum intus retinere debeant, ut officinæ dimidium hostium patens habeatur, id etiam pharmacopolis, ut ægrotantibus necessitatibus præsto sint, permittimus.

Diebus verò Paschatis, Resurrectionis, & Nativitatis Domini nostri Jesu Christi officinas clausas penitus habeant, & datur pœna si contrafecerint, ad Vesperas tamen eorumdem dierum vendere poterunt, quæ necessaria sunt ad vescendum.

Curent autem Curiæ nostræ executores, ut vigiles in hoc sint, transgressoresque captis pignoribus, pœna debita per nos, nostrumque Generalem Vicarium statuendam multentur.

Opifices etiam alii, quamvis ipsi in eorum officinis degant, atque per ea ad domos pateat accessus, alteram tantum ostii portam patentem habeant, etiamsi nihil interea vendant, quod si utramque patentem habuerint venditorum pœna multentur, item quoque, & tonsores abstinere debent ab eorum exercitio, alioquin & meritò pœnas dabunt nostrique executores ab eis pignus exigant.

Neque Rusticis operibus, ut vacetur, indulgemus ullo pacto, quod si necessitas exquisierit, id nobis significare studeant, ut perpensa necessitatis exigentia prudenti providere judicio valeamus, alioquin meritas ipsis per executores nostros suæ temeritatis dabunt pœnas.

Molitores, frumentum ne molant, neque asportent, nec in pristino artis suæ opus aliquod exerceant, quod si necessitas, (quæ affectata minimè sit,) aliter exigat id à nobis probandum erit, vel à nostro Generali Vicario, alioquin debitis, & ipsi per executores nostros pœnis ferientur.

Synodus Compsana Scipionis Iesualdi de anno 1597.

De dierum festorum Cultu.

22 Ibi, festis verò nihil vendatur, aut ematur, nisi quod ægrotis, aut illius diei victum necessarium fuerit, res verò necessariæ, & quæ leges permittunt, illis diebus vendi possunt, ante verò fores Ecclesiæ nullo modo vendantur; nec ipsarum occasione officinæ apertæ sint, sed earum ostiolum tantum pateat.

Si quis vehiculis, aut bestiis, merces, fruges, & hujusmodi vehere absque necessitate deprehensus fuerit, exceptis mercibus, & frugibus jam in itinere constitutis, quæ sine periculo, aut gravi damno retardari non possunt, & pœna, juxta Pii V. constitutionem; plectatur, ut res, bestias, vehiculaque amittat, quæ jam Fabricæ Ecclesiæ majoris loci, in quo peccatum fuerit adjudicentur, vel alii pio loco nostro arbitrio deputando, cæteri verò quoque modo festorum dierum violatores, licèt vectore non sint, pœnam pecuniariam nostro arbitrio subeant.

Si verò qui deliquerit, in aliena fuerit potestate, Pater, vel Dominus pro eo pœnam luat.

Synodus Mazariensis Illustriss. Bernardi Gaseo de anno 1584.

In tit. de Reliquiis, & Veneratione Sanctorum, & diebus festivis observandis.

23 *Cap.*8. In dictis verò festivis diebus nullum quid servile faciant, nec nundinas, seu ferias, nec mercata, nec occupentur in emptionibus, nec venditionibus, & claudant portas vendentes, ne res venales pateant transeuntibus sub pœna tarenorum sex pro unaquaque vice, quorum unus detur denuntiatori, alter judici, reliqui pauperibus.

*Cap.*9. Propter necessitatem tamen declaramus, quòd ante Missam majorem Ecclesiæ Parœcialis, & post finitam, possunt Apothecarii vendere Medicinas pro infirmis medicandis, & reliqui ceram pro funere defuncti, & panem, & vinum, & carnem, & res comestibiles pro victu humano necessarias, contra facientes dicta pœna puniantur.

*Cap.*10. Sub eadem pœna prohibemus ne quis dum Missa major celebratur, vel prædicatur Dei Verbum, vel fit solemnis processio, audeat ludere ad chartas, vel ad alium ludum.

*Cap.*11. Eodem modo post Missam majorem possint molendina molere propter necessitatem, & Hortolani adaquare Hortos, & Ferrarii viatorum animalia ferrare, & si timor sit tempestatis, Messes, & vindemias facere, vel si periculum immineat in tonnariis, si differatur captura, vel si cursus piscium transeat, petita licentia à Vicario, vel Archipresbytero, ubi Vicarius non est, & facta aliqua eleemosyna Fabricæ Ecclesiæ Parœcialis, liceat etiam audita Missa, & non alias sub dictis pœnis, & succedente aliquo dubio, consulatur Vicarius Generalis.

Synodus Senogalliensis Eminentissimi Cardinalis Fr. Antonii Barberini alias Cardinalis S. Honuphrii Fr. SS. D. N. Vrbani VIII. de anno 1627.

De diebus festis.

§.3. Parœcus contra dierum festorum violatores, ad pœnas edicto publico per nos de observatione festorum promulgato contentas procedat ulla personarum, vel sexus habita ratione, ut qui Deum non timent, pœnis arceantur. Edictum verò prohibet dierum festorum ab Ecclesia, vel ex probata consuetudine præceptorum violationem, videlicet absque nostra, vel Vicarii nostri licentia, quis servile exercendo Apothecas reseratas habendo, vel res venales; quæ non licent quomodocumque exponendo, aut onera cum jumentis vehendo, sub pœna scutorum viginti, præter mercium, & jumentorum vel ementium amissionem, aliis pœnis nostro arbitrio infligendis, punit etiam Synodum Placentina Pauli Aretii de anno 1574. *in tit. de dierum festorum Cultu, per totam.* 24

Illustrissimus Franciscus Bossius Episcopus Novariensis, & Visitator Apostolicus Diœcesis Ianuensis de anno 1582. *tempore Gregorii XIII.*

Ibi Tonsores capillos, aut barbam, non tondeant, caput ne abluant, quia in re plurimum peccati compertum est. 25

Piscatores à piscatione abstineant, si quando autem certum piscium genus appareat, quod tantum quibusdam diebus advenit, res conspicitur, & illico discedit, eorum piscationi, audita Missa, ingruente necessitate intendere poterunt, modo majoribus anni solemnitatibus id non admittant, & licentiam à Superiore Ecclesiastico, vel Parœco habeant, & post factam capturam Ecclesiæ Parœciali, vel Christi pauperibus congruam faciunt portionem.

Panni cujusvis generis ne abluantur, & cum alii omnes, prout præscriptum est, venditione rerum abstineant, tunc nemo saporem habeat venalem, olivæ ne conterantur, vel molantur, nec oleum exprimatur, circa necessaria ad victum dicit, quòd Tabernarii, vel alii similes ostiolum habeant exiguum, quod pateat reliqua omni parte clausa, umbracula, seu tentoria in foro, locisque publicis ne sint, nisi panis tantummodo à sole, vel à pluvia, defendendi causa, & festorum violatores pœna pecuniaria arbitrio Episcopi, vel Vicarii puniri debent.

Synodus Salernitana de anno 1660. *ab Archiepiscopo Ioanne de Torres celebrata.*

In tit. de festis diebus, cap. 15.

Festos dies esse divino obsequio solum dicatos nemo est, qui ignoret, huic sub pœna excommunicationis, & aliis arbitrio nostro mandamus, ne festis ex præcepto servandis, à quibusvis unquam opera servilia quæcumque fiant, illa tamen excipimus, quibus ad victum omnes ad curationem ægroti indigent, quæ quidem omnia sicuti parari non interdicimus, ita & emi, & vendi concedimus à quibuscumque, dummodo loci fores, in quo extant, & medicæ res habentur venales, non totæ pateant, sed debitam festis diebus reverentiam indicent semi clausæ. 26

Synodus Caputaquensis Eminentissimi Brancacci de anno 1629.

Cap.3. de Cultu divino, & festorum observatione.

27 §. Festorum celebratio, observatumque pœnæ in hac Diœcesi abolevit, adeò quod vix inter festos, & non festos dies diversitas dignoscatur, præ multitudine laborantium, ut autem cultus in pristinum revocetur, Mandamus RR. Vicariis foraneis sub pœna ducatorum sex pro qualibet vice applicandorum pro medietate revelantibus, quod licentiam non concedant laborandi, nisi in casibus expressis in litteris Congregationis, & declarationibus Sacræ Congregationis, in casibus permissis spectat concedere ad Vicarium foraneum, non ad Parœcum, nisi per se esset Vicarius foraneus.

Transgressores verò puniantur pœna trium librarum ceræ albæ pro qualibet vice, ac vendentes, sive negotiantes pœna amissionis rerum venalium applicandarum pro medietate revelantibus, &c. quarum applicatio pœnarum fiat nobis, vel nostro Vicario Generali prius consulto.

Animadvertendum quoque est, quod in casibus etiam permissis ad hoc petenda est licentia, neque propria authoritate id sibi usurpent.

Nundinæ, quæ certis diebus infra annum cadunt, tolerentur, dummodo cesset negotiatio, quousque Missa solemnis celebrata fuerit, ut rescripsit S. Congregatio Episcoporum 10. Augusti 1592. per talia verba: *Le fiere, che vengono in certe feste dell'anno si possono tollerare, non dovendosi però vendere, nè comprare, se non dopo che sarà celebrata la Messa maggiore*, & alias nihil innovandum in consuetudine hucusque tolerata in Nundinis, quæ non sunt solemnes, sed fiunt peractis sacris in festo alicujus Sancti, ante ejus Ecclesiam extra tamen atrium.

Al Vicario d'Andria a' 16. d'Agosto 1593. si permette, che si vendano nelle feste cose comestibili, nelle botteghe con il Portello corrente, & il fenestrino aperto, e cosi avanti la Messa Conventuale, e dopo il Vespero li spetiali, e quelli, che portano herbe, frutti, pesci, & uccellami possono vendere a tutte l'hore.

Al Vescovo di Monopoli a' 15. di Febraro 1595. ne' giorni di festa li Macellari, & altri Artigiani per la vita humana possono vendere con fenestrelle della bottegha aperte la mattina sino allora della Messa Conventuale, e predica, ma dopo astenersene per quanto dura li divini Officii, li Molinari del grano, e dell'olive possono macinare in giorno di festa dopo le Messe, e nel medesimo tempo si può mettere dentro la Città grano, & altre vittuaglie.

Synodus Theatina Nicolai Radi Novembri de anno 1661. folio 105.

28 *Perciò con il presente editto ordiniamo, & espressamente comandiamo, che in detti giorni di festa nessuno ardisca fare alcuna opera servile, tanto dentro, quanto fuori della Città, e luoghi della nostra Diocese, prohibendo specialmente in detti giorni, che non si portino grani, ò biade al molino, dove non se macini in modo alcuno, nè si riporti la farina a casa. Non si facciano vetture, nè si conducano bestie con basti a some, eccettuando però, quando il viaggio fosse stato incominciato in giorno di lavoro; le botteghe si tengano chiuse, e solo li speciali, Macellari, e pizzicaroli possono vendere, con tenere il portello aperto, sotto pena a chi contraverirà in alcuna delle cose sudette d'un scudo per volta, & altre pene a nostro arbitrio, alle quali pene non solo saranno tenuti quelli, che contraveniranno, mà anche gl'altri, che daranno causa di contravenire, come li Padri per li figlioli, li Padroni per li Garzoni, e servitori.*

Synodus Cassinensis de anno 1626. sub D. Simplicio Caffarello Abbate, & Episcopo.

29 *Cap.3.* Moneantur item Tonsores, illis nullo pacto licere tunc artem suam exercere, nisi evidens infirmitatis necessitas, Medicorum arbitrio judicanda, contingat. Muliones etiam, ac jumentorum ductores, ne merces, fruges, aliaque similia vehant. Molitores frumentum non asportent, farinam ne purgent, Agricolæ ab oratione, putatione, vindemia, & aliis suis operibus abstineant, nullum denique fiat opus, diebus festis fieri vetitum, nisi tanta urgeat necessitas, ut differri nequeat, & tunc nonnisi post Missarum celebrationem, habita prius à nostro Generali Vicario facultate. Quod si secus facient, trium Carolenorum pœna multabuntur.

Synodus Placentina Cardinalis Pauli de Aretio de anno 1570.

Constitutionem autem, quam Sanctissimus Dominus 30
noster Pius V. edidit authoritate, tum edicto etiam nostro vetent, ne quid à Parœciæ suæ incolis festo die ematur, aut vendatur, præter id quod necessario sit usui, vel ad illius diei victum, vel ad ægrorum curationem, & ne intra Parœciæ suæ fines officinæ omninò, aut ulla ex parte habeantur apertæ.

Synodus Aversana sub D. Petro Ursino de anno 1594. de festorum dierum Cultu.

Ibi folio 27. Tonsores Capillus aut barbam non ton- 31
deant, caputve abluant, quia in re plurimum peccari intelleximus.

Muliones equorum, jumentorumque ductores, & locatores adhuc omnes, ne merces, fruges, aliave quæcumque vehant, aut importent, quod item plaustris, & vehiculis fieri prohibitum sit, qui in hoc genere deliquerit rerum vectarum amissione multetur, his tamen legibus nolumus comprehendi merces illas, quæ in itinere jam sunt, & retardari nequeunt, quæ poterunt in itinere cepto, vehi, Missa à ductoribus prius audita.

Molitores frumentum ne asportent, Pistores frumentum, & farinam ne purgent, nisi fortè necessitas cogat, Agricolæ, aliive omnes ab aratione, putatione, &c. se abstineant, nisi Messis, & vindemiæ faciendæ tanta urgeat necessitas, ut diutiùs hujusmodi opera differri nequeant, quia hoc casu facultas impetrabitur ab illis, quos huic Curiæ Episcopus præfecerit, Sutores, Sartores, aliique artifices, institutores, & mechanici ne ullum artis suæ opus exerceant.

In rebus verò ad victum necessariis hæc prætereà servari mandamus, officinæ omni ex parte occlusæ sint, præter exiguum ostium, unde in officinam aditos esse possit, esculenta, & poculenta, manè antè solemnem Cathedralis Ecclesiæ Missam, vel Parœcialem si sint in Diœcesi, & Vesperam post vigesimam primam horam tantum, vendi possint, medicinalibus exceptis, quæ etiam officinis clausis suppeditanda erunt.

Synodus Nucerina Paganorum Simonis Lunadori de anno 1608.

In tit. de festis colendis, fol.17. & in edicto, fol. 177.

Hic Illustriss. Episcopus postquam præceperit rigorosam 32
observantiam festorum punit transgressores sub pœna ducatorum viginti.

Synodus Venusina de anno 1615. sub Andrea de Benedicto, folio 95.

De diebus festivis servandis, cap.1. & fol.111.

Ubi prohibet venditionem Comestibilium, exceptis po- 33
culentis, & esculentis unius diei, quæ jubet vendi post Missam cantatam, & Vesperas, nec vendantur penes Ecclesias, & Porticus Monasteriorum, & expresè prohibet teneri apothecas apertas sub pœnis arbitrio suo solvendis.

Synodus Gravinensis sub Francisco Bossi de anno 1569. fol.97. cap.1. delle feste.

Post præcepta servanda in die festo, ait, *che se alcuna per-* 34
sona di qualsivoglia grado, stato, ò conditione se sia, contraverrà ad alcuna delle sudette cose, oltre la perdita della robba, e delle bestie, pagarà due onze di pena, che s'applicherà

cherà per un quarto all'Accusatore, & essecutore, per il resto a luoghi pii, & in difetto della pena pecuniaria caderà nella pena della scommunica, ò altra da imporsi ad arbitrio nostro, e per le botteghe aperte, e per le cose vendute, saranno tenuti li Padri di famiglia, e li Padroni, se li figlioli di famiglia, e li garzoni fussero delinquenti in ciò.

Synodus Brundusina.

De Celebratione, & Observatione festorum, cap. 28. fol. 122. de anno 1623.

D. Ioannis à S. Stephano, & Falees Doctissimi Episcopi.

35 *Ibi*, non possunt vendere granum, vinum, nec aliquid in quantitate, post Missam verò per eos auditam, possunt coquere, emere, & vendere panem, vinum, & ova, fructus, & folia, carnem, & similia, intra tamen domum, vel apothecam, media porta aperta, & aliter facientes imponit pœnas librarum 30. ceræ & in subsidium excommunicationis, Officinæ apertæ non sint in diebus festivis, nec publicè venale proponatur, aut ematur, præter id, quod ad victum diei, vel ad ægrotorum necessitatem pertinet, & ubi Domini habitant, medium ostium, vel ostilium tantum apertum sit.

Synodus Diœcesana S. Agathæ Gothorum, in anno 1587. sub Illustriss. Feliciano Episcopo.

In tit. de Sacrificatione festorum, fol. 110.

36 Ibi, Qui verò prædictis diebus festis opus aliquod jam dictorum, vel aliorum quomodocumque illicitorum fecisse deprehensus fuerit præter divinam ultionem, & excommunicationis pœnam ex præscripto etiam constitutionis Pii V. & Synodi Provincialis Beneventanæ, ac Synodalium Decretorum aliis pœnis arbitrio nostro, seu Vicarii nostri Generalis mulctentur. Insuper contra hanc nostram Constitutionem, vel aliquas vendentes, aut conducentes, eas amittant, nulla habita super hoc processus ratione, sed sola rei veritate inspecta. Edulia verò necessaria ad victum illius diei, extra Missarum celebrationem, & pro infirmis omni tempore, quæ necessaria sunt, licitè vendi possint.

Synodus Beneventana de anno 1599. facta à Maximiliano de Palumbaria ad Paulum V. directa de festorum observatione, folio 29. à tergo.

37 Ibi, Qui verò in diebus his opus aliquod illicitum fecisse, deprehensus fuerit, præter divinam ultionem, & amissionem mercium, quas vendet, & animalium, quibus ad vecturam utetur, ex præscripto Constitutionis ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ desuper hoc editæ, aliis etiam pœnis Episcoporum arbitrio mulctetur.

38 In Republica Luccæ teste Daniele *de nobilibus, tom. 1. disp. forens. disput.* 34. *numer.* 11. ex concordia inter Senatum, & Antistitem, puniuntur transgressores pœna pecuniaria, & in Synodo fuit ibi declaratum expelli ab Ecclesia per tres menses, & alia pœna pecuniaria ad arbitrium Antistitis, & Judex laicus si pœnam remittat, non potest, quia in præjudicium Archiepiscopi.

Qui quidem Daniel *dicta disput.* 34. *à numer.* 50. quinquagesima, quod non obligantur ex præcepto parantes cibos in die festo, vel dici debet excusari ob necessitatem, idem de hospitibus, & similibus: nam alias non posset consuli mendicis, qui ostiatim stipem quæritantes, de die in diem, posteà comedunt in Tabernis, legatur idem Daniel *d. tom.* 1. *observ.* 37.

DISCEPTATIO CCXIV.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Vicarius Congregationis Sancti Ioannis ad Carbonariam an potuerit alium substituere ob absentiam.*
3 *Subvicarius eligit officiales Monasteriorum, absente Vicario Generali.*
4 *Vicarius substitutus est verè Prælatus.*
5 *Privilegia concessa Religiosis, sunt concessa Vicariis Conventuum, & quibus.*
6 *Vicarii Religionum qualiter honorentur.*
7 *Vicarius quando possit alium substituere.*
8 *Vicarius substitutus ab alio Vicario omnia potest facere, quæ substituens.*
9 *Vicarius quando possit recipere renuntiationem Prioratus.*
10 *Casus similis proponitur, & affertur decisus.*
11 *Casus de quo in præsenti, qualiter fuerit practicatus.*

ARGUMENTUM.

Vicarius Congregationis Carbonariæ, alium substituere cum possit, illum substitutum posse interim Priorem in aliquo Monasterio Congregationis constituere, & facere, cum omnia possit, quæ principalis, & de facultate talis Vicarii agitur.

NEAPOLITANA
Prioratus Regularium.

Cum admodum Reverendus Pater Vincentius Congregationis Sancti Joannis ad Carbonariam esset Romam profecturus pro negotiis suæ Congregationis, reliquit suum in Vicariatu substitutum, Patrem Priorem ejusdem Conventus Sancti Joannis cum omni facultate, & potestate, tum in temporalibus, & spiritualibus, &c. ut ex litteris id significantibus, & attestantibus apparet. 1

Post verò discessum Patris Vicarii, & litteris patentibus expeditis, ac actuali possessione in personam Patris Prioris prædicti Vicariatus Officii contingit, mortuum esse Patrem Priorem Conventus Pausilippi; unde Pater Vicarius substitutus Priorem successorem constituit vigore facultatis gerentiæ Vice-vicarii Generalis Congregationis, & sic subrogavit alium Priorem, scilicet Patrem Fratrem Modestum Apicellam, cui dedit litteras provisionales sui Officii, & ad locum accessit, ibique cœpit suam possessionem, ubi ad præsens sanctè, & zelosè exercet suum officium. 2

Hoc noto in Urbe, idem Vicarius ibi existens, duas alias litteras patentes fecit in personam alterius Patris, providendo eumdem de Prioratu prædicto, non obstante electione facta per suum substitutum, & Vice-vicarium. 3

Quæritur de veritate electionis, ac ejus validitate.

Respondeo electionem jam factam per Patrem Priorem, & substitutum in Vicariatu validam esse, nec aliquid curandum de electione facta per Patrem principalem Vicarium, idque jure disponente.

Primò, enim Vicarius, de quo agimus substitutus in locum Vicarii Generalis totius Congregationis est verus Prælatus ad notata per Portellium in dubiis regularibus in verbo Vicarius *folio* 1135. unde quando privilegia, & Constitutiones Religiosorum concedunt facultates, seu potestates Prælatis, nisi aliud exprimatur intelliguntur etiam Prælati Conventuales, cum ipsi sint veri Prælati, & indefinita æquipollet universali, Suarez *tom.* 4. *de Religione, tract.* 8. *lib.* 2. *capit.* 22. & privilegia concessa Superioribus, censentur concessa Vicariis Conventuum, qui in Conventibus ipsis non habent superiores, quia isti Vicariorum substituti sint veri Prælati, Rodriquez *tom.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 20. *artic.* 2. & 3. Suarez *dicto capit.* 22. *num.* 6. secus dici debet de quibusdam Vicariis quarumdam Religionum, qui non sunt veri Prælati, sed instituti, ut adjuvent Prælatos, ut sunt Vicarii Chori, Rodriq. *tom.* 1. *quæst.* 17. *artic.* 6 Lezzana *tom.* 1. *capit.* 18. *num.* 3. 4 5

*numer.*3. de quibus dicitur, quòd non sunt veri Prælati, latè Donatus *tom.*3.*tract.*17. *quæst.*31. qui *quæst.*35.*tract.*12.*tom.* 4.quærit quando possit Vicarius Ordinis substituere,& subdelegare.

6 Hinc dici solet Vicarios missos, vel relictos à Superioribus Ordinariis ad gubernandum, esse honorandos, non tamen tantum, quantum ipsi Superiores, ita S. Anton. *in* 4.*part. tit.*50.§.2. *vers.*6. Rodriquez *tom.*2. *quæst. Regular.qu.* 34. *art.*2. Osculamur enim pedes ipsi Pontifici causa honoris, non tamen id facimus legato etiam à latere, & minus delegato, latè Peyrinus *de subdit. q.*1.*c.*28. *colum.*1.*fol.*115. *versic. Dico* 2.

7 Et quod possit Vicarius substituere alium, sive impeditus sit, sive non, tradit Peyrin. *tom.*2.*litt.V*,*cap.*6.*numer.*14. *fol.*710. & quia dicitur constitutus ad universalitatem causarum, poterit alium subdelegare, Peyrinus *d. littera V*, *c.*7. *num.*1. *colum.*1.

8 Secundò facit, quia ut post alios P. Lezzana *tom.*1.*capit.* 12. tales Vicarii Conventuum, vel Superiores tempore absentiæ à Conventibus Priorum, Guardianorum, &c. possunt omnia facere, quæ possunt Priores, Guardiani, &c. si essent præsentes. Ratio est, quia tempore prædicto, vel tales Vicarii sunt Prælati, vel quasi Prælati, vel gaudent munere Prælati; non enim pro tempore illo Monasteria sunt sine capite; ergo omnia possunt facere, quæ ipsi Prælati facere possunt, ut bene Lezzana *dicto cap.* 12.*numer.*41. *per totum*, sed P. Vicarius absens potuisset, si præsens foret, Priorem Pausilippi constituere; ergo idem in Vicario ab eo constituto, qui quando constitutus fuit cum illa particula (*nihil reservans*, *&c.*) ergo valida est ejus constitutio.

9 Hinc videmus Vicarium habentem facultatem, ut possit facere (quæ per nos ipsos facere possumus) posse recipere renuntiationem Prioris, & alium substituere, ac subrogare, ut bene P. Donatus *tom.*2. *tract.*7. *quæst.*28. *per tot. folio* 148. & quòd possit Vicarius eligere Priorem legatur idem Pater Donatus *tomo* 4. *quæst.* 72. *per totam*.

10 Tandem hoc idem contingit inter Dominicanos, teste P. Donato *tom.*4. *tract.*12. *quæst.*68. *in fine*, ubi cum Pater Provincialis potuisset facere Subpriorem contigit, quod Pater Prior, minor Provinciale in dignitate, constituit, Subpriorem, venit ille constitutus à Patre Provinciali, & non fuit admissus, quia dicebat Prior ipsum constituisse Subpriorem, & quod erat electus paulo antea per Priorem, re delata ad Patrem Priorem Generalem, fuit dictum esse manutenendum Subpriorem factum à Priore, Provinciali absente, excluso Subpriore facto per Provincialem, quia Prior ille usus erat jure suo, unde sine rationabili causa cognita, & discussa, non poterat privari, teste Donato, ubi suprà, hic est casus, de quo agimus Patres: nam Pater Sub-Vicarius jure suo constituit Priorem Pausilippi; ergo non potest ab officio repelli vigore alterius Constitutionis alterius Patris, sed ille debet manuteneri, & pro ejus validitate judicari.

11 Gravi existente controversia, libello hoc Misso Romam, ac viso, & considerato per Superiores, annuente Eminentissimo Pallotta Cardinale zelantissimo, ac piissimo, fuit rescriptum, validam fuisse electionem factam à Sub-Vicario, & perinde non molestandum sub mense Julii 1663.

Sed quia in simili materia aliud occurrit aliàs dubium, & Romæ decisum in venerabili Religione Discalceatorum S. Augustini, ideò, quæ ibi adducta fuerunt, hic proponam ad materiam concernentia.

DISCEPTATIO CCXV.

SUMMARIUM.

1 *Facti species affertur, de qua in præsenti.*
2 *Renuntiationes Monialium reales semper sunt.*
3 *Subingressio datur in filiis fratrum.*
4 *Filii sororis subingrediuntur in locum matris.*
5 *Renuntiatio matris, an, & quando noceat filiis.*
6 *Renuntiatio an realis, an personalis, & defenditur in præsenti esse personalem.*
7 *Renuntiatio, de qua in præsenti, contemplatione fuit facta masculorum.*
8 *Voluntas renuntiatarii qualis præsumatur, dum moritur intestatus.*
9 *Intestatus moriens quem sibi hæredem facere intelligatur.*
10 *Renuntiatio an sit realis per verba pro se, & hæredibus quibuscumque.*
11 *Renuntiatio an sit realis, si dicatur, ut sit realis.*
12 *Renuntiatio quando personalis dicatur.*
13 *Renuntiatio feudi præsumitur personalis, & quando sit realis.*
14 *Renuntiatio personalis fieri potest realis.*
15 *Renuntiatio an fiat realis per Aquilianam stipulationem.*
16 *Renuntiatio personalis quibus decisionibus probetur.*
17 *Filii an veniant ex persona propria.*
18 *Filii venientes ex propria persona conferunt dotem.*
19 *Filii an veniant ex propria persona si mater pro illis sit venientibus renuntiaverit.*
20 *Mater si renuntiavit, ut nec filii ex propria persona veniant, an illi venire possint.*

ARGUMENTUM.

Latè ostenditur quando renuntiatio sit personalis, & quando realis; & an personalis fieri possit realis, & quibus verbis utraque cognoscatur, ac latè probatur filios renuntiantis posse venire ex propria persona, & quid si renuntians expressè pro filiis renuntiavit, ut venire non possint ex propria persona.

JURA
PRO
Illustriss. Duce Morciani,
CUM
Illustriss. Principissa Curtii, & Illustriss. Principissa Valenziani.

Super successione hæreditatis quondam Vincentii Acquaviva.

Hilari quidem calamo nos partes tueri Illustriss. Ducis Morciani filii D. Beatricis Acquavivæ, ipsa causæ justitia exposcit in successione, una simul cum D. Magdalena Acquaviva Principissa Valenziani, & Domina Anna Acquaviva Principissa Curtii, hæreditatis quondam D. Vincentii Acquaviva ab intestato absque filiis decessi, dictarum D. Beatricis, D. Magdalenæ, & D. Annæ Fratris utrinque conjuncti, exclusa penitus D. Margarita Acquaviva altera sorore Moniali *in Venerabili Monasterio Sancti Marcellini*, ob ejus renuntiationem, quam semper realem esse omnes Doctores conveniunt cum Deo vivere, & mundo prorsus mori dicatur, ita ut non modo à descendentibus renuntiatarii; verùm etiam à quocumque Collaterali defuncto proximiore penitus excluditur, D. Præs. de Franch. *decis.*175. Regens Rovit. *consil.*42.43. *numer.*7.*& consil.*44.*num.*7.*lib.*1. Mastrill.*decis.*65. D. Præs. Merl.*controv.forens.cap.*5. *num.*4. *centur.*1. & D. Regens de Marin. *lib.*2. *capit.*189. *numer.*22. Lelius Caput. *ad consuet. Neapol. si moriatur*, *part.*3. §.8. *numer.*12. & in pulchro casu decisum refert Gratian. *discept. forens. tom.*3. *capit.*568. *numer.*31. D. Cutell. *de donat. inter patrem*, *& filium*, *tract.* 1.*discept.*3.*part.*6.*numer.*127.Carena *resolut.*96.*numer.*5.Anna *consil.*45.*numer.*9.Camill.de Medic.*consil.*20. *num.*10. siquidem etsi de jure communi subingressio procedere non possit ultra fratrum filios, ut *in* §.*si igitur defunctus*, *vers. si autem defuncto*, *& vers. Hujusmodi*, *in Authent. de hæredit. ab intest. venient.* Menochius *præsumpt.*95. *num.*13.*lib.*4. D. Regens Consil. Rovit.*consil.*23.*num.*1. *lib.*1. tamen juris certissima conclusio est rerum indicatarum confirmata in linea collaterali subingressionem Fratrum filiis dari, ut *in Authent. ut Fratrum filii*, *de hæredit. ab intest. venient.* §. *is autem*, *&* §. *si igitur defunctus*, *Authent. in successione*, *eodem de legitimis hæredibus*, per quam dictum Illustrissimum Ducem in æquali gradu cum dictis Amitis ad successionem

nem dicti quondam D. Vincentii concurrere posse docuerunt D. Præses de Franchis *decis.*149. Fusar. *de fideicomm. substitut. quæst.*485. *numer.*16. D. Reg. Capyc. Latro *decis.*4. *numer.*1. *&* 2. sexus omninò differentia sublata *auth. post fratres eod. de leg. hæred.* §. 1. *auth. de hæred. ab intest. venient.* Gratian. *discept. for. c.*709. *n.*29.

4 At quamquam partis ex adverso peritissimus Athleta hanc conclusionem negare nefas putet, audacter nihilominus nobis plura objicit, sic dicens, quod aut Illustriss. Dux Morciani ad successionem admitti præsumit per remedium repræsentationis, matris personam subingrediendo, & quia si in humanis ea esset, excluderetur stante renuntiatione in amplissima forma per ipsam facta, prævia promissione D. Francisci Castromediani ejus viri, in capitulis matrimonialibus stipulata, qua ad beneficium D. Andriani, & D. Vincentii Fratrum renuntiavit inter cætera hæreditatibus, & successionibus fraternis, & ex linea collaterali, & transversali, etiam devolvendis ab intestato post ejus mortem, cum pacto de non petendo, vel succedendo, at cum clausula, ut renuntiatio extenderetur etiam ad incognita, & penitus ignorata, illaque non intelligeretur personalis, sed realis, & realissima, ideoque, & ipse Illustriss. Dux excludendus videtur ex doctrina Bald. *in l. venia, n.*5. *C. de in jus vocan.* Lanar. *consil.*1. *n.*7. Emanuel à Costa *in q.*10. *patr. & nepotes, pag.*69. Molina *de Hispan. Primogen. lib.* 3. *c.*7. *concl.*1.

Aut ex ejus propria persona, & tunc etiam repellendus est, nedùm, quia supersunt amitæ, quæ eum præcellunt in gradu, quo casu istæ præferendæ sunt *l.*1. §. *hæredes, ff. de suis, & legit. hæredibus l.*1. §. *si quis proximior, ff. und. cogn.* sed etiam quia dicta D. Beatrix renunciavit tam pro se, quàm pro filiis nasciturìs, qui venire prætenderent ex eorum propriis personis per ea, quæ scripsit Dominus Regens de Ponte *lect. feud.*19. *sub numer.* 9. quem sequitur Gizzius ad Reg. Capic. Latr. *d.*4. *num.*14. *&* 22.

Unde nos qui jura dicti Illustrissimi Ducis tuemur hac præsenti jurium allegatione demonstrabimus, neutrum ex dictis motivis obstare, quin ad successionem dicti D. Vincentii admittendus non sit, tam per remedium repræsentationis personam matris subingrediendo, quàm ex ejus propria persona, quæ brevius ut possumus diluendo, ne tædio afficiam, quæ qui in hac re plura scribendo, vel decidendo docuere in his duobus juris articulis differemus, sit igitur.

ARTICULUS I.

An renunciatio per dictam D. Beatricem ut supra facta, obstet Illustriss. Duci Morciani ejus filio, personam dictæ ejus Matris subingredi volenti? & an sit realis, vel personalis?

5 NEgativam, ut juris est, ut probemus sententiam non piget Dominos jus dicentes in memoriam revocare, ullo quidem pacto renunciationes qualescumque illæ sint; sine causa dare posse *l.*2. §. *circa, & ibi DD. ff. de dol. mal. & met. except.* Alexan. *cons.*4. *circa primum numer.*2. *cons.* 13. ex his *numer.*2. *lib.*1. Felinus *in capit. si cautio primo notab. de fid. instrum.* Camill. de Medic. *cons.*156. *numer.*25. Præs. Amat. *cons.*......... nullas si secus darentur, ac prorsus inefficaces dici, quamvis amplissimis conceptas verbis probant Dec. *cons.*181. *&* 379. Paris. *cons.*80. *lib.*1. Ursill. ad Afflictum *decis.*179. *numer.*4. quos citat, & sequitur D. Regens de Marinis *resolut. jur. capit.*189. *num.*9. *lib.*2.

6 quarum renunciationum causas ad tres tantum restringi, & quamlibet renunciationem una ex his tribus rationibus fieri apud DD. comperisse fatetur idem D. Reg. de Marin. *loc. cit.* cui addimus nos D. Reg. Marcian. *disput.*8. *num.* 19. *vers. dicimus tom.*1. vel primo favore, & contemplatione descendentium natorum, vel procreandorum, prout in dubio secundum communem sententiam, sic semper facta adjudicantur: vel secundo favore agnationis, & familiæ: vel tertiò demum, ut, cui fit renunciatio, libera de bonis suis sit facultas disponendi, quantumvis renunciationis verba generalia sint, & amplissima, Philippus Corn. *cons.*291. *num.*6. *&* 7. *lib.*4. *ibi*. Profectò istæ causæ possunt conjecturari & nulla alia, quæ sit persuasione digna, Cravet. *cons.*42. Rot. in una Romana renuntiationis sub die 7. Junii 1634. coram Reverendiss. Domino Dunozet sub illis verbis à dicto D. Regente de Marin. *loc. cit.* recensitis, quæ nos etiam hic transcribere curavimus: Rotæ dicta omnia facilius visa fuerunt procedere, ex eo quia renunciatio facta ad beneficium fratris, semper præsumitur facta ad beneficium descendentium masculorum de familia, ut bona in eis conserventur, vel ut frater liberè de bonis renunciantis disponere possit, &c. Quibus addimus Napod. *in consuetud. si moriatur in verb. ipsi successores vers. sed quid si fecit*, quem sequitur Capic. *in addit. ibid. fol.*82. cæterique Addentes Carol. Put. post alios *in cons. unico post Consil. Sfortiaod. numer.*6. Menochius *cons.*6. *num.*9. *& seq.* Covarruv. *in cap. quamvis pactum sub numer.*3. Cancer. alios adducens *lib.*3. *var. c.*15. *numer.*24. & Regens Marcian. *dict. disp.*8. *numer.*19. *vers. dicimus*.

His pro indubitabili, & sine contradictore, ut dicit D. Reg. de Marinis *dict. loco citato*, *numer.*10. ubicumque se vertat ex adverso Orator demonstrativum sequitur argumentum, quod judicio nostro prorsus infallibile videtur. 7
Aut enim asserere velit in renunciatione prædicta fuisse per dictam Dominam Beatricem contemplatos descendentes à d. quondam Dom. Vincentio procreandos magisque agnationis, & familiæ Aquaviva conservandæ favorem; aut neutrum. Si primum sumus extra omnem difficultatem, nam cum non supersint descendentes d. quondam Vincentii neque fœminæ, neque mares, per quos familia, & agnatio conservatur, evanescit certè renunciatio, ut rectè consideravit D. Reg. de Marinis *dict. capit.*189. *num.* 16. *in fine*, quia sublatis, quorum contemplatione renunciatio fuit facta cessat finis renunciationis, & proinde non prohiberetur renuncians succedere, Baldus *in l. pactum quod dotali numer.*3. *eodem de Collat.* ubi Decius *numer.*9. Covarruv. *in* 3. *part. relect.* §. 3. *numer.*4. Cacher. *decis.*98. *num.* 11. Surdus *d.*252. *numer.*4. Ursill. ad Afflictum *decis.*161. *numer.*5. Molfesius *ad Consuetud. Neapol. tit. de renunciat. quæst.*2. *n.*5.

Si verò secundum & tunc descendentium contemplationem pars pleno ore negat, quanto igitur fortius deneganda est in transversalibus, ut dicunt Aret. *in l. qui superstitis* 93. *col.*4. *vers. unde oportet dicere, ff. de verbor. obligat.* Alexander *cons.*29. *num.*4. *lib.*3. Hieron. Gabriel *cons.*131. *intra n.* 13. *vers. quia non est verisimile lib.*2. Arthman Pistor *q. jur. lib.*4. *quæst.*6. *n.*61. *vers. cum autem existimandum non sit*, D. Reg. de Marinis *d. cap.*189. *n.*11. cum persuasione, ac fide dignum non sit dictum D. Vincentium pro transversalibus accepisse dictam renuntiationem: pro descendentibus vero, quibus paternum est votum consulere, nequaquam Alexand *in l. quod dicitur, n.*17. *ff. de verbor. oblig.* D. Regens de Marinis *d. c.*189. *n.*10. *in medio*.

Nec alicui prudenti Viro suadere suppeterent mihi vires d. Dominam Beatricem non dotatam de bonis Paternis, neque Maternis, sed *de Maritaggio pervenuto de Monte* quondam Juliæ Caracciolæ duc. 5. mille, satis exiguo conditioni, & statui dict. D. Beatricis, & D. Francisci Castromediani ejus Viri voluisse dictam D. Beatricem per renuntiationem se excludere à successione dictorum Fratrum D. Cons. Theodor. *allegat.*36. *num.*23. Cum inclusione dictarum sororum, & præcipuè dictæ Principissæ Curtii jam dotatæ cum dote scutorum 5000. similiter perventorum à dicto Monte, ac scut. 12000. solutorum à Comite Conversani, & duc. mille ex causa tituli Principissæ ei cessi à dicto quondam D. Vincentio, nisi contemplasset favorem descendentium dictorum Adriani, D. Vincentii, familiæque, & Agnationis Acquaviva, optimè P. Molfes. *de renuntiat. quæst.*17. *numer.*25. inquiens contra mentem sororis renuntiantis esse, ac etiam contra mentem fratrum recipientium renuntiationem, illam extendere ultra fratres, & legitimos descendentes ex fratribus, ad quorum beneficium dumtaxat verisimile est per renuntiationem se excludere, & non aliorum cum renuntiationes à verisimili renuntiantis mente regulentur, Domin. Consil. Hodierna *controvers. forens. cap.* 7. *sub numer.* 11. *&* 12. *usque ad* 60. quo favore cessante, prout cessavit ob mortem dictorum renuntiariorum sine liberis evanescere quoque debet dicta renuntiatio, quæ non debet in renuntiantis præjudicium interpretari, sed ut minus jus illius lædat, Dec. *in l. postquam siti, numer.*16. *Cod. de pact.* Calder. *consil.* 5. *in fine, tit. de præbend.* Cravett. *consil.*290. *colum.*2. *vers.*3. renuntiatio, & D. Cons. Hodiern. *in l. hac æditali, q.*11. *n.*106. *&* 109.

At quando neque descendentes dicti quondam D. Vincentii, neque agnationem, & familiam fuisse per dictam D. Beatricem in renuntiatione prædicta contemplatos cum parte ex adverso asserere velimus, tunc necessaria sequitur illatio, & sublata causa favoris descendentium, & agnationis, seu familia remaneat tertia, scilicet favoris liberæ facultatis testandi, qua nemo optimi capitis unquam sibi persuadere valebit voluisse dictum quondam D. Vincentium renuntiationem à dicta D. Beatrice recipere ad perpetuam illius, ejusdemque filiorum exclusionem, & inclusionem aliarum sororum, quæ jam nuptæ alienam propagabant familiam, ut in simili consideravit Corneus *consil.*291. *num.*8. ad quarum beneficium magis quàm dictæ D. Beatricis acquirere non intererat juxta receptam Bart. Theoricam *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *num.*24. *ff. de verbor. obligat.* Consil. Theodor. *alleg.*36. *numer.*37. 38. *&* 39. aliique Doctores inferiùs allegandi.

8 Immò attenta hac libera facultate testandi, cum deficiat dicti quondam D. Vincentii dispositio, ex quo ab intestato decessit Doctorum receptissima sequitur sententia, & nunquam dicta D. Beatrix dici possit exclusa, sed ex superveniente voluntate dicti quondam D. Vincentii abintestato, scilicet decedendi, videtur, nedum tacitè revocasse consensum super renuntiatione præstitum, sed & etiam dictam quondam Beatricem ad successionem vocasse, ut latissimè scripserunt Gomez *in l.*22. *Taur.* Arthman Pistor. *quæst. jur. lib.*4. *quæst.*6. *numer.*36. *&* 62. Bald. *consil.*437. *per totum*, Angel. *consil.*52. *circa finem*, *vers. Sed in themate nostro*, Corneus *cons.*291. *numer.*8. Ludov. Bologn. *consil.*35. *infrà*, *num.*15. *vers. Vel*, *& secundo*, Aymon. Cravett. *consil.* 42. Maranta *disp.*10. *numer.*14. *vers. Sed si tempore mortis*. Hier. Gabriel. *cons.*131. *infrà*, *num.*13. *& consil.*135. *num.*34. *lib.*2. Jacob. Cancer. *variar. resolut. part.*3. *tit.*15. *numer.*33. *vers. Non tamen*, *& num.*40. *vers. In tali casu*, *& numer.* 41. Reg. Rovit. *consil.*23. *num.*31. *& consil.*44. *num.*9. *vers. Quod licet filia*, *& numer.*12. *vers. In hoc casu*, *lib.*1. Cons. Theodor. *allegat.*36. *num.*30. *vers.* immò dicunt omnes Mercul. Merlin. *tract. de legitim. lib.*3. *tit.*1. *quæst.*5. *numer.*12. Seraphin. *tract. de privileg. juram. privil.*21. *nu.*24. *vers. Quia limita*, Rota *in allegat. Rom. renunt. vers. Prædicta omnia*, sub illis verbis relatis à dicto D. Reg. de Marinis *dicto cap.*189. *numer.*15. *in fine*, tacitamque de jure habet conditionem dummodo aliquis masculus, vel descendens fratri supervivat, vel ipse de bonis renuntiantes aliquo modo disponat, alias si nullus fratri supervivat in bonis renuntiantis, non disponat, prout evenit in præsenti casu, renuntiatio non nocet, perinde ac si facta non fuisset, quibus addimus D. Reg. Marcian. *lib.*1. *disput.*8. *num.*30. plures alios recensentem DD. qui *numer.*31. rationem assignat: nam quando quis moritur ab intestato, præsumitur velle illum sibi hæredem esse, qui ex dispositione juris, sive municipalis, sive communis ad successionem vocatur vulgata *leg. conficiuntur*, *& leg. si quis cum nullus*, *ff. de jure Codicillorum*, subdens *numer.*33. quod sicuti renuntiantem instituere poterat, non obstante renuntiatione scribentes *in l. fin. Cod. de pactis*, Camill. de Medic. *consil.*20. *numer.*13. ita etiam ab intestato decedendo, renuntiantem tacitè succedere voluisse præsumitur, Angel. *cons.*52. Vasquez *in l. si quando*, §. *illud*, *num.*36. *ff. de inoff. testam.* cæterique DD. suprà proximè relati.

10 Nec ulla facienda est vis in verbis in dicta renuntiatione appositis per quæ dictum quondam D. Vincentium recessisse constat à dicta renuntiatione (pro hæredibus & successoribus quibuscumque) quia denegata descendentium familia, quæ contemplatione, ac remansa tertia renuntiationis causa, nimirum liberæ disponendi facultatis dicta stipulatio de necessitate intelligenda est pro hæredibus, & successoribns testamentariis, quos fortè D. Vincentius instituere voluisset hæredes, non autem ab intestato, Angel. *consil.* 52. *num.*2. Aymon Cravetta *consil.* 289. *num.*3. *vers.*3. Ludovic. Bologn. *consil.*35. *num.*15. Seraphinus *de privileg. juram. privil.*21. *num.*24. Baez. *de non meliorando dote*, *capit.*6. *num.*12. Hieronym. Gabriel. *consil.*131. *numer.*14. Rota *decis.*75. *numer.*1. *part.*2. *tom.*1. *in recollectis* per Farinac. Reg. Marcian. *loco citato num.*12. qui contra renuntiationem hujusmodi verbis concepta latissimè scripsit. Deficientibus ergo hæredibus ex testamento renuntiatio suum effectum operari non potest in exclusionem dictæ D. Beatricis, quia tacitam conditionem habet in se si de bonis renuntiatis aliquo modo renuntiatarius disposuerit, ut dixit Rota in illis verbis suprà relatis.

Minus etiam obstant verba in eadem renuntiatione 11 posita ibi (*la quale renunzia ò donatione non sia personale, mà reale, e realissima*) quia verborum cortex non est attendendus, sed substantia ac mens contrahentium, quam Doctores interpretati sunt (fas sit mihi loqui ore D. Reg. de Marin. *dicto capit.*189. *num.*47. (qui *num.*72. *&* 77. dicit hoc idem procedere in renuntiatione tam bonorum allodialium, quàm feudalium) tunc renuntiationem realem esse censendam, quando generaliter, & in rem esset facta, nimirum ad favorem quorumcumque nulla in renuntiationis contractu nominata, aut expressa persona, cui renuntiavit, ita ut nullatenus colligi possit, quod facta sit renuntiatio respectu alicujus. Cæterum si facta reperiretur ad beneficium alicujus sicque expressa, & nominata 12 esset persona, cui fuit renuntiatum, sive ad favorem cujus esset facta renuntiatio, prout est in casu nostro, cum facta sit ad beneficium Dom. Adriani, & D. Vincentii Acquaviva fratrum renuntiantis, illorumque personæ nominatæ, & expressæ sint in renuntiatione semper personalis illa judicabitur, & ultra personas illa non egreditur, sicque defuncto renuntiatario sine filii, renuntiatio non obstat renuntianti, Molfes. *ad consuetud. Neapol. tit. de renuntiat. quæst.*2. *num.*2. Menoch. *consil.*323. *num.*62. Hieron. Gabriel *consil.*89. *numer.*9. *lib.*1. Reg. Panar. *consil.*46. *num.* 6. Camill. de Medic. *consil.*2. *à num.*126. *usque ad* 132. Aureol. Corbul. *tractatu de jure emphyt. in tit. de caus. privation. ob renuntiationem*, *num.*2. Fabius de Anna *in addit. ad singul.*439. *sui genitoris*, Consil. Theodor. *allegat.*36. *num.* 15. 34. & Melius *num.*9. ubi dicit quod soror, quæ renuntiavit ad beneficium fratrum quantumvis ampla, & clausulis abundantissimis referta fuerit renuntiatio, semper hanc habet conditionem, ut illis eorumque descendentibus non extantibus habeatur renuntiatio pro non facta, 13 talibusque namque personis cessantibus jam causa renuntiationis reducitur ad non causam: unde cessat ejus effectus, Gratian. *discept. forens. tom.*3. *capit.*557. *numer.*57. *& seq.* Alvarotus *in capit. unico*, *numer.*3. de eo, qui finem fecit, ubi Gloss. & Jacob. de Belvis. Capyc. *in investit. verb. Feudorum divisio*, Loffredus *in cap.*1. *de nat. success. feud. folio* 48. *vers. Sed posito*, *quod dicta renuntiatio*, Liparul. in addit. ad Isern. *in cap.*1. *de Vassal. decrep. ætat. in verb. Vel similiter*, Henric. de Rosental. *de feud. cap.*2. *conclus.*20. *numer.*6. *in litt. C*, *& D*, *& conclus.*21. *numer.*8. *&* 9. aliique apud D. Reg. Marcian. *d. disp.*8. *numer.*6. *vers. Sed autem*, D. Reg. de Marin. *lib.*2. *cap.*189. *num.*47. qui *num.*71. *&* 72. dicit quod nulla est facienda vis, nullaque haberi potest ratio de hac clausula, & de aliis, quæ excogitari possunt, quæ etiam aderant in casu suo, quia nullatenus prodesse possunt dictis sororibus in renuntiatione non nominatis, ad quorum beneficium magis quam dictæ D. Beatricis acquirere dictorum D. Andriani, & D. Vincentii non intererat juxta receptam Bart. Theoricam *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *numer.*24. *ff. de verbor. obligat.* ibi, quia pactum non porrigitur, nisi ad eum, ut porrigatur paciscentis interest, Jacobin. *de feud. in verb. Et unus ex dictis*, *il* 1. *numer.*6. Hieron. Gabriel. *consil.*89. *numer.*11. 12. 13. *lib.*1. Berous *consil.* 108. *num.*15. 18. 19. *&* 21. *lib.*6. Joann. Vincent. Honded. *caus.* 36. *num.*35. *lib.*1. Fabius de Anna *in addit. ad singul.*439. *sui genitoris*, Stephan. Gratian. *discept. forens. capit.*557. *numer.* 52. *tom.*3. Camill. de Medic. *consil.*2. *numer.*128. Kallebens *de renuntiat. quæst.*36. *numer.*36. *numer.*13. Reg. Rovit. *consil.* 23. *num.*21. *vers. Hæc autem*, *& consil.*44. *num.*29. *lib.*1. Consil. Theodor. *allegat.*36. *num.*37. 38. *&* 39. Immò prædicta procedunt nedum quando in renuntiatione est expressa persona, sed etiam quando potest conjecturaliter colligi quod fuerit facta respectu alicujus Marcian. *d. disp.*8. *num.*8. 14 *lib.*1. Bene verum renuntiatio potest fieri realis, dummodo tamen in renunciatione non nominentur, neque contemplentur personæ, quibus fit renuntiatio, sed renuntiet solummodo, ut à se ipsa abdicet; hæc enim est vis renuntiationis realis, ut sive postea bona illa aperiantur consanguineis proximioribus, sive remotioribus, sive etiam fisco, numquam tamen succedat ipsa, quæ renuntiavit, quantumvis agnati omnes deficerent; ipsa enim sic renuntiando exclusit seipsam de numero agnatorum, hæc sub verba Napodan. *in consil. si moriatur sub tit. de success. ab intestato*, *in verb. Ipsi successores*, *circa finem*, *in versic. Secus si renuntiasset*, *fol. mihi* 88. aliique Doctores apud Theodor. *dict. alleg.*

allegat.36.num.33.ex regula Text. *in leg.& hæredi*, §.1.& §. *fin. & in leg.idem*, §.*personale*, *ff.de pact.* Neque jusjurandi Religio robur, atque vim tribuere potest ipsi renuntiationi, quia cum facta sit ad beneficium fratrum eorumque descendentium familiæ Acquavivà conservandæ, quæ renuntiationis causa jam cessavit ob mortem dicti D.Vincentii ab intestato sine liberis non potest alterare naturam contractus: Neque extendere contrahentium placita, atque mentem ex defectu consensus renunciandi ad beneficium aliorum, quam ipsorum fratrum eorumque descendentium *capit. quintavallis*, *de jurejurando*, *cap. cum juramento de homicidio*, Bald. *in l.fin.per illum Text. Cod. de non numer.pec.*Jason.*in l.sed & si*,§.*item*,*si jura vero*, *ff.de jurejurando*,Tiraquell. *in l.si unquam in præfation. num.*165. usque *ad num.*174. & in nostra specie plenissimè Covarruv. *in capit. quamvis*,*in* 1.*parte*,*in* §.4. *col.*1. & 2. *de pact. in* 6. Berard. Bomb.*in consf.*55.*numer.*28.& 29.D.Conf.Theod. *allegat.*36. *num.*10. & 11.

Cum igitur in renuntiatione per dictam D.Beatricem facta expresfè ac nominatæ sint personæ dictorum D. Adriani, & D. Vincentii, ad quorum beneficium, & non aliorum verè renuntiatio facta est, personalem, & consequenter extinctam omninò esse, omninò Adjudicandam speramus nulla de supradicta clausula habita ratione, ut supra fundavimus, ideoque sicut ipsi D. Beatrici renuntiatio non obstaret si adhuc in humanis esset, ita nec etiam D. Illustr. Duci debet nocere suæ Matris Personam subingredi volenti, quod de jure ei permissum est, ut suprà in principio fundavimus.

15 Nec etiam denique obstat quod renuntiatio est facta cum Aquiliana stipulatione, & acceptilatione, quæ clausula solet quandoq; renuntiationem realem reddere Grammat. *decis.*57.*num.*42. Ludovic. Roman. *cons.*22. quia hoc procedit quoties in renuntiatione, nulla expressa persona, ad cujus favorem renuntiabatur, secus esset si in renuntiatione expressæ, atque nominatæ fuissent aliquæ personæ, & ejus hæredes, quia tunc dicta clausula censetur relativa ad personas expressas, & contemplatas contra illas egredi non potest *leg. cum Aquiliana*, *ff. de transact.* Joann. Angel. Pisanell. *in Commentariis ad consuet. Neapol. in cons. si quis*, *vel si qua*, *fol.*130. *in add.* quæ incipit, *Hic est repetenda*, Sigismund. Loffred. *in paraphras. ad cap.*1. *in princ. de natur. success. feud. fol.*48. *à terg. vers. nec obstat Consilium Ludovici*, & Conf. Theod. *allegat.*36. *numer.*36. & 37. & Dominus Reg. de Marinis *dict. capit.*189. *num.*73. 74. & 75. Dominus Reg. Reverter. *decis.*39. *vol.*1. in causa illorum de Thomasio Gabriel *cons.*89. *numer.*12. & *seq.* Romanus notabiliter *in l.*1. *Cod. quand. non petent. par. num.*47. D. Reg. Marcian. *disput.*8. *num.*15. *lib.*1. D. Lelius Caputus *part.*3. §.5. *numer.*6. qui ex pluribus DD. dicit quod ista Aquiliana stipulatio cum omnibus aliis clausulis cadit etiamsi ipsa renuntians promisisset quod ipsius filii non venerint contra renuntiationem etiam expressa persona promittendo tantumdem de proprio, sicque decisum testatum.

16 At novissimè tantùm superest, ut quæ supra jurium dispositione DD. quæ sententiis comprobavimus, rerum judicatarum authoritate confirmemus, quarum tantus est numerus, ut dici possit in tribunalibus nostris inductam consuetudinem esse sic in renuntiantis beneficium diffiniendi tam in successione bonorum feudalium, quàm allodialium, ut dicit D. Reg. de Marin. *lib.*2. *cap.*189. *num.* 77. etenim sic decisum per S.C. reperitur de anno 1511. 22. Decembris in causa Blanchæ de scutellar. cum Lucretia ejus sorore, de qua testatur D. Regens de Ponte *cons.*39.

Secundò, in causa Beatricis Maldæ contra quam scripsit Regens Conf. Minadous *in ejus cons.*22. quam decisionem refert D.Reg. Reverter. *decis.*58.

Et omissis aliis septem, de quibus testatur D. Regens de Marin. ubi suprà, *num.*77. *usque ad* 86.fas nobis sit octavam in ordine quam *num.*84. adducit referre, qua per S. C. sub die 15. Junii 1619. in causa Laudoniæ de Assaro cum Joanna, & Victoria de Assaro sororibus super successione bonorum remansorum in hæreditate quondam Joann. Baptistæ de Assaro communis fratris ab intestato defuncti fuit decisum, hæreditatem dicti defuncti inter sorores æquis portionibus dividi, non obstante quod Joanna, & Victoria ab eodem fratre fuissent dotatæ, & amplissimis verbis renunciavissent, illis verbis.

Per Aquilianam stipularionem, & pactum de non petendo, sive de non succedendo in omnem, & quamcumque successionem usque ad diem renuntiationis, tam ex testamento, quàm ab intestato illis devolutam, & de cætero devolvendam ab intestato tantùm cum expressa declaratione, quod non intelligeretur facta renuntiatio contemplatione masculorum tantùm: sed quod esse deberet realis, fructuosa, & valida ad favorem, & beneficium fratris dotantis ejusque hæredum, & successorum quorumcumque, etiam quod esset spes de præsenti, vel ex causa, & jure de præterito, vel de futuro, etiamsi filii procreandi prætenderent venire ex propria persona, ita quod semper, & in perpetuum intelligerentur ab intestato exclusi, & quod renuntiatio intelligi deberet generalis generalissima, plena, plenior, & plenissima, efficax, perpetua, & realis, & quod extenderetur ad incognita, & penitus inopinata, rebus in eodem statu non permanentibus. Quæ sententia sub die 26. Octobris ejusdem anni 1619. ad relationem Regentis Brancia tunc Regii Consiliarii, & causæ Commissarii fuit per idem S. C. confirmata in gradu restitutionis in integrum petitæ pro parte dictæ Laudoniæ Virginis in Capillis.

ARTICULUS II.

An Illustriss. Dux Morciani venire possit ex propria persona ad successionem dicti quondam D. Vincentii.

Satis superque nobis esset probasse, renuntiationem per dictam D. Beatricem factam, uti personalissimam, esse extinctam intelligerentur omnia pacta, dictæque omnes clausulæ in ea appositæ D. Reg. de Marin. *lib.*2.*cap.* 192. *numer.*18. qui dicit, quod si renuntiatio evanescit, æquè resolvi censentur omnes effectus ab ea procedentes, perinde ac si numquam facta fuisset, ideoque nostrum non interest amplius satisfacere parti ex adverso ad plures confugienti articulos, attamen, ut multifariam clientuli nostri elucescat justitia superque scateat jus dicentium pietas, alacri etiam animo probare assumimus dictum Illustriss. Ducem posse ex propria persona ad successionem dicti quondam D. Vincentii venire, Bart. enim sit nobis in hac sententia juridicus defensor qui *in leg. superstitis*, *ff. de acquir. hæredit.* ante omnes docuit renuntiationem matris haud nocere posse filiis ex propriis personis venientibus, quamvis gradum matris repræsentant, quæ renuntiatio matris tacitam habet conditionem si ei hæreditas differatur, Bald. *in l. fin. Cod. de pactis*, Paul. de Castro *in d. l. qui superstitis*, gradus enim repræsentationem filii non habent à matre, sed à lege; certum est enim matri jam defunctæ hæreditatem deferri non posse, sed ex juris dispositione differtur filiis ipsius, qui gradum matris repræsentant, quamvis adsint amitæ, in qua sententia Bart. sequuti sunt Cancer.*var.resolut.tom.*3.*cap.*15.*num.*44. & *in tit.de success.ab intestat.cap.*5.*tom.*1. Anton. Faber. *in suo Cod.lib.*2.*tit.*3. *de pactis*,*diffinit.*14. Marant. *consil.*104. & *in disput.*10. *numer.*9. Gratian.*discept.foren.lib.*4. *cap.*785. Alex.Trentacinqu. *in cons.*49. & post Fontanell.Roboles,Menoch.& alios D.Reg. Capyc.Latr.*decis.*127.*num.*46.*decis.*135.*num.*6.*lib.*2.& *decis.* 4.*num.*6.7.& 8. qui *num.*9. ex Thesaur. seniore *decis.*138. & juniore *quæst.for.*90.*lib.*2.Andreas de Georg.*allegat.*30.*num.* 35.& Marta *de success.legali*,*part.* . *quæst.*14. *art.*2.*num.*9. ac fretus auctoritate Bart.*in d.l.qui superstitis*, hanc conclusionem extendit etiam in successione Collaterali, de qua est casus noster, quia tam in ascendentium, quàm Collateralium successione eadem militat ratio Cravett. *cons.*127.*n.*1. *lib.*1.Marant.*cons.*104.& *disp.*1.Morot.*cons.*22. Anell.Amat. *cons.*15.D.Reg.Rovit.*cons.*23.*lib.*1.& in Collaterali loquitur decisio S. C. relata per D.Præsid.de Franch. *decis.*67.& in eadem linea loquutus est D.Reg.Capyc.Latr. *dicta decis.*4. qui *num.*10.*in fine*, sic etiam decisum refert per S. C. in causa illorum de Rendita & Follerii, quibus addimus D. Reg.Conf.Hodier.*lib.*1.*controv.cap.*23.*numer.*12. *in fine*, P. Molf.*de renunt.quæst.*5.*numer.*18. D. Reg.de Marin.*cap.*212. *numer.*4.*lib.*2. D.Reg.Conf. Provenzal. *observ.*5.*num.*12. *ad consuet.*1.*de success.ab intest.*aliosque relatos per Gizzium ad Capyc.Latr.*dict.decis.*4.*usque ad* 9. qui *num.*10. sic per M.C. determinatum testatur in causa præambuli quondam Antonii de Palma cum confirmatione S. R. C. in gradu appellationis, quamvis tempore renuntiationis mater recepisset dotem cujus intuitu renuntiasset, Cancer. *variar.*

*part.*3.§.5.Lelius Caput. *ad consuet.Neap.part.*3.§.5.(quod non est in casu nostro, quia dicta D. Beatrix non fuit dotata de bonis paternis, neque de bonis fraternis) nam cum mater præjudicare non possit filiis ex propriis personis venientibus, non est curandum de dote recepta, quia deficit potestas præjudicandi aliis, & hæc sola attenditur, Gozzadin. *consil.*75. & hanc opinionem dicit magis communem Maranta *disp.*10. *num.*42. & hanc sententiam servari in praxi affirmat Cravett. *consil.*84. *num.*5. Surd. *consil.* 332. *num.*11. *cum seq. volum.*1. *& consil.*544. *num.*3. *volum.*4. aliique apud Molfes. *de renunt. q.*5.*num.*6.qui *num.*7. pluries sic per S. C. decisum testatur, & signanter sub die 7. Novembris 1564. junctis aulis ad relationem Consiliarii de Altomare.

19 Quod ampliatur etiamsi matris hæredes sint filii, qui renuntiatione non obstante possunt venire ex propria persona, Morot.*cons.*22.*numer.*4.§.*ego tamen*, D. Reg.de Marin. *lib.*3.*c.*192.*num.*13.Cap.*d.p.*2.§.5.*num.*8.

Et quamquam hæc ampliatio suos habeat contradictores, & illos cum nostris ad concordiam reducendo P.Molfes. *dicta quæst.*5.*numer.*14. dixerit, filium hæredem matris posse ex propria persona venire, & succedere non obstante renuntiatione matris, verùm pro portione hæreditaria, quatenus est hæres matris, teneri ex bonis hæreditariis matris, quidquid consequeretur ex bonis, quibus mater ipsius renuntiavit; attamen hanc conciliationem esse potiùs destructionem fatetur D. Lelius Caput. *dicta p.* 3. *capit.*5. *num.*9. cum verior sit opinio posse filium, quamvis hæredem matris simpliciter venire ad successionem matris, eamque dicit communiorem in Tribunalibus nostris, ac fundat Thesaur. *quæst. forens. lib.*2. *quæst.*90. *num.*11. & Cancer. *dicta part.*3.*cap.*15. *numer.*58. qui plures moderniores post D.Præs.de Franch. *decis.*67. allegat, quam opinionem, ut observavit Cap. *loc. cit.* deinde melius recordatus idem Molfes.rectori distinctione posuit *in* 2.*tom.in addit. ad d.quæst.numer.*8. *& seq.*

20 Superest tandem nobis respondere parti ex adverso dicenti, dictam D. Beatricem renuntiasse, ut nec etiam ejus filii venire possent ex eorum propriis personis, per ea, quæ novissimè scripsit post Reg. de Ponte *lect. feud.* 19. *sub numer.*9. Gizzius ad Capyc. Latr. *decis.*4. *numer.*14. *&* 22. dicentes, quod ad evitandam quæstionem, qua supra firmavimus, Doctores invenere hanc cautelam, ut mater renuntiet etiam pro filiis ex eorum propriis personis venientibus.

Judicio enim nostro hanc objectionem brevi responsione diluendam esse putamus, siquidem cum supra *in primo articulo*, fundavimus, atque demonstravimus dictam renuntiationem esse personalem, immò personalissimam respectu dicti quondam D. Andriani, & D. Vincentii, eorumque descendentium, personalis quoque adjudicanda est hæc renuntiatio, ut nec filii possint venire ex eorum propriis personis; cognita enim renuntiationis natura, illico ejusdem naturæ cognoscuntur omnia pacta, & omnes clausulæ in ea appositæ Dominus Consil. Theodor. *allegat.*36. *numer.*36. Ideòque resoluta uti personalissima dicta renuntiatione principali ob mortem dicti D. Vincentii ab intestato sine liberis, resoluta etiam censetur dicta renuntiatio, de qua nunc agimus, ut nec filii possint venire ex eorum propria persona, D. Reg. de Marinis *lib.*2.*cap.* 192. *numer.*17. ibi: Quod renuntiatio matris non noceat filiis venientibus ex persona propria, etiamsi mater evictionem promiserit pro bonis renuntiatis, & remissis fundat, & bene Morott. *in dict. cons.*22. *numer.*4. *&* 5. ubi probat, quod si renuntiatio habet conditionem, de qua supra, illa non potest filiis nocere, sive simpliciter pro se renuntiaverit, sive pro se, & hæredibus, & etiamsi agant filii uti hæredes matris, aut quod evictio ab ea promissa fuerit: nam si renuntiatio evanescit resoluto actu, æquè resolvi censentur effectus ab eo procedentes, perinde ac si nunquam facta fuissent, &c. Ideòque non videmus, quid possit obstare dicto Illustriss. Duci, quominus ad successionem dicti quondam D. Vincentii venire possit, etiam ex propria persona.

Prætereà sufficeret allegare Dominus Reg. de Marinis *dicto capit.*189. *numer.*100. *lib.*2. dicentem de hujusmodi conventione (ut nec filii possint venire ex propria persona,) ullo unquam tempore fuisse aliquam habitam rationem, etiam in casu quo renuntiatio filii eorum matris essent hæredes testantem pluries per S.C. decisum Regens Consiliarius Minadous *in constitut. in aliquibus notab.*3. *à numer.*11. Dominus Præs. de Franchis *decis.*67. quodque confirmatur authoritate dictarum decisionum *in primo articulo*, mentionatarum, teste dicto D. Reg. de Marinis, in quibus, etsi in renuntiationibus adfuerat pactum prædictum, ut videre est apud eundem D. Reg. cujus verba transcribi curavit, attamen nulla de ea habita fuit ratio; Cætera doctrina suppleat, magisque jus dicentium Pietas. Neapoli 30. Januarii 1671.

DISCEPTATIO CCXVI.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur, & disputatur.*
2 *Renuntiatio successionis duplex, extinctiva, & translativa, & quæ sint.*
3 *Renuntiatio successionis personalis est una, realis simpliciter altera; tertia mixta, & quæ sit personalis.*
4 *Renuntiatio realis simpliciter, quæ sit.*
5 *Renuntiatio realis secundum quid, seu mixta, quænam sit, & quotuplex.*
6 *Renuntiatio de qua in præsenti non personalis, sed realis est.*
7 *Menoch.cons.6.adducitur pro nostra conclusione.*
8 *Cardinalis Puteus cons. suo unico adducitur.*
9 *Ioannes Baptista Sylvaticus consil.*11. *refertur.*
10 *Consilium Radenaschi 46. punctuale pro nostra materia.*
11 *Parisii cons.26.lib.3. ponderatur.*
12 *Surdi cons.244.adducitur in præsenti.*
13 *Roviti cons.42.& 44.adducuntur.*
14 *Michael Grassus, Peregrinus, Cutellus, & alii, pro conclusione adducuntur.*
15 *Renuntiatio realis continet omnem modum succedendi.*
16 *Renuntiatio dotis receptæ causam finalem, quam habeat.*
17 *Renuntiatio est realis quando ita dicitur in instrumento.*
18 *Renuntiatio in bonis fratris à sorore facta quomodo cognoscatur, ut sit realis.*
19 *Idem est in jure nostro sororem esse in capillo, ac nuptam, sed non renuntiantem.*
20 *Renuntiatio facta per Monachum, vel Monialem dicitur realis, pluribus ex causis.*
21 *Monialis renuntians non potest dicere de læsione.*
22 *Renuntiatio Monialis per quas conjecturas dicatur personalis.*
23 *Præmorientia patris, vel fratris renuntiatarii, an, & quando præjudicet renuntianti.*
24 *Promissio de renuntiando, quando habeatur pro renuntiatione.*
25 *Soror renuntians quando tollat se de medio.*
26 *Renuntiatio pro descendentibus donatarii, an, & quando bona revertantur ad donantem.*
27 *Clausula ad habendum, & clausula in perpetuum quid operentur in renuntiatione.*
28 *Renuntians ex tacita mente testatoris censetur exclusus.*
29 *Incapaces vigore statuti, vel voluntariè non censentur admissi ad successionem.*
30 *Inhabilis ad succedendum non habet jus contra testamentum, nec illud annullat.*
31 *Renuntiatarius, qui renuntiationem acceptavit, censetur mori in eadem voluntate excludendi renuntiantem.*
32 *Clausulæ generales quando faciant renuntiationem esse realem.*
33 *Moriens ab intestato non videtur vocare renuntiantem.*
34 *Renuntiatio in dubio, an personalis, an realis præsumatur.*
35 *Renuntiatio in feudis semper præsumitur personalis.*
36 *Renuntiatio in feudis in duplici casu præsumitor realis.*

37 *Re-*

ARGUMENTUM.

Renuntiatio extinctiva, & translativa, realis, personalis, & mixta, quæ dicuntur, & quibus verbis concipiantur, gravissimis Doctoribus ostenditur. Facta per Monialem, vel per Monachum, quando dicatur personalis, & quando realis, & renuntiandi promissio, quando habeatur pro renuntiatione. Renuntiatarius quando dicatur admittere voluisse renuntiantem; in dubio an realis, an personalis renuntiatio præsumatur, & in feudis an sit personalis, an realis. Renuntiatio dupliciter fieri potest, in vim simplicis, scilicet renuntiationis, & in vim donationis irrevocabilis inter vivos. Decisiones plures S. C. in hac materia adducuntur, & explicantur; filios admittendos non esse in bonis renuntiatis à matre, latè ostenditur, & an renuntiatio contineat conditionem, si hæreditas ad renuntiantem deferatur, & quando filii teneantur habere ratum factum matris.

JURA
PRO
Illustrissima Principissa Curtii,
CUM
Illustrissimo Duce Morciani;
Super successione hæreditatis quondam D. Vincentii Acquaviva.

Dominus Joannes Acquaviva nupsit elapsis annis cum Domina D. Antonia de Cardines, qui mortis tempore post se reliquit Dominam D. Annam, & D.Magdalenam, D. Beatricem, D. Isabellam, D. Margaritam, & Don Vincentium Acquaviva cum D. Trojano, qui ultimo loco nominatus, Primò, ante omnes decessit. Postmodum moritur Dominus D. Joannes Acquaviva; & D. Antonia de Cardines transivit ad secunda vota cum Paulo Spinelli, ex quo matrimonio orta est D.Eufemia Spinelli. 1

Cum in præsenti anno suum diem obierit extremum Don Vincentius Acquaviva, comparuerunt in M. C. V. Illustriss. Dux Morciani, sub prætextu repræsentandi jura, & gradum D. Beatricis Acquavivæ suæ Matris, insimul D. Magdalena Acquaviva, D. Margarita, & D. Anna Acquaviva, & etiam D. Eufemia Spinella, quæ omnes comparuerunt in M. C. instantes pro expeditione præambuli ad eorum favorem, dicti quondam Vincentii, uti sorores ejusdem quondam D. Vincentii.

Prætendit nunc Illustriss. D. Anna Acquaviva Principissa Curtii, se ipsam solam declarandam esse hæredem dicti quondam D. Vincentii, quia quantum attinet ad personam D. Beatricis, & D. Magdalenæ propter renuntiationes, quas fecerunt amplissimè, realiter, & realissimè, nullam possunt prætendere succedendi causam, quod idem dicimus in D. Margarita Moniali professa in Venerabili Monasterio Sancti Marcellini propter eandem renuntiationem, nec aliquid potest prætendere D. Eufemia Spinelli, quæ non potest ab intestato succedere eidem quondam D. Vincentio, uti soror uterina ejusdem, existentibus sororibus utrinque conjunctis, quod idem etiam dicimus respectu D.Isabellæ Acquavivæ Monialis professæ in Monasterio Sancti Ligorii, quæ nec etiam comparuit in M. C. positis ergo renuntiationibus supradictis, prætendit Illustriss. Principissa Curtii ad se solam pertinere præambulum ab intestato dicti quondam sui fratris, quippe quæ non renuntiavit tempore dotationis, imò promisit in dotem successiones omnes quascumque sperabat; ideoque ad sui beneficium expediendum esse præambuli decretum per M. C. V. non obstante prætensione Illustriss. Ducis Morciani filii D. Beatricis Acquavivæ prætendentis ex propria persona censeri ab intestato vocatum, non obstante matris renuntiatione, tempore dotationis facta, unde pro Illustriss. D. Anna Acquaviva Principissa Curtii firmiter probabo, expediendum esse decretum præambuli, excluso penitus Illustriss. Duce Morciani: quod, ut probem, duobus articulis ad exemplum partis adversæ pro Duce scribentis totam materiam disputabo, quorum primus erit articulus, utrum renuntiatio facta per dictam D. Beatricem sit realis, ut obstet Illustriss. Duci Morciani ejus filio; secundus erit articulus, utrum Illustriss. Dux Morciani venire possit ex propria persona ad successionem dicti quondam D. Vincentii; sit ergo.

ARTICULUS I.

Utrùm renuntiatio facta per dictam D. Beatricem sit realis, vel personalis, ut obstet Duci Morciani ejus filio ingredi volenti in locum suæ matris.

2 Pro articuli discussione supponendum est renuntiationem successionis, de qua in præsenti, duplicem esse, unam scilicet extinctivam, alteram translativam: extinctiva est, quando aliquis excludit se de medio à successione illius, cui renuntiaverat, quæ dicitur extinctiva, quia extinguit jus suum, & excludit se à jure succedendi, argumento *l. si duo, ff. de acquir. hæredit.* Petrus de Franchis *dec.* 24. *num.*21. *& decis.*101. *num.*2. Montanus *controv.*10. *n.*7. Menoch. *consl.*22. *num.*5. Fabius de Anna *cons.*45. Andreol. *controv.* 310. *numer.*13. Cons. Roccus *respons.* 71. *numer.* 31. *tom.*2. per quam ita renuntians tollit se de medio, ac si nunquam fuisset in rerum natura, ita per talem renuntiationem nulla sequatur, juris translatio ex renuntiantis persona, & renuntiatio cedit ad utilitatem filiorum, qui successuri sunt de jure personæ, de cujus hæreditate agitur, itaut renuntiatario si aliàs non succederet nullum jus ex renuntiatione quæratur, argum. *l. si duo citata*, Napodanus *in consuedin. si moriatur*, *num.* 22. Minad. *consil.* 22. *numer.* 5. Fabius de Anna *ubi suprà*, *& consil.* 92. *num.* 58. Francus *dict. decis.*24. *num.*21. *& decis.* 101. *numer.* 20. Montanus *controv.*10. *num.*7. Renuntiatio verò translativa est quando renuntians abdicavit à se jus succedendi, & transtulit in eum, in cujus beneficium renuntiavit, sicque renuntians hæreditatem transferre ex sui persona jus succedendi in eum, cui fit renuntiatio, itaut succedat ex persona renuntiantis, juxta Textum *in l. cum oportet*, §. *penult. vers. sed nisi, Cod. de bonis quæ liberis*, notat Montanus *ubi suprà*, Carolus Bottiglierius olim discipulus meus *de success. ab intestato*, *theoremate* 43. *& theoremate* 49. *num.*18. Andreolus *tom.*4. *cap.* 320. *num.* 14. Olea *de cess. jurium*, *tit.*1. *quæst.*2. *num.*14. *cum seqq.* & ponuntur multa exempla renuntiationis extinctivæ, & translativæ per Montanum, Bottiglierium, & Andreolum, unde hæreditates non devolutas, sed devolvendas cum clausulis amplissimis cessionis, & donationis est quæstio, an possint considerari, ut translativè, an verò ut abdicativè tantum, nam ut translativas defendit Fabius de Anna *dict. cons.*45. sed alii dicunt esse solum abdicativas, ut benè Montanus *controver.* 10. respondens omnibus fundamentis Fabii de Anna, & Franciscus de Andrea *in cons. impresso apud Bottiglierium theorem.*49. *n.*18. P. Merlin. *controv.*6. *n.*7. Molfesius *ad consuetudines, in tit. de renuntiat. q.*6. *n.*31. De Georg. *alleg.*29. *n.*25. *& seq.* Altograd. *cons.*47. *& seqq.*

3 Suppono secundò, dividi etiam renuntiationem in triplicem speciem; Prima est personalis simpliciter; Secunda realis simpliciter; Tertia realis secundum quid, seu mixta: personalis simpliciter est illa, per quam renuntiatur hæreditati alicujus certæ personæ, puta matris, patris, &c. contemplatione certarum personarum, ut fratris, nepotum masculorum, & similium, ut exemplificat Rota Romana apud Merlinum *de legitima*, *dec.* 48. *n.* 18. Censalius ad Peregrinum *de fideicomm. art.*28. loquens *à num.*18. de materia, Clemens Merl. *decis.*62. *num.*24. Marius Cutellus *de donat. contemplat. matrim. tom.*2. *discurs.*1. *special.*4.
4 *à num.*4. *cum seqq.* Realis simpliciter est illa quoties renuntiat quis omnibus, & quibuscumque bonis hæredibus in genere præsentibus, & futuris, DD. citati apud Merlinum *ubi suprà*, vel in specie patris, vel matris, ac quarumcumque personarum contemplatione certæ personæ, sed in perpetuum ad favorem hæredum, & successorum quorumcumque, Censalius ad Peregrinum *dict. art.*38. *col.*2.
5 Cutellus *ubi suprà, num.*6. renuntiatio verò personalis, seu realis secundùm quid, seu mixta dupliciter potest considerari, primò, personalis respectu rei, aut realis respectu personæ, ut quando renuntiatur hæreditati alicujus certæ personæ, sed ad favorem hæredum, & quorumcumque successorum in perpetuum, Censalius, & Merlinus *ubi suprà*, aut est personalis respectu personæ, & realis respectu rei, puta si quis renuntiat omnibus, & quibuscumque successionibus contemplatione certarum personarum, puta ad favorem patris, vel fratris tantum, quibus positis sit

6 Prima Conclusio; renuntiatio, de qua suprà realis est, non verò personalis.

Probatur Conclusio, Primò auctoritate extrinseca. Secundò ratione: authoritate extrinseca.

Primo loco facit Menochius *cons.*6. *num.*15. *versic.*5. *&* 7
*num.*16. *lib.*1. qui docet, quòd talis renuntiatio pro se, & hæredibus est causa, ut succedat quilibet hæres extraneus illius, qui renuntiationem recepit in ejusdem hæreditatem, licèt tempore renuntiationis sint masculi, & postea prædecesserint, omninò exclusa ipsa renuntiante, idem docet *in cons.*196. *num.*36. *& cons.*197. *n.*75. *vers.*4. *lib.*2. & apertiùs *cons.*935. *n.*24. *lib.*4.

Secundò, facit Cardinalis Puteus *cons. unico impresso* 8
post consilia Sforzaoddi, *num.*33. *& seq.* ubi docet, quòd filia ita excluditur per renuntiationem factam patri pro se, & hæredibus, abintestato, ac si pater testatus decessisset, & dicit esse reprobandos DD. si contrarium asserant, & citat infinitos DD. qui suam, & nostram sententiam sequuntur, & est omninò videndus, quia acerrimus est hujus nostræ conclusionis defensor.

Tertiò facit Joannes Baptista Sylvaticus *cons.*11. *num.*52. 9
& 53. qui assignat rationem, quod dum ad certas personas renuntians non prospexit, fit locus quibuscumque hæredibus ab intestato.

Quartò loco Radenascus punctualiter *cons.*46. *num.*55. 10
& 56. ubi docet, renuntiationem quandam realem esse judicandam, primò, quia facta fuit ob ingressum Religionis. Secundò fundat, realem esse judicandam propter communem DD. sententiam, quæ docet, quòd quoties facta fuit renuntiatio pro se, & hæredibus, & successoribus semper sit realis, & realissima ad favorem quorumcumque hæredum abintestato, sive masculorum, sive fœminarum etiam in ulteriori gradu positorum, citat plusquam decem DD. unde Soccinus sen. *cons.*34. *n.*5. *vol.*4. dicit quod bona ob talem renuntiationem transeunt ad omnes hæredes, idem dicit Panzirolus *cons.*62. *n.*4. *&* 10. *& n.*16. punctualiter loquitur in nostris terminis.

Quintò, Parisius *cons.*26. *num.*27. *lib.*4. docet, quod re- 11
nuntiatio pro se, & hæredibus ad favorem quorumcumque hæredum transeat, *& nu.*31. *&* 45. docet, quòd per dictam clausulam non solum talis renuntiatio intelligitur facta pro masculis tunc existentibus, sed etiam pro fœminis, licèt masculi postea decedant, quia talis renuntiatio facit totam patris hæreditatem augere in favorem omnium hæredum, & etiam *in cons.*69. *per tot. lib.*3.

Sextò, facit Surdus *cons.*244. *num.*11. *vers. addo*, ubi 12
docet, quòd renuntiatio pro se, & hæredibus, omnes, & quoscumque hæredes comprehendat, & dicta clausula operatur, ut intelligatur facta, tam pro filiis primi, quàm secundi matrimonii, *& n.*20. multas rationes assignat, si verò renuntiatio non esset facta pro se, & hæredibus, tunc solummodo ad beneficium fratrum utrinque conjunctorum præsumeretur facta, sic Alex. *cons.*149. *n.*5. *lib.*7. docet, quòd per dicta verba pro se, & hæredibus præsumitur facta pro filiis alterius matrimonii, & ad commodum aliorum hæredum, & Hartomannus Pistorius *lib.*4. *quæst. jur. q.*6. *nu.*52. omnino videndus, *juncto num.* 56. distinguit, quòd si tunc erant filii masculi illorum favore censetur facta, si fœminæ solum illarum favore factam esse renuntiationem, præsumendum est: propterea Carena *var. resol. resol.*245. *num.*6. expresè docet, quòd inter alias conjecturas, quibus præsumitur renuntiatio realis, sit illa clausula (*pro hæredibus, & successoribus dotantis*) sequitur Afflictus, Rovitus, & alii infrà citandi.

Septimò, Rovit. *cons.*42. *n.*7. 8. *&* 18. *& cons.*44. *num.*7. 13
omnino videndus, & ita obtinuit, dum contra filiam renuntiantem pro se, & hæredibus patrocinabatur in favorem hæredis ulterioris gradus, & decisio fuit junctis Consiliariis duorum Aularum, ut in calce *cons.*44. quod idem dicit Paulus Staib. senior *cons.*82. *n.*40. ubi amplissimam vocat renuntiationem factam pro se, hæredibus, & successoribus per viam cessionis, & donationis, quod idem ait Camillus de Medices *consil.*20. *num.*3. *&* 5. talem renuntiationem realem esse, & Regens Capyc. Latro *consult.* 76. *num.*53. dicit, quod quando renuntians renuntiavit in beneficium Patris pro se, & ejus hæredibus, & successoribus, videtur renuntiationem factam pro quibuscumque etiam extraneis, & *consult.*77. *num.*30. docet, quòd renuntiatio pro se, & hæredibus sit realis favore quorumlibet hæredum ab intestato etiam extraneorum, quod ipsum dicit Præs. Merlinus *cap.*5. *num.*5. *tom.*1. *& cap.*8. refert decisionem suorum consiliorum, ubi hæc scripsit, propterea Dominus

minus Consil. Prat. *cap.29. num.11. tom.2.* docet, quòd filia renuntians in beneficium Patris pro se, & hæredibus semper excludatur.

14 Octavò, facit Michael Grassus *in §. successio ab intestato, quæst.10. num.13. vers. Quinimò*, ubi docet, quòd renuntians Patri, & hæredibus ejus, quando Pater habebat filios, & filias, licèt postea masculi moriantur, filia renuntians ab aliis sororibus erit exclusa, ob illam particulam (*hæredibus*) pro quo citat Vasquium, Covar. & alios, sic Peregrin. *de fideic. art.52. n.74.* docet, quòd renuntiatio erit realis, quando renuntiat aliquo accepto omne jus quod habet, vel habere sperat, & Marius Cutellus omnino videndus *discursu 6. part.6. num.127.* dicit, quòd si facta fuit ad favorem Patris, vel suorum hæredum, realis dici debet, *& pag.579. vers. Sin autem*, realem appellat renuntiationem factam pro dotantis hæredibus, quod expressè sequitur Molina *lib.3. de rit. nuptiarum, quæst.85. numer.40. & seq.* sequitur Marta *part.1. quæst.14. art.1. num.11.* Donnadeus *de renuntiat. cap.3. num.12.* Pater Sanchez *tom.2. in præcepto Decalogi, lib.7. cap.7. num.27.* qui ait, quòd præsumuntur alii hæredes ipsi renuntianti, qui pro hæredibus Patris renuntiavit, sequitur Merlin. *de legitima, lib.3. tit.1. qu.10. nu.11.* Mangil. *de imputation. q.72. n.13.*

15 Probatur secundò, conclusio ratione à priori, quia in dicta renuntiatione fuit renuntiatum omnibus juribus competentibus etiam de futuro super omnibus hæreditatibus maternis, paternis, fraternis, sororis, avernis, patruorum, avunculorum, &c. & sic proinde est, ac si renuntiatum fuisset successioni; unde liberi, unde agnati, & unde cognati, ut benè Afflict. *in cap.1. num.11.* de eo, qui finem fecit agnatis, Decius *in l. quoties, n.2. ff. de reg. juris*, Menoc. *cons.335. n.30.31. & 37. & cons.401. & 104.* Merlinus *post tract. de legitima, decis.48. num.17.* qui docet, quòd si renuntiatio fuit facta in abstracto de omnibus hæreditatibus, successionibus, &c. videtur ac si renuntiatum fuisset, unde agnati, unde cognati, & unde liberi, ut post Merlin. sequitur Censalius ad Peregrinum *in addit. ad art.38. pag. 260. versic. Et inde magis*, Rovit. *consil.42. numer.12. vers. Quarta clausula* qui punctualiter loquitur Capyc. Latr. *consult.76. n.57. & consult.77. nu.32.* unde nullus Doctor est, qui dicat, quod ad hoc ut renuntiatio sit realis, necesse sit, ut sit expressè renuntiatum successioni, unde liberi, unde agnati, & unde cognati: unde doctissimus Napod. *in consuet. si moriatur, n.36.* dicit, quod renuntiando quis bonis maternis, censetur renuntiasse, non possit succedere uti filia, & sic excludit se de numero liberorum: unde si existat soror in capillo, ista dicitur esse in numero liberorum, subdit postea, quòd non ita est si renuntiasset, quod nec ut filia, nec ut legitima, nec ut agnata possit succedere: nam tunc cœpisset ad alios pertinere, sed quoties fuit facta renuntiatio cum clausula, unde liberi, unde agnati, unde cognati, semper est renuntiatio realis.

16 Probatur tertiò, nam renuntiatio, de qua in præsenti fuit facta ratione dotis receptæ, & causa finalis cur renuntiaverit, fuit receptio dotis, igitur realis dicenda est, ut benè Covar. *in cap. quamvis pactum, de pactis in 6. §.3. num.7.* Minad. *cons.22. num.4.* & hoc ostendunt illa verba posita in capitulis matrimonialibus, scilicet (*habens respectum ad dotem receptam, & considerans se dotatam de paragio*, &c.) ut benè Romanus, & alii *in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred.* Baldus *in l. pactum, C. de collation.* ubi Decius *num.18. & in cons.181. num.6.* Corneus *consil.291. colum.3. lib.4.* Paris. *consil.26. num.44. & seqq. lib.3.* Peregrinus *de fideicommiss. art.52. num.74.* Marta *de success. part.4. quæst. 21. art.14. num.20.* P. Merlin. *controv.5. num.2. & 3.* Soccinus senior *consil.34. colum.2. num.5. volum.4.* & per talem renuntiationem juratam, tanquam dotata de paragio, & ultra paragium dicitur renuntians omnino exclusa, Paul. de Castro, quem sequitur Alex. *in l. in ratione, ff. de leg. falcid.* Menoch. omnino videndus *consil.6. num. 17. tom.1. & consil.197. numer.77.* Rovitus omnino videndus *consil.43. num.9.* qui dicit, quòd in tali casu non est opus recurrere ad conjecturas, quia ab omni casu, & ab omni successione ob dictam dotem talis renuntiatio excludit, quod etiam punctualiter docet Consil. Pratus *discept. forens. cap.29. num.11. tom.2.* punctualiter etiam Cutellus *discurs.3. p.6. num.127. pag.578. tom.1.* qui etiam docet, quòd cessantibus personis contemplatis, id est, ipsis masculis tunc existentibus, quia non cessat dos, neque debet cessare renuntiatio, citat Rolandum *cons.11. num.32. lib.1.* & dictam conclusionem licèt impugnat Molina *de ritu nuptiarum, cap.92. n.54.* tamen fatetur nostram sententiam esse communiorem, & quòd in praxi ab ea recedi minimè possit, teste Cutello *ubi suprà*.

Probatur quartò, quia in nostra renuntiatione fuit expressè dictum, quòd sit realis, imò realissima, & quòd non sit personalis, & per consequens non erit amplius dubitandum quomodo sit, sed omnino standum est verbis, Rovit. *cons.42. num.29. vers. Vltima clausula*, Thor. *in addit. ad allegationes diversorum I. C. impressas post decisiones Regentis Salernitani, allegat. ultima, num.26.* Capyc. Latr. *consult.76. n.41. & seqq.* ubi punctualiter decidit, citat Andream *in cap.1. num.1.* de eo, qui finem fecit agnatis, ubi Lipar. *in verb. Omnino*, Menoch. *cons.323. n.62. & cons.77. n.35. & 39.* 17

Probatur quintò, quia ad omnes scrupulos tollendos rogo videri DD. qui in terminis de fratre quoad sorores discurrant articulum, & de patre quoad filiam, & concludunt, quòd in successione fratris, venit soror in Capillo, exclusa sorore nupta, quæ renuntiavit, & omnes ponunt casum, quando dicta soror in Capillo sola existebat tempore renuntiationis, & concludunt favore illius renuntiatum fuisse præsumi à fortiori in casu nostro, dum non est soror, quæ renuntiavit, sed Dux Morciani ejus filius, de quo infrà dicemus *in articulo*, unde Covarr. *ubi suprà, n.3.* dixit, quòd si pater nullum habebat filium masculum tempore renuntiationis, sed solas filias, fœminas, sorores renuntiantis etiam si nullus masculus postea natus sit, & pater moriatur ab intestato, quod nulla adsit sufficiens conjectura, ut filia renuntiatarii cum sorore in capillo admittatur, & consilium Baldi 347. communiter reprobari, quia posito, quod concurrit renuntians cum non renuntiante admitti debet illa, quæ non renuntiavit, quod idem Ferdinandus Vasquius *de successor. creat. §.18. requisito 29. limitat.1. numer.108. & 109. & numer.140.* omninò videndus, Antonin. Fab. *in suo Cod. lib.2. tit.3. defin.22.* qui decisum refert P. Sanchez *tom.2. de præceptis Decalogi, lib.7. cap.7. numer.24.* ubi ait, quòd soror in capillo solum admittitur; sic Guid. Papa *decis.192.* docet quòd filia renuntians non admittitur ad successionem cum filia, quæ non renuntiavit, sed excluditur ab ista, quod idem docet Paris. *d. ict. cons.26. num.38. lib.3.* Alex. *cons.29. lib. 3.* Signorol. Homodeus *cons.29.* Anton. Gabr. *lib.3. in tit. de jure dotium conclus. 1. num.3.* Bursattus *cons.264. num.6. vol.3.* Panciroll. *cons.62. num.4. & 10.* Grass. *in §. successio, quæst.10. numer.13.* Corneus *cons.291. col.4. vers. non obstat*, Pistor. *lib.4. quæst. 6. num.58.* Merlinus *lib.3. de legitima, tit.1. quæst.10. num. 11.* Mangil. *de imput. q.72. n.13.* Barrius *de success. lib.1. de pacto non succedendo, num.26. pag.237.* Capriolus *de success. ab intest. lib.1. num.510.* Thomas Minad. *cons.21. num.5.* Thorus *loco citato*, Afflictus omninò videndus *decis.261.* ubi excluditur à fratris successione filia dotata, quæ renuntiavit per sororem in capillo tempore renuntiationis existentem, Napodanus *ubi suprà, num.36.* Scipio Buccinus *pag. 83.* Regens Rovit. *cons.44. num.4.* qui dicit, quòd si renuntiatio fuit facta à filia, seu sorore in beneficium fratris, vel sui Collegialis nullus Doctor ausus fuit afferere, ut renuntiatio præsumatur facta contemplatione futuræ prolis, imò comprehendit quoscumque hæredes etiam extraneos, 18 19

igitur in casu nostro, cum Illustr. Principissa Curtii nullam fecerit renuntiationem, habetur ac si esset in capillo, & per consequens excludit sororem renuntiantem, consequentia patet, quia in jure nostro paria sunt non renuntiasse, ac in capillo existere, sicuti paria sunt non extare, ac extare, & non posse succedere, ut alium in successione non impediat, sic in patre videmus filium naturalem instituente, præterita filia legitima, & naturali, ut scripsit Cancerius *par.3. var. cap.15. a num.1. usque ad 15.* non enim poterit instituere naturalem, cum habeat legitimam, *Auth. licet, Cod. de naturalibus liberis*, nisi sua renuntiatione inhabilis esset effecta, igitur renuntiatio facta excludit renuntiantem, & admittit sororem, quæ non renuntiavit, quia censetur, ac si esset in capillo propter non factam renuntiationem.

Probatur sextò, quia tota ratio, cur renuntiatio facta per Monachum ingredientem Religionem dicatur realis, & realissima nulla alia est, nisi illæ clausulæ, quæ solent apponi in renuntiatione novitii, ut sunt illæ, de quibus Rovitus *cons.42. n.11. & cons.43.* quarum prima est, clausula illa (renuntiat, ut aptius Deo serviat,) Casanat. *cons.39. num.7.* 20

nu.7. Mastrillus decis.75. Censal. ad Peregr. fol.401. Coscia de renuntiatione, resol.4. num.48. Philippus Camerata respons.21. num.23. tom.1. Secunda clausula est illa, (Renuntiat fratri, ejusque hæredibus, & successoribus in perpetuum,) Rovit. d. cons.42. num.11. Medices consil.20. num.10. Jacobus Gallus consil.64. numer.6. Merlin. controvers.5. num.5. Fusar. quæst.339. num.11. Radenascus cons.46. nu.5. Carena resol.69. num.6. Camerata ubi supra, num.85. Tertia clausula consistit in illis verbis, (omnino,) Camerata responso 2. n.4. lib.2. Quarta clausula, consistit in illis, (renuntiat omnibus hæreditatibus descendentium, & successoribus delatis, & in futurum deferendis,) Censal. ad Peregrin. art.38. Capyc. Latro consult.76. numer.45. & consultat.77. num.31. Donnadeus de renuntiat. cap.3. nu.9. & 10. Altogr. cons.66. n.45. lib.2. Cyriac. contr.128. n.46. & controv.123. n.19. Camerata responso 2. n.81. lib.2. Bottiglierus theorem. 49. num.26. Ferentillus ad Buratt. decis.310. litt.B, Quinta clausula consistit in illis verbis, (Renuntians per pactum de non petendo, & per Aquilianam stipulationem,) D. Merlinus controv.5. num.14. & 17. lib.1. Capyc. Latr. consult.76. num.46. & consult.77. num.33. Domnadeus cap.3. num.8.27. & seq. Paschalis de patria potest. part.3. cap.7. num.48. & seqq. Molfesius p.4. de renuntiatione, quæst.2. nu.13. & qu.3. num.17. Marta de success. legali, p.4. q.21. art.14. num.101. Cutellus tract.1. discurs.3. particula 6. num.127. Thor. part. 1. in verbo renuntiatio facta, licèt alii dicant, tunc esse realem, quando fit nullius contemplatione, secus si alicujus, Theodor. alleg 36. num.36. Regens de Marinis tom.2. solut.190. num.40. D. Marcianus disp.8. num.15. Si ergo renuntiatio facta per Monialem, recepta solita dote dari Monasterio propter clausulas suprà positas dicitur realis, & realissima, ista de qua agimus, propter istas clausulas appositas censeri debet realis, & realissima, quod adeo verum est,
21 ut neque per filiam, vel Monasterium possit allegari læsio, quamvis sit renuntiata opulentissima hæreditas, ut dicit Romanus cons.42. n.3. & cons.44. num.330. Castillus tom.3. controv.2. n.17.47.73. cum seq. Ricc. in praxi, tom.2. resolut. 374. Paschalis part.3. cap.7. nu.25. Verrecelli quæst.61. Noguerolla alleg.6. nu.46. Fontanella tom.2. claus.5. gloss.8. p.1. num.56. & claus.9. gloss. unic. part.1. nu.67. Amat. consil. 71. num.7. & 8. Caputus in contract. si moriatur, par.3. §.10. nu. 19. & 20. Gratian. decis.40. & cap.568. nu.14. & 31. & cap. 4. num.17. & 18. Quæ tamen conclusio non procedit quan-
22 do appareret, quòd renuntiatio Monialis fuisset facta contemplatione certarum personarum tantum, vel proter conservationem bonorum in familia, quia si moriatur pater, vel fratres, superstitibus aliquibus proximioribus, tunc ipsa Monialis, & sic Monasterium ex ejus persona non excluderetur, ut decisum refert per Rotam Rom. Reg. de Marinis tom.2. resol.190. contra id, quod scripserit, cap.189. num.22. & quamvis dict. cap.189. appareat firmatum, renuntiationem Monialis per clausulas suprà positas non semper esse realem, tamen verior est opinio, quòd sit realis, non si ex conjecturis aliter appareat de mente recipientis renuntiationem, & de mente renuntiantis.

23 Posita ergo realitate renuntiationis non est curandum an fratres præmortui sint recipienti renuntiationem, an primo Pater mortuus sit, ut benè fundat Minadous consil. 22. Marta de clausulis, claus.228. num.8. Mastrillus dec. 65. num.25. Cutellus part.3. discurs.3. numer.127. Capyc. Latr. consult.76. num.45. & 46. ubi refert decisionem factam per S.C. junctis aulis, Paschalis cap.7. num.48. & 57. in quo
24 tandem observo, quod renuntiatio promissa etiam fieri per Monialem, & à Monasterio habetur pro facta in ejus damnum, Rovit. cons.42. num.7. Merlin. controv.4. tom.1. ubi decisum refert Præses de Franch. decis.624. Regens de Ponte de potest. Proregis, in tit. de success. mulierum num.10. & 11. Caputus ubi suprà, part.3. qu.9. num.10. Barbatus de divisione fructuum part.2. cap.2. num.92. Noguerol. allegat. 6. n.2. & seq. Episc. Maranta responso 29. num.42. tom.4. latissimè Georgius Mundius cons.10. tom.2. Joannes Petrus Actolinus variarum resolutionum, resol.40. ubi de renuntiatione reali, & personali latè agit.

25 Probatur septimò, quia sorores ex prædictis renuntiationibus juri succedendi volunt tollere se de medio, & de numero agnatorum excludere, ac si nunquam extitissent tales, & sic videtur actum, ut nunquam possint succedere, l.1. §. quibus, ff. de successorio edicto, & colligitur ex traditis per Napodanum in consuetud. 1. de jure congrui, in verbo Eruit, col. fin. vers. Sic etiam, Minadous decis.22. num. 5. Pisanell. ad consuet. si quis, vel si qua in addit. de Georgio allegat.23. nu.2. & quando renuntiatio continet juramentum, semper excluditur renuntians, nec succedit, quamvis extraneus esset institutus, & quamvis masculus, qui tempore renuntiationis aderat, præteritus esset, ut post Ursillum ad Afflictum, Capyc. Latr. & alios dicit Bottiglierius cap.2. theorem.49. num.29. & habet talis renuntiatio vim pacti de non petendo, quamvis simpliciter esset facta inter præsentes, Rovitus consil.43. numer.13. P. Merlin. cap.5.
num.13. & facta pro descendentibus donatarii, nec ipsa 26
bona donata debent revertere ad dotantem, vel ejus hæredes, quamvis non superessent descendentes, quia hæc est illius natura, ut sit perpetuo, & non redeat amplius ad donantem, nec ad ejus hæredes, sed vadat ad hæredes quoscumque donatarii, & successores etiam singulares, juxta opinionem approbatam per Rotam, de qua Cardinalis Mantica lib.13. de tacitis, tit.21. num.20. Gratian. dec.41. &
discept. for. tom.3. cap.554. & cap.508. quod multò magis 27
procedit stante clausula ad habendum, & clausula in perpetuum, & quando fuit facta renuntiatio pro se, hæredibus & successoribus, Capyc. Latro consult.77. nu.65. imò clausula, &c. extenditur in renuntiationibus pro se, hæredibus, & successoribus, Rota decis.293. part.1. divers. sic illa clausula ad habendum, &c. comprehendit omnes hæredes, & successores donatarii, Cavalcan. decis.26. num.17. lib.1. Berous cons.63. nu.9. lib.3. Rolandus à Valle cons. 66. num.37. lib.3.

Probatur octavò, quia renuntians ex tacita mente testa- 28
toris nequit succedere, quia facto suo redditus est incapax, & ad sequentem in gradu successio defertur, l.1. §. qui habebat, ff. de bonor. possess. contra tabulas, l.1. §. quibus, ff. de suis, & legitimis hæredibus, cap.1. de eo, qui finem fecit agnato, Bartol. in dicto §. qui habebat, num.7. Mastrillus decis.65. num.7. Francus decis.375. num.2. Molfes. quæst.6. de renuntiat. num.11. & quæst.14. num.6. 10. 11. & 12. Gallerattus de renuntiat. lib.2. cap.5. numer.21. Amat. resolut. 76. num.28. unde Dominus Marcianus disp.8. num.34. postquam retulisset conclusionem nostram, & jura mirificè illam comprobantia; ita respondit: nihilominus hæc omnia procedunt quotiescumque adsunt personæ, quarum contemplatione fuit facta, & acceptata renuntiatio: nam tunc optimè elicitur præsumptio, &c. voluisse Patrem, licèt decedentem ab intestato, illam esse exclusam, idem sentit Rota coram Dunozetto in Romana renuntiationis 7. Junii 1634. sub num.27. quæ est apud Tamburinum de jure Abb. Sexta in ordine, nam non est verisimile, aut voluntati testatoris consentaneum instituere voluisse renuntiantem, quæ ex juris dispositione inhabilis est ad succedendum, cum renuntians dicatur exclusa, & facto ex proprio inhabilis,
seu incapax, ideò dici solet, ut incapaces vocati non cen- 29
seantur, quia testatoris voluntas legum sanctionibus adhærere præsumitur, esto non vocasset eam, quam jura invitant, Gabriel cons.83. num.3. & seqq. lib.2. ubi agit de incapacibus ex natura rei, respectu emphyteusis Ecclesiasticæ, & ait non comprehendi sub illa clausula (& quibus dederis) & de incapace ex forma statuti loquitur Peregrinus lib.3. de jure fisci, c.1. n.2. & 7. & de incapace facto suo, quo repellitur ipso jure, Fusar. q.317. n.2.

Quia ille, qui non habet jus succedendi, utpotè inhabi- 30
lis, nec jus habet contra testamentum, si præteritus reperiatur, ut de filio bannito dicit Giurba ad consuet. Messanæ, gloss.6. part.1. num.14. & 15. fol.558. & individualiter de filia renuntiante hæreditati, quæ dotata fuerat, quòd hæc sit incapax, & si præterita sit à patre, de nullitate non dicit testamenti paterni, Anton. Faber in tit. Cod. de pactis, defin.8. num.2. Gomezius in l.29. Tauri, n.8. cum renuntians habeatur, ac si in rerum natura non esset, Gulielmus de Benedictis in cap. Raynutius, in verb. Duas habens filias, num.261. de testamentis, ubi ait, quòd præterita filia, quæ renuntiavit, non erit testamentum nullum, cum extraneus possit instituti, id autem verum est in renuntiante, non autem in exclusa per statututum, quia illa habetur pro mortua, sed exclusa per statutum, dicitur exclusa propter masculos, ut latè Cutell. tom.1. fol.441. n.66.

Probatur nonò, quia semel, quòd voluit D. Vincentius 31
sororem excludere, capi debet conjectura, quòd eadem voluntas perseveret, dum non apparet mutata, Paris. cons. 26. numer.18. qui loquitur in terminis, Cappella Tholos. decis.457. tunc autem diceretur mutata quando expressa renun-

nuntiatio, quæ in vim contractus juramento firmati pertransit nominatim, vel sub nomine collectivo, puta filiæ, vel sororis, &c. institutione esset revocata, neque sufficit generica revocatio, Aret. *in l. superstitis, q.3. num.3. ff. de acquir. hæred.* Menoch. *cons.6. num. 19.* & licèt Cavagnolus consilium hoc periculosum vocet, tamen idem firmat doctus Parisius *cons.26. numer.18. & 69. à num.49. vol.3.* qui *num.57.* ait, quòd recipiens renuntiationem pro se, & hæredibus, si filium à successione noluisset excludere sub ea forma stipulationis non concepisset, *& num.60.* sequitur decisionem S.C. Neapolitani.

32 Confirmatur, quia clausulæ generales faciunt realem esse renuntiationem, Parisius *d. consil.26. n.1. & 31. vol.3.* ubi idem loquitur de transactione adducens Covarr. *in dict. cap. quamvis pactum*, & ampliat in hædibus renuntiantis, Vasquius *in l. si quando, §. illud, num.97. de successión. creat. vol.1.* & latiùs *vol.2. lib.2. §.18. requisito 29. limit.1. numer. 113. & 119.* Carolus Antonius Puteus *cons.1. num.3. & nu. 33.* post consilia Oddi, ubi ait, quòd non videtur invitasse illas, quas per pactum exclusit, *& num.17. & 34.* ampliat etiam si renuntiationem acceptans, descendentes non habet, maximè congrua dote accepta, ut *à num.44. usque ad num.46.* & licèt aliquibus ex præ citatis respondere conetur Regens de Marinis *lib.2. cap.189.* eos tamen reassumit, & sequitur post alios Radenascus *cons.46. num.52. 55. & 56.* & licèt tam de Marinis, quàm alii loquantur de successione ab intestato, Radenascus tamen adducit rationem, quæ ad causam testati, posset etiam accommodari: ait enim quod non est verisimile ut renuntians, seu donans sub mentione hæredum se ipsam voluerit includere, cum vulgatum sit in generali dispositione non venire personam loquentis.

33 Probatur ultimò, quia decedens ab itestato nunquam videtur, nec præsumitur vocare personam, quam scit esse exclusam, Salycetus inter Consilia Baldi *cons. 17. nu. 2. circa medium, lib.4.* Christophorus de Castilione inter consilia Baldi *cons.325. num.1. lib.3.* Cardinalis Puteus *consil. unico, num.39.* Plures refert Parisius *cons. 26. nu.18. lib.3.* & dat rationem, quia præsumitur perseverare in sua ultima voluntate, sicut fuit tempore renuntiationis, argum. text. *in cap. majores de Baptismo, argument. l.3. C. de inoffic. testam. l. tractabatur, ff. de testam. militis*, per quas rationes ita docuit Antonius Gomesius *in l.22. Tauri, n.8.* Purpuratus punctualiter *in cons.510. num.25.* Grassus *in §. successio, quæst.10. num.13.* Stephanus de Aufrerius *in decis. Cappellæ Tholosanæ in terminis, quæst.457.* Guttierez *in cap. quamvis pactum in verbo omnino*, & multis rationibus hoc probat Hartomannus Pistorius *lib.4. qu.6. num.14.* rejiciendo Zenzellinum, Dauth *in cap. quamvis, ampliat.20. num.89.* præterea ab hac opinione non esse recedendum contra mentem omnium doctorum, dixit Aretinus *in l. si superstitis, ff. de acquir. hæred.* Alex. *cons.149. volum.7. & consil.29. num.4. lib.3.* citat etiam Rota *dec.850. in antiquis*, & istam tacitam vocationem negant Anton. Gabr. *lib.3. comm. in tit. de jure dot. conclus.1. n.40.* Facchineus *lib.8. controv. cap. 71.* Barrius *de success. lib.11. in tit. de pacto, de non succedendo, n.26.* & sic receptissimam esse sententiam dicit Sanch. *tom.2. lib.7. cap.7. de præceptis Decalogi*, qui assignat rationem, quòd paria sunt filiam non extare, vel illam extare, & non posse succedere, mediante renuntiatione, ut *in l.3. & 4. ff. de bonor. possess. l. unica, Cod. quando non petentium partem*, & faciunt quæ notant DD. *ubi supra*.

34 Neque dicatur pro parte contraria, quòd renuntiatio in dubio præsumatur personalis, non realis, ex Bald. *in cap. 1. de eo, qui finem fecit agnatis*, Berous *cons.370. n.9. lib.2.* Ruinus *cons.11. n.10. lib.1.* Molfesius *de renuntiat. q.3. n.3.* licèt ad favorem celebrata fuerit ipsius renuntiatarii, Surd. *cons.544. n.4. & 5.* Rota coram Merlino *de legitima, dec.80. n.11. & 12.* Thomatus *dec.50. n.47.* Altograd. *cons.66. n.39.* Igitur falsa nostra conclusio in præsenti.

35 Respondeo primò, quòd renuntiatio facta à fœmina in feudalibus ad beneficium patris per pactum de non petendo per Aquilianam stipulationem, & per alias clausulas, de quibus suprà, illam non excludit à successione fratris ultimo loco morientis ab intestato, quia in hac materia feudali semper renuntiatio præsumitur personalis, ut post alios Francus *d.591.* Capyc. *in sua investitura in verb. feudorum divisio, limit.4.* Rota apud Merlinum *de legitima, decis.48.*
36 sed aliquando fit realis, ut in duplici casu, Primò, *in c.1. de eo, qui finem fecit Agnatis.* Secundò, *in cap. Titius*, si de defuncti fuerit controversia, & primus casus est, quando renuntiatio fit, (*omninò, & in omnem casum,*) ut à Domino alius investiatur, aliàs si non ita fiat, nunquam renuntians excluditur, Rovitus *cons.43. nu.10. & 11.* Gallus *cons.64. n.61.* qui decisum refert Reverterius *decis.157. n.3.* Reg. de Marinis *cap.189. num.45. & seq. lib.2.* Reg. Capyc. Latr. *consult.76. num.61.* de Georgio *alleg.17. n.5. & 25.* fit etiam realis per alios modos, de quibus novissimè, addentes ad Rovitum *cons.43.* Quod si fiat patri renuntiatio feudi, & fiat translativè, tunc requiritur assensus Regius, 37
sed si extinctivè, non requiritur talis Regius assensus, Maurus junior *alleg.42.* qui scripsit contra Annam *cons.124.* & obtinuit, Thorus *in verbo Patruus*, Salernus *dec.14.* Reg. de Marin. *ad Revert. dec.155.* Marcian. *disp.7. n.10.* Gratus *lib.3. cap.19. nu.22. & seq.* Donnadeus *cap.14. num.19.* Additio ad Rovitum *dec.43. in fine*, Galeota *responso de renuntiat. n.15.* loquuntur in feudalibus.

Respondeo secundò, quòd licèt vera esset conclusio; 38
quòd renuntiatio præsumatur personalis, tamen ex circunstantiis dicitur realis; ut ex mente renuntiantis quando scilicet quis fit Religiosus, vel quando concurrunt clausulæ, de quibus *suprà*, Præses de Franch. *dec.375.* Gratian. *c.568. & 971.* Merlinus *cap.5. num.4.* Rovit. *cons.43. & cons.44. num.7.* Carena *resol.245. num.5.* Camerata *tom.1. responso 21.* qui plures allegat *num.9.* unde Andreas Censalius post decisiones *consil.5. per totum*, præsertim *à n.29. & seq.* dicit renuntiationem factam à Moniali tempore ingressus, esse magis realem, quàm illa, quæ fit à nubentibus in sæculo, sic quando filia renuntiavit ad beneficium dotantis, vel alterius bonis paternis, & maternis, si deinde fiat legatum à patre, vel matre non est capax illius, quia tenetur filia, quæ renuntiavit restituere renuntiatario, ut est communis sententia apud Afflictum *decis.350. nu.12. & seq.* Surd. *dec.14.* & latiùs Thesaurus *lib.1. quæst. for. q.95.* novissimè Marcus Anton. Sabellius *var. resol. c.8. à n.38.* quia posita renuntiatione reali, acquiritur renuntiatario.

Neque dicas secundò, quòd renuntiatio locum habet 39
quando ultimus agnatus decesserit cum testamento, secus tamen si decessit intestatus, ut in casu nostro, quia tunc decedendo intestatus, videtur iterum renuntians ad bona renuntiata vocatus; quia dum non superest personam comprehensa in renuntiatione, videtur renuntiatarium voluisse revocare, etiamsi stipulatio sit facta pro se, hæredibus, & successoribus, Cancer. tom.3. *c.15. n.40.* Paulus Rubeus *ad dec.523. n.110. p.4. recent. tom.3.* Rota *dec.543. n.41. & seq. part.5. recent. lib.2.* & in Maceratensi pecuniaria 20. Junii 1644. coram Otthobono.

Respondetur enim, quòd doctrina procedit, quando 40
simpliciter fit renuntiatio, secus verò in renuntiatione facta in vim donationis irrevocabilis, & transitoriæ ad hæredes, ut in casu nostro, quia tunc renuntiatariis deficientibus, & non facta dispositione de rebus renuntiatis, bona in vim donationis renuntiata transeunt ad eorum hæredes, non autem redeunt ad renuntiantem, ut tradunt Card. Mantica *lib.13. de tacitis, tit.21. n.2.* Gratian. *cap.386. n.14. & seq.* Marescott. *lib.2. var. cap.2. nu.6.* Andreol. *controver. 252. nu.4.* Rota *dec.587. p.1. rec. & 714. in fine, p.2. rec.* & in Romana fideicommissi de Incoronatis coram Pirovano, teste Antonio Conciolo *alleg.31. n.42.*

Respondetur secundò, argumentum procedere quando 41
stipulatus fuit pro se, hæredibus, & successoribus simpliciter, sed non quando stipulatur cum dictione, *&c.* sub qua continetur verbum quibuscumque, & etiam pro Cessionariis, quia cum dictum verbum (*quibuscumque*) ob sui latitudinem, comprehendat etiam hæredes extraneos dicit etiam Rota Romana *ubi supra*, colligitur apertè, renuntiationem non fuisse factam contemplatione solius agnationis, sed renuntiantem voluisse favore, non solum hæredibus renuntiatarii ex testamento, sed etiam hæredibus ab intestato succedentibus, ut benè Molina *lib.3. de ritu nupt. qu. 85. num.60.* Anton. Faber *in suo Cod. lib.2. tit.3. definit.22.* & pluries in Rota decisum refert Anton. Conciolus *alleg. 31. n.43.*

Sed audiamus doctissimum, ac consummatissimum J. 42
C. sacri Consilii honorem, & decus Josephum de Rosa *consult.34. & num.97.* qui ait, quòd frater recipiens ab una sorore renuntiationem, si aliam habeat in capillo, illi videtur voluisse prospicere, ut maritatam, & dotatam excludat, qui allegat Afflictum *in decis.165.* cujus opinioni multi, & magni nominis sequuti sunt, ut Covar. Vasquius, Laurentius

tius de Pino, & alii, quos refert Regens de Marinis *lib.*2. *cap.*189. *n.*19. & licèt aliqui teneant contrarium, nihilominus Afflicti opinio procedit, ubi aliqua est conjectura, qua videri possit fratrem sorori in capillo voluisse prospicere, illiusque contemplatione, renuntiationem recipere, ut post de Marinis *n.*20. dicunt Caputus *in dict. consuetud. si moriatur*, *part.*3. §.3. *n.*8. ubi affert etiam Laurentium Silvanum *cons.*69. & Puteum *cons. unico impresso*, post consilium Sforzaoddi.

43 Neque dicas tertiò, obstare consil. Baldi 437. *lib.*1. quia loquitur de filia, quæ simpliciter renuntiavit, nos verò agimus de sorore, quæ non simpliciter renuntiavit, sed cum pacto de non petendo cum Aquiliana stipulatione, & aliis innumeris clausulis, propter quam quod dictum Consilium Baldi communiter reprobatur, ut notat Michael Grassus *in §. successio ab intestato*, q.10. *n.*13. Paris. *d.cons.*26. *nu.* 52. *volum.*3. Cammarata *responso* 20. *art.*4. *tom.*2. *nu.*162.

44 *in fine*, & in puncto, quòd sub institutione illius, qui de jure succedere debet, renuntians inclusus, non sit, sed oporteat, nominatim instituatur, ut possit succedere, aliàs ut inhabilis exclusus remaneat, firmarunt in puncto Menoch. *consil.*6. *numer.*19. *lib.*1. *& consil.*9. *num.*82. *lib.* 2. Anton. Faber *de error. part.*3. *decade* 55. *errore* 10. *& in Codice, lib.* 2. *tract.* 3. *de pactis*, *definit.* 27. Camarata *dict. respons.*20. *tom.*2. *art.*4. *num.* 163. Amat. *resol.*76. *num.*52. *tom.*2. ubi ait, quòd inhabiles, & à successione exclusi per statutum, aut per propriam renuntiationem ex tacita mente defuncti minimè præsumantur vocati, & refert decisum Camerata *ubi suprà*.

45 Neque dicas quartò, renuntianti manutentionem fuisse concessam apud Thorum *p.*3. *sect.*3. *in verbo Soror fol.*285. *col.*2.

Respondeo enim, ibi soror, quæ renuntiaverat, fuerat nominatim instituta, & propterea illi manutentio fuit concessa, quod non est in casu nostro.

46 Neque dicas quintò, obstare decisionem Rotæ Romanæ apud de Marinis *lib.* 2. *c.*190. *n.*25.

Respondeo enim, quòd ibi apparebat clarè de personis, quarum intuitu renuntiatio facta fuit, & defecisse, & proinde personalem fuisse.

47 Neque dicas sextò, obstare consilium Jacobi Galli 64. *in fine*, de Ponte *cons.*84. *vol.*2. Capyc. Latr. *consult.*123. *num.* 166. *lib.*2.

Respondeo enim, casum, in quo consuluit Jacobus Gallus contra Joannem Franciscum de Ponte, quem refert Capyc. Latr. ubi data fuit manutentio primogenitæ, quæ renuntiaverat, fuit ex eo, quia habebat qualitatem primogenituræ in successione feudi necessaria, & apud Gallum, renuntians reperiebatur in possessione, ut ipse supponit, ut benè observat Camerata *ubi suprà*, qui hoc fundat cum Doctoribus 21. quos adducit, *ubi suprà*, *in fine*, qui Camarata *art.*3. applicat textum *in cap.*1. *de eo, qui finem* fecit agnato contra dictam resolutionem 189. de Marinis *lib.*2. *& contra Marcianum*, *disp.*8. *& contra Gallum, cons.*64. aliosque Authores scribentes contrarium.

48 Ex quibus primò, infertur plura esse exempla renuntiationis realis: principale est, quando filia recepta dote renuntiat Patri omnes successiones paternas, maternas, avernas, &c. quare si deinde moriatur Pater superstitibus fratribus, qui fratres deinde disponunt in extraneos, filia non potest prætendere successionem, Capyc. *decis.*190. ubi Masullus *in additionibus*, Regens de Ponte *consil.*42. Maranta *disp.*10. *n.*15. Mastrillus *dec.*65. *num.*17. Marta *p.*4. *de success. q.*21. *art.*14. *n.*102. Bottiglierius *theoremate* 49. *n.*10. Marcian. *disp.*8. *n.*11. Molfesius *p.*4. *q.*9. *n.*1. Thorus *p.*3. *in verbo renuntiatio*, ea ratione, quia renuntians semel exclusa à successione Patris per masculi superexistentiam, remanet perpetuo exclusa, Decius *cons.*31. Angelus *cons.*31. Andreolus *contr.*232. Rovitus *consil.*42. *n.*8. *& consil.*10. *num.*7. *&* 8. *lib.*2.

Quod tamen declaratur, ut si filia, accepta dote, renuntiet Patri omnes successiones paternas, maternas, avernas, &c. & deinde moriatur Pater ab intestato, existentibus agnatis remotioribus, tunc filia renuntians excludit agnatos, ita Paul. de Castro *in l. Paulus respondit, §. finali*, *ff. de acquir. hæred.* Afflict. *decis.*178. Maranta *ubi suprà*, *num.* 16. Bottiglierius *n.*10. Cyriacus *cap.*74. *nu.*20. Roccus *responso* 71. *n.*17. *lib.*2. quibuscumque etiam clausulis existentibus, Aquiliana stipulatione, pacto de non petendo, &c. Rovitus *consil.*23. *n.*2. *& cons.*44. *n.*27. Theodorus *alleg.*36. *num.*37. *&* 38. Regens de Marinis *n.*20. *c.*189. *num.*23. D. Hodierna *controv.*7. *n.*20. *per tot.* poteris tamen uti clausula ad excludendos agnatos remotiores, si dicatur in renuntiatione (*ut renuntiatio sit adeo potens, & efficax*, *ut si contigerit Patrem, vel Fratrem renuntiatarios sine descendentibus mori, & ab intestato, ut filius, vel filia, vel soror ipsa renuntians succedere non possit*) Theodorus *dicta allegat.*36. *n.*34. Caputus *in consuetudine si moriatur*, *p.*3. §.4. *n.*3. Regens de Marinis *ad Reverterium*, *dec.* 582.

Quapropter si filia renuntiet Patri, omnes successiones, &c. & deinde moriuntur fratres, demum moritur Pater ab intestato, superstitibus agnatis remotioribus; tunc filia excludit agnatos, Capyc. *ubi suprà*, *num.*2. ubi Masullus, quia dicta renuntiatio præsumitur facta favore masculorum, quibus deficientibus, ipsa admittitur, Regens Rovit. *cons.*42. *n.*8. Montan. *controv.*9. *n.*8. Molfes. *de renunt. qu.*1. *n.*28. *& q.*3. *n.*17. *& seq. & q.*17. *n.*1. Caputus *ad consuetudinem si moriatur*, *p.*3. *q.*6. *numer.*17. ubi decisum refert Galleratus *de renunt. lib.*1. *c.*10. *à n.*22. Regens Galeota *contr.*59. *num.*27. *lib.*2. Fontanella *de pactis nupt. tom.*2. *clausula* 9. *gloss. unica*, *p.*1. *n.*71. Marta *p.*3. *q.*6. *art.*1. *n.*7. Merlinus *de legitima*, *lib.*3. *tit.*1. *q.*5. Regens de Marinis *lib.*2. *cap.*189. *num.*1. Rovit. *cons.*23. *à num.*20. ubi pluries refert decisum, quamvis renuntiatio esset generalis, & generalissima cum omnibus clausulis, quæ excogitari possunt, Theodor. *dict. allegat.*36. *n.*14. Medices *consil.*20. *numer.*5. Lanarius *cons.* 40. *num.*6. Antonius Faber. *defin.*12. *Cod. de pactis conventis, & de erroribus decade* 13. *errore* 5. Kallebem. *de renunt. q.*39. Bottiglier. *theorem.*49. *nu.*8. Regens de Marinis *dict. cap.*189. *num.*23. Andriolus *cap.*232. *num.*10. Verùm si pater faciat testamentum, & faciat hæredem extraneum, tunc filia renuntians non potest venire contra testamentum, quia dict. filia per renuntiationem est effecta extranea, Gomezius *ad leg.*22. *Tauri, n.*9. & causa propter quam principaliter pater recipit à filia renuntiationem est, ut possit de bonis liberè disponere, ut benè decisum refert Pisanellus *in consuetudine*, *si moriatur*, *vers. nota* 3. Capyc. *d. decis.* 490. Guid. Papa *decis.*192. Regens de Ponte *cons.*40. *n.*6. Molfes. *de renunt. quæst.*13. Roccus *responso* 25. *num.*16. *&* 17. *lib.*2. Amatus *cons.*90. *n.*4. Franchus *decis.*690. Thorus *part.*3. *in verbo renuntiatio*, Capyc. Latro *consult.*77. *num.*43. & in hoc casu non habet locum masculorum contemplatio, Capyc. Latro *consult.*76. *num.*49. *& seq.* Caputus *ubi suprà*, §.6. *& seq.* quicquid dicat Pistorius *q.*6. *n.*53. *&* 54. Marcianus *disp.*8. *nu.*41. Thorus *par.*2. *in verb. succedere*, Roccus *responso* 71. *n.*14. *lib.*2.

Infertur secundo, quòd si filia renuntiet omnibus bonis paternis, maternis, &c. Parentibus suis absentibus, talis renuntiatio est nulla, propter defectum consensus illorum, quorum hæreditas renuntiatur, & renuntians succedit, exclusis aliis, hæc conclusio habetur *in l. finali*, *Cod. de pactis*, Vasquius *lib.*3. *controv. cap.*44. Guttierez *in cap. quamvis pactum*, *n.*2. *&* 3. *de pactis in* 6. Castillus *lib.*3. *controv. cap.*9. *num.*6. Caputus *super consuetudine si moriatur*, *part.*3. §.6. *num.*6. quia per talem renuntiationem fit pactum de futura successione, quod est improbatum, Surdus *cons.*355. *nu.* 10. *lib.*3. D. Staibanus *resol.*182. *lib.*2. Andriolus *cap.*310. Cyriacus *cap.*74. *numer.*1. & dixi ego *in tract. de pactis*, *quæst.*47. Altogradus *consil.*41. *lib.*2. quamvis non sit renuntiatio cum juramento, Marcianus *disp.*8. *numer.* 26. *lib.*1. Molfesius *ubi suprà*, *quæst.*9. *num.*7. *& cons.*38. *nu.*15. Castillus *dict. controv.*9. *num.*9. Paschalis *de patria potestate*, *cap.*7. *num.*18. Marcianus senior *consil.*35. *tom.*2. quicquid in oppositum dicat Spada *consil.* 317. *tom.*3. Quod non procedit, si esset facta renuntiatio de hæreditatibus personarum incertarum, propter cessationem voti captandæ mortis, Bartolus *in dict. l. finali*, *num.*17. ubi Jason *num.*9. Salicetus *num.*10. *Cod. de pactis*, Capyc. *decis.* 159. *num.*10. Gratianus *cap.*692. *num.*49. Cutellus *discursu* 5. *speciali* 6. *num.*124. Bottiglierius *theoremate* 44. *num.*10. *& theoremate* 49. *num.*19. & moderni addentes ad Rovitum *decis.*85. nisi cum renuntiatione incertarum personarum, esset etiam renuntiatio certarum personarum: nam respectu certarum esset invalida, ut contra Burattum *decis.*366. fundat Altogradus *cons.*41. *lib.*2. & Altogradus filius *controvers.*28.

Infertur tertiò, quòd si filia renuntiet patri omnes successiones, & moritur pater ab intestato, filia non excluditur per Agnatos remotiores, ita fundat Cancerius *part.*3. *cap.*15. *num.*26. & quamvis contra hanc sententiam teneant plures

plures apud Puteum *cons. unico*, post Consilia Sforzaoddi, tamen sunt intelligenda, quando adesset conjectura, patrem in renuntiatione dictæ renuntiationis contemplasse conservationem bonorum in familia, & ita ait Paponius *lib.16. tit.4. arresto.* 18. & hoc procedit etiamsi tempore renuntiationis factæ patri nullus adesset descendens, nec in die obitus patris ab intestato, quia pater recepit hanc renuntiationem factam à filia, vel favore filiorum nasciturorum, vel ut posset liberè disponere, & filii nati non sint, nec pater disposuit, ergo dum ab intestato decessit, deficit ratio cur facta fuerit renuntiatio, ergo est admittenda filia renuntians, ut benè Reg. de Marinis *tom.2. cap.189. num.21.*

52 Infertur quartò, quòd si filia renuntiet in beneficium patris, & reservet sibi jus succedendi in casu, quo pater moritur sine filiis, & contingat casus prædictus, tunc ipsa admittitur, Petra ad Capycium *decis.190.* Osaschus *decis.* 120. Thesaurus *dec.189.* D. Roccus *responso 71. num.13. lib.* 2. ea ratione, quia per talem reservationem removetur obstaculum renuntiationis reservando jus succedendi, ac si illa facta non foret, Fontanella *dec.569. n.50.* quamvis ipse in casu à se ibi proposito contrarium defendat, & decisum referat *in decis.370.* Quòd si filia renuntiet bonis maternis in beneficium patris, fratribus existentibus, & postea moriantur omnes fratres, quibus accrescit portio materna renuntiata per sororem, tunc non obstante renuntiatione, bona renuntiata revertuntur ad renuntiantem, nec possunt remanere apud patrem, etiamsi filios habeat ex alio matrimonio, Merlinus *tom.1. controv.32.* ubi limitat duobus modis, primò, si esset renuntiatio facta in beneficium patris, & hæredum quorumcumque, & de jure consuetudinario Neapolitano, de quo jure nulla est differentia fratrum utrinque conjunctorum, ac consanguineorum, quem impugnat quoad hanc ultimam limitationem, Bottiglierius *theoremate 51. à n.18.*

53 Infertur quintò, quòd si filia, quæ renuntiavit patri, contemplatione masculorum, deinde illis mortuis, pater facit testamentum, illum instituens, qui de jure succedere debet dubitatur, an ipsa renuntians succedere debeat, an alii agnati remotiores, in quo distinguunt: nam si renuntiatio est personalis, nempè solum favore masculorum, & tunc quia illi sunt mortui, ipsa succedit, si verò renuntiatio sit realis, ut semper sit exclusa renuntians, & tali casu ipsa non potest succedere, ut fundat Camerata *responso 2. art.4.* præcipuè *n.165. & seq. lib.2.*

54 Infertur sextò, quòd si filia renuntiet patris hæreditatem, cum illius consensu in beneficium tertii, si deinde hæres à patre instituatur, est quæstio, an possit cogi ad tradendum renuntiatario quantitatem sibi relictam, putant aliqui non teneri, Guttierez *in dict. cap. quamvis pactum in verbo omnino, num.13.* quia in tantum est valida dicta renuntiatio, in quantum pater consensit, *l. finali, Cod. de pactis*, Marcianus *disp.8. num.26.* Sed dum renuntians hæres constituitur, videtur revocatus consensus prædictus, ergo renuntians capit bona prædicta, non obstante dicta renuntiatione, quæ tali casu est nulla, Marcianus senior *cons.35. tom.2.* Bottiglierius *theorem.41. n.17.* Alii dicunt renuntiantem teneri restituere dicto renuntiatario virtute juramenti Thesaurus *lib.1. q.95.* D. Hodierna ad Surdum *dec.14. num.* 10. Paschalis *part.3. de patria potestate, cap.7. numer.2.* Bottiglierius *ubi suprà, num.8. & 9.* Regens de Marinis *lib.2. cap.* 194. *à numer.50.* aliter idem Bottiglierius distinguit, quod aut renuntiatio est extinctiva, ut frater si renuntiet alteri fratri, & non tenetur restituere renuntians hæreditatem renuntiatario, nisi facta sit renuntiatio de hæreditatibus devolvendis, etiam ex testamento, sed si renuntiatio sit translativa, quia facta à filio alicui extraneo; & tunc si esset de omnibus bonis, sive de omnibus successionibus, tum ab intestato, tum ex testamento; & tunc tenetur dictam hæreditatem cedere renuntiatario, Montanus *contr.* 10. Rovitus *dec.81. nu.1.* virtute juramenti oppositi, Thesaurus *d. qu.45.* sed si renuntiatio sit facta de hæreditatibus devolvendis ab intestato tantum, tunc si renuntians fuerit institutus in portione, quam consequi debebat ab intestato, tunc illud plus retinet, cum illud habeat, non ab intestato, prout est facta renuntiatio, sed ex testamento, Bottiglierius *d. theoremate 45. n.25.*

55 Infertur septimò, quòd si filius, vel filia tempore nativitatis, contemplatione professionis faciendæ, accepta dote solita, dari Monasterio illi, renuntiet Patri, vel fratribus omnes successiones paternas, maternas, fraternas, &c. cum Aquiliana stipulatione, &c. pacto de non petendo, &c. si moriatur Pater, vel Fratres ab intestato sine filiis, relictis agnatis remotioribus, est quæstio, an renuntians ipsa admittatur, exclusis agnatis. Prima opinio ait, non excludi renuntiantem, tum quia renuntiatio præsumitur facta contemplatione Patris, vel Fratrum, quibus deficientibus cessat causa, propter quam est facta; ergo cessare debet renuntiatio, Rovitus *cons.45. num.8.* D. Merlinus *controvers. 32. nu.1. lib.1.* tum quia renuntiatio semper præsumitur personalis, & non realis, igitur defunctis personis, in quarum beneficium est facta renuntiatio, ipsa renuntians admittitur, Altogradus *cons.66. num.40.* Regens Marcianus *disp.8. num.1.* Montanus *controv.9. num.4.* Alii dicunt talem renuntiantem esse perpetuo exclusam, & sic debere succedere agnatos remotiores, pluribus ex causis, tum quia renuntiatio, quæ fit per Novitium, semper præsumitur realis, Caputus *in dicta consuetud. si moriatur, part.3. §.8. n.12.* Pancirola *cons.83. num.16.* Franchus *decis.375. num.20.* Gratian. *cap.368. numer.1. & seq. & cap.971. num.11.* Fontanella *de pactis nupt. clausula 9. glossa 1. part.1. num. 63.* Rovitus *consil.43. num.7. & consil.44. num.7.* D. Merlinus *controv.5. num.4. lib.2.* Mastrillus *decis.61. num.12.* Cutellus *de donat. contemplat. matrim. discursu 3. part.6. num.127.* Conciolus *allegat.31.* Farinac. *part.2. in recent. decis.719.* Carena *resol.245. num.50. & resolut.69. num.50.* Altogradus *cons.66. num.29. & 47. & lib.2. consil.30. num. 11. & cons.36. numer.* 14. Bottiglierius *theorem.49. num.15. & 32.* Regens Capyc. Latro *consult.77. num.46.* Domnadeus *de renuntiat. cap. 3. num.8. & 9.* D. Hodierna *controv.7. num.34.* Regens de Marinis *lib.2. resolut.189. numer.22. & 191. num. 3.* Maranta *responso 29. num.17. lib.4.* Radenaschus *consil.146. à num.* 50. Coscia *variar. resolut. in tit. de renunt. ingress. num.57.* Verrecelli *tract.3. quæst.63.* Quod patet, quia ex tacita mente renuntiantis, & recipientis, & ex vi comprehensiva verborum ejusdem renuntiationem acceptantis propter finem, propter quem sunt introductæ dictæ renuntiationes, est ingressus Religionis, quo existente renuntians excluditur, Rota apud Farinacium *tom.1. p.2. dec.587.* Gratian. *cap.568.* Radenasch. *cons.46. n.43.* Coscia *ubi suprà, n.32.* Camerata *responso 21. art. unico, n.9. & seq. lib.1.* Regens Galeota senior *in opusculo de renuntiatione, à num.74. & 75.*

Infertur octavò, quòd renuntiatio restricta etiam ad donatarium ipsum, & descendentes ipsius tantum, casu quo 56
donatarius præcedebat non relictis descendentibus, res donatæ ad donantem non revertuntur, nisi renuntiationis tempore, seu donationis, expressè de hoc actum fuerit, & successivè ad hæredes donatarii etiam extraneos transeunt, non quidem jure donationis, sed jure transmissionis, cum aliis rebus, quoniam hæc est ipsius natura, ut perpetua sit, & amplius ad ipsum donantem, vel ejus hæredes non revertantur, argumento *leg. si quis argentum, §. finali, Cod. de donat.* & in specie Baldus *in l.2. Cod. de jure dotium,* Surdus *decis.322. num.39.* sic fuisse decisum in Rota Romana, testatur Achilles de Grassis *decis.300.* aliàs *decis. unica, sub titulo de donationibus*, Cardinalis Puteus *decis.273. part.3.* Card. Mantica *de tacitis, lib.13. tit.21. num.10.* post omnes Farinacius *dicta decis.587. in prima parte partis primæ*, quod ampliatur etiamsi in renuntiatione prædicta sit dictum pro se, & descendentibus ex suo corpore tantum, quæ dictio tantum non excludit extraneos hæredes, sicque omnis conventio realis præsumitur, & ad hæredes transitoria, non obstante dictione taxativa tantum, argumento *l. si necessarias, §. de vendendo, ff. de pign. act.* ubi si creditoris persona tantum comprehensa fuerit adhuc in dispositione prædicta hæredes comprehenduntur, D. Coscia *in responso de renunt. n.66. & 67.*

Infertur nonò, quòd si facta sit renuntiatio favore fra- 57
trum masculorum, tunc cessat masculis deficientibus, qui fuerunt causa illius renuntiationis, Surdus *decis.252. num. 4. & consil.446. num.20. vol.3.* sic donatio contemplatione certi matrimonii, non resolvitur, etiamsi adsit stipulatio pro se, & filiis, quia semper transit ad hæredes donatarii, etiam in favorem creditorum ejusdem donatarii, Thesaurus jun. *lib.4. quæst. forens. qu.2.* Regens de Ponte *cons.80. num.11.* Regens de Marinis *lib.1. resol.86.* & licèt aliqui dicant donationem pro se, & filiis sine qualitate hæreditaria acquiri filiis, licèt non hæredibus, ut ait Andriolus *part.2. controv.127.* tamen etiam posita dicta opinione, dicunt omnes,

nes, quòd licèt solvatur matrimoniũ per mortem filii donatarii, tamen non resolvitur donatio, quia vadit ad ejus hæredes, ut benè Andreolus *tom.3. controv.232. num.8.* sic renuntiatio pro se, & hæredibus, & facta favore fratris stipulantis pro se, & hæredibus, licèt cessat masculus frater, non cessat renuntiatio, latè Andreolus *controv.232.*

DISCEPTATIO CCXVII.

DE EADEM RE.

Vtrùm Illustriss. Dux Morciani venire ex propria persona ad successionem dicti quondam D.Vincentii.

58 PRo solutione hujus articuli separando certa ab incertis, sit

Unica Conclusio, filius, matre vivente, quæ renuntiavit, non potest succedere in bonis, quibus mater renuntiavit, secùs si matre præmortua succedere contingat, colligitur hæc conclusio per text. *in l. qui superstitis, ff. de acq. hæred.* quem explicat Antonius Faber *to.1.de error.pragmaticorum, decade 12. errore 4. num.270. & decade 14. errore 1.* Gaspar Schifordegerus *lib.1. ad Antonium Fabrum, tract. 29.quæst.2. in princip.* Thesaur. *dec.225.* Matthæus Vvesembecius *consil.71. num.7. & seq.* Petrus Heygius *in quæstionibus suis, part.1. quæst. 23. num. 8. & seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. art.51. numer.8.* Petrus Gregorius Tholosanus *part.3. lib.41. cap.10.* Stephanus Forcatula *in Neceomantia juris, Dialogo 55.* Hubertus Gifanus *de renuntiat. cap.2.* idem Faber *decade 41. errore 5.* & Nepotes non possunt excludi etiamsi matri renuntianti dos data fuit, Cephalus *consil. 709. & lib.5.* Menoch. *consil. 238. lib.3.* Vincentius Honnedeus *consil.75. à num.14. lib.2.* Surdus *consil.206. vol.2. & de alimentis, tit.5. quæst.7. num.6. & tit. 8. privileg.74.* Thesaur. *dec.138.* Barbosa *in l. post dotem 41. à num.46. ff. solut.matrim.* Gubertus *de dotibus, cap.6.* Facchineus *lib.3. cap.71. lib.13. cap.79.* Antonius Goveanus *in l.6. num.2. & 3. ff. ad leg.falcid.* Donellus *lib.14. comment. c. 6.* Anton. Faber *lib.13. de conjecturis, cap.1.* idem Schifordegerus *lib.1. ad Fabrum tract. 14.* Dominicus Arumeus *disp.15. ad pandectas thesi 9.* Hieronymus Treutlerus *vol.2. disp.7. thesi 11.* Hieronym. Schurphius *centur.1. consil.74. à num.4.* Menoch. *cons.944. num.42. 60. & 66. lib.7.* Surdus *cons.133. vol.1. & cons.332. vol.3.* Ludovicus Morosius *consil.22. per totum*, Guid. Pap. *decis.28.* Thesaur. *decis.138.* Franc. *decis.67.* idem Faber *lib.2. Cod. tit.3. de pactis, defin.1. titul.3.* Gaspar Thesaurus *lib. 2. quæst. juris quæst. 90.* Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus limit. 4. à num.5. Cod. de inoffic. testament.* Palaez *de non meliorandis filiabus, cap. 10. à ntm.111.* Molin. *lib.2. de primogenit. cap.3. numer. 47.* alter Molina *de majoratu, disp.579. n.14.* Nicol. Vigellius *lib.4. methodi juris civilis, cap.6. exceptione generali 4. replicatione prima, & secunda*, Ambros. Schurrerius *in tract. de hæredit. quæ ab intestato, tit.8. ampliat.3.* Ludovic. Schraderius *de feudis, p.10. sect.9. num.211. & part.6. cap.2. numer.72.* Facchineus *lib. 3. cap.23.* Henricus Bocerus *ad titulum, ff. part.2. disp.9. thesi 43. & classi prima, disput.3. thesi 14.* Dalnerus *de renuntiat. cap.14. num.12.* Hunnius *ad volumen primum disputationum Treutleri, disput.6. thesi 8. quæst.69. pag. 421.* Molfes. *de renuntiat. quæst.5. & quæst.17. & in secundo tomo, in addit. quæst.5.* qui plures Doctores refert, quos sequitur Blasius Robles *lib.2. de repræsentat. cap.16. per tot. præsertim, n.79.*

58 Conclusione igitur suprà posita circa distinctionem illam utrùm filius, vivente matre, quæ renuntiavit succedere possit, vel non, & quid præmortua matre, & ut diximus, facienda est illa distinctio, de qua DD. citati, quòd si mater est viva, non possunt filii illius venire, si verò sit præmortua, tunc regulariter venire possunt; nunc intrat difficultas, utrùm posita renuntiatione plures sunt limitationes pro exclusione filiorum non possint venire nec etiam ex persona propria.

59 Principalis verò limitatio est, quomodo mater non stetit in puris terminis renuntiationis, sed ulterius renuntiat propter dotem habitam, vocando se contentam de omni eo, quod posset prætendere, quia tunc renuntiatio non solum matri, sed etiam ejus filiis, & sic nepotibus dicitur obstare, Romanus *in l. qui superstitis, de acquir. hæredit.* Oldradus *consil.40.* Seraphinus *de juramento privileg. 21. num.39.* Grammaticus *decis.57. num.39.* Anneus Robertus *lib.2. rerum judicatarum, cap.5.* Merlinus *lib.1. de legit. tit.2. quæst.11.* Maynardus *decis.25. lib.4.* Marta *de success. part.1. quæst.14. art.2.* omnino videndus, quòd cum nepotes non possint succedere, nisi repræsentando matrem, non autem ex propria persona, ideòque renuntiatio matris eis nocet, cujus ratio est, quia dos habita per filiam imputatur in legitimam, & perinde censetur, ac si successisset per testamentum in portione illi debita, ergo sicuti mater ob renuntiationem, & dotem habitam non admitteretur, ita non debent admitti nepotes, ne ex hæreditate duæ detrahantur legitimæ, quod non est conveniens, quia filiæ dotatio, juncta renuntiatione, dicitur anticipatio, & legitimæ solutio, & non dicitur propria renuntiatio, sed satisfactio, ut benè Eugenius *cons.98. num.8. lib.1.* Decius *in l.pactum, n.2. C.de collat.* Gomezius *in l.22. Tauri*, Andreol. *controv.407. à n.14.*

Neque obstat, quòd renuntiatio facta à filia continet 60 conditionem, si patri supervixerit, ut tradunt DD. *in l. pactum dotale, Cod. de collat. & in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæredit.* igitur si filia moritur ante patrem, evanescit renuntiatio, utpotè facta sub conditione, quæ non existit, *l.cedere diem, ff. de verbor. signif.* & consequenter nepotes non possunt recipere impedimentum aliquod ex matris renuntiatione, quæ evanuit, latè D.Merlin. *tom.1. controv. 11.* Provenzalis *observat.20. num.19.* Regens de Marinis *d. lib.2. cap.192. à num.15. & 16.* Regens Capyc. Latro *decis. 4. & 41. & 126. tom.2.* ubi novissimè Dominus Gipsius adducit, quæ scripsit doctus Consiliarius Dominus meus Erasmus de Ponte omninò videndus.

Respondeo enim secundùm Decium *cons.180.* quòd illa 61 conclusio, quæ dicit, quòd renuntiatio facta à filia intelligatur conditionaliter, quatenus pater supervivat, procedit in simplici renuntiatione, secus autem, quando dos datur propter renuntiationem: nam tunc dicitur solutio, & satisfactio legitimæ, etiam in vita patris, ut benè Marta *par. 1. de success. quæst.14. art.2. nu.4.* & omnino videndus Merlin. *de legitima loco citat. numer.11.* & post alios Andreolus *dict. controv.407. num.17.* qui negant tali renuntiationi recepta dote inesse conditionem, si filia patri supervivat, cum filia tunc in vita patris consequatur legitimam, & non expectat mortem patris, & dos non conferatur in futurum 62 eventum secundùm naturam conditionum, non licet filiæ, vivente patre, legitima non debeatur, tamen illi etiam vivente patre spe debetur, Decius *consil.74.* & etiam vivente patre est quasi debita, Menoch. *cons.206. num. 98.* Ideoque si pater anticipat legitimam filiæ, non dicitur donationem facere, sed debitum anticipatè solvere, Bald. *in l. illud, Cod. de sacros. Ecclesiis*, Ruinus *consil.126. nu.19. lib.3.* & pater potest cogere filium in vita consequi legitimam secundùm veram sententiam, de qua Castillus *de usufructu, cap.64. num.2.* Peregr. *de fideicommiss. art.36. num.16.* Sic procedit quod ait Franch. *dec.67. num.7.* Capyc. Latro *d.81. numer.19.* ut benè Thesaurus *art.90.* idem Franchus *d.171.*

Neque dicas secundò, quod nepotibus, mortua matre, 63 debeatur legitima ab Avo jure proprio, & non repræsentando matrem.

Respondeo primò, hoc non militare in casu nostro, quia sumus in sorore renuntiante, & in nepote respectu avunculi, in cujus bonis nulla competit legitima.

Respondeo secundò, quòd illa propositio intelligi debet, nepotibus deberi legitimam in bonis Avi, quando non fuisset assignata matri, ut facere potest ex supradictis, quia contrarium dicendum est, ut benè Anneus Robertus *ubi suprà.*

Conclusio *suprà*, posita tot Doctorum auctoritatibus 64 fulcita, ut nepotes veniant in bonis Avi, Patrui, vel avunculi, matre præmortua, limitatur secundò, quando mater, quæ renuntiavit, accepta dote promisit nil amplius petere, & non contravenire, vel per se, nec hæredes: nam tunc si filii hæreditatem illius adeant, renuntiatio illis nocet, & adeundo dicuntur approbare renuntiationem matris etiam quoad eorum personas, & jus proprio nomine, competens, ut est in præsenti, quam limitationem docet Guid. Papa *dec.228.* Cassaneus *consil.47. nu.35.* Merlin. *ubi suprà, de legitima, num.12.* qui ampliat etiamsi in renuntiatione matris nulla esset facta mentio de hæredibus, vel etiam-

65 etiamsi renuntiatio diceret per se tantum, quia talis renuntiatio ad hæredes quoque protrahitur, quia hæres, & defunctus, una eadem persona censetur, & subdit, quòd res est indubitabilis, quando mater in renuntiatione facit pactum de non petendo, nec contraveniendo, cum obligatione bonorum, ex Maranta *disp.*18. *in fine*, Gallo *de except. p.*1. *tit.*7. *except.*1. *numer.*77. nam hæres tenetur habere ratum factum defuncti, *l. cum à matre*, *Cod. de rei vendicat.* quod etiam procedit si hæres peteret admitti ex propria persona, & proprio jure, ut bene Textus *in l. filiusfam.* §. *cum Pater*, *ff. de legat.*1. ubi Glossa, Bart. & alii, Peregr. *art.*33. Fusar. *q.*557.

66 Nec obstat dicere, quòd renuntiatio facta per se, & hæredes contineat conditionem, quàm filia Patri supervivat.

Respondeo enim id falsum esse quoad dotem habitam, & acceptam pro sua portione, quia nullam habet conditionem pendentem à futuro eventu, vel suspensivam, nec resolutivam: nam illa dos tradita à Patre filiæ pure fuit assignata, & illam transmittit ad hæredes suos, de qua potest disponere, & cum fuerit assignata pro legitima, non potest recipere conditionem aliquam per Textum *in l. omnimodo*, *& l. quoniam in prioribus*, *C. de inoffic. testam.* nec potest Illustriss. Dux Morciani matris personam repræsentans per successorium edictum venire: nam cum mater renuntiaverit, cessat in eo jus repræsentationis, & portio renuntiata transit ad Illustriss. Principissam D. Annam per jus accrescendi impediens successorium edictum, ut bene Alexand. *consil.*75. *numero* 14. *lib.*1. Dec. *cons.*180. *numer.* 7. Paris. *cons.*94. *n.*33. *lib.*4. Thesaur. jun. *q.*90. *numer.*20. *&*

67 21. Merlinus *de legitima*, *ubi suprà*, *n.*12. dupliciter enim posset venire Dux Morciani: Primò, ex persona propria, quando concurreret cum aliis nepotibus, si verò concurrat cum Patruis, vel avunculis tunc dicitur venire repræsentativè ex persona matris, & ideò illi renuntiatio nocet, ut bene Bart. *in l. qui superstitis*, *n.*2. *ff. de acquir. hæred.* ibi: (*Adverte siquidem nepos ex filia veniret ad successionem cum aliis nepotibus Avi, tum pactum matris non noceret sine dubio, si autem veniret ad successionem cum Patruis, vel avunculis, tunc ipsa non potest venire, nisi succedit in locum matris, sed mater fuit exclusa per pactum, ergo etiam filia*) quæ Bartoli doctrina post alios canonizatur ab Andriolo *controvers.*407. *numer.* 22. *in fine*, qui *numer.*23. *cum seqq.* eundem Bartolum declarat, subdens nepotes venire repræsentativè non posse, sed ex propria persona, quando concurrunt cum Patruo, vel avunculo proximiore, allegat Merlinum, Martam, & alios: igitur cum Illustriss. Dux Morciani prætendat venire cum matertera, non poterit, nisi repræsentativè, argo ei nocet matris renuntiatio.

Et ex his clarè patet, Moniales sorores quond. D. Vincentii, & Illustris. Principissæ non posse succedere, nec habere posse præambulum in M. C. V. nec etiam Dominam de Valenzano, nec multo minus succedere posse Illustr. Ducem Morciani, nec repræsentativè, nec ex propria persona, propter considerationes, *suprà* traditas, realitatem scilicet renuntiationis factæ per quondam D. Beatricem, & per exclusionem etiam ex propria persona, ut *suprà* fundavimus.

Quare, &c.

DISCEPTATIO CCXVIII.

SUMMARIUM

1 *Regens de Marinis per septem resolutiones* to.2. *renuntiationis materiam explicat.*
2 *Renuntiatio apud Dominum de Marinis fuit facta favore descendentium, ideo non realis.*
3 *Renuntiatio sine causa valet.*
4 *Renuntiationis causæ, quæ solent esse.*
5 *Renuntiatio, de qua apud Dominum de Marinis* ubi suprà, n.13. *qualiter processerit.*
6 *Renuntiatio apud Dominum de Marinis* nu.16. *fuit personalis.*
7 *Renuntiatio Principissæ Ricciæ, de qua Dominus de Marinis* n.34. *ad nostri favorem refertur.*
8 *Decisio Blanchæ de Scutarellis qualiter fuerit facta.*
9 *Decisio Beatricis Maldæ, de qua Revert.* decis.58. *fuit facta contemplatione masculorum, nec aderat persona æqualis in gradu.*
10 *Renuntiatio sororum de Thomasio, de qua Revert.* dec. 581. *fuit personalis.*
11 *Decisio Lauræ Surianæ fuit in rebus feudalibus, unde personalis.*
12 *Decisio Hieronymæ Venati fuit in feudalibus, ideoque personalis.*
13 *Renuntiatio sororum de Freccia, & illarum de Nastaro quomodo processerint.*
14 *Regens de Marinis* ubi suprà, numer. 85. *declaratur.*
15 *Filii renuntiantis, nec per edictum successorium, nec per jus accrescendi admitti possunt, & ponderatur Dominus de Marinis* n.95. & 97.
16 *Successorium edictum, & jus accrescendi locum non habent posita persona in æquali gradu, & hæc etiam Reg. de Marinis affirmat.*
17 *Renuntiatio Principissæ Ricciæ processit ex voluntate Patris acceptantis renuntiationem, suo Advocato declarata.*
18 *Dominus de Marinis* tom.2. res. 192. n.15. *ponderatur pro nobis.*
19 *Renuntiatio matris cum quibus clausulis facta, filios excludat à successione.*
20 *Renuntiatio fœminæ dupliciter fieri potest, & qualiter.*
21 *Regens de Marinis* tom. 2. resol. 193. *adducitur pro nobis.*
22 *Votum Pisanelli, de quo de Marinis* ubi suprà, nu. 13. cum seqq. *quomodo intelligatur, & an procedat in Burgensatico.*

ARGUMENTUM.

Regens de Marinis *controv.* 189. *cum sequenti*, *tom.* 2. explicatur, & qualiter processerint decisiones Sacri Consilii in diversis causis, renuntiationes habentes pro personalibus, & bene ponderatus idem Auctor, docet, quæ nos scripsimus in disceptatione suprà posita.

Appendix Responsiva.

Ad ea, quæ videntur nobis contraria allegata per Regentem de Marinis *tom.* 2. *resol.* 189. *cum seqq.*

Recolendæ memoriæ Regens de Marinis *tom.*2. *variar. res. à c.*189. *usque ad c.*196. per septem resolutiones latissimè declarat renuntiationis materiam, quia verò ejusdem doctrinæ, & ibi ponderatæ judicantium mentes solent aliquantulum movere, in præsenti assumo onus probandi, eundem loqui juxta nostras allegationes, vel saltem in diversis materiis, & casibus, suas applicandas esse conclusiones, nihilque contra nos facere, sed bene si ponderetur, pro nobis est ejusdem tanti viri doctrina. 1

Dicit ergo *numer.* 2. contra nostram conclusionem, quòd soror renuntians succedat cum sorore non renuntiante, sed videatur *num.*3. quia dicit, quòd in renuntiatione, de qua ibi aderat illud verbum scilicet, nolle renuntiantem aliquid operari, deficientibus descendentibus tam masculis, quàm fœminis, sicque visa fuit facta favore descendentium masculorum, & fœminarum, videatur ibi *dict. numer.*3. *versic. huic oppositioni in medio*, *& numer.*5. idem Regens ait, quòd renuntiatio, de qua ibi erat facta favore masculorum, at nos supra probavimus, renuntiationem, de qua in præsenti ex communi Doctorum sententia, factam fuisse in favorem quorumcumque hæredum etiam extraneorum. 2

Dicit secundò, *in num.*9. renuntiationem sine causa dari non posse, & esse nullam, ac inefficacem, quamvis amplissimis esset concepta verbis, ad quod plures allegat, & ad tres causas reducit omnes renuntiationes; Prima favore, & contemplatione descendentium natorum, & procreandorum. Secunda favore agnationis, & familiæ. Tertia, ut pater renuntiationis liberè de bonis suis disponere possit: supponit ergo Dominus de Marinis renuntiationem factam sine causa, nullam esse, cujus tamen contrarium novissimè defendit D. Caetanus de Afflictis nunc Episcopus Canensis *controv. for. controv.*25. *& 26. per totam.* 3 4

Dicit tertiò, idem Regens *numer.* 13. ponderando illa verba suæ renuntiationis, quæ erant pro se, & hæ- 5

redibus universalibus, & particularibus, quæ verba non poterant competere hæredibus ab intestato, sed solum legatariis per ly (*particularibus*,) juxta Text. *in l. quoties*, *Cod. de hæredibus instit.* quod non est in nostra renuntiatione, ubi amplissimi verbis in favorem quorumcumque hæredum dicitur facta renuntiatio, *ut suprà*, ponderavimus.

6 Quarto loco ponderatur pro nobis idem Reg. de Marinis *n.16.* ut patet ibi, (*non obstare dicimus aliorum sententiam, qui contra filiam renuntiantem responderunt, intestatam patris successionem ei denegantes, quia vel loquuntur, quando supersunt descendentes masculi, vel loquuntur, quando tempore renuntiationis extabant masculi, & fœminæ, sed tempore mortis supersunt solum fœminæ, sive tempore renuntiationis, & obitus extabant tantum fœminæ*,) ergo D. de Marinis dicit opinionem, contra renuntiantem hæredem habere locum, quando supersunt fœinæ tantum, hic est casus noster, ergo, &c. & in hoc est sibi contrarius *numer.19.* ergo non allegandus, & *numer.20.* dum supponit donationem deficere, nec valere sine causa, rogo videri eundem D. de Affl. *ubi sup.* contrarium asserentem.

7 Quinto loco ponderatur idem D. de Marinis *numer.30.* ubi refert verba renuntiationis Principissæ Ricciæ, quæ erant, quòd renuntiabat Principissa filia ad favorem patris, ejusque Fr. D. Francisci, illorumque hæredum, & successorum universalium, & particularium, quos ille instituere voluisset, præterea *numer.* 34. refert in casu suo fuisse examinatum testem super voluntate Principis, quòd aliud non cogitabat in recipiendo renuntiationem, nisi tantum, ut in defectu descendentium, remaneret sibi libera potestas disponendi de bonis suis, quod non est in casu nostro, ubi generalissimis verbis cum clausulis amplissimis in favorem quomodocumque hæredum intelligitur facta renuntiatione, ut suprà probavimus, & tandem *n.36.* idem de Marin. loquitur expresè de renuntiatione in bonis feudalibus, quæ semper est personalis, ut in nostris allegationibus fundavimus.

8 Sexto loco à *numer.77.* prætendit suam conclusionem corroborare pluribus decisionibus suam opinionem.

Primo in casu Blanchæ de Scutarellis, ut soror, quæ renuntiaverat, admissa fuit cum sorore in capillo collatis dotibus in bonis allodialibus, & allegat de Ponte, Rovitum, & Salernum. Pro qua re vellem videre renuntiationem, & verba illius, ac clausulas ibi appositas, si forsitan concurrerent cum renuntiatione, de qua hic, & si verba prædicta non simplicem renuntiationem importarent; sed etiam donationem irrevocabilem inter vivos, quæ producunt effectum renuntiationis realis, ut in nostris allegationibus fundavimus.

9 Secundò adducit decisionem in causa Beatricis Maldæ, de qua Minadous *cons.22.* & Regens Revert. *decis.58.* ubi fuit admissa soror, quæ renuntiaverat. Sed hæc decisio fuit adducta per Regentem Reverterium *in dec.58.* juxta compilationem ejusdem Regentis de Marinis, ubi renuntiatio fuit facta contemplatione masculorum fratrum dictarum sororum simpliciter, & absolutè: unde illis deficientibus, successit soror, quæ renuntiaverat, & successit sorori ab intestato defunctæ, nec aderat alia, cum qua concurreret, & sic nihil ad nos. Erat enim renuntiatio contemplatione masculorum facta, nullus alius concurrebat, nisi extraneus, id est, non filius cum sorore, quæ renuntiaverat, fuit hæc admissa, quia non concurrebat cum alia sorore, quæ non renuntiaverat, ut in præsenti, & ponderat Regens de Marinis ad Revert. *d. decis.58. & tom.2. res.* 189. *numer.78. cum seqq.*

10 Tertiò, adducit Regens de Marinis causam Antonii Capponi cum sororibus de Thomasio, ut non obstante renuntiatione cum amplissimis clausulis, & cum Aquiliana stipulatione succedere deberet filia, quæ renuntiaverat, collatis dotibus cum aliis sororibus, quæ non renuntiaverunt, & hoc referente Domino de Franchis, quæ sententia fuit confirmata in gradu reclamationis ex decisione R. Reverterii 581. juxta recompilationem R. de Marinis. Respondeo enim, ut apparet ex motivis adductis à d. R. Reverterio, quòd ibi erat renuntiatio facta ad beneficium Patris, contemplatione filiorum masculorum, quos habebat, & hæc sola causa fuit, teste Reverterio, ob quam fuit facta renuntiatio, & quia in vita Patris cessavit masculus, nil mirum, quod fuit admissa filia, quæ renuntiaverat.

Quartò, loco adducit decisionem Tribunalium junctorum, R. Cameræ, & S.C. in causa Lauræ Surianæ, quę uti primogenita, exclusa sorore in capillo, & Fratre Clerico, admissa fuit ad succedendum in feudis remansis in hæreditate quondam Julii Cæsaris Suriani communis fratris non obstantibus amplissimis renuntiationibus. Sed respondeo, quòd hæc decisio loquitur in feudis, ubi renuntiatio est personalis, & requiritur qualitas primogenituræ, quæ in dicta renuntiante concurrebat. 11

Quintò, adducitur decisio Hieronymæ Venati, quæ non obstante renuntiatione fuit admissa. Respondeo enim ibi agi de successione bonorum feudalium, quæ personalis est, & etiam erat soror primogenita, quæ habebat qualitatem in feudis necessariò requisitam, ut benè idem de Marinis, qui taliter casum refert. 12

Sextò, adducitur decisio in causa sororum de Freccia, ubi fuerunt admissæ cum fratre utrinque conjuncto, non obstantibus amplissimis renuntiationibus, & etiam pacto, ut neque filii possint venire propria persona, & quatenus venirent, quòd illud totum, quod haberent, tenerentur solvere, &c. Respondeo enim, quòd ibi renuntiatio stat in puris terminis renuntiationis, & nihil donationis continet, ut in renuntiationibus novissimè fieri solitis, opponi solet: unde dici solet, quòd dicta verba faciunt renuntiationem realem, & realissimam, ut in nostris allegationibus fundavimus. Et eodem modo respondetur ad decisionem de Nastaris generalissimam, cum clausulis, de quibus Regens Rovitus *consil.23. num.* 21. quia loquitur in puris, & simplicibus terminis renuntiationis, non verò in vim donationis irrevocabiliter inter vivos, de quibus *suprà*. Eodem modo respondetur ad decisiones sororum de Affaro, quæ fuerunt per simplicem renuntiationem factæ, non verò per donationem irrevocabiliter inter vivos, quo casu, licet amplissimis quibusdam cautelis sint factæ, non tamen sortiuntur effectum, de quo in præsenti, & hæc cautela fuit à modernioribus inventa, ut renuntiatio semper sit realis, & realissima. 13

Septimò, loco adducitur à Domino de Marinis *num.* 85. decisio in causa Ducissæ Ricciæ, referens illa verba Domini Ferdinandi Brancia dicta in votando, quia ibi causa erat feudalis, & sic bene fuit exclusus Dux Bracciani à feudorum successione concurrente primogenita, quæ renuntiaverat. Et eodem modo de feudorum successione agebatur in causa Comitissæ Conversani cum Duce Perdifumi ejus Patruo, de qua R. de Marinis, *ubi suprà, numer.86.* 14

Neque obstat Dominus de Marinis *d. c.189. nu.91.* ubi ait, quòd filii sororis, quæ renuntiavit, admittuntur per successorium edictum ad successionem avunculi ab intestato decedentis, & idem dicit *nu.95.* quòd portio proximioris non petentis, vel ex aliqua causa exclusi devolvitur ad sequentes in gradu, per Textum *in l.1. Cod. de successorio edicto, & in §. placebat, instit. de legitim. agnatorum success.* ergo exclusa filia, stante ejus renuntiatione inter subsequentes conjunctos, reperiuntur ejus filii, qui sunt defuncti nepotes, & sic descendentes: & ad hoc allegat undecim Doctores, & *nu. 96.* objiciendo sibi ipsi, quod non habet locum successorium edictum in hoc casu, sed excluduntur nepotes non ex vi repudiationis matris, sed ex vi successionis maternæ, quasi quod data dote filię, illam videatur successisse. Respondet *n.97.* dicens nullibi in jure reperiri matrem ob dotem receptam ab Avo videri eidem successisse, subdit *nu.98.* quòd si esset vera dicta doctrina non habere locum successorium edictum, id est, matrem successisse, intelligeretur tamen in dote, sed in illo pluri, seu residuo jure accrescendi pertineret ad æqualem gradu renuntiantis, sed quia in casu suo non aderat persona in æquali gradu, propterea applicatur filiis ex *d. l. 1. & §. placebat, sup. citatis*, ubi excluso primo gradu, admittuntur sequentes; unde dico ego, quòd in præsenti, adest persona in æquali gradu cum renunciante, scilicet Illustris D. Anna Principissa Curtii, quæ non renuntiavit; ergo jus accrescendi locum habet in residuo, ultra dotem in ejus beneficium, quia non renuntiavit; non verò in beneficium filiorum renuntiantis, prout est Dux Morciani, in quibus non cadit, nec successorium edictum, nec jus accrescendi, ob personam æqualem in gradu, quòd non erat in casu Regentis de Marinis; videant ergo Domini judicantes dictum de Marinis, *nu.98.* 15 16

n.98. quia loquitur pro nobis, & à contrario tenet nostram sententiam.

17 Unde idem Dominus de Marinis *ubi suprà, in fine*, refert voluntatem renuntiationem acceptantis, scilicet Patris, fuisse manifestatam suo Advocato, scilicet Camillo de Petio, tunc Advocato famosissimo, qui petiit à Principe Ricciæ suam intentionem, ad quem finem petebat à filia renuntiationem, qui declaravit se velle excludere nepotes ex ea; ergo non est applicabile casui nostro, ubi non habemus declaratam D. Vincentii intentionem, sed intelligitur, prout de jure.

18 Neque obstat idem Dominus de Marinis *tomo secundo, resolut.192. à numer.15.* (& hoc facit pro secundo articulo nostrarum allegationum) quòd matris renuntiatio non nocet filiis, quia non renuntiavit mater successionibus ab intestato devolvendis filiis; ergo, &c. Consequentia patet, Antecedens probatur ex DD. *in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred.* ex Franco *dec.67.* Mototio *cons.22.* quia continet conditionem, si hæreditas devolvatur Matri renuntianti in vita: unde si mater moriatur, tamquam facta sub conditione, quæ non existit, evanescit renuntiatio, ut post alios Robles *lib.2. de præsent. c.16. n.65. & 66. & num.99. &* 100. Alex. Trentacinq. *cons.* 48. *& 49. part.* 1. & alii DD. per eundem de Marinis relati, & per Thorum *part.2. sui compendii in verbo, succedere an debeant nepotes.*

19 Respondeo enim primò, quòd argumentum non procedit quando mater in renuntiatione dixit, quòd filii venire non possint ex propria persona, & quatenus venirent, quòd teneatur mater resarcire quidquid filii consequerentur, quæ est cautela inventa per DD. ad filiorum exclusionem, Molfesius *part.4. de renuntiat. qu.5. num.15.* Maranta *disp.10. in fin.* quam cautelam admittit idem Reg. de Marinis *res.192. n.17.* in casu, quo fuerit dictum expresse, quòd filii non possint venire ex persona propria, etiamsi mater moriatur ante mortem illius, de cujus agitur successione, quod non est necesse, ut dicatur, quia filius matre vivente non potest Avo, vel Patruo succedere: unde sufficit si dicat, quòd non possint ex propria persona venire, & illa ultima verba superflua esse patet.

20 Respondeo secundò, quòd licèt verum esset renuntiationem taliter factam, ut filii non possint venire ex persona propria venientibus, præmortua matre, ut aliqui dixerunt apud Molfesium *ubi suprà, & in addit. n.81.* Morotius *d. cons.22. n.4. & 5.* Maranta *d. disp.10. n.34.* & decisum per S. C. dicit de Marinis *c.192. num.19.* Cancer. *lib. 3. c.15. de renunt. n.47. 62. & 63.* Anton. Fab. *definit.14. in tit. C. de pactis*, tamen procedit conclusio prædicta, quando per simplicem renuntiationem mater excluderetur, secùs verò si per donationem irrevocabiliter inter vivos in favorem renuntiatarii pro se, & hæredibus quibuscumque cum aliis clausulis, putà pactum de non petendo, Aquiliana stipulatione, & illa clausula salutari, ut neque filia ex persona propria venire possit, tunc enim, ut in nostris allegationibus fundavimus *in 2. articul.* neque ex persona propria possunt nepotes succedere, non per successorium edictum, quod non habet locum, quando est æqualis in gradu, prout est in præsenti, neque per jus accrescendi, quod potius facit pro Illustriss. Principissa Curtii in gradu æquali cum renuntiante, ut idem D. de Marinis dicebat, & nos fundavimus *in 2. articulo.*

21 Nec tandem obstat idem de Marinis *tom.2. res.193.* qui ait, quòd soror, quæ renuntiavit in ampla forma succedit cum sorore in Capillo, ut in causa Placidi Barbarini adducit votum Joannis Angeli Pisanelli.

Respondeo contrarium dici, ut solum admittatur soror, quæ non renuntiavit, teste Afflicto *decision.161.* ubi Ursillus *numer.4.* Marta *decis. Pisana 250.* Loffredo *in cap. 1. col.2. & 3.* de natura successioni feudi, Romano *cons. 22.* Minadoo *cons.22.* quicquid dixerint Caravita ad Afflict. *ubi sup.* Molfesius *q.3. n.22.23. & 24.* Rovitus *cons.23. numer.11. lib.1.* Ant. Fab. *defin.11. in tit. C. de pactis conventis.*

22 Respondeo secundò, quòd votum Pisanelli à principio fundatur in pacto de succedendo inducente votum *captandæ mortis, ad l. fin. C. de pactis* & rogo videri D. Pisanellum apud de Marinis *ubi suprà, à num.13. 14 & 15.* quia loquitur in renuntiatione facta per filiam favore, & contemplatione masculorum, & sic erat renuntiatio personalis, & non realis, & *num. 19.* adducit Pisanellus Text. *in c. unico, de eo, qui finem fecit Agnatis*; qui Textus loquitur in materia feudorum, & liquidò constat *ut supr.* probavimus, renuntiationem in feudalibus semper præsumi realem, & non personalem, exceptis casibus, de quibus *suprà*.

Quare rogo Dominos judicantes per Deum vivum, qui judicaturus est seculum per ignem, quòd si voluerint bene ponderare doctrinas supra allatas, & eundem Regentem de Marinis, de quo tam gloriatur Pars adversa, non poterunt judicare nisi ad favorem Illustriss. Principissæ Curtii, &c.

DISCEPTATIO CCXIX.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur, disputanda.*
2 *Pactum reversivum in dote comprehendit legitimam, & quare.*
3 *Text.* in l. si Pater Puellæ, C. de inoffic. testam. *adducitur, & explicatur, nec fuit correctus.*
4 *Dictio* integrè *quid operetur.*
5 *Text.* in l. nomen filiarum, §. finali, ff. de leg.3. *adducitur.*
6 *Falcidia non detrahitur de legato integrè facto.*
7 *Dotis promissio integrè facta excludit à lucro quartæ.*
8 *Dotis pactum reversivum qualiter explicetur à Petro Barbosa.*
9 *Frater dotando sororem, quando possit apponere pactum reversivum.*
10 Decisiones de Franchis 196. & 491. *explicantur.*
11 *Pactum reversivum appositum à patre quid operetur.*
12 *Pactum reversivum dotis, sorore consentiente validum est, & quando.*
13 *Textus* in l. cum maritus, §. mulier, ff. de pactis dotalibus.
14 Decisiones D. de Franchis allegatæ suprà, *adducuntur pro nostra sententia.*
15 *Dominus Consiliarius Hodierna explicatur* controv.28.
16 *Mulieris consensus qualiter requiratur, ut pactum reversivum locum habeat.*

ARGUMENTUM.

Pactum reversivum in dote à patre, & fratre quando possit apponi, & quid muliere consentiente validum esse ostenditur, *Decisiones Præsidis de Franchis* 196. *&* 491. & quid si sit appositum vigore reciprocæ substitutionis factæ à patre in testamento, & à fratre dotante apposito in instrumento dotali consentiente muliere.

FACTUM, ET JUS
PRO
Andrea Mazza,
CUM
Federico Zannetti;
Dominus Consiliarius Thomas Caravita Consiliarius, &c.

Cum in ann. 1637. Joa. Ant. Mazza in suo ultimo testamento, institutis hæredibus filiis masculis, legaverit 1
ejus filiabus scutos quatuor mille, & quingentum pro dote uniuscujusque presertim Magdalenę dotem reliquerit, cum pacto tamen, quòd illis decedentibus absque filiis legitimis & naturalibus, dos revertatur ad dotantem, vel ad ejusdem hęredes, quibus deficientibus sine filiis, ut dicebamus, succedere deberent cæteræ filiæ fœminæ superstites pro æquali parte, & portione.

Mense Novembris deinde de anno 1644. contractum fuit matrimonium inter Federicum Zannetti, & Margaritam Mazza, cui dos fuit constituta scutorum 5000. hoc modo v. g. scuti mille tempore celebrationis matrimonii, cæteri verò quatuor mille in certis tandis solvendis in quatuor annis sine ullo interesse, in qua dotatione fuit dictum, quòd moriente Margarita sine filiis, tene-

teneretur Federicus restituere omnes, & integras dotes dotanti, suis hæredibus, & successoribus, & sic Federicus se obligavit in instrumento dotali, in quo dotali instrumento intervenit Margarita dotata, ut in facto constat.

Cum ergo fuisset factus casus mortis Margaritæ sine filiis, condidit testamentum, & Codicillos, in quibus post multa legata instituit hæredem in usufructu dictum Federicum suum Virum, & in proprietate Andream Mazza suum fratrem germanum, comparvit Andreas in S. C. petens condemnari Federicum ad relaxandum usumfructum prædictum, necnon ad restituendos dictos scutos 5000. non solum vigore pacti adjectis in Capitulis matrimonialibus, sed etiam vigore dispositionis quondam Joannis Antonii Mazza communis Patris, qui, ut dicebamus, reliquerat Margaritæ scutos 4500. pro dote cum pacto quòd moriente sine filiis, omnes, & integræ dotes ad dotantes restituere deberent per dotatas prædictas, vel suis hæredibus, & successoribus, Federicus prætendit nullum esse pactum prædictum, ac proinde ad sui favorem valuisse testamentum Margaritæ, in quo sibi reliquerat usumfructum dictorum scutor. 5000. sub prætextu, quod fuit onus adjectum in legitima, quod imponi non poterat per jura infra citanda; è contra verò dicit Andreas Mazza Margaritæ frater dotem prædictam sibi esse restituendam, uti hæredi Joannis Antonii communis Patris. Requisitus ego de voto, firmiter assero, quod ab aliis meis Dominis in hac eadem causa scribentibus idem fuit probatum, scilicet jura esse pro dicto Andrea. Primò, ex vi legati facti à dicto quondam Joanne Antonio cum pacto reversivo, de quo *suprà*. Secundò, propter illam integram dotis restitutionem promissam à Federico in instrumento dotali. Tertiò, propter idem pactum reversivum appositum à dotante in dictis Capitulis, & dotali instrumento: unde

2 Circa primum dico potuisse Patrem, scilicet Joannem Antonium in suo testamento reciprocè substituendo filias in dotibus relictis apponere pactum reversivum, quia in tali reciproca substitutione comprehenderetur etiam filiæ legitima, quia non esset onus in legitima appositum: nam esset favorabile, quia posita incertitudine respectu dubii eventus, non diceretur læsa Margarita propter pactum reversivum adjectum à testatore, juxta textum singularem *in l. si Pater Puellæ, C. de inoffic. testam.* quem
3 non esse correctum per *l. quoniam, in prioribus, C. eodem*, probant Fulgosius, Cynus, Jacob. de Arena, & alii *in dicta l. si Pater puellæ*, & post Decium, Aquilinum, doctissimum Vasquium, & alios dicit Capyc. Latro *consult.* 122. *tom.* 2. *à numero* 43. nec contrariam opinionem jure communi defendi posse, imò hanc esse veriorem opinionem, & contrariam tenentes, errasse, post Menoch. & Petr. subdit idem Regens Capyc. Latro *ubi suprà, n.* 45. hic enim est effectus incertitudinis consequendi dotes morientium, ut scilicet possit apponi quodcunque pactum reversivum, nec in eo deducitur legitima, ut per Doctores citatos.

4 Circa secundum verò, scilicet ex pacto, quòd Federicus promisit integras dotes restituere, non posse usumfructum detinere, liquidò constat, quia integrum habere dicitur, qui totum habet, in quo nulla cadit diminutio: unde Baldus *consil.* 88. *lib.* 1. dicebat, quòd liberatio facta integrè de omni eo, quod debetur ei, qui liberat, comprehendit debitum ratione personæ, vel officii, nihil diminuendo, ut latè Menoch. *consil.* 687. *numer.* 45. *& consil.* 918. *numer.* 3. Card. Tusch. *practic. concl. tom.* 2. *littera D, concl.* 297. Igitur integrum dici debet, cui nulla pars deest, sive quod sine ulla diminutione ex omnibus suis partibus
5 constat, ut est Textus *in l. nomen filiarum, §. fin. ff. de leg.* 3. *l. decem, ff. de fideicommiss. libert.* Peregrinus *de fideicommiss. artic.* 3. *numer.* 90. Vulpellus *de præposit. & adverbiis, in dictione integrè, pag.* 51. Cardin. Tusch. *conclus.* 197. Rota Romana apud Farinacium *in noviss. dec.* 449. *numer.* 52. quia ubi est aliqua diminutio non dicitur integrum, cum proprium integri sit, nihil deesse, Menoch. *consil.* 264. *numer.* 29. sic integra domus dicitur, antequam ruat, vel demoliatur, *l. hoc amplius, ff. de damn. infecto*, integra pecunia, id est, omnis pecunia, *l. si rem, §. omnis, ff. de pignorat. actione*, integra petitio totius rei, vel debiti, id est tota solida, non diminuta *l. eum, qui in fine, ff. de inof.*
6 *testament.* Integrum legatum dicitur sine falcidiæ detractione: unde si testator mandaverit integra legata solvi legatariis videtur prohibere hæredi detractionem falcidię, Cardinalis Tuschus *d. conclus.* 297. *numer.* 12. sic integrè restituere importat restitutionem usque ad ultimum quadrantem, juxta notata per Caldas Pereyra *de emption. & vend. c.* 9. *nu.* 7. & in puncto, quòd si maritus promittat integram dotem restituere, mortua uxore, censetur re- 7
nuntiare lucro quartæ partis ipsius dotis, quod forsitan per mortem uxoris vigore statuti lucrari deberet, ita Marsil. *singul.* 687. Alexand. *consil.* 7. *num.* 15. *lib.* 3. *& cons.* 133. *n.* 5. *lib.* 5. Cardinalis Tuschus *ubi suprà, numer.* 10. *&* 11. Augustinus Barbosa *in tract. var. dictione* 166. cum igitur Federicus in instrumento dotali, & capitulis matrimonialibus integras dotes restituere promisit, dicendum est non posse excusari sub prętextu testamenti facti à Margarita, in quo illum instituit hæredem in usufructu, quod non potuit facere propter legem appositam à patre in testamento.

Circa tertium, verò potuisse Andream pactum appo- 8
nere reversivum in sui favorem, dico cum doctissimo Petro Barbosa *in l.* 1. *p.* 4. *numer.* 136. *ff. solut. matr.* cum Surdo *cons.* 113. cum Fontanella *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 10. *p.* 1. *num.* 33. quòd dos suam naturam recipit immutabilem ex vi suæ constitutionis, per Text. *in l. unica, §. accedit, C. de rei uxor. act.* ibi, (sed si non specialiter extraneus dotem dando in suam personam stipulatus sit, vel pactum fecerit,) idem invenitur initio ejusdem, *§. accedat*, ibi, (extraneus si quando dotem dabat, nulla stipulatione, vel pacto, &c.)
Igitur juxta dispositionem Textus *in d. §. accedant*, extra- 9
neus solùm cum dotem dat, scilicet constituit, potest pacisci sibi dotem reddi, non ex intervallo, subdit Barbosa, quod in casu, quo frater tenetur dotare sororem, non potest apponere pactum, quòd mortua sorore, dos ad eundem fratrem dotantem revertatur, nisi filia consentiente, sic si pater relinquat in testamento dotem filiæ, non potest filius, illam solvens, stipulari, ut soluto matrimonio sibi reddatur, idem si frater dotavit sororem ex bonis sororis propriis, ut latissimè Bossius *de dote, cap.* 3. *n.* 123. *cum seqq.* & proinde facta à fratre dotatione cum tali pacto, consentiente muliere, non poterit mulier de tali dote disponere, ut latè post Gratianum *cap.* 769. *nu.* 35. omninò videndus Dominus Hodierna *lib.* 1. *cap.* 28. *numer.* 4. Fagundez *in Decalog. lib.* 4. *c.* 16. latissimè Bossius *ubi sup. c.* 5. *n.* 81. *cum seqq.*

Et hoc est, quòd ait S. C. apud Præs. de Franchis *in de-* 10
cision. 196. ubi disputatur quæstio nostra, an frater dotans sororem de bonis paternis, & maternis possit ad sui beneficium apponere pactum dotis reversivum, in qua decisum fuit non posse pro concurrenti quantitate dotium receptarum de bonis paternis, & maternis pactum apponere, quam decisionem extollit Menoch. *lib.* 3. *præs.* 10. *num.* 24. & posse sororem de dote testari, tamquam si nullum sit pactum appositum à fratre, qui videtur persolvisse debitum, ita firmant Grat. *cap.* 49. *n.* 25. *& discept. forens. c.* 769. *n.* 33. Regens Sanfelic. *dec.* 128. D. Pratus *discept. forens. c.* 12. *n.*
83. *& discept.* 36. *num.* 37. quòd si pater stipulatus fuerit re- 11
stitutionem dotis sibi, & hæredibus, ipse mortuo, hæredes tenentur remittere pactum, & non possunt petere dotem, Seraphin. *dec.* 815. Reg. de Marinis *lib.* 2. *resol.* 167. & ita respondisse Consultum dicit in observat. ad Reverter. *dec.* 531.

Quæ tamen conclusio, seu decisio suprà allata procedit 12
in casu, quo frater apposuit hoc pactum reversivum in sui beneficium, sorore expressè non consentiente, quia si soror expresse consentit, vel ipsa pactum apposuit, nullo modo procedit, quod dicit *in d. dec.* 196. tum quia careret auctione, tum quia esset contra casum legis, & contra ipsasmet Doctorum authoritates per eum allegatas, & contra communem DD. sententiam, dixi esse contra expressum casum legis, scilicet contra Text. *in l. cum marit. §. mulier, ff. de pact.*
dotalib. ubi mulier pactum apposuit in favorem fratris, præ- 13
sentis, & acceptantis, & dicitur ibi non posse illam contra formam pacti marito aliquid relinquere, & est alius Tex. *in l.* 2. *§. si convenerit, ff. de pactis dotalibus*; Careret decisio ratione, quia cum soror expresse consentit, vel apposuit pactum, potuit imponere legem, quam voluit super re sua propria, *l. in re mandata, Cod. mandati*, tandem talis decisio esset contra communem DD. opinionem, qui uno ore fatentur valere pactum, quando per sororem fuit expressè factum, & impugnant nominatim decisionem Præsidis de Franchis 196. Molina

de

*de ritu nupt. lib.*3. *q.*31. Fontanella *de pact. nupt. tom.*2.*claus.* 5.*gloss.*10. *numer.*12. juxta quam sententiam, *numer.*17. dicit fuisse decisum per Senatum Cathaloniæ, quod idem tenet Cancer. *var. resol. cap.*2. *de inventario*, *numer.* 200. Sanfel. *ubi supra*, & Regens de Marinis, *d.res.*167. novissimè D. Commiss. Staib. *tom.*2. *res.*111. Regens Marcian. *disp.*9. *nu.*7.

14 Imò noto, quòd DD. allegati per Præs. de Franchis *in d. dec.*196. non solum non obstant, sed potiùs suffragantur, quia Lucas de Penna citatus à Præside prædicto loquitur, quando frater apposuit pactum reversivum, muliere non consentiente, sed ipsa consentiente, tum procedit Textus *in d. l. cum maritus*, §. *fin.* & ita etiam procedit doctrina Baldi *in dict. decis. allegata*, & sic Napodanus etiam citatus à Præs. de Franchis *ubi suprà*, distinguit quòd si mulier permiserit alium stipulari, animo donandi inter vivos, tunc non poterit testari, secùs verò in casu contrario, unde D. Staibanus *ubi suprà*, refert in fine S. Consilium inclinasse contra opinionem de Franchis, prout ipsemet Præs. de Franchis sic intelligit se ipsum *in dec.*491. omninò videndus.

15 Neque obstat doctrina illa, de qua D. Hodierna *in lib.* 1. *cap.*28. *numer.* 5. quæ videtur collecta ex Præs. de Franchis *in d. dec.*491. qui concordando decisionem 196. *cum d. dec.*491. dicit, quòd si mulier moritur ab intestato, tunc pactum operabitur, quasi quod ex tacito ejus consensu, vocem voluerit cum dicto pacto decedere, secùs verò si testata decesserit, quia respondetur, quòd hoc esset verum, si pactum fuisset appositum à fratre in dotatione facta ejusdem Margaritæ, sed in præsenti fuit cum hoc pacto reversivo dos relicta per quondam Joan. Antonium dictæ Margaritæ, ut si moreretur sine filiis, reverteretur ad dotantes, & suos hæredes, quam voluntatem Joan. Antonii Margarita acceptavit post mortem ejusdem Joa. Antonii, ratificavit in instrumento dotali, consentiendo, &c. unde non potuit

16 deinde disponere contra formam testamenti paterni, & pacti appositi; Neque dici potest, quòd videtur læsa Margarita propter onus illud appositum in sua dote, quæ in Regno est legitima, quia respond. recurrendo ad primum caput, quòd potest pater substituere reciprocè filios, vel filias, in qua reciproca propter incertitudinem futuri eventus, non est onus illud, quod apponitur, per Tex. *in l. cum pater Puellæ*, *C. de inoffic. testam.* non correctum per Text. *in l. quoniam in prioribus*, *C. eodem*, ut ex Reg. Capyc. Latro diximus *in* 1. *art.* & sic non sumus in terminis *dec.* D. de Franchis 196. nec in terminis *dec.* 491. nec in terminis Consil. Hodiernæ *lib.*1. *contr.*28. sed in terminis omninò diversis, de pacto reversivo aposito in reciproca facta per dictum quond. Joan. Antonium Patrem, quod quidem pactum, cum fuerit appositum deinde in Capitulis matrimonialibus sapit naturam donationis inter vivos, ut bene Menoch. *lib.*3. *præs.*35. *n.*39. per Text. *in d. l. cum maritus*, §. *finali*.

Neque dicas, quòd expressa ratificatio mulieris requirebatur, quia respondeo, quòd intelligitur argumentum, quando mulier fuisset absens, & non intervenisset in instrumento dotali, sed quando mulier fuit præsens, ut in casu nostro, nulla alia requiritur certificatio, imò hoc pactum, quia fuit appositum in testamento quondam Joannis Antonii Patris, & mulier conquesta fuit post mortem Patris, imò illud confirmavit in sui ipsius dotatione, per consequens non potuit deinde testari, faciendo maritum usumfructuarium, ut bene hæc omnia consideranti patebunt, &c.

DISCEPTATIO CCXX.

SUMMARIUM

IN hac nostra Civitate Neapolitana in Rev. Capitulo nostræ Cathedralis in mense Septemb.1670. successit, quod cum fuisset à S.P. Clem.X. provisus de Episcopatu Bojanensi Canonicus, qui fuerat Franciscus Curtius, ad Canonicatum vacantem apud S. Sedem ob execrabilitatem promotus fuit D. Canonicus Caravita, & ad Canonicatum Caravitæ promotus fuit ab eodem S.P. Clem. D. Octavius Gaudiosus, qui suas litteras Collationis Canonicatus expeditas, presentavit in Tribunali Regii Capellani majoris pro Regio, quod vocamus exequatur, illisque habitis præsentavit Eminent. D. Cardinali Caracciolo, ut possessionem caperet sui Canonicatus, ad observantiam Textus in extravaganti injunctè de electione Canonici Neapolitani, debebant esse presentes in captura prædictæ possessionis, ut locum acciperet novus Canonicus in Capitulo, & Choro ac quia videbant, & sciebant D. Octavium provisum esse Eunuchum, sive Castratum, & Musicum peritissimum, dubitarunt an esset dispensatus ad Canonicatum, an saltem ad ordines, credebant enim Canonici hunc talem esse irregularem, ut multi Doctores non infimæ notæ dixerunt,

runt, noluit Archiepiscopus permittere Canonicis visuram Bullarum, ob quod quantum facere potuissent, denegarunt Octavio possessionem, sub prætextu rescribendi S. P. ad notata *in cap. si quando, de rescriptis*, ubi S. P. præcipit, quòd si de suis rescriptis aliquale dubium oriatur, ad se rescribatur, ut opportunis utatur remediis, data de hac re notitia Ministris Pontificis, alterata tamen, ut credo, vocantur ad Urbem quinque Canonici, tamquam perturbantes executionem rescriptorum S. P. & fuerunt Canonici D. Paulus Garbinatus Episcopus Titularis, & Canonicus Cathedralis nostræ Ecclesiæ, D. Hieronymus del Balso, D. Joannes Baptista de Sio, D. Joannes Jacobus Cangianus, & D. Carolus Calanus, qui hodie sunt Romæ ad audiendum verbum Pontificium. Et quia fui pro veritate cognoscenda ab Amicis, & Dominis, etiam Prælatis requisitus, ut quid sentirent Doctores illis exponerem, vidi materiam agitatam, tam à Patribus Sacræ Scripturæ professoribus, quàm à Conciliis, Canonistis pluribus in locis, Juristis abundantissimè, Medicis etiam, ac moralistis, qui se se involventes plura, quæ ab eruditione historiarum, tum profanarum, tum sacrarum dependent, & forsitam errarunt aliqui in cognitione terminorum, nullam facientes differentiam inter Eunuchos, spadones, & Castratos, antiqua etymologiarum dissensio inter Grammaticos, & Juristas, unde Polyanthea, ac Theatrum Vitæ Humanæ, Patres, &c. modo unam, modo aliam sectati sunt etymologiam; quod totum, ut ad perfectum producam, quinque dubia explicanda proponam, non ut meis DD. Canonicis nostræ Cathedralis intendam aliquid præjudicare, quos semper veneratus sum, sed mirari non potui de ipsis, quod inconsideratè quodammodo, ac nulla facta majori deliberatione, quàm opus desiderabat se in luctam cum Eunuchis, Spadonibus, & Castratis posuerit, neque ad effectum, ut patrocinium contra Canonicos pro contrariis accipere voluissem, sed potiùs pro veritate, quæ magis Eunuchis favet scribere ausus sum: erunt ergo plures quæstiones disputandæ; Prima quæstio de Eunuchis, Spadonibus, & Castratis; Secunda quæstio, an Eunuchi, Spadones, & Castrati possint ad Sacros Ordines promoveri sine ulla dispensatione, an verò, ut irregulares, requiratur dispensatio Summi Pontificis, vel Episcopi; Tertia quæstio, an pater possit sine peccato mortali filium castrare pro musica, & an hoc possit ipsemet filius. Quarta quæstio, an Eunuchi, Spadones, & Castrati possint facere testamentum, & ab intestato succedere, excusationem à tutela petera, adoptare, &c. Quinta Quæstio, an, & quando matrimonium contrahere, & quid posita Bulla Sixti V. Sexta quæstio, erit de bonis, & malis moribus Eunuchorum. Septima erit adducere ea, quæ scripta fuerunt pro Rever. nostro Capitulo. Octava, & Ultima, ad ea, quæ scripta sunt respondere.

De Eunuchis, Spadonibus, & Castratis.

Ad explicationem *l. Pomponius*, §. *Spadonem*, *& ad l. Ædiles ajunt*, §. *sed enim*, *& ad leg. sin autem*, *ff. de ædil. ædict. l. 1. & toto tit. C. de Eunuchis*, *Novellæ Justiniani* 42. ad Canones Apostolorum intelligendos, 21. 23. *&* 24. Concilium Nicenum *cap. 1. per tot.* & ad intelligentiam 55. *distinctionis*, & totius tituli, *de corpore vitiatis* in Decretalibus, simulque de Hermaphroditis, sive Androgynis, ad Textum *in l. quæritur* 10. *ff. de statu hominum*, solemnis disputatio.

1 Suppono primò, quòd inter Jurisconsultos gravis fuit contentio, quid essent Eunuchi, quid Spadones, & quid Castrati, quæ contentio jurisprudentiam profitentes aliquando defatigavit, Eunuchus ergo, & hujusmodi homines, vel nascuntur, vel ex accidenti tales evadunt, qui nascuntur, alii ex testium vitio tales evadunt, alii vitio pœnis, ex primis aliqui sunt, qui utrisque testibus carent, ut de Dorotheo Antiocheno Episcopo notat Eusebius apud Schenchium *lib. 4. observationum*, *tit. de testiculis*, alii quia altero tantum testiculo carent, ut de Sylla, & aliis notatur *in l. qui cum uno testiculo*, *ff. de re militari*, & talem vidit Zacchias *de medico legali*, *lib. 2. tom. 1.*
2 *tit. 3. qu. 7. numer.* 4. in eo, qui cum fuisset suspensus, & cadaver secaretur in gymnasio publico, unico teste ex natura donato, repertum fuit, sed satis crassè, & vasa seminaria in dextera parte habebat; Alii verò testes ita exiles habent, ut nulli usui ad generationem esse possint, 3
quales habebat is, de quo apud Schenchium *ubi supra*, Lelius Bisciola *horarum subcisivarum de Eunuchis*, *cap. 1.* P. Theophilus Raynaudus *tom. 14. suorum operum*, *tit. 7. de Eunuchis*, Pancirolus *in Thesauro*, *cap. 275.* ex Theophilo I. C. & Balsamone *ad Canones Apostolorum*, & idem traditur, *lib. 19. Basilicon*, alii denique, (licèt neque hos, neque immediatè præcedentes omninò viros, viros Eunuchos admittendos esse dicit Zacchias *dict. qu.*
7. numer. 50.) ita nascuntur, ut sine testibus quidem ap- 4
pareant, sed lateant illis, in inguinibus, & pubescentibus, vel per se, vel ex artis ministerio in scortum labantur, de quibus Parejus *in sua Chirurgia*, *lib. 50. cap. 16.* Illi verò, qui ex penis vitio Eunuchi vocari possunt, licèt impropriè, & abusivè, ut sunt illi, quibus penis scilicet meatus, per quem semen ejaculatur immediatè in obvium uterum, obtortus ita est, ut semen rectè ejaculare non possit, Celius Rodogynus *antiquarum lectionum lib. 18. cap. 10.* aut quibus idem penis in totum exsectus est, vel magna ex parte, alii sunt Eunuchi, qui ex accidenti tales evadunt, qui sunt in duplici differentia: nam quidam ex morbo, quidam ex arte Eunuchantur. Arte Eunuchi pluribus modis fiunt, licèt Aristoteles *lib. 3. de Historia Animalium*, *cap. 1.* & Paulus *lib. 6. cap. 68.* & ex Jurisperitis Alciatus *in l. Spadonem*, *ff. de verb. significat.* duos tantum modos agnoscunt; Primo scilicet excisione, & aliquando unus tantum exciditur testis, aliquando uterque, qui modus est usitatissimus apud Turcas, quibus utuntur ad tuendas Regias Concubinas, & est mirandum 5
quomodò ex tam atroci vulnere non multi pereant, quod evenire dicunt Scriptores Turcarum: nam multo opio castrandos in profundissimum somnum impingunt, ut doloris acerbitatem, ac novam, ex qua perirent, devitare valeant, de qua re Schenchius, *ubi supr.* Alii Eunuchantur per contusionem, vel attritionem, de quo Arist. *ubi supra*, Paulus, & Alciatus *in dict. l. Spadonem*, Alii ca- 6
strantur cum medicamentis, putà frigidis quibusdam pharmaticis, & cicuta contusa, testibus infantium applicata, & aufertur virtus generandi, Marcellus *lib. 6. de medicamentis*, *cap.* 33. Plinius *lib. 3. naturalis Historiæ*, *cap. 13.* unde Sanctus Hierenymus in suis epistolis dicebat Ægyptiorum Sacerdotes modica cicuta sorbitione se impunè castrare consuevisse, alios modos ponit Zacchias *d. titul. 7. quæst. 7.* qui refert alios ex sagis, & strigum præstigiis, amisisse vim generandi, de quibus prioribus modis Eunuchandi, habetur mentio in Sacra Scriptura, tamquam usu frequentioribus, ut patet Deut. 23. *vers.* 1. ibi, non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abcisso veretro, Ecclesiam Domini. Fiunt 7
etiam ex morbo Eunuchi, & Spadones, nempè ex refrigeratione genitalium, uti evenisse Scythis, ut plurimum refert Hippocrates *lib. de aere, aqua, & loco*, *num. 49.* ex qua refrigeratione non solum fiunt impotentes ad generandum, sed etiam ad venerem exercendam, extincto prorsus ipsarum partium vigore, ac calore, & per accidens quoque atteruntur testiculi, vel ex compressione, vel ex impetuosa accursatione, &c. & hoc est, quod dixit Balsam. *in Canone* 14. *Apostolorum*, quia tria esse Eu- 8
nuchorum genera, primum Thilibiæ, qui ab infantia genitales partes amiserunt, eo quòd à parentibus, illis expressè, & inutiles redditæ sunt; Secunda Spadones, qui à natura testiculos non habent; Et tertia Castrati qui ferro exsecti sunt, modus à Persis inventus, latè Paulus Ægineta *lib. 6. cap. 68. de duplici Eunuchismo*, ubi ait fieri contusione, & excisione: contusio fiebat per compressionem, relaxatio enim membri infantium, aqua calida in Balneo testiculi digitis comprimebantur, donec abolerentur, & evanescerent, atque tales pueri erant in deliciis virorum Principum, & matronarum, quare & pretiosè vivevant, *l. si servus*, §. *si puerum*, *ff. ad leg. Aquiliam*, ibi si pnerum quis castraverit, & pretiosiorem fecerit, Vivianus scribit cessare Aquiliam, sed injuriarum erit agendum, &c. Quintilianus *l. 5. institutionum*, *c. 12.* ait mancipiorum negotiatores, formę puerorum incisa virilitate lenocinari, & hujus inventionis originem tribuunt Semiramidi, teste Marcellino *lib.* 14. *Historiæ*, & de talibus Eunuchorum generibus, plura Antonius Augustinus *lib. 3. emendationum*, *cap.* 50. & apud S. C. solent tales voces spadones, & castrati confundi, ut observat Gutierrez *lib. canon. quæstion. capit.* 16. & Alciatus *in leg. spa-*

spadonem 128. *ff. de verb. signific.* licèt jure civili spadonibus permittebatur matrimonium, non verò castratis, *leg. si serva*, §. *finali*, *ff. de jure dotium*.

Grammatici ergo cum Petro Gregorio Tholosano *part.* 7. *cap.* 1. distinguunt hæc nomina, Eunuchos, spadones, & castratos, quod castrati vocentur, quasi castè nati, & Eunuchi quasi naturaliter impotentes ad Venerem, debitisque membris carentes, dicebantur Eunuchi ab *euni* quod est *cubile*, & *chio*, quod est *custos*: unde Eunuchus, id est fidelis, ac benevolus custos quod & facilè est, quia ei defuit qui fidem frangat, invidiam inferat Nancelius *in microcosmi etymologia*, *lib.* 7. *c.* 10. *in problemate* 1. Alciatus *in l. spadones*, *ff. de verbor.* Covar. *in tract. de frigid. & maleficiat. q.* 6. Lucianus *in Eunuch.* Zachias *quæstionum medico legalium*, *lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 6. *pral.* 1. *numer.* 20. spadones verò, qui inviti castrantur ab homine, alii dicunt ab eruditis observari nomen Eunuchi ad solos castratos extendi, aliquando tamen postea eodem modo, fuerunt vocati omnes, qui Regiæ custodiæ, & januis Palatii perficiebantur, ita custodes, & Ministri Reginæ, sed veritas est, quod Hilarius super Matthæum *cap.* 19. *num.* 11. dicit, quòd Eunuchi quidam ab utero sunt, id est à natura; alii ab hominibus facti sunt castrati, alii denique à se ipsis, & primi culpa, & meritò carent, secundi culpam habent, superstite verò consensu.

9 Suppono secundò, quod inter Eunuchos, & spadones alii sunt, qui non solùm procreationi inhabiles sunt, sed etiam ad venerem sunt impotentes, alii autem ad venerem stimulantur, & eam valdè exercent: unde in Ecclesiasticis *cap.* 20. habentur concupiscentia spadonis, devirginabit juvenculam, & alii coeunt, sed nihil emittunt, de quibus Ecclesia *cap.* 30. *vers.* 21. sicut spado complectens virginem, & suspirans, & licet ex iis, qui concumbunt, semen non emittant, tamen voluptatem aliquam coeuntes experiuntur, ut qui seminis vice, viscosum quendam humorem, non sine voluptate in coitu excerent, Galenus *de usu partium*, *lib.* 14. *classi* 1. Parejus *lib.* 2. *cap.* 37. vel aquosam quandam materiam, quos non esse plenè Eunuchos dicit Celius Rodogynus *antiquarum lectionum*, *l.* 19. *c.* 11. & 12. & vocantur semi-spadones, ita Alexander *lib.* 1. *problemate* 11. Alii dicunt Eunuchos non generare, sed emittere semen, spadones posse etiam generare, si illis superior testiculi pars relicta fuit, penes quam fortasse, major vis conficiendi semen prolificum emittit; tales sunt differentiæ Eunuchorum.

10 Suppono tertiò, quòd tam spadonis, quam Eunuchi, & Castrati nomen, vel sumitur in propria significatione, & stricto modo, vel latiùs: spado propriè dici videtur debere is, cui arte ambo testiculi, vel alteruter excisi sunt; spado enim à verbo Græco (*Spado*) propriè dici videtur debere is, cui arte ambo testiculi, & dicitur à verbo avellere, quod significat apud nos abscindere, vel avellere, Alciatus *ubi supra*, Calepinus *in verbo*, *Spado*, impropriè autem, & abusivè spadonum appellatio latè patere videtur, ut per *l. spadonem*, *ff. de verb. signification.* omnes enim quicumque testiculis uno, vel ambobus carent, aut ex eorundem vitio ad venerem impotentes facti sunt, spadones appellantur. Atque hoc modo sumptum spadonis nomen generis pars est... unde idcirco *in l. si serva*, §. *si spadoni*, *ff. de jure dotium*, & in aliis juribus, spadonum duæ sunt species, una est eorum, qui ambobus testibus carent, & castrati sunt, alia eorum, qui uno tantum, & utrumque spadonis nomine insigniuntur. Imò non illi solùm spadones sunt vocandi ad legis mentem, sed etiam & habitu Eunuchi, & Thilibino, & Tonditore, & si quos alios hujusmodi esse constat, Joannes Calvinus *in suo lexico*, *in verbo*, *Spadonum*, Vallesius *de sacra Philosophia*, *cap.* 24. Plures verò Doctores Dicunt, omnes eos Eunuchos dici, quibus, vel execti, vel compressi, vel attriti sunt testiculi, ut ait Vallesius *ubi supra*, alii dicunt, Eunuchos eos appellari, quibus virilia execta sunt, vel qui naturaliter sine testibus sunt progeniti, & hos penitus non erigere firmant, & vocari propriè Castratos, dicit Azor. *in summa*, *lib.* 4. *Cod. in Rubrica*, *de Eunuchis*, ubi dicitur: Eunuchi autem dicuntur spadones tantum, non Castrati, ego non intelligo, & videtur ignotum per ignotius explicasse. Alii cum Antonio Fabro *lib.* 3. *de emendatione*, dicunt Eunuchorum appellationem esse generalem, & sub eo nomine comprehendi omnes, qui virilium defectu generare non possunt, qui moventur ex loco Matthæi *cap.* 19. & sic J.C. *in l. Eunuchi*, *Codic. de his*, qui testamenta facere possunt, ubi J.C. sub Eunuchi nomine 11 comprehendit omnes, qui ob defectum virilium generare non possunt, quod observat Antonius de Augustino, *ubi supra*, & ibi Decius *numero* 4. Joannes Calvinus *in verbo*, *Eunuchus*, Cujacius *in l. vi*, *ff. de lib. & posthu.* & ex Medicis Vallesf. *de sacr. Philosoph. c.* 24. & alii apud Zacchiam *n.* 28. *de medico legali*, *l.* 12. *tit.* 3. *q.* 9. Castrati verò dicunt aliqui cum Glossa *in d. l. spadonum*, *ff. de verb. sign.* dici quasi castè natos, idem dicit Antonius de Butreo *in c. ex parte*, *de corpore vitiatis*, quem errasse dicit Calvinus *in suo lexicon Juridico*, *in verbo*, *Eunuchorum*, Nicasius *in §. minori*, *instit. de adoptio.* sed Alciatus *lib.* 1. *prætermissorum*, *in verbo*, *Castrati*, dicuntur, ut ipse dicit, quibus virilia arte avulsa sunt *l.* 3. & 4. *ff. ad leg. Corneliam*, *de sicariis*, Plautus *in suo Asinario*, *act.* 1. *scena* 3. & sic dicunt J. C. Cum Antonio Augustino *ubi supra*, & ex aliis J.C. cum Brunello *de sponsal. concl.* 28. *numer.* 1. ex Medicis Mercurialis *lib.* 3. *de morbis mulierum*, *cap.* 50. Cujacius *ad l.* 1. *ff. de liber. & posth.* Thomas Act. *de infirmitate*, *part.* 1. *rubrica* 5. *numer.* 1. Celius Rodoginus *lib.* 19. *lectionum antiquarum*, *cap.* 12. Marcus Mantua *singulari* 302. Romanus *singulari* 62. *numer.* 30. Glossa *in dict. l. spadonum*, & *in l. sed est quæsitum*, *ff. de liber. & posthum.* & fœminas etiam posse castrari dicunt communiter cum Galeno *lib.* 1. *de semine*, *cap.* 15. ut patet, quia sues fœminæ castrantur latè Zacchias *lib.* 3. *tit.* 3. *quæst.* 7. *in fine*.

Suppono quartò, non potuisse antiquitus Eunuchos 12 vendi, nisi Barbari sint, & in Barbarico solo Eunuchi facti sint, ita Cujacius, Pacius, & Vessembechius *in rubrica*, *Cod. de Eunuchis*, Petrus Gregorius *lib.* 2. *a numer.* 12. Menochius *de arbitrariis*, *casu* 570. & ille qui aliquem castrat, ut homicida punitur, & locus ubi homo, sciente Domino, castratus fuit, confiscatur, ut *in l.* 1. *Cod. de Eunuchis*, cum qua concordat lex Hispanica 13. *tit.* 8. *partita* 7. ubi statuitur, quod castrans, & castrari faciens liberum, vel servum, quemadmodum si illum occidisset, puniri debet, nisi causa infirmitatis medicinaliter castretur, Julius 13 Clarus *in* §. *finali*, *quæst.* 68. Menochius *casu* 570. *a principio*, ubi latè agit, quibus pœnis puniatur hominem castrans, & *a numer.* 50. quod castrandum seipsum exhibens, capite punitur, & quòd Dominus loci, ubi aliquis castratus fuerit, id scienter dissimulans, ejus Dominio privatur, Farinacius *in praxi*, *part.* 1. *quæst.* 20. *numer.* 153. ubi quod castrans, vel castrari faciens se ipsum punitur pœna mortis naturalis, & *in lib.* 2. *Cod. de Eunuchis*, di- 14 cit Imperator Leo, quòd subditi Romani Imperii in nullo loco fieri possunt Eunuchi, & Imperator ibi punit, subditos ubique delinquentes, & Eunuchi apud Barbaros castrati, & extra Imperium empti, possunt vendi licitè in Imperio, & ut bene Menochius *casu* 570. gravissimis pœnis statuit Imperator Leo *in l.* 2. *C. de Eunuchis*, contra ementes, & vendentes Eunuchos, seu Castratos homines, & talis pœna gravissima est, quia est pœna ultimi supplicii, Barbosa *in d. l.* 2.

Ratio autem quare castratio puniebatur, ea est, quia 15 impium, & publicæ utilitati maximè repugnans est, castrare homines, sive liberos, sive servos, ex hoc leges permultæ latæ fuerunt ad coercendam audaciam eorum, qui facinus hoc admittunt, & Magistratus ipsos, qui hanc improbitatem ferunt: nam lege Cornelia de sicariis sancitum est, ut refert J. C. *in l.* 3. §. *item is*, *ff. ad legem Cornel. de sicariis*: nam qui vel libidinis causa, vel promercii causa castraverit homines, puniri pœna illius legis, quam subjungit Marcianus J. C. *in d. l.* 3. fuisse olim pœnam deportationis in Insulam, & bonorum ademptionem, hodie verò aliquando esse capitis, aliquando subjectionem bestiis, aliquando etiam ipsam deportationem, & sic esse arbitrariam dicit Menochius *dicto casu* 570. *num.* 2. & Domitianus Imperator vetuit, ne quis castraretur intra fines Imperii Romani, & quia nulla fuit imposita pœna, putavit Menochius fuisse arbitrariam, sic Imperator Adrianus, teste Ulpiano *in l.* 4. §. *idem Divus*, *ff. ad legem Corneliam de sicariis*, constituit liberum hominem castrantem aliquem, pœna illa legis Corneliæ puniri, cum bonorum publicatione, servos autem aliquem castrantes ultimo supplicio esse afficiendos, imò capitis pœnis indixit idem Adrianus in eos, qui sponte se castrandos exhibent ac etiam adversus Medicos, quos Chirurgos appellant, ali-

quem castrantes, & eandem pœnam indixit Constantinus
in l.1. Codic. de Eunuchis, qui addit Dominum loci, in
quo facta fuit castratio loci ipsius dominio privari, si sciens
dissimulavit, & Leo Imperator in l.2. Cod. de Eunuchis,
statuit pœna gravissima puniendos esse ementes, & ven-
dentes castratos homines, & licèt non declaret, quæ sit
talis pœna gravissima, tamen intelligitur de pœna ultimi
supplicii, quæ gravissima est, & addit Imperator Leo,
pœnam contra notarios conficientes instrumenta emptio-
nis horum castratorum, ac exigentes aliquod vectigal ex
emptionibus prædictis, latè Prukman in tit. de Eunuchis,
in d.l.1. & 2.
16 Ultra Eunuchos verò, spadones, & castratos dantur
alii, qui dicuntur Hermaphroditi, sive Androgyni, & di-
cuntur illi, qui in eodem tempore continent discrimen
utriusque sexus, de quibus Celius Rodigynus lib.18. an-
tiquitatum, cap.6. lib.19. cap. 12. & Ambrosius Calepi-
nus in eodem verbo, de quibus in novo orbe maxima est
multitudo, & dicuntur tales, quia Herma apud Græcos
masculus est, Aphrodi fœmina nuncupatur, ut ait Isido-
rus lib.11. originum rerum, cap.3. Sanctus Augustinus lib.
6. de Civitate Dei, cap.8. & de Androgynis populis scribit
Plinius lib.7. cap.2. & quia illud Genesis, ibi: masculum, &
fœminam fecit eos, stultè quidam interpretati sunt, quasi
primos parentes Androgynos Deus creaverit, ideò con-
tra eos scribit Sanctus Augustinus tom.3. lib. 12. de Tri-
nitate, cap.6. & de Genesi ad litteram, lib.3. cap.22. &
Nicolaus de Lyra in Genes. cap.1. vers.27. & Joannes Ton-
sonius in Theatro orbis terrarum, qui dicitur novus Atlas
tomo tertio, loquens de florida America, sic dicit, abun-
dat Regnum Hermaphroditis, quorum servili opera, man-
cipiorum, jumentorumque loco tenetur, & notat Eusebius
Nierembergius lib.8. historiæ naturalis, & apud Romanos
17 Androgynos defossione dignos, eorum leges existima-
bant, quod miratur S.Clemens Alexandrinus lib.3. Pæda-
gogi, cap. 3. & Edo in Chronicis mundi ad annum 1631. ait,
quod Androgynus Romæ visus jussis Aruspicum in mare
mersus est, de quibus agit Plinius lib. 7. cap.3. & 4. sed
piissimus Imperator Constantinus, ut in ejus vita, scri-
18 bit Eusebius lib. 4. cap.25. lege lata sancivit Androgynos
omnes Ægypti in Nilum dejiciendos, eo quòd impurissi-
ma utriusque sexus lascivia uterentur, & non solùm ho-
mines, sed etiam animalia utriusque sexus fuisse observa-
ta, referunt Authores, ut de equis ait Plinius lib.11. cap.
49. Cardanus lib.7. de varietate rerum, cap. 33. sues in
19 Brasili tradit Majolus tom.1. colloquio 7. Aldrovandus de
quadrupedibus bisulcis, lib.1. cap.36. tit. species variæ, nu-
mer.10. Lepores utriusque sexus refert Baunius de Herma-
phroditis lib. 2. cap. 15. Capras Hermaphroditas refert
Aristoteles de generatione animalium, cap.4. Canem An-
drogynum vidit Cardanus lib.7. de rerum varietate, cap.
33. Cervum Androgynum novit Cangius lib.1. epistola 70.
oves aliquas Hermaphroditas affirmat Bodinus in Thea-
tro, lib. 3. fol. 358. ubi ait Hermaphroditos ex omnium
animalium genere reperiri etiam inter Pisces, & redu-
cunt causam Hermaphroditi, ad seminis naturam, quali-
tatem, ac excedentem quantitatem, B. Albertus Magnus
lib.18. de Historia animalium, tract.2. cap.3. ad Cellulas
20 recepti seminis in matrice, alii referunt Henricus Ker-
mannus de miraculis vivorum, in tit. de Hermaphrodi-
tis, Medici verò qui negant has Cellulas in matrice aliam
assignant causam qua de re legas Gasparem Baunium de
Hemaphroditis, lib.1. cap.4. & Aldrovandum Medicum
de Monstris, tit. de differentiis, fol.41. & tit. de Andro-
21 gynorum varietate, fol.516. qui refert eorum plures species,
scilicet prima eorum qui habent unius sexus principales
partes, & non adest principalis pars alterius sexus. Se-
cunda eorum qui habent utriusque sexus essentiam, sed
secundùm neutrum sexum possunt operari.
Tertia quando possunt operari secundùm unum sexum,
& non secundùm alterum, & sic accipitur Aristoteles lib.
1. de generatione animalium, cap.4. & sic ut plurimum sunt
Hermaphroditi, quia natura uni sexui tribuit, quod alte-
ri detrahit, & de situ utriusque sexus latè Baunius de Her-
maphroditis, lib.1. c.4. Aldrovandus ubi suprà, de monstris
in tit. de Androgynorum varrietate, fol.513.
22 Quamvis verò Aristoteles lib.4. de generatione Anima-
lium, cap. 4. putet non dari Hermaphroditum, qui
utrumque sexum habeat idoneum ad generandum, &
pariendum quem sequuntur Albertus Magnus & alii
apud Zacchiam de Medico legali, lib.7. titul.1. quæst.8.
numer. 30. tamen alii dicunt, ut plurimum ita esse,
sed posse dari, & aliquando datos fuisse, Isidorus libr.
11. cap. 9. Sanctus Augustinus de Civitate Dei, lib. 16.
cap. 8. & Pontanus in Historia Neapolitana refert de
fœmina, quæ viro nupta filios peperit, deinde uxo-
rem duxit, filiosque genuit, & posse ex ipso concipe-
re, ait Fortunius Alfaitatus in tractatu de Androgyno à
se ipso concipiente, Lepares vicissim coeundo gignere,
& parere fatetur Rodinus lib. 3. Theatri fol. 383. & la-
tè Zacchias ubi suprà, & propterea in l. quæritur, ff. de
statu hominum, dicitur, quod si Hermaphroditus præ-
valeat in sexu fœmineo, erit fœmina, si in masculi-
no erit vir, ut in dicta l. quæritur, notant omnes DD. 23
sed si æqualem, eligere debet sexum, quem voluerit,
pro fœmina instrumentum principale est uterus, pro
masculo testes : nam in homine quatuor sunt partes
principales, prima, Cor, ubi Spiritus vitales generantur.
Secunda Cerebrum, ubi spiritus animales. Tertia He-
par, ubi vis sanguificandi; Ultima, Testes, ubi vis ge-
nerandi, unde tres partes sunt pro individuo conservan-
do, ultima pro specie in individuo conservando, scili-
cet pro generatione, Galenus lib.1. de semine, cap. 15.
& 16. Santarellus de natura sanitatis, libr. 4. cap. 10. 24
principale verò signum masculinitatis est organum te-
stium Zacchias lib.7. quæstionum legalium, tit. 1. quæst.
8. numer. 14. & 20. & ideò quando certò constat de te-
stibus, vel certo constat de utero, tunc adest essentia se-
xus masculini, & fœminini, & tunc est verè masculus,
& verè fœmina, & si in alterutro prævaleat, diceretur
accidentaliter prævalere, Cardanus de rerum varieta-
te, lib. 8. cap. 43. Marcellus Donatus libr. 6. Historiæ
mirabilis, cap.2. Torreblanca lib.2. de magia, cap. 17.
numer. 12.
Unde infertur primò, habentem principales partes 25
utriusque sexus, esse verè masculum, & verè fœminam,
licèt possit prævalere nunc in uno, nunc in altero acci-
dentaliter, id est nunc unius nunc alterius sexus acci-
dentaliter scilicet melius operationis exercendo, crescen-
te scilicet, vel diminuto calore, Cardanus lib.8. de rerum
varietate, cap.43. Torreblanca lib. 2. de magia, cap. 17.
numer.12. & per hoc malè consuluit Baldus consil.327. vol. 26
3. dum excludit à feudo quemdam Marchionem Malaspi-
nam: nam ille erat verè masculus, cum haberet testes,
licèt cæteris instrumentis careret, quare cum debuisset
admitti, docet idem Baldus, consuluisse non admitti, &
deinde sibi contrarius in l. finali, Cod. de suis, & legitimis
hæredibus, & in cap. 1. §. mutus in tit. Episcopum, vel Ab-
batem, docet esse admittendum, sequitur Afflictus nu-
mer. 32. Alvarotus, & Præpositus in cap. 1. an mutus,
vel alius imperfectus, Scraderius de feudis, par.7. cap. 50.
numero 17. quando verò testes non habet, neque vulvam,
veluti accidit in Anguillis; quibus nullus est sexus, nullus
coitus, Aristoteles lib.4. de natura Animalium, cap.6. tan-
dem Androgynus dicitur neutrum, quando non habet
testes, neque uterum, ergo non erit, neque masculus,
neque fœmina, prout accidit mirabiliter ferè in Anguil- 27
lis, quibus nullus est sexus, nullus coitus, teste Aristo-
tele lib.8. de Animalibus, cap.30. Plinius lib.10. cap.68.
& Sanct. Basilius in Exameron homilia 9. Ostrea quoque,
ac cætera Animalia, quę saxis adhærent, sexu carent, Plin.
loco citato, de Apibus ex S. Augustino lib. 15. de Civitate
Dei, cap.27. in iis nihil esse maris, nec fœminæ, ut laris-
simè probat Aldrovandus lib.1. de insectis, nullum Apibus
esse sexum.
Infertur secundò, Hermaphroditos invalidè contrahe- 28
re matrimonium in sexu, in quo non prævalent, sed va-
lidè contrahere in sexu, in quo prævalent, quia quis judi-
catur secundùm sexum, in quo prævalet, l. quæritur 10.
ff. de statu hominum, ita ibi Glossa, Bartolus, Baldus, An-
gelus, & omnes, Glossa in cap. si testes in verbo ad testamen-
tum.4. q.3. Summistæ apud Sanch. l.7. de matr. disp.106. n.
4. Bald. in l. quoties, n.7. C. de suis, & legitimis hæredib. quod 29
si in neutro sexu prævaleat, sed æqualis sit potentia utrius-
que sexus, tunc est in electione illius, in quo sexu contrahe-
re voluerit, Sanch. ubi sup. Majol. de irregularitate, lib.3. c.
25. n.16. & to.1. dierum canicularium colloquio 3. Pontius de
matrim. lib.7. c.65. n.8. Bannius de Hermaphroditis, lib.1. c.
40. num.3. Aldrovandus de monstris, fol.41. Verùm notant
Sanchez, Majolus, & Pontius ubi supra, non debere Parœ-
cum

30 cum tali matrimonio assistere, nisi prius Hermaphroditus coram judice Ecclesiastico constare faciat, ex judicio medicorum se prævalere in tali sexu, aut esse æqualem, & coram judice Ecclesiastico eligere talem sexum, & jurare
31 se perseveraturum in illo, neque altero sexu se numquam usurum, quia indecens esset, si modò una, modò altero sexu uteretur, argumento, *cap. Presbyteros* 16. *quæst.* 1. *cap. diversis de Clericis conjugatis*, *leg. si plures*, *ff. de pactis*, & in aliquibus Provinciis capitali pœna puniretur, si reperiretur mutasse sibi sexum, Aldrovandus *de Monstris*, *folio* 41. sic duo Hermaphroditi habentes æqualem sexum cum æquali potentia, ut pariat, & gignat, si contrahant matrimonium, tale matrimonium erit invalidum jure naturali, & divino, ita Perez *disput.*37. *sect.*15. Aversa *de matrimon. quæst.*13. *sect.*2. Verricellius *tractat.*14. *de missionibus*, *quæst.*196. *dubio* 5. quia tale matrimonium in quo idem Hermaphroditus agit, & patitur, ergo impedit procreationem Prolis, quod si Hermaphroditus copulam habeat in eo sexu, in quo non prævalet, tunc copula in illo sexu erit contra naturam, & Sodomitica, & explicanda erit talis circumstantia in confessione, ut benè Sanch. *de matr. l.*7. *disp.*5. *n.*14.

32 Infertur tertiò, Hermaphroditum invalidè ordinari, si prævaleat in sexu fœminino, vel si parem habeat potentiam utriusque sexus, sed si prævaleat in sexu masculino validè ordinabitur, Sanchez *lib.*7. *disputat.* 106. *numer.* 3. & 10. & *lib.*7. *consiliorum*, *capit.* 1. *dubio* 31. Marchinus *de ordine*, *tractat.*1. *part.*4. *capit.*2. De Castillo *tractat.*6. *disputat.*1. *dubio* 20. *numer.*289. Leander *part.* 2. *tractat.*6. *disputat.*6. *quæst.*5. Bonacina *de irregularitate*, *disputat.* 7. *quæst.*1. *punct.*2. *numer.*17. Aversa *de Sacramento Ordinis*, *quæst.*3. *sect.*4. Bannius *de Hermaphroditis*, *lib.*1. *capit.*40. *numer.*8. Candidus *tom.*4. *titul. de Ordinibus*, *disquisit.* 4. *articul.*50. *dubio* 8. Barbosa *de potestate Episcopi allegat.*10. *numer.*28. & *voto* 100. *numer.*27. *ac de jure Eccles. capit.*33. *numer.*86. Verùm licèt prævaleat in sexu masculino, licitè non potest ordinari sine dispensatione Sum. Pontificis, ita post alios Lezzana *in verbo irregularitas*, *numer.* 13. Avila *part.*7. *disput.*3. *dubio* 50. quia in notabili corporis vitio solus Papa dispensare potest, ut post alios Diana *par.* 10. *tractat.*13. *resolut.*36. & per hoc ait Lezzana non posse Regulares per sua privilegia dispensare cum Hermaphroditis, *capit. Illiteratos* 36. *distinct.* & quia enumerantur inter monstra requiritur dispensatio, verum si prævalet in sexu masculino, & vitium Hermaphroditi est occultum, tunc posset ordinari sine dispensatione, Marchinus *ubi supr.* Giballinus *de irregul. c.*3. *consect.*6. *numer.*19. & non esse irregularem prævalentem in sexu masculino, etiamsi defectus sit notus, dicunt Marchinus, de Castillo, Machardus, & alii apud Verricell. *tr.*14. *de missionib. q.*196. *dub.*7. *numer.*54.

33 Infertur quartò, si dubium sit ex medicorum judicio, an Hermaphroditus habeat sexum fœmineum completum; tunc est irregularis, neque poterit ex dispensatione Sum. Pontificis admitti ad Sacerdotium, quia non esset certa Eucharistiæ consecratio, neque aliorum Sacramentorum administratio, & gravissimo periculo exponerentur fideles. Quod si Hermaphroditus notorius petat ordines, & judicio Episcopi talis appareat, non potest ordinari, si prius appareat, uti fœminam indutam fuisse, Marchinus *tr.*1. *de ordine*, *p.*4. *c.*2. *numer.*11. Majolus *de irregul. l.* 1. *cap.*27. Giballinus *de irregul. cap.*3. *q.*2. *consect.*6. *numer.*19. *fol.*58. *qu.*4. *consect.*11. *fol.*102. Diana *p.*10. *tractat.*13. *resolut.* 36.

Infertur quintò, ad quæstionem, an Hermaphroditus prævalens in sexu virili, si ordinetur, si deinde prævaleat in fœmineo, validè consecret, & affirmat de Castillo *de Sacramentis*, *tom.*1. *tractat.*6. *disputat.*1. *dubio* 20. *numer.* 293. quem sequitur Leander. *de Sacramentis*, *tom.* 1. *tractat.*6. *disput.*6. *q.*7. qui probant, quia licèt ad recipiendum characterem, prævalentia sexus masculini requiratur, non tamen requiritur ad retinendum, ut patet in non viatore retinere characterem, quem non viator nequit recipere; ergo idem dicendum de potestate consecrandi, sed negant Diana *p.* 10. *tract.*13. *res.*36. & Card. Lugo *l.*1. *responsorum*, *dub.*31. *num.*4. quia Christus Presbyteros, non Presbyteras voluit actionem consecrandi exercere.

34 Infertur sextò, Hermaphroditum utroque sexu prævalentem invalidè professionem facere, tum in Conventu virorum, tum mulierum, quia talis est verè vir, & verè fœmina, Navarrus *consil.*47. *de Regularibus*, *lib.* 3. Sanchez *lib.*7. *de matrimon. disput.*106. *numer.* 10. Portellius *in verbo Professio Hermaphroditi*, *numer.*2. Lezzana *tom.* 2. *capit.*2. *numer.*20. Tamburin. *de jure Abbatissarum*, *disp.* 6. *quæst.*7. *numer.* 1. Peyrinus *de Prælato*, *quæst.* 3. *capit.*1. *numer.*59. de Vecchis *disput.*5. *dubio* 1. *conclus.*5. Bonacina *de clausura*, *puncto* 10. §.50. contra Comitolum *lib.*2. *responsorum moralium*, *quæst.*8. quia quoad sexum, in quo non pravalet deficit consensus Monasterii, tum quia talis professio, utpotè personæ diversi sexus irrita est, ex *capit. definitivus* 18. *quæst.*4. & sic invalidè profiteretur Hermaphroditus in sexu, in quo prævalet, si alterius sexus, in quo non prævalet, habet principalia instrumenta, quamvis nullas possit exercere operationes, ut ait Bordonus *tomo* 2. *resolut.*57. *numer.*77. sed hoc est contra communem, de qua supra, qui dicunt valere in sexu, in quo prævalent, sed validè profitebitur in sexu, in quo prævalet, quando in eo, in quo non prævalet, nulla habeat instrumenta principalia, sed tantum quædam accidentalia, & licèt validè profiteatur si prævalet in sexu, secundùm quem profitetur, tamen licitè à Superioribus non recipitur, cum motus est defectus, quia id valdè excitat ad luxuriam, unde dicunt Monialem debere expelli à Monasterio, & custodiri in domo Parentum, ubi teneri ad observationem votorum, Barbosa *voto* 100. *in fine*, *tom.* 2. Sanchez *in summa*, *lib.*5. *summæ*, *cap.*4. *numer.*40. Lezzana *tom.*1. *cap.*2. *numer.*20.

Infertur septimò, mulieres aliquando mutatas in viros 35
fuisse, foris prodeuntibus instrumentis virilibus, quod contigisse interdum dicit Titus Livius *lib.*24. *de Spoletana muliere*, Plinius *lib.*7. *capit.* 4. S. Augustinus *de Civitate Dei*, *lib.*3. *cap.*31. Albertus Magnus *de animalibus*, *lib.* 18. *tractat.*20. *capit.*3. exemplum attulit Pontanus *de rebus cœlestibus*, *lib.*10. *capit.*50. Majolus *dierum canicularium*, *tom.*1. *colloquio* 3. Martinus del Rio *lib.*2. *disquisit.* Torreblanca *de Magia*, *lib.*2. *capit.*17. & *in practica juris spiritualis*, *lib.*5. *capit.*9. *numer.*20. Barbosa *voto* 100. Portell. *in verbo Professio Hermaphroditi in addit.* quia instrumenta generationis eadem sunt in masculo, ac in fœmina, cum hac tamen differentia, quòd in masculo sunt in diverso situ, & præeminent, in fœmina verò reconduntur,
Galenus *lib.*4. *de semine*, *capit.* 50. cum ergo sint eadem, 36
contingere potest, quòd aliquando nimio abundante calore, quæ intus latebant instrumenta rupta membrana foras erumpant, & evadat vir, quæ erat fœmina, & deperdito fœmineo sexu, virilem, acquirat, plures verò DD. cum Andrea Laurentio *lib. septimo*, *Historia Anatomiæ*, *quæst. octava*, negat hoc axioma, quod instrumenta generationis sint solo situ differentia in viro, atque muliere, sed utriusque sexus genitalia, tum situ, tum structura, tum numero distingui apud ipsum, & tenet hoc ipsum Thomas Bartolinus *in Anatomia reformata*, *l.*1. *c.*15. & 16. unde secundùm istos repugnat fœminam in virum converti.

Alii verò dicunt, numquam fœminam posse masculum evadere, ut post medicos eruditos dicunt Martinus del Rio *lib. secundo*, *magicarum*, *quæst.* 22. Torreblanca *de Magia*, *lib. secundo*, *capit.*17. Majolus *dierum canicularium*, *tom. primo*, *colloquio* 3. Perez *de matrimon. disput.* 37. *sect.*14. & ante omnes B. Albertus Magnus *libro* 18. *de animalibus*, *tractat.*20. *capit.*3. quia cum figura, structura, magnitudine, & numero, non autem solo situ differant utriusque sexus instrumenta, non potest per solam mutationem loci, foras, scil. prodeuntibus genitalibus instrumentis fœminam in virum converti, sed requiritur miraculum, & divina potentia, nova formet organa viri, quæ non possunt formari, nisi in materno utero à facultate formatrice fœtus; ergo repugnat fœminam evadere posse virum.

Sed sunt duo modi, quibus id posset contingere. Pri- 37
mò, quando antea apparebat fœmina, sed re vera à Nativitate erat Hermaphroditus, ut clarè appareret sexus fœmineus, sed virilis sexus non apparebat, latentibus intra membranam aliquam instrumentis, quæ deinde vi caloris, rupta membrana, erumpunt, itaut appareat vir, & fœmina, & sic Androgynus parem habens utrumque sexum, ita Martin. Majol. August. Albert. Bartolin. & alii, *ubi sup.* & ad hoc refertur Pontani exemplum, de quo *sup.* cum aliis adductis à parte contraria.

Secun-

Secundus modus esse potest, cum à Nativitate erat fœmina, sed tantùm apparenter evadit vir, vel quia ex retentione mensium, & magna caliditate oritur barba, ut in casu Hippocratis *lib.6. Epidemiorum, sect.8.* ubi Mercurialis, vel quia à Nativitate habebat verè latentem sexum, sed apparebat fœmina: deinde crescente calore, rupta aliqua membrana, erumpunt, ut refert B. Albertus Magnus *ubi suprà*, qui ait, quòd sicuti rupta membrana fœmina evadit masculus, sic potest contingere, quòd masculus evadat fœmina, ut contra Zacchiam *de medico legali, l.7. tit.1. qu.8. numer.23.* Majolum *dierum canicularium, p.1. colloquio 3.* Del Rio *disquisit. magic. l.2. quæst.22.* docent Albertus Magnus *ubi suprà*, Joannes Hevart *de examine ingeniorum, cap.15.* Torreblanca *lib. 2. cap. 17. à numer. 12.*

38 Itaque si contingat mulierem evadere virum, quia à nativitate erat Androgynus, & cum sit nupta, in virum evadit, non solvitur vinculum matrimonii, quia verè semper fuit, & adhuc perseverat sexus fœmineus, ita Perez *de matrimon. disput.37. sect. 14. numer.4.* Verùm mortuo viro, poterit ducere uxorem ob electionem, quam tunc non habebat, quia non apparebat sexus fœmineus, sed nunc apparet; ergo nunc eligere potest, quem sexum voluerit eligere, nec est verum, quod ait Torreblanca *libro 7. de Magiæ, capit.17. numer.7.* dum ait opus esse dispensatione, quia nulla requiritur dispensatio, sed si evadat fœmina vir, non quòd prius erat talis, tunc est matrimonium nullum declarandum, & refert Fulgosius *lib. primo*, exemplum *in titul. de miraculis, capit. sexto*, qui ait, quòd tempore Ferdinandi I. Puella viro desponsata, primo Thori usu, effractis membranis, virilia membra prodierunt, quæ dotem repetens ad propriam domum parentum accessit, & judicio publico inter viros pro viro habita est.

Sicuti contingat, quòd fœmina appareat vir, sed re vera erat prius tantum fœmina, tunc validum fuit matrimonium, neque unquam posse ducere uxorem, quia verè non est vir, nisi tantum apparenter, sed erit justa causa, ut Pontifex dispenset in matrimonio rato, non consummato, si appareat barbatus, & habitu corporis videatur masculus.

39 Infertur octavò, ex dictis falsum esse; quòd de tali monstro scripsit Tancredus *quæstionum moralium, tom. 4. tractat.20. quæst.57.* ubi ait, quòd fœmina in virum erumpens matrimonium illico redditur nullum, quia mutatio ista non est, sicuti impotentia superveniens, quo casu nullo modo matrimonium consummatum posset dirimi, sed est mutatio in ipsa substantia, hoc enim fuit contractum, ut Titia eligeret conjugem in virum, & Hermaphroditus Titiam in uxorem, & sic nunquam fuit ex parte Hermaphroditi consensus in Titiam, nisi in fœminam, ergo posito, quod illa desinit esse mulier, destructa est substantia, in quam cecidit consensus, ita dixit Tancredus quæ doctrina satis absurda est, quia illa, quæ semel verè, & substantialiter fuit mulier, quæ semel habuit substantialia organa constituentia fœmineum sexum, repugnat, ut desinat esse mulier, nisi per miraculum, quatenus Deus uterum, & cætera fœminei sexus organa, totamque mulieris corporis dispositionem destrueret, novumque corpus fabricaret, ergo posito, quòd semel fuerit verè, & substantialiter mulier, & sic semel validum contractum sit matrimonium, repugnat, quòd desinat esse mulier, & quòd nullum incipiat, & sit matrimonium, antea validè contractum, ergo si in virum erumpat, perseverat omninò sexus fœmineus, atque perseverat matrimonium, quia nulla est ratio, qua dirimatur, sive latens virilis sexus denuo appareat, sive revera non essentia virilis sexus de novo prodeat, sed quædam similitudo tantum masculinitatis, absque eo, quòd revera sexum masculinum habeat, ut suprà dicebamus.

40 Infertur nonò, an fœmina in virum conversa possit ordinari, & dico, quòd si revera adest sexus fœmineus, non est capax characteris, si verò est sexus fœmineus apparenter tantum, tunc potest, sine ulla dispensatione ordinari, putà si à Nativitate fuerat Hermaphrodita, parem habens potentiam, quæ nunc detegitur, aut quia semper fuit fœmina, & nunc apparenter tantum vertitur in virum, & tunc erit characteris incapax: nam revera fuit sexus fœmineus, si autem conversio contingat, quia detegitur vir, & non fœmina, & tunc sine ulla dispensatione ordinari debet, quia nullo modo est fœmina, nisi secundùm aliquod accidens, & ita docet Portellius *in dubiis Regularibus, in verbo professio Hermaphroditi, in secunda additione*, quicquid minus rectè doceant Victorellus in addit. ad Toletum *lib.1. capit.63.* & Lezzana *in verbo Irregularit. numer.14.*

Quòd si Episcopo videatur scandalosum, talem ordinationem facere, aut permittere, tunc non esset ordinandus, putà si communiter, & publicè notum esset, quia tunc ratione gravis indecentiæ erit irregularis, cum non possint non offendi piorum animi, si ille, qui fœminam egit, ministret in Altari, ac si res sit occulta, ac proinde nullum scandali periculum esset, tunc nihil prohiberetur ad ordines promoveri, ita Henriquez *lib.14. cap. 8.* Marchinus *de ordine, tractat.1. part.4. capit.2. numer.18.* Diana *part.10. tractat.13. resolut. 36.* Leander, (qui tamen admittit hoc etiam si esset res nota,) *part.2. tractat. 6. disp. 6. quæst.7.* Majolus *de irregularitate, lib.1. cap. 33. numer. 17.* quem citat, & sequitur Giballinus *de irregularitate, capit.3. quæst.1. consect.11. folio 102.* Lezzana *in summa, in verbo irregularitas, numer.14.* De Castillo *tom.1. de Sacramentis, tractat.6. dub.20. numer.294.* Diana *part. 10. tractat.13. resolut.36.* & per hoc falsum est, quod ait Tancredus *tom.4. tractat.2. quæst.57.* dum ait, quòd fœmina erumpens in masculum, posse ordinari, ac Sacerdotium sumere, quia desinit esse fœmina, & est verè vir, nec est sicut Hermaphroditus, in quo prævalet sexus virilis, quem communiter dicunt esse irregularem, neque ulla est indecentia, quòd aliquando fuerit fœmina, ut ob id sit reputanda irregularis: nam hoc est falso supposito fundatum, quod scilicet quæ semel fuerit fœmina, desinat esset fœmina, quia huic repugnat naturalitas, quia non possunt instrumenta sexus semel producta prorsus aboleri, quamvis valeant à suis operationibus impediri, & alia virilia instrumenta, quæ antea latebant noviter apparere, dico ergo, quòd non debet sacrificare in loco, in quo apparebat primò fœmina, sed in loco distanti, &c.

Infertur ultimò, an Monialis in Monasterio existens, 42
si in virum conversa sit, valeat professionem esse validam, itaut teneatur ad voti observantiam, si Monialis in virum mutetur, & observabit vota extra Monasterium, ita Portellius *in dubiis regularibus, in verbo professio Hermaphroditi*, quod sequitur Donatus *in praxi Regularium, tom.1. tractat.11. quæst.34.* sed secunda opinio docet, professionem esse nullam sexu virili apparente, quasi quod professio nulla fuerit à principio, ita Texeda *controv. moralium, lib.1. tractat.1. controv.8. dubio 1. numer. 18.* Torreblanca *lib.3. capit.11. numer. 13.* Barbosa *voto 100. in fine*, Diana *part.5. tractat.14. resolut.49.* Thesaurus *2. part. in verb. Religiosi, capit.12.* Pellizzarius *de Monialibus, cap.3. numer. 32.* Cardin. Lugo *tom.1. responsorum, dubio 31. numer.2.* probatur quia nulla est professio in Monasterio diversi sexus: nam deficit consensus Prælati admittendi ad profes- 43
sionem, ita Comitolus *libr. 2. quæst.8.* Navar. *consil.8. de ætate, & qualitate ordinandorum, & consil. 47. de Regul. in 2. editione*, Henriq. *lib.14. capit.8. numer. 6.* Sanchez *in summa, lib.5. capit.4. numer.41.* Faustus *de tribus votis, lib.2. quæst.210.* Donatus *tom.1. tractat. 11. quæst. 33.* Lezzana *tom.1. in summa, capit.2. numer. 20.* Pellizzarius *de Monialibus, capit. septimo, numer. 16.* sed sexus virilis verè aderat, & latebat tempore professionis, quia naturaliter repugnat de novo organa produci, ut probavi *supr. dubio 10.* ergo professio fuit ab initio nulla, tum quia quando post votum est facta notabilis mutatio status; tunc votum desinit obligare, ut benè Sanchez *lib.3. summæ, capit.18. & lib.4. capit.20.* sed non potest esse major mutatio status, quàm virilitas, ex qua cogatur Monialis habitare extra Monasterium, ergo professio emissa desinit obligare.

Dices impedimentum dirimens adveniens post matrimonium carnale, non dissolvit vinculum matrimonii; ergo neque sexus virilis adveniens post professionem illam dissolvit; ergo tenetur extra Monasterium ad observantiam trium votorum.

Confirmatur, quia valida est professio fœminæ in Conventu virorum, dissimulato habitu, ut docent Sylvester, Armilla, Tab. S. Antonin. Zabarella, Archidiaconus, & Glossa, quos citat, & sequitur Comitolus *l. 2. qu. moral. quæst. 8.*

Respondeo ad argumentum, quòd sexus virilis non adve-

advenit de novo, sed qui latebat detegitur, ergo sicuti si sit latens affinitas ante matrimonium, quæ post matrimonium detegitur, debet declarari matrimonium nullum, ita latens sexus virilis cum detegitur, debet nulla declarari professio.

Ad confirmationem respondeo, transeat valere professionem fœminæ factam, dissimulato habitu, cum oppositum sit probabilius; tamen id intelligitur, quod scienter profiteretur, secus si ignoranter, cum crederet se fœminam, & re vera erat vir.

Ergo apparet, quòd si re vera erat fœmina, sed tamen accidentalia aliqua viri, non tamen virilem sexum sit adepta; tunc professio tenet, quia re vera est fœmina, neque illa accidentia, virum constituunt & per hoc non rectè, Barbosa *in vot.* 100. *tom.*2. oppositum videtur docere.

Sed an Monialis professa in virum conversa, sit expellenda de Monasterio.

44 Respondeo duas esse opiniones: prima opinio, quòd sic Barbosa *voto* 100. *in fine*, Sanchez *in summa*, *lib.*5. *capit.*4. *numer.* 41. Lezzana *in summa*, *to.*1. *cap.* 20. *numer.* 70. Rodriquez *in summa*, *tom.*2. *capit.* 6. Secunda opinio ait, quod non, ita Comitol. *lib.*2. *responsorum*, *quæst.* 9. sed posita proportione, quòd debeat expelli, dico ejiciendam esse de licentia Papæ, vel Nuntii Apostolici, nisi periculum esset in mora, quando prævalet sexus, tu verò dicas, quod si professio est nulla, tunc non requiritur licentia, sed si sit valida, & sit periculum incontinentiæ; tunc rejicitur à Sede Apostolica, Nuntio, vel Episcopo, est dos restituenda, quicquid dicat Portellius *numer.* 13. *ubi suprà*, sicuti transeunti Moniali de uno ad aliud Monasterium datur dos à primo Monasterio, Lezzana *in verbo Dos Monialium*, *& tom.*2. *summæ*, *capit.*19. *numer.*57. Bonacina *de alienatione bonorum Ecclesiæ*, *disput.* 2. *quæst. unica*, *puncto* 2. *numer.* 50. Theodorus Amisdenius *in tractat. de officio datariæ*, *lib.*1. *cap.*25. *quæst.* 17. *numer.* 135. & patet etiam, quia quando Monialis ob bonum publicum, & causa strictoris observantiæ reliquit primum monasterium, & ad secundum transit; tunc aufertur dos à primo Monasterio, ita Regens Capycius Latro *decis.*193. *tom.* 8. *numer.* 20. Castro Palaus *tom.*3. *tractat.*15. *disput.* 3. *puncto* 17. à Sancto Faust. *tom.*1. *quæstion.* 344. & proptereà Tancredus *tom. quarto*, *tractatu* 2. *quæstione* 57. ait mulierem professam apparentem virum decidi debere nulliter contraxisse matrimonium, & credo esse intelligendum, *ut suprà*.

DISCEPTATIO CCXXI.

SUMMARIUM.

1 *Eunuchi, & spadones non sunt irregulares.*
2 *Castrati involuntariè, sunt irregulares.*
3 *Castrati sua culpa, sed ad alium finem non sunt irregulares.*
4 *Castratus consentiens ex aliqua causa ad castrationem non fit irregularis.*
5 *Episcopus quidam fuit, qui permisit se castrare, & non fuit irregularis.*
6 *Testiculis carens sine culpa sua, non est irregularis.*
7 *Textus* in l. sin autem 7. ff. de ædilitio edicto *adducitur, & resolvitur ad materiam.*
8 *Castratus apud antiquos Ægyptios mortuo Rege proponebatur in publico, & quare.*
9 *Testes in corpore humano principalis pars propagationis dicuntur.*
10 *Text.* in l. si servus 27. §. & si puerum, ff. ad l. Aquil. *solemniter explicatur.*
11 *Ædilitium edictum procedit in servo vendito, qui sit Eunuchus, qui est morbosus quoad corpus, in animo excellentior.*
12 *Eunuchi nomen significat benevolum, & fidelem ex officiis, quæ gerebant.*
13 *Castrans servum alienum, qua pœna puniebatur antiquitus.*
14 *Actio de vi bonorum raptorum datur in servo alieno castrato.*
15 *Textus* in l. spadonem 15. in principio, ff. de excusat. tutor. *solemniter declaratur.*
16 *Castratus cur non possit dari tutor.*
17 *Eunuchi quomodo existimantur apud Hebræos.*
18 *Ecclesiæ locus explicatur.*
19 *Episcopus fuit factus quidam Sacerdos, licèt Eunuchus.*
20 *Ecclesiastici locus* cap. 2. *explicatur per Sanct. Basilium.*
21 *Eunuchum virginem violasse adducitur, & explicatur.*
22 *Palladius Episcopus Hierosolymitanus fuit Episcopus, & Eunuchus.*
23 *Theodorus Romanæ Ecclesiæ Diaconus Palladium damnavit, & quare.*
24 *Sensus mysticus, vel moralis S. Scripturæ de Eunuchis affertur.*
25 *Locus Scripturæ solemniter pro Eunuchis adducitur.*
26 *Text.* in c. ex parte, de corpore vitiatis, *pro Eunuchis adducitur.*
27 *Castrantes se spontè fiunt irregulares, & quomodo.*
28 *Origenis factum, de quo Glossa* in c. 4. dist. 55. *adducitur, & condemnatur.*
29 *Castrans se ipsum sponte, Clericus non potest fieri, & quando.*
30 *Castratus per insidias, vel in persecutione potest fieri Clericus.*
31 *Castratus in Cunabulis potest fieri Clericus.*
32 *Eunuchus non spontè factus, sed per insidias, vel natus, potest fieri Episcopus.*
33 *Castrans sui corporis partem indiscreto zelo, irregularis est.*
34 *Abscissio partis corporis quam culpam requirat, ut faciat irregularem.*
35 *Culpa, ut faciat irregularem, an debeat esse notoria.*
36 *Causam dans, ut virilia amputentur à judice, vel à medico, an sit irregularis.*
37 *Irregularitas non incurritur, nisi textu expresso probetur.*
38 *Testiculos abscindi faciens causa sonoræ vocis, nullam contrahit irregularitatem.*
39 *Membri abscissio sine propria culpa, irregularitatem non causat.*
40 *Castratus à parentibus per vim, vel in odium fidei, non est irregularis.*
41 *Cineres Testium non est necesse, ut quis secum asportet ad finem evadendi irregularitatem, ut vulgo putabat.*
42 *Dispensatio irregularitatis in corpore vitiatis Episcopalis est secundum aliquos si sit occulta.*
43 *Explicantur jura totius* 55. dist. *& totius tituli de corpore vitiatis.*
44 *Irregularitas ex corporis vitio desumitur in ordine ad Sacerdotium.*
45 *Clericus fieri non potest, qui non potest fieri Sacerdos.*
46 *Sacerdos si post Sacerdotium fiat irregularis, quid operetur pœna prædicta.*
47 *Castratio non est licita pro anima juvanda, vel superandas tentationes carnis.*
48 *Eunuchi contrahere non possunt matrimonium.*
49 *Eunuchus carens uno testiculo matrimonium contrahit, & quando.*
50 *Medicus potest promoveri ad Ordines etiamsi sit Chirurgus, & quando.*
51 *Castratus à Medicis, casu, vel per vim, irregularis non est.*
52 *Castratus ob lepræ periculum evitandum non est irregularis.*
52 *Textus* in c. Lator 11. dist. 55. *explicatur pro Eunuchis.*
54 *Castratus casualiter propter infirmitatem non fit irregularis.*
55 *Medicus secundùm Regulas Artis medendo, nullam incurrit culpam, & quæ sint necessaria in Medico.*
56 *Castrans se, vel castrari permittens pro abstinen-*

nentia carnalis concupiscentiæ, fit irregularis.

57 *Matthæi locus* 10. *quomodo intelligatur.*

58 *Patres multi, qui Origenis factum sequuti fuere condemnantur ab Ecclesia.*

59 *Eunuchi qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum, qui fuerunt.*

60 Deuteronomii locus, c.23. *adducitur per Patres declaratus.*

61 *Eunuchi nunquam fuerunt ignominiosi, sed semper à principio Gentilibus, & Christianis fuerunt amabiles.*

62 *Castratio cum causa facta nullum facit irregularem.*

63 *Episcopum posse dispensare in irregularitate propter corporis vitium, qui sentiant, & qui reprobent.*

64 *Sibi dentes abscindere, vel barbam tingere non causat irregularitatem.*

An Eunuchi, Spadones, & Castrati possint ad Sacros Ordines promoveri sine dispensatione Summi Pontificis?

1 PRima Conclusio. Ex omnibus Eunuchis, Thubilibiis, Tholasiis, & Spadonibus, dico nullum removeri à sacris, sic oportet dicere, quia sic dicunt Canones Apostolorum *Can.*21. & in Concilio Nicæno *Canon.* 1. ita post alios Giballin. *de irregular. c.*3. *consect.*4. *fol.*52. *col.*2. *vers. dico igitur* 1.

2 Secunda Conclusio. Castrati, quibus virilia sunt avulsa ferro, aut alia ratione exsecta sunt, si sua culpa dederint huic abscissioni, sive per summam impudentiam, id passi sint, ad Ordines promoveri non possunt, & sanè de illis, qui à Domino, vel à Barbaris secti sunt, id fatentur apertè Canones Apostolici, Nicænum Concilium, &c.

3 Tertia Conclusio. Dico tertio ille, qui sua culpa causam dedit huic ignominiæ Castrationis, primò plectitur pœna à judice, quod Francis in usu quondam fuisse, leges Salicæ testantur, nam servus quadraginta denarios surripiens castrari jubebatur, *titul.* 15. *de furto servi*, §. *primo*, & servus qui cum aliqua ancilla mœchatus fuerat, ea mortua castrabatur, ex *tit. de Adulterio Ancillæ*, §. 6.

Exemplificetur secundo, in illo, qui mutilatur ob injuriam alteri illatam, quamvis industria, ut adulter à marito adulteræ si passus fuerit abscissionem virilium, est irregularis, quod factum contingit Pinciæ anno 1535. ut notat Cov. *in Clem. si furiosus*, *de homic. numer.*6. quia enim tales duo exemplificari supra videntur voluntatem habuisse castrandi, ideò fiunt irregulares juxta communem apud Giballinum.

Sed negat cum aliis Giballinus *c.*3. *consect.*4. *fol.*53. *col.*1. *in principio*, quia jura, quæ dicunt abscissos in virilibus esse irregulares, loquuntur de abscissis, activè scilicet de abscindentibus, non de abscissis passivè etiamsi possint, sit voluntaria indirectè, quia sua culpa causam dedit, neque talis actio est necessario connexa cum adulterio, licèt provideri potuisset, neque voluntas indirecta potest esse efficacior, voluntate directa contraria, sicuti reus condemnatus ad mortem, non dicitur se ipsum suspendisse, neque occisus in furto, quia ibi deprehensus dicitur seipsum occidisse, non per hoc tamen esset irregularis, quia causam dedunt, rejiciuntur verò ab Ordine, qui se ipsos absciderunt, quia sunt homicidæ ipsorum, & ideò adulter exsectus non est irregularis, neque à judice Castratus, ut in Gallia, ut refert Giball. *ubi sup.*

4 Dico quartò, ille, qui causa mali se ipsum abscindit, vel se abscindi volens permisit, aut jussit, non est irregularis, ita contra Balsamonem *in Canone* 24. *Apostolico*, & *Canone* 21. dicit Giballinus *ubi suprà*, *fol.* 53. *columm.* 1. *versic. Dico tertio*, quia Textus *in Canone* 23. & 24. *Apostolorum*, & *in Canone* 12. loquuntur de eo, qui sanus existens, castrari se fecit, non de eo, qui causa infirmitatis, ita explicat Concilium Nicenum *cap.*1. *inter Canones Apostolorum*, ut latè Giballinus *ad fol.*53. *colum.*25. *per tot.* de quo Concilio Niceno agit Gratianus *in cap. qui agit*, *in capit. si quis*, *in infirmitate*, 55. *distinct.* quia ideò Apostolorum Canones, se abscindentes ab ordinibus repellunt, quia sunt ipsorum homicidæ, & divinum opificium destruunt, sed qui causa sanitatis id faciunt, non sunt sui 5
homicidæ; ergo, &c. & hoc est quod habemus in illo Presbytero Parisiense, qui ob lepræ periculum, virilia sibi jusserat abscindi, ad Altaris ministerium adsumendum esse scripsit Innocentius Tertius ad Episcopum Parisiensem in *cap. ex parte de corp. vitiatis*, per illa verba (*Canones sanctorum Patrum hunc ab Altaris administratione non prohibent*) ergo dicas contra Balsamonem non esse irregularem, qui causa infirmitatis, jussit abscindi, ut benè Molina *tract.* 3. *disput.*70. *numer.*15. Majolus *lib.*1. *cap.*15. quod verum est etiam si quis se ipsum abscindit, quia non habet còpiam Chirurgi, Sylvester *in verbo Corpore vitiati*, *numer.* 3. Giballinus *fol.*68. *colum.*2. & sic procedit idem Giballin. qui *tom.*1. *de negotiatione*, *capit.* 8. *articul.* 3. *consectar.* 9. *numer.* 13. & 14. videtur tenere oppositum ejus quod scripsit *de irregularitate*, adducens Turrecrematam, Geminianum, Augustin. Barbosam, Bañez, Layman, Bonacinam, Tannerum, Hurtadum, Megalam, Bellett. & alios quos citaverat Diana *tom.*1. *tr.*50. *res.*38. Thesaur. *de pœnis*, *in verbo Homicidium*; sed P. Giballinus ibi non de suo loquitur, sed de ore P. Theophili Raynaudi, ut ibi patet.

Unde infertur malè dixisse Rodriquez *cap.*18. *tom.* 1. *numer.*7. dum ait, eum qui accedentem ad meretricem, 6
quam sciebat lue venerea laborare, tamdem inficiatur, atque pudendi putrefactionem patietur abscissionem existimat Rodriquez esse hunc irregularem, quia dedit causam rei illicitæ, sed tu dicas cum Giballino *lib.*3. *consect.*4. *fol.*55. *col.*1. Ille ergo, qui sine culpa caret testiculis, non est irregularis, ut contra Henriquez, & alios apud Sotum *lib.*5. *de justitia*, *quæst.* 2. *tractat.*1. & Cajetanum 2. 2. *quæst.*65. *artic.*1. dicunt communiter nostri, quia ex tali defectu nulla exterior deformitas, nulla inhabilitas non est, qui testiculis caret sine sua culpa, sive quia in cunabulis sectus est, ut habetur *in cap.*3. *de corpore vitiatis*, sive quia ob infirmitatem abscissi sunt, *cap.* 50. *eodem titul. cap. si quis per ægritudinem*, 55. *distinct.* sive quia sic natus est, vel quia in persecutione ei cæsi sunt, *cap. Eunuchi*, 55. *distinct.* sic omnes, Navarrus *in Manuali*, *capit.*27. *numer.* 199. & *lib.*1. *consil.*2. *de corpore vitiatis*, *in nova editione*, Henriquez *lib.* 14. *cap.*8. Toletus *lib.* 2. *capit.* 67. *numer.*7. Vivaldus *de irregularitate*, *numer.*169. Filliucius *tract.*19. *cap.*6. *qu.*1. *numer.* 159. Bonacina *qu.* 2. *puncto* 2. *numer.* 31. Lubinus, & Clarnas *in summis*, *in verbo Irregularitas*, Giballinus *c.*3. *de irregularitate*, *qu.*3. *consect.*4. & alii penes Leandrum *de irregular. tom.* 5. *tr.*2. *disputat.*2. *quæst.*55.

Dices obstat juris civilis dispositio *in l. sin autem* 7. *ff. de* 7
ædil. edicto, ubi habetur, quod ille qui mancipium vendit, sciens esse castratum, tenetur ædil. edicto, tanquam vendens aliquod morbosum, & defectuosum, ex *leg.*1. *ff. ædil. edicto*, & licet videretur contrarium dicendum, quia spado non est morbosus, sed sanus, *l. Pomponius*, §. *finali*, *eodem tit.* & mulus etiamsi castretur, non videtur vitium, vel morbum habere, quia nihil de ejus fortitudine detrahitur, neque de virilitate, ut ait Ulpianus in *l. sed ædiles* 8. §. *sed enim*, *ff. de ædil. edicto*, tamen Paulus ait *in d. l. sin autem castratum morbosum esse*, in qua re Juristæ majorem non assignant, sed arte medica sumi debet, qui dicunt testes esse procreationis organa, & per sola ipsa procreationis conservatur species, ideò partes principales dicuntur, quanto species est nobilior individuo, & in testibus innati caloris fomitem adesse dicit Galenus *l.*1. *de semine*, ubi ait locum contineri in eis, qui universum corpus intercidunt.

Confirmatur quia apud Ægyptios, ut Regem ipsis ad- 8
emptum, totasque alias vires tractas fuisse significarent, castratum pingebant, quasi quod tales castrati nullius roboris essent, sic in eis mutatur temperies, ut calida fieret frigida, & non solùm habitus mutatur, sed & propriæ substantiæ, imò morum, & ingenii fit mutatio, ut post Arabem quendam refert Andreas Laurentius *lib.*7. *de Historica Anatomica*, *cap.*7. *qu.*1. (In Eunuchis inquit propter vam vocem audimus, malos agnoscimus mores, rationis sunt pessimæ, nec ferè inventus est aliquis exsectus bonus legis, nec intellectus, nisi diminuti) quod priùs dixerat Aristoteles *lib.*3. *de Historia animalium*, *capit.*1. & *lib.*1. *de generatione animalium*, *capit.* 4. dicens maximè conducere testes ad robur corporis; & ita illis exectis totius

tius habitus, & temperationem mutatio contingit, levatis quippè habenis, ex quasi resoluto corporis robore, propterea Paulus J.C. dictam partem corporis necessariam appellavit *in dict. leg. si autem, in principio*, & propterea di-
9 xit Baldus *in leg.1. Cod. de Eunuchis*, omne animal, excepto homine, per castrationem in melius reddi, quod dixit Ulpianus *in leg. ædiles*, §. *sed enim*: namque homo, abscissa virilitate, mollior, debiliorque redditur, & infirmior, imò acerrimò hoc dolore, non paucos interiisse tradit Justinianus *Novella* 142. nam calor omnis unà cum virilitate, unà cum membris abscinditur, ut Lucianus dixit in Eunucho, qui ex Proculienis, & Stoicis dicebat, nuchos imperfectos esse, & Agellius *l.4. Noctium Atticarum, c.1.*

10 Respondeo ad argumentum, & confirmationem, solutionem hujus difficultatis expectandam esse ex Ulpiani responso *in leg. si servus* 27. §. *& si puerum* 28. *ff. ad l. Aquiliam*, ubi ait, quòd per castrationem puer efficitur pretiosior, quod observat Justinianus *in leg. finali, in fine principii, Cod. comm. de legatis, & in leg. 1. §. ne autem, Cod. comm. de legatis, & in leg.1. §. ne autem quantitas, Cod. de communi servo manumisso*, ubi in eligendis servis legatis; pretiis Eunuchiis, ait esse majoribus aliis servis, & idem Ulpianus arguit, & solvit, & dicas cum eo ædilitium edictum, respexisse rei corpus, an sit, vel non sit
11 morbosum, vel aliquod habeat vitium, quod corpus debilius, vel deterius reddat secundùm quod non potest negari, quia Eunuchus, & Castratus non sit morbosus, sed si attendas Eunuchorum apud antiquos ministeria, officia, & occupationes, pretiosiores cæteris servis existimabuntur, ut ait Quintilian. *declamat.* 140. erant autem ministeria matronarum custodia, Ammianus *lib.16.* Alciatus *in dict. leg. spadonum, numer.128. ff. de verbor. significat.* Petrus Gregorius *lib.7. syntagmatum, capit. 20. numer. 2.* ideò Epiphanius *de hæresi, lib. 2. contra hæreses*, vocati
12 sunt Eunuchi, quasi quod benevoli essent, & fidem dabant servare maritis illarum matronarum, quas custodiebant, erant præfecti Balneorum, ubi mulieres lavabantur, Lampridius in Alexandrum, Monilia servabant dominarum, vestes, gemmas, stratum muniebant, crinesque pectine, & delicatorum vultus, motis hinc inde, volucrum pretiosarum plumis ventilare solebant, Claudianus *lib. primo*, Martialis *lib.3. Epigrammate* 82. quod notat Fulvius Ursinus *ad librum Petri Ciacconii de Triclinio Romano*, D. Laurentius Ramirez *ad Epigrammata Martialis* 81. Pancirol. *lib.2. variar. cap.* 88. Seneca *Epi-*
13 *stola* 123. propter corpus tamen quod patiebatur Castrantem servum alienum, Domino invito, & ignorante, conveniri poterat, non actione de pauperie, ex titulo si quadrup. pauperiem fecisse dicatur, ut ait Textus *in dict. §. si puerum*, quem emendandum dicit Faber *ad rationalia ibi*, sed actione in quadruplum ex *leg.1. ff. de vi bonorum raptorum*, & principium Instit. *eodem tit.* ubi Pichardus, quæ datur quoties aliquod per vim fit, *l.2. §.1. leg.4. §. loquitur 9. & seq. ff. de vi raptorum, leg. Marcellus 9. ff. de verbor.*
14 *signific.* ut benè Amaja *lib. 3. capit. 6. numer. 96.* Sed quoad officia, quæ conferebantur Castratis erant pretiosiores cæteris, ergo non infames, non irregulares, non abjecti, &c. nec ab Ordinibus expellendi, ubi non corporis vires, non testium substantia, sed alia spiritualis valetudo est necessaria.

15 Et nunc intelligitur Textus *in leg. Spadonem 15. in principio, ff. de excusationibus tutorum*, ubi Severus, & Antoninus Imperatores dicunt, Spadonem non posse excusari à tutela, Faber *tit.24. Jurisprudentiæ in principio primo, illatione 9.* ait, quòd Spado non potest esse pater, propter
16 vitium, & impedimentum corporis, ergo neque gerere se poterit pro parte, ut est tutor, Cujacius verò dicit, quòd tutor datur, ut administret negotia, non ut gerat se pro patre, & se tantum *in dict. leg. Spadonem*, intelligit non de Spadone, qui aliquando potest generare, sed de Castrato, & dicit quòd cum Castratus sit morbosus admittitur excusatio ob adversam valetudinem, §. *non solum 12. & §. finali cum lege sequenti, leg. post susceptum 40. leg. penultim. §. finali, ff. de excusat. tutor. §. item nepotes 8. instit. eodem, leg. unica, Cod. qui morbo se excusant*, Imperatores tamen, hac ratione non obstante, Castratum non excusant à tutela, ut ibi decreverunt, quia non est talis morbus, ut non possit gerere sua negotia, & aliena, *dict. leg. non solum*, §. *finali*, Menochius *de arbitrariis casu* 60. Amaja *lib. tertio, cap. sexto, in fine*.

Dices secundò, Eunuchos adeò infames reputatos fuisse apud Hebræos, ut ad Sacerdotium ascendere essent prohibiti, Deuteronomii *cap.23.* ibi, non intrabit Eunuchus attricis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro Ecclesiam Domini, impedimentum matrimonii contrahendi factum ait Abulensis *in princ.* nec solùm Eunochismum adversabatur lex Moysis in hominibus, verum etiam in Animalibus, quæ offerenda erant Deo, ut habetur Levitici *capit.22.* ibi, (*omne Animal, quod vel contritis, vel truncis, atque sectis, ablatisque testiculis, non offeretis Domino*,) & inter alia mala, quæ Dominus comminatur apud Isajam *capit.* 39. Regi Ezechiæ, ita dicit, (*Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & de filiis tuis qui egredientur de te, quos genueris tollent, & erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis*, & cum Deuteronomii cap.23. dicitur, *Castrati ab ingressu Ecclesiæ arceantur, intelligitur ab officio Clericali, &c.*) nam ut benè Cajetanus ibi, tales homines dicuntur effœminato animo, & muliebres sunt; etenim viri esse desinunt, & semel mulieres esse videntur, ut ait ibi Cajetanus, quando verò tales sunt noti, tunc quasi de eorum castitate magis considerando, non solum ab Episcopo ad Sacerdotium, sed à Papa ad Episcopatum poterunt ascendere, *c. Eunuchus cum gl.55. dist. c. ex parte de corpore vitiatis*, & compertum fuit plures fuisse insignes viros, sic Eunuchus digneque Sacerdotio fructas, qualis fuit Methodius Constantinopolitanus Patriarcha, & alii apud Majol. *l.1. c.15. numer.* 20. 17 18 19

Confirmatur, quia plerumque reputantur deteriores, si non actu, saltem effectu: nam concupiscentia Spadonis devirginabit juvenculam, Eccles. *cap.20.* sepè enim membris genitalibus arctati, turpiori luxuria vexantur, quàm reliqui, ut ait S. Basilius *lib.6. de Virginitate in calce operis*, ubi refert sese à testibus fide dignis, qui rem noverat ex pœnitentium confessione didicisse mulierem Eunucho Custodi datam, ab illo sæpius fuisse compressam, & frequentiùs cum illo luxuriatam, quæ securior in Eunuchi sterilitate confidebat, & idem narrat Virginem ab alio Eunucho audaciùs fuisse violatam, ipsumque intemparatissimè virum, tum osculis, tum turpibus effectibus, ac etiam morsibus luxuriæ, quam explere minimè poterat exercuisse, quam membrorum defectu perficere non valeret, & idem Basilius *Epist.87.* dicit Eunuchorum genus ignominiosum esse, nimirum cum non fœmineum, neque masculum sit, & amore insaniant citra forum, propter propriam turpitudinem primo loco multis conviciis eos insectatur. 20 21

Confirmatur secundò, ex Palladio Episcopo Hierosolymitano in vita S. Joannis Chrysostomi apud Lippomanum *in vitis SS. Patrum, tom.2. numer.42.* ubi deplorat ibi Palladorus Ephesinæ Ecclesiæ Episcopum fuisse præpositum Eunuchum, ventri subditum, in fœminas insanientem, impudentem, ebriosum, scortum, illiberalem, cupidum, neque virum, neque fœminam, qui inter convivia Theatricas puellas propriis humeris gessit, capiteque coronato hedera, craterem ferens manu vina fudit, & latè ex Cyrillo Suidas *in verbo Spado*, Eunuchorum ignominiam describens, & sic cognoscere possumus, quam molli, & turpi animo sit hoc Castratorum genus, & quantum erraverint, qui tales ad Episcopatum promoverint: & refert idem Palladius *ubi supra*, Theodorum Romanæ Ecclesiæ Diaconum, ita damnasse illos, qui prædictum Eunuchum promoveant, ut eos comparandos dixerit illis, qui spineam coronam filio Dei imposuerunt, & non solum Eunuchos dignitatibus Ecclesiasticis ignominiam inferunt, verùm aliquando ab Imperatoribus excluduntur à sæcularibus, Majolus *lib. 1. c.15. in fin.* & testiculos non habens non potest esse miles, Gl. *in c. præcepta 10. in verbo inferiores, 55. distinct.* quam Glossam sequitur Gregorius Lopez *partita 2. tit.21. l.12. & glossa 1. per argumentum*. 22 23

Respondeo ad argumentum, & confirmationem cum sanctis Patribus ad sensum literalem intelligi, de Eunuchis naturalibus spontaneis, & spiritualibus, hoc enim significat illud Eunuchos, ut patet ex illo ejusdem Prophetæ 56. ibi, Hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodierunt Sabbata, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius, ponderando illud melius, quod deno- 24 25

denotat prius habuisse nomen improbum, & ignominiosum, & hoc est, quia ubi status cælibatus erat ignominiosus, & status matrimonii, maximopere approbatus, Eunuchi non erant personæ considerabiles, sed despicabiles, sic in lège gratiæ, & Ecclesiæ Catholicæ, si quis absciderit semetipsum, & virilia sibi amputaverit, tamquam homicida sui, à Clericatus adeptione repellitur, ex *can.* 21. *Apostolorum*, *& c.*3. *c. si quis per ægritudinem*, 59. *dist. c.*
26 *ex parte*, *de corpore vitiatis*: nam quemadmodum homicida ad sacros ordines ascendere non valet, *c.* 8. *cum seqq.* 55. *distinct. d. cap. ex parte*, *& cap. finali*, *de tempor. ordinat. cap. sicut dignum*, *§. finali*, *& per totum*, *tit. de homicidio*, & est apud Hispanos *l.*12. *tit.*7. *part.*1. & Pœnitentiale Romanum *tit.*1. *cap.*16. Rabanus *lib. de pœnitentibus*, *c.*15. Concilium Turonense primum *c.* 7. Bracarense secundum *cap.*7. Toletanum 11. *c.*6. ita qui membrum abscindit, & mutilat, *cap. in Archiepiscopatu*, *de raptoribus*, *Clem. si furiosus de homicid.* quia in membri abscissione demitur pars vitæ, ut ait Baldus *in leg. Reos*, *numer.* 4. *C. de accusat.* Sotus *in* 4. *dist.*15. *qu.*1. *art.*3. *concl.*4. Suarez *de censuris*, *tom.*5. *disp.*44. *sect.*1. *numer.* 3. *&* 4. & hoc ait Chrysostomus *homilia* 63. *super Matthæum*, qui se abscindit, quæ homicidarum sunt, præsumit præcipuè, quæ majus delictum videtur, cum se castraverit, quia majori periculo mortis se objicit, & evidenter, ut ait Justin. in *Nov.*142. de his qui Eunuchi fiunt à principio, ibi: Quia nec sua quidam, à tam impia actione temperatur, sed in matrem multitudinem hoc flagitii genus exercuit, ut sæpènumero à multis, vix pauci evadant incolumes; usque adeò, ut quidam ex eis, qui se noti fuerint deposuerint, è
27 nonaginta vix tres servatos esse, plures alias rationes tradit Bald. *in d. l.*1. *C. de Eunuchis*, *& in dict. l. Reos*, quod recenset Amescua *de potest. in se ipsum*, *l.*1. *c.*9. *numer.*11. Farinac. *de delictis*, *tom.*4. *q.*128. *num.*31. & isti spontè se abscindentes, fiunt irregulares, itaut absque dispensatione non possint ad sacros ordines ascendere, nec promoti eos ministrare, quia inimici Dei, & creationis, & naturæ existant, quæ verba poterunt eleganter explorari, ex traditis à Leone *Nov.*60. & per Abulensem Matthæi *tom.*5. *c.*19. *q.*41.

28 Et hoc fuit Origenis factum, de quo Glossa *in capit.* 4. *distinct.*55. *in verbo Clericus*, ubi ait Origenem se Eunuchum fecisse, ut liberius fœminis intra domos Euangelium prædicaret, sine periculo incontinentiæ, & hoc minimè obstante, fuit creatus Sacerdos Cæsaris, de quo facto Eusebius *in Historia Ecclesiastica*, *lib.*6. *cap.* 6. scio tamen plurimos DD. unde plures Doctores non excusant Origenem à peccato mortali propter hanc sui castrationem, ita Baronius *tom.*2. *ad annum* 208. Lessius *lib.* 2. *capit.*9. *dubio* 14. *numer.*98. Sayrus *lib.*7. *in Clavi Regia*, *capit.*5. *numer.*24. Rodericus à Cuna *in dict. cap.*55. *distinct.* ubi Glossa *verb. Clericus*, & subdit Glossa *ubi supra*, quod Sanctus Marcus sibi Pollicem præcidit, ne fieret Sacerdos, qui Marcus non fuit ille, qui scripsit Euangelium, ut benè Baron. *ad annum* 45. sed fuisse quendam Marcum Anachoretam, qui nisi id fecisset ex divina inspiratione, aut probabili ignorantia excusaretur, proculdubio non est laudandus Lessius *lib.*2. *de justitia*, *capit.* 9. *dubio* 14. *numer.* 99.

29 Quinta ergo sit conclusio, castrans se ipsum spontè, non potest fieri Clericus, Concilium, quod dicitur Apostolorum *cap.*22. Concilium Arelatense *cap.* 7. Concilium Nicenum 11. *cap.*1. *in* 55. *distinct. cap. si quis*, *capit. Hi qui se*, & castratus spontè, si est Clericus ejicitur à Clero, d. Concilium Apostolorum *cap.*1. & Nicenum primum *can.* 1. & si est laicus per tres annos excommunicetis, Conci-
30 lium Apostolorum *capit.*24. at si castratus sit per insidias, vel in persecutione, potest fieri Clericus, si est dignus, *canon. Apost.*21. sic castratus ab inimicis, vel ob infirmitatem, potest manere in Clero, Concilium Nicenum primum *canon.*1. *dict. distinct.*55. *capit. si quis pro ægritudine*, *capit. Eunuchus*, *&* ibi Doctores, sic castratus à Medicis potest ordinari Clericus, *capit. si quis à Medicis*, 55. *di-*
31 *stinct. cap. si quis per ægritudines*, sic castratus in cunabulis potest licitè promoveri, *cap. ex parte*, *de corpore vitiatis*, & ibi dicitur, quòd castratus ex justa causa potest exercere Sacerdotium, & voluntariè castratus, potest fieri Sacerdos, sed non poterit in Altari ministrare, *capit. significavit de corpore vitiatis*, P. Lauria *in compendio in verbo*
32 *Castrans*, *& Castratus*, *& in verbo Eunuchus*, ait, quòd Eunuchus non spontè factus, sed per insidias, vel natus, potest fieri Episcopus dicto *canon. Apost.* 21. at si Eunuchus spontè sit factus, non poterit fieri Clericus *d. c. quod dicitur Apostol.* 22. nec possunt Eunuchi contrahere matrimonium, post alios Illustr. D. meus P. Brancatus *in verbo Eunuchus*.

Ex qua conclusione primò, infertur eum qui partem sui 33
corporis, etiam usum ordinis non impedientem sibi per indignationem, aut zelo indiscreto abscindit, vel abscindi permittit, esse irregularem, expresso Textu *in cap. qui partem*, 55. *distinct.* Ratio est, quia in ea irregularitate inducenda non consideratur tantum defectus ex abscissione relictus, sed voluntas est indicata, quæ sibi causa est ferrum injicere idem, idem colligitur ex *capit. maritum*, 33. *distinct. & capit. si quis absciderit*, 55. *distinct.* & tradunt Doctores cum Navar. *in manuali*, *cap.*2. *numer.*108. Molina *tractat.*3. *disput.*67. *in fin.* Sayrus *lib.* 6. *Thesauri*, *cap.*7. *numer.* 13. Suarez *disp.*51. *de censuris*, *sect.*2. *numer.* 34
7. Bonacina *tom.*1. *disp.*7. *q.*2. *punct.*2. *numer.*29. & alii apud eos, an verò debeat esse notoria tam culpa, quàm partis abscissio discrepent Doctores, affirmant Navarrus *cap.*27. *numer.*198. Henriquez *l.*14. *cap.*8. *numer.*4. Covar. *in Clement. si furiosus*, *in princ. numer.*10. *de homicidio*, Avila 35
*part.*7. *de censuris*, *disput.*3. *dubio* 1. Gregorius de Valentia *tom.*4. *disp.*7. *q.*19. & alii relati à Sayro *lib.*10. *Thesauri*, *capit.*7. *numer.*13. sed contraria videtur verior, quia talis irregularitas, non tam nititur notorietate culpæ, quàm excessu, & severitate, quam quis secum exercuit, ita Sayrus *in Thesauro*, *lib.*6. *c.*7. *numer.* 12. Molina *tract.* 3. *de justit. disp.*70. *numer.*16. *& disp.* 67. *numer.* 8. Garsia *de* 36
beneficiis, *p.*3. *c.*12. *numer.*50. unde per hoc, quod causam dedit culpabilem, ut virilia amputarentur à Judice, vel à Medico, vel à marito ob adulterium commissum, 37
putant Ugolinus *de irregularitate*, *cap.* 18. *numer.* 4. Suarez *disp.* 51. *sect.*2. *numer.*8. Bonacina *disp.*7. *qu.* 2. *part.* 20. *numer.*33. Paulus Layman *in summa*, *l.*1. *tract.*50. *part.* 5. *cap.*7. *in fine*, Molina *tract.*3. *disp.*70. *numer.*18. Avila *de censuris*, *part.*2. *de irregularitate*, *disp.*3. *dub.* 1. sed alii dicunt, nullo textu id probari, & irregularitas non incurritur, nisi in causis à jure expressis, quia omnes textus irregularitatem hanc inducentes, expresse loquuntur de eo, qui sibi ex indignatione, vel ex zelo indiscreto castitatis membrum amputari per se, vel per alium, non autem textus loquuntur de eo, qui amputationi causam dedit, ideò non est inducenda irregularitas, ut benè defendit Toletus *in summa*, *lib.*1. *cap.*8. *in novissima additione*, Garsia *part.*7. *de beneficiis*, *capit.*12. *numer.*7. *& sequent.* Coninchus *disputatione* 18. *de irregularitate*, *dubio* 13. *numer.* 108. Gaspar Hurtadus *de irregularitate difficultate* 14. *numer.* 52.

Addit Castrus Palaus *tom.*6. *de censuris de irregularitat.* 38
*disputat.*6. *punct.*12. *numer.*4. quod non videtur improbabile te non fieri irregularem, tamen si testiculos abscindi feceris, causa vocis retinendæ, quia non fecisti eis indignatione, aut usu, vel injusto timore castitatis amittendæ, prout requiritur *in cap. maritum*, *capit. qui partem*, *c. si quis absciderit*, 55. *dist.* propterea nullus Textus irregularitatem hanc inducens, loquitur de eo, qui sibi testiculos abscidit, sed de eo, qui sibi virilia abscindi fecerit, quod diversum est.

Putant alii DD. cum Covar. *in d. Clem. si furiosus*, *p.*1. 39
*in princ. numer.*50. cum Navarro *c.* 27. *numer.* 199. Suarez *disp.*51. *sect.*2. *numer.*10. Henriq. *l.*24. *c.*8. *numer.*20. Bonacina *disp.* 7. *q.*2. *punct.*2. *numer.*29. Avila *p.* 7. *disp.* 3. *dub.*1. & aliis, tunc abscissionem membri, aut ejus carentiam absque propria culpa contingentem, si celebrationem non 40
impedit, nec deformitatem causet, non inducere irregularitatem. Exempla sunt, si natus fuisti sine pudendis, aut per vim à parentibus castratus, aut consilio Medici, vel Chirurgi, ob valetudinem, aut ab infidelibus, vel inimicis fidei in odium ejusdem, neque membrum abscissum 41
evenit cineres, vel ipsum membrum supra corpus propriè, (ut puto falsissimum,) tecum deferas, quia id nullo jure habetur, ut benè Nav. *d. c.*27. *n.*27. Cov. *ubi sup. nu.*7. Molina *disp.* 70. *n.*15. Tolet. *c.*57. Bonacina *numer.*31. Layman *c.*7.

Circa verò dispensationem hujus irregularitatis proce- 42
dentis ex mutilatione voluntaria, dicendum est, quod si facta sit abscissio integri membri, & sit occulta, dispensare poterit Episcopus vigore Concilii Tridentin. *session.* 24. *cap.*6.

capit. 6. de reformat. ita docent Angelus *in verbo corpore vitiatis*, Sylvester *in dict. verbo quaestion.* 10. Henriquez *lib.* 14. *capit.*8. *numer.*4. *litter. A*, Avila *part.* 3. *disputation.*3. *dubio* 3. *conclusione* 29. & idem dicit Avila si abscissio casu contingat ex propria culpa, dummodo sit propria culpa.

43 Infertur secundò, ad intelligentiam totius 55. *distinctionis*, & totius tituli de corpore vitiatis, quod corpora vitiari possunt impliciter, primo enim vitiantur propter mutilationem violentam, & moraliter peccaminosum, quam quisque, vel aliquis de suo jussu, vel consensu in se ipsum exercet; Secundò, vitiantur corpora propter excessum contingentem, vel ex ipso sexu corporis, si sit duplex, ut in Hermaphroditis, vel in ipsa magnitudine, nam si sit gigans, vel in multitudine membrorum si sit monstrum. Tertiò, per defectum, vel circa proportionatum statum, ut in Pigmeis, vel circa ejusdem naturae rectitudinem, ut in Gibbosis, vel circa integritatem, & rectam dispositionem membrorum, ut in caecis, mancis, claudis, distortis, &c. vel circa vires in aegrotis, maximè Paralyticis, Leprosis, &c. Epilecticis, Comitiali, vel morbo Gallico laborantibus, de mutilatione sui ipsius agitur, *in capit.* 1. 2. & 3. *de corpore vitiatis*, de defectibus, qui solent contingere, dicitur *in c. Si Euangelici, de his quae in pedibus*, *in c. si quis de privatis*, de his quae in manibus, *in cap. qui partem in tota*, 55. *dist.* de qua irregularitate agunt Summistae *in verbo corpore vitiatis*, ut Angelus, Sylvester, Toletus, Armilla, Rosella, Summa Corona, & alii, Canonistae *in d. tit. de corpore vitiatis*, & in titulo de Clerico aegrotante, Bertacchinus *de Episcopo*, *lib.*2. *qu.*24. & *p.*1. *qu.*56. Albertus Trottus *de vero, & perfecto Clerico*, *lib.*2. *cap.*16. Cursius *de beneficiis*, *part.*3. *cap.*6. Duarenus *lib.*4. *cap.*3. & 4. Plaza *in Epitomis de delictis*, *cap.* 24. & 25. *in rubrica*, *ff. de dispensat. pro corpore vitiatis*, Mandosius *de signatura gratiae eodem titulo*, Villadiego *de irregularitate*, *capit.*26. & *seqq.* Sayrus *de irregularitate corpore vitiatis*. Ugolinus *de irregularitate*, *capit.* 26. *usque ad cap.* 55. Sotus, Sayrus, & alii apud Garziam *part.* 7. *de beneficiis*, Valentia, Avila, Suarez, & Koninchus apud Rodericum à Cuna cum Barbosa *in dict. distinction.*55.

44 In quo tamen est, utrùm irregularitas proveniens ex corpore vitiatis, semper deferri debeat per respectum ad Sacerdotium, ita ut quicumque non potest celebrare ex aliquo defectu corporis, non possit ascendere ad statum Clericalem, neque ad primam tonsuram, v. g. caret quis utroque pollice dexterae, & sinistrae, qui non potest celebrare, an possit accipere primam tonsuram, & dico probabilius esse irregularem ex defectu corporis, & incapa-
45 cem ordinis minorum, unde ex statu saeculari non potest fieri Clericus, quamvis ad omnes alios ordines, praeter ad Sacerdotium sit habilis, & ita Ugolinus *c.*52. §.1. *numer.*4. & *c.*64. *numer.* 4. Tolet. *l.*1. *c.*13. Garzia *p.*7. *c.* 12. *à numer.* 28. Suarez *de censur. disp.*40. *sect.* 13. *numer.*30. Sayrus *l.*5. *c.*4. *numer.* 8. alii dicunt oppositum cum Navarro in *manuali*, *c.*27. *numer.*204. de eo qui non potest bibere vinum, posset effici Subdiaconus, & Diaconus, quod tamen im-
46 pugnat Rodericus à Cuna *d. c.*1. 55. *dist.* unde corpore vitiatus est incapax quoad omnes ordines, ad suscepti tamen ordinis administrationem non reddit inhabilem talis irregularitas, ut qui manum amisit post Sacerdotium, benè poterit Euangelium canere, item qui post Sacerdotium factus est caecus, benè poterit audire confessiones, solum ergo ad illos ordines erit irregularis; qui post eorum susceptionem ministrari non poterunt, quando vitium corporis non venit ex propria culpa, Roderic. à Cuna *in Rubrica* 55. *dist.*

47 Infertur tertiò, non esse licitum adjuvandum animum, vel ad superandas carnales tentationes virilia sibi avellere, ut *in Canone Apostolorum* 21. & in Concilio Nicaeno, cujus oratio traditur à Sancto Thoma 2. 2. *quaest.*65. *articul.*1. *ad tertium*, nam verè carni repugnare nescit, qui non ad jejunia, flagellationis, humeri cubationes, frequentiam confessionis, & augustissimae Eucharistiae, sed ad amputanda virilia confugit, cum certum sit, Eunuchos libidine magis incendi, ut probant S. Basilius *l.*6. *de Virgin. circa fin.* Chrysostomus *homilia* 63. *in Matthaeum*, S. Augustin. *l.*6. *contra Iulianum*, *c.*50. & *de Virgine*, *cap.* 23. & 24. Gregorius Tolosanus *syntagmatum juris*, *p.*2. *l.* 7. *cap.* 20. Sayrus *in Thesauro*, *l.*6. *capit.* 7. *numer.* 12. & omnes Patres ad illud Matthaei *capit.*19. *numer.* 21. licèt autem libido in Eunuchum sit immodica, tamen matrimonium 48
non possunt facere, ex defectu veri seminis, quo eos natura destruit, ut ex Galeni doctrina, probat Antonius Rosa *in Aphorismis Hippocratis, & Galeni, Aphorismo* 28. Nicolaus de Florentia *de membris Animalium*, *sermone* 6. *tractat.*3. *ad finem*, dicitur Eunuchos inhabiles esse ad matrimonium à Sixto V. in quodam motu proprio edito de anno 1587. quem expressis verbis refert Perez *de matrimon. quaest.*58. *artic.*1. *dub.*6. Guttierez *lib.*1. *canon. quaestion. cap.*16. *numer.*14. Sanchez *lib.*7. *de matrimon. disput.* 92. *à numer.*14. *usque ad* 18. Stephan. Quaranta *in Summa Bullarii*, *in verbo matrimonii impedimenta*, Franciscus Marcus *decis.*677. *numer.*6. Rodriquez *in summa*, *tom.* 1. *cap.*235. *concl.*2. *num.*2. Candelabrum aureum *p.* 1. *de matrimon. num.*237. Azorius *part.* 1. *l.*2. *cap.* 9. *in fine*, quam 49
doctrinam sic limita, ut si Eunuchus altero tantum testiculo orbatus sit, matrimonium possit contrahere; possit emittere aptum semen generationis, Petrus Gregorius *syntagmatum*, *capit.*2. *numer.*18. Sanchez *lib.*7. *disput.* 92. *num.* 14.

Infertur quartò, cum Glossa *in cap. si quis à Medicis* 7. *in* 50
verbo A Medicis, 55. *distinction.* dum ait Medicum licitè promoveri ad ordines, nec propter officium Medici esse irregularem, quod intellige etiam de Chirurgis, adustione, & incisione secantibus, vel aliis quibuscunque modis si ex praeceptis procedunt artis, & infirmos suos admoneant, si caveant ab illis, quae sibi nocumento esse possunt, ut habetur *ex cap. tua nos*, *de homicidio*, ubi Panormitanus *numer.*3. Hostiensis *in summa*, *lib.*1. *tit. de aetate, & qualitate ordinis*, *in* §. *ordo*, *summa Angelica in verbo Homicidium*, §.18. Sylvest. *in verbo Homicidium*, *il* 2. *nu.* 13. Tabiena *in verbo Medicina*, *num.*2. & *in verbo Irregularis*, *num.*11. Covar. *in Clem. si furiosus*, *p.*2. §.9. *num.*2. *de homicidio*, Sayrus *in Thesauro*, *l.*7. *cap.*6. *num.* 8. Avila *de censuris*, *part.*7. *disput.*6. *sect.*1. *dub.* 10. *conclus.*1. ubi citat Navarrum, Covar. cum Avila *part.*7. *disput.*6. *sect.*1. *dub.*10. *conclus.*1. de obligatione verò medicorum proveniente ex *cap. cum infirmitas*, *de poenitentiis*, & *remissionibus*, & ex motu proprio Pii V. edito de anno 1566. incipiente super Gregem Dominicum, latè agit Sanch. *l.* 3. *c.* 16. *per totum*, & idem Sanchez *l.*1. *cap.*9. *à num.*37. agit, utrùm Medicus in curationibus, possit uti opinione minus probabili, ut quae eis liceant in hac re tractat Sanchez *ubi sup.*

Infertur quintò, quòd si quis non sua spontè, sed vel à 51
Medicis casu, aut per vim, & insidias hostium, vel puer in Cunalibus sectus fuerit, & virilia, vel aliud membrum amiserit promoveri poterit, & promotus jam, cum is casus acciderit, in ordinibus suceptis ministrare, ut ex *cap. si quis pro aegritudine*, 55. *distinct.* Covar. *in Clementina* 1. *de homicidio*, *part.*1. *num.*6. Acugna *in cap. si quis absciderit*, *num.*2. & 4. *distinct.*55. & *in cap. si quis pro aegritudine*, *num.*20. & *in cap. his*, *qui num.*20. *eodem tit.* Campanilis *in diversorio juris Canonici*, *rubr.*11. *cap.*17. Plaza *in epitome*, *de delictis*, *lib.*1. *cap.*25. Bellettus *in disquisit. Clericali*, §.7. *num.*12. Genedus *collect.*69. & alii apud Rodericum à Cuna *in c. si quis propter aegritudinem*, *in fine*; ideò cum 52
Michael Presbyter Parisiensis ob leprae periculum evitandum, Medicorum Consilium secutus, virilia sibi fecisset abscindi, ad Altaris ministerium ab Innocentio III. facilè admissus fuit, ut scripsit idem Innocentius ad Parisiensem Episcopum, teste Majolo *de irregular. l.*1. *c.*15. *num.* 4. *in fine*.

Infertur sextò, ex Textu *in cap. lator* 11. 55. *distinct.* ca- 53
rentem membro occulto, vel patente, quod exercitium ordinis non impediat, vel ob debilitatem, vel ob notabilem deformitatem, si sine culpa patientis evenerit, nunquam habere annexam irregularitatem; unde ordines suscipere poterit. *d. c. lator* 11. Suarez *de censuris*, *disp.*51. *sect.*2. *num.*4. Sayrus *in Thesauro*, *l.*7. *c.*8. *n.*14. Alzedus *in praxi*, *c.*17. *num.*8. à Cuna *in d. c. lator*, *num.* 1. *in fine*, tandem qui non habet dentes, non est irregularis, quia ejus defectus deformitatem non parit, nec dentes sunt membra, neque moditatem, aut qui auricula caret est irregularis, neque defectum habens digitorum in pedibus, aut in manibus, Majol. *libro primo*, *cap.* 21. Campanilis *rubrica* 11. *in diversorio*, *capit.*14. *capit.*17. quod scripsit Acuna.

Infertur septimò, quòd si quis absque causa se mutilavit,

vit, aut castrari mandavit, aut permisit, est irregularis, ex Dionysio Episcopo *in Codice Canonum Apostolorum*, *canone* 22. 23. *&* 24. qui laicis, qui id tentavit, condemnavit separari à communione fidelium, tribus annis, idem dicit Concilium Nicenum *can.* 1. Concilium Arelatense *can.*7. & semper fuit cum Ecclesia talis lex. Ratio est, quare moti sunt Apostoli ob sævitiam hominis in se ipsum: unde hos vocant sui homicidam, & inter omnes modos sæviendi in se ipsum damnatur, in primis ista sectio, cum sit in Deum contumeliosa, & apud sapientes probatio, de qua re Petrus de Gregorio *lib.*7. *syntagm. capit.*2. ita Bersanum *in Novellas Justiniani*, quas leges Romanorum, Galli in legibus Salicis æmulati sunt, ut *in tit. de debilitat.* §.17.18. 19. *&* 20. ubi notatum eum, qui ingenuum castraverit, sed etiam eum qui servum, ut determinavit Carolus Magnus *in legib. capitularib.* quas legibus Longobardis, ut addenda jussit, *c.*3.

54 Infertur octavò, ex Textu *in c. si quis, à Medicis*, 25. *dist.* quod si quis fuerit castratus casualiter: nempè propter infirmitatem non fit irregularis, vel si in cunabulis, aut per insidias hominum, & poterit fieri Clericus, & si jam sit Clericus, poterit in ordinibus ministrare, & ad hoc est Text. *in c. Eunuchus*, *& c. si quis, in infirmitate*, *c. licet*, *c. præterea*, 55. *dist.* Garsia *de Beneficiis*, *p.*7. *c.*12. *numer.* 7. Barbosa *de potestate Episcopi*, *allegat.* 42. *numer.* 14. *& in capit. septimo*, 55. *distinction.* & hoc casu non est necesse cui virilia abscissa sint, secum in pulvere redacta, aut sicca portare valeat, Glossa *prima in dicto capit. ægritudine*, Abbas *in capit. ex parte*, *numer.* 6. *de corpore vitiatis*, Genedus *collectan.*69. Bellettus, Campanilis, & alii apud Barbosam *in dicto capit.*7. *distinct.* 55. qui talis castratus ob ægritudinem de Consilio Medicorum, sine ulla dispensatione ad sacros ordines poterit ordinari post alios Barbosa *ubi suprà*, & quia Glossa *in dicto capit. si quis à Medicis*, 7. *distinct.* §. *notat*, quod imperitia Medici, ejus culpæ annumeretur, ideò colligunt Doctores, quòd Medicus incurrit irregularitatem, si ejus imperitia, aut negligentia sequatur homicidium, aut mutilatio, ita Majolus, Suarez, Sayrus, & alii apud Barbosam *in dicto cap. si quis à Medicis*, *numer.*3. quod si Medicus secundum re-
55 gulas artis, & nulla posita negligentia suum exerceat officium, tunc non erit irregularis, Covar. Avila, & Sayrus *ubi suprà*, & propterea tria dicunt esse necessaria, ut Medicus non teneatur de morte infirmi, primum, ut sit peritus in sua arte, & professione. Secundò, ut adhibeat omnem diligentiam, juxta artis præcepta. Tertiò, ut admoneat infirmum, ut possit avertere ab illis, quæ sibi sunt nociva, & accedat ad Sacramenta, Barbosa *in dicto c. de Medicis*.

56 Infertur nonò, quòd si quis spontè se castravit, vel castrari permisit, ut castè viveret, non poterit esse Clericus *capit. si quis ægritudinem*, 9. *distinct.*55. quia non per abscissionem corporis existimare debent, posse à se carnales concupiscentias amputare, sed per disciplinam Religionis, vel abstinentiæ, & ad illud Matthæi *cap.*19. ibi. Sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Dei, est intelligendum, scilicet de Eunuchis spiritualiter, id est de illis, qui se abstinent in perpetuum à concubitu fœminarum, ut benè S. Augustinus, & alii Patres apud Covar.
57 *in Clement. si furiosus*, *part.*1. *in princ. numer.*6. & sic intelligitur locus *Matthæi* 10. de illis, qui non per membrorum abscissionem, sed per malarum cogitationum interemptionem, se castraverunt, unde carni repugnare nescit, qui non ad jejunia, flagellationes, humi cubationes, frequentiam confessionis, & augustissimæ Eucharistiæ frequentationem, sed ad amputanda virilia confugit, cum certum sit Eunuchos magis incendi libidine, ut benè probat Petrus Gregorius *part.*2. *syntagm. lib.*7. *c.*1. Sayrus *l.*6. *de censuris*, *c.*7. *numer.*12. Barbosa *in d. cap. si quis per ægritudinem in fine*, & videas Textum *in cap. Maritum* 33. *dist. c. ultimo*, 87. *dist. & d. cap. ex parte de corpore vitiatis*, ubi jure Pontificio fit irregularis, qui se ipsum castravit, super quam irregularitatem Summus Pontifex dispensabit, & etiam Episcopus, ut dicunt Villadiego *de irregularitate*, *cap. de corpore vitiatis*, Petrus Plaza *in epitome de delictis*, *c.*25. *n.*12. Majolus *l.*7. *de irregularitate*, *cap.*15.

58 Unde Origenis factum, qui, ut honestè viveret, imprudenter se castravit, ab Ecclesia damnatum est, ut refert Baronius *tom.*3. *Annalium anno* 230. *n.*50. post Eusebium *lib.*6. *c.* 3. & ita Demetrius Alexandriæ Præsul, eum ab Ecclesia expulit, & ait Athanasius in Epistola ad solitarios, Leontium Arrianum Episcopum, qui se castraverat similiter increpat, & duo Monachi Ægypti, qui imitati Origenem se absciderunt, communione fuerunt privati, & à nemine Orthodoxorum Antistitum, pervagantes Orbem recepti fuerunt, sed ejecti ab omnibus, Baronius *ubi sup.* & plura referunt ad propositum Covarr. *in d. Clem. si furiosus in princ. n.*6. *de homic.* Petrus Gregor. *l.* 7. *syntagmatum*, *c.* 1. *n.* 16. *&* 30. Petrus Plaza *de delict. l.* 1. *c.*24. *n.*29. *&* 12. Amescua *de potestate in seipsum*, *lib.*1. *c.*9. *n.*9. qui de hac re multa referunt, & quomodo sit accipiendum illud Euangelii Matthæi *c.*9. ibi, (& sunt Eunuchi, qui se castraverunt propter Regnum Cœlorum,) de cu- 59
jus explicatione post alios Patres, videndus est Abulensis *q.*86. *cum seqq.* & hæc fuit causa, ut apud Romanos fuerint Eunuchi in aliquo infimo statu, ex Basilio *Epistola* 87. *ad Simplicium*, Seneca *Epist.*14. *& de benef. l.*5. *c.*6. Ammianus Marcellus *lib.* 6. *Epigrammatum*, *Epigram.*2. *& lib.*7. *Epigrammate* 7. *&* 9. & est constitutio Adriani *in leg.* 4. §. *idem*, *ff. ad leg. Corneliam de sicariis*, innovata à magno Constantino *in l.* 1. *&* 2. *C. de Eunuchis*, & à Justiniano, & Leone *in novella Imperatoribus*, *in novella* 142. & ultimo loco à legibus Hispaniarum, per Alphonsum *in l.* 13. 14. *&* 81. *part.*7. ut benè Cujacius *ad titulum*, *Codic. de Eunuchis*, Baunius *lib.*2. *selectarum*, *capit.*26. Domin. Laurentius de Ramirez *in Matthæum*, *& lib.* 1. *Epigrammatum*, *Epigramm.*60. Petrus Plaza *de delict. l.* 1. *c.*23. *& l.* 1. *cap.*24.

Infertur decimò, plura de Eunuchis relata tam ab Hi- 60
storicis, quàm à Patribus adductis à Polyanthea novissima, & ab illa Lancei esse intelligenda, ut supra dicebamus, ut patet ex Nicolao Lyra, & aliis Patribus adductis novissimè in Biblia maxima, super illum locum Deuteronomii *cap.*23. ibi, non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro in Ecclesiam Domini, glossat Nicolaus intelligi, quòd vir impotens ad generandum verbo, vel exemplo filios in Ecclesia Dei, ad curam Animarum non debere pervenire, hic est sensus moralis, ait de Lyra, videant ergo, quòd littera occidere solet, Spiritus autem vivificabit, & ad illud Isajæ *c.* 56. *n.*3. ibi, & non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui custodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit, ubi de Eunuchis loquitur observantibus castitatem spiritualibus, & Monachis, & Monialibus, Clericis, & Sacerdotibus, ut benè P. Cornel. à Lap. *in Isajam Prophetam*, *c.*56.

Infertur undecimò, Eunuchos nunquam fuisse ignomi- 61
niosos, sed semper honoratos à Principibus, & Regibus, sic erant Aulici, familiares, & Principes Aulæ, ac Præsides Provinciarum, Ducesque exercituum apud Gentiles, & sic esse Eunuchum erat honor, & decus, ac gradus ad primas Aulæ dignitates, & talis fuit Daniel, & tres ejus socii, ut benè P. Cornel. à Lap. *in Danielem*, *c.* 1. *fol.*260. Illi præsertim, qui non à se voluntariè, & sine causa, sed ex justa causa: nam hi fiunt sine ulla difficultate Sacerdotes, & in receptis Ordinibus poterunt ministrare, *c. ex parte* 3. *de corpore vitiatis*, ex quo texu colligunt Rebuffus, Bellettus, & alii apud Barbosam *alleg.*42. *n.*13. quòd permittentes se castrari, vel spontè se castrantes fiunt irregulares, vel si dederit causam voluntariam à principio, ut si alicui sint abscissa virilia à Marito Adulteræ ulciscente injuriam, quia ipsum invenerit cum sua uxore coire, ita communiter per Textum *d. c. ex parte* 3. *de corpore vitiatis*, ubi Barbosa, item si carnaliter cognovit mulierem contagiosam, cujus contagione amisit membrum virile, attento, quòd hoc solet succedere, nisi ignoranter eam cognoverit, & subdit Barbosa *n.*4. quòd Eunuchi in primo statu considerati, & Spadones possunt Ordines assumere, & beneficia obtinere, ut per Rebuffum *in l. Spadonum* 128. *versicul. qui Spadonem*, *ff. de verbor. signific. numer.*48.

Itaque in casu, quo ex aliqua causa justa, fit abscissio, 62
nulla est irregularitas in Eunucho, secus si sine causa fiat abscissio, quia tunc fit irregularis, & in hoc casu in tali irregularitate proveniente ex vitio corporis, plures, ut Villadiego, Sylvester, & alii, quos refert, & sequitur

Sal-

Salzedus *cap.17. num.25.* tenetur Episcopum posse dispensare, de quibus suprà mentionem fecimus, alii dicunt oppositum, sed solum Papam posse dispensare, & dum
63 Glossa *in cap. significavit in verbo (nostra,)* dicit Episcopum posse dispensare, intelligitur de dispensatione Episcopi, auctoritate tamen Apostolica prædita, ut post alios Riccius *in praxi aurea resol.26.* Barbosa *in dict. cap. significavit in fine, de corpore vitiatis*, Ille verò Sacerdos, qui ex justa causa fecit sibi amputari virilia, potest, ut prius, Sacerdotale officium exercere, *cap. ex parte il 2. de corpore vitiat.* & sic si de consilio Medicorum amputata sint virilia alicui, ille non est irregularis, nec ejus promotio, vel Officium impeditur, ut post Henriquez, Bellettum, & alios dicit Barbosa *in dict. cap. ex parte*, unde si ex Consilio Medici, vel Chirurgi ob valetudinem consequendam fuerit alicui membrum præcisum, non impediens celebrationem, nec producens deformitatem, non poterit Episcopus illos retinere à promotione, *cap. si quis à Medicis, cap. si quis per ægritudinem, cap. si quis in infirmitate, 55. distinct.* & plura adducit Barbosa *in cap. ex parte il 2. nu.2.* Quod si quis sex habens digitos superfluam abscinderet, vel abscindi faceret, non esset irregularis, quando faceret ad tollen-
64 dam deformitatem, & sanctus Hieronymus fecit sibi secari dentes, eo quod longiores essent, Campanilis *in rubr.11. cap.17. num.98.* Barbam tingens putat Majolus *lib.1. cap. 21. in fine*, quòd sit irregularis, adducens exemplum Philippi Magni Alexandri Patris, qui Antipotum Judicem hac sola causa judicandi munere privavit, & in ordinem redegit, sed Campanilis *ubi suprà*, & cum eo Pacis Jordan. *tom.2. lib.10. tit.17. in fine*, dicunt, quòd licèt sit vituperanda illorum inscitia, qui credunt tali arte naturam deludere, vel homines fallere, non tamen sunt irregulares, &c.

DISCEPTATIO CCXXII.

SUMMARIUM.

1 *Parentes liberos suos non possunt vendere, donare, vel pignorare.*
2 *Pater propter famis necessitatem poterat jure antiquo filium vendere, quod limitabatur in filio Clerico, in Matre, & Avia.*
3 *Si Pater pervenerit ad meliorem fortunam cogi potest à filio, quem vendidit, ut eum redimat.*
4 *Mater filium vendere nunquam poterit.*
5 *Patris necessitas concurrens cum necessitate filii, utrùm sit sufficiens ad vendendum.*
6 *Pater potest cogere filiam impuberem, ut ingrediatur Monasterium ad finem ibi educandi, non profitendi, sic potest filium cogere, ut eat ad scholam, vel artificium discat.*
7 *Parentes jus habent offerendi filios impuberes Religioni.*
8 *Pater filios puberes non potest cogere ad manendum in Monasterio.*
9 *Filii in ordine ad ea, quæ sunt juris spiritualis, non subjiciuntur potestati paternæ.*
10 *Trid. sess.25. de Regul. c.18. quomodo, & qualiter intelligatur.*
11 *Pater quomodo, & qualiter excusetur si filia invita ingrediatur Religionem.*
12 *Excommunicatio an incurratur propter metum reverentialem, vel preces importunas.*
13 *Filia si fuerit hæres relicta cum pacto, quod fiat Monialis, & si renuerit, succedat Monasterio est observanda conditio.*
14 *Pater potest filium castrare tuta conscientia.*
15 *Illa regula; quæ dicit, quòd nullus est Dominus membrorum suorum quomodo, & qualiter intelligatur.*
16 *Bonum Musicæ, seu totius Ecclesiæ prævalet, & præferri debet bono particulari.*
17 *Castratio elevat hominem ad majorem dignitatem.*
18 *Officia castratorum quæ, & qualia fuerint apud antiquos gentiles.*
19 *Conservatio organi vocis qualiter necessaria, & quomodo præferatur bono testium.*
20 *Musica non derogat nobilitatem.*
21 *Constantinus Cæsarus adducitur contra Musicos, & impugnatur.*
22 *Musici origo cœlestis est.*
23 *Musica inter scientias Mathematicas numeratur.*
24 *Socrates senex non erubuit lyra instrui.*
25 *Minus malum est eligendum ex duobus propositis.*
26 *Quilibet ordinatur ad communitatem, sicuti pars ad totum.*
27 *Musica pertinet ad bonum communitatis.*
28 *Vox soprani pertinet ad majorem partem Musicæ.*
29 *Regula illa, quòd nemo est Dominus membrorum suorum secundùm aliquos procedit in solo casu necessitatis totius corporis.*
30 *Castratio licita est pro conservatione alicujus boni totius.*
31 *Interfectio sui ipsius non potest ordinari ad conservandum majus bonum.*
32 *Sacri Canones castrationem non prohibent absolutè, sed quando fieret, ut medium contra stimulum carnis.*
33 *Sacerdos, qui ex justa causa sibi fecit amputari virilia, exercuit officium sacerdotale.*
34 *Castratus ad valetudinem consequendam non impeditur celebrare.*
35 *Majus bonum corporis an sit sonora vox, an virilitas.*
36 *Castratio propter infirmitatem, vel cantum licita est.*
37 *Castrati, qui ad nihil deserviunt sunt reprobati.*
38 *Reverend. D. Octavius Gaudiosus qualiter se gerat, & gesserit.*
39 *Pius IV. cogitavit de Musica ejicienda ab Ecclesia, sed ab alio correctus nihil disposuit.*
40 *Stephani Durant. de Ritibus Ecclesiæ malè sensit de Musicis, sed loquitur de Musicis in Comœdiis, & Scenis recitantibus.*
41 *Cantores scenici, & profani reprobantur à Tertulliano.*
42 *Musici Capellarum Regiarum, & supremorum Potentatuum vivunt sub S. Casimiro Rege Poloniæ.*
43 *Sapientiæ locus cap.3. vers.15. adducitur.*
44 *Mutilans se ipsum quomodo condemnetur in Canone 22. Apostolorum.*
45 *Textus Sapientiæ cap.3. procedit in castratione sine ullo fine.*
46 *Regula illa si vinco vincentem te, multò magis vinco te, applicatur in materia, de qua agimus.*
47 *Testium abscissio propter gravem infirmitatem, lepræ licita est.*
48 *Eunuchi, neque podagra laborant, neque Calvi fiunt.*
49 *Eunuchi non repelluntur ab Altari, si propter periculum tales fiunt.*
50 *Periculum sufficit si sit gravis necessitatis, licèt non sit mortis.*
51 *Periculo peccandi potest quis exponere propter gravem causam, & bona extrinseca.*
22 *Catholica contrahit cum hæretico, vel è contra, propter bona conjugis acquirenda.*
53 *Servitia, & crudelitas quomodo consideretur in abscissione membri corporis.*
54 *Spadonum greges deputabantur diversis Officiis Aulæ Regiæ.*
55 *Castratus nullam incurrit irregularitatem si fiat ad bonum finem castratio.*
56 *Castratio prohibebatur antiquitus in pœnam quorundam Chirurgorum.*
57 *Cardinalis de Lugo tom.1. de justitia, disp.10. sect.1. nu. 23. adducitur.*
58 *Linguam abscindere propter bonum temporale non est licitum.*
59 *Castratio ad vincendas tentationes carnis fuit semper prohibita ab Ecclesia.*
60 *Major, & minor sævitia qualiter consideretur in præsenti.*

61 *Castratio non est medium necessarium ad castitatem, imò nec utile.*
62 *Sanctorum Patrum sententia quos Eunuchos condemnat.*
63 *Eunuchi hæresis Arrianæ reprobantur ab Ecclesiastica.*
64 *S. Basilius de vera Virginitate, de quibus loquitur Eunuchis.*
65 *Eunuchus quomodo, & qualiter appelletur vir.*
66 *Spadonis vox qualiter sit inquinata apud Valerium maximum.*
67 *Daniel quomodo, & qualiter fuerit Eunuchus, & in quo sensu.*
68 *Sacerdotes Athenienses, & Ægyptii quomodo castrabant se ipsos.*
69 *Eunuchi quodnam ingenium habeant.*
70 *Eunuchi insignes habebant virtutes, prout habent nunc, si fiant ad bonum finem.*
71 *Constantinus, & Theodosius Eunuchos privasse à cunctis bonis, quod processit in illis, qui favebant hæresi Arrianæ.*
72 *Eunuchi, Castrati, & Spadones aufugientes scænicos cantus sunt venerandi.*
73 *Pater non peccat filium castrando propter bonum finem.*
74 *Filius consentiens castrationi pro voce conservanda non est irregularis.*
75 *Irregularitas, quæ proveniret ex castratione diceretur delicto.*
76 *Irregularitas ex delicto non incurritur sine peccato mortali.*
77 *Filius proximus infantiæ si consentiens se castrari non incurrit irregularitatem.*
78 *Puer infantiæ proximus, an incurrat irregularitatem.*
79 *Episcopo si constet consensisse alicui castratione, ex judicio Virorum Doctorum potest Castratum ordinare.*
80 *Viro digno credendum est sine alia probatione.*

An Pater peccet mortaliter Filium castrando propter musicam, & an Filius consentiendo castrationi peccet, & sit irregularis?

1 SUppono primò, parentes liberos non posse vendere, multo minus donare, aut pignoris nexui obligare posse, *l.1. Cod. de Patribus*, qui filios distraxerunt, Surdus *tit.8. de alimentis privilegio 38. num.14. cum seq.* & cujuslibet venditio prohibita est, *l. sed Celsus 6. ff. de contrah. emption. l. si in emptione 34. §. liberum hominem, ff. eodem*, Petrus Gregorius *part.3. lib.25. cap.7.* Mozzius *de emptione, & venditione in rubrica, num.2.* Cardinal. Mantica *lib.4. de tacitis, tit.5. part.1. opin. prima, numer.56.* Cencius
2 *part.1. de censibus, cap.3. quæsito 1. art.50. numer.15.* ob egestatem famis licitum est patri filium, filiamque vendere, *l.2. & ultima, Cod. de Patribus, qui filios distraxerunt*, sic poterit pignorari, permutari, &c. ob talem causam, famis necessitatem, & non ob aliam causam etiam extremam, latè Barbosa *in l.2. & finali, Cod. de Patribus, qui filios distraxerunt*, qui limitant in filio Clerico, limitant in matre, & Avia, sed divitiis supervenientibus pater cogitur ad redimendum filium, latè Barbosa *ubi suprà, Cod. de patribus, qui filios distraxerunt*, parentes liberos non possunt pignorare, *l. ultima, ff. quæ res pignori obligari possunt, l.1. Cod. de Patribus, qui filios distraxerunt, l.16. ff. de emptione, & venditione*, Creditor verò qui scit, filium esse apud se pignoratum, relegatur, *l. fin. ff. quæ res pignori obligari possunt*, Neguſ. *de pignor.*
3 *membro 3. part.2. num.50.* ergo multo minus licebit, ut benè Barbosa *in dict. l.1. part.3.* quando verò pater pervenit ad pinguiorem fortunam, cogi potest, ut filium familias, quem vendidit, redimat, dum filii sub patria potestate sunt, quia si filii sint sui juris, vel conjugati, vel Clerici, licèt ob hoc non egrediantur patriam potestatem, non tamen possunt à patre vendi; nunquam verò filius de jure Cæsareo vendi potest à matre, quia filius de eodem jure non est sub matris potestate, Glossa *in l.1. Cod. de patribus, qui filios distraxerunt*, Pinellus *in rubri-*
4 *ca, Cod. de bonis paternis, part.2. numer.27.* secus fit de jure naturæ.

Sed dubium est, quid si patris æqualis concurrat necessitas, cum notoria paupertate, & egestate, aut major, ut 5
si pater in servitutem sit redigendus, aut occidendus, aut mutilandus, nisi filium vendat, an possit pater filium vendere, Glossa citata, quam sequitur Covarr. *lib.3. var. cap.14. num.4.* cum aliis negat: nam leges supra citatæ solum dant facultatem in casu nimiæ paupertatis, & egestatis, sed affirmat Pinellus *ubi suprà, num.27.* cum Diana *p.7. resol.8.*

Suppono secundò, posse patrem cogere filiam impuberem, ut ingrediatur Monasterium, ut ibi educetur, prout cogere potest puerum, ut eat ad Scholam, vel artificium discat, & pueri tenentur illi obedire, quia in illa ætate, non tam sui, quam patris voluntate cogendi sunt, ut benè Suarez *de Religione, tract.3. lib.5. cap.2. n.15.* & in speciali 7 parentes habent jus offerendi filius impuberes Religioni, sine eorum consensu, *cap. addidisti 20. quæst.1.* Portellius *in dubiis Regularibus, in verbo clausura Monialium, num. 4.* & alii contra Megalium *tom.2. resolut.157. numer.50.* Diana *part.2. tractat.11. resolut.56. & tractat.4. resolut.41. part.4.* Puberes verò non potest pater cogere ad manendum in Monasterio cum habitu sæculari usque ad occasionem nubendi, contrarium faciens pater circa filiam peccaret mortaliter, ut benè notat Suarez *de Religione, tom. 3. lib.5. cap.9. dub.4.* Fœminæ verò majoris ætatis in illis, 9 quæ pertinent ad statum Animæ, sunt sui juris, & ideo non possunt compelli ad eam arctam custodiam, & rigidam clausuram, nisi ad aliquod breve tempus fiat, pro morali custodia, & decenter, & in hoc omnes conveniunt, Dian. *p.2. tract.15. res.56.* & licèt Trid. *sess.25. de regular. cap.18.* 10 in pœnam excommunicationis cuique personæ, quæ mulierem cogeret Monasterium intrare, habitum suscipere, aut profiteri, tamen disputant Doctores, an Pater cogens filiam impuberem ingredi Monasterium, non in ordine ad Monachatum, excommunicationem incurrat, Suarez *ubi suprà*, putat non incurri, & Concilium Tridentinum loqui de illo tantum ingressu, qui à Parentibus per se ordinatur ad habitus susceptionem, Rodriquez verò *commentario 1. cap.8. n.9.* loquitur de ingressu coacto cum animo, ut recipiat habitum, sine suasionibus Monialium, & sine alia violentia quamvis aliam causam fingat, sed Diana cum Barbosa *de potestate Episcopi, part.3. allegat.104. num.8.* & aliis existimant incurrere, etiamsi vis ei inferatur ad ingressum, animo solius custodiæ, aut educationis, quia Concilium loquitur disjunctivè ad ingrediendum Monasterium, ad suscipiendum habitum, &c. & in disjunctivis sufficit veritas alterutrius partis, ut benè Concilium Antathema injungit ad ingressum, quia postea semel ingressæ, ob verecundiam fœminarum, vel preces Monialium, habitum invitæ suscipiunt, & Concilium non solùm vetuit directam coactionem, sed etiam indirectam, ut si Pater malè tractet filiam, in victu, vestitu, verbis, &c. non autem infligit ex- 12 communicationem incutientibus metum solùm reverentialem, aut adhibendo preces importunas, anteponendo convenientiam difficili matrimonio, &c. qualis est praxis Ecclesiæ, ut ait Portellius *in additionibus, in verbo, Monialis, num.11.* quia hæc non est vera coactio, & ideò Sacra 13 Congregatio, ait non incurri censuram à Patre, qui filiam reliquit hæredem, cum pacto, ut Monasterium ingrediatur, & si renuerit suæ hæreditati succedat Monasterium, quod præstet filiæ, quod de jure debetur, quia hæc non est coactio per vim, sed per modum desiderii, & concupiscentiæ Diana *p.2. tract.15. resol.56.* His positis duæ sunt Doctorum opiniones.

Prima dicitur non posse Patrem filium castrare etiam vo- 14 lentem, propter Musicam, sed peccare mortaliter si filium castret ad hoc consentientem, etiamsi hoc faciat pro Musica, vel ut deserviat in Aula Principum, & ita Præpositus, & Geminianus *in cap. si quis à Medicis, 55. dist.* Bonacina *de censuris, disp.7. quæst.2. part.2. num.34.* Layman *lib.3. tr. 3. part.3. cap.1. assert.1.* Tannerus *2.2. disp.4. qu.8. dubio 50. num.101.* Lezzana *in verbo Homicidium, num.4. & in verbo Irregularitas, numer.75.* Cardinalis de Lugo *de justitia, tom.1. disput.10. sect.1. num.35.* ut de communi testantur Diana *part.3. tract.5. resolut.38. & part.6. tract.6. resol.35. & tract. 8. resolut.38. & part. 7. resolut.63.* Ghilinus *in summa, in verbo Castratio*, Megalius *in promptuario, tom.1. in verb. Eunuchus, num.2.* & novissimè P. Theophilus Raynaudus *tom.14. de Eunuchismo, cap.5. §.5. fol.515. num.4. cum seqq.*

Secun-

Secunda opinio dicit posse Patrem tuta conscientia id facere pro fine, de quo suprà, ita Salonius 2.2. q.65. artic.3. controv.2. Sayrus lib.7. Clavis Regiæ, cap.9. num.38. Trullenchius lib.5. in Decalogum, cap.3. dub.4. num.4. Tamburinus lib.6. in Decalogum, cap.20. §.3. num.4. latè Pasqualigus decis.498. & in quæstionibus Canonicis, q.100. qui alios citat.

15 Probatur primò, quia licèt nullus sit Dominus membrorum suorum, l.liber homo, ff. ad leg. Aquil. tamen ad unumquemque spectat pro bono totius corporis disponere de membris, videlicet cum est pro conservatione totius corporis truncare membrum; ergo etiam licitum est, pro majori bono corporis, privare corpus minori bono, atque adeo membro aliquo, sed majus bonorum corporis est, sonoræ vocis conservatio, quàm testium; ergo licitum est, ob conservationem sonoræ vocis eos abscindere, tum quia pertinet ad unumquemque habere curam proprii corporis, S.Thom. 2.2. q.15. art.1. in corpore; ergo cum singula membra sint instituta, ut sint propter totum, & propter bonum, & per sectionem ipsius debet quis disponere de ipsis membris, secundùm quod expedit toti, quare cum totum melius se habeat cum membro nobili, & quod magis in-
16 servit, quàm cum minus nobili, & minus inserviente, expedit toti, ut minus inserviens pereat, & conservetur magis inserviens, non solum absolutè, sed etiam in eo statu, in quo possit inservire, & hoc dictat ipsa ratio naturalis, unde si manus arefiat, nisi aliquis digitus abscinderetur, exigeret bonum totius, digitum abscindi, ne tota manus arefiat.

17 Probatur secundò, quia castratio elevat castratum ad majorem dignitatem, & excellentiam inter cæteros, & personam alioquin obscuris ortam natalibus, sive ob suavis vocis præstantiam, sive ob Regiarum fœminarum custodiam, ad nobilem elevat statum, tribuitque illi Principum, & nobilium familiaritatem, & benevolentiam, atque ab omnibus honorari, nobilemque victum, ac divitias suppeditat, unde eximia semper fuit apud Principes Eunuchorum munera, & ministeria, quorum octo refert Pererius in Genesi, c.37. dub.9. n.11. Primò, fuerunt Regis Consiliarii. Secundò, custodes Reginæ. Tertiò, custodes corporis Regis, ac Janitores Palatii, ut in libris Esther cap.1. & 2. Quartò, erant Præfecti cubiculi Principis, Iudith cap.10.
18 Quintò, erant Thesaurarii Principum, Actorum cap.8. Sextò, erant Duces Belli, Hieremiæ cap.52. Genesi c.37. juxta latinam linguam, Diodorus Siculus lib.16. Joseph lib.11. Antiquitatum. Septimò, fuerunt custodes fidelissimi Regis, Xenophonte lib.7. de Historia Cyri. Octavò, erant puerorum custodes, educatores, ac primarum litterarum, & disciplinarum Doctores; ergo Eunuchismus est, qui elevat pauperes, ut sedeant cum Principibus, & solum gloriæ teneant; ergo majorem confert excellentiam corpori, abscissio testium, quàm virilitas: nam honor est testificatio excellentiæ Aristot. lib.8. Ethicorum, cap.8. Sanctus Thomas 2.2. q.103. art.1. in corpore; ergo rectè administrationem confert maximè Eunuchismus.

19 Probatur tertiò, quia si sumus in casu, in quo, vel est adhibenda castratio necessariò, vel est depravandum organum vocis, ut non possit amplius inservire pro illo genere vocis, vulgò (soprano) quod in Musica maximè fit, & sine eo non potest esse perfecta Musica; ergo videamus quid sit præferendum: nam quod redundat in minus bonum, cedit majori bono, sed majus bonum est conservare organum vocis, quàm virilia conservare, ut benè Pasqualigus q.100. num.4. quia illud est magis bonum, quod magis perficit totum, & redundat in majorem utilitatem ipsius, ratione cujus plus existimatur, & in digniori statu constituitur, qui conservat organum vocis castratus, quàm si non esset castratus, & non conservaret vocem. Probatur quia honor est testificatio excellentiæ, ut cum Aristot. 8. Ethicorum, cap.8. docet S. Thomas 2. 2. q.103. artic.1. in corpore, dum plus honoris exhibetur conservari vocem, quàm si non conservet; ergo castratio ordinatur ad conservandum bonum vocis, & sic bonum totius in statu quodam excellentiæ, sine qua non potest conservari; ergo ordinans castrationem in bonum finem utiliter gerit negotium totius, præsertim cum plurimum emolumenti accedat, & quòd Mu-
20 sica non deroget nobilitati, ex quo est ars liberalis: nam fundatur in proportione, & proportio nobilitate; ergo si nullus in arte prædicta erit abusus, non derogabit nobilitati, Tiraquellus de nobilit. cap.34. num.10. & miror de Constantino Casaro, qui lib.1. q.6. numer.27. in Parergon 21
Musicos illos, qui resciffis testibus, ut vocem conservent, Musicæ se tradunt, ponere illos inter despicabiles artifices, & non esse homines, quæ res indigna sibi visa fuisset, si musicæ essentiam cognovisset, quando diis cura erat de musica, Horatius secunda Epistola, & etiam Dæmones musicæ concentu conquiescunt, & David Cithara sua quantum torquebat Saulem spiritu Diabolico oppressum, & musicæ 22
originem cœlestem esse scripsit Rodiginus lib. 9. cap. 1. estque ars liberalis consummatissima, & inter Mathe- 23
maticas scientias numeratur, cujus cantu, operantium mitigatur labor, & antiquitus turpe enumerabatur, litteras, & musicam ignorare, quod Themistocli accidit, & Socrates Senes instrui Lyra non erubuit, & 24
à sanctis Patribus musica fuit adhibita in divinis laudibus, plura in laudes musicæ refert Episcopus Maranta part.3. responso 52.

Probatur secundò, quia ex duobus malis, minus est eligendum, 25
cap. duo mala, 3. dist. & hoc non solum in malis culpæ, sed etiam in malis pœnæ, aliisque omnibus est intelligendum, ut docet Sanchez lib.2. de matrim. disp.39. n. 12. Sotus lib.6. de justitia, q.1. art.5. Henriquez in summa, lib.10. cap.6. §.7. & alibi plures refert Acugna in dict. cap. duo mala, ubi Barbosa n.8. ergo cum sumus in casu, in quo ex necessitate alterum ex duobus malis subeundum est, nempe aut depravatio organi vocis, aut secatio, sive castratio secundùm rectam rationem minus malum præferendum est, at minus malum est carere testiculis, supposita electione status, quam supposita sonora voce, ratione cujus, qui inter excellentes viros commoratur habere organum deputatum, ratione cujus vox illa deperditur.

Probatur quintò, quia quilibet ordinatur ad communi- 26
tatem, sicuti pars ad totum, & sic ad bonum ipsius intendit, S. Thomas 2.2. q.61. art.2. in corpore, & art.50. & propter utilitatem totius, ait S.Thom. licitum est occidere, vel mutilare hominem, S.Thom. ubi suprà, quæst.65. art.1. ergo cum pars sit propter bonum totius, ordinare partes ad eundem statum ipsius, erit secundùm rectam rationem, atque ad licitam, sed quando quis castratur ob vocem conservandam, pars ordinatur ad bonum totius, quia non solum ordinatur castratio, ad commodum castrati, sed etiam ipse ordinatur ad bonum communitatis, sed ab bonum communitatis pertinet, quod in ipsa sit musica secundùm omnes suas partes, cum inserviat non solum ad sublevandos ani- 27
mos, & moderandos affectus, unde Plutarchus de superstitione ex mente Platonis dixerat, ut per ipsam, animum circuitiones turbulentas, & vagæ in ordine redigi possunt, sed etiam Ecclesiæ pro divino Cultu, unde sublata musica, pars non exigua cultus subtraheretur, & sublatis vocibus vulgò, (soprano,) pars melior ipsius musicæ deficeret, imò tota, 28
quia deficit forma harmonica, quæ ex pluribus vocibus, seu partibus construitur, unde si Castratus ad vocem conservandam, inservit bono totius communitatis non peccabit mortaliter.

Dices cum Diana part.6. tract.8. resol.36. qui pro sua sen- 29
tentia allegat Bonacinam disp.7. de censuris, quæst.2. punct. 2. num.34. Lezzana in summa, in verbo homicidium, num.4. & in verbo irregularitas, num.7. Thesaurus in praxi, part.2. in verbo membrorum mutilatio, cap.1. §. amplia 2. Nemo est Dominus membrorum suorum, ut notat Rotterhusius in novellis Iustin. p.12. cap.12. num.8. Gudelinus de jure noviss. lib.5. cap.17. & communiter DD. in l.liber homo, ff. de leg. Aquil. ergo solum erit licitum membrum abscindere in casu necessitatis in ordinem ad conservationem totius corporis, ut ait S. Thom. 2. 2. quæst.65. art.1. & ibi communiter DD. ergo tunc solum licebit, quando aliter toti subvenire non potest, ergo non licebit castrare se, ad vocem conservandam, quia vox non est necessaria, neque perit totum corpus, aut membrum aliquod, si non conservatur, ergo licet excellentia vocis, magnificet, & efficiat hominem gratum apud Principes, & amplam sustentationem, non potest tamen reddere licitam castrationem, quia ipsa non est necessaria.

Respondeo, quòd castratio non solum est licita, quan- 30
do est necessaria pro conservatione totius, sed etiam quando est necessaria pro conservatione alicujus boni, præstationis ejusdem totius, ut inter alios notat Lessius lib.2. de justitia, cap.9. dub.14. num.102. vers. secundo dico, causa enim, cur non est licitum interficere se ipsum, est, quia interfectio non potest ordinari ad conservandum majus bonum,

31 bonum, quia ſemper cauſat negationem, affirmatio etiam
eſt cauſa affirmationis, vel deſumitur ex Textu *in cap. ex*
parte de corpore vitiatis, ubi ſupponitur licita caſtratio ad
evitandam infirmitatem gravem, ergo cum in caſu noſtro
caſtratio ſit neceſſaria ad conſervandum in toto præſtantius
bonum, nempè organum pro ſuaviori voce, dici debet
non eſſe illicitam caſtrationem, ut benè Leſſius, & alii apud
Paſqualigum *tom.*1. *q.*100. *in fine*.
32 Neque obſtat, quòd Sacri Canones tam ſtrictè prohi-
beant caſtrationem.
Reſpondeo enim non prohibere abſolutè, ſed quando
aſſumitur, tanquam medium contra ſtimulum carnis, &
hoc etiam in odium hæreſis, quæ volebat caſtrationem eſſe
aſſumendam ex præcepto Euangelico, contra ſtimulos car-
nis, & ita intelligebant illud Matthæi 19. ſunt Eunuchi qui
ſe ipſos caſtraverunt propter Regnum Cœlorum, de qua-
33 re Epiphanius *in hæreſi* 58. & ideo videmus, quòd Sacer-
dos, qui ex juſta cauſa ſibi fecit amputari virilia, poteſt ut
priùs Sacerdotale officium exercere, *cap. ex parte il* 2. *de*
corpore vitiatis, & ſic ſi de conſilio Medicorum amputata
ſunt virilia alicui, ille non eſt irregularis, nec ejus promo-
tio, vel officium impeditur, ut poſt Henriquez, Bellettum,
& alios dicit Barboſa *in dict. cap. ex parte*, unde ſi ex conſi-
34 lio Medici, vel Chirurgi ad valetudinem conſequendam
fuerit alicui membrum præciſum, non impediens celebra-
tionem, neque producens deformitatem, non poterit
Epiſcopus illum retinere à promotione, *cap. ſi quis à medi-*
cis, cap. ſi quis per ægritudinem, cap. ſi quis in infirmitate 55.
diſt. & plura adducit Barboſa *in dict. cap. ex parte de corpore*
vitiatis il 2. *num.*2.
35 Dices ſecundò, quia majus bonum corporis eſt virilitas,
quàm ſonora vox, & tanto virilitas, vocis ſuavitati præ-
ſtat, quantum vir fœminæ, ſed caſtratus amittit virilitatem:
nam quodammodo deſinit eſſe maſculus, & degenerat in
fœmineam naturam, nam evadit omnino ejuſdem corporis
temperamento, quo fœmina ſcilicet frigido, & humido,
vocis ſonum, & qualitate fœminarum, ex Ariſtot. *proble-*
*matum ſect.*10. *quæſt.*38. 39. *&* 40. *lib.*1. *& lib.*1. *de generat.*
*Animal. cap.*2. Galenus 6. *Aphoriſm. cap.* 28. Macrobius
*lib.*7. *Saturnalium*, *cap.*7. *& cap.*10. Mercurialis *lib.*3. *var.*
*lection. cap.*20. quia abſciſſis teſtibus, deficit Eunuchis pro-
lificum ſemen; quod cum ſit calidiſſimum deſtruitur virili
calore, & à calore robur, ut dicebat Santorellus *lib.*4. *de*
natura ſanitatis, *cap.*10. & per hoc Nazianzenus *oratio-*
ne 21. *in laudem S. Athanaſii*, vocat Eunuchos mulie-
bres homines, quod dicit Baſilius *epiſt.*87.
36 Reſpondeo ad argumentum procedere, quando non ha-
beret alium finem caſtratio, niſi illum, de quo ſuprà, ſed
quando habet ab infirmitate receptum, vel cantum, nul-
lus dubitat, quin ex tali fine poſſit id fieri, ut ſuprà dixi-
mus, ex probabiliori Doctorum ſententia, qui muſicam a-
gnoverunt altiorem ſtatum, quem acquirunt, & alias ſu-
pra poſitas cauſas, & quando nulla ex eis reſultaret, ſuffi-
cit ſolus cantus pro Eccleſiis gubernandis, & fidelium ani-
mabus recreandis, de quibus ſuprà, illi verò qui ad nihil de-
37 ſerviunt, ſunt vocati per Patres fœminæ, &c. ac iſti qui ad
cantum habiles fiunt Angelis potiùs, & ſpiritibus ſublimio-
ribus comparantur, inter quod noſter Reverendus Dom.
Octavius, de quo agimus, cujus ſonora vox Principibus
38 Italiæ maximoperè ita placuit, ut honoris potiùs Cathedra-
lis Neapolitana Eccleſia gradum acquiſiſſe videatur, quàm
dedecus, & ignominiam; qui enim talia dicunt, nec de
muſica, nec de cantu, nec de Canonibus aliquid ſapiunt,
& cum noſtro D. Octavio quid dices de tot Reverendis Sa-
cerdotibus, aliiſque muſicis exiſtentibus; ubi enim, &
quibus annis Patres Oratorii ſemper venerandi Societatis
Jeſu, Patres Theatini ad ſuas Eccleſias fideles trahunt, ne-
dum Neapoli, ſed Romæ, & in tota Europa, niſi mediis
talibus Angelicis ſpiritibus, vitam ſectantur regularem,
ſub eorum S. Caſimiro congregati, non cum ſcandalo,
ſed cum exemplaritate vitæ non ordinaria vivunt, & vi-
vent, ut in Domino confidimus, nec de eis panegyricum
ſum facturus, ſed ut in Domino ſentio, ſic dico, hoc vi-
dentes per Civitatem non alium, niſi odorem ſuavitatis,
& ædificationem conceptum, de illis, qui non ad finem
cantus caſtrabantur, infame genus dixit Baſilius, ſed quid
ad nos, imò Pius IV. cum de muſica in ſacris Templis
39 ejicienda cogitaſſet, opere Joannis Preneſtini, qui Ponti-
ficio choro præerat potiùs mutata ſententia, de muſicis au-
gendis, quam ejiciendis diſpoſuit, moderato tamen caſu,
&c. ut benè Chriſellius Montagoſi *lib.*3. *ſect.*4.
Dices tertiò, cum Stephano Durante *de Ritib. Eccleſiæ*, 40
*lib.*3. *cap.*21. *n.*11. qui ait: Verum hodie dolenter refero
in Eccleſiis Muſici, qui Cantorum vice funguntur homi-
num omnium diſſolutiſſimi ſunt, adeo ut adagium Populo
dederint, muſicè vivere, hoc eſt diſſolutè, & effeminatè,
hos è choro dejici optabat Londanus *lib.*3. *Panopliæ*, *cap.*
78. at illi effeminatè vivunt, qui fœminei cantores
ſunt, & ſic non evitandi cantores, ſed ut dejiciendi evi-
tari.
Reſpondeo enim loqui Durantem de cantoribus mulie- 41
bribus uſitatis prius in Eccleſiis, qui cantores in profanis
cantilenis exercebantur, ac ſcenicos cantus proferebant,
contra quos Tertullianus ſcribit; quale eſt enim de Eccle-
ſia Dei, in Diaboli Eccleſiam tendere, de cœlis, quod
ajunt in cœnam, illas manus quas ad Dominum extuleris,
ut poſtmodum laudando hiſtrionem fatigare, indigniſſi-
mum; ergo eſt, illos, qui ad Eccleſiam Dei ædificandam
ſuo cantu, in cantilenis obſcœnis, & perſonarum obſcœ-
num in ſcenis apparere. Quod Diabolicum eſt cogitare de
noſtris muſicis, quorum prudentia ſanctimonialis vita, ac
mores omnibus Neapoli, & in toto orbe innoteſcit, qui in 42
Capellis Regiis, & ſupremorum Potentatum non in co-
mœdiis, & ſcenis Deo ſerviunt, qui ſub Caſimiro Rege
Poloniæ Sanctiſſimo, non ſub comœdiarum ſectatoribus
vivunt, qui Sacerdotes Dei, non Veneris exiſtunt, & quo-
rum vita imitanda proponitur non vituperanda, ut de no-
ſtro virtuoſo D. Octavio Gaudioſo teſtatur Neapolis, Ro-
ma, &c.
Dices quartò, obſtat illud *Sapientiæ cap.*3. *verſic.*15. & 43
ſpado, qui non operatus eſt, per manus ſuas iniquitatem,
neque cogitavit adverſus Dominum nequiſſima, quæ ver-
ba interpretatur S. Epiphanius *hæreſi* 58. & Anaſtaſius Ni-
cen. *in q.*79. in ſcripturam, id eſt, qui non admiſit id ſcelus
adverſus Dominum ſuum.
Confirmatur, quia mutilans ſe ipſum, ſuum ſcilicet cor- 44
pus deturpat, ut *in canone* 22. *Apoſtolorum*, juxta verſio-
nem Dionyſii exigui, & notat Chryſoſt. *cap.*50. ad Gala-
tas.
Reſpondeo ad argumentum, loqui Textum *Sapientiæ* 45
*cap.*3. de eo qui gratis facit ſectionem ſui ipſius, non de
eo, qui ex cauſa juſta id facit, quia tunc non eſt in jure ap-
probata, ut ob infirmitatem, &c. ſi ergo ob infirmitatem
licebit ſe caſtrari facere, cur non licebit ex cantu in ſe ipſo
conſervando, & argumentum ſumo à Gloſſa *in l. aſſiduis*,
ff. qui pot. in pign. hab. ſi vinco vincentem te, fortiùs vinco 46
te, ob præclaros honores Aulæ Regiæ, aut redditus pin-
gues in totam vitam aſſequendos, licitum eſt homini objice-
re ſe graviſſimo mortis, aut infirmitatis diuturnæ periculo,
ut plura exempla adducunt Leſſius *lib.*2. *cap.*9. *dub.*6. *num.*
36. Beccanus 2.2. *de juſtitia*, *& jure*, *q.*11. *de homicidio*, *con-*
*cluſ.*2. Malderus 2.2. *tract.*3. *cap.*1. *dub.*19. Molfeſius *in ſum-*
ma, *tom.*1. *tract.* 11. *cap.*19. *numer.*156. Diana *part.*5. *tract.*
4. *reſol.*11. Sed ob gravamen infirmitatem lepræ imminen- 47
tem, licet ſibi teſtes abſcindere, *cap. ex parte* 2. *de corpore*
vitiatis, quod ſcripſit Mercurialis *tom.*4. *conſiliorum medi-*
cinalium, *conſil.*31. quod idem putat pro evadendis acerbiſ-
ſimis Podagræ cruciatibus: nam Eunuchi neque podagra
laborant, neque calvi fiunt, & Hippocrate *lib.*6. *Aphoriſ-*
mo 28. dummodo abſtineant à venere, à crapula, ab immo- 48
dico otio, & intemperato victu, ut ſcribit Galenus *lib.*6.
*Aphoriſm.*28. *&* 30. Denique ob languorem defectum non
repelli à ſacro Altari, & proinde licet ſe abſcindere, patet 49
ex Concilio Niceno, *canone* 1. & ex Martino Bracarenſi
*in Synodo Græc. cap.*21. de quo *in cap. ſi quis à Medicis*,
& cap. ſi quis pro ægritudine, 55. *diſt.* & licèt aliqui dicant re- 50
quiri extremum periculum mortis, tamen oppoſitum di-
cunt alii, & probabilius ſufficere gravis infirmitatis peri-
culum, etiamſi nullum ſit periculum mortis: nam in ci-
tatis juribus nulla fit mentio de periculo mortis, ut *in d. cap.*
ex parte, ubi ſatis eſt imminere periculum gravis infirmi-
tatis, quo poſito argumentor ſic, honor, & opes vincunt
mortis periculum: nam quis licitè objicit ſe mortis peri-
culo, ob honorem, & opes, ſed mortis periculum vincit ſe-
ctionem virilium; ergo honor, & opes vincunt ſectionem;
ergo licebit ſectio, & caſtratio propter illa vitanda: nam ſi
vinco vincentem te, multò magis vinco & te.
Ad confirmationem reſpondeo, poſſe ob gravem cauſam 51
& ob bona extrinſeca, ut dignitates, honores, & opes con-
ſequatur, ſe exponere gravi periculo peccandi Cajetanus
in ſum-

in summa, in verbo Periculum, Sotus *lib.5. de justitia, qu.1. artic.6.* Suarez *de pœnitentia, disp.34. sect.2. num.4.* Sanchez *in summa, lib.1. cap.8.* Navarrus *cap.1. numer.14. & in cap.negotia, de pœnit. dist.5. num.8.* Postius latè, & eruditè *in appendice, de matrim. Catholicæ cum Hæretico, cap.6.* ubi ob fortunas mulieris acquirendas licitum est matrimonium contrahi inter Catholicum cum Hæretica, & è contra, non obstante probabili periculo perversionis, ergo licebit ob opes, & dignitates magni momenti exponere se peccandi periculo, atque adeo mortis spiritualis, ergo à fortiori licebit se exponere periculo mortis corporalis, sed ad evadendum grave mortis periculum corporale, licitum est se castrare, ergo à fortiori ad opes, dignitates, & divitias magni momenti, licebit se castrare.

53 Dices quintò, sævitia, & crudelitas est, abscindere se propter quodlibet bonum extrinsecum, excepta conservatione vitæ, Innocentius I. *Epistola 4. cap.1.* Concilium Triburiense *can. 33. & in Canone qui partem 6. distinct. 55.* ergo si tanquam sævus, & crudelis ab Altari repellitur, partem cujuslibet digiti sibi abscindens, à fortiori tanquam sævus, & crudelis repellendus est ab Altari, abscindens testes, prout repellitur à Canone Apostolico 22. 23. *&* 24. & à Concilio Nicæno 1. *cap.1.* Concilio Arelatense 2. *can.7.* & refertur *in cap.4. 5. 7. & 9. distinct.55.* ergo graviter peccat, & fiunt irregulares id facientes, & talibus temporibus Conciliorum erant nume-

54 rosissimæ Spadonum greges deputatorum diversis Officiis Aulæ Regiæ, & excipitur ibi sola abscissio causa mortis evitandæ, & tamen non ignorabant Patres illorum Conciliorum, vel ad servandam vocem, vel ad custodiam fœminarum abscindi posse, & tamen voluntariam castrationem admittunt patres causare irregularitatem, & in abscissos ob fœminarum custodiam invehunt Patres, scilicet S. Basilius *lib. de vera Virginitate*, & S. Hieronymus *lib.1. contra Vigilantium*.

55 Respondeo, cum Castro Palao *tom.6. disput.6. punct.2. num.4.* cum Tamburino *in Decalogum, lib.6. cap.2. §.3. in fine*, Concilia, & Canones eum irregularem constituere, qui vel ex indignatione, vel ex motivo conservandæ castitatis se castraverit, & sic tunc membri abscissio sævitia reputatur, quando fit sine rationabili causa, quæ adest in casu nostro, vel quia elevatur quis ad altioris vitæ statum, quo casu nullam incurrit irregularitatem, & licèt tam Ethnici, quam Principes Christiani prohibuerit Eunuchismum, id tamen non est, quia id turpe esset, ut illicitum,

56 (*excepta turpitudine Eunuchorum,*) sed quia erat contra bonum Reipublicæ non nasci, quod Domitianus laudans indicat apud Martialem *lib.6. Epigrammat.2.* altera causa puniens castrantium audaciam, fuit punitio quorumdam Chirurgorum antiquorum, quæ hodie planè cessat: nam ex nonaginta vix tres fuerunt superstites, narrat Justinianus *in novella* 142. & reportat Baronius *anno* 529. *num.19.* & plures alii ad malum usum retinebantur, *l.3. §. item is, ff. ad leg. Cornel. de sicariis*, ibi, vel libidinis, vel promercii causa castrabant homines.

57 Dices sextò, ex Cardinale de Lugo *tom.1. de justitia, disput.10. sect.1. num.23.* si ad vocem conservandam liceret alicui se castrare, sequeretur, quod si Princeps, prout hodie Ginarum Rex intimos famulos elingues habere vellet, ad hunc gradum honoris assequendum, posset quis sibi licitè linguam abscindere, quo nihil absurdius dici poterit.

58 Confirmatur ex eodem Lugo, quia si liceret ob lucrum, & redditus, ac victum in totam vitam sibi comparandum se castrare, liceret à fortiori ob utilitatem spiritualem, quæ præferenda est temporali, nempè ut facilius tentationes carnis vincerentur, & securius cum mulieribus conservari posset, vel earum spiritualem curam suscipere, maximè quando lucrum temporale consequeretur castratus, sed hæc absurda sunt, & de utilitate spirituali ad vin-

59 cendas tentationes constat id fuisse damnatum à Sacris Conciliis, præsertim *in Canonibus Apostolorum 21. & 22.* & in Concilio Nicæno I. *can.1.* ergo neque licebit se castrare ad alia consequenda inferioris ordinis.

60 Respondeo ad argumentum, quod ad majoris sævitiæ maculam eruendam, major causa requiritur, at major sævitia est abscindere membrum magis necessarium, prout lingua, quàm minus necessarium, ut testes, & major sævitia est abscindere membrum omnino patens, quàm occultum, & major sævitia est abscindere mẽbrum individuo necessarium, quàm conservandæ speciei, ergo quamvis elevatio ad altiorem statum sit rationabilibus causa, excludens sævitiam, abscissionis testium, non tamen est rationabilis causa respectu linguæ.

Ad confirmationem respondeo, castrationem non esse 61
medium necessarium ad castitatem, imò nec utile, sed noxium, ob mulierum familiaritatem, ut benè S. Basilius *lib. de vera Virginitate*, Chrysostomus *ad Galatas cap.50.* & isti erant, qui favebant hæreticis, Arrianis, & Valesianis, dicentibus, neminem posse salvari, nisi seipsum castraverit propter Regnum Cœlorum, & S. Epiphanius *hæresi* 58. & S. Augustinus *de hæresibus, cap.37.* quod non est in nostris Castratis, & Eunuchis, ut infrà.

Dices septimò, obstare maximam SS. Patrum Catervam 62
condemnantem Eunuchos, ergo falsa conclusio.

Respondeo, triplici ex causa SS. Patres contra Spadones plura dixisse, & præsertim ob tres causas, unde si tres illæ causæ non contingunt, erunt immunes ab improperiis, prima causa fuit, quia per Eunuchos accepit argumentum hæresis Arriana, & propagata est, qui dicebat, homines 63
natura steriles Deum infœcundum elegisse, & procreabat sibi consubstantialem filium, ut ait Sanctus Athanasius *in Epistola ad solitarios*; Secunda causa fuit, quia plurimi, ut immodica mulierum consuetudine uterentur, se castrabant, ut de Leontio Episcopo Arriano, ut liberè cum Eustolia Virgine dormiret, revera muliere, & ipse se castravit, ut scribit sanctus Athanasius *Epistola ad Solitarios*, Socrates *lib.2. cap.11.* & sanctus Basilius *lib. de vera Virginitate*; Tertia, quia plurimi sanctum Euangelium infantes, & infidelium risui exponentes, se castrabant propter Regnum Cœlorum, ut narrat Baronius *anno* 230. *num.3.* & fuit hæresis Vallesiorum, ut ait S. Epiphanius *hæresi* 58. & de origine narrat Eusebius *lib.6. cap. 7. & 17.* & Baronius *anno* 208. *§.1. & 2.* & dum sanctus Basilius *lib. de vera Virginitate*, (*Spadones*, ait, *ardentius inflammari libidine, & ad concubitum impatientissimè ferri,*) dico loqui de aliquibus, qui tales erant: nam 64
Principes castissimi, & purissimi, non eos proposuissent Custodes suarum fœminarum, quare si aliqui Spadones tales erant, hoc manifestè concludit ad favorem castitatis, quasi rarum, & portentosum Eunuchi fuisse mœchum, ut Martialis *lib.6. Epigramm. 2.* & sic loquitur sanctus Augustinus *lib.6. contra Iulianum Pelagianum, cap. 14.* & patet, quòd fœminæ sunt pudicæ, quia frigidæ sunt naturæ, at Spadones in fœminas transeunt, ergo frigidi, & pudici, ergo communiter casti, & pudici sunt Spadones, ex Arist. *sect.10. problem.38. 39. & 40. & lib.1. de generat. animalium, c.20.* & Galenus *lib.6. Aphorismo 28.*

Dices octavò, Eunuchus semivir, muliebris, homo 65
vir, & non vir appellatur; ergo, &c.

Respondeo Eunuchum utriusque sexus prærogativis gaudere; sortitur enim virilem animum, & mulierum pulchritudinem, & amabilitatem, quare spadones à Viris honestissimis, & fœminis pudicissimis, intensissimè, & purè diligebantur, & apud Principes, & nobiles semper fuerunt in honore, Herodotus *lib.8.* si paucos excipias.

Dices nonò, spadonis vox est inquinata dicit Valerius 66
Maximus *lib.7. cap.7.*

Respondeo vocem esse suavem, & Angelicam ad cœlestium contemplationem cogere, quod testantur Ædes sacræ, quæ ingentem Populi multitudinem hac voce ad divinas laudes invitant, & ad propugnandam Eunuchorum ca- 67
stitatem accedit, quod legimus de Daniele, qui propter virginalem oris verecundiam, totumque honestatis habitum composuit, & ab Hebræis Eunuchus appellabatur, ut scribunt Dionysius, Lyranus, & Abulensis *lib.4. Regum cap. 20. q.34.* Pereyra, Maldonatus, & Pintus, quos citat, & sequitur Sanctius *in Danielem prolegomeno 2.* quamvis re vera spado non fuerit Daniel, ut tradit Epiphanius *in vita Danielis, Dorothea in synop.* & hoc est, quod apud Athe- 68
nienses, ut castrati sacra peragerent sorbitione cicutæ se castrabant Petr. Crinitus *lib.9. de honesta disciplina, cap.10.* Petrus Gregorius *lib.7. syntag. c.20. n.25.* Langius *de Ægypti Sacerdotibus, lib.1. epist.69.*

Dices decimò, Eunuchi habent imminutum, & infi- 69
mum ingenium, ad notata per Claudianum *lib.1. in Eutropium*, & informe genus Eunuchorum exclamat Anastasius Nicenus *q.79. in scripturam*, & S. Basilius *epist.87.* & propterea arcebantur ab altari Deuteronomii *c.20.* ergo non protegendi, sed ejiciendi sunt.

70 Respondeo Eunuchorum egregia commemorare facinora, & panegyricum pro illis tenere, & plures eorum insignes virtutes recenset Nicolaus Lorinus *in acta Apostolica, c.8.* & Basilii dictum de infami Eunuchorum genere, intelligitur de illis infamibus Eunuchis defensoribus Arrianæ hæresis, ut ait idem Eusebius *de vera virginitate*, & Anastasius *ad solitarios, & Deut.* arcentur ab Ecclesia illi, qui sine causa, ut mulierum turpi congressu liberè potiantur, se ipsos abscindebant, ut fecit Leont. Baron. *anno* 325.§.146.

71 Severinus Ricc. *in notis ad Concilium Nicænum, can.*1. & si dicas Constantinum, & Theodosium Eunuchos privasse cunctis bonis. Respondeo intelligi de illis, qui favebant hæresi Arrianæ, ut suprà dixi, alias infiniti Principes hos tales Eunuchos gloriabantur apud se habere, & licet à militia leges Eunuchos arcebant, tamen Cyrus refert apud Xenophontem *lib.7. Cyropædiæ* nullos milites sui corporis custodes magis fideles, quàm Eunuchos censuisse, addens præclarissimum Eunuchorum elogium.

72 Nostris ergo Eunuchis, Castratis, & Spadonibus, qui scenicos cantus aufugiunt, sunt venerandi, & à nulllo prohibentur ordine, & scimus plures, quod unus ex istis, ut non ascenderet semel in scenam, voluit amittere ducatos quadraginta annuos ut semel in scena appareret, & gaudet Neapolis Musicarum Congregatione sub Auspiciis PP. Piarum operariorum, in qua, inter cætera, ibi sancita illa est, ut Musicus in scena deprehensus, ab omnibus, ut Ethnicus, & Publicanus evitetur, nec ad divinas laudes recitandas, cum eo cæteri conveniunt.

73 Ergo colligitur Patrem non peccare mortaliter filium castrantem ad finem cantus, vel aliam causam, de quibus.

74 Circa secundam verò partem an peccet filius consentiens castrationi, & infertur ex dictis filium consentientem castrationi ad vocem conservandam, non esse irregularem, ita Castrus Palaus *tom.6. disp.6. puncto 2. n.4.* Tamburin. *in Decalogum, fol.6. c.2.* §.3. Pellizzarius *in manuali reg. tom.2. cap.5. sect.2. n.*641. & ita plures apud Dianam *part.4. tract.* 5. *resol.*38. *& part.4. tract.*13. *resol.*11. & sanè probatur,

75 quia talis est irregularitas, quæ provenit ex delicto: nam *in canone* 22. *Apostolorum*, de quo *in d. cap. si quis abscindit*, 55. *dist.* dicitur irregularitas ex delicto, ut omnes faten-

76 tur, Molina *tom.4. tract.3. disp.70. num.16.* Avila *part.7. disp.3. dub.1.* sed irregularitas ex delicto non incurritur sine peccato mortali, ut latè Vasq. *tom.2. disp.*158. *c.*1. Diana *p.2. tract.16. resol.18. & part.4. tract.4. resol.41.* sed castratio fit sine ullo peccato mortali, ut supra diximus, ex communiori opinione Doctores, ad conservandam vocem, &c. ergo consentiens actui licito, nullum peccatum incurrit, neque irregularitatem.

77 Infertur secundò, filium proximum infantiæ, si consentiat se castrari, non incurrere irregularitatem, patet quia infans castrari se faciens, non incurrit irregularitatem, ex *cap.3. de corpore vitiatis*; ergo neque proximus infantiæ, scilicet decem annorum cum dimidio, ex Glossa, Bartolo, & aliis *in l. Pupillum, ff. de reg. jur.* quia sicut infans, ita proximus infantiæ non tenetur ad pœnam delicti, Gloss. *in leg. impuberem, ff. de furtis*, Gomez. *tom.1. variar. cap.1. num.*57. & probat Textus *in* §. *Pupillus, instit. de inutilibus stipulationibus*; ergo non fit irregularis petens castrari in diebus illis.

78 Neque dicas, quòd repleto septennio, puer infantiæ proximus, incurrit irregularitatem, ut ex *Clementina si furiosus, de homicidio*, Sanchez *in summa lib.1. cap.12. nu.8.* Avila *part.7. de censuris, disp.6. sect.1. dub.*14. Layman *lib. 1. tit.4. c.10. nu.7.* ergo etiam consentiens se ipsum castrari incurrit irregularitatem.

Respondeo enim differre castrationem ab homicidio, quia ille naturali lumine proximus cognoscit homicidium esse peccatum, hoc verò de castratione nequaquam; non enim ex primis principiis, sed per multæ illationes peccatum esse probatur, se castrare cognoscit: quare in jure non præsumitur in puero infantiæ proximo, ejus peccati cognitio.

79 Infertur tertiò, quod si Episcopo constet aliquem consensisse castrationi, ex doctissimorum Virorum consensu, putantem esse licitum, poterit Episcopus sine dispensatione ordinare, quia operans ex consilio piorum, atque Doctorum Virorum, non incurrit irregularitatem, Tiraquellus *de pœnis temperandis causa* 51. *num.*108. Menochius *de arbitrariis casu* 177. *num.*3. & si Eunuchus id dixerit se ex consilio piorum, ac Doctorum Virorum consensisse castrationi, atque non peccare; poterit Eunucho credi, si sit spectatæ fidei, & timoratæ conscientiæ *in leg. proponendum*, §. *sin autem*, *num.*10. *Cod. de judic.* ubi ait, quod si litigans sit persona valdè honesta excusatur ab expensis, quia non præsumitur eum temerè, & per calumniam litigasse; ergo à pari Eunucho spectatæ fidei non præsumitur mentiri Episcopo, & cum irregularitate suscipere ordines, & hoc posito quod esset irregularis castratus quod non est, *ut suprà*, dicebamus. 80

DISCEPTATIO CCXXIII.

SUMMARIUM.

1 *Testamenti factio Eunuchis, Spadonibus, & Castratis, cur antiquitus prohibeatur.*
2 *Cubicularii Imperatoris eligebantur antiquitus Eunuchi.*
3 *Eunuchi nomen, est nomen officii, non vitii.*
4 *Eunuchi nomen in lingua Chaldæa quid significet.*
5 *Eunuchi dicuntur quamvis non sint exsecti.*
6 *Eunuchi secundùm Lyranum sunt Custodes cubiculi.*
7 *Textus in l. sed est quæsitum 6. de liber. & posthum. adducitur, & explicatur.*
8 *Spadonis nomen comprehendit omne Eunuchorum genus.*
9 *Spadones possunt matrimonium contrahere.*
10 *Castrati qualiter, & quomodo dicantur, & non possunt contrahere matrimonium.*
11 *Spado posthumum suum potest instituere.*
12 *Castratus posthumum suum, instituere non potest.*
13 *Textus in l.5. Cod. de Eunuchis, adducitur, & explicatur.*
14 *Differentia inter Castratum, & Spadonem, adducitur circa institutionem hæredis.*
15 *Licentia faciendi hæredem, vel trium liberorum venia qualiter concedebatur antiquitus.*
16 *Proculi dispositio qualiter erat antiquitus in materia.*
17 *Textus in l. 1. §. aliud, ff. de adoption. adducitur.*
18 *Formula condendi testamentum quibus verbis concipebatur antiquitus.*
19 *Facultas condendi testamenta pluribus in casibus fuit restricta.*
20 *Facultas testandi cur fuit limitata in castrato.*
21 *Ex testamento recipere magnus honor existimabatur antiquitus.*
22 *Castratio habebat vim mortis in condemnationibus antiquitus.*
23 *Eunuchorum fides maxima apud Principes.*

An Eunuchi, Spadones, & Castrati possint facere testamenta, & ab intestato succedere?

INter alia, quæ contra Eunuchos solent nonnulli dicere, unum est quod isti inter alias infamiæ notas testari, vel capere ex testamento non possint, non ut ridiculè dixit Glossa, quod in testamento requiruntur testes, sed Eunuchi non habent testes, ergo: ridiculè potiùs arguendo à testimoniis ad testes unicum instrumentum generationis, & sic isti DD. habentes Eunuchos in quadam secta, ut refert Epiphanius *hæresi* 58. cujus sectæ author fuit Origenes, teste Eusebio apud Baronium *tom.3. anno Christi* 250. *n.*50. Amaja *lib.3. var. cap.6. num.9.* & ex dicta secta eligebantur Cubicularii Imperatoris, ut apud Turcas hodie moris est, & antiquitus id dixit Nazianzenus, & Athanasius, Socrates, & alii apud Baronium *to.5. anno* 399. & ex hac ratione fuit concessum à Constantio facere testamentum sicuti servi ob sacri cubiculi honorem, exemplo omnium possunt testari, ut benè Antonius Augustinus *lib.* 3. *emendationum*, *cap.*50. Osualdus *lib.6. Donelli*, *cap.*50. *litt.P*, quia licèt castratos Cubicularios Imperatores in usu habuisse dicant omnes, tamen aliquando Eunuchus est magis nomen officii, quàm vitii, *Genesis* 37. & 39. Idest Regii Cubiculi custos, & Princeps Aulæ, & in lingua Chaldæa vertitur Rabba, id est Princeps, Satrapa, &c. Pater Cornel. à Lapide *in Genesi*, *cap.*37. *vers.*36. ubi Pererius *disp.9.* Martinus del Rio *ad Senecam*, Petrus

Petrus Gregorius *Syntagmatum lib.1. cap.32.* sic Daniel ,
5 & ejus socii Eunuchi vocantur, quamvis non fuerint exsecti, ut benè Maldonatus, & alii apud Cornelium à Lapide *cap.1. Danielis, versic.3.* Gaspar Lancius *in Prolegomenon ad eum, cap.2. num.8.* & ideo Eunuchus juxta Syriacam linguam, interpretatur Præpositus, vel lecti Custos Lyranus *in Acta Apostolica, cap.8. versic.* 17. fuit
6 autem prohibita ex responsis prudentum , facultas testandi Eunuchis , quia Romani semper ad prolem procreandam maximum habebant studium , quod non solum à lege Julia , & Pappia fuit introductum , sed ex aliis ad nomina Eunuchorum, ut benè Amaja *lib.3. cap. 6.num.26.* & per hoc fuit denegata Eunuchis facultas testandi.

7 Sed obstat Textus Ulpiani *in l. sed est quæsitum 6. ff. de liber. & posthum.* ubi supponit tanquam certum, Spadonem, & Eunuchum potuisse facere testamentum, quia tradit posse Spadonem ex se nasciturum posthumum instituere, & posse gravare , castratum verò non posse , quia in eis aptitudo generandi non est, ergo intelligitur , non fuisse dubitatum, an castrati potuissent testari , de quo quæstio nulla , imò certum erat per *l. quartam , ff. de testament.* sed erat dubium an possent posthumum instituere, alias enim potuisset aliquis dicere cum Textu *ad l. sextam*, castratus olim poterat facere testamentum, non tamen cæterorum exemplo, sed diversimodè, scilicet cum 18. annum attigerit, juxta Pauli doctrinam *lib.4. Sententiarum, titul.4. §.2.* quod remittitur per Textum adductum ab Amaja *lib.4. num.* 70. pro hujus Textus solutione.

8 Suppono cum Alciato *in dict. l. Spadonum* 128. *de verb. signific.* Antonio de Augustino *lib.3. cap.50.* cum Petro Gregorio *lib.7. cap.20. n.27.* Caldas Pereyra *de renovatione emphyteusis, qu.14. à num.24.* Merillo *lib.1. observat. cap. 25.* Morla *in emporio, tit. de legibus, quæst.11. n.27.* nomen Spadonis esse generale, quod comprehendit omne Eunuchorum genus, & Thelesias, quibus testes sunt fracti, & Thilibias, qui attritos eos habent, *l. Spadonum 128. ff. de verb. significat. l. hi quoque ad leg. Corneliam, de sicariis*, & castratos quibus abscissa est ea pars corporis, necnon eorum Spadones, qui membris quidem sunt integris, & incorruptis, sed naturæ vitio quodam infecti, ut ait Theophilus *in §. & illud, instit. de adoption.* generare non possunt, ea ratione tradita à Galeno *de usu partium, lib.15.* & à Barbosa *in l. prima, ff. solut. matrimon. part.1. num.*
9 91. verum vel ex Dei beneficio, aut naturæ in dies vires sumentes indulto, aut medicinæ arte, potest hoc vitium infœcundi seminis tolli, & hic potest matrimonium contrahere, ut *in d. l.6. & in l. si servum 39. §. spadoni, ff. de jure dotium, l. Alumnus 14. §. de matrimonio, viri cum infecto, l.2. §. illud, l. abrogata 40. §. finali, ff. de adoption.* Caldas *q.14. num.27. & seq.* verum vel ex Dei beneficio, aut medicinæ arte, potest hoc vitium infœcundi seminis auferri , & hic posset matrimonium contrahere, ut *in dict. l.6. & in dict. l. si servum 39. §. spadoni , ff. de jure dotium, & in leg. Alumnæ 14. §. finali, ff. de manumissis vindicta, l.2. §. illud,*
10 at verò de illis, quibus abscissa est ea pars, vel ferro diminuta, ob id castrati dicti, id est castè nati, quales sunt Eunuchi, utroque teste carentes, hi minimè contrahere poterunt, ut in dictis juribus notat Alciatus *in dict. l. spadonum, n.1. & seq.* notat Theologi cum Sanchez *lib.7. de matrim. disp.92. à num.17.* Barbosa *ubi suprà, num.92.* atque ita declaravit Sixtus V. in motu proprio edito de anno 1587. quem referunt Guttierez *lib.1. can. quæst. q.16.* Sanchez *ubi suprà n.17.*

11 Quare Textus *in d. l.6.* ubi spado potest posthumum instituere, sicut & adoptare, hoc est, quòd licitè de facili non possit generare, tamen potest contingere, ut sublato impedimento aliquando valeat, credatur facta posthumi institutio, & ita Theophilus dicebat, loquens de adoptione propter spem sanitatis, adoptionem ab eis factam valere, cui congruit Galenus *lib.15. de usu partium*, qui dicit spadones propriè dici, quibus meatus seminis contractus est, ut semen, quod in virgæ flexibus hæret ferri prorsus nequeat, & ait posse comprobari ipsa curatione : nam vinculo illo abscisso generat, & matrimonium contrahit, ut Proclus , ait , *Satyra prima , versic.* 22. ibi (*cum tener uxorem ducat spado*) & sic ex uxore nasciturum possunt spadones posthumum instituere, quia omnis masculus potest posthumum à se nasciturum instituere, sive jam maritus sit, sive nondum uxorem duxerit, *l.4. ff. de lib. & posthum.* tempore, quo conceptus, vel natus est, *l. in tempus , ff. de hæred. instit.* qui tacitam habet conditionem, si nascatur posthumus, *l.1. in fine, ff. de cond. & demonstr. l. quod in rerum 24. in princ. ff. de leg.1.* Facchineus *lib.4. controvers. cap.89. & 90.* Menoch. *lib.4. præsumpt.21.* Sichardus *in l. Gallus, in princ. num.37. & seq. ff. de liberis, & posthumis* , in jure propter spem hæreditatis sustinetur actus, qui alias non valeret *l. interced.59. l. eum qui 107. ff. de condit. & demonstrat. l. Statius Florus 48. §. finali, ff. de jure fisci*, ubi Legatum factum ei, qui postea fuit in Insulam deportatus, non est invalidum, quia potest restitui, *l.1. Cod. de sententiam passis, dict. l.4. ff. de liberis, & posthumis.*

Et ex hoc alia fuit à Paulo agitata quæstio, an castratus 12
possit posthumum sibi instituere, quæ quæstio joci causa prima facie videtur proposita, ut ait Duarenus *ad titulum, ff. de lib. & posthum. cap.3.* qui Proculum sequitur dicentem nullum esse tale testamentum, quia cum caput testamenti, sit hæredis institutio, *§. ante hæredis institutionem, de legatis*, Faber *lib.11. de conjecturis, cap.20.* Donellus *lib.6. comment. cap.11.* Petrus Gregorius *in §. in primis, num.7. de fideicomm. hæredit.* castratus, qui posthumum instituit, non videtur hæredem instituere; ergo etiam ab initio nullum , sed testari, cum certum sit per rerum naturam nasciturum non posse filium.

Sed contra, quia si Eunucho erat adempta testandi fa- 13
ctio ante *l.5. C. de Eunuchis*, cur Poculus quærit, an castratus possit postea hæredem facere posthumum.

Respondent alii, quod certum erat, Eunuchum non potuisse testari, sed erat dubium, de quo Eunucho erat dubium, & quæstio intelligenda, & quis Eunuchus censeretur prohibitus, an castratus ob lasciviam, vel necessitatem , vel ob sterilitatem, quia non posset facilè generare, vel quia impotens esset, vel quia incapax, vel quia cum uno teste natus, *l. qui cum uno 4. ff. de militari, l.6. Cod. de ædil. edict.* unde illud testamentum est nullum tanquam factum à prohibito . Quod exemplo confirmatur , quia Prætor concedit bonorum possessionem scriptis hæredibus etiam ex illo testamento, in quo filius est præteritus , & solum inspicit figuram testamenti, ut ad multorum jurium explicationem observat Picchardus *in primo principio institutionum , de exhæred. lib. numer.37.* ita *in l. filio 17. ff. de injusto rupto*, tamen ex æquitate *l. fin.* sustinetur, si filius præteritus non contradixerit, ut ex *l. intelligentia* , explicat Faber *decade 13. errore 3.* Mantica *de conjecturis, cap.19. & lib.4. cap.14.* Osualdus ad Donellum *lib.6. cap.13.* Costa *in dict. l. Gallus, §. & quid si tantum, num.77. ff. de lib. & posthum.* Cujacius *lib.5. responsorum Papiniani , in d. l.17.* & facit Textus *in l.4. Cod. eodem titulo, & in leg. sancimus 17. Cod. de testamentis , l. qui ex liberis 11. §. testamentum, Cod. de bonorum possess. secundum Tabulas* ; ergo voluit testamentum de facto, cum illud vitium fuisset intrinsecum , ut cerni facilè non possit, quod colligitur ex Svetonio in Claudium, *cap.16.* Valerius Maximus *lib.7. c.7.* plura alia loca, ubi valuit institutio Eunuchi de facto, sed postquam compertum est Eunuchum esse à Prætore repulsus est.

Quare Proculi dubitatio fuit, an illa spes, quam in spado- 14
ne admiserunt Castius, & Labeo, esset admittenda etiam in castrato, itaut & propter eam testari possit, & respondet Proculus, quin cum castratus esset, nec poterat instituere, quia sterilitas erat impedimento, utpotè deficiente aptitudine generandi, quæ in spadone admittitur, propter quam spado posthumum potest instituere, & matrimonium contrahere non prohibetur, *d. l. si servus 39. §.1. ff. de jure dotium*, hoc autem in castrato non invenitur, cum ipse privatus sit aptitudine illa, & impedimentum non sit temporale, & per castrationem impeditur testari , & propterea Ulpianus non adduxit impedimentum sterilitatis , sed solum dixit, usum ita ferre, ut non possit posthumum instituere .

Alii addunt, textum illum procedere ex Proculo J. C. in suo Eunucho, qui cum talis esset, & consequenter non poterit testari, tamen obtinuit à Principe posse testari, quod fieri solet, dicit Palus J. C. *in l. ex facto 43. ff. de vulgari* , & Ulpianus *in l.3. §. idem, ff. de bonis liberorum* , & Imperator Justinianus *in l. si quando, in principio 31. C. de inoffic. testam. l. obsides 112. C. de testam. leg. sed & si 32. C. de jure fisci, l.4. Cod. ad sen. Cons. Turpillianum*, Gregor. Lopez *in l. Richardus, in §. finali, ff. quibus manumitt.*

Et *in l.2. §. si quis a Principe , ff. ne quid in loco publico* , 15

Connanus *lib.2. cap.* 12. qui post duas rationes fuerunt apud Imperatores frequentissimi usus legem Papiam orbis, & cœlibus jus trium liberorum petere consueverant, ut à tutela excusarentur, ut *in princ. instit. de excusat. tutor.* & ut in albo Decurionum exæquarentur Pater orbus filios habens, *l. in albo* 10. *Cod. de Decurionibus*, *lib.*10. ut possent solidum capere in hæreditate, vel legato, hæredes scribi, & pluribus in locis de talibus privilegiis fit mentio, de quibus Rodericus ad Martialem *lib.* 2. *Epigrammate* 6. Ramirez *ibidem*, *Epigrammat.*91. Duarenus *lib.* 1. *disput. cap.* 40. Gotifredus *in l.* 1. *Cod. de jure deliberandi*, ergo poterit castratus facere testamentum, sed an posthumum potuisset instituere quæstio fuit, & videbatur, quòd sic, posita Principis indulgentia, cum beneficia Principum latissimam habeant interpretationem, *l.*3. *ff. de Constit. Principum*, *cap. cum dilectus* 6. *de donat.* ubi Equinarius Baro, Antonius Faber *jurisprudentia*, *tit.* 2. *princ.* 8. *illatione* 1. Morla *in emporio*, *tit.* 8. *quæst.*1. Sanchez *lib.*8. *de matrim. disp.*1. *nu.*4. Duarenus *ad titulum*, *de Constit. cap.*3. sed hoc non obstante, Paulus ait, castratum non posse ex se instituere posthumum nasciturum, quia dum Princeps concedit licentiam testandi non vult evertere jura testandi, sed ei dare factionem testamenti, qui aliqualem habet facultatem, ut declarat Covar. *lib.*3. *var. cap.*6. *num.*6. Pinellus *in rubrica*, *Cod. de rescind. vendit. part.*1. *cap.*2. *num.*8. Mendoza *de pactis*, *lib.*1. *cap.*
16 5. *num.*45. *cum seqq.* ergo cum semper Lex imitetur naturam, impossibile est castratum generare posse, rectè Proculus dixit, castratum non posse posthumum instituere, etiamsi à Principe jus condendi testamentum habuerit, Neque dicas, Proculum non debuisse de hoc disputare, quia dispensatio legum, quæ fit à Principe censetur impossibilis, & apud Sanchez *lib.*5. *disp.*5. *numer.*3. & 22. ex *l. cum servus* 39. aliàs est lex apud Julianum, §. *constat*, *ff. de verb.* Respondeo enim apud Imperatores tales dispensationes fuisse frequentissimas, Antonius Augustinus *de lege Papia*, *& est lex* 1. *C. de jure liberorum*, & Ulpianus *in fragmentis*, *tit.*6. §.20. & §. *postea*, *instit. de sen. Consf. Tertullian.* ergo potuisset Spado hæredem facere posthumum suum, sed non castratum cum Principis licentia, ut benè Amaja *lib.*3. *cap.*6 *n.*82. *in fine*.

17 Ex quibus infertur primò, (posita differentia inter Castratum, & Spadonem,) ad intelligentiam Textus Caji *in l.*1. §. *aliud*, *ff. de adoptionibus*, & *lib.*1. *instit. tit.*5. §. *Spadonis*, & Justiniani *in* §. *sed illum eodem titulo*, ubi habetur Spadones, qui non possunt generare per naturam, posse adoptare, non verò, castratus, quod confirmat Modestinus *in l. abrogato* 40. §. *finali*, *ff. eodem*, tum quia adoptio imitatur naturam, *l. adoptio*, *ff. de adopt.* §. *minorem natu inst. eodem titulo*, & dicitur adoptio naturæ imago, & similitudo quædam, Mercurius *lib.*1. *comm. opin. c.*8. Antonius Faber *in juris prudentia princ.* 4. *illatione ultima*, sequitur ergo, quòd Spadones non possunt adoptare, quia non possunt generare, non enim plus esse potest in fictione, quàm in veritate, *l. filium quem Pater* 23. *ff. de lib. & posthum. l. fideicommissum* 76. *ff. de condition. & demonstrat.* quod non putant adversari Duarenus *ad titulum de adoptionibus*, *cap.*9. Connanus *lib.*2. *comment. cap.*15. *num.*9. qui per hoc dicunt, nullam fuisse causam, cur aliud in Spadonibus, quàm in castratis, tu verò dicas cum Balduino *in* §. *sed illud*, cum Antonio Fabro *in jurisprudentia illat.*3. & cum Pacio *controv.*1. *quæst.*32. Caldas *de nom. emphyteusis*, *quæst.*14. *numer.*18. loquutos fuisse Justinianum, & Cajum de Spadone, qui non potest generare, non propter impedimentum naturæ, & perpetuum, sed temporale, & accidentale, quia in adoptione requiritur potentia, quæ quandoque possit ad actum deduci, quo naturale vitium nocere plus debet, quàm accidentale, *l. si quis posthumus in principio*, *ff. de lib. & posth.* quod colligitur ex *l. Pomponius* 6. *ff. de ædil. edicto*, ubi dicit Spadonem morbosum non esse, sicut ille, qui unum habet testiculum, quoniam generare potest, Imperator tamen Leo *in novella* 26. permisit castratis adoptare, de qua re Amaja *lib.*3. *cap.*6. *n.*86.

18 Infertur secundò, formulam, & facultatem condendi testamentum fuisse expositam *in l. verbis legis* 120. *ff. de verb. signif. & in l.*1. *ff. ad leg. falcid. & in fragm.* §.14. *ad l.* 12. *tab. tit.*19. Cujac. & alii *in d. l.*120. *ff. de verb. signif.* P. Faber *lib.*3. *semestrium*, *c.*24. Donell. *lib.*8. *comm. c.*1. Balduin. *ad leges Romuli*, *c.*26. Everard. *ad easdem*, *c.*18. Pichar. *de mora*, *num.*102. & *de lege falcidia in principio*, Sigonius *de jure antiquo Romano*, *cap.*11. talem verò potestatem amplissimam à principio factam, fuisse deinde restrictam, & 19
limitatam, vel legum, vel auctoritate jura constituentium, veluti lege Vaconia, Falcidia, Furia, Ælia, Sentia, & similibus, de quibus Ulpianus *in fragmentis*, *tit.*1. & 18. ut ait Justin. *instit. quibus non est permissum facere testamentum*, Connanus *lib.*2. *comment. cap.*50. Cujacius *in fragmentis Ulpiani*, *tit.*1. §. *penult.* Antonius Faber *in jurisprudentia*, *tit.*5. *princip.*1. *illat.*7. & *tit.*6. *princ.*8. Donellus *lib.* 8. *cap.*32. ubi Osualdus *cap.*15. & *lib.*9. *c.*20. *litt. B*, & authoritate J. Consultorum Pichardus *ad tit. de inoffic. testam. num.*10.

Ratio verò cur testandi factio concessa non fuerit, ea 20
fuit, quia genus crudelitatis est, & naturæ injuria in se ipsum velle desævire, & vulnus sauciato geminare, argumento *l. eum de mentis* 19. *C. de Episcop. Audientia*, *l. omnes* 32. §. *præterea*, *C. de Episcopis*, & *Clericis*, *l. omnes* 13. *C. de pœnis*, *l. Divus*, *ff. de offic. Præsid. c. potuit de Clerico ægrotante*, Cassiod. *lib.*2. *Epist.*22. & *lib.*4. *Epist.*7. cum multi possint effici Spadones, aut propter infirmitatem, aut vim illatam, quod semper magis judicandum est, vel ob aliquam futuram causam, vel quia ita nati sunt, quo casu lex videretur accusare naturam, cur integrum hominem non producit, ut in alio proposito dicit Justinianus *in l.*4. *C. de liberis præteritis*, & in illis crimen proprium nullum fuit, quod tamen supplicio dignum fuisse, ut circa facultatem adoptandi Eunuchis concedendam, ait Imperator Leo *novella* 26.

Infertur tertiò, quod cum in alio testamento capere 21
olim haberetur in maximo honore, quamvis modicum haberetur emolumentum, *l. Julianus* 16. ibi, (honore proprio omisso,) *ff. si quis omissa causa testamenti*, *l.*4. §. *hoc autem*, *ff. de legatis præstandis*, ubi ex Cicerone, & aliis probant Gotifredus, & Osualdus ad Donellum *lib.*6. *cap.*19. *litt. A*, Spadones tamen non potuerunt quemadmodum nec facere testamentum, ita nec ex eo capere, Valerius Maximus *lib.*7. *cap.*7. sic cum honor esset maximus cum testamento decedere, *l. Pater* 28. *ff. de rebus authoritate judicis possidendis*, §.1. *instit. manumittere non licet*, *l. & quibus*, *ff. de in integrum restitut.* hic honor Eunuchis fuit denegatus, ut benè Amaja *lib.*3. *Observationum jur. cap.*6. *numer.*59.

Infertur quartò, adeo fuisse castrationem crudelissimam 22
suppliciorum genus reputatum, ut in magnis criminibus mortis vicem habuisset, Constantinopolitanos Imperatores *in l. præcipere* hanc pœnam improbant Rebellibus, ut benè Amaja *lib.*3. *cap.*6. *num.*62. ex Baronio *anno Christi* 337. *num.* 10. Ruffino *lib. Historia*, *c.* 11. non ignoro tamen multos Eunuchos fuisse Viros Doctos, Sanctos, & Martyres, inter quos Nereus, & Achilleus, ut refert Amaja *ubi suprà*, *n.*64. & Baronius *in annotationibus ad Martyrologium* 12. *Maji*, qui fuerunt puerorum custodes, & Pedagogi, ut refert Martialis *lib.*3. *epigram.* 57. & *lib.*10. *epigram.*62.

Infertur quintò, Eunuchorum fidem maximam fuisse 23
apud plures Principes, & apud Cyrum, teste Xenophonte *lib.*7. *Genesi*, *cap.*33. & 40. & apud Assuerum Esther *cap.* 1. & apud Ocham Regem Persarum, Diodorus Siculus *lib.*6. Principum Consiliarii *Esther cap.*1. & 2. Amitranus *lib.*16. unde scriptura reliquit Herodotus in Urania, apud omnes Barbaros pretiosiores fuisse Eunuchos, & cæteris honorabiliores, cui consonat Ulpianus *in l.*27. & *si puerum*, *ff. ad l. Aquil.* ubi ait pretiosiorem per castrationem fuisse factum puerum, quod etiam Plinius dixit *lib.*21. *cap.*4. apud Persas repertos fuisse Eunuchos, qui apud Reges plurimum habuerunt auctoritatis, & Tacitus *anno* 6. scribit, non despectum nomen Eunuchorum apud Barbaros, ubique potentiam habuisse; fuit enim æquum, & congruum ne tantis injuriis Eunuchi affligerentur.

DISCEPTATIO CCXXIV.

SUMMARIUM.

1 *Eunuchi inhabiles semper fuerunt ad matrimonium contrahendum.*
2 *Seminis veri si dubium sit, necnon de vero teste non potest contrahi matrimonium.*
3 *Dubio posito de impedimento naturali non valet matrimonium, secus verò de impedimento Ecclesiastico.*
4 *Sixtus V. de anno 1587. prohibuit matrimonium Eunuchorum, &c.*
5 *Eunuchos contraxisse matrimonia antiquitus quomodo intelligatur.*
6 *Dubio posito de semine Eunuchi, si contrahat matrimonium, plures inconvenientiæ nascuntur.*
7 *Eunuchi pluribus modis dicebantur antiquitus.*
8 *Aristotelis socer fuit Eunuchus, & inter Deos reputatus.*
9 *Pater Theophilus Rainaudus de Eunuchismo dicit ante Bullam Sixti V. Eunuchos contraxisse matrimonia, sed errat: nam illi erant Eunuchi ex officio, non à natura.*
10 *Eunuchismi impedimentum allegans pro invaliditate matrimonii, fundatam habet intentionem in utroque foro.*
11 *Monachus quidam ex imperitia non bene exsectus contraxit matrimonium, & quid de eo dictum sit.*
12 *Theologorum sententia dicens impossibilem esse casum, ut Eunuchus habeat verum semen, veram esse.*
13 *Historia refertur de juvene sine testibus contrahente matrimonium.*
14 *Semen approbatum à medicis pro generatione, signum est adesse latentes, & validum est matrimonium.*
15 *Semen non potest perfectè decoqui, nisi adsint veri testes.*
16 *Matrimonium validum est si testes sint latentes, secus si nulli.*
17 *Unus testis sufficit ad essentiam matrimonii.*

An Eunuchi, Spadones, & Castrati matrimonium contrahere possint, & quid posita Bulla Sixti V.

1 Certissima est conclusio Eunuchos inhabiles esse ad matrimonium contrahendum, ut post alios Sancius *in selectis, disput.43. numer.42. & seq.* Sanchez *de matrim. lib.7. disput.92. numer.7.* ubi ait, non posse contrahere, quamvis humiditatem quandam cubinalem emittant, quos semi-spadones vocat Rhodign. *lectionum antiquarum, lib.19. capit.12.* Neque poterit matrimonium contrahere Eunuchus, si medici diligenter examinato semine, ex nocturna pollutione deciso, nequeant certò affirmare, adesse omnia veri seminis accidentia, sed dubitent esse viscidum, & aquosum humorem: nam etiam Eunuchi utroque teste carentes viscidum quendam humorem cum voluptate exterminissum, ut ait Galen. *lib.14. de usu partium, tit. de semine*, Parcius *lib.23. cap.37.* sive aquosam quandam materiam, ut latè Zacch. *quæstionum medicolegalium,*
2 *lib.2.tit.3.quæst.6.numer.13.* Quod sanè probatur, quia etiam stante dubio de vero semine, ac de vero teste, non potest licitè contrahi matrimonium: nam licèt multi DD. dicunt, quòd stante dubio de impedimento matrimonii dirimente, possit licitè sine dispensatione contrahi matrimonium, quia possessio stat pro libertate contrahendi, quæ possessio in-
3 certa debet prævalere matrimonio, seu dubio impedimento, ut bene Sancius *disput.43. numer.43.* Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.8. disput.6. numer.28.* Merolla *tom.1. disput.3. cap.3. corollario 10. numer.134.* Diana *part.4. tract.3. resolut.17.* Tamburinus *in Decalogum, lib.1. cap.3. §.7. in verbo, matrimonium*, tamen doctrina vera est in se, quando dirimentum dirimens est juris humani, secus si sit juris naturalis, prout est Eunuchismus: nam talis defectus impedimentum est naturale, ut declaravit Sixtus V. in sua
4 Bulla de anno 1587. & ante illius declarationem, jure naturæ semper fuerunt incapaces illius, & ob id talia matrimonia irrita declaravit S. P. quando ergo unicus tantùm testis exectus est jure, & de facto licita sunt matrimonia Eunuchorum, secus illorum, quibus omnes testes sunt abscissi, quia etiam semine ad generandum carent, quod requiritur ad matrimonium. Quod si interdum legimus Eunuchos contraxisse matrimonia, vel intelligi debet de 5
Eunuchis unico teste privatis, vel nomen Eunuchi refertur ad significandum Ministrum Regis, vel Principis quemadmodum, ex Cajetano, Abulensi, & aliis notat Sanchez *lib.7. de matrim. disput.92. num.17.* Theatrum vitæ humanæ novissimum *in verbo, Eunuchi, tom.3. fol.460. in fine.*

Confirmatur, quia posito dubio de semine Eunuchi, si 6
contraheret matrimonium, sequerentur duo inconvenientia. Primum, nam exponeret se periculo Eunuchus copulæ fornicariæ, immò copulæ contra naturam: nam cum Eunuchus nequeat finem à natura institutum consequi, contra naturam operatur, & ideò copula cum Eunucho habet speciem malitiæ contra naturam, necessariò in confessione explicandam, Henriquez *lib.5. capit.6.* Lessius *lib.3. capit.3. numer.45.* Sanchez *lib.7. de matrim. disp.5. numer.14.* Cardinalis Lugo *de pœnit. disput.16. numer.338.* Secundum inconveniens est, quia si deinde aliquo alio signo adveniente, appareat certò esse ruptionem inguinalium, & esse etiam aqueum humorem, tunc cum magno scandalo, & dedecore violatæ fortè Virginitatis, in uxorem ductæ, oportebit separari matrimonium, ergo stante dubio de impedimento dirimente jure naturali, seu stante dubio de Eunuchismo, non poterit licitè matrimonium contrahi, & per hoc advertendum est, quod non omnes, qui Eunuchi nomine dicti sunt, tales revera erant, sed sic 7
dicti à publicis muneribus, quæ gerebant: nam Genesi 39. Putifar Princeps exercitus Pharaonis, cui Joseph venditus est, vocatus est Eunuchus, cui tamen uxorem fuisse, ibidem narratur, & juxta plerosque, Joseph ejus filiam duxit uxorem, & postea amissa virilitate fuit factus Sacerdos, sed revera non ita est: nam Putifar, neque fuit Joseph socer, neque promotus in Sacerdotium, sed dicebatur Eunuchus à Ministerio Regio, sicuti Princeps Postarum, & Magister Pincernarum dicti videntur Eunuchi, & idem de plerisque Eunuchis uxoratis intelligi debet, sic Eunuchus quidam conjugatus narratur à S. Hiero- 8
nymo Epistola 9. & Hermias Eunuchus fuit Aristotelis socer, ob quem Divis annumeratur peculiari Hymno, qui Hymnus erat Deorum proprius, ut scribit Hesychius *de viris illustribus*, & Laertius, ac Suidas *in Aristotele*, dicit tamen P. Theophilus *de Eunuchismo, §.4. fol.58. tom.14.* ante Bullam Sixti V. fuisse veros Eunuchos, qui matrimo- 9
nia contraxerunt, & forsitan erant Eunuchi à munere, non ob defectum, & de Eunuchis ab officio loquitur Sacra Scriptura 1. Paralipomenon *cap.28.* ubi David fecit adunari in unum omnes magnates suos, inter quos Eunuchos scilicet Curatores filiarum Regis, apud eos pueri Regii committebantur curæ Eunuchorum, Brittonius *lib.1. de Regno Persiæ*, & Heraclius in suo testamento jussit, ut suum sepulchrum, ex quo in illud esset illatus triduo pateret, custodientibus Eunuchis, ut scribit Nicephorus Constantinopolitanus in Historia, & valebant apud Magnates multa gratia Eunuchi, & dici solebat Regibus fuisse in delitiis, idest testes Pancirolo *lib.2. Thesauri, capit.110.* amabant eos Reges ob fidelem custodiam matronarum.

Confirmatur secundò, quia allegans impedimentum 10
Eunuchismi pro invaliditate matrimonii cum Eunuchismis apparuerit à Nativitate, habet intentionem fundatam, quia habet præsumptionem inhabilitatis, ergo asserens supervenisse testem, aut adesse verum, & proprium semen quod est certum signum latentium testium debet id concludenter, & efficaciter probare, ergo si Medici dubitant de proprietate, & veritate, aut supervenientis testis, aut seminis, repellendus est à matrimonio, & hoc non solùm in foro externo, sed etiam in foro conscientiæ illicitè contraheret, quia etiam in foro conscientiæ statur juris præsumptioni, quando non est certa veritas in oppositum, ut bene Sanchez *in summa, lib.1. capit.10. num.13.* Menochius *lib.4. præsumpt.83. numer.62.* Molina *tom.1. disput.196. col.3.*

Confirmatur tertiò, ex dictis à Zacchia *lib.3. quæstionum, tit.1. quæst.9. numer.7. & 8.* ubi ex Hollerio *comment.* 11
50. Aphorismo 63. ait Monachum ex imperitia non bene sectum, cujus pars aliqua testium superior remansit, esse poten-

potentem ad generationem, ac si vellet contrahere matrimonium, repellendus esset: nam allegans Eunuchismum haberet intentionem fundatam, potentiorem verò ad matrimonium, probare ipse non posset, nisi certis probationibus apparentibus, appareret fœminam ab eo aliquando gravidatam, quod non facile est probare.

12 Unde non bene dicunt aliqui Theologi esse casum impossibilem, ut Eunuchus habeat verum semen, ut docent Sanchez *lib.7. disput.92. num.18.* Bonacina *de matrim. qu. 13. punct.13. numer.19.* Turrianus *in summa, part.2. capit. 118. dub.4.* Leander *par.2. de Sacramentis, tract.9. disput. 21. quæst.15.* qui tamen omnes asserunt valere matrimonium, dato quod haberet verum semen, neque à Sixto V. prohibitum contra Henriquez *lib.12. cap.8. numer.1. litt.K, in comment.*

13 Dices refertur Historia de juvene sine testibus nato, cui anno 23. tumor prodiit inter inguinem & penem à parte dextera, testis habens figuram, & semen juvenis emittebat non aquosum, nec minus densum, generationi ineptum, sed ab alio semine non discrepans cum signis, de quibus Aristoteles, & alii apud Avicennam *lib.3. fen.22. tract.1. capit.9.* & tumor qui prodiit, non testis videtur, sed ruptio inguinalis: nam & dolorem itineranti affert, & instar ovi, aliquando excrescit, & supino jacente, aut comprimente, intrò remeat, nec jacet in loco proprio testium, & fuit quæsitum, an posset matrimonium contrahere, ut testatur P. Verrecelli *tract.14. miscell. quæst.197. sect.7. numer.69.*

14 Respondeo ad Historiam, si ita fuit negotium, & succedat hodie, dictum potuisse contrahere matrimonium, quia posita diligentia Medicorum examinantium naturam, & accidentia dicti seminis, quod erat verum, & proprium, ex nocturna pollutione decisum, vel aliàs, valide contrahat, quia licèt testes non apparuerint, tamen erant latentes, quòd sæpè sæpiùs accidit, teste Thoma Bartolino *lib. 1. Anatomiæ reformatæ, capit.22.* & alias experientias refert Albertus Magnus *lib.18. de Animalibus, tract.2. cap.3.*

15 Ratio est, quia verum semen non potest perfectè decoqui, neque ad ultimam perfectionem devenire, nisi adsint veri testes: ergo verum semen est certum indicium latentium testium: nam vasa spermatica præparatoria, tantum dealbant sanguinem, non autem possunt ei tribuere spissitudinem, ac decoctionem perfectam, & prolificam virtutem, ut ex Hippocrate docent Medici omnes cum Galeno *lib.1. de semine, capit.15. & 16.* Argenterius *in Galeni artem Medicinalem comment.2. capit. de temperatura testium*, Vellesius *lib.1. controvers. capit.8. & 13.* Ferrerius *de hominis procreatione, lib.7. capit.3. & 4.* Sanctarellus *lib.4. de natura sanitatis, capit.10.* Andr. Laurent. *lib.7. Historiæ Anatomiæ, capit.4.* Thomas Bartolinus *in Anatomia reformata, lib.1. capit.21.* contra Aristotelem, & Averroem *lib.3. de Historia Animalium, capit.1. & lib.1. de generatione, capit.4.* ergo si verum semen deprehenditur, certissimum est, adesse testes, qui vel intus latent, vel testis erit ille tumor, qui prodiit, at quando sunt testes la-

16 tentes, tunc validè contrahitur matrimonium, quia tunc potest Proles procreari; ut docent Basilius Pontius *de matrim. lib.7. capit.68. num.3.* Leander *part.2. tract.9. disput. 21. quæst.16.* qui refert hominem à se visum in Diœcesi Toletana, carentem apparentibus testibus plures habuisse filios: Neque refert adesse unum, vel duplicem testem, quia unicus sufficit ad generationem, atque adeò ad matrimonium contrahentium, ut docent omnes apud Zacchiam *de medico legali, lib.7. tit.1. quæst.8. num.15.* & esse validum tale matrimonium, docent Sanchez, Pontius, Bonacina, Candidus, & Hurtadus apud Leandrum ubi suprà, *q.12.* ergo posito vero semine, validè fit matrimonium, quia verum semen est signum necessarium testium latentium, Doctores citati.

17 Tandem rogo, ut videatur Basilius Pontius *lib.7. de matrim. capit.67.* quasi quod dicendum de matrimonio Eunuchorum quod ex Paulo *lib.6.* ait, quod nullo modo fiebant Eunuchi, & tres erant species. Primò, quidem fiebant excisione testium, quidam veretri etiam cum testibus qui mingebant fistula aerea, ut nunc quoque faciunt illi, quibus ob morbum ea pars secta est, quidam fiebant testiculorum attritione, ea verò erat puero in Balneum dimisso, paulatim testiculos urere usque dum dissipati evanescunt, atque contorquere, ut vena quæ alimentum illi defert, veluti modo intercaperetur, atque ita illi tabescerent, itaque erant Eunuchi testibus abscissis solis, aut etiam cum veretro, & convitis, qui propterea vocabantur Phibæ, & has tres species Eunuchorum ante omnes agnovit Moyses Deuteronomii 23. dum ait, non intrabit Eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, & abscisso veretro in Ecclesiam Domini.

Inter hos Eunuchos illi, quibus penitus virilia sunt excisa, non possunt contrahere matrimonium, sed illi, quibus testes tantum abscissi sunt, vel attriti, possunt coire, quæstio est, & dicit Basilius *numer.4.* conjugia Eunuchorum utroque teste carentium, esse invalida jure naturæ, quia consensus in copulam in matrimonio est licitus, quia ordinatur ad prolem, at in talibus Eunuchis consensus est vacuus, & inanis, nec verum semen emittitur; ergo dicta matrimonia Eunuchorum sunt jure naturæ invalida, Augustinus *lib. de bonis conjugatorum, capit.3.* propterea Sixtus V. justa ratione matrimonia Eunuchorum annullavit, & annullari jussit, unde non dissolvit matrimonia priùs valida, sed declaravit nulla fuisse à principio talia matrimonia, & Judices, quibus commissa fuit ejusdem decreti executio, statim fœminis dederunt libertatem cum aliis contrahendi.

Subdit Pontius *numer.6.* posse tales Eunuchos contrahere ex natura rei, non ut habeant fœminas, ut uxores, sed ut sorores, ut idem S. P. rescripsit Nuntio Hispano, qui plura matrimonia invenit inter hos tales in illis partibus, & dat exemplum de frigidis, qui si volunt stare, ut fratres, & sorores non prohibentur: quare si probaretur se contraxisse ad castè vivendum, non ut actibus carnalibus darent operam, non erunt separandi, nec matrimonium nullum declarandum est, quod ex Sixti V. decreto, Nuntii Hispani, & aliorum dictis colligit Pontius ubi suprà, *numer.50.* dicens, quòd idem Sixtus suam Constitutionem non intellexit de contrahentibus ad castè vivendum.

Ergo jure naturæ non sunt invalida matrimonia Eunuchorum ad castè vivendum, sed à tempore Sixti V. omnes Eunuchi sunt inhabiles existimati ad matrimonium contrahendum, sive in ordine ad copulam, sive ad castè vivendum, quia nullius sunt utilitatis Ecclesiæ, ut verba Sixti refert Basilius ubi suprà, *c.68. num.1.*

Spadones verò qui à natura erant frigidi, & impotentes ad notata per Textum *in l.128. ff. de verbor. signific. & in l.4. §. contendimus, ff. ad legem Corneliam, de sicariis*, & isti poterant jure civili matrimonium contrahere, non castrati, *l. si serva, §. finali, ff. de jure dotium, l.14. §. finali, ff. de manumissis vindicta*, Pontius *dict. capit.68. numer.2. in fine*, & quia Sixtus V. annullavit, & nulla declaravit matrimonia Eunuchorum carentium utroque teste, subdit Pontius *numer.4. dicto cap.68.* & ita fuisse decisum ait, valuisse matrimonium, & ita fuisse Hispaniæ decisum cujusdam, qui uno teste carebat.

DISCEPTATIO CCXXV.

SUMMARIUM.

1 *Eunuchus à natura talis, nullam habet irregularitatem.*
2 *Cassiani authoritas collat.4. cap.16.*
3 *Eunuchi, an, & qualiter a bello arceantur.*
4 *Eunuchi sortiuntur mitiorem concupiscentiam, &c.*
5 *Eunuchos plura passos fuisse propter Christum Dominum.*
6 *Eunuchorum corpora intus Ecclesiam S. Patritiæ Neapolis, & quæ sint.*
7 *Eunuchi an habiles ad disciplinas capessendas.*
8 *Eunuchi non laborant podagra, & sunt longævæ vitæ.*
9 *Eunuchorum perfidia qualis fuerit antiquitus.*
10 *Eunuchorum matrimonium irritum esse, & quare.*

A R-

ARGUMENTUM.

Eunuchi à natura non sunt irregulares. A bello an, & quando arceantur, & mitiorem sortiuntur concupiscentiam, plura passi fuerunt propter Christum, & Neapoli duo corpora Eunuchorum Sanctorum conservantur in Ecclesia S. Patritiæ, sunt habiles ad disciplinas capessendas, sunt vitæ longævæ, non patiuntur podagram, eorum matrimonium qualiter irritum.

De bonis, & malis moribus Eunuchorum.

1 PRæsens quæstio non procedit, nec examinari potest in Eunuchismo nativo, quia in hoc non est quærenda bonitas, aut malitia moralis, quæ in illis locum habet, quæ sunt liberi arbitrii, ac proinde qui à natura tales sunt, nullam habent culpam, ut bene Sanctus Epiphanius *in hæresi* 58. circa primum genus Eunuchorum, & in tali statu personarum, nullam agnoscunt Theologi irregularitatem, ut malè censuit P. Cornelius *Sapientiæ* 3. *vers.*14. at omnibus refragrantibus, nullam irregularitatem contrahi in tali statu, dicunt Harmenopolus *lib.*1. *epitome*, *capit.*8. Covarruv. & Navarrus, quos sequitur Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 5. *capit.* 7. *numer.* 50. P. Theophilus *tom.* 14. *de Eunuchismo*, *capit.* 3. *in principio;* hoc posito, per argumenta procedendo, quia ferro viam aperit, qui per contraria procedit, ut dicebat Baldus *in leg. precibus*, *Cod. de impub.* & aliis substitutionibus.

2 Opponitur primò, contra Eunuchismum Cassiani authoritas *collatione* 4. *capit.*16. qui ait Eunuchos ferè torpere in studio virtutum, & vix numquam assurgere ad magnam perfectionem, & in ingenio naturæ, & in negotiis erectionis animi: & in disciplinis acquirendis, unde ait Avenzoar *lib.*2. *suæ medicinæ*, *tract.*3. *cap.*1. quòd testiculi sunt ex numero principalium membrorum, & eorum virtus est magna valdè, quod videmus manifestè, quia quilibet Eunuchus habet vocem subtilem, & est vilis consuetudinis, ac moris, ac est sine barba, & instabilis, & ad bellicam rem gerendam sunt exempti Eunuchi, Claudianus *lib.*1. *in Eutopium Eunuchum*.

Respondeo primò, argumentum probare etiam in Eunuchis natis, de quibus suprà DD. dicunt nullam habere culpam, nisi quatenus à libero arbitrio dependet, ut in cæteris qui non sunt Eunuchi.

3 Respondeo secundò, quòd licèt apud Vegetium *lib.*1. *capit.*7. Eunuchi arceantur à bello, ob vigorem animi deficientem, ob frigiditatem corporis, tamen plures adfuisse in bello legimus, ut constat ex illis Lucani *versibus*, *lib.*10. sicuti licèt mulieres à bello arceantur, tamen Amazones, & alias mulieres gessisse bella legimus, ergo licèt possint quoque Eunuchi rem bellicam tractare, ut advertit Herodotus *lib.*1. *de militibus*, *sect.*6. *num.*10. Conterus *de re militari*, *lib.*1. *capit.*13. & mirabile planè est Cyrum Catellitio præsidiatorum Eunuchorum stipatum describi à Xenophonte, *lib.* 7. Pædiæ, & de alio scribit Herodotus *lib.*3.

4 Respondeo tertiò, quòd Eunuchi, vel nativi, vel factitii sortiuntur mitiorem concupiscentiæ rebellionem, scio Nazianzenum *Oratione* 31. dicentem, quòd castitas Eunuchorum, naturæ potiùs imperfectionem, quàm virtutis redoleat; ergo licet Eunuchorum pudicitia ob defectum interni camini, & caloris retrusionem, videatur minorem referre laudem, tamen cum necessitas in virtutem vertitur, ipsaque impotentia propter Deum adamatur, & non caret suo præmio, ut ex S. Basilio *lib. de vera Virginitate*, & in Ecclesia Dei Illustres, & magni nominis fuerunt Eunuchi, teste S. Basilio ubi suprà, ut fuit ille Lucæ *Actorum*, *capit.*8. Petrus Chrysologus *Sermone*

5 56. plura dicit de Eunuchis, & narrat Baronius anno Christi 35. multos Eunuchos Euangelium disseminasse, ac Martyrio obsignasse, & de Sanctis Calvero, & Partheno uxoris Decii Eunuchis idem habent tabulæ Ecclesiasticæ 19. Maji, ac etiam de SS. Nereo & Achilleo Domitillæ domesticis Maji 12. & de SS. Protho, & Hyacintho Eunuchis 11. Septembris, de S. Hesychio, quod ipse, & filii fuerunt Eunuchi S. Indes, ut Eunuchus annotatur in tabulis 28. Decembris, & apud Nicephorum *lib.*7. *capit.*6. Neapolis in Æde Sacra S. Patritiæ neptis Constantini Magni, ad aram Principem legitur marmori, insculptum hoc Epitaphium.

Hic duo Eunuchi, & nutrix Nazaria quiescit,
Patritia felix terque quaterque cohors.

Corpora horum SS. Eunuchorum incorrupta, & integra scribit Carolus ab Ruigerio in Neapoli Sacra in verbo templum S. Patritiæ, ubi Theodori Eunuchi miraculum narratur de anno 174. & 1084. mentionem facit de Beato Joanne Eunucho *cap.*40. & Tignus Presbyter S. Chrysostomo conjunctissimus fuit Eunuchus teste Sozomeno *lib.*8. *capit.*24. & Nicephorus *lib.*13. *capit.*21. S. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus Eunuchus fuit sicut Methodius Constantinopolitanus provisionem à S. Petro Eunuchus factus, ut scribit Michaele Theophili filio, fuit etiam Eunuchus Macedonius, (alius ab hæresiarcha,) Antistes Constantinopolitanus, ut scribit Nicephorus *lib.* 16. *capit.* 26. sic S. Germanus Constantinopolitanus, & plures Sanctissimos Viros fuisse Eunuchos refert Theophilus Raynaudus *capit.*3. *dub.*1. *de Eunuchismo*. 6

Opponitur secundò, de pauca idoneitate ad disciplinas Eunuchorum ex Avicenna *lib. suæ medicinæ*, *tract.*3. *cap.*1. quasi nullus ad disciplinas fuerit aptior. 7

Sed contra, quia magis purgatur intellectus Eunuchi ad disciplinas addiscendas, unde Plato, teste Divo Augustino *lib. de vera Religione*, *capit.*3. commendabat suis, ut frænum libidinis declinarent, si vellent proficere in studio sapientiæ, & intellectus, qui libidinibus brutescit continentia acuitur Michael Modina *lib.*4. *de continentia*, *controvers.*4. *capit.*16. unde Sidonius *lib.*1. *Epistola* 8. varia variis tamquam accommodata assignans ait litteras esse pro Eunuchis: apud Persas litterarum Doctores Eunuchi erant non modo usque ad aliquam ætatem, uti erat puerorum, sed etiam ulterius Plato *de legibus* 3. *& oratione* 31. & Eunuchi sunt immunes à Lepra morborum fœdissimo, ut testatur Archigenes *lib.*13. *capit.*125. quia cum Eunuchis sint frigidi, nil mirum est, ut non sint obnoxii Lepræ, vel alterius morbo, cujus origo sit calor, & siccitas, sic Eunuchi carent varicibus scilicet venis laxioribus in conis, & crucibus, quæ ex crasso, & melancholico sanguine existunt, ut ait Galenus *lib.*6. *aphorismorum*, *capit.*81. P. Giballinus *tom.*1. *de negotiatione*, *& commerciis*, *capit.*81. *artic.*3. *consectario* 9. *num.*20. *& sequentibus*, & ex hac causa Eunuchi non laborant podagra, quod ex pluribus firmat Tiraquellus *in l.*15. *connub.* *numer.*43. *& seq.* 8 quia pusillus est calor eorum; latè Giballinus ubi suprà, *numer.*2. & ex hoc non sunt Eunuchi calvi, Arist. *lib.*3. *hist. Animalium*, *capit.*21. & sic Eunuchi sunt à peste immunes Scaligerus *exercitat.*177. *num.*4. Plinius *lib.*2. *cap.*92. qui causam assignat, frigiditatem esse Eunuchorum, sunt Eunuchi longævæ vitæ, ut ex Arist. *lib. de longitudine vitæ*, *cap.*3. *alias* 8. antiquitus custodiebant sepulchra Regum quousque sepeliebantur, latè Giballinus *d. art.*3. *consectario* 9. *num.*4. *per totum*.

Neque per hoc, quòd antiquitus fuerint Eunuchi aliqui infideles, & perfidi, datur intelligi malè de tota natura Eunuchorum, immò Theodoretus negat perfidiam Eunuchorum, Livius *lib.* 35. admittit plura, Ammianus Marcellus *lib.* 10. & alii probi viri apud P. Theophilum *capit.* 3. §. 2. & SS. Patres etiam de Eunuchis plura dixisse, refert P. Theophilus Raynaudus *capit.*3. §.2. *num.*20. *& sequenti*, & fuit olim Monasterium Sanctorum Eunuchorum, ut refert Simon Majolus *de irregularitate*, *capit.*17. *num.*50. & apud Moschum *cap.*19. *&* 535. & quale fuerit legas P. Theophilum *cap.*2. *in fine de Eunuchismo*, *pag.*32. 9

Hinc Sixtus V. ut supra diximus declaravit irritum esse matrimonium Eunuchorum jure naturæ, quia cum in eo deficiant Didymi, destruuntur pariter officina humoris prolifici, & sic aliquem secare, est reddere illum inhabilem ad conjugium matrimoniale contrahendum, ut Sixtus declaravit & latè asserit Andreas Laurentius *cons.*15. Zacutus *lib.*3. *de Medico*, *quæst.*32. & confirmat Marcellus Francolinus *in tract. de Conjugio Spadonum*, nam quamvis Eunuchi humorem aliquem possint emittere, ut expe- 10

experimento compertum fuit jam olim, & admittunt, Espinceus *lib.5. de continentia, capit.2.* Rebellius *part.2. lib.3. sect.3.* Scortia *ad Constitutiones Pontificias theoremate 369. & 370.* tamen illud aqueum excrementum utcumque simile humori seminali, & non est re vera prolificum, absque cujus tamen humoris emissione, non potest contrahere matrimonium, & dici solet, quòd Eunuchi differunt à sterilibus (de quorum conjugio nemo dubitat valere, Sanchez *lib.7. de matrimonio, disput.92. numer.25. & 26.*) & meritò, quia non sunt per se impotentes ad propagandam speciem, sed per accidens tantum, unde sterilium conjugium conceditur & ejus usus, non autem Eunuchorum, qui per se sunt impotentes ad eam propagandam, cum deficiat officina humoris prolifici, &c.

DISCEPTATIO CCXXVI.

SUMMARIUM.

1 *Proponitur factum ab allegante.*
2 *Canonicos Neapolitanos non fuisse inobservantes asserit.*
3 *Rescriptum Bullæ asseritur subreptitium, & obreptitium.*
4 *Contumaces non fuisse Canonicos asseritur.*
5 *Protestationem validè, & bene fecisse Canonicos defenditur.*
6 *Incapacitas D. Octavii Gaudiosi ad Canonicatum asseritur.*
7 *Eunuchismus asseritur pro incapacitate Canonicatus, & ordinum quorumcunque.*
8 *Doctores allegantur pro eorum conclusione.*
9 *Irregularis incapax beneficii, & verè.*
10 *Papam solum dispensare cum corpore vitiatis asseritur.*
11 *Papam tacitè dispensasse non posse dici, asseritur.*
12 *Papam dispensare quando dici possit cum inhabili procedendo.*
13 *Principis rescriptum quam habeat conditionem.*
14 *Falsa causa rescriptum Principis vitiat, & quando.*
15 *Dominus Octavius provisus non expressit se esse Eunuchum.*
16 *Dispensatio an importetur ex clausula ex certa scientia.*
17 *Irregularem dispensatum ad ordines, non posse Canonicatum habere sine nova dispensatione.*
18 *Regula de majori ad minus non habet locum in dispensationibus.*
19 *Dispensatio non extenditur de uno casu ad alium.*
20 *Dispensatus ad ordinem non dicitur dispensatus ad beneficium.*
21 *Dispensatum ad beneficium, non dicitur dispensatus ad dignitates.*
22 *Beneficiorum appellatione non veniunt dignitates.*
23 *Canonicatus in Cathedrali est magnus honor.*
24 *Canonici possunt esse delegati Sedis Apostolicæ.*
25 *Canonici Neapolitani sunt Protonotarii Apostolici ex privilegio Pii V.*
26 *Dispensatus, ut obtineat Canonicatum in Cathedrali, an possit in Metropolitana.*
27 *Capitulum an sit legitimus contradictor ad impediendas provisiones Apostolicas Canonicorum.*
28 *Decisiones afferuntur pro capitulo impediente.*
29 *Legitimus contradictor, quis sit, in materia, de qua agimus.*
30 *Capituli interesse considerabile est, si provisio cadat super irregularem.*
31 *Intrusus rejici potest, capitulo instante.*
32 *Possessio capta impediente capitulo, est nulla, respectu Canonici.*
33 *Possessio capta de mandato exequutoris Apostolici, si nulla, quando, & qualiter sit.*

ARGUMENTUM.

Canonicorum Neapolitanorum maximus honor, multaque referuntur Privilegia, unde dispensatus ad ordines, neque ad beneficia, neque ad Canonicatum censetur dispensatus. Tacita dispensatio quando posita Principis scientia, censetur facta cum persona inhabili. Incapax, & inhabilis an sit ad ordines, & Canonicatum Eunuchus, & quando. Legitimus contradictor quis sit, & an possit Capitulum dici tale, si inhabilis sumatur ad Canonicatum. Possessio capta prævio mandato Apostolici exequutoris in Capitulo, an possit ab eodem Capitulo impediri, & quando.

PRO

Reverendissimo Neapolitanò Capitulo,

Discursus Apologeticus.

Tametsi falsa opinio, quæ ex Demosthen. maximum est hominibus malum, rectam quandoque (ut D. August. ait) depravare naturam dicatur, tanta tamen potentia veritas semper prædicta fuit, ut nullis machinis, aut cujusvis hominis ingenio, vel arte penes Cicero, subverti potuerit; sic falsa de Reverendissimo Neapolitano Capitulo retrolapsis diebus licet inolevisset opinio, quod Apostolicis mandatis haud obtemperare voluisset, id tamen evenisse, non ex alio fertur, quam ex mutabili, perplexoque vulgi ingenio, qui non ita facilè quid constanter velit, nolit, intelligere queit, quive ex veritate pauca, & ex opinione multa judicat; cum re vera duo ipsi Capitulo ad jus suum dumtaxat tuendum, non ad quemquam offendendum queant imputari, (cætera verò omnia vulgi fuerunt somnia) alterum nimirum, quod accessum ad loca capitularia Reverendi D. N. N. nuper ad Canonicatum promoti ægrè ferendo ex eisdem locis ipsummet Capitulum recesserit, alterum verò, quod protestationes coram Reverendiss. Neapolitano Vicario adversus dictum electum Canonicum emiserit. 1

Non possunt itaque inobsequentes dici Canonici illi, qui, ne sibi in actibus possessoriis præjudicium aliquod gigneretur, idcircò accedente dicto Reverendiss. D. N. N. & possessionem Canonicatus adipisci quæritante à capitulari recesserunt loco juxta tradita per Barbos. *de Canonic. & dignitatibus, capit.15. numer.15.* Cum maximi sit momenti possidere, ut ex §. *commodum, institut. de interdict.* ex Rip. *in capit. sanè, numer.2. & 3. de restitut. spoliat.* ex Curt. senior. *in leg. admonendi, numer.323. ff. de jurejur.* latè Menoch. *de recuper. possess. remed.15. num.413.* & rescriptum fore subreptitium iidem existimantes ejusdem Reverendi Canonici possessorio acquiescere renuerunt, reminiscentes rescriptum surreptitium parte non opponente, neque excipiente jurisdictionem concessionario tribuere, prout ex *capit. ex tenore, & capit. ad audientiam, de rescript.* ostendit Cardin. Put. *lib.2. decis.240. numer.8.* Quemadmodum nec contumaces superiorum jussibus ii dici quibunt, qui de nullitate Canonicatus prædicti protestantur appellantes de gravamine ad Sanctissimum, dum ad futurorum cautelam, & ad evadendum præjudicium ab omni lege protestatio fuit instituta, sic ex *cap. Lotharius 11. qu.2. cap. licet, de elect. & cap. pastoralis, de exceptionibus*, Joan. de Agusellis *tract. de protestationibus numer.8. & 9.* unde dicitur protestatio, non contemptus judicis, sed dumtaxat animi protestantis declaratio, certificatoria ejus, quod est, vel non est, Sebastian. Medic. *tract. de definitionibus defin.28. numer.1. & seqq. ex leg. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam, & leg. tamen, si quis, de legat.3.* 2 3 4 5

Contemplans igitur Reverendissimum Capitulum gratiam, & concessionem Canonicatus prædicti in personam dicti Reverendi D. N. N. esse obreptitiam, & subreptitiam, & tamquam factam personæ incapaci nullam absque dispensatione expressa dijudicari debere, justè se opposuit, ac possessionis adeptioni legitimè contradixit. 6

Con-

7 Constat enim dictum Reverend. D. N. N. Eunuchum fo-
re, & corpore vitiatum, ac per consequens irregularem,
cum, qui sibi virilia amputaverit, vel absque necessitate
amputari permiserit, irregularis sit, *cap. si quis abscide-
rit, cap. hi qui se, capit. si quis à medicis, dist. 55. capit. si-
gnificavit, de corpore vitiatis*, Rebuffus *in leg. spadonum,
colum. 4. vers. Si tamen aliquis, ff. de verborum signification.*
Campanilis *in diversor. juris Canonici, rubr.* 11. *capit.* 17.
numer. 122. *& seqq.* Campanil. *rubr.* 11. *cap.* 17. *numer.* 122.
8 Bonacin. *disput.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 20. *numer.* 38. & optimè id
probat in eo, qui se castrari fecit causa cantus, Bonacina
disput. 7. *quæst.* 2. *puncto* 2. *numer.* 34. quod impedimentum ex
periculo committendi homicidium in ejus personam ori-
tur, latè Majolus *de irregularitate, & canonic. impedim. lib.*
9 1. *cap.* 15. *per totum*. At qui irregularis ad beneficium Eccle-
siasticum obtinendum incapax est secundùm Abbatem *in
capit. cum in nostris, numer.* 22. *de concess. præbend.* nec illud
potest irregularis retinere, nisi obtenta dispensatione irre-
gularitatis, curaverit sibi de novo conferri ab eo, qui con-
ferendi potestatem habebat, Avila *de censur. part.* 7. *disput.* 2.
dubio 6. Lessius *lib.* 2. *capit.* 34. *numer.* 122. Covarruv. *in regul.
peccatum, part.* 1. §. 8. *numer.* 6. Rebuffus *de dispensat. ration.
ætat. vers. Si sibi alias, numer.* 4. Amescua *de stilo datariæ, cap.*
10 13. *numer.* 48. & solus Papa dispensat cum corpore vitiatis,
capit. non confidat. dist. 20. Covarruv. *in Clement. si furiosus,
de homicid. part.* 1. *in principio, numer.* 7. qui ita intelligit text.
in d. cap. significavit, ut intelligatur de dispensatione, Epi-
scopi authoritate S. Pontificis præstita sequitur Pirr. Corrad.
in praxi dispensat. lib. 3. *capit.* 6. *num.* 9. Episc. Marant. *controv.
part.* 4. *respons.* 22. *numer.* 14. ergo dum non habemus id ex-
pressum in supplicatione, & gratia in forma dignum, justè
debebat Rever. D. N. N. à possessione Canonicatus rejici.

11 Nec opponat dictus Rever. N. N. dispensationem adesse,
eamque in dubio, vel ex eo præsumi, quod S. Pontifex pro-
movendo inhabilem, videatur tacitè super inhabilitate, vel
vitio dispensasse; vel quia, cum Rever. D. N. N. ad Sacer-
dotium dispensatus fuerit, valebit ea dispensatio ad Cano-
nicatum protrahi.

12 Quoniam utrumque argumentum facilè resolvitur, &
quoad illud, Principem promoventem incapacem tacitè
videri dispensasse. Respondetur nunquam Principem cen-
seri dispensasse facta ei obreptione, *l.* 2. *Cod. de divers. offic.
lib.* 12. *leg. si aliquid, Cod. de susceptor. & archar. lib.* 10. *leg. qui
cum uno, §. in Insulam, ff. de re militar.* quæ jura refert
13 Roman. *consil.* 216. *num.* 7. *& seqq.* rescriptum enim Prin-
cipis tacitam habet conditionem, si preces veritate nitan-
tur, & ex falsa expressione redditur totum falsum, ut ex
multis Bellamer. *tract. de permutation. benefic. part.* 2. *quæst.*
2. *numer.* 13. Arismon. Tepat. *variarum juris sentent. tit.*
54. *capit.* 3. sicuti etiamsi falsa sit supplicatio, à qua gratia,
14 vel rescriptum recipit interpretationem, Grammatic. *decis.*
103. *numer.* 203. Menochius *consil.* 180. *in principio, volum.* 2.
refert Tepat. ubi suprà, hinc rescripta obreptitia, & subre-
ptitia, etiamsi sint justitiæ, saltem ope exceptionis irritan-
tur, Jason *in leg. præscriptione, num.* 3. *Cod. si contra jus*, post
Bart. *in dict. leg. si præscriptione, colum.* 3. & Raphael. Fulgos.
in 1. *notab.* Durand. *tract. de condition. & mod. impossibil. part.*
2. *capit.* 1. *numer.* 93. & potius gratia, vel dispensatio dicitur
etiam obtenta propter impetrantium ambitionem, ut ait
15 Felinus *in capit. si quando, sub num.* 3. *de rescript.* Talis ita-
que fuit supplicatio D. N. N. ubi non expressit se Eunu-
chum, ac tale S. Pontificis rescriptum, vel gratia; quod
corroboratum ex eo quoque venit: nam gratia dicitur su-
breptitia, in qua non fuerunt expressæ omnes illæ qualita-
tes, quæ verisimiliter, si fuissent expressæ, utique Princi-
pem à concessione gratiæ retraxissent, *capit. dudum, de
election. capit. postulasti, de rescript.* Bossius *tit. de remed.
ex sola Clement. Princip. numer.* 35. Joann. de Sylv. *tract.
de benefic. quæst.* 12. *part.* 3. *numer.* 90. Anton. Gomez *de de-
lict. tit. de tortur. reor. num.* 38. Dec. *consil.* 541. *num.* 20. Cra-
vett. *consil.* 296. Clar. *in pract. crimin. §. fin. quæst.* 59. *vers.
Debes autem, num.* 8. Cardin. *consil.* 96. *in principio*, Menoch.
de arbitr. judic. casu 363. *num.* 3. *& seqq.* quem refert Episcop.
Ricc. *decis.* 116. *num.* 2. *part.* 1. Penia *decis.* Rot. Roman. 52.
numer. 18.

16 Ulterius Respondetur, quod nec etiam certa scientia
Summi Pontificis importat dispensationem, & veram col-
lationem, nisi exprimatur in dispositiva provisionis, ut ex
cap. si Pap. de privil. in 6. Joann. de Sylv. *d. tract. de benefic. qu.*
10. *part.* 3. *numer.* 10.

Pariter, & alterum N. N. resolvitur fundamentum, nem- 17
pè dispensatio obtenta ad Sacerdotium; hanc verò non
posse ad alia extendi certissimi juris est; cum dispensatio sit
stricti juris, & tamquam odiosa strictè sit interpretanda
respectu dispensati, Joann. Anania post Joann. Andr. *in
capit. mandato, de simonia*, Gigas *de pension. Eccles. quæst.*
18. *num.* 7. Sayr. *decis.* 7. *de fil. Presbyter.* & alios plures con-
gerit Augustin. Barbos. *tract. de potest. Episcop. part.* 1. *allegat.*
45. *in princip.* hinc regula (cui conceditur, quod est ma- 18
jus, censetur concessum quod est minus non habet locum
in dispensationibus, Anton. Fab. *decis.* 13. *Cod. de sacros.
Eccles.* quem refert Ricc. *in prax. part.* 1. *resolut.* 126. Sic
etiam duæ dispensationes, sicuti duæ fictiones non pos-
sunt concurrere, nisi quatenus exprimantur, Petrus Re-
buff. *in prax. beneficior. tit. de dispensat. ration. ætat. verbo, si
tibi in alias, num.* 5. *&* 6. similiter dispensatus ad unum ef- 19
fectum non censetur dispensatus ad alterum, Berous *cons.*
163. *numer.* 30. *lib.* 12. Rimin. jun. *cons.* 347. *numer.* 36. Simon
de Præt. *cons.* 100. *numer.* 29. Carol. de Grass. *de effect. clericat.
effect.* 1. *num.* 57. 58. Rot. Rom. *decis. divers. decis.* 233. *part.* 1.
quam refert Ricc. *in praxi Ecclesiast. dist. part.* 1. *resolut.* 226.
numer. 1. *& seqq.* Barbos. *dict. allegat.* 45. *sub num.* 3. & dispen-
satio concessa super uno defectu non extenditur ad alium
non expressum, Joann. Andr. *in cap. ult. de fil. Presbyter. in* 6.
Natt. *consil.* 600. *numer.* 33. *lib.* 3. & ideò tot debent esse
dispensationes, quot sunt obstacula, Geminian. *cons.* 33.
numer. 8. Franc. *in cap. non potest. de præbend.* refert Pena *de-
cis.* Rot. 488.

Posito ergo, quod D. N. N. sit ad sacerdotium dispensa- 20
tus, ex supradictis non dicitur dispensatus ad beneficium,
cum sint separabilia, & unius exequutio possit absque al-
tero subsistere, ut ex *cap.* 2. *& ibi gl. de fil. Presbyter.* Gemin.
Ancharan. & alii *in capit.* 1. *dict. tit. de fil. Presbyter. in* 6.
Sayr. *de censur. lib.* 6. *capit.* 11. *num.* 21. Garzia *de benefic. cap.* 6.
numer. 7. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disput.* 1. *numer.* 27. Mar-
cus Antonin. *variarum resolut. capit.* 19. *numer.* 10. *lib.* 1. Bar-
bosa ubi suprà, *numer.* 6. Alphons. Hojed. *de benefic. incompa-
tibil. capit.* 12. *numer.* 79. Rebuff. *de privileg. scholar. privil.* 36.
num. 4. Campan. *in d. divers. jur. canon. rubric.* 11. *cap.* 13. *num.*
90. sic decisum in Curia Archiepisc. Neap. refert Ricc. *d. de-
cis.* 95. *part.* 1.

Et esto, quod sit dispensatus ad beneficia, non propte- 21
reà dicitur dispensatus ad dignitates, *dict. capit.* 1. *&* 2. *de fil.
Presbyt. in* 6. Petr. Rebuff. *in prax. benefic. tit. quid sit benefi-
cium, num.* 15. Petr. Gregor. *syntagm. jur. univers. lib.* 17. *capit.*
6. *numer.* 36. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *capit.* 3. *quæst.* 7.
Bellett. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplin. cleric.* §. 3.
numer. 38. appellatione enim beneficiorum non veniunt di- 22
gnitates, ut ex *clem.* 1 *de sequestrat. possess. & fruct. cum
similibus citatis ab eodem*, Bellett. *dict. titul.* §. 2. *numer.* 38.
refert Barbos. *dict. allegat.* 45. *numer.* 11. *&* 13. sicque di-
spensatus ad beneficium, non dicitur dispensatus ad Ca-
nonicatum, Joann. de Sylv. *tract. de benefic. quæst.* 3. *part.*
1. *numer.* 12. Dum Canonicatum obtinere, præsertim in
Ecclesia Cathedrali, magnus est honor, ac præeminentia, 23
ex notat. *in capit. quamvis, §. quamquam, de præbend. in*
6. Rot. Rom. *decis.* 26. *numer.* 6. *de præb. in noviss.* Gonzal. *su-
per regul.* 8. *Cancell. gl.* 2. *numer.* 39. Et Canonici sunt viri in
dignitate positi, ex Gloss. *in cap. si quando, de rescript.* ex Ve-
rall. *decis.* 90. *part.* 1. Mohed. *decis.* 1. *de constit.* refert, & sequi-
tur Episc. Ricc. *decis.* 25. *part.* 3. *num.* 5. *& in prax. Eccles. part.*
1. *resolut.* 574. quapropter ut in dignitate constituti possunt 24
Delegati Sedis Apostolicæ creari, *cap. statutum, de rescript. in
6. cum pluribus congestis ab eod.* Gonzalez ubi suprà, 2. *gloss. n.*
39. & Barbos. *d. tract. de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 106. *n.* 9.
Eo magis Canonici Ecclesiæ Neapolitanæ, qui ex privile-
gio B. M. Summi Pontificis Pii V. sunt Protonotarii Aposto-
lici, & refert Canon. *de magistr. in sua sylv. lib.* 2. *cap.* 9. *num.*
42. & Protonotarii Apostolici, etsi simpliciter honorarii,
vel titulares sint, adhuc in dignitate constituti dicuntur
Monet. *de distribution. lib.* 1. *quæst.* 19. *numer.* 40. Pirr. Con- 25
rad. *dict. prax. dispensat. Apostolic. lib.* 5. *capit.* 6. *numer.* 42.
Sperellus *decis.* 167. *numer.* 24. *part.* 2. Quibus addendum
etiam est præfatos Canonicos Neapolitanos usu mitræ, &
baculi gaudere, & benedictiones Episcopales, præter il-
lam Calicis, & patenæ habere, ut est notorium ex privile-
giis Pontificis.

Immò dispensatus, ut in Ecclesiis Cathedralibus digni- 26
tates obtineat, non poterit obtinere in Metropolitanis,
quamvis Ecclesiæ Cathedrales sint, Rebuffus ubi suprà,
tit.

tit. de dispensat. ration. ætatis in verbo regularia verò beneficia, erat igitur necessarium, ut supplicans exprimat vacare beneficium, vel Canonicatum in Metropolitana Ecclesia Conradus *de dispensation. lib.2. capit.6. numer.31. vers. his tamen non obstantibus*; Unde cum dictus D. N. N. in sua supplicatione hæc non expressisset, quando ad Sacerdotium dispensationem obtinuit; nec Summi Pontificis tunc temporis rescriptum aliquid ex his contineret, jure merito Reverendissimum Capitulum illius obreptioni, & subreptioni se opposuit; & esto quoque quod habuisset non solum dispensationem ad Sacerdotium, sed etiam ad beneficia, adhuc dispensatio nequibit locum in Canonicatu sibi vindicare, cum ea intelligatur tantum de prima vice, Ancharan. *cons.404.num.8. cum seq.* Ricc. *d. decis.95.numer.3.part.1.*

27 Sequitur propalare, quod Reverendissimum Capitulum sit contradictor legitimus ad hos defectus contra Canonicum opponendos; & quod possit agere, ut Canonicus intrusus de possessione ejiciatur, probatur à fortiori, quod si Papa mandat Monachis, ut aliquem recipiant, & nihilominus possunt Monachi opponere illi crimina, vel defectus, ut ex *dict. cap. si quando de rescript.* Joann. de Lignan. *ibid.* & refert Felin. *loc. cit. sub num.2.* quanto magis id poterunt Canonici.

28 Et ne desint in puncto authoritates, quibus probatur ad Capitulum spectare admissionem, & receptionem Canonici, quamvis ipsimet Capitulo incumbat onus probandi, cur velit Canonico possessionem denegare, optimè Cardin. Seraphin. *in decis.355.* loquens in Canonico, qui ha-
29 bebat radicem infectam, Ottobon. *decis.164.* & sic decisum per Rot. Roman. refert Duran. *decis.55.* legitimus enim contradictor dicitur qui in causa interesse habet; hinc etiam tertius, (si sua interest) debebit audiri, licet titulum apparentem habeat, Innocent. *in capit. veniens, in verbo intentionem*, & ibi etiam Felin. *de testibus*, Hippolit. *in singul.274.* Gozzadin. *consil.103. numer.10. vol.1.* refert Ursill. ad Afflict. *decis.235. num.2.* atqui interest Capituli, ne inhabilis promoveatur, igitur Capitulum est legitimus contradictor.

30 Patet itaque interesse Capituli primum ex eo, quod interest Ecclesiæ, ne beneficia ab intrusis retineantur. Igitur cum Capitulum repræsentet Ecclesiam, *capit. relatum de testament. capit. cum cleric.* ubi Gloss. *de verborum signific.* Abb. *in capit. eam te, num.3. de rescript.* Cardin. Seraphin. *decis.426. numer.4.* & proinde jura Ecclesiæ Cathedralis sunt communia Capitulo, & Episcopo, Innocent. *in capit. dilecti*, quem sequitur Abb. *ibid. numer.3. de majoritat. & obedientia*, Farinac. *decis.118. part.1.* benè potest agere Capitulum, ut rejiciatur intrusus, *dict. capit. dilect.* Rot. Roman. in Legionens. denegation. possession. die 23. Maji 1593. coram Eminentiss. Cardinali Blanchet-
31 to, & refert Duran. ubi suprà. Deinde interest Capituli ratione simultaneæ collationis, quam habet in suis solitis mensibus cum ordinario, Cassador. *decis. 22. tit. de præbend.* Et postremò probatur interesse Capituli, quia si rescriptum, sive Breve declaratur subreptitium, unde Dictus N. N. nuper promotus, fructus & distributiones sine titulo percepit, tenetur ipse ad restitutionem, & fructus, ac distributiones accrescerent Capitularibus, Rot. in Carthaginens. fructuum 21. Junii 1610. coram Cardinal. Lancellott. sic refert dict. Duran. *loco citato*.

32 Verificata obreptione, & subreptione gratiæ dicto Reverendo N. N. concessæ, ac propalata legitima oppositione Reverendissimi Capituli, patet etiam illius possessionem, nullam esse, tamquam non captam capitulariter, ad Text. *in capit. ex litteris, de restitut. spoliator. capit. si capitulo de concession. præbend. in 6.* post Pontan. *tract. de spol. lib.2. numer.156.* Cassador. *decis. 8. de caus. possess. & propriet.* Puteus *decis. 20. lib. 2.* Farinac. *decis.* Rot. Rom. 701. *part.2. in fin.* Rot. Rom. *decis.318.* relata per Buratt. *& in Annotat. num.17. & seqq.* immò, etiamsi possessio fuerit ei data à Canonicis, sed non capitulariter, adhuc nulla erit ex Rot. *decis.3 lib.3. diversor.* Ferrentill. *in addition.* ad Buratt. *decis.318.* Ottobonus *decis.143. num.*
33 *9.* etiamque si fuerit capta de mandato exequutoris Apostolici vigore Bullarum Apostolicarum Rot. in una Metens. Canonic. 1618. coram Pirovano, Joann. Ferentill. ubi suprà, Ludovis. *decis.364. num.7.* Nam si Capitulum non habet justam causam possessionem denegandi, debebit requiri, & citari, alias est nulla possessio, Rot. *in decis.* coram Pirovano Cæsar-Augustana........ relata à Postio *de manutenendo 175. num.14.*

Et hæc citra injuriandi animum à me hactenus scripta sufficiant, S. R. E. semper subdita judicio, ac cujuslibet probi viri censuræ.

DISCEPTATIO CCXXVII.

SUMMARIUM.

1 *Canonici Cathedralis Ecclesiæ sunt membra nobiliora illius.*
2 *Canonici secundùm aliquos non veniunt sub generali dispositione.*
3 *Canonici Collegiatæ Vrbis Romæ præferuntur Canonicis Cathedralibus alterius Civitatis.*
4 *Beneficiati non Canonici non habent vocem in Capitulo Neapolitano.*
5 *Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis, quando fit Capitulum qualiter stare debeant, casu quo tenentur.*
6 *Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis non possunt facere statutum inconsulto Episcopo.*
7 *Ecclesia Collegiata qualiter cognoscatur, & per quæ signa.*
8 *Capituli appellatione veniunt solum Canonici Ecclesiæ Cathedralis.*
9 *Canonici quæ insignia ducant ex privilegio.*
10 *Canonici Cathedralis Neapolitanæ æquiparantur dignitatibus.*
11 *Canonici Neapolitani præcedunt Abbatibus in Processionibus.*
12 *Canonici veniunt appellatione dignitatis, & quando.*
13 *Canonici possunt esse Commissarii Brevium S. Pontificis.*
14 *Canonici Neapolitani habentur, ut Protonotarii Apostolici.*
15 *Officium quando possit transire in dignitatem Ecclesiasticam.*
16 *Canonici Neapolitani honorabiliores cæteris.*
17 *Laudatur Canonicus Neapolitanus quondam Fratr. Anelli de Philippis.*
18 *Canonici possessio sumi debet capitulariter.*
19 *Possessio capta capitulariter, quando dicatur.*
20 *Capitulum quando possit impedire possessionem capere Canonico.*
21 *Canonicus si non potest capere possessionem ob impedimentum, quid agendum.*
22 *Canonicus impeditus à consociis qualiter capiat possessionem.*
23 *Canonicus si januam clausam inveniat quomodo possessionem capiat.*
24 *Canonici Neapolitani quid opposuerunt Canonico Gaudioso.*
25 *Episcopus Campanilis tenet Eunuchos non esse irregulares.*
26 *Bonacina, si bene legatur, facit pro nobis in hac materia.*
27 *Majolus quare plures, & plures irregularitates invenit.*
28 *Eunuchi quomodo sunt usque hodie Neapoli ordinati.*
29 *Eunuchi sunt hodie in Capitulo N. hebdomadarii.*
30 *Irregularitas non incurritur ob periculum committendi homicidium.*
31 *Irregularis non est capax beneficii obtinendi, obtento verò debet privari.*
32 *Irregularis quousque non privetur beneficio ob delictum, potest illud renuntiare ad favorem, etiam posita conditione, si ab ea fuerit appellatum.*
33 *Impetrans beneficium ob factum delictum quid facere debeat.*
34 *Dispensatio cum corpore vitiatis si requireretur secundum aliquos persona.*
35 *Dispensatio ex taciturnitate delicti, an, & quando valeat.*

36 *Di-*

36 *Dispensatio sub qua conditione censetur facta, & impetrata.*
37 *Clausula* motu proprio *quid operetur in dispensatione.*
38 *Dispensatio licèt odiosa quomodo extendatur de.......vel è contra.*
39 *Dispensatus ad ordines, censetur dispensatus ad sacros.*
40 *Dispensatus ad sacros ordines, videntur dispensatus ad beneficium simplex.*
41 *Dispensans cum illegitimo super irregularitate, nihil aliud requiritur.*
42 *Cui conceditur majus, an censeatur minus in dispensationibus.*
43 *Decisiones Seraphini, Durani, & Otthoboni qualiter processerunt, & sunt contra Adversarium, & sunt ponderandi.*
44 *Intrusum non admitti ad quem spectat.*

ARGUMENTUM.

Canonicos Neapolitanos valdè honorandos esse asseritur, qui in generali dispositione non continentur secundùm aliquos, eorum Capitulum non componitur ex beneficiatis Portionariis. Præferuntur Canonici Neapolitani cæteris omnibus in Processionibus, & habent Neapolitani Canonici plura privilegia. Possessio Canonicatus qualiter sumi debet, & an Canonici possint impedire possessionem, & in ea impedienda habeant interesse. Dispensatio qualiter odiosa, & an dispensatus in uno, censeatur dispensatus in alio.

Vbi respondetur ad dicta per D. Annellum de Philippis primarium nostrum Collegam matutinum in Vniversitate Neapolitana pro Reverendissimo Capitulo Neapolitano.

PRo intelligentia hujus quæstionis suppono primò, Ca-
1 nonicos esse membra nobiliora, & omnibus aliis præesse, ut tradit Antonius de Penis *in Clypeo Pastorali, cap.* 3. *num.* 3. Pasqualigus *quæstionum moralium, centur.* 1. *quæst.* 79. *numer.* 10. ubi quærit, an sub generali dispositione contineantur Canonici, sunt etiam Clerici primi gradus, ut
2 notant Geminianus *in cap. Episcopus*, 14. *dist.* Felinus *in rubrica de major. & obedientia*, Menoch. *cons.* 52. *num.* 84. quæ omnia licèt de Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, non de Collegiata intelligi videantur, tamen in hac materia singulari nota dignum est, quod Canonicatus Collegiatæ
3 in Romana Civitate est dignior Canonicatu alterius Civitatis, ut censuit Sacra Congregatio Concilii teste Zerola *in praxi Episcopali, part.* 2. *in verbo, Canonici*, §. 4. ubi ait, ita de facto fuisse responsum ab eadem Sacra Congregatione de mente Summi Pontificis, Episcopo Bersamenti Beneficiato, ne sint exclusi, Glossa *in capit. cum ad hoc, de Clericis non residentibus in* 6. & Rota *decis.* 183. *p.* 1. *in recent.*

Suppono secundò, Beneficiatos non habere vocem in
4 Capitulo, nec jus Capitulare, ut sunt Neapoli illi, quos vocamus delli 40. &c. quia solùm Canonicis competit, nisi de consuetudine legitimè præscripta, aut privilegio eis competat, ut notat Rota *decis.* 708. *part.* 2. *recent.* immò quòd non sint admittendi Capitulares ad tractatus Capitulares, sed solum Canonici, nisi certis casibus, dixit Glossa *in cap. cum ad hoc de Clericis conjugatis*, Genuensis *in praxi, cap.* 60. *numer.* 18. Rota *decis.* 183. & 197. & *decis.* 211. *part.* 1. *recent.* & cum admittuntur in negotiis tractandis, unà cum Canonicis non debent sedere, sed stare capite denudato,
5 Canonici tecto capite sedentibus, utpotè ipsis superioribus, Rota *part.* 1. *decis.* 416. *numer.* 2. & 3. propterea Sacra Congregatio Rituum, in una Mediolanensi 28. Septembris 1602. apud Gavantum *in manuali Episcoporum, in verbo Ecclesia, numer.* 4. & apud Barbosam *de jure Ecclesiastico, lib.* 29. *capit.* 6. *numer.* 2. decrevit, quòd statuta Ecclesiæ Collegiatæ quærenda sunt à proprio Episcopo, nullum ergo decretum, aut statutum possunt facere bene-
6 ficiati, inconsulto Episcopo, alias si statutum possunt facere beneficiati sine Collegio Canonicorum, utique ipsi beneficiati construerent Ecclesiam Collegiatam, manifestum enim signum Ecclesiæ Collegiatæ est, posse facere statuta, Cardinalis Mantica *decis.* 175. & 215. Barbosa *de Canonicis, & dignitatibus, capit.* 2. *num.* 15. & quòd 7
communi sigillo utantur, & quòd habeant unum caput distinctum ab Episcopo, & ejus Vicario, Rota *decis.* 673. *part.* 1. *recent.* & latè Lezzana *tom.* 4. *suorum Consiliorum, cons.* 70. *per totum.*

Suppono tertiò, appellatione Capituli veniunt tantum 8
Canonici Cathedralis, & sic mortuo Episcopo, illi tantum, & non alii concurrunt ad electionem Vicarii Capitularis, quare Portionarii, quia non sunt de Capitulo, non comprehenduntur sub hoc decreto, neque Clerus poterit se in hoc ingerere, ut Officialem constituat, aut confirmet, prout declaravit Sacra Congregatio apud Barbosam *sess.* 24. *cap.* 6. *num.* 24. Canonicus de Magistro *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 80. sed in Ecclesia Tricaricensi, & Nolana ingrediuntur ad Capitulum non solum Canonici, sed etiam alii Portionarii, per consuetudinem, ita de Magistro *d. lib.* 2. *cap.* 7. *in fine.*

Suppono quartò, Canonicos solere insignia aliqua por- 9
tare extrinseca, ut putà Cappas, Mitras, & Bacula, ex privilegio speciali, & aliqui dici solent Canonici Cardinales, ut Ravennates, Salernitani, & Neapolitani, in quibus inter alias fulget decor Canonicalis dignitatis, ut bene de Magistris in sua Sylva *lib.* 2. *cap.* 6. *in fine*, & licèt Canonici Ecclesiæ Cathedralis generaliter non dicantur habere
propriè dignitates, tamen quoad delegationes æquiparantur dignitatibus, *capit. statutum, de rescriptis in* 6. cum 10
sint etiam in magno honore per Felinum *in capit. Pastoralis, de officio delegati*, & faciant unum corpus cum Archiepiscopo, & dicuntur Columnæ Ecclesiæ, *capit. cum Clerici, de verbor. signif.* & dicantur Clerici primi gradus,
ita Præpositus *in cap. Episcopus*, 18. *dist.* & in Processioni- 11
bus, & sessionibus quando sunt collegialiter Congregati præcedunt etiam Abbatibus habentibus usum baculi, & mitræ per Decium *in cap.* 2. *de judiciis*, & possunt esse conservatores privilegiorum regularium, ut in compendio privilegiorum Mendicantium, in verbo conservatores, licèt conservatores debeant esse in dignitate, sic Canonici depu-
tantur, ut Judices Synodales, qui ut plurimum esse solent 12
in dignitate, & sic latè sumpto vocabulo, Canonici veniunt appellatione dignitatum, Verallus *decis.* 157. *part.* 1. Achilles de Grassis *decis.* 1. *de rescriptis*, qui dicit, quòd si Brevia committantur constitutis in dignitate, possunt expediri per Canonicos, attenta verisimili mente committentis, & consuetudine, & rescripta quando sunt favorabilia possunt expediri à Canonicis, Verallus ubi suprà, Genuensis *in praxi, capit.* 85. *numer.* 10. & *num.* 17. *usque ad num.* 22.
Cæteris autem inferioribus de Ecclesia beneficiatis, vel 13
Cappellanis, seu hebdomadariis, nisi illi sunt in dignitate Ecclesiastica, scilicet Protonotarii, &c. vel deputati; in Diœcesana Synodo non possunt committi causæ, licèt de consuetudine habeant vocem in actibus Capitularibus, & intervenirent in capitulo Canonicorum, quia non per hoc dicuntur de capitulo, quia soli Canonici constituunt illud, ita Innocentius *in cap.* 2. *de institut.* Abbas, Felinus, & alii *in capit. cum olim, de re judicata*, & non sequitur habent vocem in capitulo; ergo sunt de capitulo, Geminianus *in cap. finali, de præb. in* 6. quare in dispositionibus ad capitulum veniunt soli Canonici, non tamen illi, qui sunt de jure speciali, vel ex consuetudine habent vocem in capitulo, Genuensi ubi suprà, *num.* 2. de Magistris *dicto lib.* 2. *capit.* 5. *num.* 13. qui etiam refert, quòd Canonici Cathe-
dralis Neapolitanæ habent privilegia Prælatus, & Proto- 14
notariatus, ita dicit de Magistris *in statu Ecclesiæ Neapolitanæ, capit.* 26. & *in sylva Ecclesiastica, lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 42. *in fine*, & nunc intelligas Canonistas, qui dicunt, quòd cantoria, & sacrista dicatur officium, ex Glossa *in capit.* 1. *de consuetudine, in* 6. transit tamen facilè in dignitatem si
ante habeat aliquam præeminentiam, ex traditis per Glos- 15
sam *in dicto cap. Quia nonnulli, in verbo, dignitates, de Clericis non residentibus*, & hoc casu appellatur personatus, Rota *decis.* 447. *in novis*, nam personatus à dignitate non differt in sua substantia, Abbas *in cap. de multa, numer.* 21. *de præb.* an verò personatus sit dignitas, an nudum officium pendet à consuetudine, Abbas *ibid.* & fuit decisum de anno 1613. qui dicit hoc pendere à consuetudine, Antonius Faber *lib.* 1. *C. de sacros. Ecclesiis, defin.* 26. *in scholiis, litt. D.*

Cum

16 Cum ergo Canonici Neapolitani maximas habeant prærogativas, & in propria Patria maximus sit honor esse de illis, meritò D. Octavius Gaudiosus factus, ac creatus fuit à Papa unus ex illis, vir sanè benemeritus, ac benevisus ab omnibus, & intus, & extra Neapolim Principibus notus, Pontifici carus, quia promotus fuit ab eo, musicus insignis, moribus undequaque dignissimus; obtinuit ergo suum Canonicatum in dicta Ecclesia Cathedrali, & non defuerunt Canonici impedire illius possessionis capturam, & Vicario litterarum Apostolicarum executori palam, ac publicè contradicere cum scandalo cæterorum fidelium Neapolitanæ Civitatis, non alio prætextu, nisi quod erat irregularis, ut Eunuchus, & quòd subreptitiè collationem habuerit à Papa, miror de temeritate tot Doctorum, qui classici possent appellari, quando sub fide unius, aut plurium, qui materiam non degustarunt, se opposuerunt, cum tanto præjudicio Sanctæ Sedis, quasi quod si vidissent Romæ PP. illi dispensationem opus esse in tali criminis delicto à Canonicis supposito, eam in cujus manibus erat, non dedissent, & supponere vellent Neapoli tale facinus, & monstruosum portentum, ut ipsi dicebant in Ecclesia Neapolitana contingere.

17 D. Anellus de Philippis noster Collega matutinus in hac Universitate Neapolitana pro Canonicis nostris scripsit, inter quos olim habuit germanum Fratrem Dominum Carolum, dignissimum Advocatum Fiscalem dictæ Curiæ, virum sanè doctum, & suum officium omni integritate exercentem sub Eminentissimo Cardinali Philamarino, quem immatura mors nobis arripuit; hic ergo Doctor incipit dicere, quòd noster Octavius dum possessionem vellet adipisci, Reverendi Canonici recesserunt à loco, & quòd hoc potuisset fieri allegat Barbosam *c.*15. *num.*15. de dignitatibus, & Canonicis.

18 Sed rogo Dominum de Philippis, ut referat non tantum locum illum Barbosæ, sed testis sit fidelis pro toto facto; Canonicus ergo post provisionem Bullarum factam ritè, & rectè in sui personam, oportet, ut ibi recipiatur quod spectat ad superiorem Canonicorum, vel ad alium, cui committitur à Papa, vel ab Episcopo, ut talem ei det possessionem, & capi debet possessio capitulariter de quocumque Canonicatu, vel dignitate, quæ sit de Capitulo, ita Innocentius, & alii Canonistæ *in cap. litteras*, *de restitut. spoliatorum*, post alios Theodosius Rubeus *in suis singularibus*, *tom.*2. *in verb. Possessio*, §.1. Lotterius *de re beneficiaria*, *tom.*1. *lib.*2. *quæst.*21. *numer.*34. *& tom.*2. *lib.*3. *quæst.*6. *num.*33. *cum seqq.* Seraphinus *decis.*1044. Ludovicus Posthius *decis.*57. *& de manutent. observat.*30. *numer.*3. la-
19 tè Ferentillus ad Burattum *decis.*318. Capitulariter verò dicitur capta possessio per Canonicum, etiam aliquibus Canonicis contradicentibus, vel illis ad alia negotia ibi congregatis, Glossa *in capit. si Capitulo*, *de concess. præb. in* 6. *in verbo factum*, quia illa possessio est manutenibilis, & dicitur legitima, quando in illa apprehendenda Canonici sunt capitulariter congregati, & ab eisdem sic congregatis possessio tradi debet, *cap. si capitulo*, juncta Glossa *de concess. præb. in* 6. Rota *decis.*701. *part.*5. *recent.* Ferrettus *consil.*220. *numer.*15. & debet capi in sede propria canonicali, seu dignitatis, ut resolvunt Innocentius *in cap. in litteris*, *num.*7. *de restitut. spoliat.* Posthius *de manutenendo*, *observ.*30. Barbosa *numer.*7. ubi suprà.

Licet verò non valeat possessio capta de Canonicatu, non capta capitulariter, etiamsi esset capta de mandato Judicis, vel executoris litterarum Apostolicarum, Posthius ubi suprà, *numer.*3. & sumi debet vocatis omnibus de Capitulo ad sonum Campanæ, vel aliàs, si tamen ipsis non comparentibus fuerit capta possessio ad mandatum Superioris, & Executoris Apostolici, Buratt. *decis.* 318. *num.*17.

20 Sic quando capitulum nulla urgenti ratione denegat dare possessionem, Superior dare possit sine capitulo, & diceretur etiam capere Canonicum capitulariter, *capit. si Capitulum de concess. præb. in* 6. post Glossam ibi, *in verbo exequatur*, Gregorius XV. *in decis.*364. *numer.*2. ubi additio *numer.*7. & tenetur capitulum restituere fructus ab eo tempore, quo denegavit possessionem Canonico tradere, Seraphinus *decis.* 1015. & semper quod existit aliquod impedimentum, propter quod possessio corporaliter adipisci non possit, sufficit si aliter acquiratur, & quòd in Ecclesiasticis possessio habeatur pro tradita, ubi fuit præstitum impedimentum, & præsertim ex recursu ad Judicem laicum, Posthius *observat.*21. *numer.*17. apud eundem *decis.*4175. *numer.*15.

Casu verò quòd capitulum sine justa causa præstet impedimentum, vel recuset tradere possessionem, quia si habeat justam causam, non suffragatur possessio non capta capitulariter, ut pluries fuisse decisum testatur Rota apud Beltraminum apud Gregorium XV. *decis.* 364. etenim requiritur capitulum fuisse legitimè congregatum, & sine justa causa recusasse tradere possessionem, etenim non ab alio præstitum impedimentum, quàm à solo capitulo, excusat à capienda possessione capitulariter, sed illud tantum, quod ab ipso capitulo præstatur, ut *in dicto capit. si capitulo*, & decisum in Rota coram Domino Pirovano, refert Barbosa *de Canonicis*, *cap.*15. *num.* 14. *in fine*. 21

Quia verò formula possessionis capiendæ per dignitatem, seu Canonicatum propositum à Papa, vel ab alio Archiepiscopo proponitur à Barbosa *de Canonicis*, *& dignitatibus*, *capit.*15. *numer.*34. *cum seq.* ideò sufficienter dicitur capta, si Canonicus, vel ejus Procurator ejus nomine per Ecclesiam deambulaverit, & in stallo, & choro sederit, de quibus actibus fiat instrumentum à Notario, Posthius *decis.*175. per textum *in cap. cum inter de renunciatione*, & fit captura possessionis à Canonico, per amplexum Altaris, per tactum Annuli Ecclesiæ clausæ, Cancer. *part.*3. *variar. cap.*14. *numer.*53. Posthius *observat.*21. *num.* 14. & subdit Posthius *dict. decis.*175. *numer.*3. quod si Canonicus in Capitulo, actus sedendi non fecerit propter clausuram januæ capituli, sufficit tangere annulum portæ si intus nullus sit animo possidendi, ergo D. Octavius cepit capitularem, & canonicalem possessionem, non obstantibus Canonicorum impedimento ab eodem figurato, & prætenso legitimo, quod nullum est, ut suprà. 22 23

Supponit Dominus de Philippis Canonicos opposuisse D. Octavio de subreptione rescripti, atque de obreptione ejusdem, quasi quod non dixerit Summo Pontifici Clementi X. suam inhabilitatem in Canonicatu obtinendo scilicet de Eunuchismo, quem defectum improbantes Canonici Neapolitani, justè opposuerunt se Canonico possessionem capere volenti, cum ad eos pertineat illum reprobare: utpotè incapacem Canonicatus, & litterarum executore aggravante capitulum, bene potuerunt illi resistere, & multo magis quando non resistentes, sed supplicantes videre rescriptum dispensationis super Eunuchismo, id fecerint Canonici, justa ergo causa resistebant, & non pro hac subreptione, & obreptione rescripti, dicit Dominus de Philippis D. Octavium fuisse, & esse Eunuchum, & consequenter irregularem, & hoc non dixisse in supplicatione sui Canonicatus impetrativa à S. D. N. Clemente X. & quod sit irregularis, miror quod adducit Campanilem *in suo diversorio Rubrica* 11. *capit.*15. *à numer.*22. sed rogo legi, & perlegi Campanilem, qui post Plazam *in Epitome delictorum*, *capit.*14. & alios eruditissimos, quos allegat Doctores *numer.*23. *fol.*480. tantum abest, ut Eunuchos putet ipse irregulares, ut contrarium dicat non esse irregulares, & explicat Sacram Scripturam, & Canones, contrarium apparenter dicentes. 24 25

Secundò allegat Bonacinam *disput.*7. *de censuris*, *quæst.* 2. *punct.*2. *numer.*34. quem rogo videri à *numer.*27. quia, ait quod ille qui sua culpa facit abscindi virilia, est irregularis, pondera illa verba sua culpa, quod non sufficit abscissio, sed debet esse culposa, ut causet irregularitatem, ut fundavimus supra *in quæst.*3. & licèt exierit ab ore Bonacinæ verbum illud, *(propter cantum,)* tamen videtur non id considerasse Bonacinam, quia statim subdit ob castitatem servandam, & debuisset legere Dominus Author quid dicant Castrus Palaus, Verrecelli, Pasqualigus, aliique suprà citati in hac materia, quid dicant Glossæ, & jura Canonica, ac Canonistæ communiter quando admittunt abscissionem testiculorum ob infirmitatem corporalem evadendam sine ullo scrupulo irregularitatis: ergo multo magis ob cantum, ut diffusè, & non uno verbo, supra probavimus. 26

Nec quicquam de Majolo curandum, est, quia ut integrum volumen irregularitatum componeret, multas somniavit suo capite, sine ullo textu Canonico, ut patet in illo, qui se barbam tingit, quem ipse vocat irregularem, & in eo, qui dentes longævos sibi moderari incidendo facit quem vocat irregularem, cum tamen, ut supra diceb[...]mus in secunda quæstione nihil tale sit, ergo non crede[...]dum 27

Majolo

Majolo in pluribus, quas sine S. Canonibus sibi finxit irregularitates, ut librum duceret ad perfectionem, ita in præsenti dicendum est de hoc casu.

28 Et per hoc inolevit praxis in Curiis Ecclesiasticis, super ordinatione Eunuchorum, ut capta informatione duorum testium, quòd Eunuchus non se ipsum voluntariè castraverit, sed à parentibus, vel ab aliis, statim ad primam tonsuram, & Ordines quoscumque fuerunt assumpti, vidimus, & habemus plures, & plures Eunuchos Neapoli musicam exercentes cum maximo honore, & in Palatio Regio, & in principalibus Ecclesiis Neapolitanis, ubi isti vivunt, & suas voces exercent, dicant, quam pro ordinibus habuerunt dispensationem, dicent certè nullam, & nunc venerandi isti Patres, nescio si livore, vel Zelo, autumant dispensationem requiri, & trepidaverunt timore, ubi nullus est timor, videant Archivium Archiepiscopale Neepolitanum, ubi acta ordinatorum Eunuchorum, quòd si dicant non opus fuisse dispensatione, tunc, quia eramus in ordine suscipiendo, nunc in Canonicatu consequendo, ridicula esset responsio,

29 quando irregularis si esset Eunuchus, tum ad ordines, tum ad Canonicatum, & beneficia opus haberet dispensatione, si ergo ad ordines non habuerunt quid opus est ad Canonicatum, & si inter hebdomadarios quos vocant non solum antiquitus, sed nunc habent Eunuchos sine ulla prætensa dispensatione, quomodo ad Canonicatum requiritur? non ergo zelo charitatis, ac illorum Ecclesiæ, sed aliunde orta fuit motio Canonicorum, sciunt ipsi ad quam causam id fecerint, & quo Authore instigante.

30 Quia verò in eorum allegatione numeros feci, & summarium cum argumento, ut videre est in præsenti libello, revertamur ad eosdem sub *numer.* 8. ibi, quòd impedimentum ex eo procedit, scilicet ob periculum committendi homicidium in ejus personam, siste parumper amice lector, ergo ob periculum homicidii contrahitur irregularitas? quis Textus Canonicus hoc dicit; nulla est in jure irregularitas quæ detur ex homicidio, nisi illo sequuto, unde, vel castratus decedit in castratione, & moritur, & est irregularis castrans ob homicidium, vel non moritur, & evadit, & nullus, nec castrans, neque castratus est irregularis per hoc, quòd se exposuerunt periculo homicidii, sicuti duellantes sunt excommunicati ex Canonibus, & Bullis Pontificis, sed non sunt irregulares, licèt se exposuerunt periculo homicidii, ergo ratio assignata ibi ridicula est.

31 Subdit, *numer.* 9. non esse capacem beneficii irregularem, sed indigere dispensatione.

Vera dicit sub illa tamen distinctione propositio procedit, scilicet, si loquamur de beneficiis obtinendis non est capax, quia irregularis, si de illis obtentis potest retinere, non obstante irregularitate, quia non privatur ipsis ipso jure, sed venit privandus per sententiam, & interim donec non fuerit privatus, facit fructus suos, Garz. *parte 7. capit.* 11. *de Beneficiis*, *numer. primo*, Ricciús *part.* 3. *praxis fori Eccles. resolut.* 314. idem Garzia *part.* 11. *capit.* 10. *numer.* 47. *&* 48. Parisius *lib.* 5. *de resignatione beneficiorum*, *quæst. tertia*, *numer.* 182. *& sequenti*, Rebuffus *de pacificis possessoribus*, *numer.* 314. *& sequenti*, Ugolinus *de irregularitate*, *cap.* 62. §. 20. Marescottus *lib.* 2. *var. cap.* 35. *numer.* 7. Joannes Maria Novarius *in allegatione post decisiones Episcopi Riccii*, *part.* 2. *decision.* 94. Gonzalez *gloss.* 15. *numer.* 78. *&* 79. *&* 124. Riccius *decision.* 102. *par.*

32 *secunda*, & irregularis ante privationem per tres sententias conformes, beneficium non dicitur vacare, & non poterit impetrari, Gonzalez *ubi supra*, *numer.* 48. cum beneficium, non vacans impetrari non possit, Garzia *de Beneficiis*, *part.* 10. *capit. primo*, *numer. primo*, Barbosa *in capit. nulla*, *de concess. præb. numer.* 57. *& sequenti*, & ante sententiam privationis poterit impetrari, Marescottus *ubi supra*, *numer.* 7. etiam ad favorem, & ante tres sententias conformes, Gonzalez *gloss.* 15. *num.* 146. etiam post sententiam, si ab ea fuerit appellatum, & sic fuisse decisum in Senatu Parisiensi tradit Rebuffus *in praxi beneficiaria*, *in titul. de modo amittendi beneficia*, *numer.* 50. & idem *consil.* 82. quia appellatio suspendit sententiam, & jurisdictionem judicantis, Parisius *ubi supra*, *numer. decimo octavo*.

33 Quod si in impetratione beneficii facta per delictum alicujus apponatur clausula, qua dicatur quod statim, quòd beneficium per privationem, vel cessionem vacaret impetranti conferatur: tunc gratia valeret, non ut de beneficio vacante, sed tamquam de vacaturo, Gonzalez *ubi supra*, nam beneficium criminosi potest in perpetuum in eventu privationis, Parisius *lib. tertio*, *quæst.* 16. *numer.* 57. *& sequent.* in qua impetratione solet apponi clausula, quòd si interim fiat resignatio à privando cadat in favorem impetrationis, & hoc post privationem: nam anteà non solet concedi, Parisius *ubi sup. numer.* 63. legas Franciscum Severinum *res.* 6. post Novarium *tom.* 2. *qu. for. per totam*.

Dicit Dominus Author pro Canonicis *numer.* 19. quòd solus Papa dispensat cum corpore vitiatis. 34

Sed contra, quia ut dixi *quæstion. secunda*, *numer.* 42. *&* 62. non defuerunt DD. Classici, qui dicunt hodie vigore Tridentin. *session.* 24. *capit.* 6. *de reformatione*, posse Episcopum dispensare in tali irregularitate, si sit occulta, ut ibi dixi, sed in præsenti nulla requiritur dispensatio, quia nulla est irregularitas, ut suprà diximus *in* 2. *&* 3. *quæst.*

Sub *numer.* 11. *&* 12. dicit Dominus de Philippis nostrum Octavium, non posse gloriari de tacita dispensatione habita per Pontificem, quasi quòd Summus Pontifex promovendo inhabilem, videatur tacitè super inhabilitate dispensasse, vel quia fuisset dispensatus ad Sacerdotium, quæ trahatur ad Canonicatum ex præsumpta mente Pontificis, & ait quod nunquam Pontifex censetur dispensare facta obreptione.

Sed contra, quia dispensatio est juris communis relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo, qui jus habet dispensandi, ita Glossa *in capit. requiritur* 1. *quæst.* 7. *in verbo Plerisque*, & est differentia inter dispensationem, & facultatem, seu potestatem dispensandi, quia dispensatio est odiosa, cum sit relaxatio juris, & quodammodo contra jus. Potestas verò dispensandi est latè interpretanda, licèt sit delegata, cum sit beneficium concessum ab eo, qui potestatem habet concedendi, ita Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio*, *disput. prima*, *numer.* 20. Granadus *part.* 1. in D. Thomam *tractat.* 2. *disput.* 6. *sect.* 1. Pontius *de matrimonio*, *lib.* 8. *cap.* 3. Castrus Palaus *tom.* 1. *tract.* 8. *disput.* 3. *puncto* 1. *numer.* 2. & disputant nostri, an sola patientia Prælati sufficiat pro dispensatione, v. g. Summus Pontifex, vel Episcopus videt irregularem celebrare, vel habentes impedimentum contrahere matrimonium, in quo impedimento potuissent ipsi dispensare, & putat quod non, Suarez *de legibus*, *l.* 1. *cap.* 13. *numer.* 22. Sayrus *de censuris*, *l.* 7. *cap.* 14. *numer.* 16. Bonacina *de legibus*, *disput.* 1. *qu.* 2. *puncto* 1. *numer.* 18. quia talis taciturnitas, non est semper signum consensus, Glossa *in c. cum in dubium*, *de præb. cap. super*, *de cognatione spirituali* unde dici solet apud Canonistas, quod illa, quæ tantum in patientia consistunt, non sunt sufficiens signum dispensationis, quæ actum positivum requirit, alii dicunt oppositum cum Amico *to.* 5. *disp.* 6. *sect.* 6. *n.* 72. Sotus, Henriquez, & alii apud Sanch. *l.* 3. *de matrim. disp.* 35. *n.* 22. qui loquuntur de Episcopo vidente non approbatum absolvere à peccatis, censetur dispensare, quod ampliant ad omnem aliam dispensationem, quia ut benè Castrus Palaus *to.* 1. *tr.* 3. *disp.* 6. *puncto* 12. *n.* 3. illa taciturnitas est ratihabitio de præsenti, quæ sufficit ad concedendam veram dispensationem, sic dicunt Doctores, quod si quis det Papæ pecuniam pro beneficio, si Papa accipiat, videtur dispensare in simonia, Ang. *in verbo Simonia*, §. 7. contra Abb. *in c.* 1. *de simonia*, Valerus *in verbo Dispensatio*, *differ.* 3. *n.* 4. 35

Dicit *numer.* 13. quòd dispensatio habet conditionem si preces veritate nitantur, & quòd ex falsa assertione sit subreptitia, vel obreptitia, & invalida, & subdit *numer.* 14. & 15. *&* 16. 36

Sed contra, quia non omnis taciturnitas reddit gratiam subreptitiam, quamvis ea cognita Princeps non concessisset, sed tunc solum, quando taceretur veritas, quam jura dicunt exprimi Glossa *in Clem. vere*, *de præb.* Flaminius Parisius *de beneficiis*, *lib.* 6. *quæst.* 2. *numer.* 86. *& l.* 10. *quæst.* 1. *numer.* 18. & alii apud Dianam *part.* 8. *tractat.* 5. *resolut.* 50. *vers. Non desinam*, &c. nam Principis voluntas præsumitur talis, qualis est intentio juris, *l. ex facto*, *in princ. ff. de vulgari*; ergo ubi juris intentio ad dispensationis valorem, non exigit expressionem alicujus veritatis, nec voluntas Principis præsumitur esse, ut ea exprimatur per alios dixisset, sed quando taciturnitas est in causa fina-

li, nisi aliter non concessisset Pontifex: tunc non vitiatur,
37 imò in hac materia est notanda doctrina Portellii *in respon-sis moralibus*, *tom. secundo*, *casu* 49. *numer.* 7. ubi ait, Dubium est, an si in narrativa detur vitium, tacendo veritatem, vel exprimendo falsitatem, & nihilominus Papa in dispensatione dicat dispensare ex motu proprio, per talem causam (*motu proprio*) suppleatur vitium subreptionis, & invaliditatis positæ in narrativa, & cum Bonacina, & Suarez distinguendo: nam vel Papa concedit dispensationem motu proprio, absque petitione, vel narratione petentis, sed ex mera liberalitate, vel illam concedit ex petitione, & informatione petentis, si concedat primo modo, valet dispensatio, seu privilegium, etiamsi à parte rei sit impedimentum. Ratio est, quia cum Princeps concedit ex mera libertate, non ex causa sibi falsò narrata, vel veritate tacita, cum privilegiatus non loquatur, nec aliquid operetur, nisi acceptando gratiam, & censetur Principem tollere liberaliter omne impedimentum, obstans per illam clausulam (*motu proprio*) & sic habetur *in capit. si motu proprio*, *de præbend. in sexto*, sed si Papa concedat gratiam ex motu proprio, petente, tamen petente: tunc illa clausula *motu proprio*, non supplet defectum, & gratia est nulla ex *capit. secundo*, *de rescriptis*, & sequitur Diana *part.* 8. *tractat.* 3. *resolut.* 70. *per totam*.

Subdit *numer. decimo septimo*. Neque suffragasse Domin. Octavio dispensationem forsitan habitam ad Sacerdotium, cum dispensatio sit stricti juris, & dispensatus ad unum, non est dispensatus ad aliud, *numer.* 19. & *num.* 18. quod non valet argumentum de minori ad majus, & dispensatus ad beneficia non videtur dispensatus ad dignitates *numer.* 21.

38 Sed contra est, quia licèt dispensatio sit odiosa, & stricti juris, *capit. is*, *qui de filiis Presbyterorum*, ubi dispensatio, tamquam odiosa est restringenda, *cap. odia*, *de regul. juris*, *in sexto*, & ratio est, quia exorbitat à jure communi, & est juris vulneratio, seu relaxatio; ergo restringenda, utpotè exorbitans, Amicus *tom. quinto*, *disputat. sexta*, *sect.* 2. *numer.* 16. & facit Textus *in capit. quæ à jure de regul. juris*, ibi, quæ à jure communi exorbitant, non sunt trahenda ad exemplum, tamen dispositio in toto, vel pro toto concessa extenditur ad parentes: unde dispensatus in Sacerdotio, dicitur dispensatus in reliquis Ordinibus à Sacerdotio præsuppositis, sic dispensatus, ut possit testari, censetur dispensatus ad Codicillos, & extenditur dispensatio ad connexa, unde dispensatus, ut non teneatur intra annum ad Presbyteratum promoveri, sic facta alicui dispensatione ad non jejunandum, non poterit comedere carnes, quia sunt separabilia, sed si eum aliquo dispensetur, ut possit in jejunio comedere ova, censetur dispensatus ad comedendum lacticinia, de qua re Merolla *tom.* 2. *disputat.* 41. *capit. sexto*, *dubio primo*, *per totum*, ubi ponit regulam cum undecim limitationibus.

39 Et licèt aliqui dicant, quòd dispensatus ad Ordines; non censeatur dispensatos ad Sacerdos, ut Pater Sanchez *lib. octavo*, *de matrimonio*, *disputat. prima*, *numer.* 26. Suarez *de censuris*, *disputat.* 41. *section.* 3. *numer.* 3. tamen alii docent contrarium apud Koninchum *disputat.* 33. *de Sacramentis*, *dub.* 20. *numer.* 29. quia dispensatio non est ita odiosa, ut non extendatur ad ea, quæ sub rigorosa significatione Ordinis continentur, sed Ordines Sacri continentur in rigorosa Ordinis significatione, ergo ad eos extenditur dispensatio. Secundò, nam si contrarium esset, solum ad primam tonsuram extenditur dispensatio ad Ordines, quod est falsum. Tertiò, quia indefinita æquipollet universali, ergo dicendo ad Ordines, extenditur etiam ad Sacros, ut benè Texeda *tom. secundo*, *in Divum Thomam*, *lib. quarto*, *sect.* 3. *numer.* 29. sic dispensatus ad Ordines minores posset, etiam recipere simplex beneficium, ita Emmanuel Sà *in verb. dispensatio*, *numer.* 14. Sayrus *de censuris*, *lib. septimo*, *capit.* 14. *numer. primo*, & probabile putat Merolla *tom.* 2. *disput. quarta*, *capit.* 6.
40 *numer.* 70. contra Thesaurum *de pœnis*, *part. secunda*, *cap.* 2. dispensatus verò ad Sacros Ordines posse obtinere beneficium simplex, dicunt sine ullo dubio Castrus Palaus *tom.* 1. *tractat.* 3. *disputat.* 4. *puncto* 9. *numer.* 8. Sanchez *l.* 8. *de matrimonio*, *disputat.* 1. *numer.* 19. quia dispensatus ad Sacros Ordines, videtur dispensatus ad beneficium simplex, sine quo non potest ordinari, Tridentin. *session.* 21. *de reformatione*, *cap.* 2. ergo sunt connexa inter se dispensatio ad Ordines Sacros, & ad beneficium simplex, ex Tridentin. *session.* 23. *de reformatione*, *cap.* 2. notat tamen Doctissimus meus Diana *part.* 8. *tractat.* 3. *resolut.* 28. *in fine*, quod quando cum illegitimo, verbi gratia, dispensaretur absolutè super irregularitate, tunc extenderetur 41
dispensatio non solum ad beneficia simplicia, sed etiam ad curata: nam esset tunc dispensatio totalis, & verba absolutionem important integram, & non est major ratio, cur dispensare super irregularitate, &c. unum, & non aliud habere possit, & singularis dispensatus ad Ordinis, censetur etiam dispensatus ad pensiones, Rota *dicta decision.* 1264. cum Seraphino, & apud Burattum *decision.* 53. *numer. primo*, excepta dispensatione cum illegitimo, quia certum est non posse habere pensionem super beneficio parentum, ex Tridentin. *session.* 15. *capit.* 15. Burattus *numer. quarto*, sed contra Rotæ decisionem est stilus Datariæ, & Cancellariæ, quæ non dat pensionem tali illegitimo dispensato ad Ordines, ut ex stilo Datariæ, notat Garzia *de Beneficiis*, *part. prima*, *capit.* 50. *numer.* 120. Merolla *tom. primo*, *disputat. quarta*, *capit. sexto*, *numer.* 46. cui stilo standum est, quia magis propinquus est Papæ, unde cogitandum reliquit Diana *p.* 8. *tr.* 3. *resol.* 39. *in fine*.

Subdit Dominus de Philippis *numer.* 18. quòd illa 42
regula, cui conceditur, quod est majus, censetur concessum, quod est minus, non habet locum in dispensationibus.

Sed contra, quia pro dicta regula allegat Fabrum *definition.* 13. *Codic. de Sacrosanct. Eccles.* citatum à Riccio, at excusatione est dignus Author, quia Faber nihil tale dicit, ibi, & Riccius more solito se gessit, verum argumentum valere ob identitatem rationis, de majori ad minus, in materia dispensationum, ac pro regula affirmativa proponenda dicunt communiter Doctores apud Dianam *part. octava*, *tract. tertio*, *resol.* 41. *per totam*.

Sub *numer.* 27. ait Reverendissimum Capitulum esse 43
legitimum contradictorem ad opponendum contra Canonicum intrusum, ut rejiciatur, ex allegatis per Seraphinum *decision.* 355. per Ottobonum *decision.* 164. per Duranum *dec.* 55.

Sed respondeo cum Durano *dicta decision.* 55. quòd Capitulum nullum habebat interesset in tali provisione, & possessione, quia Ordinarins est ille, qui est defensor libertatis beneficiorum Ecclesiæ, & quia agebatur de litterarum Apostolicarum exequutione, à fortiori Capitulum non fuit legitimus contradictor, ut post alios Duranus *dict. decision.* 55. *numer. quarto*, quia in causa illa Mediolanensi Præposituræ, de qua Duranus *dict. decision.* 55. erat quidam provisus à Sede Apostolica contra formam statuti certam ætatem requirentis in Canonicatu, atque aderat dispensatio, non erat Capitulum legitimus contradictor, at in casu nostro Capitulum opponebat Domin. Octavio, quòd erat Eunuchus, & sic articulum juris, an Eunuchus esset Canonicatus, & beneficii incapax, seu irregularis, in quo nullum habent Canonici interesse, quia non fiebat contra formam statuti facti à Capitulo, ut in illa Mediolanensi proposituræ, & ad pejus dicendum est cum eodem Durano à *numer. quinto*, *cum sequentibus*, qui rejecta decisione Blanchetti *numer. nono*, ubi fuit dictum, Capitulum posse agere, ut rejiciatur intrusus, ait Duranus, Rotam recensuisse à dicta Blanchetti decisione, quo ad hoc, ut impediatur Apostolicarum litterarum decisio, quod sic fecerunt Canonici, sed ad effectum, ut Canonici dicantur habere interesse, ne intrusus remaneat in beneficio, habere Canonicos interesse, & rogo videri *decisionem* Durani 55. *numer. undecimo*, ubi fundatur interesse Capituli in petitorio, quia ad eum pertinebat institutio illius Præposituræ, ex vi fundationis, quod in casu nostro est falsissimum, pertinuisse ad Capitulum collationem, & habebat Capitulum consortium cum Ordinario Collatore singulis mensibus, quod non est in Capitulo Neapolitano, nisi certis mensibus, & ad impediendas exequi litteras Apostolicas, debet incontinenti probari interesse, quod allegabatur, non erat violatio statuti ejusdem Capituli, sed asserere articulem juris, an Eunuchus sit irregularis, & potuissent videre DD. à nobis suprà allegatos, quia sibi satisfecissent, ubi ergo interesse Capituli, ubi impedire litteras Apostolicas exequi,

qui, non consulti ergo, nec degustato articulo processerunt DD. Canonici, ad litteras Apostolicas exequi impediendas, & ordinariorum non impedire, quando ad eumdem ordinarium spectat ex officio, non dare intruso possessionem, vel eundem removere ab ea, *capit. ordinarii, §. quod si fortè, de officio ordinarii, in 6.* Tridentin. *session.6. cap.2. & sess.7. cap.5. de reformatione*, Barbosa *alleg.57. numer.222.* Lotterius *l.2. de re beneficiaria, q.46. numer.35. & 36.* novissimè Frances *de instruct. qu.68. & 71. & q.88.*

Sub *numer.31.* dicit ad Capitulum pertinere, ut rejiciatur intrusus, ex Rota coram Blanchetto, sed dixi Rotam recessisse à dicta decisione, ut patet apud Duranum *dicta decision.* 55. & id ait in possessorio non esse attendendum, sed ut proponat interesse in petitorio, quod habet Capitulum, ubi concurrebat cum Episcopo semper, ubi fundamento constabat ad se Præposituram, de qua
44 apud eumdem; videant ergo Domini mei, & applicent ad factum, de quo in præsenti, ubi non erat quæstio de pertinentia, sed de inhabilitate subjecti provisi, sub quadam aerea, & supposita irregularitate, cujus principale interesse, non ad Capitulum, sed ad ordinarium spectabat.

Ergo apertè apparet, Eunuchos, castratos, & spadones non esse personas, tam abominabiles, ut repræsentantur per RR. Canonicos Neapolitanos, nec esse irregulares, & inter eos celeberrimos habuisse Sanctos à Sanctis Patribus commendatos, beneficiorum, Canonicatuum, & aliarum dignitatum capacissimos, quando non voluntariè ad alium finem, nisi ad musicam tales facti sunt, vel ad aliam infirmitatem evadendam, &c.

Verum quia in facto, de quo agimus fuit repertum nostrum Gaudiosum fuisse castratum in anno 12. in circa, & fuit adducta fides solutionis pecuniæ per medium Banci, Eunuchario, qui illum castravit, propterea fuit Romæ dictum (petat dispensationem) quam suppono petiisse, quia nunc est Canonicus maximo cum exemplo, & integritate.

DISCEPTATIO CCXXVIII.

SUMMARIUM.

1 *Facti species proponitur notabilis.*
2 *Delictum puniri debet ab ordinario loci, in cujus territorio committitur.*
3 *Episcopus solus an sit Iudex competens in materia violatæ immunitatis.*
4 *Bulla Gregorii XIV. in materia immunitatis qualiter procedat.*
5 *Qualitas delicti immunitatis violatæ, an pertineat ad solum Episcopum.*
6 *Commendatores S. Ioannis non possunt carcerare Sacerdotes sæculares habentes curam animarum in suis Ecclesiis.*
7 *Sacerdotes sæculares habentes curam animarum in Commendis Sancti Ioannis cognoscuntur a solo Episcopo.*
8 *Censurarum declaratoriæ, an requirat citationem in materia immunitatis.*
9 *Occidentes in Ecclesiis delinquentes, ut absolvantur, quid requiratur.*
10 *Satellites an possint annis spoliare refugiatos in Ecclesiis, & an confugientes ad Ecclesias possint bonis spoliari, & qua licentia.*
11 *Extractionis fuisse factam ab Ecclesia, qualiter probari debeat.*
12 *Extractio probatur per testes examinatos, etiam parte non citata.*
13 *Repositio extracti fieri debet in illo loco, ex quo fuit extractus.*
14 *Repositio quando possit fieri in alio loco ab eo, à quo fuit extractus.*
15 *Extractus, an, & quando possit suo privilegio renuntiare.*
16 *Repositio an sufficiat si fiat Episcopo, vel in ejus carceribus.*
17 *Excarceratio simplex, non sufficit pro repositione.*
18 *Decreta Pontificia adducuntor de modo reponendi extractum ab Ecclesia.*
19 *Ministri legatorum Apostolicorum tenentur etiam observare modum reponendi extractum ab Ecclesia.*
20 *Extractus à domo cohærente Ecclesiæ non gaudet, & quando.*
21 *Delinquens in Porticu Ecclesiæ, gaudet immunitate.*
22 *Extractus blandis verbis, quando sit reponendus.*
23 *Consuetudo, non valet qua extrahuntur delinquentes cum licentia Episcopi.*
24 *Episcopus, an, & quando possit stare processui facto per Ministros laicos, super extractione.*
25 *Episcopus, quando teneatur stare processui laicorum pro repositione, vel extractione.*
26 *Bulla Gregorii XIV. quid disponat circa processum faciendum super extractione.*
27 *Delinquens posito, quod gaudeat, an possit puniri aliunde.*
28 *Iudicia sufficiunt ad torturam pro concedenda extractione ab Ecclesia, & quando.*
29 *Homicidium amici reconciliati an sit à Bulla exceptuatum.*
30 *Homicidium post fractam pacem commissum an gaudeat immunitate.*
31 *Amicus reconciliatus, quando æquipolleat inimico.*
32 *Proditorium, an sit, si occiditur inimicus reconciliatus.*
33 *Proditorium, an sit, si occidatur inimicus appensatè.*
34 *Opinio favore immunitatis sequenda est.*
35 *Homicidium contra non potentem se præcavere, est verè proditorium.*
36 *Proditores proximi quis propriè dicatur.*
37 *Carceratos, aliosve assecuratos occidens, quando dicatur proditorium.*
38 *Proditorii qualitas, quando, & qualiter probetur.*
39 *Proditorium secundùm alios quando propriè dicatur, & in quo consistat.*
40 *Proditorium an consistat in velamine amicitiæ.*
41 *Dubia de immunitate, ad quos Superiores remittantur.*

ARGUMENTUM.

Bulla Gregorii Decimiquarti, incipiens cum alias nonnulli in materia immunitatis localis Ecclesiarum explicatur. Commendatores Sancti Joannis Hierosolymitani, & Priores quid possint circa eam contra extrahentes ab Ecclesiis, quando habent jurisdictionem. Absolutio contra extrahentes, qualiter sit danda, & quæ requirantur. Extractionem fuisse factam ab Ecclesia, qualiter probetur, & an Episcopus teneatur, & possit stare processui fabricato per Ministros Laicos, & quando. Extractione facta, qualiter sit facienda repetitio, & cui. Homicidium, quando dicatur post fractam pacem, & quando proditorium dicatur, & quid in amico reconciliato.

CUm Magnus Prior Sancti Joannis Militum Hierosolymitanorum Dominus meus Excellentissimus Frater Joannes Baptista Caracciolus, Domini mei Principis Sancti Boni Patruus, vir omni ævo venerandus, cum propter ejus eximiam doctrinam in materiis politicis, tum etiam ob morum suavitatem ab omnibus admiratam; constituisset in suo Prioratu Messanæ Vicarium suæ jurisdictionis dictæ Commendæ Dominum meum 1

Dominum Josephum Pilaja virum doctissimum, & in materiis Canonicis versatissimum, ut apparet ex suis Canonicis institutionibus impressis, & meus singularis Dominus, qui Domino Josepho Vicariatum cum gereret in dicto Prioratu cum jurisdictione in certos subditos, & territorio, occurrit, quòd quidam Satellites extraxerunt ab Ecclesia dicti Prioratus quendam delinquentem, ibi, refugiatum ob delictum non exceptuatum in Bulla Gregorii XIV. quæ incipit *cum alias nonnulli*, Dominus Pilaja institit pro censuris, uti Fiscalis Domini Prioris, contra extrahentis, servatis servandis Illustriss. Archiepiscopus Messanæ prætendebat ad se pertinere hoc negotium excommunicandi hos tales, quia Bulla Gregorii loquitur cum Episcopis, ibi, (*constito tibi, &c.*) ex adverso Pilaja dicebat ad se spectare excommunicationis vinculo Satellites ligare, & per hoc Romam accessit ad S. Congregationem immunitatis sua defendendo censuram prout fuit in urbe decisum, cujus decreti urba cum ejus doctissima allegatione inferius dabimus, & quia cum eodem ego sentiebam, dum Neapoli commoraslet, priusquam Romam iret, adduxi ego plura.

2 Etenim dicebam, quòd delinquens puniri debet ab Ordinario illius loci, in quo delictum commisit, *capit. primo, in fine 3. quæst. sexta, leg. si cui, §. idem Imperator*, ubi Glossa *in verbo deliquerunt*, & post eam Bart. *ff. de accusat. leg. fin.* ubi Glossa, & DD. *ff. de novalibus, leg. prima, & Authent. qua in Provincia, Cod. ubi de crimine agi oporteat*, Rota Avenionensis *decision.* 114. *numer.* 2. Franciscus Marcus *decis.* 290. *numer.* 1. 24. *& seq. part.* 2. Menochius *consil.* 406. *numer.* 17. cujus Ordinarii nomine venit non solum Episcopus, sed etiam inferior habens jurisdictionem Ordinariorum, Glossa *in capit. Ordinarii in verbo locorum, de Officio Ordinarii in sexto, & in cap. quamquam in verbo licet Ordinario, de usuris in sexto, & in Clementina unica, in verbo loci de seq. poss. & fruct. & in Clementina prima, in verbo Diœcesanis de jurepatronatus*, Abb. *in capit. possessionem, de probat. in* 1. *notabili*, Navarrus *consil.* 2. *de clandestina desponsat.* Alterius *de censuris, lib.* 5. *disput.* 22. *cap.* 6. Tamburinus *de jure Abbatum, tom.* 1. *disputat.* 1. *quæst.* 4. quod non solum Episcopi, verum etiam alii Ordinarii inferiores possint punire violatores immunitatis Ecclesiarum, est Textus *in capit. ad Episcopos* 17. *quæst.* 4. ibi, *ad Episcopos, cæterosque direximus jussionem, ut eos, qui Ecclesias violasse prohibentur recessu eorum judicent esse indignos*, ubi ponderando illud verbum, cæterosque, dico non posse referri, nisi ad Ordinarios inferiores, ut benè Farinacius *de immun. num.* 367. ergo potuit D. Prioris Vicarius procedere ad excommunicationem, contra extrahentes ab Ecclesia Prioratus, ergo benè fecit Dominus Pilaja ad censuras procedendo, & congruentius, ac justè à Roma fuit confirmata sententia.

3 Neque dicas ex Bulla Gregorii XIV. haberi, hoc spectare ad Episcopum, vel ejus Officialem, etiam si essent alii inferiores Ordinarii, aut nullius Diœcesis, & si casus extractionis occurrat in loco exempto, & nullius Diœcesis ad Episcopum viciniorem cognitio devolvatur, & non ad alios, ergo excludit Prælatos habentes jurisdictionem in proprio territorio, ut notat Gambacurta *de immunitat. lib.* 6. *capit.* 11. & in simili Sacra Congregatio super
4 Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 20. §. *ad hæc de reformat.* ait, quòd causæ matrimoniales, & criminales non spectent ad jurisdictionem inferiorum Ordinariorum, sed ad solos Episcopos, & licèt in dicto Textu non sit sublata immemorabilis, respectu inferiorum Prælatorum, tamen donec, & quousque dicta immemorabilis non sit probata per tres sententias conformes, ad Episcopum spectabit cognitio, ut Sacra Congregatio ibi, ergo inferiores Ordinarii non possunt procedere in causa violatæ immunitatis Ecclesiarum, sed ad solum Episcopum spectabit cognitio.

5 Respondeo enim Bullam procedere in danda facultate Curiæ sæculari, capiendi, extrahendi, vel carcerandi in aliquo ex casibus à Bulla exceptis, & ad eum privativè spectabit cognoscere casum, an gaudeat necne, secus verò quoad censuras infligendas contra extrahentes, quia hic casus spectat etiam ad inferiores Ordinarios habentes jurisdictionem in Territorio, quia correctio juris debet strictè intelligi, *leg. præcipimus, in fine*, ubi Glossa *Codic. de appellation. capit. cum expediat*, *de Decimis in sexto*, ergo quantum attinet ad cognitionem articuli, an gaudeat necne, pertinet ad Episcopum, sed quantum ad censuras contra extrahentes pertinet fulminatio ad omnes Ordinarios habentes jurisdictionem, & territorium, ut declaratum per Sacram Congregationem de anno 1628. & de anno 1638. & rescriptum cuidam Vicario, teste Pignatello *consultat.* 143. ubi latè.

Neque dicas secundò, Commendatores Ordinum 6
militarium non posse retinere, & carcerari facere Sacerdotes sæculares ad curam animarum à se deputatos cum approbatione Ordinarii in Ecclesiis Parœcialibus suorum Ordinum, ob causas pertinentes ad curam prædictam animarum, & hoc facientes incurrunt censuras.

Respondeo enim id procedere, quòd tales Cappellani deputati ad curam Animarum sunt Sacerdotes sæculares, at ex retentione, vel carceratione Clerici, etiam facta in loco privato, & sine læsione incurritur excommunicatio per Textum *in capit. nuper de sententia excommunicationis*, ubi notat Barbosa *numer. secundo*, & in puncto de Clerico incluso in cubili, ita ut egredi non possit dixerunt Navarrus *in cap.* 27. *numer.* 77. Bonacina *de censuris, disput.* 2. *quæst.* 3. *puncto* 6. *sect.* 1. §. 1. *sub numer.* 3. Genuensis *in praxi cap.* 25. neque jurisdictio Commendatoris est contra Sacerdotem sæcularem habentem curam animarum cum approbatione Episcopi, quia talis jurisdictio spectat ad Episcopum Diœcesanum, ex *capit. inter cætera, de officio ordinarii*, & ex Concilio Tridentino *session.* 5. *cap.* 2. *de reformatione*, & clariùs ex Bulla Gregorii XV. *de privilegio exemptorum*, at jurisdictio Commendatoris locum habet, vel in professis in eodem in ordine militari, vel in deservientes ipsi militiæ, & sub obedientia existentes, Riccius *in praxi, part.* 2. *resolut.* 41. *numer.* 3. ait Sacra Congregatio in una Venusina de anno 1609. & tales Sacerdotes sæculares inserviunt Ecclesiis in cura animarum administranda, cujus ratione subjiciuntur ordinario approbanti, Trident. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 11. Lotterius *lib.* 1. *de re beneficiaria, quæst.* 33. *numer.* 119. & plures declarationes refert Pignatellus *consult.* 171. *a numer.* 4. & per 7
hoc si Commendatarii procedant contra tales Sacerdotes sæculares deputatos ad curam animarum, posset Episcopus loci mandare, ut tamquam excommunicati se abstineant à Divinis, & potest denuntiari facere, ex *Clem.* 1. *de privilegiis*, Lauretus de Franchis *de controvers. inter Episcopos, & Regulares, quæst.* 7. Campanilis *rubr.* 12. *cap.* 16. *numer.* 24. Tuschus *de visitat. l.* 2. *cap.* 20. *numer.* 24. & pluries declaravit S. Congregatio apud Pignatellum *consultat.* 171. *numer.* 7. & 8. qui etiam refert cognitionem talis delicti spectare ad Episcopum, & pluries sic declarasse S. Congregationem.

Neque oblivioni tradendum est, declaratorias censu- 8
rarum in materia immunitatis Ecclesiasticæ, quod scilicet Magistratus laicales incurrerint excommunicationem, esse omninò validas, tamquam jurisdictionis defensiones, vim vi repellendo, & non requiritur citatio, quando Episcopus procedit ad declaratorias censurarum à lege, ut benè Suarez *de censuris, disputat. tertia, section. octava, numer.* 24. neque requiratur, quando per Episcopum procederetur extrajudicialiter, uti pars vim vi repellendo pro defensione suæ jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiasticæ, ut post alios Pignatellus *consultat.* 178. vel quando versamur in notoriis Genuensis *capit.* 23. *numer.* 16. *ex capit. de manifesta* 2. *quæst.* 1. *cap. cuidam, de accusationibus*, & decisum per S. Congregationem dicit Pignatellus *ubi supra*, ubi latè de litteris hortatorialibus.

Tandem dico, quòd violantes immunitatem localem Ecclesiæ non possunt absolvi virtute Jubilæi, ut declaravit Sacra Congregatio immunitatis in una Conchensi die tertia Aprilis 1643. apud Pignatellum *consultat.* 490. quan- 9
do verò extracti ab Ecclesia fuissent occisi, & ob hoc declarati excommunicati extrahentes, vel cooperantes, quia Ecclesia non potest reintegrari, ideò non potest eis denegari absolutio in foro conscientiæ. In foro autem externo major pars Eminentissimorum Cardinalium immunitatis fuit in voto absolutionem differri posse, sed non absolutè denegari, imò circumstantias facti considerandas, & alias Sac. Congregatio remisit ad pœnitentiariam negotium, ut benè Pignatellus *consult.* 493. qui *consultat.*

fultat. 495. refert litteras circulariter directas Archiepiscopis Italiæ, ut non faciant inhibitiones Episcopis suffraganeis super materia extractionis, & immunitatis Ecclesiæ, sed quod certioretur S. Congregatio immunitatis.

10 Circa verò grave illud dubium, an satellites sæculares possint armis spoliare, confugientes ad Ecclesias, & loca immunia, dico duas fuisse opiniones, quarum prima dicit, hoc faciendum esse *Auth. Episcopi, ex leg. Pateant, §. hoc vero, Codic. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*, ubi clarissimè habetur, & communiter Doctores tradunt apud Del Bene *de immunitate, cap.*16. *disputat.* 30. *numer.* 3. & multo magis procedit, attentis verbis Bullæ Gregorianæ apud Dianam *tractat. primo, part. prima, resolut. octava*, & propterea bona, quæ secum attulerunt confugientes ad Ecclesiam, ex dispositione ejusdem Bullæ Gregorianæ, non possunt extrahi, nisi præcedat specialis facultas ipsius Sacræ Congregationis, pro illorum extractione, ut pluries declaratum per Sacram Congregationem immunitatis, & Concilii dicunt Barbosa in Trident. *session.*15. *de reformatione, capit.*2. *numer.*28. & apud Del Bene *cap.*9. *de immunitat. dubio* 6. *sect.*3. *numer.* 9. Ciarlinus *cap.*15. *numer.* 87. *lib. primo*, Sperellus *decis.*127. *numer.* 12. Pasqualigus *decis. moralium, decis.* 570. assignant rationem, quia esset jurisdictionem exercere laicos in Ecclesiam. Secunda opinio, & verior est, posse id fieri, ut contra Sperellum, & Ciarlinum, *ubi supra*, dicunt Riccius *part.* 4. *decision.* 124. Sanchez *conclusionum moralium, lib.*4. *capit.*2. *numer.* 18. Cutellus *de immunitate, lib. primo, quæst.*8. *numer.*7. Arias de Mesa *lib.*3. *variar. cap.*25. *numer.*16. quia talis armorum privatio, & spoliatio facta in Ecclesiis non est prohibita, ex *leg. Pateant, §. hos vero, Cod. de his, qui ad Ecclesias confugiunt*, quia non est actus jurisdictionis, sed protectionis, & defensionis cuilibet præmissæ, & multo magis Curiæ Principis, ad scandala evitanda, & quietem in Civitate servandam; posito ergo scandalo, quod solet contingere ex talibus armatis in Ecclesiis existentibus, poterunt armis spoliari, Alderanus Mascardus *de interpretatione statutorum, conclus.*1. *numer.*142. *propè finem*, & an requiratur licentia Episcopi disputat Marta *part.* 4. *de jurisdictione, casu* 7. *n.*180. Pignatellus *consult.* 168. Ciarlinus, & Sperellus *ubi supra*, & an ligare, vel manicis ferreis, vel alio modo confugientes, ac refugiatos in Ecclesiis, sit facere contra Bullam Gregorianam, disputat Pignat. *consult.*126.

11 Debet verò extractio ab Ecclesia probari per testes, & proceditur per fulminationem excommunicationis, non solùm contra extrahentes, sed etiam contra Judices laicos, qui retinent extractum, Farinacius *de immunit. capit.*2. *numer.*307. *& numer.* 324. Genuensis *in praxi, cap.* 12. Peregrinus *cap.*25. *num.*25. & ita censuit Sacra Congregatio in una Neapolitana contra Judicem Califanum de

12 anno 1629. teste Pignatell. *consult.*170. & poterit extractionem fuisse factam probari per testes examinatos, etiam parte non citata, quia licèt testes non sint examinati prævia citat. partis, seu Curiæ laicalis, tamen in causa violatæ immunitatis sufficiunt, ut decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, refert Genuensis, *capit.*23. *numer.* 19. nam alias nunquam posset à Curia Ecclesiastica haberi probatio, ut fuisse decisum refert, Pignatellus *d. consult.*170. *numer.*3.

13 Nec potest dici satisfactum obligationi repositionis in Ecclesiam, si in alio loco immuni sit repositus, quia repositio extracti est facienda in eodem loco, ad Textum in *capit. Reintegranda* 3. *quæst. prima*, Gloss. *in cap. si quis, in atrium* 17. *quæst.*4. & post alios Gambacurta *de immunitate, lib. quarto, cap.*22. *num.*27. quod pluries fuisse practicatum refert Jacobus Pignatellus *consultat.*17. *numer.* 4. & probatur primò, quia Ecclesia, à qua fuit extractus dicitur propriè offensa. Secundò, quia Populus dicti loci, qui habuit scandalum, debet habere notitiam emendationis. Tertiò, quia daretur multiplicatio scandalorum, & traheretur in exemplum, & hoc multo magis procedit,

14 quando extractus asserit, se non esse tutum in Ecclesia, in qua repositus est, cum ibi non habeat eandem libertatem, quam habebat in Ecclesia, à qua fuerat extractus, neque potest dici satisfactum Ecclesiæ, ex fuga extracti à Carceribus Laicis, quia extrahentes tenentur extractum transmittere ad Ecclesiam, donec, & quousque Ecclesiasticus decernat debere gaudere, vel non, ex communi apud Giurbam *consil.*20. *numer.*23. ergo sola fuga à Carceribus Laicis non satisfacit Ecclesiæ læsæ, sed solum excusabit donec Judex habeat facultatem illum restituendi.

Neque extractus etiam volens poterit se tradere in manus 15
Curiæ sæculari, antequam sit Ecclesiæ satisfactum, quia privilegium immunitatis non potest renuntiare; Mastrillus *decision.* 169. *lib. secundo*, ergo neque per fugam carcerari censetur renuntiari, nec per extractionem, Decianus *lib. sexto, criminalium, capit.*26. *numer.* 12. Farinacius *de immunitate, capit.*19. *numer.* 38. Guazzinus *defensione prima, capit.*36. Vermigliolus *consil.* 101. *numer.* 50. Mastrillus *dicta decision.*169. *numer. octavo*, Diana *part* 4. *tractat. primo, resolut.*32. Bonacina *de censuris in particulari, disputat.*2. *quæstion.*3. *punct.*16. §. 3. *numer.*10. Fagnanus *in capit. inter alia, numer.*61. *&* 87. *cum sequentibus, de immunitat. Ecclesiarum*, & declaravit Sacra Congregatio immunitatis in una Cajacensi die 20. Novembris 1640. de qua Pignatellus *consultat.* 170. *numer. octavo*. Neque 16
sufficit restitutio facta Episcopo, vel repositio in Carceribus Ecclesiasticis, juxta Farinacium *consil.*168. *numer.*49. *in fine*, & secundùm opinionem eorum, qui dicunt sufficere restitutionem factam Episcopo, certum est, quòd illa debet esse talis, ut Episcopus deinde extractum liberè in Ecclesia reponat, non ut in carcere detineat, ut declarat Del bene *capit.* 16. *dubio* 38. *numer. secundo*, quia Episcopus non potest remittere injuriam factam Ecclesiæ per extractionem, & retentionem Confugientis, per Glossam *in capit. si is qui* 23. *quæst. quarta, in verbo possumus*, Binsfeldius *de injuriis, & damnis datis, capit.*7. *in* 4. *& ultima conclusione*; Neque sufficit simplex excarceratio, nisi etiam sequatur repositio extracti in Ecclesia, ut 17
ait Sacra Congregatio in una Mediolanensi 23. Februarii 1638. ergo semper restitutio facienda est, eidem Ecclesiæ, à qua fuit facta extractio, & non alteri, ut sic semper Sacra Congregatio rescripsit, & ut possit fieri restitutio alteri Ecclesiæ, est necessaria dispensatio Summi Pontificis, & consensus extracti, ut declaravit Sacra Congregatio de anno 1643. apud Pignatellum *consultat.*170. *numero decimo*, qui allegat Genuensem, Gambacurtam, Peregrinum, Decianum, & alios, De Marinis *capit.*180. *lib. primo, à numer. tertio*, Dianam *part. quarta, tractat. primo, resolut.*34. *in fine*, Del Bene *de immunitat. capit.* 16. *numer.*35. *sect. prima*, & alias de anno 1655. declaravit Sacra Congregatio in una Anglonensi, de qua Pignatellus *dict. consultat.*170. *numer.* 12. & ex decreto Pontificis 18
fuisse servatum contra Gubernatorem urbis in extracto ab Ecclesia Sanctæ Mariæ de Pace die 27. Augusti 1629. in qua extractus fuit ab eisdem Birruariis publicè post meridiem, & idem præcipit Summ. Pontif. in extracto ab Ecclesia Sanctæ Mariæ de Populo, & aliàs censuit Sacra Congregatio immunitatis, præsertim in Salernitana die septima Maji 1630. & sic servatum in Civitate Ferrariæ sub anno 1624. ex declaratione Cardinalis Lerii, cum exequutione Cardinalis Sancti Marcelli, & hoc ex pluribus apud eos, & cum extractus restituitur, debet una cum armis, quæ ei fuerunt oblata, restitui ex argumento Textus *in capit. sicut antiquitus* 17. *quæst. secunda*, ut in una Brundusina, & Mediolanensi, ac aliis refert Pignatellus *consultat.* 170. *numer.* 14.

Hæc etiam procedunt contra Ministros Cardinalium 19
Legatorum, & Nuntiorum Apostolicorum, quia si eorum Ministri violaverint immunitatem, erunt etiam declarandi excommunicati per Episcopos, nec poterunt absolvi, nisi per Summ. Pontificem, ut in Legato Bononiensi, Ferrariensi, & aliis refert decisum Pignatellus *consultat.*170. *in fine*, per Textum *in extravaganti, & si Domini de pœnit. & remiss.* Extractus verò à domo cohæ- 20
rente Ecclesiæ ædificata pro habitatione Rectoris, cum aditu interiori non est reponendus ad Ecclesiam, cum enim quidam Clericus Virginem defloraverit, qui habitabat propè Ecclesiam habentem introitum intus, & extra, qui fuit extractus ab Episcopo, utpotè non gaudens immunitate, ut contra Julianum Chartarium *decision.*46. *numer.*21. Bonacinam, Ambrosinum, & alios refert post Giurbam *consil. decimo, numer.*11. Pignatellus *consultat.* 136. & per hoc Sacra Congregatio decidit quendam captum in Apotheca Hospitalis solita locari, quem portam principalem habebat in via publica, aditum interiorem in atrio ipsius Ecclesiæ,

siæ, sive Hospitalis, non gaudere immunitate, ut refert Regens de Ponte *decision.*33. Riccius *decision.* 171. *numer. octavo*, *part. prima*, *& collect.*669. Thorus *in verbo immunitas*, *part. prima*, Novarius *in Summa Bullarum*, *tom. primo*, *de immunitate*, *numer.*20. qui Sacram Congregationem, sic respondisse Episcopo Sulmonensi, quemdam non gaudere immunitate extractum à Viridario Monasterii illi annexo, cum aditu interiori, quia alium habebat in via publica, per quem etiam mulieres intrabant, ad colligendos racemos uvarum, Pignatellus *consultat.* 176.

21 Delinquens verò in porticu Ecclesiæ, non dicitur delinquere in Ecclesia, & sic non privatur immunitate, prout privaretur, si deliquisset in Ecclesia, ex *leg. prima*, §. *in flumine*, *ff. de fluminibus*, ubi non dicitur fieri in flumine, nisi quod fit intus aquam, non quod in Ripa, & sic notat Francus *decision.*402. *numer. nono*, *in fine*; Mastrillus *decision.*22. *numer. sexto*, *part. prima*, *& decision.*197. *numer.* 90. Castillus *decision.* 156. *numer.* 24. 29. 30. *&* 41. & sic decisum de anno 1628. per Sacram Congregationem refert Pignatellus *consultat.* 169. tum quia ex homicidio commisso in Ecclesia illa polluitur, & indiget reconciliatione, quod non est si homicidium sit commissum in Porticu Ecclesiæ, Glossa *in capit. unico*, *de consecratione Eccles. in sexto*, Castillus *dict. decision.*156. *num.* 16. tum quia in odiosis verba sunt restringenda, *cap. odia*, *capit. in pœnis*, *de regul. jur. in sexto*, tum quia in dubio favendum est immunitati Ecclesiasticæ, & sic homicidium commissum in Ecclesia, licèt non gaudeat, tamen secus est si sit commissum in Porticu, quod non ita est in favorabilibus, unde confugientes ad porticum, etiam gaudebunt, ut declaravit Sacra Congregatio de anno 1635. scilicet Porticum gaudere, Pignatellus *consult.* 169.

22 Qui verò blandis verbis extractus fuit, & suavibus verbis, ut exeat ab Ecclesia, ad quam confugerat, sive publica sit persuasio, sive privata, est Ecclesiæ restituendus, ut post alios dicit Ciarlinus *lib. secundo*, *capit.* 163. Novarius *tom.* 1. *Bullarum*, *titul.* 44. *numer.* 50. *& lib. secundo*, *cap.*78. ubi ait sic decisum in collaterali Consilio, Fontanella *decision.*339. *numer.*4. Sperellus *dec.* 104. *à numer.*78. *part.*2. Mastrillus *decis.* 169. *numer.* 12. *&* 13. *part.*2. Lezzana *in verbo Immunitas*, *numer.*78. ego tamen cum aliis distinguo suasionem blandis verbis factam, & suasionem dolosis verbis, & fraudulentis, ut sunt illa, quæ continent mendacium, & decipiunt, in primo casu dico non esse reponendum, sed amittere privilegium, ut benè Vermigliolus *consil.*99. *numer.*14. sed si dolosè fiat, sive fraus, & dolus causetur à Ministris Curiæ sæcularis, sive ab aliis ei faventibus; tunc non amittit privilegium, & est reponendus, ut post alios Pignatellus *consult.*99. *per totam*.

23 Non autem est approbanda consuetudo, quia Judices laici reos confugientes ad loca immunia, possint extrahi per laicos, sine licentia Ordinarii, ut donec discutiatur, an gaudeant immunitate illa, detineantur in carceribus, ne interim aufugiant, ita declaravit Sacra Congregatio de anno 1649. de qua Pignatellus *consult.*445. Neque possunt Archiepiscopi jure devoluto cognoscere causas immunitatis cœptas coram Episcopis, ne se intromittant, ut ex mandato Urbani Octavi, scripsit S. Congregatio immunitatis, omnibus Episcopis Italiæ die 15. Octobris 1628. & cum conquererentur Archiepiscopi Messanensis, & Panormitanus, quod per hoc tollerentur ab eis appellationes, iterum rescripsit S. Congregatio, quod non erat tollere, sed quod petebat certiorari dictam Sacram Congregationem pro ordinationibus exequendis, & ita 9. Julii 1661. resolvit has litteras circulares pro Episcopis Italiæ servandas esse in omnibus, & per omnia.

24 Dubium tamen illud est, an Episcopus possit ex processibus confectis in Curia sæculari ante extractionem rei ab Ecclesia, cognoscere, num ille gaudeat immunitate, vel teneatur novum processum formare, Farinac. *consil.* 76. *super primo dubio*, *volum. primo*, dicit quod Episcopus nullo modo teneatur stare processui facto per Judicem sæcularem, sed quòd debeat super asserto delicto probationes admittere coram se, *& consil.* 168. *in secundo articulo*, *à numer.* 26. *volum.* 2. Diana *tom. primo*, *resolut.*112. *& part.*5. *tractat.*1. *resolut.*31. Riccius *collect.* 1792. Pacis Jordanus *tom.*2. *lib.*11. *titul. tertio*, *num.* 298. Ansaldus *de jurisdictione*, *part.*2. *tit.*11. *capit.*16. *numer.*3. & alii relati per Thomam Del bene *de immunit. tom.*2. *cap.* 16. *dubio* 43. *sect.*1. *numer. primo*, rejecta opinione dicentium, quòd Episcopus teneatur stare processui Judicis laici per litteras Clement. VIII. in forma Brevis relatas per Genuensem *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ*, *capit.*94. quam tenet Giurba *consil.*50. *& consil.*100. *numer.* 28. Gratianus *cap.*196. *numer.*22. Novarius *in summa Bullarii*, *tom.*1. *in tit. de immunitate Eccles. capit.* 87. dicunt quòd possit Judex Ecclesiasticus stare processui facto per Judicem laicum: unde disputant, an teneatur stare, & distinguunt duos casus. Primus est, quando est lis inter 25
sæcularem Judicem, & Ecclesiasticum si gaudeat necne, & tunc fabricetur processus à sæculari, & huic non tenetur, nec poterit stare Judex Ecclesiasticus, ita communiter Doctores apud Giurbam, Novarium, & alios *ubi sup.* Secundus casus est, quando processus est fabricatus antequam esset refugiatus in Ecclesiam, & tempore, quo nulla erat controversia, inter Judicem Ecclesiasticum, & sæcularem; & tunc Episcopus poterit illi stare, quia non modicam fidem facit veritatis, ita Donatus *de immunitate*, *resolut.*187. *numer. decimo*, Diana *part.* 6. *tractat. primo*, *resolut.* 31. Castrus Palaus, Del Bene, & alii apud Pignatellum *consultat.* 127. & procedere etiam dicunt in processu fabricato antequam reus confugeret ad Ecclesiam Pignatellus *numer.*51. Quod si processus sit fabricatus antequam reus ad Ecclesiam confugisset, posset stare Episcopus, ut dicebamus, dummodo non sit fabricatus in contumaciam, quia tunc licèt possit aliquam fidem facere, vel judicium in foro Ecclesiastico, non tamen erit sufficiens ad remissionem rei, Genuensis *capit.*6. Gratianus *capit.*619. *num.*9. & de processu formato ante confugium ad Ecclesiam, intelligitur quando lis fuerat contestata cum Reo, & ipse erat confessus, vel convictus, aut condemnatus de tali delicto, posteà verò fugiens è carcere, se recipit in Ecclesiam, quoniam si de novo contingat in foro Ecclesiastico dubitari, an delictum ab eo commissum, sit de exemptis; tunc processus laicalis, exhibitis in actis Ecclesiæ, non modicam fidem faciet, & paulisper adminiculatus sufficiet, & sic procedit Gama *decis.* 179. *&* 281. *num.*1. qui *numer.*53. concludit melius esse testes processus laicalis repetere in foro Ecclesiastico, & sic de stylo practicari dicit Pignat. *consult.*127. *num.* 50. Guazzinus *defens.*1. *cap.* 30.

Sed attenta Bulla Gregoriana, certum omnino est non 26
teneri Ecclesiasticum stare processui Judicis laici, sive sit fabricatus ante confugium, sive post confugium, ut *in dicta Bulla*, ibi (*cognito prius per Episcopum*) ut latè Pignatellus *consultat.*127. præsertim *à numer. nono*, *cum seqq.* & remitti Judicis arbitrio dicit pluries fuisse decisum in Sacr. Congregatione *ubi supra*, *à numer.*15. *cum pluribus seqq.*

Quòd si contingat reum extractum ab Ecclesia 27
gaudere immunitate, sed delicta gravia commisisse; tunc poterit à Judice Ecclesiastico puniri pœna extraordinaria, præstita tamen cautione per Ministros laicos, quod completo tempore pœnæ, restituatur reus eidem Ecclesiæ, à qua jam condemnatus fuerat extractus, sufficit cautio juratoria, vel si dubitetur de inobservantia juramenti per laicos, alia sufficiens requiritur cautio, scilicet fidejussoria, Pignatellus *consul.*127. *in fin.* qui affert litteras Pontificias, & modum practicatum in talibus casibus.

Cum verò coram Episcopo disputatur, an casus sit ex- 28
ceptus per Bullam necne, putant aliqui, si appareant indicia sufficientia ad torturam super qualitate delicti, quòd debeat Ecclesiasticus reum torturæ exponere, ut certus sit, delictum commisisse, ex illius confessione ad Textum *in leg.*1. *ff. de quæstionibus*, *l.*3. *leg. miles* 8. *Codic. de quæstion.* & Sacra Congregatio immunitatis non admittit opinionem Gamæ *decis.*179. *&* 281. dicentis, quod reus tradendus sit, quoties super crimine excepto sint indicia ad torturam sufficientia, sed vult Sacra Congregatio, quòd sit cognitum per plenas, & concludentes probationes, quod tale crimen sit verè commissum, ut latè Sperellus *decision.*101. *part.*2. ego puto non posse per Episcopum exponi torturæ, sed sufficere ad reum tradendum judici Ecclesiastico, ut sit sufficienter indiciatus ad torturam, sed non esse ab ejus Tribunali torquendum, ita Marius Italia

capit. decimo, §. *primo*, *numer.* 81. *&* 82. Ciarlinus *tomo primo*, *capit. decimo*, *numer.*106. Giurba *consil.*70.*numer.* 23. *& consil.*100. *numer.*28. relati per Sperellum *decis.* 101. *numer.* 16. & Dominus Merlinus *tom. primo*, *capit.*64. *numer. nono*, & Pignatellus *controvers.* 168. *per totam*, tenet non requiri torturam dandam per Episcopum, sed sufficere, ut extrahatur, quòd sint judicia sufficientia ad torturam delinquentis, ut possit consignari Curiæ Ecclesiasticæ: nam extraordinaria cognitio, quam Episcopus facit, super indaganda veritate criminis excepti, non requiritur libellus, nec litis contestatio, ut benè Farinacius *consil.*168. *numer.*63. *volum. secundo*, *& de immunitate*, *capit.*22. *numer.*376. Castrus Palaus *tractat.*11. *disput. unica*, *punct.*13. *num.*14. *tom.*2. at tortura non potest inferri, nisi prius cum Reo processerit litis contestatio, & processus fuerit legitimatus, ut post alios Antonellus *de regimine Ecclesiæ*, *c.*44. §.1. *num.*7. & post alios Pignatellus *consult.* 161. qui affert sic decisum per S. Congregationem de anno 1657.

29 Contingit verò mihi pluries disputandum, an occidens amicum reconciliatum, dicatur committere homicidium proditorium, & privari debeat immunitate.

Quod ut intelligatur suppono longam esse differentiam inter pacem fractam ab injuriis, & conciliationem, sive concordiam, quia pax est contractus explicitus sui naturam continens plenam sedationem discordiæ, concordia verò solam remissionem injuriarum, Baldus *in leg. prima*, *numer.* 50. *ff. de pactis*, Alexander *in leg. de fideicommisso*, *numer. quarto*, *Codic. de transact.* ubi etiam Jason *numer. tertio*, concordia est sine amicitia, sine qua Pax esse non potest, & per hoc faciens concordiam, si posteà offendat, non dicitur propriè proditor, secus verò si faciat pacem, ut respondisse Baldum quibusdam Theologis interrogantibus, refert Fulgosius *in dict. leg. prima*, *numer. quarto*, Simon de Petris *consil.*64. *numer.*24. *&* 25. *lib. primo*, Guazzinus *de tregua*, *& pace*, *quæstion. tertia*, *numer.* 9. Farinacius *consil.*98. *numer.*8. *& sequenti*, Vermigliolus *consil.*223. *numer.*9. *&* 10. & Pax nihil aliud est, quam vinculum charitatis, *capit. novit*, *de judiciis*, hoc posito.

30 Respondeo, quòd committens crimen fractæ pacis, non gaudet immunitate, ut declaravit Congregatio Sacræ Consultæ apud Farinacium *in addit. ad consilium* 168. quia verè, & propriè dicitur proditor, Gaballus *de omni genere homicidii*, *numer.* 458. *& sequenti*, Gigans *de crimine læsæ Majestatis*, *in titul. de proditorio*, *quæstion. prima*, *numer. octavo*, *tom.*11. *tract. part.* 1. Castr. Palaus, Farinacius, & Bonacina apud Pignatellum *consultat.* 101. *numer.*50.

31 Neque dicas cum Doctores apud Dianam *part. quarta*, *tractat. primo resolution.* 34. Amicum reconciliatum, cum quo non est reassumpta stricta amicitia, habendum esse pro inimico, ergo præcavere debet, etiamsi intercesserit promissio de non offendendo, ergo non est proditorium occidere Inimicum reconciliatum.

32 Respondeo enim doctrinam allatam in argumento non esse admittendam, tum quia hoc esset extendere verba constitutionis contra communem sensum Doctorum, ergo quia occidens inimicum reconciliatum est verè proditor non gaudebit immunitate, Del Bene *part.*2. *de immunitate*, *capit.*16. *sect. tertia*, Tancredus *tom. primo*, *de Religione*, *disputat. septima*, *quæst. secunda*, *numer. secundo*, *& disputat. octava*, *quæst. quinta*, *numer.*20. quicquid dixerit Ambrosinus *de immunitat. capit.*6. Diana *part. quarta*, *tractat. primo*, *resolut.*34. *capit.* 6. *tractat. primo*, *resolut.*12. De Marinis *cap.*174. *numer. tertio*, & Riccius *part. prima*, *decision.*168. quem impugnat Pignatellus *consult.*10. *numer.* 13. & ad illam distinctionem, qua utuntur alii, scilicet, an Pax sit facta de recenti, an multo antea. Respondeo, procedere in sola remissione injuriæ non in pace facta, quæ non solùm importat remissionem injuriæ, sed etiam firmam amicitiam, unde malè DD. confundunt, pacem expressam, cum sola remissione injuriarum, ut dicunt Novarius *part. prima*, *de immunitate*, *numer.*78. De Marinis *resolut.*149. Ciarlinus *controvers.*151. *numer.*33. *&* 34. qui se fundant in Riccio *dicta decision.*168. *part. prima*, qui loquuntur in amico reconciliato, & sic contra talem distinctionem consuluit Giurba *consil.*60. *numer.*17. *& sequenti*, Pignatellus *consultat.* 101. *numer.* 15. neque valet distinctio de occidente sub cautione de non offendendo, quia ex tali cautione non cessat inimicitia, sed ponitur tantum vinculum inimico, ne delinquat sine illa pecuniaria pœna, ut dicitur in Constitutione 52. Pii Quarti, §. *sexto*, de qua Pignatellus *dicta consultat.* 101. *per totam*.

Ex quo infertur ad Bartoli Doctrinam *in leg. prospiciendum*, §. *delinquitur*, *ff. de pœnis*, dicentis non esse homicidium proditorium, si quis inimicum occidat apprehensum, ut ligatum in manibus Curiæ, nec immunitate privandum, quia homicidium non est paratum, prætextu amicitiæ, sine quo colore, dici non potest proditorium, & hæc qualitas requiritur ad finem, ut privetur immunitate ex Bulla Gregorii Decimiquarti, ut dicunt Doctores præsertim Giurba *consil.* 20. *numer.* 12. qui plures congerit Sperellus *decision.*23. Castillus *decision.*156. *numer.*38. *& sequenti*, & sic occidens inimicum à tergo, & per insidias dormientem, aut clam à fenestra, non est homicida proditorius, ac proinde gaudet immunitate, ut benè Vermigliolus *consilio Criminali* 94. *numer. tertio*, *& consil.*92. *numer. quarto*, Ciarlinus *capit. decimo*, *num.* 109. *&* 117. *& capit.*14. *numer.*21. Alvarus Guerrerius *in Thesauro Christianæ Religionis*, *capit.* 21. *numer.* 15. Gizzarellus *decision.* 16. *à numer.*20. Laratha *consil.*102. *numer.* 19. Baronius *de esse inimicitiæ effectu* 14. *à numer. primo*, Jordanus *lib.*11. *elucubrationum*, *titul. tertio*, *de immunitat. Eccles. numer.*342. Del Bene *tom. secundo*, *capit.* 16. *dubio* 20. *sect. quinta*, *numer. tertio*, & decisum refert Thor. *in verb. Proditorium*, Antonellus *de regimine Ecclesiæ lib.*1. *cap.*9. *num.*79. Basseus *in floribus*, *in verbo immunitas*, *num.*10. 33

In dubio tamen semper sequenda est opinio, quæ favet immunitati, tamquam pia, & Ecclesiæ favorabilis, ut est decantatissimum principium in hac materia, & ex variis confirmat Diana *tom. sexto*, *tractat. primo*, *resolut.* 30. Del Bene *capit.*16. *dubio* 37. *section. prima*, *numer.* 27. Ciarlinus *part. secunda*, *cap.*129. *numer.*48. Sperellus *part.* 2. *decision.*105. *numer.*46. Pignatellus *consultat.* 48. *numer. tertio*, quia finis Politicæ sæcularis, nempè tranquillitas, sive fœlicitas naturalis Reipublicæ est infertur favore immunitatis, cujus finis terminans ad Deum cognitum per fidem Theologicam, exhibendo ei cultum, tamquam spiritualis, & supernaturalis est suprema, & excellentior. 34

Contrariam verò opinionem, quòd sit verè proditorium & non gaudeant immunitate hic talis, tenent alii DD. de quibus Pignat. *consult.*48. *n.*4. Quesada qui sic decisum refert *in com. c.*12. 35

Probatur primò: nam proditorius proximi occisor ille est, qui illum incautum nihil sibi præcaventem per insidias, & industrias occidit, *leg. propter insidias*, *Codic. qui accusare non possunt*, *leg. finali*, *Codic. de delatoribus*, *lib. decimo*, *leg. quarta*, *ff. ad legem Iul. maiestatis*, *capit. primo*, *de homicidio*, *capit. Clericus*, 46. *distinct. capit. si cupis* 16. *quæst. prima*, & de communi dicit Gomezius *lib. tertio*, *variar. capit.* 3. *de homicidio*, *num.* 50. Farinacius *de carceribus*, *quæst.*18. *numer.*23. *& numer.* 76. *& in appendice*, *de immunitate*, *cap.*9. *num.*35. Suarez *lib.*2. *de Religione*, *tom.*1. *capit.*11. *num.*12. Sanchez *tom.*2. *consiliorum*, *l.*6. *cap.*1. *dub.*7. *num.*26. sed inimicus comprehensus, & ligatus in manibus Curiæ est repositus sub fide publica, ac proinde tutus, & incautus; ergo si occiditur ab inimico, incautè occiditur, cum ab eo non possit præcavere. 36

Probatur secundò, quia carceratos, sub fide publica tutos, non licet occidere, *leg. final. ff. de custodia reorum*, Bartol. *in leg. tertia*, §. *transfugas*, *ff. de sicariis*, & quod apprehensus sub securitate publica repositus, non possit offendi, apertè dicit Sesse *de inhibitionibus*, *cap.*8. §.4. *num.* 65. Portoles ad Molinam *in tit. de competentia*, *quæstion.*7. Giurba *consil.*20. *num.*8. & qui carceratos offendit, dicitur committere crimen violationis fidei, includens specialem deformitatem contra justitiam legalem, quæ respicit bonum commune, ac fidem publicam, ut ait S. Thomas 2. 2. *quæst.*101. *artic.*3. *ad tertium*, & videtur committi crimen læsæ majestatis, tanquam frangens securitatem à lege elargitam, per Textum *in l.*1. *ff. ad legem Iul. Majestatis*, & sic dicunt Paris de Puteo *de syndicatu*, *in verbo Adulterium*, 37

terium, *c.*1. *numer.* 50. Decianus *tom.*2. *l.*7.*c.*11.*numer.*10. & Bobadilla *in Politica*, *l.*2. *c.*4. *p.*1. *numer.*13. dicit quendam invenem percussisse leviter quendam carceratum cum Cultello, & non fuit mortuus ille vulneratus, sed tamen fuit juvenis ille furca suspensus, quia violata fuit publica securitas.

38 Ergo ex tali fractione securitatis, & impotentia se præcavendi, & defendendi qualitas proditorii fundatur, licèt inter occisum, & occisorem probata esset Capitalis inimicitia, quæ etiam per actus singulares potest probari, ut benè probat Grassettus *de proditorio*, §. 29. *numer.* 299.

39 Itaque prima opinio dicit homicidium; tunc dici protorium, & immunitate privari, quando sub colore, ac fide amicitiæ patratur, itaut implicet dari simultaneo concursu proditorium, & inimicitiam, quam opinionem tenent Bartolus, Ambrosius, Remigius de Gondis, Gomezius, Igneus, Ancharanus, Baldus, Aretinus, Cepolla, Clarus, Gerardus, Emanuel, Farinacius, & alii relati à Peregrino *de immunit. c.*7. *numer.*20.*&* 21. Bonacina, Riccius, Genuensis, & alii, cum quibus Francus *decis.* 713. adducti à Diana *p.*1. *tr.*1. *res.*5. Del Bene *ubi sup. dubio* 1. *sect.*3. *n.*3. qui in puncto juris appellant hanc opinionem veriorem.

40 Secunda opinio dicit proditorium non consistere secundùm Bullam Gregorianam, in velamine amicitiæ, seu in insidiis, & in impotentia præcavendi, ac defendendi, hìc, & nunc, & per hoc si inimicus per insidias, & cum impotentia physica, vel morali se præcavendi, à suo inimico occidatur, occisor debet dici proditorius homicida, & privatur immunitate Ecclesiastica, ita tenent Covar. *lib. secundo*, *variar. capit. secundo*, *numer. septimo*, & alii ab eo relati, Plaza *in epitome delict. lib. primo*, *capit.* 21. *numer.*20. Acuña *de pœnis delictorum*, *capit.*25. Cantera *quæstionum criminalium*, *capit. sexto*, *de homicidio*, *numer.*32. Sanchez *lib.*6. *consiliorum moralium*, *cap.*1. *dub.* 8. *num.*26. Portellius *in verbo Ecclesiæ immunitas*, *num.*15. Villagut. *de extensione legis*, *cap. ultimo*, *num.* 53. Bobad. *in politica*, *lib.*2. *cap.* 14. *numer.* 34. Suarez *de Religione*, *tom.*1. *tract.*20. *lib.*3. *cap.*11. *numer.*10. Fagundez *de præceptis Ecclesiæ*, *tractat.*1. *lib.*46. *numer.*46. Gambacurta *lib.* 5. *de immunitate*, *cap.*28. *numer.*3. Cutellus *de immunitate*, *lib.* 1. *quæst.*5. & latè Grassettus *de proditorio*, §. 10. *à numer.*16.

41 Quia verò non est certum, quòd hujusmodi homicidium sit proditorium, ideò tam in hoc casu, quàm in similibus, in quibus dubitatur, an reus gaudeat, vel non immunitate, consulere debemus Sedem Apostolicam, cujus est suas leges in dubio declarare, & interpretari, quòd in materia immunitatis benè advertit Del Bene *d. c.*16. *dub.* 31. *sect.*7. *nu.* 6. & alii apud eum, & novissimè considerat Pignat. *consult.*48.

Nec dixisse sufficiant pro immunitate, de qua in casu proposito, cujus occasionem notabilia adduximus, & in praxi frequentiora ad immunitatem localem explicandam circa modum judiciarium tenendi, ad eandem in subsequenti disceptatione habebis, quæ scripsit Dominus meus D. Joseph Pilaja Vir doctissimus, in materiis præsertim Ecclesiasticis.

DISCEPTATIO CCXXIX.

SUMMARIUM.

1 *Facti series, & quod extrahentes conjuges ab Ecclesia sunt ipso facto excommunicati.*

2 *Excommunicatos à jure denuntiare possunt non solum Episcopi, sed alii Ordinarii, delinquentes in suis Territoriis & Ecclesiis, & Eminent. Cardinales.*

3 *Ordinariorum nomine veniunt Prælali omnes si jurisdictio in choro habent.*

4 *Excommunicandi facultas est jurisdictionis, non Ordinis.*

5 *Denuntiatio excommunicationis, neque supponit jurisdictionem.*

6 *Forum sortitur deliquens ratione delicti, nisi habeat contrarium privilegium*, n.9.

7 *Ordinarii omnes tuentur immunitatem, & defendunt suas Ecclesias.*

8 *Priores S. Joannis Hierosol. verè Ordinarii suorum locorum, & Ecclesiarum.*

9 *Potestas horum extenditur circa opinionem causarum, Fratrum, & suorum subditorum, civilium, & criminalium, qui nec forum ratione delicti sortiuntur ex privilegiis Summorum Pontificum, & de collatione, & institutione beneficiorum*, num. 10.

10 *Gregoriana Bulla non sustulit, quod alii Ordinarii præter Episcopos punire, & denuntiare possint, excommunicari extrahentes reos ab Ecclesiis, &* n.12. & 13.

14 *Vicarii M. Priorum Sanct. Ioann. Hierosolymit. denuntiare possunt excommunic. & decretum Sac. Congregat. Immunit. die 28. Aprilis 1671. adducitur.*

ARGUMENTUM.

Declarare excommunicatos Birruarios extrahentes reos ab Ecclesiis spectat non solum ad Episcopos, sed ad alios Ordinarios, quando rei confugientes à suis Ecclesiis sunt extracti, ad nihilum obstante Bulla Gregoriana. Priores Sancti Joannis Hierosolymit. sunt verè Ordinarii suorum locorum, & possunt censuras declarare.

Messanens. excommunicationis ob violatam immunitatem,

PRO

Magno Priore Sancti Joannis Baptistæ Hierosolymitani Urbis Messanæ, ejusque Ministris;

CVM

Illustrissimo Archiepiscopo Messanens.

Romæ decisa in Sacra Congregatione Immunitatis.

A Cœmeterio Ecclesiæ Sancti Joannis, & Sancti Sebastiani Messanæ, Prioratus S. R. N. Illustrissim. & 1
Excellentissim. F. Joann. Baptista Caracciolo Neapolitani fuit vi extractus à Birroariis laicis absque Brachio Archiepiscopi refugiatus, & ductus in carceres laicorum judicum; à Vicario M. Prioris Ordinario suorum locorum, & Ecclesiarum me instante tamquam Fisci Patrono M. Curiæ ejusdem Prioratus, citatis extrahentibus, fuerunt captæ informationes, & compilatus processus, istis etiam denuo monitis ad dicendum causam quare, &c. & contumacibus fuerunt declarati excommunicati ea excommunicat. à Sacris Canonibus lata, *in capit. quisquis*, *capit. sicut* 18. *quæst. quarta*, *Extrav. & si Dominici*, *de pœn. & remiss.* quæ ipso facto incurritur, ut in Bulla Gregor. XIV. *Declaramus eos ipso facto*, *&c.* Italia *de immunitat. capit.*6. §.2. *numer.*29. Farinacin. *numer.*313. *eodem titul. me citato*, *in decis. canon. lib.*2. *titul. quarto*, Joannes Milazo *assertat.* 11. *per totam*, D. Julius Caponus *in institut. Canon. lib. primo*, *titul.*20. *de immunitat. in* §. *sacrorum*.

Siquidem verissimum est, quòd non solùm Episcopi, 2
sed omnes alii Prælati, & Ordinarii suorum locorum possunt denuntiare, & publicare delinquentes in suo territorio excommunicatos à jure, licèt isti non sint sui subditi, ex *decisis à Clem. V. in Concilio Viennens.* ut habetur, *in Clement.II. de pœnis in fine*, idem *in cap.*1. *de raptoribus*, *& viol. Eccles. cap. Paræcianos*, *cap. conquestus*, *c. pro causa*, *de sentent. excommunic.* neque specialiter hoc est solis Episcopis reservatum, in citatis juribus, quæ sequuntur, ab Alterio, Ugolino, Gabriele, Candido, & aliis pro ut infrà.

Et evidenter primò ostenditur, quia isti Prælati licèt 3
non sint Episcopi, quando jurisdictionem in foro habent, & suo territorio, veniunt Ordinariorum nomine, *capit. cum*

cum ab Ecclesiarum, *capit. Ordinarii*, *de offic. Ordinarii*, Gloss. *in cap.2. de judic.* Rota apud Coccinum *decision.*346. sive sint sæculares, aut regulares, Alterius *de censuris*, *fol. mihi* 710. *to.*1. & 798. & *to.*2. *fol.*328. Barbosa *in Summa Apostolic. dec. collect.*543. Rot. *decision.* 493. *part.*2. *recentior.*

4 Secundò facultas excommunicandi, non est Ordinis, ut possit solis Episcopis competere, sed jurisdictionis, Gloss. *in dict. capit. cum ab Ecclesiarum*, & meus Abbas *in capit. si quis contra de foro competenti*, quare alii Ordinarii habere possunt, & ipsimet Eminentissim. Cardinales Diaconi, & Presbyteri habent in suis Ecclesiis, ut probat Eminentissim. Cardinalis Albizius *de jurisdiction. Cardinalium in suis titulis*, *discept. unic. numer.*44. & delegati ab omnibus his, Gabriel *de censuris*, *disputation.*6. *numer.*227.

5 Tertiò, quia sumus in puris terminis denuntiationis, & declarationis excommunicationis incursæ à sacrilegis ipso jure, ipsoque facto, quæ nec jurisdictionem requireret, Felin. *in capit. non potest de sentent. & re judicata*, *numer.* 3. Avila *de censuris*, *part.*2. *cap.*3. *disputat.*1. *dubio* 7. & fertur ab omnibus Prælatis, & à minori judice contra majorem, æqualem, Alterius *fol. mihi* 788. Ugolinus *de censuris tabul. c.*21. *fol.*718. Ricciullus *de jure personarum*, *lib.*4. *cap.*62. *numer.* 12. Gabriel citatus *disputat.*2. *quæst.* 12. *numer.*142.

6 Quartò, delinquens in alio territorio ratione delicti fit subditus, Gloss. & Can. *in capit.* 21. *de sentent. excommunicat. versicul. non nisi subditis*, & ab hoc judice loci puniri, & excommunicari potest, Alterius *in puncto*, *part. secunda*, *disputat.*2. *dubio tertio*, *capit.* 3. *versicul. si incurrat*, Candidus *in disquis. moralibus*, *titul. de censuris art.* 15. *numer.*4. Ugolin. citat. qui de omnibus Ordinariis loquitur.

7 Quintò, demum: nam immunitatem suarum Ecclesiarum, Ordinarii omnes, non solum Episcopi, defendere tenentur, & curare, ut in illis debita servetur reverentia puniendo delinquentes per censuras, bonus Text. Greg. X. *in cap. decet de immunitat. Eccles. in* 6. *versic. locorum Ordinarii*, Lezzana *in summa*, *verb. Immunitas Ecclesiastica*, *numer.*22. punctualiter pro casu nostro, Jacobus Pignatellus *consultation.* 133. qui Sacr. Congregat. immunit. paria decreta favorabilia adducit, *in fine*.

8 Quod verò Priores, & Præceptores Sancti Joannis Hierosolymitani sint verè locorum suorum, & Ecclesiarum Ordinarii declarat Bulla Pii Quinti, quam refert ex N. Barbosa *Summa Bull. Apostolic. collectan.*543. Lezzana *tom. secundo*, *capit. sexto*, *numer.*52. Leon. Thesaur. *fori Eccles. part.*2. *cap.*3. *numer.* 71. ibi, *sunt verè locorum suorum Ordinarii*, Rota *cit. decision.*493. *part.*2. *recent.* & in Tolet. *jurisdict.*9. *Maji* 1659. & 21. *ejusdem* 1660. coram Illustrissim. Bevilaqua, quæ confirmatur posteà, à Sixto Quarto, & Quinto, Gregor. XIII. & XIV. Clem. VIII. Paulo Quinto, & aliis, cum omnibus S. Religionis privilegiis.

9 Ex quibus jurisdictionem in foro habent Priores, contra Fratres in Prioratu existentes, & subditos laicos, aut Clericos sæculares aggregatos, qui à fratribus quoad hæc distant à gestatione crucis, ut *in dictis Concessionibus*, & solummodo causæ cognoscuntur per Dom. Priores, & aliquando cum Assemblea, & Magnum Magistrum, secundùm formam Statutorum *titul. de delictis, & pœnis*, & *alio, de Prioribus*, non tantum criminales, sed civiles, ita quod ratione delicti, aut contractus, vel alterius rei forum coram alio Judice sæculari, vel Ecclesiastico non sortiantur Equites, & omnes alii subditi, vassalli, & aggregati Prioratibus Sac. R. Hierosol. ex Bulla cit. Pii IV. Leonius citatus *numer.* 99. in illis verbis: *Ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Vicarii, Prælati, Officiales, Locatenentes, & Judices præfati etiam ratione delicti, contractus, aut rei de qua ageretur, ubicunque committeretur delictum, iniretur contractus*, &c. *nullam in eos jurisdictionem, aut Superioritatem habeant, aut excommunicationem, aliasve sententias, censuras, & pœnas promulgare*, &c. Sed per Ministros eorundem Superiorum, & familiares in suis carceribus detinentur, & puniuntur delinquentes, qui curiales pariter iisdem fruuntur privilegiis, *ex citatis Bullis*, quæ sunt in Sicilia in viridi observantia, & Excell. Domini, Proreges observatorias privilegiorum jubent, & quod serventur in illo Regno Sereniss. Regum, Imper. etiam concessiones, ut ex observ. impressis præsentatis in processu constat.

Insuper beneficia confert meus Magnus Prior, ejusve Vicarius, & institutiones concedit ad beneficia de jure patronatus, etiam laicorum, sita in Ecclesia S. Joannis Baptistæ non visitantur suæ Ecclesiæ, & terræ subditæ ab Archiepiscopo, & Clerici, & familiares suæ Curiæ nimirum servientes remittuntur ad suum Tribunal per Judices Ecclesiasticos, & Laicos, & Magna Curia, ut in eodem processu in quo probatissima harum rerum testimonia adducuntur, cum aliis ad solos, & veros Ordinarios pertinentibus; ergo denuntiatio hæc, si à S. Canonibus omnibus Ordinariis conceditur, jure optimo fuit promulgata hæc censuræ declaratio contra extrahentes refugiatum ab Ecclesia, sicut aliis temporibus pro similibus delictis sacrilegii, de anno 1629. & 1634. & 1640. Vicarii antecessores alios laicos delinquentes excommunicatos denuntiarunt, & de magna potestate Prioris Messanæ in toto Siciliæ Regno, & suis terris loquuntur non indocti Scriptores Messanenses, Philipp. Botto, & Placidus Reina. 10

11 Dictis non obstat Gregor. XIV. Bulla, quæ pro immunitate hodie servatur; etenim hæc privilegia, & jus commune S. Canon. in quantum sibi favorabile est, non abrogat, sed confirmat, Nicolius *in elucubr. to.*1. *tit.*8. *numer.* 34. Farinacius *de carceribus, & carceratis*, *quæst.*27. *num.* 5. & clarum est ex §. *declaramus ipsius Bullæ*, ubi loquitur contra violatores immunitatis, & ait, *censuras, & pœnas incurrere, quæ contra libertatis juris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones sunt promulgatæ*, & Trid. *sess.*25. *c.*20. decrevit, Concilia generalia ad favorem immunitatis, & sacros Canones contra violatores emanatos servari debere, Pignatellus citatus *dicta consultat.*143.

12 Et propriè revocantur laicorum indulta, & consuetudines cognoscendi, & puniendi delinquentes, aut extrahendi illos ab Ecclesia, sequuntur Doctores apud Farinacium *de immunit. Eccles. c.* 2. *n.*14. & concivem Giurbam *consil.*50. *n.* 14. adeò ut istæ in materia immunitatis non attendantur, sed omnimoda cognitio extrahendi, & declarandi immunitatis articulum ad Episcopos non ad laicos, aliosve Prælatos Ecclesiasticos spectat, ut ipse probo *in meis decisionibus Canonicis*, *titul. de immunitat. Eccles. numer.* 69. & 77.

13 Verùm alia ad favorem immunitatis à Bulla non revocantur, & in dispositione juris communis restant, ex quo ut probatum est, omnes Ordinarii hanc facultatem denuntiandi habent, contra sacrilegos excommunicat. à jure, neque Gregorius Pontif. Max. sicut reservat facultatem circa hanc cognitionem, concedit, ut ipsi solummodo possint excommunic. extrahentes denuntiare, Pignat. *ubi supra*, cum aliis communiter.

14 Igitur benè processit hæc censuræ denuntiatio facta à Vicario mei Magni Prioris S. Joannis Hierosol. Messanæ Ordinario suorum locorum, & Ecclesiarum, omnem habente jurisdictionem spiritualem, & temporalem, & à Sacr. Congregat. Immunit. petitur declaratio, quod benè processit.

Quare, &c.

Joseph. Antonius Pilaja in Curia Romana Advocatus.

His propositis Romæ in S. Congregatione immunitatis, fuit discussus prius punctus, quod hæc potestas denuntiandi extrahentes privativè à Bulla Gregoriana solis Episcopis non conceditur, secundùm alias decisiones allatas à Pignatello, & jus commune, & postea die 28. Aprilis 1671. decretum, sustineri declarationes censurarum factas ab isto Vicario, rationibus, & juribus in supra allata scriptura relatis.

DISCEPTATIO CCXXX.

SUMMARIUM.

1 *Facti series proponitur disputanda.*
2 *Regulares non possunt cogi à sæcularibus Magistratibus, ad dandam notam victualium, quæ possident.*
3 *Molendinum, & Furnum quilibet in suo facere potest, & quando.*
4 Pragm.4. de Baronib. *explicatur.*
5 *De Franchis* dec.380. *qualiter processerit.*
6 *Baro ad æmulationem, & livorem Vassallorum potest eisdem prohibere ne vadant ad alia molendina.*
7 *Baro si acquisivit jus prohibendi; vel per præscriptionem, vel ex privilegio poterit Vassallis prohibere, ne accedant ad alia molendina, &c.*
8 *Præsumptio pro Barone quando currere incipiat ad hanc materiam.*
9 *Præscriptio immemorabilis Baroni prodest etiam sine alia prohibitione prius facta.*
10 *Prohibitio violenta non prodest Baroni contra Vassallos.*
11 *Barones non possunt Vassallis prohibere molendina ne faciant, &c. nisi essent Vassalli Angarii, & Parangarii.*
12 *Vassalli, quando tenentur accedere ad Molendina Baronum, pro quanto tempore ibi stare debeant.*
13 *Barones an possint Vassallis præcipere, ut eant ad sua Molendina extra tamen Territorium, data facultate prohibendi.*
14 *Barones potentes prohibere Vassallis, ne eant ad alia Molendina, non possunt alterare jus molituræ.*
15 *Molendinis aptis non existentibus, non possunt Barones data facultate, id prohibere, ut vadant, &c.*
16 *Barones non possunt Vassallis præcipere ne vadant ad alia calcaria, vel vitreras pro calce, & vitro.*
17 *Barones habentes jus prohibendi, non possunt prohibere si vassalli faciant Molendina, & furnos pro usu proprio.*
18 *Neque si pro usu familiæ, & famulorum, & quando.*
19 *Famuli, & operarii gaudent ut domestici.*
20 *Scribæ S.Consilii, & Regiæ Curiæ gaudent, ut in delictis quibuscumque, etiam si sint extraordinarii cognoscantur à suis Tribunalibus, & non à Magna Curia Vicariæ.*
21 *Familiaris, ut dicatur quis, duo copulativè requiruntur, & quæ sint.*
22 *Famuli quando gaudent privilegio Domini.*
23 *Immunitas concessa alicui, concessa censetur famulis.*
24 *Privilegium non Hospitandi Milites concessum Doctori, censetur concessum fratribus ejusdem.*
25 *Privilegium concessum uxori, censetur concessum Marito.*
26 *Regia Camera Summariæ decidit casum nostræ quæstionis ad favorem nostrum.*
27 *Franchitia concessa Clericis, censetur etiam pro famulo, & quando.*
28 *Colligitur in Brevi quod supra dictum fuit.*
29 *Sæcularis Magistratus, non potest visitare Molendina Ecclesiasticorum ad evitandas fraudes.*
30 *Immunitas Clericorum suffragatur Colonis, & Conductoribus eorundem, & quando.*
31 *Ecclesiastici si fraudes committant castigantur per Ecclesiasticos.*
32 *Molendinorum visitatio facienda si esset per laicos qualiter præjudicaretur Ecclesiæ.*
33 *Ecclesiastici si abutantur potestate sua, an recurratur ad sæculares.*
34 *Declaratio affertur Sac. Congregationis pro Ecclesiasticis.*
35 *Episcopus potest aperire furnum pro abundantia Civitatis.*
36 *Franchitiæ competunt Ecclesiasticis, de omni jure.*
37 *Franchitia, an detur Ecclesiasticis pro alimentis.*
38 *Franchitia Ecclesiasticorum, an possit ab eisdem vendi.*
39 *Clerici inserviens Episcopo, non debet privari Franchitiis.*
40 *Familiares, & operarii Ecclesiasticorum temporales, & conductitii, non gaudent Ecclesiastico, sed gaudent Franchitia in comedendo, &c.*
41 *Episcopus non potest cognoscere sæculares suos familiares temporales delinquentes.*
42 *Familiares Episcopi, posita consuetudine, ut est Neapoli non gaudent foro Episcopi.*
43 *Familiares Episcopi delinquens in officio, vel extra non gaudet foro, posita consuetudine.*

ARGUMENTUM.

Molendinum, & furnum facere quilibet potest in suo solo; *Pragmat.* 14. *de Baronibus explicatur*, & posset Baro prohibere Vassallis ne vadant ad alia Molendina, posito privilegio, vel præscriptione pro se, vel existentibus Vassallis Angariis, vel Parangariis. Præscriptio verò immemorabilis in hac materia longè differt ab Ordinaria, posita verò facultate prohibendi ne faciant Vassalli Molendina, & furnos, non intelligeretur pro usu proprio, vel famulorum suorum; & si prohibere possint ne ad alia vadant, intelligitur quando sua sunt apta, & idonea, vel quando non sunt extra territorium, & hoc casu non possunt alterare jus Moliture; famuli, & familiares quando gaudeant privilegio Domini Principalis, & Franchitia concessa Clericis, intelligitur etiam famulis concessa; Neque possunt sæculares Magistratus visitare Molendina Regularium, ne fraus fiat, & posse Episcopum aperire in domo sua Molendinum: Franchitia Ecclesiasticis ad quem finem detur, & quo jure, & Clericus Episcopo inserviens gaudet Franchitiis suis, & quando Episcopus cognoscat suos familiares, quando verò sæculares.

Cum Venerabile Monasterium S. Petri Martyris Ordinis Sancti Dominici hujus Civitatis possideat ab annis plusquam centum, Rura, sive Massarias modiorum centum septuaginta in circa in pertinentiis Casalis Meliti hujus nostræ Diœcesis Neapolitanæ, unà cum domo in formam Monasterii, ubi solent adesse quatuor Fratres ejusdem Monasterii, plus, minusve, ubi Fratres illi Molendinum retinent, sive centimolum ad molendum frumentum pro usu Fratrum, & Operariorum, qui ad Culturam ejusdem Ruris sunt necessarii, & quia domus, & Rus sunt sita in dicto Casali, quod est sub jurisdictione, & utili Dominio Regentis Francisci Antonii Muscettulæ Patritii Sedilis Montaneæ, viri omni integritate conspicui, ac mei Domini singularis, qui etiam est Dominus Gabellæ farinæ ejusdem loci, comparuit dictus spectabilis Regens die 2. Maji 1662. in Tribunali Reverendæ Nuntiaturæ Neapolitanæ dicens, cogendos esse Patres in Rure Meliti, ad dandam listam, sive notam omnium quantitatum frumenti, quod ibi detinebant collectum ex Rure prædicto, nec non ad tollendum Molendinum, sive Centimolum, quod ibi aderat pro usu Molendi ad operariorum, & Fratrum commoditatem, citatus Procurator Monasterii in dicto Tribunali, comparuit 1
die

die 4. ejusdem mensis, dicens qualiter Monasterium prędictum à tempore immemorabili, & plusquam Centenario stat, & stetit in sua pacifica possessione, vel quasi, nullam dandi notulam frumenti, vel aliorum victualium, prout similiter ex nullis aliis, quæ possident Regulares notulam prædictam tradiderunt, nec tradunt ex illis ruribus, quæ ipsi Regulares non dant aliis ad culturam, sed ipsimet suis expensis colunt, nec unquam Gabelloti, sæcularesque alii banna similia fecerunt, prout neque eis fuit bannum factum, prout nec potuit fieri, ne dent panem liberum, & francum suis operariis, & quod cogerentur ad panem dandum eisdem, gabellę obnoxium, utpote contra libertatem Ecclesiasticam, & eorum immunitatem fieri non potuit, prout nunquam factum fuit, tamquam contra Bullam legi solitam in Cœna Domini, & contra decreta Pauli IV. Pii V. Leonis X. Eugenii IV. & aliorum Summorum Pontificum, nec nos subjunxit Procurator potuisse, nec posse spectabilem Regentem Muscettulam obligare, monasterium, vel illius Grangiam, vigore Banni emanati sub anno 1647. utpote non ligantis Ecclesiasticos, & Regulares, & ne turbaretur in sua quasi possessione, accessit ad Urbem Romæ, & obtinuit monitorium præsentatum, quo non obstante D. Januarius Muscettula primogenitus dicti Spectabilis Regentis, cum armatis hominibus, violentiam inferre procuravit dicto Ruri, & domui Meliti, existentibus, & janua clausa per eosdem inventa, scalas ad muros apposuerunt, & à circumstantibus reprehensi recesserunt.

Post aliquot dies iterum aggreditur Dom. Januarius Rus prædictum, & intus atrium, ubi aderat Capella, in qua Missa celebratur, propria authoritate carcerari fecit tres pauperes famulos, sive operarios Ruris, sub prætextu, quòd comedebant panem eis datum à Monachis francum à Gabellis, propter quod recurrerunt Religiosi ad Illustrissimum Dominum Nuntium, & capta informatione, & constito facto jussit Domin. Auditor de Montibus, ut Dominus Muscettula restitueret carceratos famulos, aliter minabatur Cedulones affigi facere.

Videns Dominus Muscettula, monasterium Sancti Petri Martyris, non desistere in suis juribus defendendis, procuravit eisdem Regularibus impediri franchitias dari, concessas omnibus Ecclesiasticis, ob quod Patres ad S. E. Proregem recursum habuerunt, & habito colloquio cum Illustrissimo Regente Galeota, & Regente Navarro, dicebat, quod jam quòd spectabilis Muscettula vocavit Patres in judicio apud Judicem competentem, scilicet coram Nuntio Neapolitano, expectari debebat exitus causæ coram illo Judice, & non recurrere debebat ad violentiam, ob quod eis franchitiæ datæ fuerunt, & quia dicti DD. Regentes volebant tolli monitorium affixum ad januam Ruris, & Dominus Auditor dicebat hoc non esse in posse suo: nam monitorium erat Auditoris Cameræ, sed quod excarcerari fecissent operariis Ruris, & postea cogitaret de monitorio suspendendo, per hoc, illis excarceratis fuit monitorium sublatum.

Quia verò Capitaneus Casalis non desistebat Patres molestare eundo per Rus illud, ad operarios in timore ponendos, & aufugere faciendo, prætendens sic gubernium, & culturam Ruris impedire, Procurator monasterii habuit recursum ad Illustrissimum Dominum Nuntium, nunc Eminentissimum Cardinalem Spinola, contra perturbatores mandatum expediri, quo expedito, affixoque ad Januas Ruris, & ad Januas Ecclesiæ Parœcialis dicti Casalis Meliti, & inter has moras vitam cum morte commutavit spectabilis Regens Muscettula, & monasterium, & Grangia prædicta stat in sua antiquissima, & pacifica quiete, scripsi plura pro monasterio, quæ in duabus hisce disceptationibus proponuntur, ad futuram rei memoriam.

2 In primis ergo dicebam non posse Regulares prædictos cogi ad tradendam notulam frumenti, & victualium in eorum Rure collectorum, quia solum in casu inopiæ maximæ pro necessitatibus publicis Civitatis, & pro sublevanda fame egenorum tenentur Regulares vendere, vel alias contribuere, ex *lege prima*, *Codic. de Episcopali audientia*, Cardinalis Mantica *libr. 9. de tacitis*, *titul.* 4. *numer.* 12. Surdus *de alimentis*, *titul.* 3. *quæstione tertia*, *numer.* 27. Barbosa *de potestate Episcopi*, *allegation.* 28. *numer. quarto*, Marchinus *de peste*, *parte septima*, *cap.* 7. & ad minuendum illorum pretium cogi etiam possunt, & gratis pauperibus erogare, sed coguntur per magistratus Ecclesiasticos ad notata per Marchinum *parte quarta*, *capite quarto*, *de peste*; ergo non poterat D. Muscettula cogere Patres Meliti, ad dandam ei notulam frumenti, ac victualium collectarum in Rure proprio.

Quoad Molendinum verò, sive centimolum, & furnum pro farina, & pane coquendo, ad usum Fratrum, & operariorum ibi existentium, dicebam, unumquemque posse in suo facere molendinum, furnum, &c. ut latè Ludovicus Casanate *in suo responso pro servitute furni*, quod ad partes deinde posuit Vir ille doctissimus *in consil.* 39. *usque ad consil.* 42. ubi latè agit de hac materia, unde apud nos *in pragmat.* 14. *sub titulo de Baronibus*, disponitur, ne Barones cogere possint Vassallos accedere ad sua molendina, Furnos, & similia, nisi privilegio, aut legitima præscriptione, aut consuetudine præscripta hoc jus prohibendi habeant, ne vadant ad alia habentes, ut latè Anna *allegation.* 16. Thesaurus *decisione* 16. copiosè Visconte *in verbo*, *Baro*, *il* 3. Regens de Marinis *quotid. resolut. cap.* 32. quia resistit Baronibus jus prohibendi, etiamsi in investitura adsit clausula (*cum Molendinis*, &c.) quia hæc non dicitur specialis concessio, Baldus *consilio* 410. *lib.* 3. Ursillus ad Afflictum *decisione* 388. Grammaticus *consilio* 13. nec potest universitas talem prohibitionem facere in præjudicium particularium Civium, Maceratensis *libro primo*, *variar. cap.* 65. Genuensis in practicabilibus *quæstione* 105. Pistorius *observat.* 200. Marta *decisione* 183. Nec aliquid obstat Præses de Franchis *decisione* 380. quia non est decisio facta in sacro Consilio, sed domi, ut advertit Tassonus *de pragmat. in antefato*, *vers.* 3. *observat.* 4. *numer.* 120. *folio* 211. *colum.* 2. qui *folio* 212. adducit allegationes factas ad favorem venerabilis monasterii Sancti Laurentii propè Padulam contra Universitatem Montis Sani, circa prohibitionem factam per dictam Universitatem, ne quis eat ad alia molendina, quàm ad illa Universitatis, an comprehenderet molendina Monasterii, & defendit opinionem negativam. 3

4

5

Casu verò quo Molendina Baronum, vel eorum Tapeta, Ferrariæ, & similia essent aptiora, & viciniora, & solveretur minor molitura, vel æqualis, in tali casu tenentur Vassalli potiùs accedere ad illa, quàm ad aliena, ut decidit Sacrum Consilium, ex citatis per Annam *in cap.* 1. *numer.* 69. *de Vassallo decrepitæ ætatis*, quod refert, & sequitur Mastrillus *de Magistratibus*, *lib.* 4. *c.* 18. *numer.* 35. Anna *in addit. ad Patrem singulari* 557. Novarius *tom.* 2. *quæst. forens. quæst.* 5. quia appareat hoc fieri ad æmulationem contra Baronem, & ideo Vassalli possunt adstringi ad ibi molendum, ut bene Regens Rovitus *in dict. pragm.* 14. *num.* 50. *de Baronibus*, ubi ait non posse Vassallos accedere ad alia molendina, omissis Baronalibus, si id fiat ad æmulationem in damnum Baronis, ejusque introituum, ut pluries practicatum referunt Lanarius *in addit.* ad Regentem, Lanarium Patruum *in repetitione*, §. *Si quis*, *p.* 30. si de feudo defuncti contentio fuerit, *n.* 68. *f.* 519. *col.* 2. 6

Quod si Barones acquisivissent præscriptione, vel legitima consuetudine tale jus prohibendi, tunc possent prohibere ex Rixa, & Jasone *in l. Quominus*, *ff. de fluminibus*, & ex Panormitano *in cap. Abbate*, *colum.* 2. *de verbor. signification.* & sequitur Rota apud Novarium *tom.* 1. *de gravaminibus Vassallorum*, *gravam.* 58. *numer.* 50. *in fine*, & talis præscriptio currere incipit à die prohibitionis factæ Vassallis, Cepolla *de servitutibus urbanorum prædiorum*, *cap.* 10. Rovitus *ubi suprà*, Genuensis *quæst.* 68. *in manuali Pastorum*: nam requiritur prohibitio judicialis, vel extrajudicialis ad inducendam talem præscriptionem, cum patientia Vassallorum, & cursu temporis sufficiente ad præscribendum, hoc est, ut si Vassalli irent ad alia Molendina, vel ad alios furnos, & Baro prohibuerit, & illi acquieverunt longo tempore, Rosental *de feudis*, *lib.* 1. *cap.* 50. *quæst.* 27. *in titul. de Regalibus*: nam posita prohibitione facta per Baronem, & patientia Vassallorum subsequuta, statim acquiritur possessio, seu quasi prohibendi, & sequitur prę-scri- 7

8

ſcriptio, *l. hoc autem*, *ff. de ſervit. urban. prædior.* Urſillus ad Afflictum *deciſion.* 388. Guido Papa *deciſion.*
9 298. *&* 631. Gratianus *cap.* 89. *numer.* 11. Anna *ſingul.* 551. at ſi eſſemus in præſcriptione immemorabili, tunc licèt non appareret de prohibitione, nec illa probata eſſet, tunc Barones illam habentes, pro ſe, bene poſſent uti hoc jure prohibendi, quoniam in præſcriptione Ordinaria debet conſtare de prohibitione facta Vaſſallis ad inducendum tale jus prohibendi, Rovitus *in dict. pragmat.* 14. *de Baron. numer.* 2. ut ait ſic deciſum per S. C. junctis Aulis in cauſa Univerſitatis Aliſarum, & refert Thorus *in compendio*, *in verbo jus prohibendi*, *tom.* 1.

10 Ubi eſt notandum, quod in præſcriptione Ordinaria, ſi conſtaret de prohibitione violenta facta per Barones Vaſſallis, tunc illa non ſuffragaretur, quia talis prohibitio neceſſaria ad acquirendum jus prohibendi non ſufficeret violenta, ſed debet eſſe voluntaria, ut bene notat Urſillus ad Afflictum *deciſion.* 388. *numero octavo*, ex *l.* 1. *Codic. de ſervitutibus*, *&* *aqua*, Novarius *gravamine* 58. *numer.* 9. ſed ſi contingat redditus molendini eſſe fiſcales, & inſervirent pro publicis neceſſitatibus, vel utilitatibus; tunc poſſet prohibitio fieri, ne accedant Vaſſalli ad alia molendina, quia tunc talis prohibitio, non eſſet ambitioſa, ergo erit admittenda Jacobus à Sancto Georgio *in ſua inveſtitura feudali*, *in verbo & cum molendinis*, Capycius *in inveſtitura*, *in verbo limita* 8. *fol.* 109. Galluppus *in Methodo feudali*, *parte quinta*, *cap.* 4. *in titul. de jure quod habet feudatarius*, *numer.* 19. *tomo ſecundo*, Novarius *gravam.* 58. *tom.* 1. *in fine*.

11 Itaque nec poterunt Barones prohibere Vaſſallis, ne faciant molendina, furnos, Ferrariam, &c. vel ne habeant uſum ædificandi, Julius Clarus *in §. Feudum*, *quæſtion.* 30. Rhenatus Choppinus *lib.* 1. *de legibus Andegavenſium*, *capit.* 14. ubi pluribus arreſtis, dicit in Francia determinatam, Capycius *deciſion.* 209. Cacheranus *deciſion.* 17. Afflictus, & Urſillus *deciſion.* 388. Reiger *de Regalibus*, *libro ſecundo*, *capite tertio*, *numer.* 59. Koppem *deciſ. Germaniæ* 19. Molfeſius *de renuntiatione*, *quæſt.* 4. *numer.* 29. Borrellus *de Magiſtratibus*, *libro quarto*, *cap.* 7. ſed poſſunt prohibere Vaſſallis Angariis, & Parangariis, ut nullus poſſit conſtruere molendina, furnos, & tapetos, niſi ipſi, Intrigliolus *libro ſecundo de feudis*, *cap.* 83. & multo magis poterunt hoc prohibere, ſi habeant jus prohibendi in inveſtitura, *ex pragmat.* 14. de Baronibus, Boerius *deciſion.* 125. Guidon. Papa *deciſion.* 298. Natta *conſilio* 227. Franciſcus Marcus *deciſion.* 123. Maſtrillus *lib.* 4. *de Magiſtratibus*, *cap.* 18. *numero* 33. Viſconte *in verbo Baro non poteſt ædificare*, *fol.* 19. *colum.* 1. *in fine*, niſi tamen ut diximus, Barones acquiſiviſſent tale jus prohibendi immemorabili præſcriptione, ex *dicta pragmat.* 14. *de Baronibus*, Theſaurus, qui latè agit, *deciſion. decimaſeſta*, Capyc. *deciſion.* 218. Avendannus *de exequendis mandatis*, *capit. quarto*, *numero* 13. *parte ſecunda*, ſed poſita tali præſcriptione, ſi Vaſſalli faciant molendina, furnos, hoſteria, & ſimilia, & Baro videat, & toleret, tunc non obſtante præſcriptione immemorabili, acquirunt Vaſſalli libertatem faciendi, & ſe ponunt in libertate faciendi, Cancer. *libro tertio*, *capit.* 4. *numero* 157. & deciſum refert Novarius *tom.* 1. *gravam.* 59. *numer.* 5. 6. *&* 7.

12 Cum verò Vaſſalli coguntur à Barone ire ad eorum molendinum, ſi ibi accedant, ſunt expediendi intra 24. horas, aliàs eiſdem licebit poſt ſpatium dicti temporis, recedere ab eorum molendinis, & alibi accedere ad molendum, ita Tepatus *var. ſentent. in titul. de molendinis*, *verſic. Dominus*, & deciſum refert Novarius *gravam.* 61.
13 *numero primo*, & quando Barones habent jus prohibendi, ne vadant ad alia, ſed ad ſua intelligenda ſi ſint intra territorium, & vellent accedere ad loca melioris conditionis, quia tunc cogi non poſſunt Capiblanc. *in pragmatic.* 14. *numer.* 17. *de Baronibus*, *tom.* 1. & caſu, quo Barones
14 poſſunt prohibere Vaſſallis, ne vadant ad alia Molendina, tunc non poterunt alterare jus Molituræ, Rovitus *in*
15 *dict. pragmatic.* 14. *de Baronibus*, *numero tertio*, Novarius *gravam.* 63. & poſita facultate prohibendi, ſi molendina Baronum non ſunt apta, non poſſunt cogi, quia aqua non ſit apta, & commoda, quia tunc poſſunt Vaſſalli aliò accedere, Capiblancus *in dicta pragmatic.* 14. *numero decimoſeptimo*, Novarius *gravam.* 65. neque poterunt Barones prohibere Vaſſallis ne accedant ad Calcem coquendam in aliis Calcaribus, quam in ſuis, vel ad victum conficiendum in aliis vitreriis, quàm in ſuis, ut deciſum refert Novarius *gravam.* 64. niſi habeant in privilegiis, vel præſcriptione, &c. 16

Dato verò, neque ſuppoſito, quòd Barones habeant jus prohibendis Vaſſallis, ne faciant molendina, tapeta, & ſimilia, poterunt Vaſſalli illa facere pro uſu proprio, quia non poſſunt Barones prohibere Vaſſallis, ne teneant Centimolum pro uſu proprio, vel furnum, &c. ita Avendannus *de exequendis mandatis*, *capit.* 4. *numero* 23. Cancer. *dicta part.* 3. *var. capit. decimotertio*, *numero* 122. & deciſum refert Novarius *tomo primo*, *gravam.* 60. *numero ſecundo*, quia ſic procedit Regula, quòd poſſit quis in ſuo facere furnos, ex *leg. ſi ſervus*, *§. ſi furnum*, *ff. ad legem Aquiliam*, *leg. fluminum*, *§. præterea*, *ff. de damno infecto*, Novarius *ubi ſuprà*, *numero tertio*, & etiam pro uſu famulorum ſuorum, Rovitus *conſilio* 60. *numero ſecundo*, quia immunitas conceſſa Patri familias, trahitur ad totam ejus familiam, nempè uxorem, filios, & famulos, juxta Textum cum Gloſſa *in lege ſecunda*, *in verbo*, *Miniſteria*, *Codic. de Epiſcopis*, *&* *Clericis*, per Textum *in lege prima*, *Codic. de Epiſcopis*, *&* *Clericis*, *&* *leg. uxori*, *la* 2. *§.* 1. *ff. de auro*, *&* *argento legato*, *cap. cum Eccleſiarum ſervus* 12. *quæſtione* 2. Regens Rovitus *dicto conſil.* 60. *numero ſeſto*, *tom.* 2. & exemptio conceſſa ſcholaribus cenſetur conceſſa famulis eorundem, & exempta perſona, cenſetur exempta tota domus, & familia, ex *lege non alias*, *in fine*, *principii*, *ff. de judiciis*, *lege prima*, *Codic. ſi quacumque præditus poteſtate*, Novarius *gravamine* 60. Theſaurus *deciſione* 22. *&* 177. Capycius *deciſion.* 12. Gratianus *deciſione* 133. *&* *cap.* 340. *&* 341. & ſic pro molitura facienda in ſervitium famulorum, non poſſunt Vaſſalli prohiberi à Baronibus, ſi ipſis famulis farinam promiſiſſent, prout ſolet fieri, ſecus ſi illos conduxiſſet pro certo pretio, abſque alia mentione farinæ, vel quando eſſent conducti ſub certa diurni penſione, ſicut conduci ſolent operarii, ex Surdo *deciſione* 35. quia tunc loco ſtipendii non poſſet dari panis: nam eſſet per indirectum jura Baronalia fraudare, ut bene Novarius *de gravaminibus gravam.* 60. *in fine*; ſi ergo non poteſt prohiberi uſus molendini ſæcularibus pro ſe ipſis, & famulis, quomodo potuit Regens Muſcettula prohibere fratribus Sancti Petri Martyris in Rure Meliti uſum Centimoli pro macinando frumento ad uſum proprium, & famulorum, ſive operariorum dicti Ruris. 17 18

Nec mirum, quia famuli, & operarii gaudent, ut omnes domeſtici, prerogativis Dominorum, ſic famuli ſcholarium gaudent privilegiis eorundem ſcholarium, per Textum *in Authent. Habita*, *Codic. ne filius pro Patre*, Horatius Lucius *de privilegiis ſcholarium*, *numer.* 10. Reverterius *deciſione* 7. *numero ſexto*, Anna *ſingul.* 407. Maſſullus ad Capycium *deciſione* 12. ad cujus exemplum fundavit Parthenius Petagna *in allegation.* 100. apud Regentem de Marinis *tomo tertio*, ſcribas Regiæ Cameræ Summariæ, & S. C. eſſe in delictis cognoſcendos, ſive relinquat in officio, ſive extra illud, per ſuos Superiores, ſcilicet Præſidem S. C. & Locumtenentem Regiæ Cameræ, & eſſe per M. C. V. remittendos ad talia Tribunalia ad exemplum familiarium ſcholarium, ad notata per Genuenſem *in praxi*, *cap.* 9. Petagna *ubi ſuprà*, *numero decimotertio*, per Textum *in lege prima*, *Codic. de Curialibus urbis Romæ*, *libro* 11. ut autem familiaris alicujus dicatur, duo copulativè requiruntur. Primò, ut actu ſerviat. Secundò, ut vivat expenſis Domini, *cap. finali*, *in fin. de verbor. ſignific. in* 6. & ſic non dicitur familiaris ille, quem aliquis talem nominat, eique ſcribit litteras familiaritatis, ut bene Regens de Marinis *tom.* 2. *cap.* 123. *per totum*. 19 20 21

Intelligendum tamen eſt, quòd tunc famuli gaudent, quando ſunt in ſervitio Dominorum: nam non habent privilegia de per ſe, ſed favore Dominorum; ergo ceſſante cauſa favoris, ceſſat favor, *l. hi*, *&* *leg. ſequenti*, *ff. ex quibus cauſis majores*, *lege ſecunda*, *§. plane*, *ff. de judiciis*, Sanfelic. *deciſione prima*, Marta *parte quarta*, *de juriſdictione*, *cap.* 20. *caſu* 111. *numero decimoquarto*, Regens de Marinis *dicto libro ſecundo*, *cap.* 123. ubi ait familiarem non dici illum, qui actu non ſervit Cardinali, 22

nali, licèt habet familiaritatis litteras, sed apud Hispanos ex *l.* 18. *titul. septimo*, *numer. primo*, *recompilationum*, famuli scholarium non gaudent illorum privilegiis, nisi sint etiam scholares, ut notat Carlevalius *de judiciis*, *disputatione secunda*, *numer.* 504. sic servi perpetui Ecclesiarum gaudent foro Ecclesiastico, Crassus *de effectu Clericatus*, *effectu primo*, *numero* 156. Sanfelicius *decisione prima*, *numer. decimonono*, sic privile-
23 gium immunitatis concessum alicui, extenditur ad totam familiam, Rovitus *dicto consilio* 60. *numer. sexto*, Capiblancus *in pragmatic.* 3. *numer.* 173. & ad fratres secum existentes, Thorus ad Salernitanum *decision.* 4. *nu-*
24 *mero decimotertio*, & Privilegium Doctoris, ne cogatur milites hospitari, extenditur ad fratres simul existentes, & habitantes, & post alios Thorus *dicta decisione quarta*, Regentis Salernitani *numero duodecimo*, Surdus *decisione* 301. *numero octavo*, sic privilegium concessum marito competit uxori, & è contra, ob conjunctionem inter se, Menochius *casu* 562. *numero sexto*, Villagut *de extensione privilegii*, *numer.* 45. Tiraquellus *de legibus connubialibus*, *lege prima*, *glossa secunda*, *numer.* 55. Ferrettus *consilio* 168. *numero* 50. ubi ait, quòd privilegium
25 exemptionis competens marito, competit ejus uxori, Asinius *de executionibus*, §. 152. *numero vigesimoprimo*, de
26 Grassis *effectu primo*, *numero* 157. sic famuli alicujus Monasterii, quibus pro eorum victu subministratus panis à Religiosis, sunt immunes à solutione gabellæ pro pane prædicto, ut decisum per Regiam Cameram Summariæ de anno 1659. referente de Marinis *Arresto* 648. ubi ponit rationem, quia aliàs per indirectum Patres solverent gabellas, cum tales famuli cogerentur ad gabellam solvendam, intuitu illius oneris, & solvere deberent majorem mercedem laboris, sic franchitia, & immunitas,
27 qua gaudent Clerici in hoc Regno, competit etiam famulo, quamvis sit illius Clerici consanguineus, ut decisum per Regiam Cameram refert de Marinis ad Revertegium *Arresto* 154. sed sint plures famuli exteri, qui alibi possident, & vivunt continuo victu Clerici, etiam sunt franchi, ut pariter decisum refert *Arresto* 203. debet tamen famulus habitare in ipsa domo Clerici, secus si habitet extra domum, quamvis propè, ut *in Arresto* 649. & sicuti Clerici sunt immunes ab onere hospitandi milites, sic etiam sunt immunes laici habitantes cum illis, sive domus sit Clerici, sive laicorum, ut decisum refert de Marinis *Arresto* 461. *&* 491. ipsi tamen laici contribuunt in pecunia.

28 Ergo si Vassalli non possunt à Barone cogi ad tollendum Centimolum, & furnum pro usu proprio, & famulorum, si operarii, & famuli Clericorum gaudent privilegio immunitatis illorum, cur ea non gaudebunt operarii Religiosorum, ne scilicet graventur illi, & fiant deterioris conditionis, quam laici, & si hoc decidit Regia Camera Summariæ, ut diximus *suprà*, consequenter non poterat Regens Muscettula id prætendere contra operarios venerabilis Monasterii S. Petri Martyris, in Rure Casalis Meliti, ut per se patet.

29 Facit ad corroborationem omnium supradictorum, quia non possunt Magistratus sæculares visitare Molendina Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, sub prætextu, quòd in illis committantur fraudes, neque edictis sæcularium talia subjiciantur, quia utpotè bona personarum Ecclesiasticarum sunt exempta à jurisdictione Laicali, ut ex Genesi *cap.* 47. *numer. tertio*, Esdræ *cap.* 7. *Psalmo* 14. *Matthæi* 17. Concilio Nicæno Generali, in Historia Concilii Lateranensis sub Alexandro III. *in cap. non minus*, & in alio Concilio Lateranensi sub Innocentio III. *in cap. Nimis*, *& in capit. adversus de immunit. Eccles.* & in Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess.* 9. & in Bulla Reformationis Curiæ, & in Concilio Coloniensi, *parte* 9. *capit.* 20. & in Concilio Tridentino *session.* 25. *capit. secundo*, *de Reformatione*, & patet, ex *cap. præsertim*, *capit. relatum*, *capit. placuit* 11. *quæstion. prima*, *capit.* 1. *& sequenti*, *de immunit. Eccles. cap.* 1. *& tot. titul. de immunitat. Eccles. in* 6. *cap. dudum de decimis*, *cap. nullus*, *cap. si diligenti*, *cap. conquestus de foro competenti*, latè post alios Bellarminus *de Clericis*, *tom.*2. *controv. lib.* 1. *capit.* 29. Suarez *in Regem Angliæ*, Del Bene, & alii apud Jacobum Pignatellum *in suis consult. Canonicis*, *consult.* 49.

30 Quæ immunitas suffragatur etiam Colonis, ac Conductoribus eorumdem bonorum in illis omnibus, quæ spectant ad Dominium; possessionem, usum, culturam, atque servitutem, ut latè Surdus *consil.* 301. Menochius *consil.* 101. & pluries decisum refert per Sacram Congregationem, & per Rotam Romanam dicit Pignatellus *dicta consultat.* 49. *per totam*, ubi refert decisum sub generali prohibitione Gubernatorum Laicorum, non comprehendi molendina Ecclesiasticorum, & in diversis partibus fuisse practicatum refert, ut in una Maceratensi, Cepalunensi, Ugenti, Polignani, Bari, Laquedoniæ, Materę, & alibi.

Neque dicas, quòd daretur occasio committendi fraudes in talibus molendinis Ecclesiasticorum, nisi possent visitari à Gabellotis sæcularibus. 31

Respondeo enim cum Rota Romana in una Barcinonensi exemptionis die 13. Junii 1646. coram Corrado, *in* §. *neque obstat*, verum esse quòd à fraudibus cavere debemus, sed super omnia cavendum est, ne donec sæculares aliorum fraudibus remedium adhibere velint, ipsi fraudem majorem non commitant, excedendo limites propriæ jurisdictionis, in præjudicium immunitatis Ecclesiasticæ, & si Laici prætendant, quòd ab Ecclesiasticis fraudes committantur, debent recurrere ad Ordinarium loci, vel ad Nuntium Apostolicum, (inter Regulares,) qui tales fraudes recognoscendo summariè, illos rigorosè puniat, & interim observet exemptiones, & Franchitias, quæ illis debentur, cum non deceat propter fraudes à paucis commissas, privilegiis omnes privare, vel propter quorumdam abusus Sacros Canones violari.

Neque dicas, quòd à tali recognitione, atque visitatione molendinorum, nullum præjudicium Ecclesiæ oriri potest. 32

Respondeo enim hoc sufficere præjudicium, quòd immunitati infertur, exercendo hos actus jurisdictionales in bonis Ecclesiasticis: nam sicuti injuria est Principis, aut Regis, ejus familiam, seu bona ab inferiore, aut altero illius subditi judicari, aut disponi, Matthæi *capit.* 17. ubi Sanctus Hieronymus, Divus Augustinus *lib.* 1. *quæstionum Evangelii*, *quæst.* 23. ita injuria erit Dei si bona illius sint alii Principi subjecta, quàm Deo, ergo indignum erit Ecclesiasticos, eorumque bona ab alio judice, quàm ab Ecclesiastico judicari, *cap. satis evidenter*, *cap. in scripturis*, *cap. quis dubitet*, *capit. si Imperator*, *cap. nunquam*, *cap. Constantinus primo*, *& secundo*, *distinct.* 96. *cap.* 1. *& sequent. de foro competenti*.

Neque dicas, quòd quando Ecclesiastici abutantur suis privilegiis, fraudes committendo, tunc facultas, & potestas Ecclesiastica, transit ad sæculares Magistratus, ad notata per Cevallos *comm. contra commun. in procem. numer.* 84. 33

Respondeo, id dici non posse, cum nulla scriptura id dicat, & esse hæreticam propositionem dicit Pignatellus *consultat.* 49. *numer.* 22. quia cogitur quis adire contra Ecclesiasticos. Primò, Vicarium. Secundò, Episcopum. Tertiò, Metropolitanum, vel Summum Pontificem, ergo si fraudes committant Ecclesiastici cogi poterunt ad eas evitandas per Ecclesiasticam potestatem, ut bene post alios Pignatellus *consultat.* 49. *in fine*.

Unde Sacra Congregatio in una Ugentina die 3. Aprilis 1643. ait esse contra libertatem Ecclesiasticam, Magistratus sæculares prohibere Ecclesiasticis, ne molant frumentum pro usu proprio, ac eorum familiæ in propriis molendinis positis in earum domibus, & proinde acriter Episcopis esse injungendum, ut talem immunitatem tueantur, teste Pignatello *consultat.* 488. & posset Episcopus aperire, & tenere furnum in domibus propriis, pro abundantia Civitatis, ut rescripsit S. Congregatio in una immunitatis Civitatis Castellanæ die 29. Maii 1657. de qua Pignatell. *consult.* 486. 34 35

Neque potuerunt Franchitiæ suspendi Regularibus, ut prætendebat Dominus Muscettula, quia Franchitiæ competunt Clericis, & Regularibus de jure divino, ut suprà diximus, & ex privilegio Papæ Honorii IV. in Regno Neapolis, ex transactinne facta cum sæcularibus, & debentur non ratione alimentorum, sed ratione cujusdam quasi præeminentiæ, Surdus *de alimentis*, *titul.* 9. *quæst.* 4. *n.* 11. *in fine*, Pignatellus *consult.* 51. nam alias 36 37

seque-

sequeretur, quòd dum Clerici, & Ecclesiastici vivunt cum amicis, vel aliundè cum propriis expensis, & pro eo, quòd in fine anni illis remaneret pro alimentis non consumptum, esset facienda detractio, cujus contrarium evidentia facti docet, ut bene advertit Azevedus *libr. 9. recompilationum, titul. 12. l. 7. numer. 9.* sic si Clericus serviat Episcopo, adhuc consequitur proprias Franchitias, quia in una persona potest concurrere duplex jus, scilicet ratione Clericatus, & ratione familiaritatis, ut resolvit Sacra Congregatio de anno 1628. in una Nerotinensi apud Pignatellum *consultat. 51. numer. 2.* & Fran-
38 chitia potest titulo venditionis, vel alio, transferri in alium, ut firmat Quaranta *in Summa Bullarii, in verbo vectigal*, & censuit Sacra Congregatio in una Liciensi 4. Decembris 1625. & videmus practicari in Franchitiis Romanæ Curiæ, eaque Franchitia gaudent absentes, etiamsi non utantur ad usum alimentorum, Riccius *decision. 44. numer. 50. & sequent. part. 2.* & censuit Sacra Congregatio in una Salernitana 2. Julii 1630. & cessat omnis difficultas, quia ex pluribus causis lucrativis, seu ex diverso jure dantur alimenta multiplicabilia, cum possit id, quod datur pro alimentis in alium usum per alimentandum converti, ut ex communi DD. opi-
39 nione firmat Surdus *titul. 9. quæstion. 4. numer. 3. & 21.* Ergo Clericus Episcopo inserviens, non debet privari Franchitiis competentibus ipsi, uti Clerico, ut declaravit Sacra Congregatio immunitatis in una Laque-Avensi die 17. Septembris 1630. de qua Pignatellus *consult. 51. in fine.*

40 Neque dicas familiares, & operarios Ecclesiasticorum non gaudere privilegio eorundem, nisi sint perpetuò tales, non verò temporales, atque conductitios ex notatis à DD. *in cap. 2. de foro competenti*, & notat Additio ad Abbatem *in cap. ex rescripto, de locato, & conducto*, & ex Grammatico *consilio 102. numer. 16.* Capycius *dec. 12.* & esse communem opinionem testatur Michael Grassus *in lib. 1. commun. opin. tit. 2. de Episcopis, & laicis, n. 48. tom. 1.*

41 Respondeo, id intelligo quoad privilegium fori; nam non potest Episcopus punire, & cognoscere laicos suos familiares, etiam conductitios, & temporales, cum nullo jure id caveatur, & Canones, quos allegant Episcopi, sunt Textus *in cap. finali, de officio Archidiaconi, & in capit. 1. de pœnis, in 6. & in capit. Ecclesiarum servos 12. quæstion. 2.* quæ jura nullatenus id probant, quia ut bene Gaspar Thesaurus *libro primo, quæstion. 78. numer. 50.* ad omnia respondendo, illa resolvit, & alia opinio est pro Episcopis communior gaudere, scilicet eorum familiares, sed cum hac declaratione, nisi consuetudo contraria repugnet, ut ex recentioribus dicit Parlado-
42 rus *quotid. differentiarum, differ. 9. §. 1. numer. 8. & 9.* & in Regno adesse talem consuetudinem, ut laici cognoscantur à Judicibus laicis, non obstante, quòd essent familiares Episcoporum, & in hac Civitate familiares laicos Archiepiscopi Neapolitani cognitos fuisse, & punitos à laicis Ministris, testatur se pluries vidisse doctissimus tunc temporis Advocatus, scilicet Flaminius Clops *in allegat. 75.* apud Regentem de Marinis *t. 3.* ubi agebatur de familiari Patris Prioris, & monasterii Sancti Laurentii propè Padulam, qui dederat alapam cuidam Presbytero, & petebat Prior illum cognoscere habens jura Episcopalia, & fuit dictum non posse, tantò magis, quòd ibi erat præventus à Judice sæculari, & agebatur de sacrilegio, quod est mixti fori, *cap. cum sit generale*, ubi Doctores *de foro competenti*, Borrellus ad Bellugam *in rubrica 11. §. videamus*, Guid. Papa *decision. 562.* sicque privilegium fori nihil habet commune cum immunitate, & favore exemptionis Gabellarum, quia si operarii cogerentur comedere panem obnoxium gabellis, & non liberum Regularium, sequeretur quòd plus solverent Regulares operariis, quàm sæculares, & essent pejoris conditionis, sic videmus in praxi, quòd famuli Residentis Venetiarum, famuli residentis Parmæ, & si sæculares non comedunt panem, & vinum Gabellis obnoxium, sed francum, & melioris conditionis, quàm alii extra domos illorum, & nullus conqueritur, solus ergo D. Muscettula contra operarios Religiosorum Sancti Petri Martyris causam quærit, & prohibere intendit, ne comedant panem liberum, & Neapoli etiam videmus Jesuitarum, Theatinorum, & aliorum Regularium operarios comedere panem, & vinum francum, non servum gabellis subditum.

Neque dicas, quod in casu Flaminii Clops familiaris ille alapam dederat Presbytero, & deliquerat intuitu officii, quod ab Ecclesiasticis habebat; ergo debebat castigari, & cognosci ab eisdem, non à sæcularibus Magistratibus. 43

Respondeo enim cum Afflicto *decisione 219.* quosdam testes deposuisse falsum coram Judice Ecclesiastico, in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & accusatos postea de falsitate in Magna Curia Vicariæ, punitos fuisse ab eadem M. C. unde Caravita *super Ritu 49.* & ante eum Ancharanus, & Antonius de Butreo, quos ipse non allegat *in cap. cum contingat, de foro competenti*, dicit laicos delinquentes in officiis, quæ habet à personis Ecclesiasticis, puniendos esse à Judice sæculari, & non ab Ecclesiastico, quod sequitur Flaminius Clops *d. allegat. 75. in fin.* ergo justè defendit Flaminius illum sæcularem delinquentem intuitu officii, quòd ab Ecclesiastico habebat, cognosci debere à Judice sæculari, ob rationes doctissimè per illum ponderatas.

Quare omni jure monasterium Sancti Petri Martyris, est manutenendum in sua quasi possessione libertatis, circa non posse cogi ad dandam sæcularibus notulam victualium, quæ ipsi intus domum Ruris Meliti habebant, neque posse cogi ad tollendum Centimolum, seu Molendinum, quod ibi habebant pro usu proprio, & operariorum Ruris, neque multò minus ad non præstandum panem francum operariis Ruris illius, ut per collaterale fuit observatum, & in Tribunali Nunciaturæ Neapolis, & in anno 1671. cum hoc idem accidisset inter Patres Sancti Martini de Neapoli, cum Gabellotis Casalis Succavi, prætendentibus carcerari facere, ut fecerunt de facto quosdam operarios Ruris Monasterii in pertinentiis dictæ Villæ Succavi extra Griptim Puteolanam, fuerunt de facto etiam excarcerati. Sed quia in causa Sancti Petri Martyris duas feci allegationes, unam primo loco, aliam posteà, utramque duabus disceptationibus proponam, &c.

DISCEPTATIO CCXXXI.

SUMMARIUM

1 *Regnum Neapolitanum sub Comite Pignerandæ laudatur.*
2 *Ecclesiastica prædia exempta à tributis etiam tempore Gentilium.*
3 *Sacra violantes qualiter dicantur.*
4 *Fiscus sub bono Principe causam amittit.*
5 *Facti species, de qua agitur in præsenti proponitur.*
6 *Coloni, & villici Ecclesiarum sunt immunes à gabellis, & quando.*
7 *Immunitas concessa est jure communi, & speciali, Colonis Ecclesiarum.*
8 *Coloni Ecclesiarum si gravarentur in gabellis, gravarentur ipsamet Ecclesiæ.*
9 *Gabella quando respiciat fructus à solo separatos.*
10 *Colonica portio quando subjiciatur gabellis.*
11 *Colonorum gravamen quando præjudicet Ecclesiis.*
12 *Consuetudo non solvendi gabellas qualiter sit attendenda.*
13 *Villicorum, & Colonorum species plures sunt.*
14 *Villici laborantes fide Dominica quales sint.*
15 *Villici fide Dominica tales, si sint Ecclesiarum, gaudent privilegio illorum.*
16 *Coloni Ecclesiarum laborantes in prædiis sunt exempti quoad gabellas.*
17 *Coloni Ecclesiarum sunt immunes.*
18 *Ecclesia gravaretur si Coloni ejus non essent exempti.*
19 *Coloni dicuntur familiares respectu Dominorum.*
20 *Coloni Regularium non coguntur comedere panem venalem.*
21 *Coloni Regularium dicuntur pertinere ad usum Ecclesiarum.*
22 *Coloni cum Ecclesia faciunt Societatem.*
23 *Gabella non valet præjudicans Ecclesiæ.*
24 *Gabella imposita per Baronem, non præjudicat Ecclesiæ.*

25 Co-

25 *Coloni Regularium mendicantium, qualem habeant exemptionem.*
26 *Baronis facultas non extenditur ad Colonos Regularium inter domos eorumdem.*
27 *Cappella Regularium in Rure non est Oratorium privatum.*
28 *Ecclesia Ruralis immunitate qualiter gaudeat.*
29 *Ecclesiæ atrium immunitate gaudet.*

ARGUMENTUM.

Coloni, & Villici Ecclesiasticorum quando, & qualiter gaudeant Franchitiis, & immunitatibus concessis eisdem, & quando Cappellæ Regularium gaudent immunitate locali, & quando atria, & accessoria ad easdem Ecclesias.

NEAPOLITANA

Libertatis Ecclesiasticæ,

PRO

Fratribus Sancti Petri Martyris, Ordinis Sancti Dominici;

CVM

Gabellotis Casalis Meliti hujus Civitatis Neapolis.

Commissarius Dominus Andr. de Montibus, &c.

1 NOn vereor quin in hoc Neapolitano Regno pietatem illam, atque Religionem experiar, quam extulit Rota in Anconitana pecuniaria, 13. *Maji* 1647. §. *Denique minus, versic. in Regno Neapolis*, à D. Pio coram bon. me. Argueles, nunc enim præest illius regimini pro Catholico Hispaniarum Rege, quem præcipuum, ac invictissimum Religionis vindicem, atque assertorem, non tam ex avita, quàm ex propria virtute omnes contestantur. Heros ille Pignerandæ Comes, cujus ut in negotiis præstantiam, & fœlicitatem, eximios mores, candidam fidem, ut in magnis rebus spectatam, atque incorruptam integritatem, & ipsi fidei hostes, dum ardua publicæ pacis ordinarentur sunt experti, ita & ejus generosam virtutem, insignem pietatem, atque omnimodam curam, priscæque Religionis, & ingenitæ, atque nunc publicæ munificentiæ monumenta, ut urbs ista ita & Regna universalia, & gratæ plaudent, & lætæ demirantur. Quis enim ambigit quin ad tanti Regis vota, & ad instar ejus supremi Administri gaudeant, & cæteri Rempublicam ministrantes, sub tantis auspiciis, pari virtute, atque pietate eorum exempla erga Ecclesiam insequi, quorum ut imperia, ita & gloriosa virtutum facinora venerantur cum & infœlicissimis temporibus Religiosa Ministri unius pietas, nedum cęteros omnes, sed & Barbarum Regem compulerit, ut Ecclesiastica prædia à tributis omnibus relinqueret immunia, ut
2 probat Text. *ex Concil. Lateranens.* desumptus, *in capit. non minus* 4. ubi latè Fagnan. *numero quarto, de immunit. Ecclesiastic.* cujus post Navarr. & Joannem Franciscum de Leonem allegat. meminit Rot. *decision.* 412. *numer.* 63. *part.* 9. *recentior.* ubi latè Rub. *in addit.* & alia in proposito adducit Sperell. *decision.* 121. *numero* 107. *part.* 2.

3 Quid enim si hostes à templis obtinent, eorumque furor si sacrorum jura polluantur, Barbara non excusatur feritate? Ipsi Cives, Civiumque Rectores; qui id ab hostibus exigunt, & contra impietatem eorum, qui Sacra violant, vindici insurgunt ministerio ab ipsa non abstinebunt violatione, quam Arcadibus extrema licèt angustia pressis; illicitam pronuntiavere mantineri, ut aliis quoque pro exemplo adductis memorat Erodius *rerum judicatarum, lib.* 1. *tit.* 3. *de usu, & alienat. rerum Eccles. cap.* 1.

4 Ut igitur ex præmissis etiam in casu dubio sperari posset, resolutio favore Ecclesiæ libertatis cum ea præsertim sit optimi Principis gloria, ut Fiscus ipsius sub ejus Imperio sæpè vincatur cujus nunquam mala causa, nisi sub justissimò Imperio, ut dixit Plinius in Panegyrico Trajani, & consentaneum juris dispositioni agnovit, Rota in Sarsinaten. feudi 22. Junii 1645. §. *denique visum, versic. præcipuè sub optimo Principe coram bo. mem.* Dunozet. per Text. *in l. non puto* 10. *ff. de jure Fisci, l. unica*, §. *fin. Codic. de caduc. toll. & in l. jussus* 6. *Codic. de jure Fisci*, , *libro decimo*, quod favore Ecclesiasticæ libertatis assumpsit à fortiori propter illius privilegia, Sperell. *decision.* 36. *numer.* 35. *decision.* 41. *numer.* 11. *& seqq. decis.* 42. *numer.* 7. *part.* 1. *decision.* 121. *numero* 128. *& seq. part.* 2.

Quanto magis id credere fas erit, dum versamur in quæstione favore Ecclesiasticæ libertatis, atque exemptionis clarissima occasione, namque carcerationis perperam factæ de Villicis Sancti Petri Martyris Religionis Prædicatorum discutitur, an Ecclesiastica immunitas extendatur ad Ecclesiarum Colonos, & Villicos, & an dicti Villici potuerint per Baronem carcerari, dum ante Cappellam quam dicti Patres habent in eorum prædio morarentur. 5

Quod enim & dicti Villici, atque Coloni sint immunes in dubium non videtur posse amplius revocari, dum pro affirmativa habemus legem expressam, quam favore Conductorum, atque Villicorum omnium, qui Regularibus mendicantibus inserviunt, sancivit Glo. mem. Pius V. *in Constitut.* 11. *incipient.* dum ad uberes 29. Julii 1566. apud Laert. Cherub. *in Bull. tom.* 2. *fol. mihi* 144. *in novis*, §. 1. *&* 4. ubi latissimè, de qua Barbosa *in summa, decis. Apost. collect.* 184. *numer.* 1. *& seqq.* Lezzana *in summa, quæst. Regul. tomo tertio, verb. Gabella, numer.* 14. Del Bene *de immunitat. Eccles. parte prima, cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 18. *numero quarto, & per totum*, Peyrinus *de privileg. regul.* 7. 1. *ad Const.* 2. *Jul. II.* §. 33. *numer.* 142. *folio mihi* 100. *colum.* 2. Sperell. *decision.* 42. *numero* 20. & in terminis Bullæ similis Decian. *consilio* 51. *numero* 13. *vers. Tertio, & seqq. & præsertim, numero* 17. *& seqq. libro tertio.* 6

Quæ constitutio eo præsertim videtur observanda, quia est conformis dispositionis juris communis, ex qua non solum Regularium Coloni, sed imò & omnes alii cujuslibet Ecclesiæ sunt immunes, ut probatur ex Text. *in leg. privatæ* 16. *Codic. de excusat. muner. libro undecimo*, & ex latè adductis in terminis per Sperellum *decision.* 42. *ferè per totum, & decision.* 121. *numer.* 82. *& sequentibus*, & comprobavit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in Oppiden. 18. Septembris 1628. de qua per Barbosam *de jur. Ecclesiastico universo, libro* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 31. ubi alias etiam resolutiones adducit *in capit. judicatum* 30. *numero secundo, de immunit. Eccles.* ad Concilium Tridentinum *session.* 25. *de Reformation. capit.* 20. *numer.* 10. *& in summa decision. apost. ubi supra, & in verbo, Immunitas, collect.* 417. *numer.* 6. Fagnan. *in dicto cap. non minus* 4. *numero decimoquinto, in fine, de immunit. Eccles.* Decianus *dicto consil.* 51. *numero* 11. *& sequentibus, & numer.* 42. *libro tertio.* Eugenius *consilio* 96. *numero octavo, & sequentibus, libro primo*, Rota *in Corigiens. Gabellæ* 29. *Novembris* 1602. coram Justo post Ciarlinum *controvers.* 22. *à numer.* 61. *usque in finem, tomo* 1. 7

Et summa quidem ratione, quia si possent gravari Coloni respectu eorum ratæ, utique per indirectum insurgeret gravamen Ecclesiæ, quæ cogeretur durioribus conditionibus Colonos invenire, & nimis de facili Ecclesiastica immunitas eludi posset gravando loco ipsius Ecclesiæ Rusticos illius, quod absque dubio permittendum non est, cum nec directè, nec indirectè ipsa Ecclesia gravari possit, Bart. *in repet. l. placet* 5. *numer.* 63. *Cod. de sacros. Eccles. & in l. hi penes* 4. *numer.* 1. *Cod. de Agricolis, & censitis, libr.* 11. Decian. *consil.* 51. *num.* 11. *&* 42. *lib.* 3. Eugen. *consil.* 96. *numer.* 8. *& sequentibus, libr.* 1. & alii per Ciarlin. *dicta controvers.* 22. *numer.* 6. *lib.* 1. Sperel. *d. dec.* 41. *num.* 17. *&* 48. *par.* 1. Rota *dec.* 412. *num.* 34. *& seqq. part.* 9. *recent.* 8

Quod si opponatur id procedere non posse respectu Gabellæ, quæ respicit fructus à solo separatos, qui non amplius considerantur, ut pars fundi, & per consequens respicit ipsos Colonos respectu ipsorum, non autem intuitu prædiorum, quæ colunt pro Ecclesia, secundùm sententiam Federici de Senis *consilio* 111. *numer.* 10. *vers. Item quæritur*, Mart. *de jurisdict. parte quarta, cas.* 13. *numer.* 13. *& cas.* 112. *numero* 7. Ciarlin. *ubi supra, dicto numer.* 15. *&* 17. *& seqq. tom.* 1. Sperel. *d. decis.* 41. *numer.* 1. *& seqq.* 9

Con-

10 Considerandum erit, quòd id forsan admitti posset pro ea fructuum quantitate, quæ superest, deductis Colonorum expensis, & cedit propterea eorum lucro, unde non videretur omninò damnanda prætensio, si peteretur gabella pro transportatione, vel venditione fructuum spectantium ad Colonos, pro qua etiam parte discordarunt nihilominus DD. cum nec illius ratione censuerit Buccafer. gabellam exigi posse, ex quo fructus omnes, & sic illi etiam, qui venduntur cedere videntur in expensas cum omnibus expunctis pauperes Coloni, nihil unquam ferè lucrentur, contrarium verò voluerit, Ciarlin. qui eundem Buccafer. refert. *dicto capit.* 22. *numer.* 35. *& seqq.* secus omninò respondeudum erit pro ea parte, quæ cedit in Colonorum alimenta, & sic absque dubio in sumptus, qui respondent operibus, atque laboribus, non tam quia non possunt Principes sæculares imponere Colonis Ecclesiasticorum onera pro laborerio, & cultura prædiorum illorum, Sperell. *dict. decisione* 41. *numero vigesimosecundo*, ubi quod contravenientes incidunt in censuras per Bullam Cœnæ inflictas *decisione* 42. *numero duodecimo*, *& decisione* 43. *numero vigesimoprimo*, *& seqq.* & confert Eugen. *dicto consil.* 96. *numero* 11. *&* 12. *lib.* 1.

11 Quam etiam ratione præjudicii ipsius Ecclesiæ, quæ ob gravamen suorum Colonorum in ea portione, quæ protinus respondet operibus, atque laboribus de directo gravari videretur, cum absque sumptibus, qui in iis operibus impenduntur fructus colligere nequiret, ut ex pluribus relatis Ciarlin. *dicto capit.* 22. *numero* 32. *&* 34. *vers. Verum* Sperell. *dicta decision.* 42. *numero* 12. *& decision.* 43. *numero vigesimoprimo*, unde quia regulariter, vel nullum, vel in parva quantitate lucrum Colonorum potest justificari raro consuevit, præterquam dum frumenta transportantur, haberi illius ratio, & propterea nullibi ferè iidem Coloni, nedum pro Collectis, sed nec etiam pro gabellis conveniuntur, ut subdit Ciarlin. *dicto capit.* 22. *numero* 36. *vers. Bene verum est*, & latè probat Sperell. *dicta decisione* 43. *numero vigesimoprimo*, & sic à fortiori servari debet in ea parte, quæ manifesto apparet respondere, atque destinari pro alimentis, in qua utique si gravamen adesset nimium videretur, illudque in præjudicium Ecclesiæ redundaret, quæ absque dubio cogeretur subministrare Colonis, unde possent, tam excessivo oneri satisfacere, & per consequens nullatenus potest sustineri, & ad tradita per Federicum de Senis *dicto consilio* 111. *numero decimo*, *vers. Verum tamen si Dominus temporalis*, & alios per Ciarlinum *dicto cap.* 22. *numero* 34. *&* 38. *libro primo*, Sperell. *dicta decision.* 41. *numero vigesimosexto*, *decision.* 42. *numero* 23. *& decision.* 121. *numer.* 67.

12 Quòd præcipuè in casu nostro erit attendendum; dum enim non probatur Colonos istos unquam solvisse, utique pro parte ipsorum dicitur sufficienter probata consuetudo in contrarium, Sperell. *dict. decision.* 121. *numer.* 72. *vers. Negatur*, *& seqq. parte* 2. atque per consequens non tam de jure, quàm ratione consuetudinis, quæ favore Ecclesiasticæ libertatis est omninò observanda, reputari debent immunes, Eugen. *dict. consil.* 96. *numero undecimo*, *libro primo*, & alii per Ciarlin. *dicto cap.* 22. *numero* 39. *&* 40. juncto *dict. numer.* 36. *in fine*, *libr.* 1. idque præsertim dici debet, quoad Colonos Regularium, pro quibus militat generalis exemptio per dictam Bullam Pii V. ipsis concessa pro iis omnibus, quæ à Colonia proveniunt, non tam ab oneribus, quæ imponuntur, ratione rei, quàm pro iis, quæ imponuntur, ratione fructuum, quorum intuitu nullo modo propterea vexari possunt, latè Decianus *dicto consil.* 51. *numero* 13. *vers.* 3. *& seqq. numer.* 17. *& seqq. numer.* 20. *& seqq. & nu.* 42. *lib.* 3.

13 Sed omnis penitus difficultas cessat si consideretur, quòd isti Villici non sunt propriè ex iis, qui numis colunt, quos tantum veros Colonos appellat, Gloss. 1. *in l. penult. ff. de usufr. legat.* nec Coloni partiarii, aut alii fundorum conductores, qui vel in totum, vel in partem sibi tangentem suo arbitratu fructus vendunt, & propterea de per se, & ratione sui considerantur, nec pro instrumento fundi habentur, aut illo possunt contineri, *l. cum de lanionis* 18. *§. cum de Villico*, *& l. Seje* 20. *§.* 1. *ff. de fundo instruct. & instrument. legat.* & benè explicat Cujac. *ad l. prædiis* 91. *& l. Osidius* 97. *ff. de legat.* 3. *in append. seu l.* 10. *ejus operum*, *fol.* 913.

Sed sunt ex iis Villici, qui alias dicebantur fide Dominica fundum colere, & qui propterea habebantur pro instrumento fundi, atque eo continebantur, ut probat Juris-Consult. *in l. quæsitum* 12. *§. Alfenus*, ubi bene Gloss. *in verb. quasi Colonus*, *in dict. leg. cum de lanionis* 18. *§. cum de Villico*, ubi Gloss. *verb. sed fide Dominica*, *& leg. Seje* 20. *§. liberto*, ubi Gloss. *verb. fide Dominica*, atque confert etiam, *in l. instrumento* 8. *ff. de fundo instructo*, & Cujac. *ubi supra*, atque, *in d. l. Seje*, *§. liberto ad tertium librum responsorum Scævolæ*, *tom. tertio*, *posthum. fol.* 259. *&* 260. 14

Sicut omnes res Ecclesiæ sunt exemptæ, ita etiam dici debet in Villicis istis, qui fide Dominica colentes inter res illius computantur, ut probat Text. *in dict. l. instrumento*, & aliis omnibus præcitatis; non enim vis stat in eo, quòd Villici de quibus loquitur Juris-Consult. erant servi, quia etiam servi, si ut extranei serviant sub certa fructuum parte non computantur inter res fundi, quia disponunt de fructibus ad se spectantibus suo arbitratu, & ratione Dominicorum fructum considerantur in Ordine ad se, non autem in ordine ad prædium, secùs verò si sub fide Dominica colant, Dominoque omnes fructus tradant, quia tunc non considerantur tamquam Conductores, & in ordine ad se, sed in ordine ad fundum, & inter instrumenta, ac res illius necessarias comprehenduntur, ut videre fas est ex clara distinctione, quam *in dd. ll.* faciunt omnes Jurisconsulti, à quibus eæ emanavere, & latè explicat Cujac. *ad dd. ll. prædiis*, & Osidius *in præallegat. append.* 15

Unde habemus in terminis nostris, quòd Coloni ii, qui laborant in prædiis Ecclesiæ, & qui propriè prædictis Villicis assimilantur, & qui tradunt Ecclesiæ omnes fructus, & ab ea recipiunt alimenta ut sunt isti, de quibus quæritur, omninò sunt in omnibus immunes, & nec Ecclesia, nec ipsi possunt ullo modo adstringi gabellas solvere pro iis, quæ comedunt, & ab Ecclesia rejiciunt, ut latè, & omnium optimè ostendit, Sperell. *dict. decision.* 42. *numero undecimo*, *lib.* 1. Ciarlin. *controvers.* 186. *numero* 68. *libro secundo*, cum quibus conveniunt Mar. Anton. *variar. lib.* 1. *capite* 111. *numero* 39. Carol. de Grassis *de effectib. Cler. effect.* 3. *numero* 69. & alii per ipsos latè congesti. 16

Quod utique videtur ratione comprobari, quia si omnes conveniunt, quod absque dubio Coloni ii sint immunes, inter quos, & Ecclesiam conventum extitit, ut etiam ad ipsos in fructibus sibi contingentibus immunitas perveniat cum alias nisi ipsi essent communes relevari deberent ab Ecclesia, atque propterea totum damnum esset ipsius Ecclesiæ, Marcambrun. *cons.* 18. *numer.* 39. Ciarlin. *dict. cap.* 22. *numer.* 55. *lib.* 1. Sperell. *dict. decis.* 121. *num.* 102. *& sequentib.* 17

Quantò fortius id erit concedendum, dum ipsa Ecclesia, quæ alimenta subministrat per se ipsam de directo gravamen subiret, & immunitas, quæ amplissima pro Ecclesiæ, atque Ecclesiasticorum usu fuit concessa adeo restringeretur, ut pro usu familiæ sub cujus nomine Coloni isti alimenta percipientes comprehenduntur, nec etiam deserviret contra Textum *in leg. universi* 5. ubi, *gloss.* 1. *Codic. de vectigal. l. si quis pro uxore* 22. *ff. de donat. inter virum & uxorem*, & DD. congesti per Ciarlin. *controv.* 187. *numero sexto*, *& seqq. & numero* 25. *libro secundo*, quod enim ii inter familiares connumerentur, manifesto apparet, dum eorum favore militant omnia requisita congesta per Barbos. *in cap. sunt nobis* 5. *numero secundo*, *&* 3. *de verb. significat. in* 6. & sic ultra ea, quæ requirit Juris-Consult. *in l. prima*, *§. familiæ*, *ff. de publican. & vectigal. & l.* 1. *§. familiæ*, ubi bene Gloss. *verbo servorum*, *ff. de vi*, *& vi armata*, & merces, quæ eis solvitur, dicitur omninò cedere in laborem, & laboris pretium, ut ex Castrens. per ipsum adducto, colligit Sperel. *dict. decis.* 42. *numer.* 12. 18 19

Verùm ex alio etiam capite Villici isti non possunt, ad prætensam gabellam adstringi, etenim per Baronem prætenditur, quod ipsi compelli possint ad emendum panem venalem, quem per ejus Conductores ipse exponit, non autem edere possint panem, qui ex frumento in proprio molendino triturato per Monasterium conficia[illegible], quod quicquid sit, an possint prohibere Barones respectu laicorum sibi subjectorum, quod negant Honded. *cons.* 84. *numer.* 58. *libro secundo*, necnon Mastrill. & No[illegible] re- 20

lati

lati per Del Bene *de immunitat. parte prima*, *capit.* 5. *dub.* 7. *sect.* 22. *numero sexto*, certum est, quod eorum prohibitio non tenet in præjudicium Ecclesiæ, quin & ipsa possit adversus hujusmodi prohibitionem panem non tam domesticis tradere, quam etiam venalem exponere, Del Bene *de immunitat. Eccles. dict. capit. quinto*, *dub.* 7. *sect.* 21. *numero quinto*, *versicul.* & *si sequitur*, & *sect.* 22. *per tot.* Rota in Toletana Nivis 13. Februarii, 1651. §. *nec obstat privilegium Regis*, coram R. P. D. Celso.

21 Nec dicatur, quòd id possint Ecclesiastici pro usu proposito non autem pro aliis, cum eis prohibitum sit negotiari, ut subdit Rota *in dicta Toletana*, §. *finali*.

22 Quia re cum Colono, & Villico dicitur interesse Societas, non autem exerceri negotiatio, per Textum *in l. si cum Villico*, *ff. de institut. act.* Sperell. *dicta decisione* 41. *nmero vigesimoprimo*, id objici posset, quando Monasterium exponeret aliquam rem venalem, quam ad effectum vendendi, & sic negotiandi emisset, secus verò dum frumentum ex propriis agris collectum, atque in proprio molendino trituratum in panem redigit, sic enim redactum inter Villicos in ejus agris laborantes pro alimentis distribuere, utique non illicitum, cum & imò omnibus aliis venalem, & exponere nullo jure sit prohibitum, ut latè probat in fortioribus Carol. Marant. *resolut.* 73. *numer* 8. & 9. ac ferè *per tot. tomo tertio*. Castro Palao *oper. moral. tom.* 2. *tractat.* 12. *punct.* 9. *numer.* 16. Nec de hoc dubitavit Vinc. de Franch. *dec.* 380. *per tot.*

23 Imò non solùm id non est Ecclesiæ vetitum, sed ex abundanti non valet gabella, quæ præjudicium infert aliquo modo molendino Ecclesiæ, & operatur, ut ipsa non habeat ita de facili delatores ad ipsum molendinum, prout haberet, si eadem gabella non fuisset imposita, Marta *de jurisdict. parte quarta*, *centur. prima*, *cas.* 13. *numer. decimotertio*, & alii per Sperell. *dicta decision.* 41. *numero* 69. & 70.

24 Quæ omnia favore istorum Villicorum viderentur præsertim admittenda, quia non agitur de gabella favore Regis, sed favore Baronis, qui absque dubio, nec Ecclesiam, nec ejus bona detinentes potest supponere gabellis, Carol. de Grassis *dict. effect.* 3. *numer.* 85. & post eum alios cumulat Sperell. *dec.* 121. *n.* 132.

25 Et agitur de Colonis Regularium Mendicantium, contra quos limitationes omnes, quæ adversùs cæteros conductores bonorum Ecclesiasticorum adduci possent, non procedunt propter eorum amplissimam exemptionem vigore Constit. Pii V. de qua post Quarantam per ipsum allegat, & alios supra adductos, Sperell. *dict. decisione* 41. *numer.* 20.

26 Unde apparent non minus levia Baronis jura, quam infirma jurisdictio, qua ipse ad carcerationem istorum processit, quidquid enim sit, an ipsi durante Colonia gaudeant fori privilegio, & sint subjecti Baroni ratione personæ, in quo articulo negativa videtur probari per Textum *in l.* 1. & 2. *Codic. de Episcop. & Cleric.* & recipitur tamquam magis fundata ex communiori opinione, per Sperell. qui alios allegat, *dict. decisione* 128 *numer.* 7. & 13. *parte secunda*, de quo non videtur in præsenti dubitandum, dum habemus dictam Bullam Pii V. per quam expresse dicti Coloni eximentur, Decianus *consil.* 51. *numer.* 41. *vers. Non obstat*, & *numer.* 42. *libro tertio*. Certum est, quod si conveniantur pro re, in qua potest dubitari, an versetur præjudicium Ecclesiæ, nec Principes, nec Judices laici sunt aliquo modo competentes, sed ipsi Coloni gaudent eo casu etiam fori privilegio, Marta *de jurisdictione*, *parte quarta*, *cent.* 2. *cas.* 112. *numero* 10. Erasm. Kocchier. *de jurisdictione*, *in exempt. part. quarta*, *quæst.* 38. *numero duodecimo*, Sperell. *dicta decision.* 41. *numer.* 30. & in fortioribus *decision.* 98. *numero octavo*, quem sequitur Barbosa *de jure Ecclesiastico univers. libro primo*, *cap.* 39. §. 2. *numer.* 63. *vers. Et de rusticis*, Rot. *decis.* 305. *ferè per totum*, *post secundum volumen*, *consil.* Farinac. & *decision.* 903. *numer. septimo*, & *seqq.* coram Merlino impressa post ejus primum indicem.

27 Prout etiam est certissimum, quòd ipsi Coloni non poterant ante Capellam, quam habet Monasterium in dicto ejus prædio Carcerari, quia licèt Oratorium privatum immunitate Ecclesiastica non gaudeat, ut ex pluribus docet Farinacius *de carcer. & carcerat. quæst.* 78. *numero* 61. Barbosa *dict. collect.* 417. *verb. Immunitas*, *numero quinto*, & ad Concil. Tridentin. *session.* 25. *cap.* 20. *de Reformation. numero sexto*. Id nihilominus limitatur, quando ut in casu isto Capella habet altare lapideum stabile, & non portatile, quia tunc non præsumitur Oratorium omninò privatum, sed authoritate Episcopi erectum, & propterea venit nomine Ecclesiæ, & illius immunitate, & privilegio gaudet, ut post Decianum *in tract. crimin. libro sexto*, *cap.* 25. *numer.* 19. *vers. Sed conclusivè dicendum*, Farinac. *in append. de immunitat. Eccles. cap.* 17. *numero* 267. & post ipsum Barbos. *in cap. tua nos ultimo*, *numer.* 2. *de Ecclesia ædific.* & bene etiam confert Castro Pal. *tr.* 11. *de rever. debit. locis sacr. disp. unic. punct.* 6. *numer.* 19. *vers. Quod si inquiras*.

Nec obstat, quod ii Villici, quando fuerunt capti non essent in Ecclesia, sed ante illius fores, quia præter quod Ecclesia quando non est intra ambitus Castri, vel Civitatis gaudet immunitate, verùm intra muros ipsius, sed etiam per triginta passus ante illius fores, *cap. sciunt antiquitus* 5. & *cap. diffinivit* 28. 17. *quæstion.* 4. & probat latè Del Bene *de immunitate*, *part. secunda*, *cap.* 16. *dub.* 11. *sect.* 8. *numero primo*, & *seqq.* & præsertim *numer.* 6. ubi ita distinguit inter Ecclesias rurales, & alias positas in pagis, quam distinctionem amplectitur etiam Fagnan. *in cap. Ecclesiæ*, *numer.* 16. & 17. *de immunitate Ecclesiastica*. 28

Tolli videtur dubitatio, quia isti fuerunt carcerati in atrio ejusdem Ecclesiæ intra parietes ædificiorum cohærentium, & domus ei connexæ, quam totam Ecclesiam gaudere immunitate, probat Textus *in l. præsenti* 5. *C. de iis, qui ad Ecclesiam confugiunt*, *c. si quis in actio* 6. *c. frater* 9. & *c. si quis contumax* 16. 17. *qu.* 4. Del Bene *dict. cap.* 16. *dub.* 9. *sect.* 6. *numer.* 4. & *sect.* 7. *numer.* 2. Farinacius *de immunit. d. c.* 17. *numer.* 268. Barb. *de jur. Eccles. univers. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 64. 29

DISCEPTATIO CCXXXII.

SUMMARIUM

1 *Facti series proponitur, de qua in præsenti.*
2 *Baro an possit prohibere laicis operariis Regularium, ut emant panes in Apothecis publicis, & non recipiant à Regularibus.*
3 *Operarii Regularium debent comedere panem eorundem.*
4 *Operarii Regularium operantes in Grangiis Regularium, comedunt panem eorum.*
5 *Baro an possit cogere Vassallos, ut revelent frumenta.*
6 *Baro non potest cognoscere de extractionibus, quæ fiunt in fraudem.*
7 *Baronem esse Dominum Gabellæ quid operetur in præsenti.*
8 *Regulares quid possint de fructibus suorum Territoriorum facere.*
9 *Ecclesiastici quibus teneantur revelare victualia.*
10 *Coloni Ecclesiasticorum an, & qualem habeant exemptionem.*
11 *Coloni qualiter colentes dicantur famuli Monasterii.*
12 *Colonorum duo genera quidam partiarii, quidam pecuniarii.*
13 Deuteronomii *locus* c. 23. *declaratur.*
14 *Molendinum an possint tenere Monachi pro usu proprio.*
15 *Monitorium datur pro conservatione immunitatis.*
16 *Ecclesiastici non solvunt gabellas pro pane, quem dant operariis.*

AR-

ARGUMENTUM.

Baronem non posse Regulares cogere, ne dent panem, & victum laicis operantibus in suis Territoriis, neque posse se intromittere in extractionibus, & contrabannis, Coloni Regularium sunt eorundem famuli si operentur in eorum terris. Revelatio victualium cui fieri debet ab Ecclesiasticis tempore penuriæ, Judici sæculari, vel Ecclesiastico, & refertur praxis.

Facti, & Juris Nota,

PRO

R. R. Patribus S. Petri Martyris.

1 ILlustrissime Domine, in Casali Mileti Neapolitanæ Diœcesis Venerabile Monasterium S. Petri Martyris possidet quoddam rus, seu massariam, quam non locant aliis, sed propriis expensis opera laicorum, seu Colonis sæcularibus colunt pecuniariis tamen, qui ultra pecuniam, quam recipiunt mensatim victum, & alimenta à Patribus ejusdem Ordinis in dicto Casali recipiunt; ibique patres retinent molendinum pro molendo frumento, quod ex eodem rure colligitur, ut ad Monasterium quod Neapoli existit transmittant pro usu dictorum, fratrum, servata forma, franchitiarum, quam à Reverenda Camera, habet Monasterium prædictum, nec non pro usu illius conversi, & aliorum operantium qui in eodem rure laborant quibus Monasterium prædictum dat panem, vinum, &c.

2 Baro prædicti Casalis contra omne juris debitum, prętendit quod dicti sæculares non possint comedere de pane Monachorum, sed de suo publico emere debeant, unde diversis præceptis, ordinibus, & bannimentis prętendit Monachos prædictos perturbare; & in primis petit revelationem omnium victualium, frumenti, &c. quæ fiunt in dicto rure. Secundò quod dicto Coloni non comedant panem in dicto rure dato à fratribus, sed quod comedant panem, qui venditur in publicis apothecis ejusdem Baronis, quia dicit Baro si comederent panem francum gabella non solvitur, cujus gabellæ ipse est Dominus, & cum tres miseri Coloni essent in tali rure, & domo, ac cortili comedentes post laborem peractum in quo cortili adest etiam Cappella, ubi publicè celebratur Missa pro usu Colonorum, & aliorum fidelium, Baro fecit eos carcerari, ex quo comedebant panem francum.

3 O res inaudita! ò immunitas violata! ò libertas Ecclesiastica labefactata, ex quo operarii fratrum comedunt de labore suo panem sudoris sui carcerantur. Inaudita res! quia si hoc permittatur tota Regularis libertas periclitaret, nonne sic faciunt omnia Regni & Christianitatis Monasteria? Non enim possent Monachi, Clerici, & alii Ecclesiastici eorum Territoria colere, nisi cum pecunia, quæ difficilis cum sit cultura coli faciunt præviis expensis propriis Monachorum, & Ecclesiasticorum: inaudita res, dixi, nonne sic in Casalibus hujus Civitatis practicatur, in Monasterio ejusdem Ordinis Casalis Afragolæ. Patres Dominicani habent Monasterium, quibus permittitur coli facere quod suum est, tradunt expensas panem, vinum, &c. & gabella est vendita, ergo negabunt panem Monachorum comedi per operarios? In Monasteriis aliis infinitis, Grangiis, &c. erit licitum sæcularibus exquirere quem panem comedant Monachorum operari; ridicula sanè res

4 in Grangiis Monasteriorum Sancti Severini, Patrum Jesuitarum, Carthusianorum, Camaldulensium, & cæterorum, quis nunquam id somniavit? quis ausus fuit prætendere? Patres Carmelitæ rus habent propè Neapolim quod colunt, &c. acceduntne Gabellarii ad videndum quem comedant panem? Patres Congregationis Luccensium rus habent propè Neapolim, & in Casali novo, accedùntne laici Gabellarii ad videndum quem comedant panem francum an gabellatum? Zelo Domini Domus Sabaot Domina sua Illustrissima impletus ad hoc non permittendum.

5 Primò quidem Baro non habet facultatem, & authoritatem cogendi Vassallos, ut revelent frumentum; Campagna *in Capitulo Regni gravamina numer.* 18. Antonius de Ballis *libro quinto, ad Pragmaticas Regni Siciliæ prag.* 2. *titul.* 69. qui ait: Dominos Terrarum prohiberi facere banna extractionum; quia ut plurimum non præsumuntur facta pro bono publico, nam & bonum publicum per Proregem, & ejus Collaterales Consilium tantum fieri solent talia bannimenta, & ex hoc oritur, quod Barones non possunt cognoscere de extractionibus 6
quæ fiunt in fraudem, & sine licentia; Ita Regens de Ponte de *Regalibus imposit.* §. 3. *numer.* 46. Regens Moles *de Iure Canapi quæst.* 1. *manuscripta*, quo Jure ergo prætendit revelationes frumenti, &c. à Regalibus, quod si dicat Baro se esse Baronem Gabellæ, Respondeo hoc Jus sibi dare re emant panem sæculares à Patribus, sed non per hoc poterit impedire Patribus, ne panem præ- 7
stent operariis. Imò dominatio sua Illustrissima recordari dignetur Sacram Congregationem millies declarasse Regulares, Clericos, &c. de fructibus Territoriorum 8
suorum posse facere panem, vinum revendere, &c. & prohibitio est laicis ne emant non Clericis ne vendant, ergo in præsenti Patres Sancti Dominici nihil tale faciunt, sed operarios suos pane nutriunt: bone Deus quis permittet hoc contra libertatem Ecclesiasticam.

Hæc revelatio victualiorum est ab Ecclesiasticis facien- 9
da ipsimet Baroni, ut elegantissimè practicatum refert D. Sperell. *decision.* 13. *numero vigesimosecundo.* Sed si necessitas urgeat, Sperellus fecit revelationes consignari Vicariis foraneis, & ipse deinde dedit notam laicis, & Neapoli sic alias practicatum tempore pecuniæ fuit, ergo quid petit Baro, dum revelationem petit ab Ecclesiasticis frumenti, & aliorum in rure factorum, id ipse non potest petere, si Collaterale petierit dabitur revelatio Illustrissimo D. Nuntio.

Carceravit Colonos, Mercenarios, & pecuniarios Re- 10
gularium, qui ut tales ex causa prædicta à laicis carcerari non poterant, legantur quæso Capicius *decis.* 12. S. Regii Concilii videant Thesaurum *fori Ecclesiastici capit.* 14. *numero sexto*, Rota *diversorum part.* 2. *d.* 23. quia alias rarò haberentur homines operari pro bonis Ecclesiæ colendis, & quia exemptio competens Regularibus, & Ecclesiasticis personis est realis, ideo comprehendit quoscumque Colonos, glossa in Clementina prima, in verbo excolendas de decimis latissimè Bellettus *de exemptione Clericorum*, *p.* 1. §. 7.

Rota in pulcherrima decisione apud Ciarlinum *cap.* 22. 11
à numer. 61. *tom.* 1. *& tom.* 2. *cap.* 186. ibi: Coloni Mercenarii, qui colunt agros sumptibus Domini dicuntur famuli Monachorum, & Ecclesiæ seu Monasterii, ut benè Surdus *d.* 55. Gaballus *resol.* 250. *num.* 19.

In quo est decisio S. Consultationis, de qua Sperellus 12
d. 128. *tom.* 2. *numer.* 23. de Colonis loquens partiariis, qui minus gaudent, quam servitores, & Coloni Mercenarii, quia illi ad utilitatem suam etiam fructus habent & percipiunt, isti pecuniari ad utilitatem solius Ecclesiæ.

Addo, quod si Deuteronomii *c.* 23. habetur: *Ingressus* 13
vineam proximi tui comede uvas quantum tibi placuerit. Foras autem ne efferas tecum, ut latè Valerus *in diff. utriusque fori in verbo, Peccatum, differentia* 23. Quantò magis carcerari non potuerunt isti tres miseri operarii, qui laborem manuum suarum manducabant, non uvas proximi sui, sed panem propriis sudoribus acquisitum; ergo injustissimè carcerati.

Nec possum non admirari de modo procedendi in 14
hoc Judicio, nam comparuit Prior Monasterii Sancti Petri Martyris, in Curia Nunciaturæ Neapolitanæ, pro Conservatione suæ Immunitatis, & Privilegii, in qua etiam Curia Comparuit Baro, seu ejus Procurator, qui obtinuit decretum demolitionis Molendini, nec non revelationis prædictæ faciendæ (quod fieri de Jure, non potuisse supra fundavimus) à quo decreto, cum Pater Prior habuit notitiam, recursum habuit ad Auditorem 15.
Cameræ, à quo emanavit Monitorium in forma pro conservatione Immunitatis prædictæ. Hoc monitorium fuit affixum in valuis ruris, & massariæ prædictæ, & porrectę sunt preces Excellentissimo Domino pro Exequatur, quo habito intimabitur Baroni ejusque officialibus, ergo stante hoc negotio in tali statu non potuit procedi ad carcerationem prædictorum operariorum. Cum ergo de his om-

omnibus capta sit informatio in Curia Nunciaturæ Neapolitanæ, apud Auditorem Montium, necesse est, ut Dominatio sua Illustrissima defendat Patres prædictos, tum in articulo non faciendi revelationem frumenti, quàm Baro petere non potest nec à laicis, & multo minus ab Ecclesiasticis; tum quia si essent obligati, eam Illustrissimæ Dominationi suæ tenerentur exhibere, sicuti defendere Patres debet Dominatio sua Illustrissima, in articulo de dando panem operariis; alioquin cogerentur fratres prævia tantum pecunia colere agros suos, cum non possint panem dare laicis operariis, & quod dum idem
16 Baro à quodam Clerico prætendisset, respondit Clericus se velle facere furnum, & facere panem ibi, quod & possent fratres isti facere, ergo cum non faciunt cur non defenderentur in causa, tam justa, tam pia dandi panem francum suis operariis, sed finis Baronis est cogere Ecclesiasticos istos, ad solvendas gabellas contra sacros Canones, & si Patres vellent pro servitio Monasterii, & ruris prædicti stare ibi duo, vel tres coget crastina die ad emendum panem in suis apothecis, quod esset absurdidissimum, & ad hoc tendit finis Baronis, & ante omnia sunt excarcerandi miseri operarii, alioquin nullus accedet amplius ad laborandum in rure prædicto, & sic contra libertatem Ecclesiasticam, vel si accedant pecunia manuali laborare tenentur, ut emant panem quotidianum, & sic etiam contra libertatem Ecclesiasticam, & usum omnium terrarum hujus Regni, ut dicebamus. Supplicant, ergo, Patres Illustrissimam Dominationem suam, ut eos defendat, & ipsam libertatem Ecclesiasticam, ut sperant.

F I N I S.





